LIBANII SOPHISTAE
EPISTOLAE.

GRAECE ET LATINE

EX EDITIONE

JOANNIS CHRISTOPHORI WOLFII.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

LIBANII SOPHISTAE
EPISTOLAE.

QVAS NVNC PRIMVM MAXIMAM PARTEM E VARIIS CODICIBVS, MANV EXARATIS,

Edidit, Latine convertit & Notis illuſtravit

JOANNES CHRISTOPHORUS WOLFIUS.

Accedunt in calce ejusdem Libanii epiſtolae a *FRANCISCO ZAMBICARIO* olim Latine converſae & Cracoviae primum editae, heic autem integra propemodum centuria ex MS. auctae.



AMSTELAEDAMI,
Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS.
M. D. CC. XXXVIII.

AUGUSTISSIMO

MONARCHAE

AC DOMINO

CHRISTIANO

SEXTO

REGI HEREDITARIO

DANIAE NORWAGIAE

VANDALORUM

GOTHORUMQUE

†

DUCI

DUCI SLESVICI
HOLSATIAE
STORMARIAE ET
DITHMARSIAE

COMITI OLDENBURGI
ET DELMENHORSTI
RELIQV.

RELIGIOSO PIO SAPIENTI
CLEMENTI PACIFICO
JUSTO FELICI

IN TANTA PORRO HARUM
CETERARUMQUE VIRTUTUM
REGIO FASTIGIO DIGNARUM
CONSOCIATIONE BONARUM
ARTIUM SCIENTIARUMQUE

QUARUM DIGNITATI CUM ALIAS TUM
NOVIS LEGIBUS UNIVERSITATI
HAFNIENSI AC STUDIOSAE JUVENTUTI
SCRIPTIS CONSULUIT

ET IN QUARUM COMMODUM ATQUE ADEO COMMUNEM
USUM BIBLIOTHECAS TAM REGIAM QUAM ACADEMICAM
PARTIM INSTAURAVIT PARTIM EGREGIIS
ACCESSIONIBUS LOCUPLETAVIT

STATORI MAXIMO

HAS

HAS LIBANII RHETORIS
QUONDAM ANTIOCHENI
DICENDI FACULTATE
NEMINE FACILE INFE-
RIORIS ET JULIANO
IMPERATORI OLIM IN DELICIIS

EPISTOLAS

EX VARIIS BIBLIOTHECIS IMPROBO
LABORE CONQUISITAS
QUAS EX BIBLIOTHECA MAJE-
STATIS EJUS VERE REGIA
MAXIMAM PARTEM
ACCEPIT LATINE CONVERTIT
ET NOTIS ILLUSTRAVIT
DEVOTISSIMI SUBJECTISSIMIQUE
ANIMI ARGUMENTUM
DEMISSISSIME OFFERT
ET POST UBERRIMAM DIVINI
NUMINIS GRATIAM EX
SOSPITATORE NOSTRO
UNICO OMNIS SALUTIS
FONTE LARGISSIME
FLUENTEM

LONGISSIMAM VITAE ANNORUM SERIEM PROSPERUM CONSILIORUM SUCCESSUM

REGNORUM PROVINCIARUMQUE FLOREM PERPETUUM AUGUSTISSIMAE DENIQUE DOMUS

AD SEROS NEPOTES INCOLUMITATEM EX ANIMO PRECATUR

JOANNES CHRISTOPHORUS WOLFIUS.

PRAE-

P R A E F A T I O
A D
L E C T O R E M.

ANte quam te, Humanissime LECTOR, ad evolvendum opus hoc LIBANII epistolicum dimittam, de quatuor omnino capitibus, quae tua nosse interest, dicendum mihi esse video. Primum exponet de illis, qui ante me de epistolis his bene sunt promeriti. Secundum illos commemorabit, qui idem erant facturi, nisi fata praematura, vel alia impedimenta consilia & destinata intervertissent. Tertium in eo occupabitur, ut appareat, quibus ego adminiculis instructus ad ornandam, qua potui, hanc provinciam accesserim. Quartum de epistolis ipsis nonnihil commentabitur.

Primus inter eos, qui post renatas literas *Libanii* epistolis operam impenderunt, *Franciscus Zambicarius*, Bononiensis, est. Huic enim quadringentae amplius epistolae, Latine conversae, & in tres libros digestae, debentur. Inscriptio ita habet: *Libanii, Graeci declamatoris disertissimi, beati Joannis Chrysostomi praeceptoris, epistolae, cum adjectis Joannis Sommerfelt argumentis, & emendatione & castigatione clarissimis.* In frontispicio libri, qui formam quarti ordinis refert, nec locus nec annus editionis commemoratur, qui tamen uterque ex *Joannis Sommerfeldii, artium liberalium magistri, & sacrarum literarum Baccalarii, & majoris Collegii Studii Cracoviensis collegiati*, dedicatione ad *Matthiam Drebicium*, regni Poloniae Vicecancellarium, cognoscitur. Illa enim data est *Cracoviae* an. 1504. X. Kal. April. Acceperat scilicet *Sommerfeldius*, quod ex limine ejusdem dedicationis apparet, epistolas illas, *barbara manu, inepta & illiterata scriptas*, per *Joannem Clymes, bibliopolam, civem Cracoviensem*, cujus proinde suasu & sumtibus liber ipse in lucem *Cracoviae* prolatus videtur. De *Zambicario*, interprete, nihil ab illis traditum invenio, qui de Bononiensibus, vel aliis in Italia eruditis, exposuerunt. Saeculo XV. medio vixisse ex eo conficitur, quod in Dedicatione libri III. (quam in calce hujus meae collectionis p. 762. nunc primum editam legis) ipse testatur, se usum esse ope *Joannis Argyropuli*, quem anno 1453. Constantinopoli pulsum exsulem in Italia egisse constat. Ex ejusdem Dedicationis calce intelligitur, *Zambicarium* Graecos & Latinos auctores in Academia *Perusina* interpretatum esse. Idem se *Equitem & poëtam laureatum* appellat in Dedicatione libri I. epistolarum, infra p. 732. legenda. Epistolas porro ipsas in Graecia, (in qua, teste Dedicatione libri II. per quinquennium commoratus est) collegit, quarum *mille quingentas* se possidere, Latine aliquando convertendas, in eadem, quam modo dixi, Dedicatione testatur.

Zambicarianam hanc librorum trium conversionem, sed mendose admodum descriptam, nactus *Sommerfeldius*, sua cura emendatam, praemissis singularum epistolarum argumentis, in lucem protulit. Sed vel sic illa frequenter admodum mendosissime, tum alias, tum inprimis in nominibus propriis exprimendis, fortasse nunc emendatoris, nunc operarum vitio exiit, ita quidem, ut sensum saepe frustra quaeras. Eam tamen collectionem vel sic in calce meae hujus recudendam integram esse censui, sed omissis argumentis seu summariis epistolarum *Sommerfeldianis*, nemini admodum profuturis. Consilii hujus has habui rationes. Editio *Cracoviensis* rarissima est, cujus exemplum JO. ALBERTUS FABRICIUS, ὁ μακαρίτης, doctor quondam meus, hinc Collega, amicus denique post fata desideratissimus, ex Bibliotheca Normanniana in Suecia emtum, pro sua in me benevolentia meum esse voluit. Ad hanc interpretationem saepe in notis meis provocavi, ubi de constituenda vera lectione agebatur. Porro nonaginta tantum earum, quas *Zambicarius* latine convertit, in mea hac collectione Graece exstant, cum dignae tamen pleraeque sint, quae nunc propter sententiarum elegantiam, nunc propter rerum argumenta legantur. His accedit, quod in repetita hac editione praeter tres Dedicationes trium illorum librorum octoginta fere epistolae exstant, quae in editione *Cracoviensi* frustra quaeruntur, sicut earundem paucae admodum Graece inter meas habentur. Ineditae illae incipiunt ab epistola CCCXXIV. libri III. p. 814. meae hujus editionis. Has autem accessiones Illustris *Fridericus Rostgaardus*, ex *Ambrosianae* Bibliothecae, qua *Mediolanum* superbit, codice C. 12. olim X. 561. descripsit, cum quo etiam, ut & cum *Mediceo* quodam singularum epistolarum initia comparavit. Codex ille *Ambrosianus* chartaceus est in forma quarti ordinis, pulchra satis, sed rudi, ut videtur, manu scriptus, & ab heredibus, ut inscriptio docet,

Fran-

P R A E F A T I O

Francisci Cicerei emtus. Hujus itaque codicis beneficio subinde mendosae lectiones editionis Cracoviensis integritati suae sunt restitutae, quibus etiam alias, qua potui, in notis consulere studui, quamvis longe plures medicam manum adhuc requirant. De ipsa interpretationis hujus Latinae conditione lector peritus per se facile statuerit, de qua in praefatione ad meam epistolarum Libanii *Centuriam* plura dicere memini.

Post *Zambicarium* laudandus est *Aldus Manutius*. Hic enim amoebaeas aliquot *S. Basilii* & *Libanii* epistolas in *Epistolis diversorum Philosophorum*, *Oratorum*, *Rhetorum* &c. Romae an. 1499. 4. Graece tantum edidit, ab *Henrico Stephano* in *Epistoliis Dialogis brevibus*, *oratiunculis*, &c. an. 1577. 4. hinc vero una cum versione Latina in Collectione epistolarum *Genevensi* an. 1606. fol. ac identidem in Operibus S. Basilii Graece & Latine repetitas. De his lege *Fabricii*, τοῦ *πάνυ*, Bibliothecam Graecam Vol. I. lib. II. c. 10. §. 2. & 3. & Vol. XIII. p. 478. ubi de Anthologia epistolarum Graecarum, Paris. 1583. 4. edita.

Postea *Parisiis* in forma quarti ordinis prodierunt epistolae tres supra centum Graece, in duo *τμήματα* seu *sectiones* distinctae, sed sine frontispicio, ex quo vel de editore, vel de anno editionis judicare liceat. Titulus, in summa pagina exstans, ita habet: *Λιβανίου ἐπιστολῶν τμῆμα πρῶτον*, & eodem modo *τμῆμα δεύτερον*. Libellus prior continet epistolas LIV. usque ad p. 32. posterior vero XLIX. usque ad p. 64. Haec collectio ab eruditis accepta fertur *Guilielmo Morelio*, seu *Morello*, tum temporis typographo Regio; nec praeter rem. Formae enim literarum Regias referunt, atque, observante Ill. *Rostgaardo*, eaedem sunt, quibus expressae sunt *Anacharsidis* epistolae Graecae, cum subjecta separatim versione Latina. Hae vero in titulo exscriptae dicuntur Parisiis 1556. apud *Guil. Morelium*, *in Graecis typographum Regium*. Utriusque *τμήματος* epistolae Latine conversae exstant, sed seorsim a contextu Graeco in 4. Prioris interpretatio, paginas quadraginta implens, inscriptione destituitur, ut proinde & interpres & locus & annus editionis pariter ignorentur. Videtur tamen ab eodem *Guil. Morelio* excusa, cum easdem formas referat, quae in versione epistolarum *Anacharsidis* latina conspiciuntur. Posterioris *τμήματος* seu libelli interpretatio hunc habet titulum: *Epistolarum Libanii liber secundus Anthonio Pichonio, Chartensi, interprete. Parisiis apud Joannem de Bordeaux, in monte D. Hillarii sub signo Occasionis.* 1576. Ex his itaque constat, duos diversos harum epistolarum interpretes Latinos fuisse, *Anonymum* alterum, alterum *Pichonium*, ex quibus prior ille diligentiam & eruditionem prae altero probavit. Ad utrumque in notis passim provocavi, nec contextum Graecum, quem manu *Maturini Veyssiere la Croze*, viri eruditissimi mihique amicissimi, ex editione Morelliana descriptum habui, neglexi. Nolim porro ignores, Morellum codice Regio maximo Parisiensi 2783. usum esse, id quod praeter alia ipse ordo epistolarum evincit. Eidem videtur fuisse consilium *τμήματα* haec continuandi, cum posterius illud nullum in calce prae se ferat colophonis impositi indicium.

Latus huic claudat *Federicus Morellus*, Professor Regius. Hic enim quatuor Basilii & Libanii mutuas in limine Tomi I. Operum Libanii, Tomo vero II. p. 575. unam ad *Andronicum* & p. 576. aliam ad *Olympianum* exhibuit, quemadmodum orationi Nostri pro Rhetoribus ad Antiochenos Parisiis 1616. 4. editae duas ad *Julianum* epistolas junxit.

Fridericus Brummerus, Lipsiensis, in suo *ad Legem Cinciam commentario* Paris. 1668. 4. edito p. 108. epistolam ad *Salustium*, quae inter nostras has n. 1143. exstat, primus Graece exhibuit, nactus eam ab *Emerico Bigotio*, qui Libanii epistolas, ex Vaticano codice descriptas, possidebat.

Petrus Lambecius suis de Bibliotheca Caesarea Vindobonensi commentariis lib. VI. p. 244. sqq. duodecim Libanii epistolas, ex codice *Vaticano* descriptas, Graece inseruit, quarum decem priores *Aristaeneto*, duae vero postremae, altera *Eutrechio*, *Acacio* altera inscriptae sunt. Eas cum Latina sua versione, sed saepe minus probanda, additis *Lucae Holstenii* & *Petri Lambecii* observationibus, *Bartholomaeus Christianus Richardus*, Bibliothecarius quondam Jenensis, Jenae 1707. 8. recudi curavit.

Tanaquillus Faber unam ad *Eusebium* de Longini quadam oratione in praefatione ad Longinum *περὶ ὕψους*, atque hinc *Jac. Tollius* inter Judicia de Longino, eidem libello praemissa, repraesentavit. Exstat illa in hac Collectione n. 990.

Joannes Baptista Cotelerius duas ad Basilium ante non editas Tomo II. Monumentorum Ecclesiae Graecae p. 96. *Henricus* autem *Valesius* unam ad *Marcellinum* in praefat. ad *Ammianum* suum primi publici juris fecerunt.

Jo. Albertus Fabricius, Vir Summus, In Bibliotheca quidem *Graeca* lib. IV. c. 28. §. 4. unam ad *Jamblichum*, tres vero ad *Julianum*, lib. V. c. 10. p. 397. in *Latina* autem Vol. III. p. 128. unam ad *Ammianum* cum Latina versione publicavit.

Ipse ego *Centuriam* epistolarum Libanii cum versione Latina & notis Lipsiae an. 1711. in 8. in lucem prodire jussi. Illam vero selegi ex trecentis amplius, quas codices quidam Bodle-

jani

jani suppeditant, quasque ante hos triginta circiter annos in otio literario Oxoniensi ex apographo *Gerbardi Langbaenii*, cujus mentio est in Catalogo MSS. Angliae & Hiberniae Tom. I. p. 271. n. 20. potissimum descripsi. Vide, si placet, *Memorias Trevoltinas* an. 1715. Tom. I. p. 258. *Jo. Clerici*, V. C. Bibliothecam Veterem & Novam Tom. III. Part. II. p. 358 & Ephemerides Anglicanas, quae *Memoriae Literariae* appellantur, Tom. II. p. 40. Praeter *Centuriam* illam Tomo II. Anecdotorum Graecorum p. 331. sqq. *septem*, & Tomo III. p. 262. sqq. *octodecim* alias inserui.

In eadem arena, *Carolus Jesperus Benzelius*, ERICI, Reverendissimi Episcopi Lincopiensis, filius, tanto Patre dignus, egregiae scilicet indolis juvenis, & praeclara quaeque minans, recentissime cum laude sudavit. Huic enim debentur *Viginti Libanii, Rhetoris, epistolae adhuc ineditae cum versione ac notis in Regia Gothorum Carolina, praeside Celeb. Joanne Engestroehm publicae censurae subjectae, Londini Gothorum an.* 1735. 4. Exactae illae sunt ad fidem trium codicum MSS. quorum unum *Raelambianum*, qui in Bibliotheca Upsaliensi exstat, duos vero alteros *Meursianum* & *Obrechtianum*, quorum usum laudatissimus Parens ejus mihi quoque integrum esse voluit, interpretor. Ceterum epistolae hae eo tempore lucem viderunt, quo mea haec collectio Amstelaedami prela exercebat. Eas itaque nunc demum cum meis contuli, & varietates lectionum, quae momenti alicujus esse videbantur, in *Addendis* commemoravi. Septendecim earum nondum antea exstabant, *prima* vero & *secunda* ad *Basilium* a *Cotelerio*, quarta ad *Julianum* a *Federico Morello* vulgatae erant, quod in superioribus monui.

Atque haec suffecerint de iis, qui operam, Libanii epistolis impensam, publice testatam fecerunt. Jam de iis fuerit dicendum, qui in easdem cogitationes descenderunt, quamvis in destinatis perstiterint. Eorum nomina secundum literarum seriem appellabo.

Leonardus Adami, Abbas, Bibliothecae Cardinalis Imperialis Romae praefectus, novam Operum Libanii editionem, sex voluminibus instruendam an. 1712. Romae parabat. Vide *Acta Eruditorum Lipsiensia* ejusdem anni p. 431. Eam ornaturae inprimis erant epistolae Nostri, ex Vaticanae & aliarum in Italia ac Germania Bibliothecarum codicibus descriptae. Sed illa quidem spes paulo post cum ipso, an. 1719. fatis functo, decollavit.

Leo Allatius in Diatriba de Georgiis eorumque scriptis p. 364. testatur, se puerum adhuc undecennem in Graecorum Collegio ex antiquo codice epistolas Libanii CCLXIV. a *Georgio Lecapeno* ex innumeris fere selectas, furtim descripsisse.

Jo. Boivinus, Vir Graece doctissimus, & Bibliothecae Regiae Parisiensis quondam Praefectus, in praefatione ad Nicephorum Gregoram se quondam *colligendis Libanii epistolis intentum fuisse, & Latinas jam e Graecis non paucas fecisse* testatur. Hoc ipsum conpertum habeo ex schedis *Rostgaardianis*, in quibus centum propemodum ex versione *Boivinii* Latina inveni, & in usum meum converti. Illae in hac collectione inde ab ep. CIX. ad CXCVII. leguntur, praeterque eas paucae aliquot inter ceteras dispersae. Confer *Menagiana*, opera *Bernardi Monetae* aucta Tom. III. p. 577. Hunc Virum Ill. *Rostgaardus* strenuum instituti sui, quod ad colligendas Nostri epistolas referebatur, adjutorem habuit, & ex apographis ejus trecentas amplius descripsit.

David Clericus, vir eruditissimus, & Professor quondam Graecae Linguae in Academia Genevensi, in usum *Jacobi Gothofredi*, viri magni, quo duce tum temporis in literis utebatur, epistolas Libanii ex codice Bibliothecae Regiae Parisiensis maximo nitide & accurate descripsit. Ἀπόγραφον illud, ex Bibliotheca *Duboisiana* redemtum, Vir maxime venerandus *Christianus Fridericus Boernerus*, Professor Theologiae in Academia Lipsiensi primarius, & de re tum sacra tum literaria meritissimus, pro singulari sua in me benevolentia meum esse voluit. In hujus limine *Gothofredus* manu sua haec scripsit: *Hunc librum exscripsit mihi summa humanitate* D. Clericus *ex MS. Regio, quem commodato mihi in hanc urbem miserat V. C. Nicol. Rigaltius* A. D. 1643. Idem *Gothofredus* ad marginem notulas quasdam una cum nominibus propriis, quorum in ipsis epistolis mentio fit, adlevit. Neque tamen exemplum hoc omnibus numeris absolutum est, sed ex 1013. quas codex exhibet, 793. tantum leguntur, ceteris, nescio quo consilio, in ordine omissis, quas *Clericus* in Appendice supplere coeperat, in qua tamen ipsa septendecim tantum inveneris. Atque hoc apographo *Gothofredus* in commentariis suis in Codicem Theodosianum, & speciatim in *Prosopographia* adornanda usus est. Necesse vero est, *Clericum* aliud exemplum in usus suos parasse, quod hereditatis jure postea ad *Joannem Clericum*, Virum quondam industrium & doctum, pervenit. Testem habes ipsum *Clericum* in Bibliotheca Vetere & Nova Tom. III. Part. II. p. 360. & Catalogum Bibliothecae ejus Amstelaedami an. 1735. sub hasta venditae. In eo enim p. 1. n. 1. commemorantur *Libanii epistolae* 1013. *Graece e codice Regio Parisino exscriptae a Davide Clerico*; & p. 3. n. 16. *Libanii epistolae aliquot Graecae cum versione Davidis Clerici.* Versio illa una cum ἀπογράφῳ Graeco integro ad V. C. *Jacobum Philippum Dorvil-*

lium, Professorem in Athenaeo Amstelaedamensi dexterrimum, emtionis jure pervenit.

Laurentium Normannum, Theologum quondam & Philologum Upsaliensem, non unum e multis, de Libanii epistolis bene mereri constitutum habuisse, testis est B. *Fabricius* in Bibliotheca Graeca lib. II. c. 10, §. 3.

Godofredus Olearius, Theologus olim Lipsiensis praestantissimus, trecentas amplius Libanii epistolas, quas a *Gerhardo Langbaenio* ex codicibus Bodlejanis descriptas esse modo monui, exscripsit, easque laudatissimo *Fabricio* impertiit. Idem in literis ad Ill. *Rostgaardum* Ultrajecto an. 1698. scriptis testatur, se plerasque earum Latine vertisse, & notis instruxisse, una cum tribus Libanii orationibus adhuc ἀνεκδότοις in lucem proferendas.

Andreas Palmroot, Bibliothecarius olim Academiae Upsaliensis, an. 1725. d. 4. Decembr. fatis functus, CLIV. epistolas Libanii, a *Georgio Lecapeno* olim collectas, ex codice *Raelambiano* & *Obrechtiano* descripsit, versione Latina donavit, notisque brevibus instruxit. Vide *Acta Sueciae Literaria* an. 1725. p. 112. quae & testantur, editionem hujus collectionis Rostochii curatum iri. Eam vero apud viduam adhuc latere, & Bibliopolam obstetricantem exspectare amicorum ex Suecia literis edoctus sum.

Hermannus Samuel Reimarus, Professor linguarum Orientis in Gymnasio nostro dexterrimus & merentissimus, otium suum literarium, quod an. 1720. in Academia Leidensi exegit, inter cetera epistolis Libanii ex codice *Vossiano*, qui Bibliothecam Academicam ornat, diligenter describendis impendit.

Antonium Mariam Salvinum, Professorem quondam eloquentiae & Graecae linguae in Academia Florentina, ex duobus codicibus Mediceis aliquot epistolarum centurias sua manu descripsisse, & Latina civitate donasse, ex sequentibus intelligetur.

Ezechielem Spanhemium, amplissimis, quas obiit, legationibus non minus, quam meritis in literas illustrem, codice epistolarum Libanii *Vossiano* diligenter usum esse, & inposterum, si per alia negotia licuisset, usurum fuisse, ex iis apparebit, quae passim tum in Observationibus ad *Juliani* Opera, tum in praefatione, v. c. p. 8. 11. & 42. fin. de eo commemorat.

Henricus Valesius, vir egregius, non tantum in notis ad *Ammianum Marcellinum* frequenter epistolas Nostri advocat, sed & ad lib. XIV. c. 7. p. 26. edit. Gronovianae earum editionem sperare jubet. *Sed & Nicentium*, inquit, *malo ex Libanii epistolis, quas aliquando, si Deus juverit, edemus.* Editurus vero fuisse videtur in Tomo III. Operum Libanii, in quo adornando occupari Valesium, Nic. Heinsius J. G. Graevio in epistola an. 1675. scripta significat Tomo IV. Sylloges Burmannianae. p. 324. Has vero epistolas eum ex codice Regio Parisiensi, itemque altero *Joannis Baptistae Altini* (Hautin) descripsisse, & versione Latina instruxisse in Schedis *Rostgaardianis* annotatum memini. Fortasse ille *Altini* codex ex *Vaticano* aliquo descriptus fuit. Video enim a *Valesio* ad Ammianum aliquoties v. c. lib. XIV. c. 2. not. c. adferri libros epistolarum Libanii. In hos vero non *Regium* illum, sed *Vaticanos* duos distinctos fuisse ex sequentibus intelligetur.

Horum, & fortasse aliorum, industriam longissime superavit, quem primo loco appellare debebam, Vir Illustris, FRIDERICUS ROSTGAARDUS, S. Regiae Majestati Daniae & Norvegiae cum maxime a Consiliis Conferentiae, Status & Justitiae, Dominus de Kraagerup & Seyeroc, nunquam sine honoris praefatione a me commemorandus. Hic enim in itinere, quod inclinante Saeculo XVII. literarum causa in Galliam, Italiam & alias regiones, suscepit, in id inprimis incubuit, ut Libanii epistolas ubique conquireret, nec sumtibus, nec operae parcens. Praeconem industriae Vir Generosissimus nactus est R. P. *Bernhardum Montefalconium*, Virum de sacra pariter & profana antiquitate immortaliter promeritum, in Diario Italico p. 25. *Postremis*, inquit, *Mediolanensis otii diebus* (an. 1698.) *Mediolanum accessit vir clarissimus, Federicus Rostgaard, nobilis Danus, qui* Libanii *epistolis colligendis dabat operam. Is ea de causa omnes Italiae Bibliothecas lustravit accuratius.* Atque ita factum est, ut epistolas, quae vel Parisiis in Bibliotheca Regia, vel in Italia, nominatim *Romae* in *Vaticana*, *Mediolani* item, *Mutinae*, *Florentiae* & *Venetiis* exstarent, omnes interdum sua, plerumque vero periti librarii manu descriptas, & denuo cum αὐτογράφοις collatas in patriam deportaret, in lucem aliquando proferendas. Memini me inter chartas ejus primas lineas videre praefationis, operi ipsi praefigendae.

Describam codices, quibus usus est Vir Egregius ex schedis ejus, initium facturus ab iis, qui PARISIIS in Bibliotheca Regia servantur. Inter hos primarius est codex 2783. foliis 223. constans, quem *codicem Regium maximum* ob numerum epistolarum, quo Regios ceteros superat, appellamus. Chartaceus is est, & formam quarti ordinis minorem, aetatem autem Saeculi XIV. refert, charactere minutiore exaratus. In hujus calce haec leguntur: τέλος τῶν ἐπιστολῶν τοῦ Λιβανίου, ὁμοῦ ὅλαι αιγ. i. e. *finis epistolarum Libanii, quae omnes conficiunt mille & tredecim.* Hunc codicem ex *Vossiano*, de quo mox, descriptum esse *Joannes Boivinius*, idoneus judex, existimavit, iis usus argumentis, quae gallice ab illo

concepta

concepta latine reddam. *Codex*, inquit, *Bibliothecae Regiae* 2783. *ex* Vossiano *descriptus est. Argumento sunt tres epistolae* XV. XVI. & XVII. *ad* Zetobium, Thalassium & Florentium, *quae in* Vossiano *post epistolam* XIV. *leguntur*, *in* Regio *autem illo non exstant. Has scilicet* Regii *codicis scriptor non descripsit*, *quod eas in* Vossiano *tunc temporis atramento deturpatas atque adeo difficulter legendas inveniret*, *quamvis hodie*, *sublatis postliminio maculis illis*, *commode satis legi possint. Cetera codex* Regius *omni ex parte cum* Vossiano *illo consentit. Ubicunque vel leve mendum in* Vossiano *occurrit*, *idem in* Regio *inveneris*; v. e. p. 190. Vossiani *multae epistolae desiderantur*, *ideo*, *quod major pars libri* V. *sicut & initium libri* VI. *periit. Eaedem vero epistolae etiam in codice* Regio *frustra quaeruntur*, *sicut & epistola ad* Jovianum *ibi non minus, quam in* Vossiano *mutila est. In limine libri* V. *desunt epistolae sex in utroque codice. Nec obstat his*, *quod pars prior codicis* Vossiani *in libros est distincta*, *quorum ratio in* Regio *codice non habetur. Videtur enim* Regii *codicis scriptor illam in libros distinctionem ideo neglexisse*, *quod eam in* Vossiano *non perpetuam esse videret. Porro notandum est*, *librum primum epistolarum codicis* Vossiani *post praemissas extra ordinem* XVI. *epistolas demum incipere*, *has vero ipsas etiam in codice* Regio *legi. Denique in calce* Vossiani *codicis duae epistolae leguntur*, *in* Regio *illo frustra quaerendae. Eas autem omisisse videtur librarius ideo*, *quod in* Vossiano *non integrae exstant. Hactenus* Boivinius de codice *Regio maximo* cum *Vossiano* comparato.

VOSSIANUS ille *Isaaci Vossii*, Viri quondam etiam in his literis magni, olim fuit, Isque chartaceus, qui hodie in *Bibliotheca Leidensi* num. LXXVII. teste catalogo Bibliothecae Lugduno-Batavae p. 395. exstat. Pervenit ille quondam Parisios beneficio Illustris *Ezechielis Spanhemii*, quod ex praefatione ejus ad Opera Juliani plagula g. 1. b. (p. 42. fin.) colligere licet. *Quum enim*, inquit, *in Anglia annos permultos legationem obirem*, *eadem illius Imperatoris* (Juliani) *opera cum antiquo codice annorum circiter quingentorum e divite viri excellenti doctrina & ingenio*, *quoque utebar familiariter*, Isaaci Vossii, *Bibliotheca deprompto*, *conferre mihi ejus beneficio licuit*, *cujus libri usum*, *quod idem plures*, *de quibus facta in superioribus mentio*, *ἀνεκδότους Libanii epistolas contineret*; *mihi*, *e Britannia in Galliam ablegato*, *vir singulari humanitate non minus ac doctrina officiose concessit.* Idem disertius testantur chartae *Rostgaardianae*. Ex illis enim didici, codicem Vossianum *a Spanhemio* primum cum *Emerico Bigotio*, ab eo vero cum *Joanne Boivinio*, cum *Rostgaardo* autem ab ipso *Spanhemio* communicatum fuisse. Atque hinc natae sunt illae codicis *Vossiani* varietates, quas ad oram apographi *Rostgaardiani*, ex codice *Regio maximo* facti, subinde descriptas inveni. Codex ipse, quem ante hoc quadriennium circiter, cum meam hanc collectionem operis Amstelaedamensibus exscribendam traderem, in Bibliotheca Leidensi, Celeberrimo *Petro Burmanno*, Musarum elegantiorum statore hodie praecipuo, humanissime annuente, inspicere me memini, antiquus, quingentorum circiter annorum, & bonus est, atque passim a recente manu correctus. Duae porro ejus sunt partes. Pars I. post XVI. epistolas, extra ordinem praemissas, complectitur libros sex, quorum *primus* epistolas exhibet LXXVII. p. 5–48. *secundus* CVI. p. 48–90. *tertius* CVIII. p. 91–137. *quartus* XXC. p. 137–178. *quintus* XXVIII. p. 178–190. ex quibus tamen sex priores desiderantur; *sextus* CXX. p. 190–232. Pars II. ejusdem codicis a p. 233. ad p. 440. procedit, & sine librorum distinctione epistolas 497. repraesentat. In calce haec legis: Ἐπιστολαὶ τοῦ Λιβανίου χίλιαι εἴκοσι καὶ μία. Atque haec de *Vossiano* codice sufficiant.

Sequantur nunc codices *Regii* Parisienses alii, quibus ita usus est *Rostgaardus*, ut ex illis nunc integras, in *Maximo* illo desideratas, describeret, nunc legendi varietates ad oram antigraphi, ex *Maximo* illo facti, adlineret.

Codex 2981. unam habet ad *Datianum*. fol. 167.

Codex 3073. sub titulo: ἐκ τῶν τοῦ Λιβανίου ἐπιστολῶν LXV. habet epistolas, quarum XXXII. alii codices non exhibent.

Codex 3261. epistolas XII. refert ad Basilium, ab *Aldo* editas.

Codex 3280. A. qui hodie exstat n. 2999. quique in hac Collectione *Codex Niger* vocatur, praeter CCVI. epistolas a f. 60. ad 120. mutuas S. Basilii & Libanii XXIV. repraesentat.

Codex 3280. B. epistolas sistit XII.

Codex 3290. est epistolarum 134. (una cum quatuor Basilii & Libanii mutuis) ex quibus in *Regio maximo* 24. desiderantur. Hic codex appellari a nobis solet *Codex Strategi*, cujus manu eleganter est descriptus. Floruit vero ille saeculo XV. inclinante.

Codex 3362. duas tantum & 3511. quatuor suppeditarunt epistolas.

Transeo nunc ad codices Bibliothecae VATICANAE.

Codex XXCIII. qui a nobis vocatur *Vaticanus* B. constat libris VI. epistolarum. Vide, quae scripsi ad ep. 1556. Idem, puto, est, ex quo *Jac. Gothofredus* indicem habuit prosopographicum, quem mox commemorabo.

Codex

P R A E F A T I O

Codex XXCIV. in folii forma chartaceus est, & valde recens, sed eleganter scriptus. Convenit cum *Ambrosiano* T. 5. & habet epistolas 110.

Codex XXCV. quem appellamus *Vatican.* A. sex epistolarum libros exhibet, & desinit in verbis: ἐνδοξίμου δὲ ὅμως, quae exstant in ep. 925. reliqua enim folia omnia perierunt.

Codex CXIII. in 4. chartaceus manu recente, additis multis scholiis, scriptus habet epistolas 266. quarum ordo, si duas ultimas exceperis, exacte convenit cum *Ambrosiano* V. 445. In calce haec legis: Αὗται αἱ ἐπιστολαὶ τοῦ Λιβανίου ἦσαν γεγραμμέναι εἰς τὸ βιβλίον τοῦ Γεωργίου τοῦ Λακαπηνοῦ.

Codex CXCIX. in fol. chartaceus manu recente secundum ordinem epistolarum codicis *Ambrosiani* T. 5. sistit epistolas CXI.

Codex CCCCXXCI. in 4. chartaceus habet epistolas CXXXIV. junctis plerumque illis, quae ad eundem virum scriptae sunt, cetera recens, & a duobus librariis exararus. Vereor ego, ne heic in designanda nora codicis numerica error acciderit, nisi ordinem codicum Vaticanorum alium atque alium diversis temporibus fuisse dicere malis. Est enim mihi ad manus *Index personarum*, ad quas Libanius scripsit, quem *Jac. Gothofredus* habuit secundum literarum seriem ex libris epistolarum sex confectum, quorum quinque priores CCC epistolas singuli, postremus vero XLV. tantum continent Hi sex libri exstare dicuntur in Codice *Vaticano* CCCCXXCI. cujus haec sit inscriprio: Λιβανίου Σύρου, Σοφιστοῦ καὶ Κωνσταντινουπόλεως ἐπιστολῶν. Aur valde ego fallor, aut idem est hic Codex, qui paulo ante n. XXCIII. signatus *Vaticanus* B. appellatur.

Codex DCLXXVIII. chartaceus in 4. recens paucas habet Libanii epistolas, multis scholiis in usum juventutis instructas.

Codex DCXI. in 12. chartaceus, valde recens, epistolas sistit XLI. quarum tamen duae priores perierunt.

Codex DCCCCXXVI. in 4. chartaceus est, epistolarum 260. ordine mire confuso cum scholiis interlinearibus permultis. Epistolae ipsae maxima ex parte cum codice Regio maximo conveniunt, aliae vero cum libro IV. codicis *Vatic.* B. & 3073. Regio Parisiensi. Nomina eorum, quibus epistolae inscriptae sunt, fere semper desiderantur.

Codex DCCCCXXXVII. in 4. chartaceus, manu recente, sed hominis docti, confuso ordine exaratus duas sistit collectiones, quarum altera epistolas CXX. altera CCLXX. complectitur.

Codex DCCCCXLII. in 4. chartaceus, recens in prioribus novem & viginti foliis Libanianas refert epistolas.

Codex DCCCCXLIII. chartaceus in 4. manu satis bona, sed recente scriptus, ordine confuso CCCCLX. epistolas, earumque nonnullas bis exhibet.

Codex DCCCCXLIV. chartaceus in 12. est epistolarum CCCXXI. &, si LX priores exceperis, cum *Ambrosiano* T. 5. convenit. Character est recens, illique, quem *Mediceus* B. de quo mox, refert, similis.

Codex DCCCCXLV. membranaceus in 12. manu admodum recente, ordine mire confuso, nominibus etiam illorum, quibus inscriptae sunt, valde depravatis, epistolas CCV. comprehendit.

Codex DCCCCXLVI. epistolarum CCI. consentit cum *Ambrosiano* T. 5. in charta serica, eadem, qua *Ambrosianus* iste, manu exaratus. In fine tamen mutatus est ordo, omissis etiam nonnullis epistolis.

Codex DCCCCLII. chartaceus in 4. paucas habet, sed multis scholiis in tironum usum illustratas.

Codex DCCCCLIII. in 4. sericus, cujus scriptura fere omnis evanuit, similis est *Ambrosiano* T. 5. Epistolae tamen nonnullae desiderantur.

Codex MCCCXXIII. formae quarti ordinis in charta serica manu bonae notae ante trecentos circiter annos scriptus. Fuit is olim *Fulvii Ursini*, & consentit fere cum ordine epistolarum, qui in codice *Regio maximo* observatur

Venit heic in mentem recordari, *Laurentium Alexandrum Zacagnium* in praefatione ad *Collectanea Monumentorum veterum Ecclesiae Graecae* & *Latinae* p. 49. testari, ineditas Libanii epistolas *supra duarum chiliadum* numerum in Vaticana exstare. De codicibus *Vaticanis* hactenus.

Accipe nunc notitiam codicum Bibliothecae AMBROSIANAE urbis *Mediolanensis*, qui ad *Libanium* spectant.

Codex V. 445. chartaceus, & manu satis recente scriptus habet epistolas 268.

Codex N. 2. sistit epistolas 37.

Codex T. 5. inter cetera quatuordecim exhibet.

Codex T. 73. habet 251. ex quibus paucae, quae in *Vossiano* non exstant, sunt descriptae.

Codex

AD LECTOREM.

Codex T. 231. chartaceus in 4. recens & eleganter ſcriptus praeter alia aliorum opuſcula 153. epiſtolas comprehendit, ex quibus ſex, alibi deſideratae, in noſtra hac collectione leguntur.

Fuit olim *Octavii Ferrarii.*

De codicibus MUTINENSIBUS ita habe:

Codex *Mutinenſis* A. *Voſſiano* in multis ſimilis, nonnullas tamen ſuppeditavit epiſtolas, alibi non obvias.

Codex B. cum *Ambroſiano* T. 5. in omnibus conſentit.

Codex C. in 4. continet epiſtolas 236. & *Aeſchinis* nonnullas. Paucae inter illas ſunt, quae in aliis non exſtant.

Codex D. chartaceus in 4. a *Georgio Valla* deſcriptus praeter nonnullas *Libanii* epiſtolas tractatum *Maximi Planudae* de conſtructione verborum & *Joannis Grammatici* illum de dialectis complectitur.

Sequantur codices MEDICEI, qui *Florentiam* ornant.

Inter hos codex A. in Pluteo LVII. n. 47. exſtans, forma quarti ordinis in charta ſerica, optimae notae, ante annos CCCC. ab homine docto, manu bona, & fortaſſe eadem, qua *Regius max. Pariſienſis* eſt exaratus. Continet ille epiſtolas CCC.

Codex B. in Pluteo LVII. n. 19. epiſtolarum CCCCXXVII. quarum tamen multae in priori illo exſtant, bonam manum ſed recentem refert, & in calce S. Baſilii & Libanii mutuas exhibet.

Utriusque hujus codicis epiſtolas *Antonius Maria Salvinus*, Profeſſor quondam eloquentiae & Graecae Linguae in Academia Florentina an. 1695. deſcripſit, Latine convertit, ac cum praeſtantiſſimo *Roſtgaardo* communicavit. Idem vero ἀπόγραφον, emendationibus *Salvinianis* hinc inde ornatum, una cum verſione Latina in Italia aere ſuo redemit *Jac. Philippus Dorville*, Vir egregius, qui & mihi pro ſua in me benevolentia utriusque uſum conceſſit. Interpretatio Latina, notulis interdum non indoctis inſtructa, ita comparata eſt, ut vir doctus verba potius verbis reddere, quam ſenſum clare exprimere voluiſſe videatur. Nihilominus tamen vel ſic in locis obſcurioribus rectius perſpiciendis facem mihi praetulit.

Medic. C. in 4. Pluteo XXXII. n. 32. in charta ſerica, charactere minutiore, ſed pulchro ab homine docto ſcriptus, epiſtolas CCXLIX. praeter *Baſilii* & *Libanii* amoebaeas exhibet. Quod ad aetatem cum codice A. certaverit, & fortaſſe eo ſuperior fuerit.

Medic. D. octavi ordinis Pluteo LXX. n. 13. in charta ſerica, manu parum elegante, ſed diligenter ſcriptus, aetatem annorum circiter 250. refert, & epiſtolas CCCLXXX complectitur. Perierunt vero tres priores, & quartae initium, nec minus epiſtolae 367 & 368.

Medic. E. in 4. Pluteo LXXXVI. n. 8. chartaceus manu recente, & ad nauſeam turpi ſcriptus epiſtolas habet CCCXII. Characteres & verſus adeo comprimuntur, ut vel lynceos oculos unius paginae lectio hebetes reddere poſſit. Sibi ſcilicet, non aliis Graeculus, quisquis fuerit, ſcripſiſſe id omne videtur.

Medic. F. in 4. chartaceus recens, ſed eleganter ſcriptus, exſtat in Pluteo LVIII. n. 16. & praeter Baſilii & Libanii mutuas, tres Libanii alias, diverſis inſcriptas, tum vero *Juliani* varias repraeſentat.

Medic. G. in Pluteo LV. n. 2. ex codice B. totus natus eſt. Folii formam refert, & Libanii quidem epiſtolae in membrana ſcriptae ſunt manu recente cujusdam *Zenobii Acciajoli*, circa an. 1450. qui literas quidem elegantiſſime pinxit, ſed Graece minime doctus fuit, atque adeo multos errores commiſit. Ita male adſecutus eſt ſcribendi compendia, nec obſervavit, duos foliorum faſciculos in codice B. a compactore fuiſſe transpoſitos. Hinc factum eſt, ut epiſtolarum ordinem in illo loco plane inverteret, & trium epiſtolarum initia cum aliarum trium longe diverſarum extremis conjungeret, praeterea vero tres integras epiſtolas codicis B. nempe 48. 239. & 341. plane omitteret. Ita codicis hujus conditionem deſcribit *Roſtgaardus*. Parum abeſt, quin credam, *Zenobium* illum *Acciajolum*, ſcriptorem codicis, eum eſſe, qui Bibliothecae Vaticanae inde ab an. 1518. praefuit, binis annis poſt anno aetatis 58. defunctus. Vide *Ambroſii de Altamura* Bibliothecam Ordinis Praedicatorum p. 243. Fieri potuit, ut *Acciajolus* juvenis admodum hunc codicem deſcriberet, atque adeo in multis peccaret.

Agmen claudant codices qui *Venetiis* in Bibliotheca S. MARCI ſervantur. Inter eos *primus* lit. F. 7. ſignatus, quarti ordinis, chartaceus eſt, & manu recente ſcriptus, epiſtolarum CXIV.

Secundus n. 25. in Armario II. exſtans, & in charta ſerica ſcriptus, in 8. habet epiſtolas CLIX. eadem manu, quam codex *Regius max. Pariſ.* refert, exaratas.

Tertius Armarii V. litera B. notatus in 4. chartaceus eſt, & a manu admodum recente profectus. Epiſtolas habet XXX.

P R A E F A T I O

Quartus n. 5. ejusdem Armarii chartaceus epistolas XXCV. a manu recente exhibet.

Quintus Armarii II. n. 4. membranaceus epistolarum CCCCXXCI. ante annos CCC exaratus in limine haec legentibus offert: Κτῆμα Βησσαρίωνος Καρδιναλέως.

Praeter hos libros nonnunquam ad partes in nostris his vocatur GOLIANUS. Eum Ill. *Rostgaardus* ex Bibliotheca *Jac. Golii*, sub hasta vendita, sibi comparavit. Chartaceus is est in 4. recente manu, fortasse proxime ante origines typographiae scriptus, cui alia, eaque recentior manus scholia Graeca tum supra versus ipsos, tum ad marginem adlevit, Grammatica fere, interdum tamen sensum non inepte illustrantia. Epistolas exhibet XXXIX.

Atque hic est egregius ille apparatus, quo Vir Insignis usurus erat ad epistolas *Libanii* in lucem proferendas, siquidem per munerum amplitudinem & majoris momenti negotia licuisset. Constat ille omnis duobus voluminibus, quorum alterum mille amplius epistolas complectitur ex *Regio maximo Parisiensi* descriptas, ad quarum marginem varietates lectionum ex *Vossiano* & aliis codicibus haustae leguntur; alterum vero illas sistit, quarum copiam alii variarum Bibliothecarum tum *Parisiensium*, tum *Italicarum* libri fecerunt. Vide Catalogum Bibliothecae *Rostgaardianae* inter MSS. Graec. p. 455.

Intellexisti hactenus, Lector, quinam de his epistolis bene mereri apud animum constitutum habuerint. Accipe nunc tertio loco, qua ratione ego spartam, ab illis vacuam relictam, in meos humeros devolverim. Ego scilicet inde ab eo tempore, quo tirocinium in Graecis literis posueram, *Libanii* lectione captum me sensi. Ex quo factum est, ut in otio literario, quod ante hos triginta annos Oxonii agebam, in describendis aliquot epistolarum centuriis, de quibus supra, operam collocarem. Accidit paulo post, ut Hafniae egregiam supellectilem *Rostgaardianam* in Museo Viri Illustris conspicerem, ipsique operam meam in edenda illa offerrem. Non defuturum se is ajebat desideriis meis. Ab eo vero tempore alia atque alia intercesserunt, quae consilium meum in aliud tempus differre cogebant. Sexennium nunc est, ex quo omnis ille apparatus in Bibliothecam SERENISSIMI POTENTISSIMIQUE DANIAE ET NORVEGIAE REGIS CHRISTIANI VI. cui Summum Numen felicissimum Imperium, Augustissimae Domus incolumitatem, & res undiquaque prosperas largiatur! pervenit. Tum vero pristino, quem dixi, ardore iterum accensum me sensi. Favebat mihi pridem JOANNES GRAMMIUS, REGI POTENTISSIMO a Consiliis Justitiae & Bibliotheca, Professor item Graecae Linguae in Academia Hafniensi celebratissimus, Vir doctrina & meritis in literas Illustris, mihique a variis benevolentiae studiique documentis cognitus, & is omnino, de quo nihil tam praeclare dixero, quin id virtus ejus superet. Eum igitur per literas adibam, vehementer rogans, efficerer apud AUGUSTISSIMUM MONARCHAM, ut apparatus illius *Libaniani* copia ex Regiis thesauris clementissime mihi fieret. Effecit Vir Egregius, quae cupiebam, omniaque, quae huc spectabant, utenda mihi misit.

Praeter illa vero in promtu mihi fuerunt trecentae amplius epistolae ex codicibus Bodlejanis, supra commemoratae. Provexit institutum meum Vir Insignis, mihique a multis annis amicissimus *Maturinus Veyssiere la Croze*, Potentissimo Borussiae Regi a Consiliis, Museo & Bibliotheca. Hic enim epistolas *Libanii* omnes, quas a *Guilielmo Morello* editas esse supra dixi, sua manu nitide & curate descriptas, mecum communicavit. Has ipsas autem cum schedis *Ezechielis Spanhemii*, quae Berolini in Bibliotheca Spanhemiana servantur, & codice quodam *Regio Berolinensi* contulit, quemadmodum ex posteriori illo epistolas circiter centum, non editas, descripsit. Schedae illae *Spanhemianae*, recente manu scriptae LXXXII. habent epistolas, quae ex *Vossiano*, quo *Spanhemium* usum esse supra monuimus, petitae videntur. Codex porro ille *Regius Berolinensis* optimae est notae, & CCCC annorum aetatem referre videtur, sed qui aegre multis in locis legi potest, mutilus praeterea & Bibliopegi culpa integris interdum versibus truncatus.

Parisiis ope R. P. *Bernardi Montefalconii*, Viri de literis insigniter promeriti, tres accepi epistolas manu ejus ex codice *Coisliniano* descriptas, cujus idem notitiam Tom. II. Bibliothecae Coislinianae p. 516. commemoratis singularum epistolarum initiis, exhibet. Exstant illae in hac Collectione n. 1577, 1578 & 1579. Continet ille codex epistolas XXCI. quae mihi omnes, si tres illas exceperis, ad manus erant.

Noveram in Bibliotheca CAESAREA *Vindobonensi* exstare aliquot codices, *Libanii* epistolis onustos, quorum *Pet. Lambecius* in suis de illa Commentariis lib. VI. p. 255. mentionem fecit. Unus est membranaceus epistolarum CCCCIII. alter chartaceus epistolarum CCXCII. & tertius, quem *Nesselius* commemorat, itidem chartaceus, epistolarum XXXIX. Illorum indices, indultu Illustris *Nicolai Pii Garelli*, S. Majestatis Caesareae Archiatri & Protobibliothecarii, mea causa confecit, & transmisit Vir plurimum Reveren-

dus

AD LECTOREM.

dus *Christophorus Fridericus Trescnreuterus*, qui tum temporis Potentissimi Sueciae Regis ad Aulam Caesaream Legato a sacris erat, nunc autem Academiam Altorfinam cum Professoris Theologi dignitate praeclare ornat. Ad hos indices, qui singularum epistolarum initia una cum nominibus eorum, ad quos scriptae sunt, recitant, nonnunquam, ubi scilicet varietas aliqua occurrebat, provocavi. Ex epistolis ipsis nullam inter meas desiderabam.

Ex *Suecia* a Reverendissimo ERICO BENZELIO, Episcopo Lincopiensi dignissimo, cujus in *Philonem*, qui in Anglia prela nunc exercet, limatissimas curas cupide exspectamus, nactus sum duos epistolarum codices, alterum in folii forma, qui olim fuit *Joannis Meursii*, viri diligentissimi, alterum quarti ordinis, olim *Eliae Obrechti*. Priorem illum *Benzelianum* A. posteriorem *Benzelianum* B. appello. *Meursianus* ille; recente manu scriptus, continet epistolas CCXXCII. *Obrechtianus* autem, ex *Meursiano* descriptus, easdem habet epistolas, quibus deinde subjunguntur CXVI. epistolae ex codice *Raelambiano*, qui exstat in Bibliotheca Upsaliensi; & *Georgii Lecapeni* collectionem ex parte complectitur, petitae. Quamvis enim codex ille, quod mox dicam, CLVI. epistolas exhibeat, ceterae tamen illae in hoc apographo ideo sunt omissae, quod in *Meursiano* codice jam comparebant. Ceterum hi duo codices ad me perferebantur, cum Collectio mea in Belgio jam prela exercere coeperat. Itaque nihil aliud mihi integrum erat; quam ut varietates potiores, inde excerptas, Amstelaedamum mitterem, notis meis suis locis inserendas. Nonnullas earum *Addendis*, quae in calce vides, inserui, ad eas scilicet epistolas, quae ab operis jam erant profligatae. His porro libris usus est florentissimus *Carolus Jesperus Benzelius*, *Erici* filius, ad curandas, quas supra dixi, XX. *Libanii* epistolas.

Facta modo est mentio codicis *Raelambiani*, in Bibliotheca Upsaliensi exstantis, & CLVI. epistolas complectentis. Harum indicem, commemoratis singularum initiis, mecum communicavit Venerandus *Georgius Wallinus*., Theologus tunc temporis Upsaliensis, & Academiae Bibliothecarius, egregiis in literas meritis celebratissimus. In hujus libri calce sequentia minio scripta leguntur: Αὗται αἱ γεγραφεῖσαι πρὸς ἐπιστολαὶ εἰσιν ἀπὸ τῶν ͵αξβ ἐπιστολῶν, ἃς ἐξελέξατο ὁ Λεκαπηνὸς κῦρ Γεώργιος, καὶ εὐρέστησαι. Ultimam vocem in mendo cubare patet. Legerim ego: καὶ εὐηρέστησαν, hoc sensu, quod epistolae illae CLV. prae ceteris *placuerint*. Prima harum epistolarum *Clearcho* inscripta est, ultima *Modesto*. Illius initium est: Ἔμελλον γράφειν, hujus: Ἑκάτεροι ἀκόντως ἐποίουν.

Habeo praeterea, cur laudem insignem & benevolentiam & liberalitatem, quam Vir Summus, CHRISTIANUS FRIDERICUS BOERNERUS, Professor Theologus in Academia Lipsiensi primarius, mihi egregie probavit. Is enim ἀπόγραφον epistolarum Libanii, quod a *Davide Clerico* in gratiam *Jac. Gothofredi* ex *Regio Parisiensi* maximo factum esse supra dixi, meis annumerari voluit. At idem illud ad me pervenit, cum operae Amstelaedamenses in exscribendis his epistolis longius processissent. Itaque tum demum ἀντίγραφον illud cum editis meis conferre potui, cum totum opus a prelis esset liberatum. Ex hac vero comparatione natae sunt illae varietates, quas in *Addendis* conspicis.

Praedicanda porro mihi est insignis humanitas Viri elegantissimi ingenii & doctrinae singularis JACOBI PHILIPPI DORVILLE, Professoris in Athenaeo Amstelaedamensi dexterrimi, mihique amicissimi. Hic enim ut in toto hoc negotio strenuum se mihi ἐργοδιώκτην praestitit; ita illarum epistolarum, quas ab *Antonio Maria Salvino* ex duobus codicibus Mediceis descriptas esse supra dixi; una cum interpretatione Latina, ab eodem profecta, copiam mihi fecit. Taceo observationes ejusdem egregias, quas infra in *Addendis* leges.

Denique nefas fuerit tacere amorem & studium HERMANNI SAMUELIS REIMARI, Viri eruditissimi, quem supra laudavi. Hic enim ἀπόγραφον, quod ex *Vossiano* codice diligentissime concinnaverat, usibus meis patere voluit. Illud tamen non omni ex parte cum meis his contuli, in *Rostgardianis* scilicet illis non raro acquiescens.

His igitur adminiculis instructus operi ipsi manum admovi, apographis *Rostgardianis* fundamenti loco positis. In his primum locum occupant epistolae ex *codice Regio Parisiensi* descriptae, additis ex *Vossiano* nonnullis, quae in isto desiderantur. Hae inde ab initio usque ad epistolam MXXX. procedunt. Illas excipiunt aliae ex ceteris Regiis codicibus, nominatim ex cod. 3280. A. hodie 2999. qui *Codex Niger* a nobis appellatur, inde ab ep. 1031. ad 1083. ex cod. 3073. epp. 1084–1113. ex cod. 3290. epp. 1114–1133. Has sequuntur, quas Bibliothecae *Italicae* suppeditarunt. Ex codice *Ambrosiano* Mediolanensi T. 5. habes epp. 1134–1152. ex *Ambrosiano* T. 231. epp. 1153–1159. ex *Mutinensi* A. 1160–1182. ex *Mutinensi* C. 1183–1187. ex *Mutinensi* D. unam 1188. Porro ex *Mediceo* A. 1189–1201. ex *Mediceo* B. 1202–1204. ex *Mediceo* C. 1205–1215. ex *Mediceo* D. 1216–1224.

P R A E F A T I O

1224. ex *Mediceo* E. 1225. ex *Mediceo* F. 1226–1228. ex *Vaticano* A. 1229–1283. ex *Vaticano* B. 1284–1556. &c. Colophonem imponunt *S. Basilii* & *Libanii* mutuae.

Heic monitum velim Lectorem, notas epistolarum numericas non semper se invicem debito ordine excipere. Id vero casu quodam factum esse sciat, nec ita interpretetur, ut persuasum sibi habeat, epistolas quasdam iis in locis desiderari.

In versione Latina concinnanda ita versatus sum, ut; quoad fieri potuit, non nimis a Graecae dictionis habitu discederem, cum alioquin fieri facile possit, ut non tam Auctoris quam suam mentem reddat Interpres. Suppetias mihi ex parte tulerunt *Zambicarius*, *Anonymus*, *Pichonius*, *Boivinius* & *Salvinus*, quos nonnullas harum epistolarum Latine convertisse supra monui. In interpretando, fateor, saepe anceps haesi, nec mihi ipsi satisfeci, nonnulla etiam in *Addendis* & *Emendandis* correxi, plura in *Curis posterioribus*, si Summum Numen vitam & valetudinem, nunc adflictam, mihi largiatur, emendaturus. Erratorum interim veniam facile me ab eo impetraturum confido, qui vel expertus ipse, vel aliorum exemplo edoctus didicerit, epistolas interpretandi negotium cum maximis difficultatibus esse conjunctum. Has vero difficultates Libanianae inprimis augent sententiosa & acuta brevitate, quae nonnunquam ab aenigmatica parum remota est: ne de eo nunc dicam, quod epistolae eo ordine non semper in codicibus sunt collocatae, quo secundum temporis rationem collocari debuissent. Absque hoc enim si fuerit, fieri non potest, ut satis perspecta habeas illa, de quibus agitur, argumenta.

In notis rationem inprimis habui Graecae dictionis & proverbiorum, quibus frequenter utitur Noster, operamque dedi, ut veterum scriptorum, v. c. *Homeri*, *Hesiodi*, *Thucydidis*, *Demosthenis*, ceterorum effata, ad quae idem passim provocat, indagarem. Cumque operae pretium sit, probitatem dictionis Graecae Novi Instrumenti, quae a nonnullis praeter rem in dubium vocatur, idoneorum scriptorum auctoritate & exemplis vindicare, nata occasione ostendi Libanium iisdem phrasibus, quae in sacris tabulis occurrunt; quarumque nonnullae suspectae aliis fuerunt, uti. Nec raro argumentis & ritibus, de quibus agitur, lucem adferre conatus sum.

Superest, ut de epistolis ipsis nonnulla dicam. Habes heic *Graecarum* Centurias circiter XVI. quarum vix duae & dimidia lucem adhuc viderunt. Accedunt illis *Latinarum*, quas *Zambicarii* industriae debemus, ex MS. *Ambrosiano* auctarum, Centuriae fere quinque. Ex quibus cum vix centum inter Graecas exstent; prodibit numerus chiliadum duarum, quot in *Vaticanis* codicibus exstare supra testantem audivimus *Zacagnium*. Probarunt illae sese jampridem antiquitati, quod ex veterum testimoniis, quae mox subjiciam, constabit. Et sunt sane, ut *Fabricii* nostri, τῦ μακαρίτυ, verbis Bibliothecae Graecae lib. VII. p. 411. utar, *plenae Attici salis, ac leporis, atque acuta brevitate non minus, quam eruditis pulchrisque sententiis se commendant.* Recte *Franc. Zambicarius* in Dedicatione libri III. epistolarum Latine redditarum infra p. 762. *Aliae*, inquit, *gravitate*, *aliae vehementia*, *aliae salibus*, *aliae acumine gratiam assequuntur. Denique nullum fere epistolarum genus arbitror, quod Libanius noster aliqua ex parte complexus non fuerit.* Neque vero argumentis & rebus scitu dignis destituuntur. Pleraeque, fateor, in salutandis aliis, in commendandis his illis, in enarrandis praeterea rebus domesticis occupantur. Non paucae tamen ad *Julianum* Caesarem, ejusque avunculum ὁμώνυμον, ad belli Duces, Rectores item Provinciarum, Praefectos urbium, Philosophos, Sophistas item seu Rhetoras & Oratores forenses illius aetatis scriptae sunt. Taceo epistolas, ad Doctores & Praesules coetus Christiani, nominatim *Amphilochium Iconiensem*, *Athanasium*, *Basilium*, *Dorotheum*, *Gregorium Nyssenum*, *Joannem Chrysostomum* & *Optimum*, Episcopum Antiochenum, datas. In his sunt omnino, quae historiam illorum temporum civilem & literariam, interdum vero etiam ecclesiasticam, ceu inter cetera ex notis ad ep. DCCXXX. apparet, illustrant. In promptu essent exempla, quibus hoc demonstrare liceret, nisi id ex ipsa epistolarum lectione intelligi mallem. Argumento praeterea sunt ea, quae *Jac. Gothofredus* in Codicem Theodosianum, & praecipue in *Prosopographia*, *Henricus Valesius* ad Ammianum Marcellinum, & *Ezech. Spanhemius* ad Julianum ex his epistolis recitarunt.

Omnes esse Libanii, quae in hac Collectione exstant, praestare non ausim. Imo vero sunt inter eas, quae inter epistolas aliorum scriptorum hactenus comparuerunt. Ita v. c. ep. 1204. inter illas *Procopii*, epistolae 1157. 1188. 1558. 1572. & 1573. inter *Synesianas*, ep. 1108. inter *Dionysii Sophistae* illas exstant. Eas nunc prorsus omissas mallem.

Quae n. 1557. ad *Hyperechium* legitur, illa inter *Basilii* illas Tomo III. Operum p. 450. rectius conspicitur. Epistola 1574. Εἰ μὲν ἔχων οὐκ ἀποδίδως τὸ δάνειον inter *Phalaridis* illas Antimacho inscripta n. XXVII. occurrit. Constat hodie, eruditos tantum non omnes, praeeunte inprimis *Richardo Bentlejo*, Viro κριτικωτάτῳ, illas *Phalaridis* epistolas Sophistae alicui tribuendas jure censere. Operae pretium fuerit circumspicere, annon fortasse omnes

Libanium

Libanium habeant artificem. Memini utique, me in notis phrases & sententias Phalaridis cum Libanianis frequenter conferre. Vide v. c. notas ad ep. 1141. Ipsae denique *S. Basilii* & *Libanii* mutuae nuper subleflae fidei visae sunt *Juliano Garnerio*, Monacho Benedictino, cui luculentam Operum Basilii editionem debemus. Lege eum in Vita Praesulis optimi, quae Tomo III. Operum praemissa est, p. 172. sqq. Non contemnenda, fateor, sunt argumenta, quibus utitur vir doctissimus, quamvis iisdem non penitus permotum me sentiam. Animus erat in eorum pondus hoc loco curatius inquirere; sed pertinax, qua cum maxime adfligor, invaletudo conantem reprimit. Eadem prohibet, quo minus indicem Prosopographicum, quem in notis aliquoties promisi, addere nunc possim. In hoc scilicet de illis, ad quos scripsit Libanius, diligentius dicturus eram, atque adeo ea allaturus, quae vel in his epistolis, vel alias de illis tradita leguntur. Illius interim locum Index rerum & Nominum Propriorum, quem in calce habes, ex parte suppleverit, donec in *Curis*, quas, Deo clementer annuente, meditor, *posterioribus* & haec & alia in medium afferre licebit.

Venit heic in mentem recordari, maximam inter codices varietatem in designandis illorum, ad quos epistolae scriptae sunt, nominibus observari. Nonnunquam enim duo, tria, imo quatuor diversa inveneris. Non negaverim, id omne frequenter librariorum incuriae acceptum esse ferendum. Fieri tamen etiam potuit, ut Libanius ejusdem epistolae exemplum ad plures mitteret, ubi ejusdem rei notitiam ad plures perferri volebat, nec otio, quod sibi literis scribendis nimis praeripi passim queritur, abundabat.

Harum porro epistolarum nonnullas ficta nomina & ficta quoque argumenta prae se ferre non vane suspicari mihi videor, exemplo scilicet futuras tironibus, ad quod respicerent, si quid ejusmodi consignandi occasio se offerret. Tales scilicet exstant in *Characteribus epistolicis*, qui Libanio a nonnullis sunt adscripti, & a *Gulielmo Morello* Parisiis 1558. 8. editi.

Ad indices, quos in calce habes, conficiendos opem mihi suam gnaviter & lubenter commodavit dilectissimus frater, *Joannes Christianus*, Professor in Gymnasio nostro publicus, cui *Sapphus* carmina & reliquarum Graecarum poetriarum fragmenta recognita, aucta & emendatiora debemus.

Denique vehementer doleo, interdum graviora operarum menda per meam a prelo absentiam irrepsisse. Exstantiora & ea inprimis, quae sensum turbant, in *Emendandis* notavi. Ad haec itaque ut recurras, si quibus in locis haeseris, Lector, cetera autem facilis & aequus ipse emendes, etiam atque etiam peto. Ita vale, & his fruere. Dabam Hamburgi, Kal. Martiis. A. C. CIↃ IↃ CCXXXVIII.

JUDICIA ET TESTIMONIA VETERUM DE LIBANII EPISTOLIS.

S. BASILIUS in epistola ad Libanium, quae infra n. MDCI. p. 727. legitur.

Δεχόμενος μὲν ἡμῖν, ἃ γράφεις, χαίρω· ἀπαιτούμενος δὲ, πρὸς ἃ γράφεις, ἀντεπιστέλλειν, ἀγωνιῶ. Τί γὰρ ἂν εἴποιμεν πρὸς οὕτως ἀττικίζουσαν γλῶτταν; πλὴν, ὅτι ἁλιέων εἰμὶ μαθητὴς, ὁμολογῶ καὶ φιλῶ. *Quae scribis, accipio quidem laetus; sed, dum me ad ea, quae scripsisti, jubes rescribere, solicitus sum. Quid enim ad linguam adeo Atticam dixerim, nisi id, quod piscatorum me esse discipulum & profiteor & gaudeo?*

GREGORIUS NYSSENUS Epist. X. inter eas, quas *Laurent. Alexander Zacagnius* in Collectaneis Monumentorum veterum Ecclesiae Graecae ac Latinae primus edidit, p. 376.

Ἐπὶ καιροῦ δὲ νῦν ἐμνήσθην, ὡς οἶμαι, τοῦ διηγήματος. Ἀρχομένου γὰρ, ὡς οὐκ ἂν ἐβουλόμην, τὰς δ' αἰτίας οὐδὲν δέομαι ἀκριβῶς νῦν καταλέγειν τοῦ, ἀφ' οὗ γέγονα παρ' ὑμῖν, καὶ μέχρι τοῦ νῦν συμπεπτωκότων μοι λυπηρῶν, μηνύσαντος ἀδελφοῦ μοί τινος περὶ τῶν γραμμάτων τῆς μεγαλοφυοῦς σου παιδεύσεως, ἐπειδὴ τάχιστα τὴν ἐπιστολὴν ἐδεξάμην, καὶ τοῖς γεγραμμένοις ἐπέδραμον, εὐθὺς μὲν τὴν ψυχὴν διέθετο, ὡς ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων ἀνακηρυττόμενος, τοσαύτην τὴν σὴν μαρτυρίας ἐμπλησάμην, ἣν διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἡμῖν κεχάρισαι. ἔπειτα δέ μοι καὶ ἡ τοῦ σώματος ἕξις εὐθὺς πρὸς τὸ κρεῖττον μετεποιεῖτο. καί σοι τὸ ἴσον παράδοξον καὶ αὐτὸς διήγημα δίδωμι, ὅτι τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς τὰ μὲν ἀρρωστῶν, τὰ δὲ καθαρῶς ὑγιαίνων ἐπέδραμον. h. e. interprete *Zacagnio: Commodum autem, ut arbitror, narrationis hujus nunc meminit.*

nini. Cum enim minus valerem, quam in votis esset (causas autem adversitatum, quae ex eo tempore, quo apud vos fui, mihi usque nunc evenere, nil opus est exacte nunc recensere) de improviso allata est mihi a te, Viro eruditissimo, epistola, quam ubi accepi atque avidissime perlegi, statim quidem animum meum ita affecit, quasi ab hominibus cunctis de pulcherrimis rebus laudem consequerer: tanto in pretio apud me erat testimonium, quod per epistolam nobis impertiebaris; deinde vero corporis habitudo in melius statim conversa est. Unde & ipse rem valde insolitam tibi refero, me scilicet unam eandemque epistolam partim aegrotantem, partim vero optime valentem perlegisse.

Idem ep. XI. p. 380.

Ἐγὼ δὲ περιχαρὴς τῇ συντυχίᾳ γενόμενος κοινὸν πεποίηκα τοῖς παροῦσι τὸ κέρδος, καὶ πάντες μετεῖχον τὸ ὅλον ἕκαστος, οὐ φιλονεικοῦντες. καὶ οὐκ ἠλαττούμην ἐγώ. διεξιοῦσα γὰρ τὰς πάντων χεῖρας ἡ ἐπιστολὴ ἴδιος ἑκάστου πλοῦτός ἐστι, τῶν μὲν τῇ μνήμῃ διὰ τῆς συνεχοῦς ἀναγνώσεως, τῶν δὲ δέλτοις ἐναπομαξαμένων τὰ ῥήματα καὶ πάλιν ἐν ταῖς ἐμαῖς ἦν χερσὶ, πλέον εὐφραίνουσα, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν πολυχρύσων ἡ ὕλη. h.e. *Ego autem magna ex hoc eventu laetitia perfusus lucri istius* (i.e. epistolae Libanii) *cunctis, qui aderant, copiam feci, omnesque ejus participes facti sunt, totum, quantum erat, singuli citra contentionem ullam adepti; neque tamen illius quicquam minus habui. Literae enim tuae, manus cunctorum pervagantes, propriae unius cujusque divitiae factae sunt, dum alii pluries legendo memoriae, alii tabulis earum verba commendant, & rursus ad meas rediere manus, majus mihi gaudium afferentes, quam divitum oculis auri materies suppeditet.*

Notari heic velim, utramque hanc epistolam in codice Vaticano, ex quo edidit *Zacagnius*, nullius nomen prae se ferre, *Zacagnium* autem cum in notis ad utramque, tum in praefatione ad ipsa *Monumenta* p. 47. sqq. non contemnendis argumentis effecisse videri, eas *Libanio* fuisse inscriptas. Haec ejus conjectura firmari possit illa Libanii epistola, quae in hac Collectione n. MDV. *Gregorio* cuidam inscripta legitur. Hunc enim de *Nysseno* accipi non inepte posse, in notis monui.

EUNAPIUS de Vitis Philosophorum in Vita Libanii p. 133. iniquus alioquin dictionis Libanianae existimator, de epistolis praeclarius ita sentit & judicat.

Ὁ δὲ λόγος αὐτῷ περὶ μὲν τὰς μελέτας παντελῶς ἀσθενὴς, καὶ τεθνηκὼς, καὶ ἄπνους, καὶ διαφαίνεταί γε οὗτος μὴ τετυχηκέναι διδασκάλου. Καὶ γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν κοινῶν καὶ παιδὶ γνωρίμων περὶ τὰς μελέτας ἠγνόει. περὶ δὲ ἐπιστολὰς καὶ συνουσίας ἑτέρας ἱκανῶς ἐπὶ τὸν ἀρχαῖον ἀναφέρει, καὶ διεγείρεται τύπον. h. e. *Dictio ejus in declamatorio genere prorsus iners, mortua, & vitalis succi est expers, videturque in eo genere caruisse doctore, siquidem pleraque etiam vulgaria, & vel pueris perspicua ignoravit. In epistolis vero, & id genus aliis dissertationibus moralibus abunde assurgit, & ad exemplum veterum se accommodat.*

PHOTIUS in Bibliotheca Cod. XC.

Ἔστι δὲ δόκιμος κἀν ταῖς ἐπιστολαῖς. h. e. *Probatus quoque est in epistolis.*

Idem in Epistolis a *Richardo Montacutio* editis ep. 207. ad Amphilochium.

Τίσιν οὖν ἐπιστολαῖς ὁμιλητέον, καὶ τίσιν ἐπιγνωσθέντα ἡμῖν διὰ τῆς τέχνης χαρακτῆρα ἐφαρμόζοντες τὴν γυμνασίαν συλλεξόμεθα; Ἔστι μὲν καὶ ἄλλο πλῆθος ἄπειρον. ἔχεις δ', ἵνα μηδὲ μακρὸν ᾖ σοι τὸ τῆς γυμνασίας στάδιον, τὰς εἰς Φάλαριν ἐκεῖνον, δῆμος τὸν Ἀκραγαντῖνον τύραννον, ἀναφερομένας ἐπιστολὰς, καὶ αἷς Βροῦτος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπιγράφεται· καὶ τὸν ἐν βασιλεῦσι φιλόσοφον, καὶ τὸν σοφιστὴν ἐν ταῖς πλείσταις Λιβάνιον. h. e. interprete *Montacutio*: *Quaenam igitur epistolae lectitandae, & a quibus exercitium adhibebimus, ut artificiosum, quem didicimus, charactera exprimamus? Certe ingens est earum numerus. Habes autem, ne elongatius tibi stadium figas, epistolas, quae Phalaridis esse dicuntur Acragantini tyranni, & quibus Bruti, Romanorum ducis, nomen praescribitur; & qui apud Imperatores Philosophus erat: Sophistu apud vulgus Libanium.*

SUIDAS in Λιβάνιος.

Λιβάνιος —— ἔγραψεν ἄπειρα, ἐν οἷς εἰς Κωνστάντιον τὸν βασιλέα ἐγκώμιον· ἕτερον εἰς Ἰουλιανὸν, μελέτας ῥητορικάς, ἐπιστολάς. *Libanius scripsit innumera, nominatim Constantii Imp. encomium, aliud in Julianum, Declamationes oratorias, epistolas.*

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

LIBANII SOPHISTAE
EPISTOLAE.

CLEARCHO.

ORaturus te eram per literas, ut adjuvares *Faustinum*, bonum illum quidem, sed pauperem. Atque haec quidem tibi suffectura arbitrabar ad auxilium ipsi ferendum, mores nempe & paupertatem. *Celsus* vero superveniens, &, quid agerem, edoctus, jam pridem auxilium te moliri ajebat, nihil autem eorum, quae destinaveris, perfecisse. Ego vero alium, ista dicentem, ferrem, ideo, quod, quamvis voluerit, juvare non potuerit. *Clearchum* vero haec excusatio non decet. Indignum enim hoc est, & quaedam quasi voluntatis accusatio, nisi tibi ad illam perficiendam vel nutus sufficiat.

I. ΚΛΕΑΡΧΩι. (1)

Ἔμελλον γράφειν (2) δεήσεσθαί (3) σου βοηθῆσαι τῷ χρηστῷ μὲν, πένητι δὲ Φαυστίνῳ. Αὐτὰ δὲ ταῦτα ἀρκέσειν ἡγούμην σοὶ πρὸς τὴν βοήθειαν, τόν τε τρόπον, τήν τε πενίαν. Κέλσος δὲ ἐλθὼν (4) καὶ μαθὼν, ὅ (5) ποιήσοιμι, πάλαι μέν σε τῆς βοηθείας ἔφη (6) ἦρθαι, πρᾶξαι δὲ οὐδὲν, ὧν ἐβούλου. Ἐγὼ δὲ ἄλλου μὲν ταῦτα λέγοντος ἀνασχοίμην ἂν, ὅτι βουληθεὶς οὐκ ἐδυνήθη. (7) Κλέαρχος δὲ μὴ μάθοι τοιαύτας ἀπολογίας. Δεινὸν γὰρ τοῦτό γε, καὶ κατηγορία τῆς βουλῆς, εἰ μή σοι πρὸς αὐτὴν ἀρκοίη (8) καὶ (9) νεῦμα.

ELEBICO.

Optimus *Florentianus* literas quidem a te mihi non attulit; at, ut prior ad te scriberem, persuasit, me amari a te jurejurando confirmans. Scripsi itaque, illi quidem fidem habens, te vero miratus, quod pauci sermones, vespera illa tecum habiti, amorem tuum mihi primum conciliarint. Itaque & amorem tuum gratus agnosco, & literas tuas vicissim expeto. Quod si tamen negotiorum mole prohiberi te sentias, vel amari me a te magni facio.

II. ΕΛΕΒΙΚΩι. (1)

Γράμματα μὲν ὁ χρηστὸς Φλωρεντιανὸς οὐκ ἤνεγκέ μοι παρὰ σοῦ, γράψαι δέ με πρότερον ἔπεισεν, ὀμόσας ἐμὲ φιλεῖσθαι παρὰ σοῦ. Καὶ ἐγὼ τῷ μὲν οὐκ ἀπιστήσας, σὲ δὲ θαυμάσας, εἰ τὰ ἐπὶ τῆς ἑσπέρας ἐκείνης ῥήματα ὀλίγα φιλίας ἀρχὴν ἐποίησαν, (2) γέγραφα, τῷ φιλεῖσθαί τε χάριν εἰδὼς, καὶ γράμματα (3) ἀπαιτῶν. Εἰ δ' ἂν (4) καὶ (5) κωλύῃ τῷ πλήθει τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἔμοιγε μέγα καὶ τὸ φιλεῖσθαι μόνον.

CLEARCHO.

Cui jam saepe auxilio praesto fuisti, *Olympius*, ad te nunc quoque confugit, ex iis, quae jam accepit, sperans, fore, ut adjutorem te habeat in rebus suis feliciter conficiendis.

III. ΚΛΕΑΡΧΩι. (1)

Ἐπὶ τὸν πολλάκις βεβοηθηκότα σε καὶ (2) νῦν Ὀλύμπιος καταπέφευγε, σύμμαχον ἐξ ὧν ἤδη τετύχηκεν, ἐλπίσας εἰς τὸ κατορθώσειν ἔχειν.

EI- IV.

EP. I. (1) Ita olim hanc epistolam edidi in Centuria mea epistolarum Libanii n. XII. ex codicibus Anglicanis. Exstat vero etiam inter Graecas a *Morello* Graece tantum editas lib. I. ep. 1. & *Latine* ex versione *Anonymi*, de quo in praefatione dixi, & *Francisci Zambicarii* lib. 1. ep. 87. (2) Γεγράφειν, *Medic.* A. (3) Δεηθήσεσθαι, *Morell. Regius man.* & *Spanbemianus.* Nostram lectionem tuentur *Anglicani*, *Ambrosianus* T. 231. *Medic.* B. & *Vatic.* B. sed hic ex emendatione. (4) Ἐπελθὼν, *iidem*, quos modo dixi, & *Reg. man.* quod cum rectius videatur, in versione expressi. (5) Ὅ pro τί, *Morell. Spanbem.* & *Reg. man.* (6) Εἶπεν, *iidem.* (7) Ἠδυνήθη, *iidem. Zambicar.* legisse videtur ἐδυνήθης; saltem ita Latine expressit: *ferrem, quod volens non potueris.* (8) ἀρκοίη, *Ambrof* T. 231. (9) *Morell.* pro καὶ habet τό. Zambicarius: *nisi ei atque nutui tuo imperare possis*; dilute admodum. Sensus est, *Clearchum*, modo velit serio, vel nutu juvare *Faustinum* posse. Confer infra ep. 36.

EP. II. 1 Exstat apud *Morellum*, *Graece* l. 2. & *Latine* apud *Anonymum.* (2) Haec in Anglican. ita mendose: εἰν' ἀπ' ἐκείνου πίςως ῥήματα ὀλίγης φιλίας ἀρχὴν ἐποίησαν. Voces ἐπὶ τῆς ἑσπέρας *Vatic.* B. in contextu exhibet, at *Reg. man.* in margine manu recente. *Morell* τῆς omittit, quod *Spanbemian.* supplet. Pro ἐποίησαν *Reg.* ἐποίησεν. (3) γράμμα, *Anglic.* (4) ὡς, *Spanbem.* (5) καὶ deest in *Ambrof.* T. 231. & *Vatic.* B. fierique potuit, ut ex mox sequenti κω nasceretur.

EP. III. 1 *Morell.* Graece l. 3. & *Lat.* Anon. (2) καὶ abest ab *Anglic.*

EP. IV.

IV. ΤΩι ΑΥΤΩι. (1)

Ὀλυμπίου μὲν οὗτός ἐστι παῖς τοῦ πολλὰ μαθόντος. οἶδε δὲ καὶ αὐτὸς οὐκ ὀλίγα πρὸς τῷ (2) καὶ στρατιώτης (3) εἶναι. Φιλίας δὲ τῆς σῆς ἐπιθυμήσας (4) δι' ἐμαυτοῦ, (5) φιλοῦντος ἄμφω, τοῦτ' αὐτὸ γενέσθαι βουληθεὶς ἔρχεται μετὰ γραμμάτων ἐμῶν ἐν οἷς ἔχει τὰς τῆς ἐπιθυμίας ἐλπίδας.

EIDEM.

Olympii, viri valde eruditi, filius hic est, qui & ipse doctrinam non exiguam militari scientiae junxit. Is, amicitiae tuae cupidus, eam per me, utriusque studiosum comparari sibi voluit. Literis itaque meis comitatus venit, votique sui damnatum se iri sperat.

V. ΠΑΥΛΙΝΩι (1)

Τοῦ μὴ ἀποθανεῖν με κατακλυσθέντα (2) πλήθει κακῶν αἴτιός μοι μετὰ θεοὺς (3) Θαλάσσιος. Ἡγοῦμαι οὖν καὶ σὲ χάριν ὀφείλειν αὐτῷ τῆς περὶ ἐμὲ σπουδῆς. ὀφείλων δὲ ἥδιστ' ἂν καὶ ἀποδοίης. Ἔξεστι δέ σοι μετὰ τῆς τῶν νόμων φυλακῆς ἀποδοῦναι, γῆς, (4) ἧς ὑπ' ἀνδρὸς ἐστέρηται τοῦ θρασυτέρου τινὸς, πάλιν αὐτὸν ποιήσαντι δεσπότην. Καλὸν δὲ τὸν ἀδικοῦντα μαθεῖν, ὡς ἔστι καὶ ἀπόντα τῶν δικαίων τυχεῖν.

PAULINO.

Thalassio post Deos debeo, quod malorum cumulo inundatus non occubui. Itaque & te illi pro hoc in me studio gratiam debere existimo. Quam vero debes, libentissime etiam referes. Tibi autem, legum quoque rationem habituro, omnino integrum est, ipsi eam referre, si illum fundi, quo ab homine insolentiore privatus est, dominum postliminio constitueris. Bonum vero factum, si homo injurius discat, absentem etiam jure suo potiri posse.

VI. ΘΕΜΙΣΤΙΩι. (1)

Ἐβουλήθη (2) σε παρ' ἡμῶν ὁ Λεόντιος μαθεῖν ὡς φιλοῖτο ὑφ' ἡμῶν. Λέγω τοίνυν, ὅτι καὶ φιλεῖται, καὶ δικαίως, χρηστός τε ὢν καὶ συνετός. καὶ τῷ τιμᾶν, ὡς προσήκει, (3) τιμᾶσθαι νομίζων.

THEMISTIO.

Voluit per nos te scire *Leontius*, quod a nobis ametur. Ajo igitur, eum & amari à me, & merito amari: bonus enim & prudens est, & dum me ita, ut decet, observat, honorari se existimat.

VII. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΩι. (1)

Σὺ μὲν ἡμᾶς (2) εἶπας (3) κακῶς, ἡμεῖς δὲ (4) καλῶς. ἀλλ' οὔτε σοί τις, οὔτ' ἐμοὶ πείσεται.

ARISTAENETO.

Tu quidem male de me locutus es: ego vero de te bene. Sed nec tibi, nec mihi quisquam crediderit.

VIII. ΓΑΛΛΙΚΙΑΝΩι. (1)

Ἡμεῖς καὶ ἄνθρωποι, (2) καὶ οὐδὲν τῶν γειτόνων ἀμείνους. Μὴ τοίνυν ὕβριζε τὰς εἰκόνας, (3) μηδ', ὅταν ἐπαινῆς, ἀμέλει τοῦ μέτρου. μηδ' οὐ φιλεῖσθαι νόμιζε, τῷ μὴ πολλά σοι παρ' ἡμῶν ἀφικνεῖσθαι γράμματα. Τούτου μὲν γὰρ αἴτιον τὸ πολλὰ εἶναι τὰ πράγματα. Φιλεῖν δὲ δύναιτ' ἂν καὶ μὴ ἐπιστέλλων ἄνθρωπος, ἐπεὶ καὶ σὺ, ὃν χρόνον οὐκ ἐπέστελλες, ἐφίλεις ἡμᾶς καὶ εἰ μηδὲ ταῦτα τὰ νῦν ἐπεπόμφεις, ἐφίλεις

GALLICIANO.

Et nos homines sumus, nec vicinis ulla ex parte meliores. Noli igitur comparationibus contumeliose uti, nec, si laudaveris, modum excede. Neque te non amari crede ex eo, quod non multae a nobis ad te literae perferuntur. In causa enim est negotiorum multitudo. Amare vero & is potest, qui non scribit, quemadmodum & tu, quo tempore non scribebas, amabas nos, & vel sic amasses, etiam si praesentes illas non

EP. IV. (1) *Morell.* l. 4. Verterat *Latine* Anon. & *Salvinus.* (2) τὸ, *Barocc.* (3) στρατιώτου *Spanhem.* Conf. infra ep. 24. & 35. ubi similis nostrae huic structura. (4) ἐπιθυμήσασθαι, *Spanhem.* (5) δι' ἐμοῦ τὲ, *idem.*

EP. V. (1) *Morell.* l. 5. *Latine* verterat *Anon.* & *Salvinus.* In *Medic.* A. *Themistio* male inscribitur. (2) κατακλοισθέντα, *Ambros.* T. 231. ex frequenti τοῦ υ cum οι permutatione. Nostram lectionem tuentur *Ambros.* N. 2. & *Vatic.* B. (3) μετὰ θεὸν, *Voss.* & *Spanhem.* at in *Regio max.* scriptura non apparet. Praestat nostra, tanquam Libanio, homini pagano, convenientior. (4) Ita *Spanhem.* rectius, quam *Morell.* ἀποδοῦναι γῆν, ἧς ὑπ', &c. Verbum ἀποδοῦναι non referendum est ad γῆν, seu fundum restituendum, sed ad *Paulinum*, qui referre gratiam, quam *Thalassio* debebat, possit, si illum fundi sui dominum iterum constituat. Nihilominus & Ambros. N. 2. γῆν legit.

EP. VI. (1) *Morell.* l. 6. Graece & *Jo. Albertus Fabricius*, Vir praestantissimus, Vol. VIII. Biblioth. Graec. p. 40. *Graece* & *Lat.* Verterat etiam *Anon.* & *Salvin.* (2) ἐβουλήθη, *Ambros.* T. 73. & *Vatic.* 943. (3) καὶ τῷ τιμᾶν με ὡς προσήκει, *Spanhem.* Malui sequi *Morellum.* Rectius enim τῷ τιμᾶν exprimi, quam subintelligi videtur. Hos porro vocum lusus amat *Liban.*

EP. VII. (1) *Morell.* l. 7. *Graec.* Verterat Latine *Anon.* Memini, *Aegid. Menagium* in carminibus suis p. 53. integram epistolam disticho aliquo Graeco eleganter exprimere. Δαμασίῳ inscribitur in *Ambros.* T. 231. (2) ἡμᾶς deest in *Vatic.* 943. (3) εἶπες, *Reg. max.* (4) ἐγὼ δέ σε *Reg. max.* fortasse rectius. Nam oppositio clarior est, & fieri facile potuit, ut vocula σε ab antecedente δὲ, maxime adfini, male excluderetur.

EP. VIII. (1) Ita *Morell.* l. 8. & *Spanhem.* At *Voss.* clare Ἰταλικιανῷ, quod & in *Regii max.* margine manu recente est expressum. Γαλλικιανῷ habet *Medic.* A. & *Vatic.* B. Καλλικιανῷ *Casanatens.* Suspectum merito est *Galliciani* nomen, quod nec alias, nec in his Nostri epistolis observare memini. Et facile fieri potuit, ut *Italiciani* illud cum hoc permutaretur. Porro ad *Italicianum* plures exstant Nostri epistolae. In Codice Bibliothecae Coislinianae apud doctissimum *Montefalconium*, p. 517. ἀνεπίγραφος est. (2) Respondere haec videntur formulae proverbiali: *homo sum, humani nihil à me alienum* puto. (3) Voce εἰκὼν in hac significatione utitur Noster infra ep. 90.

(4) βέλτιον

non misisses. Atque in istis praeclara quidem dicebas, & pollicebaris, at verbis facta non responderunt. Sed ne hoc quidem argumentum esse arbitror, me a te non amari: imo vero persuasum mihi habeo, te, quamvis paratum, juvare non potuisse. Praestare enim puto, ita statuere, quam inculpandi causam undiquaque conquirere.

ἐφίλεις ἂν καὶ οὕτως· καί τοι καλὰ μὲν ἔλεγες καὶ ὑπισχνοῦ, τοῖς λόγοις δὲ ἔργον ἠκολούθησεν οὐδέν. Ἀλλ᾽ ὅμως οὐ ποιοῦμαι τοῦτο τοῦ μὴ φιλεῖσθαι σημεῖον. ἀλλ᾽ ἐμαυτὸν πείθω βουληθέντα σε μὴ δεδυνῆσθαι. Βέλτιον γὰρ οἶμαι ταῦτα νομίζειν, (4) ἢ πανταχόθεν ζητεῖν ἐγκαλεῖν.

MARTINIANO.

Pudet me quidem, beneficium à te petere, qui nullum tibi unquam exhibuerim, neque exhibere me posse sperem. Quoniam tamen filius mihi curae est, ut petam, necesse est. tu vero ignosces. Rogo te, facias, ut de *Romano* aliquid audiamus. Praeclarum tibi hoc studium fuerit. Fiat hoc igitur per benevolentiam tuam, qua si fruetur, tantum habebit, quantum alteri longum in caussis agendis tempus adfert a tempore. Beneficium alterum fuerit, si daturus illud te daturum scribas.

IX. ΜΑΡΤΙΝΙΑΝΩι. (1)

Αἰσχύνομαι μὲν αἰτῶν σε χάριν, οὐδέν σε οὐδέπω εὖ πεποιηκὼς, οὐδὲ ἐλπίζων ὅμως δὲ, ἐπειδήπερ περὶ παιδὸς ἡ φροντὶς ἐμοὶ μὲν αἰτεῖν ἀνάγκη. σὺ δὲ σύγγνωθι. Δέομαι δή σου δοῦναι ἡμῖν ἀκοῦσαί τι περὶ Ῥωμανοῦ. ἡ (2) φροντὶς καλόν. Τοῦτο δὲ γένοιτ᾽ ἂν ἀπὸ τῆς σῆς εὐνοίας, ἧς εἰ ἀπολαύσειεν, ἕξει τοσοῦτον, ὅσον ὁ (3) πολὺς ἐν τῷ συνδικεῖν ὁ χρόνος παρὰ (4) τοῦ χρόνου. Χάρις δὲ ἑτέρα, εἰ μέλλοις δώσειν (5) ἐκείνῃ ἐπιστείλαις, ὡς δώσεις.

HELLADIO.

Quando impotentiam fraudem vocas, injurius es. Alterum enim cadit in homines odio, alterum in homines miseratione dignos. Tu vero misces res, quae confundi non debent, infelicitatem scilicet & malignitatem. Ego autem Berytum ob multa, Athenas vero propter omnia amare me profiteor, quamvis in neutram urbem pervenire possim. Audio tamen & ipsam Junonem vinctam fuisse, nec loco motam prius, quam is, qui vincula fabricaverat, ipse solvisset.

X. ΕΛΛΑΔΙΩι (1)

Ἀπάτην καλῶν τὴν ἀδυναμίαν ἀδικεῖς. Ἔστι δὲ ἐκεῖνο μὲν τῶν μισουμένων, τοῦτο δὲ τῶν ἐλεουμένων. Σὺ δὲ μιγνύεις τὰ ἄμικτα, ἀτυχήματα καὶ πονηρεύματα. Ἐγὼ δὲ ἐρασθῆναι ὁμολογῶ, Βηρυτοῦ μὲν διὰ πολλὰ, Ἀθηναίων δὲ διὰ πάντα, δυνηθῆναι δὲ εἰς οὐδετέραν ἐλθεῖν. Ἀκούω δὲ καὶ τὴν Ἥραν δεθῆναι, καὶ οὐ κινηθῆναι πρότερον, πρὶν ὁ τὸν δεσμὸν μηχανησάμενος ἐλθὼν ἔλυσεν. (2)

ARAXIO.

Cum Palaestinam gubernabas, non negligebas ad nos scribere, cujus nunc, multis populis praefectus, obliviseeris. Procul tu remotus amicorum recordabaris, in vicinia vero existens te praestas immemorem. Qualis igitur tandem futurus es, ubi potestate fueris auctus & amicos videris? Nonne liquet, prioribus illis etiam contemtum te additurum, siquidem negligentia pro modo eorum, quae jam facta sunt, creverit? At vel sic tamen nos honoribus auctum te libenter viderimus, si illis mactatus etiam caedi nos jusseris.

XI. ΑΡΑΞΙΩι. (1)

Τῆς Παλαιστίνης ἄρχων οὐκ ἠμέλεις τοῦ γράφειν, νῦν πολλῶν ἄρχων ἐθνῶν ἐπιλέλησαι τοῦ γράφειν. Καὶ μακρὰν μὲν ὢν ἐμνημόνευσας τῶν φίλων, ἐγγὺς δὲ καταστὰς ἀμνημονεῖς. Τίς ποτε οὖν ἔσῃ προσλαβὼν ἐξουσίαν, καὶ τοὺς γνωρίμους ὁρῶν. ἢ δῆλον, ὡς καὶ τὰ καταμελεῖν ἐπιδώσεις, εἴπερ κατὰ λόγον τῶν γεγενημένων ῥᾳθυμία χωρεῖν. (2 Ἀλλ᾽ ὅμως ἡμεῖς βουλοίμεθ᾽ ἂν σε τιμιώτερον ἰδεῖν, εἰ καὶ μαστιγώσεις λαβών.

HEORTIO.

Non nosti, amicissime *Heorti*, morborum me infestantium vel multitudinem, vel gravitatem, neque quanto tempore me presserint. Alioquin me, abjecta commiseratione, non reprehendisses. Jam vero ignorantia, hominibus semper

XII. ΕΟΡΤΙΩι. (1)

Οὐκ οἶσθα, ὦ φίλε Ἑόρτιε, τῶν προσβαλόντων (2) μοι νοσημάτων οὔτε τὸ πλῆθος, οὔτε τὸ μέγεθος, οὔτε ἐφ᾽ ὅσον περιῆλθε τοῦ χρόνου. Οὐ γὰρ ἂν πέρα ὑπερβὰς τὸ συναλγεῖν ἐμέμφου. Νῦν δὲ ἡ ἄγνοια πανταχοῦ τοῖς ἀνθρώποις

(4) Βέλτιον γὰρ τοῦτο νομίζειν οἶμαι. *Spanhem.*

EP. IX. (1) *Morell.* l. 9. (2) ἡ addidi ex *Voss.* & *Spanhem.* in quo posteriore καλῶν est pro καλόν. Hoc autem foeminino jungitur, subintellecto τι, vel χρῆμα. Sic infra ep. 12. ἡ ἄγνοια βλαβερόν, & saepe aliis. (3) ὁ in *Voss.* supra χρόνος scriptum erat. (4) Hoc malui cum *Spanhem.* pro περὶ, quod est in ceteris. Sensus est, *Romanum* ex benevolentia *Martiniani* plura commoda nacturum esse, quam si in caussis perorandis diu versetur. (5) Ita asi hac & Noster & alii Scriptores frequenter utuntur, qua S. Petrus sine Hebraismo, quem alii hic quaerunt, usus est 1 ep. V. 5. τοῖς ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Ultima haec sententia: χάρις δὲ ἑτέρα, κ. τ. λ. in *Medic.* A. deest, quae in *Reg. max.* ad marginem scripta erat.

EP. X. (1) *Morelius* l. 10. *Lat.* Anon. (2) Vide *Homerum* Iliad. ἑ. vs. 18. seqq.

EP. XI. (1) *Morellus* l. 11. (2) χωρεῖ, *Spanhem* (3) τιμιώτερος, *Ambros.* T. 231. mendose. (4) μαστιγώσας, *Medic.* B. & *Vatic.* B. fortasse rectius.

EP. XII. (1) *Morellus* l. 12. (2) Ita scripsi pro προσλαβόντων quod habet *Morellus*: & sic emendatum erat in margine *Regii max.* manu recente, nec minus in *Voss.* ubi antea legebatur προσλαβόντων *Spanhem.* clare exhibet προσβαλόντων. Frequens est haec verbi notio, vocesque βαλεῖν & λαβεῖν non raro in simplicibus & compositis permutantur. Vide *Coteler*ium ad Tom. II. Monumentorum Ecclesiae Graecae p. 642. & Anecdota mea Graeca Tom. I. p. 227. & 231.

(3) Vide

ποις βλαβερόν. (3) καὶ δὴ (4) καί σε κατηγορεῖν ἐπῆρεν ἀντὶ τοῦ παραμυθεῖσθαι. Ἐγὼ δέ σοι οὐκ ἐγκαλῶ, τὸ τὰς δυσκολίας ἡμῶν ἀγνοεῖν, καί τοι φαίη τις ἂν τῶν ὥσπερ σὺ ῥᾳδίως ἐπιτιμώντων, ὡς ἀγνοεῖς μὲν τῷ μὴ πυνθάνεσθαι, οὐ πυνθάνῃ δὲ τῷ μισεῖν. Καὶ οὕτως ἂν ὑπεροψίαν προσφέρων αὐτὸς ἐνέχοιο μείζοσιν. Ἐγὼ δὲ τοῦτο οὐ ποιήσω, φιλίαν ἰσχυρὰν ὑβρίζειν οὐκ ἀξιῶν συκοφαντίᾳ. (5) Ἀλλ' ὅταν τι γένηται τοιοῦτον, ζητήσας αἰτίαν τοῖς πράγμασιν ἐπιεικεστέραν, οὕτως πρὸς ἐμαυτὸν ὑπὲρ ἐκείνων ἀπολογοῦμαι. Σὺ δὲ οὐκ ἐν καιρῷ ῥητορεύεις, ἄλλως εἶναι λέγων τοὺς αἰτιωμένους, οὓς αὐτὸς ἀνέπλασας ἄν, (6) διὰ τῆς ἐπιστολῆς. Ἐπεὶ τί παθὼν οὐκ ἐπεστόμιζες, ἀλλ' ἐπείθου; Ὑπεροψίας δὲ μνησθεὶς, εἰ μὴ δώσεις δίκην, Ἡρακλεῖ χάριν ἔχειν ἀλεξικάκῳ (7) ἐγὼ δὲ ἤδη πόλιν ὅλην, τοῦτο φθεγξαμένην, τετιμώρημαι λόγῳ. (8)

semper noxia, apud te etiam effecit, ut pro folatio dicam mihi fcriberes. Ego viciffim de te non queror, ideo, quod calamitates noftras ignoras. Poterat quidem aliquis, ad reprehenfionem aeque ac tu proclivis, dicere, ignorare te eas, quod non inquiras, non autem inquirere, quod non ames. Sic autem, dum contemtum mihi exprobras, majori ipfe crimini fores obnoxius. Ita vero ego non agam, amicitiam ftabilem calumnia non offendendam effe exiftimans. Sed fi quid ejusmodi acciderit, quaefita caufa, rei ipfi magis confentanea, excufare talia apud me ipfum foleo. Tu vero intempeftive rhetoricatis, quando alios ita ais criminari, quos tamen ipfe literis tuis fingis. Cur enim illis non os potius obturafti, quam fidem habuifti? Contemtus quando meminifti, nifi poenam luas, Herculi Averrunco gratiam habere memento. Ego vero jam totam civitatem, hoc pronunciantem, oratione quadam punivi.

XIII. ΙΟΥΛΙΑΝΩι. (1)

Τῇ διὰ τὴν σὴν ἀῤῥωστίαν λύπῃ καὶ αὐτοὶ πεπτώκαμεν ἀῤῥωστίᾳ. Τί γὰρ ἡμῖν ἡδὺ σοῦγε ἀνιωμένου; Σελεύκῳ δὲ ἄρα ὑπῆρξε καὶ τοῦτο, ἀγγεῖλαι τὸ, ὡς ἐκπέφευγας τοῦ κακοῦ τὴν ἀκμὴν ἤδη, καὶ πείθομαι τὸν Ἐντρέχιον εὐτυχῆ νομίζειν. Ὀφείλει γὰρ τὴν Βιθυνίαν, ὅτε βέλτιον, βέλτιον δὲ, ὅτε καί σοι τὸ σῶμα ἐν ὑγιείᾳ. Χάριν δὲ εἰδότες (2) σοι τοῦ φιλεῖν τὸν ἄνδρα χάριν ἑτέραν αἰτοῦμεν (3) προσθεῖναι τόνδε καλεῖν. (4)

JULIANO.

Nos vero & ipfi morbo tuo contriftati, in morbum incidimus. Quid enim, te dolente, nobis jucundum effe poteft? At *Seleucum* decebat nunciare, quod extremum mali periculum jam evaferis. Credo interim, *Entrechium* felicem habendum effe. Videbit enim is Bithyniam tempore maxime opportuno: id vero erit, ubi tu corpore valebis. Sicut autem gratiam tibi habemus, quod hominem illum amas, ita novum, quaefo, beneficium addas, eundem ad te vocando.

XIV. ΑΝΩΝΥΜΩι. (1)

Οὐ κατεπάλησε (2) τὸν ὅρκον ὁ Διονύσιος, (3) ἀλλ' ἐπανήκει σοι μετὰ τῶν γραμμάτων, ὃ δὴ καὶ ποιήσειν ὤμοσε. Τὴν πόλιν δὲ ἡμῶν εὐδαίμονα καλῶν, ἐν ᾗ κατοικεῖν ἐδυσ-σας, παίζεις ἑκών. Εἰ γὰρ δὴ ὄντως αὐτὴν ᾤου τοιαύτην, τί παθὼν, ἐξὸν κοινωνεῖν τῆς εὐδαιμονίας, οὐκ ἐβουλήθης; (5) τοὺς δὲ ἡμετέρους εἰ μὲν ἀγνοεῖς κινδύνους, ἀδικεῖς ἀμελῶν (6) γὰρ ἀγνοεῖς, καὶ ταῦτα οὕτως ὢν πρόσχωρος. (7) εἰ δ' ἐπιστάμενος μακαρίζεις μετὰ τῶν δεινῶν, φιλοκιν-

ANONYMO.

Non fefellit jusjurandum *Dionyfius*: fed cum literis ad te revertitur, quod facturum fe juravit. Quando vero urbem noftram felicem appellas, quam habitare gravatus es, fponte ludis. Si enim talem effe vere credas, quid caufae eft, cur nolis, cum poffis, felicitatis hujus fieri particeps? Noftra vero pericula fi ignoras, male agis; ex incuria enim ignoras, idque in vicinia. Si vero fcias, & nos in ipfis his calamitatibus beatos praedices, periculorum amans

(3) Vide ad ep. IX. not. 2. (4) Sic *Reg. max.* pro δὴ *Morelli.* (5) συκοφαντίαν. *Reg. max.* (6) ἂν rectius abeft, idque deleri voluit manus recens ad oram *Regii max.* & *Voff.* quemadmodum nec in *Vatic.* B. legitur. (7) Hercules ut βοηθὸς & σωτὴρ, ita & ἀλεξίκακος appellatur. Caufam reddit *Dio Chryfoftomus* Orat. I. p. 17. (8) Innuit, puto, orationem in eos dictam, qui ipfum morofiorem appellaverant.

EP. XIII. (1) *Morellus.* l. 13. Graece: Anon. Latine. *Julianus* hic non Imperator eft, fed Imperatoris avunculus, Comes quondam Orientis, variisque aliis dignitatibus perfunctus. Vide *Jac. Gothofredi* Protopographiam Codicis Theodofiani p. 368. b. (2) In margine *Regii max.* εἰδότι & εἰδότες juncta erant. *Voff.* εἰδότι. (3) Ita fcripfi pro ἰόντος *Morelli*, praeeuntibus *Ambrof.* T. 231. & *Vatic.* B. Alterum enim illud non refpondet antecedenti εἰδότες, & utraque vox ex pronunciantis vitio facile confundi a librario potuit. (4) Ita *Spanhem. Mutin.* C. *Reg. max.* & *Voff.* in margine ex emendatione recente: rectius quam *Morellus*, qui habet φιλεῖν. Hoc enim ex proxime antecedenti natum eft. Volebat Libanius, ut Julianus *Entrechium* ultro ad fe vocaret. Pro τόνδε *Ambrof.* T. 231. & *Vatic.* B. ex emendatione legunt τῷ.

EP. XIV. (1) *Morellus* l. 14. *Graece*: Anonymus *Lat.* & *Zambicarius* quoque lib. III. ep. 292. In Cod. *Cafanat.* infcribitur *Prifciano*, cujus nomen quoque in margine *Regii max.* fcriptum erat. Et fic apud *Zambicarium.* *Modefti* nomen habet *Vatican.* 945. (2) οὐκ ἀπατῶν, *Vatic.* 945. (3) *Prifcianus* apud *Zambicarium*, apud quem epiftola haec ipfa *Prifciano* erat infcripta. (4) Pro ἡμῶν in *Reg. max.* olim οἱ μὲν, quae lectio etiam in margine manu recente expreffa eft, fequenti καλῶν in καλεῖς mutato. Senfus utrinque idem eft. *Voff.* itidem: οἱ μέν. (5) Haec *Zambicarius* ita Latine exhibet: *Noftra vero pericula aut ignoras, aut fciens, adverfis rebus beatos nos effe putas: amas amicorum pericula. Ceterum, dum negotia tua dicens, recte fentis: neque vere ipfe ex aliis fum, qui, dum negotia aliena arbitrantur, fua negligunt.* (6) ἀμελῶς, *Spanhem.* Lectio noftra magis Graeca eft, & Libanio familiaris. (7) *Reg. max.* πρόσχωρος, ita *Morellus.*

EP. XV.

amans sis, oportet. Ceterum *Diniae* res tuas esse reputans, recte sentis. Neque vero ipse ex illis sum, qui *Diniae* illas pro alienis habeant. Studium tu nostrum ex literis, quas in gratiam scitus illius scripsimus, intellexeris.

λακωνιδυνάτατος εἶ. Τὰ Δεινίου δὲ πράγματα καὶ ταυτὶ νομίζων ὀρθῶς φρονεῖς· εἰμὶ δ' οὐδ' αὐτὸς τῶν ἀλλότρια ταῦτα Δεινίου ποιουμένων. Ὄψει δὲ τὴν σπουδὴν ἐν τοῖς γράμμασιν, ἃ πέμψομεν εἰς ἐπιεικείαν τῷ γέροντι.

ZENOBIO.

Silentium silentio ulcisci statueram, quamvis non ignorarem, vindictam injuria illata esse inferiorem. Neque enim paria sunt, me tuis privari literis, & nostras ad te non venire. Quo meliores enim sunt tuae, tanto major est jactura mea, quam poena.

XV. ΖΗΝΟΒΙΩι. (1)

Σιγῇ τὴν σιγὴν ἔγνωκεν ἀμείψασθαι, (2) καίτοιγε (3) ἠπιστάμην λειπομένην τῶν ἀδικημάτων τὴν δίκην. Οὐ γὰρ ἰσὸν (4) ἐμὲ τῶν σῶν ἀποστερεῖσθαι γραμμάτων, καί σοι παρ' ἡμῶν μὴ (5) φοιτᾶν. Ἀλλ' ὅσῳ καλλίω τὰ σά, τοσούτῳ μείζων ἡ βλάβη τῆς τιμωρίας.

THALASSIO.

Praeclara quidem erant, quae praesens tibi cognita habebam: quae vero audio, a Philosophia proxime absunt. Lingua libera, mores malis infesti, amor in bonos, his benefaciendi, illos propulsandi, invictum studium, &, quod plus valet, aurum devictum, quod cum omnia inter homines possit, apud te nihil efficit. De *Gorgonio* hoc unum audiens, quod te admiretur, admiratione ejus sum captus. Ita enim, nisi tui similis, animo non foret affectus. Per illum itaque effice, ut, quod facere te audio, revertamur; ea enim, quae audio, vehementer videre velim.

XVI. ΘΑΛΑΣΣΙΩι. (1)

Ἦν μὲν (2) καλά, καὶ ὅσα παρών σοι συνῄδειν. ἃ (3) δ' ἀκούω, φιλοσοφίας ἐγγὺς ἥκει. Γλῶττα ἐλευθέρα, καὶ τρόπος μισοπόνηρος, καὶ τῆς (4) σπουδαίων ἔρως, καὶ ἡ περὶ ἀνδρείας τοὺς μὲν εὐποιεῖν, τοὺς δὲ ἐλαύνειν. καὶ δὴ καὶ τὸ μέγιστον, χρυσὸς καταπονούμενος, (5) ὃς μέγιστον ἐν ἀνθρώποις ἰσχύων ἥττηται. Γοργονίου δὲ τοῦθ' ἓν ἀκούσας, ὅτι σε θαυμάζει, πρὸς θαῦμα καθέστην. οὐ γὰρ ἄν, εἰ μή σοι προσόμοιος ἦν, οὕτως εἶχε. Πράττε οὖν ἡμῖν δι' ἐκείνου, ἃ καὶ πυνθάνομαι, τὴν ἐπάνοδον. ἐπιθυμῶ γὰρ ἰδεῖν, ἃ πυνθάνομαι.

FLORENTIO.

Qui epistolam hanc tibi reddit, eam ipse scripsit. Merito enim scripsisse existimatur, qui, ut scribere auderem, persuasit. Ego enim metu quo iam detinebar. Optimus vero *Tatianus* manum chartae admovens, confirmavit, fore, ut scriptionis me non poeniteat. Tu itaque ostenderis, num praestiterit, ut, qui vereretur scribere, ad scribendum se permoveri pateretur.

XVII. ΦΛΩΡΕΝΤΙΩι.

Τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ὁ κομίζων σοι γέγραφεν. ὁ γὰρ θαρρῆσαι πείσας δικαιότατα ὑπείρειν (1) γράψαι δοκεῖ. ἐγὼ μὲν γὰρ ὄκνῳ εἰχόμην. Ὁ κράτιστος δὲ Τατιανὸς τῷ χάρτῃ τὴν χεῖρα ἀφήσας, (2) οὐ μεταμελήσειν μοι (3) τῶν γραμμάτων. Σὺ τοίνυν δείξεις, (4) εἰ εὖ μὴ τολμῶν τὸ πεισθῆναι γράψαι βέλτιον.

ANATOLIO.

Legi amicis longam illam epistolam. Ita enim jusseras, nec tantae auctoritati obtemperare non poteram. Lectio vero ejus tantum excitavit risum, quantum voluisti: multum autem volebas. Cum legendo absolvissem, ex audientibus quidam interrogabat, utrum amicus tibi an inimicus essem? Respondenti mihi, multum me amare praeclarum *Anatolium*; scias igitur, subjicit, facere te, quae sunt inimici, quando epistolam protulisti, quam aboleri oportebat. Nomen porro literis dabat. Vis ne scire, quale hoc fuerit? Sed

XVIII. ΑΝΑΤΟΛΙΩι. (1)

Ἀνέγνων τοῖς φίλοις τὴν ἐπιστολὴν τὴν μακρὰν ἐκείνην. ἐκέλευσας γάρ. καὶ οὐκ ἦν ἀπειθεῖν τοσαύτῃ (2) δυνάμει. ἡ μὲν οὖν (3) ἀνάγνωσις ἐκίνει γέλωτα τοσοῦτον, ὅσον ἐβούλου. πολλοῦ δ' ἄρα ἐπεθύμεις. ὡς δὲ διεπαυσάμην, τῶν τις ἀκροατῶν ἤρετό με, πότερόν σοι φίλος ὢν ἢ δυσμενὴς τυγχάνω; φήσαντος δέ μου καὶ μάλα φιλεῖν Ἀνατόλιον τὸν καλόν. εὖ ἴσθι τοίνυν, ἔφη, τὰ δυσμενοῦς ποιῶν, δεικνὺς τὴν ἐπιστολήν, ἣν ἀφανίζειν ἔδει. καὶ ἐτίθετο δὴ τοῖς γράμμασιν ὄνομα. βούλει μαθεῖν, ὅ,

EP. XV. (1) Tres hae, quae usque ad XVII sequuntur epistolae, *in Vatic.* B. & *Reg. man.* desiderantur, quas & *Morellus* omisit. Leguntur autem in *Voss.* & *Spanhem.* ex quo utroque eas exhibeo. *Voss.* habet Ζενοβίῳ. male. (2) ἀμείψασθαι ἔγνωμεν. *Ambros.* T. 73. (3) ἤδει γε, *Spanhem.* (4) οὐδὲ ἴσον, *idem.* (5) ἡμῶν sine μὴ in *Ambros.* T. 73.

EP. XVI. (1) In *Spanh.* haec epistola cum priore illa prave coaluerat, quam *Voss.* recte distinguit, & *Thalassio* inscriptam exhibet. (2) σοὶ addiderat *Voss.* quod manus recens delevit. (3) *Voss.* ἃ, fortasse rectius. (4) Ita cum *Voss.* pro quo *Spanh.* ἐὰν ᾖ. (5) Manus recens καταφρονούμενος superscripserat; sed alterum illud sequenti ἥττηται facile se tuetur. (6) ἡμῖν δι' est ex margine apographi *Rostgardiani* pro quibus in *Voss.* lacuna est.

EP. XVII. (1) Ita *Spanhem.* At *Voss.* δικαιότατ' ἂν, quod in versione expressi. (2) Legere malim ἐφήσας. In *Voss.* supra vocem ἀφήσας a manu recente scriptum est ἐπιθεὶς, *addidit.* Scilicet series sermonis vel hoc vel simile aliquid requirit. (3) *Spanh.* μοῦ mendose, quod ex *Voss.* correxi. (4) *Voss.* recte, pro quo *Spanhem.* nullo sensu ὃ ἴξεις.

EP. XVIII. (1) *Morellus* l. ep. 15. & *Zambicar.* Latine L. III. ep. 258. Verterat etiam *Salvinius*, & antea *Amon.* Ab hac epistola incipit codex *Vossianus* epistolarum Libanii, earumque Lib. I. usque ad LXXXIII. procedit. (2) τῇ αὐτοῦ *Medic.* A. (3) οὖν ex eodem addidi.

 4 ἐγὼ

ὃ, ἤ; ἀλλ' οὐκ ἐρῶ γε τοῦτο, ὃ καὶ (4) ἀκούων ἠχθόμην. ἀφέντες οὖν ἐκεῖνον ἐξετάζωμεν τὰς αἰτίας. καί σύ τε φέρειν συκοφάντης ἂν φανῇς, ἐγώ τε οἴσω, κακὸς εἰ δειχθείην. Ἔφης Σπεκτάτον μέγαν ὄντα τοῖς ἔργοις, μικρὸν γεγενῆσθαι τοῖς παρ' ἐμοῦ λόγοις. αὐτὸς δέ γε ἐκεῖνος ἥδετο τοῖς παρ' ἡμῶν ἐπαίνοις. εἰ μὲν οὖν εὖ φρονῶν, ψευδὴς τὸ σόν. εἰ δ' οὐδὲν εἰδὼς τῶν περὶ λόγους, τόλμησον εἰπεῖν· καὶ πάντα ἐγὼ φαῦλος. οὑτωσὶ δὲ σκόπει, ὅπως σαυτῷ δόξῃς ὁμολογεῖν ὅτ' (5) ἐν ᾐτιάσω τὰ μεγάλα ταπεινὰ ποιεῖν, τοῦτον ἔφης τῇ ῥώμῃ τῶν λόγων αἴρειν τὰ φαῦλα. παραινῶ δέ σοι τοῖς μὲν τῶν βαρβάρων βουλεύμασι πολεμεῖν, σαυτῷ δὲ μή. ζηλοτυπῶν μὲν οὖν τοὺς ὑφ' ἡμῶν κοσμηθέντας (7) εὖ ποιεῖς. οὐ γὰρ κακῆς φύσεως σημεῖον ἐπαίνων ἐπιθυμεῖν. (8) μεμφόμενος δὲ τό τινας τετιμῆσθαι λόγοις, ἀλλ' οὐ φανερῶσαι (9) τὴν βασκανίαν, (10) ποικίλον ἀλλ' οὐ γενναῖον ἔργον ποιεῖς. καὶ προφέρεις (11) δή μοι πολλοὺς ἐπαινεῖν, ἐγὼ δέ σοι, τὸ πάντας ψέγειν. οὐκοῦν (12) ἁμαρτία μὲν ἐν ἀμφοῖν. ἔχει δέ τινα τοὐμὸν φιλανθρωπίαν μᾶλλον. δ' οὐκ ἔστιν, ὅντινα ἐπῄνεσα, τὰ οὐκ ὄντα προστιθείς, ὥσπερ ὁ μῦθος ἀλλότρια τῷ κολοιῷ πτερά. ἀλλ' ᾧ χρῶμαι νόμῳ περὶ τοὺς ἐπαίνους ἄκουσον. Ἂν ᾖ τις κρείττων μὲν χρημάτων, ἥττων δὲ ἡδονῶν, ἐκεῖνο μὲν ἐπαίνου τεύξεται, τοῦτο δ' ἐν σιγῇ κείσεται. καὶ γὰρ εἰ γῆν ἐπῄνουν, οὕτως ἂν ἐποίουν. οἷον εἰ μ' ἐχρῆν ἐπαινεῖν τὰ Κύθηρα (13) τὰ δὲ Κύθηρα νῆσος ἐπικειμένη τῇ Πελοποννήσῳ. τὸν οὖν λόγον ἐργαζόμενος διελθὼν ἂν ὡς εὔβοτος καὶ πολύοινος, εὐλίμενός τε ἐστιν ἡ καὶ ὕλῃ κομῶσα. τὴν εἰς πυροὺς φορὰν οὐκ ἂν ἐπῄνουν. ἐψευδόμην γὰρ ἄν. οὐδὲ γὰρ ὅστις ἐγκωμιάζει τὴν Ἀττικὴν, καὶ τοῦτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοι. κωλύει δὲ οὐδὲν ἐξ (14) ὧν ἔξεστιν ἐπαινεῖν. θαυμάζω τὸν Ἀχιλλέα, διότι τοὺς Τρῶας ἤλαυνε. θαυμάζω τὸν Παλαμήδην (15) ἀπὸ τῆς σοφίας. ὁ δ', ὅτι μὴ παρ' ἑκατέρῳ ταῦτα ἦν ἀμφότερα, ψέγειν ἀξιῶν, ἀδικεῖ. Φέρε εἴ σοι λόγον ἐποίουν καί με τοῦτο ἔπεισας δεηθείς. ἆρ' ἂν οἴει τῷ δημιουργῷ πανταχόθεν προσελθεῖν τοὺς ἐπαίνους; σὺ μὲν ἴσως οἴει· τὸ πρᾶγμα δ' οὐ τοιοῦτον. ἀλλ' εἶπον μὲν ἂν ἐπιμέλειαν, ἀγρυπνίαν, πόνους, ψῆφον ὀρθὴν, πρόνοιαν μέλλοντος, φρόνημα δίκαιον, γνώμης ὀξύτητα, γλώττης ἰσχὺν, πολλὰ δ' ἕτερα. καλὸν δὲ καὶ μέγαν οὐκ ἂν εἶπον. οὐ γὰρ ἔνι σοι ταῦτα ἐν τῷ σώματι. μεμνημένος δὲ χρημάτων, κλοπῆς μὲν ἂν σε πλεῖστον ἔφην ἀφεστάναι, μισθὸν δὲ μὴ ἔχειν τῆς ἀρετῆς οὐκ ἂν ἰσχυρισάμην. ἔχεις γὰρ τὰ βασίλεια (16) δῶρα. καί σοι τῆς ἀρχῆς ὁ χρόνος τὰς οἰκίας πεποίηκε πόλεις. ἀδικοῦντι μὲν οὐδένα, λαμβάνοντι δέ. πολὺ δ' ἂν ἦσθα βελτίων μηδαμόθεν λαμβάνων. ὡς λαμπρό-

Sed id quidem non dixero, quod nec audiens ferre potui. Eo igitur misso in caussam inquiramus. Tu vero ferre aequo animo debebis, si subdolum te esse ostendero: sicut ego feram, si malitiae convincar. *Spectatum* dixisti, rebus gestis magnum, orationibus meis parvum esse factum. Interim ipse laudibus meis se delectatum sensit. Quod si igitur ille quidem recte judicat, tu sane mentiris; si vero de orationibus judicare non potest, aude hoc dicere; & malum me esse agnoscam. Porro vero cogita, quomodo tibi constare ipse videaris, quando, quem magna parva facere criminaris, eundem verborum vi parva ais in magnum extollere. Monitum te velim, ut barbarorum consiliis, non vero te tibi ipsi opponas. Quando viros, laudibus a me ornatos, aemulatione prosequeris, recte facis. Neque enim malae indolis argumentum est laudis studium. Quando autem vitio vertis, nonnullos sermonibus a me celebratos esse, cum invidentiam tuam fateri potius debuisses, versute quidem sed parum honeste agis. Incusas me, quod multos laudo; ego vero te, quod omnes vituperas. Nonne autem utrinque est judicii lapsus? Interim meum institutum ad humanitatem propius accedit. Imo vero inter illos quos laudaverim, nemo est, cui, quae non habeat, seu, ut in fabulis est, tanquam cornici alienas pennas tribuerim. Interim qua ratione in laudando versari soleam, accipe. Si quis divitiis non sit obnoxius, voluptati autem serviat, id quidem laudibus prosequor, hoc autem silentio involvo. Ita quoque egero, si regionem aliquam laudandam mihi sumsero. Sic v. c. Cythera, insulam nempe, Peloponneso adjacentem, laudaturus, orationem ita instruerem, ut enarrarem, insulam esse pascuam, vini feracem, opportunis portubus, comatisque sylvis instructam; at a frumenti copia non laudarem: mentirer enim. Neque vero qui Atticam laudaret, idem dicere posset. Nihil autem prohibet, ea afferre, quae laudare fas est. Miror ego Achillem, ob debellatos Trojanos: miror Palamedem, sapientiae nomine. Qui vero alterutrum vituperio dignum censeat, quod non utrumque habuerit, injurius fuerit. Fingam, me, precibus tuis adductum, oratione te celebrare. Putasne auctori orationis laudis materiam undique nasci: Tu quidem fortasse ita censes: at res aliter habet. Laudarem equidem diligentiam, vigilantiam, labores, rectam sententiam, providam futuri curam, judicii acumen, dicendi facultatem, & plura alia; pulchrum vero & magnum staturam non dicerem: neque enim his quod ad corpus instructus es. Si divitiarum mentionem facerem, a furto te longe abesse dicerem, at virtutis praemio carere nunquam asseverarem. Dona enim habes regia. Tempus enim, quo praefectura functus es, ex domibus urbes tibi comparavit, neminem quidem laedenti, sed à dantibus tamen accipienti. Longe vero melior eras futurus, si a nemine quicquam accepisses.

(4) ἄγ, *idem*. (5) Sic codices, *Salvinus* malebat ὅτ'. (6) μαντεύομαι, *Spanhem*. (7) κοσμηθεὶς *Ambros.* T. 231. Saltem scribendum erat κοσμηθέντας. (8) Post ἐπιθυμεῖν, *Medic.* ita: μέγα γὰρ εἰς κτῆσιν ἀρετῆς πολλάκις ζηλοτυπία, *saepe enim ad virtutem comparandam multum valet aemulatio.* Idem quoque ad marginem *Ambros.* T. 231. scriptum erat, ubi tamen pro κτῆσιν legis ἀρετήν. (9) φανερῶν, *Medic.* (10) Sic *Morelius*. ἐνθυμεῖται *Barocc. Reg. max.* & *Voss.* ubi tamen supra scriptum erat ἐπιθυμεῖται, quod & *Salvinus* legi malebat. *Ambros.* T. 5. & 231 itidem ἐνθυμεῖται. (11) προφέρεις, *Medic.* sed ο puncto erat notatum tanquam suspectum, quod nec ceteri agnoscunt. *Reg. max.* προφέρεις adiecto postliminio τῷ ε. (12) οὐκοῦν, *Medic.* & *Ambros.* T. 231. (13) Vide *Stephanum* de Urbibus p. 394. ibique *Thom. de Pinedo*. (14) ἀφ' *Medic.* & alii quidam. (15) Παλαμήδειον εὕρημα in proverbium abiisse constat. Compara *Erasmi* Adagia p. 369. (16) βασιλέως, *Medic.* & *Reg. max.*

(17) χρῆμα

pisses. Illustrior enim columnis, quas Rex dederit, illa est gloria, quam inopia parit. Durum vero te, non mitem praestas, *Severum* objurgans, quod cingulum petebat, cum philosophari deberet. Si enim philosophandi studium aggressus provinciam non sustinuisset, & sub Philosophi nomine Philosophiam corrupisset, recte quidem odio dignus haberetur. Si vero hoc majus se putet, & refugium aliquod quaerat, quomodo peccat, quando non amplius philosophatur? Numquid tu peccas, principatum potius, quam philosophiam consectans? Quando vero vehementer nobis illudis, qui dignitatis ejusmodi apud te mentionem fecerimus, scias, te quicquid hoc est, penitus ignorasse. Ita autem se res habet. Eloquentiae studium ad dignitatem mihi sufficit: quo nomine nunquam me ipsum inferiorem vobis esse judicavi, per quorum splendorem assentatores jurare solent. Quod vero ad victum attinet, idem pauca quidem, sed paucis etiam egenti, suppeditat. Quaenam igitur epistolae erat sententia? *Isocrates* jubet explorare amicos, necessitate nondum urgente, ne deceptus damnum sibi accersat. Ait etiam, expedire, ut nondum indigens indigentiam simulet. Idem & ipse feci, petii aliquid nondum indigens. Tu quidem non dedisti, ego vero risi, nulloque damno adfectus mores tuos didici. Tu quidem non per omnia negligentior es, at in gentem tuam juvandam, si quis alius, proclivis, & ex familiaribus tuis nemo privata sorte utitur. In aliis virtutem requiris, &, si quis ea destitutus dignitati admoveatur, magis vociferaris, quam qui castrantur. Interim gens tibi adeo chara est, ut tuorum quemque, etiam non instituto examine, muneri cuidam praefici oporteat. Atque hoc ipso tuam adversus amicos negligentiam excusas. Si quis eam culpat, hoc sibi objecto non habet, quod vituperet: ideo me vero tibi & ipse sagittandi potius peritus, quam telis excipiendis idoneus? Imo vero, si me vulnerasti, vulneratum te quoque senties. Quod si tamen joco ista scripsisti, neque nos serio haec scribimus. Fas interim est, ut, si placeat tibi epistola, latori ejus gratiam habeas; sin laesum te putes, ab eodem poenam repetas. Dum enim constitutum mihi erat silere, omnibus modis me excitavit *Januarius*, homo toti urbi maxime venerandus, qui neminem unquam praeter meritum laeserit, beneficiis vero secundum jus & fas dignos affecerit, officio interim suo graviter functus, adflictis vero, qua par est, opitulatus, pauca loquens, agendo promtus, commodi sui ut plurimum negligens, amplioribus aptus, sed praesentibus contentus, aequitatis denique, in caussis quae benignitatem non patiuntur, servantissimus.

προτιμότερόν γε κιόνων, ὧν δίδωσι βασιλεὺς, τὸ χρῆμα τῆς δόξης, (17) ὃ ἡ πενία φέρει. καὶ μὴν χαλεπόν γέ σὺ τραχὺ, καὶ οὐχ ἥμερον τὸ καχίζειν Σευῆρον. ὅτι δὴ ζώνης ἐδεήθη, δέον φιλοσοφεῖν. εἰ μὲν γὰρ φιλοσοφίας ἀποτόμενος ἀπεφέρετο τὸ σχῆματος, καὶ ἦν ἐν προσηγορίᾳ φιλοσοφίας κάπηλος, (18) εἰκότως ἂν ἐμισεῖτο. εἰ δὲ τὸ μὲν ἡγεῖται μεῖζον (19) αὐτοῦ· ζητεῖ δέ τινα καταφυγὴν, πῶς πλημμελεῖ μὴ φιλοσοφῶν; ἢ καὶ σὺ μᾶλλον ἄρχων ἢ φιλοσοφῶν ἀδικεῖς. ἐπεὶ δὲ (20) πολὺς ἔγκεισαι κωμῳδῶν ἡμῶν, ὅτι πρός σε ἐμνήσθημεν ἀξιώματος, ἴσθι τὸ πᾶν ἀγνοήσας. ἔχει δὲ ὧδε. Ἐμοὶ σχῆμα μὲν ἀρκοῦσιν οἱ λόγοι, δι᾿ οὓς οὐδεπώποτε ταπεινότερον (21) ἡγησάμην ἐμαυτὸν ὑμῶν, ὧν ἡ λαμπρότης ὅρκος τοῖς κόλαξι. πρὸς δὲ τὴν βίου ἀφορμὴν, τὰ παρ᾿ αὐτῶν τῶν λόγων μικρὰ μικρῶν δεομένῳ. (22) τίς οὖν ἦν ἂν ἐπέσταλον ὁ νοῦς; Ἰσοκράτης (23) παραινεῖ πεῖραν ποιεῖσθαι τῶν φίλων, οὔπω παρούσης ἀνάγκης, ὥστε ἀτυχήσαντι μὴ εἶναι βλάβην. καί φησι δεῖν μὴ δεόμενον προσποιεῖσθαι τὸ δεῖσθαι. τοιοῦτον ἦν καὶ τὸ παρ᾿ ἐμοῦ. μὴ χρήζων ἐπήγγελλον. (24) τοιγαροῦν σὺ μὲν οὐκ ἐδίδους, ἐγὼ δὲ ἐγέλων, καὶ ζημιούμενος οὐδὲν, εὕρισκόν σου τὸν τρόπον. οὐ μὴν πάντα γε εἶ ῥᾴθυμος, ἀλλ᾿ εἰς τὸ γένος, εἴπερ τις, ἕτοιμος. καὶ τῶν σῶν οἰκείων ἰδιώτης οὐδείς. εἶτ᾿ ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων τιμᾷς τὴν ἀρετήν. κἂν ὁ ταύτης ἄμοιρος ἄρχῃ, κέκραγας μᾶλλον ἢ οἱ τεμνόμενοι. Τὸ γένος δὲ οὕτω σοὶ φίλτατον, ὥστε ἄρχειν δεῖν πάντα οἰκεῖον, καὶ τὴν βάσανον (25) ἀπεῖπαι. τοῦτό σοι παραίτησις (26) ὧν περὶ τοὺς φίλους ἀμελεῖς. κἂν ἐκεῖνο (27) τις κατηγορῇ, τοῦτ᾿ ἀντιτεθεὶς (28) ἀφαιρεῖται τῆς μέμψεως. ἆρά σοι δοκῶ καὶ αὐτὸς εἰδέναι τοξεύειν ἢ πάσχειν ἐπιτήδειος εἶναι μόνον; μᾶλλον δὲ, εἰ μὲν ἔτρωσας, καὶ τέτρωσαι. εἰ δὲ παίζοντος ἐκεῖνα ἦν, οὐδὲ ταῦτα σπουδάζοντος. δίκαιον δὲ, εἴτε ἡσθείης τοῖς γράμμασι, τῷ φέροντι τὴν χάριν ἔχειν. εἴτε δηχθείης, παρὰ τοῦ φέροντος τὴν δίκην λαβεῖν. Ἐγνωκότα γάρ με ἡσυχάζειν πάσαις ἀνάγκαις Ἰανουάριος ἐνήγαγεν, ἀνὴρ πανταχόθεν αἰδέσιμος τῇ πόλει, λυπήσας μὲν οὐδὲν οὐδένα ὧν οὐκ ἔδει. δοὺς δὲ χάριτας, ἐν αἷς ἡ τοῦ δικαίου μερίς. φρουρήσας μὲν ἱκανῶς ἐφ᾿ ᾧπερ ἐτέτακτο. τῶν δὲ ἐκκρουομένων οἷς ἄξιον συλλαβὼν, ὀλίγα λαλῶν, πρᾶξαι δεινός. τῶν γιγνομένων καρπῶν ὑπεριδὼν (30) τὸ πλέον. προσήκων μὲν μείζοσι, στέργων δὲ τὰ παρόντα. τὴν ἐπιείκειαν ἐν πράγμασι (31) τηρήσας οὐκ ἀνεχο-

μένοις

(17) χρῆμα τῆς δόξης pleonastice pro δόξα, quod alibi in his notis ostendam. Vide interim *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Plutum vs. 895. Sic & Latini, nominatim *Plautus* Amphitr. II. 2. 1. *Satin' parva res est voluptatum in vita?* Vide ibi *Taubmannum*. Ad vocem κιόνων in margine *Vatic.* 943. scriptum erat: κίονας λέγει τῶν ἀνδριάντων ἱδρυμένων οἱ ἐντιθεῖς βασιλεῖς. (18) De hac vocis κάπηλος & καπηλεύειν notione vide quae scripsimus in Curis nostris ad 2 *Cor.* II. 17. *Themistius* Orat. XXIII. p. 297. C. ὁ δὲ ἀπάγχει σοφίαν καπηλεύει, qui ibidem p. 299. C. phrasin hanc ad Sophistas sese jactantes transfert. ὅτι δὲ οὔτε κάπηλος οὔτε αὐτοπώλης, αὐτὸ δι᾿ ὑμᾶς αὐτοὺς ἱμεύετο, κ. τ. λ. Lege, quae uberius commentantur *Ezech. Spanhemius* ad Juliani Orationes p. 141. seqq. & *Perizonius* ad *Aeliani* Var. Histor. XI. 9. (19) μεῖον, *Spanh.* (20) οἱ καὶ δὲ, *idem.* (21) ταπεινότερος, *Morell.* φαυλότερον ἢ ταπεινότερον *Medic.* (22) διόρθωσα, *Medic.* (23) Hujusmodi aliquid legere me memini in *Isocratis* Orat. ad Philippum. (24) ἐπαγγέλλω Noster in *petendi* significatu saepe adhibet, quod ex indice constabit. (25) Vocem βάσανον Scholion *Vatic.* 943. exponit; τὴν περὶ ἀρετῆς. (26) παραίτησιν ἐνταῦθα, τὴν ἀπολογίαν νοητέον. Ita Scholiastes ejusdem codicis. (27) Ita Codd. plerique, ἐκεῖνα vero *Barocc. Medic.* & *Ambros.* T. 5. (28) Sic *Morell.* ἂν τιθεὶς *Voss.* ex quo recens manus fecit ἀντιθεὶς, quod & *Salvinus* in *Mediceo* legi volebat. (29) Sic Codd. tantum non omnes; at *Morellus* ἀνήγαγεν. (30) ὑπερορῶν, *Medic.* (31) Ita *Morell.* & Codd. excepto *Medic.* qui habet πράγμασι.

(32) τὰ

μένῳ χρηστότητος. ὃν δέδοικα μὴ μέμψῃ τὸν ἄνθρωπον, ὅτι μοι πάντα (32) ὑπούργησεν.

mus. Vereor, ne homini ſuccenſeas, quod in omnibus operam mihi navavit.

XIX. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΩι. (1)

Ἆρα καὶ τοῦτο τοῖς ἄρχουσι νόμος, μὴ τοῖς φίλοις ἐπιστέλλειν, ἐπειδήπερ ἄρχουσιν; εἰ μὲν δὴ κεῖται (2) καὶ γέγραπται, χρῶ τῷ νόμῳ, καὶ σίγα. εἰ δ' οὐδεὶς κωλύει νόμος, πόθεν ἡ σιγή; λέγε. Εὑρηκέναι γάρ μοι δοκῶ. μεῖζόν σου γεγένηται τῶν πραγμάτων τὸ πλῆθος, καὶ τῶν κοινῶν ἡ φροντὶς οὐκ ἐᾷ τῆς οἰκείας ἐπιμελεῖσθαι. Τοῦθ' ἥδιόν μοι πείθειν ἐμαυτὸν, ἢ ὅτι σὺ τῶν φίλων ὑπὸ τῆς ἀρχῆς ἐπελάθου, ὃν ἀκούω μετριώτερον ὑπὸ τῆς ἐξουσίας εἶναι, καὶ τούτῳ τοῦ προτέρου διαφέρειν, τῷ πλείω πράττειν, ὡς ὅγε τρόπος αὐτός. Εἰσὶ δ' οἳ λέγουσιν, ὡς καὶ βελτίων. Ἰανουάριος μὲν οὖν ἀπαγγελεῖ σοι περὶ ἡμῶν, ὡς ἀῤῥωστοῦμεν, εἰ μή σε ἐξαπατᾷν βούλοιτο, τοῦ μὴ λυπεῖν. ἀεὶ γάρ τινι προσπαλαίομεν κύματι. Καὶ ταύτην δίνομεν τῷ Φιλίῳ (3) τὴν δίκην, ὅτι δὴ φίλων ἡμῖν ἐφάνη τι (4) τιμιώτερον. ἐγὼ δέ σοι περὶ αὐτοῦ λέγειν ἔχω, ὡς ἐν δυσχερεῖ διοικήσει χρηστὸς ἐδείχθη. καὶ τοῦτον μόνον οἵτε ταχέως, οἵτε βραδέως, ὧν ὤρεγον, τυχόντες, ἐπῄνεσαν. τοσαύτην ἀνεμίγνυ γοητείαν ταῖς ἀναβολαῖς. τοιγαροῦν ἀπιὼν ἀνιᾷ τοὺς βελτίους, διότι παρὼν οὐκ ἐλύπησεν. ἐμοὶ δὲ δεομένῳ τοσοῦτον ἀπεῖχεν ἀπειθεῖν, ὥστ', εἰ διαλείποιμι τοῦτο ποιῶν, ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἐκάλει, καὶ διεμέμφετο. τὰ σὰ δὲ ἀγαθὰ νομίζων αὐτοῦ τε καὶ ἐμὰ, ὅ, τι μάθοι, τρέχων ὡς (5) ἡμᾶς ἐμήνυε, τῷ προσώπῳ κηρύττων τὴν ἡδονήν. εἶπον ἂν πλείω πρὸς ἀγνοοῦντα. νῦν δ' ἐπίστασαι τὸν ἄνδρα.

ARISTAENETO.

Num etiam haec lex Magiſtratibus ſcripta eſt, ne ad amicos ſcribant, dum magiſtratu funguntur? Si qua talis lata & ſcripta eſt, utere illa, & ſile. Sin nulla lex prohibet, aperi, quaeſo, cauſam ſilentii. Mihi quidem eam videor adſecutus. Negotiorum moles te opprimit, & publici commodi cura non patitur de neceſſariis tuis cogitare. Hoc quidem perſuadere mihi malim, quam credere, amicorum te ex magiſtratus munere eſſe oblitum. Audio enim te ex ipſa illa dignitate modeſtiorem factum, & in eo tantum a priore vivendi ratione diſcedere, quod plura agas, quamvis mores ſint iidem. Sunt vero, qui ajant, hos etiam meliores eſſe. Ceterum *Januarius* hic nunciabit tibi, me aegrotare, niſi te, ne triſtitia afficiat, fallere velit. Semper enim cum malo aliquo nobis eſt confligendum. Et hanc quidem poenam Jovi Philio luimus, eo quod amicis aliquid nobis viſum eſt pretioſius. De ipſo vero hoc tibi dicere habeo, quod difficillimis temporibus humaniſſimum ſe praeſtiterit. Qui enim citius vel tardius eorum, quae deſiderabant, potiebantur, hunc unum laudabant. Tam ſuavibus lenociniis moram qualemcunque temperare didicerat. Abitu itaque ſuo triſtitia bonos afficit, quos praeſens nunquam offenderat. Mihi ſpeciatim petenti adeo non immorigerum ſe praeſtitit, ut, ſi quid petere negligerem, injuriam ſibi factam crederet, & quereretur. Cumque tuam felicitatem & ſuam & meam eſſe crederet, quaecunque tandem comperta habebat, citato curſu ad me perferebat, vultu ipſo prodens laetitiam. Plura ſcriberem neſcienti; jam vero noſti hominem.

XX. ΤΩ ΑΥΤΩι (1)

Πρότερον μὲν ἐθαύμαζον τὸν κράτιστον Ἑρμογένην ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας, ἧς ἤκουον αὐτῷ μέλειν. νῦν δὲ δὴ καὶ φιλῶ τὸν ἄνθρωπον. διότι δὴ, πόσου καὶ τίνος ἄξιος εἶ, γινώσκει. Λέγεται (2) γὰρ ἄνδρα τέ σε ἀγαθὸν ἡγεῖσθαι, καὶ τὸ συνεῖναι μέγα ποιεῖν, καὶ τὸ μὴ συνεῖναι βαρύ. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἔπεισί σοι συγχαίρειν, ἐμοὶ δ' ἀμφοῖν. σοὶ μὲν, ὅτι σοι πρόσκειται τοσαύτη δύναμις, τῷ δ' ὅτι φιλῶν, ὃν ἐχρῆν, εὐδοκιμεῖ τῇ κρίσει. Δεῖ δή σε φιλούμενον ὅσα ἂν ἐξῇ ἐν ταῖς συνουσίαις ὠφελεῖν ἐκεῖνον μὴ κατοκνεῖν. ἔξεστι δὲ νῦν ὑπὲρ ἀδικουμένου φίλου κωλῦσαι φίλον ἁμαρτάνειν. Νικέντιον γὰρ τὸν καλὸν, ὃν σὺ πρὸς ἡμᾶς ἀπῆγες ἐν γράμμασι, καὶ τὸ γράμμα γε ἐκεῖνο φιλίας ἡμῖν εἰργάσατο, τοῦτον δὴ τὸν ἄνδρα, δι' ὃν ἐπιδημεῖ μὲν ἡ δίκη,

EIDEM.

Olim quidem praeſtantiſſimum *Hermogenem* ob philoſophiam ſuſpexi, cui eum ſtudere audiveram: nunc vero eundem etiam amo, quia quanto quove honore dignus ſis, habet perſpectum. Ajunt enim, te eum virum bonum habere, &, quod tecum verſari poſſit, maximi facere, ſejunctum vero eſſe, graviter ferre. Alios igitur ſubit, tibi gratulari; mihi vero utrique. Tibi quidem, quod tanta tibi facultas in promtu eſt; huic autem, quod, dum amat, quem decet, recti judicii laude claret. Tibi vero, qui ab eo amaris, grave eſſe non debet, eundem monitis tuis, quoad fieri poteſt, juvare. Nunc quidem prohibere potes, ne amicus in amicum injuria affectum peccet. *Nicentium* enim optimum, quem ipſe per literas, amicitiam mutuam concilantes, nobis commendaſti, virum inquam, per quem juſtitia conſtat, violentia exulat, civitas autem floret, laudes

(32) τὰ πάντα, *Ambroſ.* T. 73. & 231. item *Medic.*

EP. XIX. (1) *Morell.* I. ep. XVI. *Salvinius* & antea *Anon.* Haec epiſtola prima hodie eſt in *Mutinenſi* A, ſed notata litera β, ut proinde prima deſit, quae non videtur diverſa fuiſſe a noſtra illa ſuperiore, quam primam libri I. epiſtolarum in *Voſſiano* eſſe diximus. (2) δοκεῖται, *Ambroſ.* T. 73. (3) φιλίῳ cognomen, Jovi eſt, tanquam amicitiae ſtatori & vindici. Vide *Suidam.* Similiter etiam ἑφέστιος, ἑταιρεῖος, & ξένιος eſt appellatus. Lege *Dougtaei* Analecta N. T. in Append. Ep. XV. (4) τι habet *Morellus.* id vero in *Reg. max.* a manu recente erat additum. (5) ὡς illud in *Reg. max.* ab eadem manu ſupraſcriptum erat, deeſt autem in *Ambroſ.* T. 73.

EP. XX. (1) *Morellus* I. ep. 17. Latine etiam verterat *Anon.* & *Salvin.* (2) Sic *Morellus*, *Medic.* & ceteri Codd. at *Spanhem.* λέγει.

(3) De

laudes sperantem, mulcta oppressit ipso damno luctuosa. (Pauper enim, post tot magistratus gestos, est nobis Nicentius.) Habet vero etiam aliquid damno acerbius, nempe contumeliam. Condemnatio enim mulctam infert, malitiae vindicem. Injuriis itaque hominibus actionem intentet *Hermogenes*. Hanc iram primus ego laudavero, a qua si in tales abstineat, & ego laudibus pepercero. Hoc vero omne persuasioni cuidam & fraudi, non autem *Hermogenis* indoli debetur. Audi, quaeso. Statio quaedam est ad Euphratem. Callinicus ipsi nomen. *Callinico* enim hic interfecto, Sophista ille loco nomen fecit: qualia multa in terra, multa in mari olim fuerunt. Hic itaque locus milites praesidiarios habet, a nobis alendos, non isthuc, sed alio alimenta deportantibus. Hinc vero usque ad Callinicum curare Praefectus ad Euphratem consuevit. Jam *Nicentius*, sua recte curans, illorum, quae alii peccarunt, poenam luit: quod olim in Aulide accidit. Fortasse haec non male ipse enarravi. Si quid vero aberraverim, *Nicentius* rectius docebit. Tu vero duobus succurre rectoribus, hunc quidem damno injusto liberans, qui inferior est; ab ira vero minime justa avocans illum, superiorem. Si puerilem putet hanc mentis mutationem, eam, quae in deterius fit, pravam; at, quae mali aliquid solvit, bonam esse existimet. Ne dicam, quod mulctam sibi integram servare, innocentem autem absolvere possit. Aurum enim exigat; exigat vero ab iis, qui stationem deseruerunt, imo vero, quod plus valet, fraudem fecerunt, quando, sibi ipsis gratificantes, falsa detulerunt. Cum enim ingens ira Jovis alumnos deceat, absit, ut impostoribus licentia fiat; nec, veritate obtinente, quisquam injuste puniatur. Abolens igitur sententiam suam, recogitet Cretum Regem, Jovis filium, qui antrum per novem annos ingressus, quas tulerat leges, revocare minime veritus est, quamvis eas non abrogari praestitisset.

κη, βία δ' οἴχεται, πανήγυρις δ' ἡμῖν ἡ πόλις, εὐφημίας ἐλπίζοντα περιέστηκε ζημία, λυποῦσα μὲν καὶ τῇ βλάβῃ. Πένης γὰρ ἡμῖν ἐπὶ τοσαύταις ἀρχαῖς ὁ Νικέντιος. Ἔχουσα δὲ καὶ πικρότερον τῆς βλάβης, τὴν ἀδοξίαν. ἡ γὰρ καταδίκη ζημία ὡς ἐστιν κατεγνωσμένη κακίαν. Τοῖς μὲν οὖν ἀδικοῦσιν Ἑρμογένης ἐπαγέτω δίκην. Ἐγὼ πρῶτος ἐπαινῶ τὴν ὀργὴν, κἂν παύσηται τῆς ἐπὶ τούτοις ὀργῆς, καὶ ἐγὼ τῆς ἐπαίνων. τὸ νῦν καὶ τοῦτο παραγωγή τις ἐστι καὶ ἔργον ἀπάτης, οὐ τῆς Ἑρμογένους φύσεως. Ἄκουε δή. Σταθμός (3) ὡς ἐστι περὶ τὸν Εὐφράτην. Καλλίνικος ὄνομα αὐτῷ. Καλλινίκου γὰρ ἐνταῦθα σφαγέντος, ὁ σοφιστὴς γίνεται προσηγορία τῷ τόπῳ. (4) οἷα πολλὰ μὲν ἐν γῇ, πολλὰ δὲ ἐν θαλάττῃ πάλαι. τοῦτο δὲ τὸ χωρίον ἔχει στρατιὰν ἱδρυμένην, ἣν δεῖ τρέφεσθαι παρ' ἡμῶν, οὐκ ἐκεῖσε κομιζόντων ἀλλ' ἑτέρωσε τὴν τροφήν. ἐκεῖθεν δὲ εἰς Καλλίνικον ἄγειν νόμος τὸν ἄρχοντα τὸν περὶ τὸν Εὐφράτην. (5) Νικέντιος δὲ τὰ αὐτοῦ διασκοπήσας, ὧν ἐπλημμέλησαν (6) ἕτεροι, δίκας δίδωσι. τοῦτο δὴ τὸ ἐν Αὐλίδι. (7) ἴσως μὲν οὖν οὐδ' αὐτὸς διηγησάμην κακῶς. εἰ δ' οὖν τι καὶ ἐξηνέχθην, Νικέντιός σε διδάξει καλῶς. σὺ δὲ βοήθησον δυοῖν ἄρχουσι, τὸν μὲν ἐξελόμενος βλάβης ἀδίκου, τὸν ἐλάττω· τὸν δ' ἀποστήσας ὀργῆς οὐ δικαίας τὸν κρείττω. εἰ δὲ παιδὸς ἡγοῖτο τὴν μεταβολὴν, τὴν μὲν ἐπὶ χεῖρον νομιζέτω φαύλην, τὴν δὲ τὸ φαῦλον τι λύουσαν, ἀγαθήν. ἄλλως θ' ὅτι τὸ μὲν ὕμημα τηρεῖν ἂν ἔχοι, τὸν δ' ἔξω τῆς αἰτίας ἀφιέναι. τὸ γὰρ χρυσίον εἰσπραττέτω μὲν, εἰσπραττέτω δὲ παρὰ τῶν λελοιπότων τὴν τάξιν. καὶ προσέτι γε τῶν ἠπατηκότων, οἱ σφίσιν αὐτοῖς χαριζόμενοι τὰ οὐκ ὄντα ἔφρασαν. ἐπειδὴ γὰρ θυμὸς μέγας διοτρεφέων ὑπάρχει, μὴ ἔστω τοῖς φενακίζουσιν ἄδεια, ὅπως τῆς ἀληθείας κρατούσης μηδεὶς ἀδίκως κολάζηται. λύων δὲ τὴν αὐτοῦ ψῆφον, ἐννοείτω, τὸν βασιλέα Κρητῶν τὸν παῖδα τοῦ Διὸς, (8) ὃς εἰς τὸ ἄντρον δι' ἐνάτου πορευόμενος ἔτους, οὓς ἐτεθείκει νόμους, (9) οὐκ ᾐσχύνετο κινῶν, οὓς (10) κρεῖττον ἦν μὴ κινεῖσθαι.

AUXENTIO.

Ego tuum illud de agris gaudium criminaturus, rationemque tibi deesse censens, quae iter isthuc susceptum rationi consentaneum doceret, postquam fructus accepi, ac vidi quales apud te pariant arbores, mutatus miror, quod ab ejusmodi tellure vel minimum tempus abesse possis. Fortean

XXI. ΑΥΞΕΝΤΙΩι (1)

Ἐγώ σε μέλλον (2) αἰτιᾶσθαι τὸ (3) χαίρειν ἀγροῖς, καὶ νομίζων οὐκ εἶναί σοι λόγον, ὃς δείξει τὸν ἐκεῖσε δρόμον εὔλογον, ἐπειδὴ τὴν ὀπώραν ἔλαβον, καὶ εἶδον, οἷον παρά σοι τίκτει τὰ (4) δένδρα, θαυμάζω μεταβάλλων, (5) ὅτι δὴ τοιαύτης γῆς καὶ μακρὸν ἀπαίστασαι χρόνον. ἴσως

(3) De voce σταθμὸς in hoc significatu lege *Balthas. Stolbergium* in Exercitat. Graecae Linguae pag. 164. & *Lamb. Bos* in Observat. Miscellan. p. 66. (4) Ad hunc nostri locum provocat *Valesius* ad *Ammianum* XXIII. 3. quem vide. De *Callinico* vero Rhetore, qui sub Gallieno vixit, scripsitque ejus leges *Jonsium* de Scriptoribus Historiae Philos. III. 14. & *Jo. Alb. Fabricium* in Biblioth. Graeca lib. III. p. 211. (5) ἐκεῖθεν — Εὐφράτην desunt in *Spanh*. quae tamen reliqui omnes agnoscunt. (6) Sic *Morell. Reg. Max.* sed post factam prioris vocis lituram. Clare autem *Spanhem. Medic.* & *Ambros.* T. 231. imo & *Vatic.* B. sed ex emendatione. *Voss.* habet ἐπλημμέλησαν malo sensu. (7) Alludit ad ea quae *Euripides* tradit in Iphigenia in Aulide. (8) *Minos* is est, de cujus cum Jove consuetudine & colloquio alibi in his notis dicemus. (9) Sic *Morell.* & *Spanh.* οὓς ἐτεθείκει νόμους *Voss. Medic.* & *Reg. max.* in quo tamen manus primi librarii supra οι scripsit ὡς, & supra νόμους, νομοι. ὧν ἐτεθείκει νόμων, *Ambros.* T. 231. & *Vatic.* B. (10) ἃ *Vatic.* B. qui & omittit sequens μὴ, forte rectius.

EP. XXI. (1) *Morellus* I. ep. 18. *Salvinius* & *Anon.* Lat. *Maximo* inscribitur in codice D. Marci 25. (2) μᾶλλον, *Barocc.* (3) τοῦ, *idem.* (4) [illegible], *idem.* (5) μεταβαλών, *Reg. max.* rectius.

(6) ἢν

ἴσως που τοιοῦτος ἦν ὁ κῆπος, ὁ δόξας μῆλα δεδωκέναι χρυσᾶ. (6) Χρυσᾶ μὲν οὐκ ἦν. οὐ γὰρ οὗτος φυτῶν νόμος, παρὰ δὲ κάλλος ἐκτήσατο τὴν ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ φήμην. ἀλλὰ καὶ τοιαύτης οὔσης σοι τῆς ὀπώρας κατὰ τὴν ὥραν, (7) ἐκράτει τὰ γράμματα, τοσοῦτον ἄνθους μετεῖχε. Θεράπευε δὴ θεοὺς ἐφόρους γεωργίας. δεῖ δέ σε οὐ πονεῖσθαι τοῖς ἀναθήμασι. μὴ γὰρ δὴ ἔστω τούτων ὧν ἐργάζεται χρυσοχόων τέχνη, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἔδοσαν, τιμάσθων. Εὖ οἶδα γὰρ ὡς ἡδίω αὐτοῖς χρυσίδων βότρυς ἐξημμένοι τῶν ἀγαλμάτων.

Fortean talis erat hortus, qui mala visus est aurea dedisse, quae aurea quidem non erant (neque enim ea arborum natura est) sed ob praestantiam ab auro sibi nomen compararunt. Quamvis autem tales tibi sint pro anni tempore fructus, vicerunt tamen literae: tantum floris habuere. Cole itaque deos agriculturae praesides: neque vero opus est laborare de donariis. Absit enim, ut sint de iis, quae aurificum ars parit. Colantur potius ex iis, quae ipsi dederunt. Probe enim scio, suaviores ipsis uvis fore aureolis racemis ex statuis suspensos.

XXII. ΔΗΜΗΤΡΙῼ. (1)

Οὐδ' αὐτὸς ὁ νέος ἄνευ λογισμοῦ παρ' ἡμᾶς ἥκει, ἀλλ' εἰδὼς τὸν αὐτοῦ θεῖον ἐμέ τε φιλοῦντα, καὶ ὑπ' ἐμοῦ τιμώμενον. ἥκων δὲ εὗρεν, ἅπερ ἤλπισεν. εἰ μέντοι καὶ λόγων ἰσχὺν, οὐκ οἶδα. τὴν δ' οὖν εὔνοιαν τοσαύτην, ὅσην ἄν, εἰ σὺ τὸν ἐμὸν ἔπραττες, ἔνειμας αὐτῷ φανέντι. λόγων μὲν οὖν ἔχεται, πάλαι μὲν αὐτῶν ἧφθαι δοκῶν, νῦν δ' ὡς ἀληθῶς ἁπτόμενος. Ζῇ δὲ ἐν πενίᾳ, καὶ οὐκ ἐν οἷς εἰκὸς εἶναι (2) τὸν ὑμέτερον συγγενῆ. εἰ μὲν οὖν ἐσπανίζετε χρημάτων, (3) ἐμὸν ἂν ἦν βοηθεῖν. ἐπεὶ δὲ καλῶς ποιοῦντες πλουτεῖτε μὲν, οἴεσθε δὲ, τὴν ἔνδειαν συλλαμβάνειν νέοις εἰς λόγους, παραινέσαιμ' ἂν ὑμῖν, ἢ πέμπειν αὐτοῖς (4) χρυσίον, ἢ ἡμῖν ἐφεῖναι συμμαχεῖν, ὡς οὐ μόνον τρυφὴ κώλυμα λόγοις, ἀλλὰ καὶ τὸ λιμῷ συνοικεῖν. (5)

DEMETRIO.

Neque hic adolescens sine ratione ad nos venit, sed probe gnarus, patruum suum & me amare, & a me coli. Adveniens vero invenit, quae speraverat. Num dicendi etiam facultatem, nescio; benevolentiam certe tantam, quantam quidem, si meo tu loco esses, ipsi praesenti tribuisses. Eloquentiae studio tenetur, jampridem illud attigisse visus, nunc autem vel maxime eo captus. Vivit autem inops, nec ea sorte utitur, qua fas erat cognatum vestrum. Si igitur & ipsi opibus careretis, meum foret succurrere: quoniam vero, felici sorte divites estis, & inopiam adolescentibus ad eloquentiam parandam proficuam esse censetis, auctor vobis sim, ut vel ipsi aurum mittatis, aut nobis suppetias ferre permittatis. Neque enim opum abundantia eloquentiae studio tantummodo impedimento est, sed & cum fame commercium.

XXIII. ΓΕΝΕΣΙῼ. (1)

Πῶς δ' οὐκ ἔμελλον ἡδέως ὄψεσθαι νέον μητρός τε ἀγαθῆς υἱὸν, καὶ ἀδελφιδοῦν ἀνδρὸς πόλεών τε σωτῆρος, καὶ ἡμῖν ἐπιτηδείου, φυγήν τε καλὴν (2) παρ' ὑμῶν πεφευγότα, καὶ ἣν μόνην ἐπαινεῖν ἀνάγκη. τὸ γὰρ ἐπὶ κτῆσιν λόγων ἀφεῖναι πατρίδα, καὶ αὐτῇ τῇ πατρίδι καλὸν, ἣν ἀπὸ τῶν λόγων ὁ φυγὰς ἕξει μεγάλην (3) ποιεῖν. ἀλλ' ὥσπερ ἡμᾶς ἐπαινεῖς τῆς προνοίας, ἧς εὗρεν ὁ δεῦρο ἥκων, οὕτω πεῖθε τὴν μητέρα λύειν αὐτῷ τὴν ἀπορίαν. οὐ γὰρ ἕξετε πικρῶς (4) ἀπαιτῆσαι τὰς εὐθύνας, εἰ τὰ παρ' ὑμῶν ἐλλείπει.

GENESIO.

Quidni libenter visurus essem adolescentem, tum bonae matris filium, tum nepotem viri, qui & urbes servavit, & nobis familiaris fuit; talem praeterea, qui praeclaram a vobis fugam susceperit, quamque unam laudare fas sit? Ad comparandam enim dicendi facultatem patriam deserere, ipsi etiam patriae proficuum est, quam profugus ille dicendi facultate illustrem efficere possit. Sicut vero nos commendas a cura provida, quam huc adventans expertus est, ita matrem permove, ut ipsum inopia liberet. Neque enim rationes exigere severe poteritis, si vestrum desit officium.

XXIV. ΥΓΙΕΙΝῼ (1)

Οὐκ ἠμνημόνησα τῶν συνθηκῶν, αἳ ἡμῖν ἦσαν περὶ πραγμάτων, (2) ἀλλ' ἐκωλύθην τὰς συνθήκας ἐμπεδῶσαι

HYGIENO.

Non oblitus sum eorum, de quibus in negotiis illis agendis inter nos convenit: at multis malis prohibitus sum, quo minus pactis stare po-

(6) διδωκέναι χρυσᾶ μέν. ἀλλ' οὐκ ἦν. *Spanhem.* Hesperidum hortos intelligit, de quibus *Plinius.* (7) In *Reg. max.* ὡραν sine accentu: itaque scriptum olim fuisse videtur χώραν, *regionem*; & sic fortasse olim in *Voss.* ibi enim litera aliqua ante ω studio deleta est. *Ambros.* N. 2. clare χώραν. at *Vatic.* B. ὥραν. Atque haec germana est lectio. Denotatur enim quodlibet anni tempus, hic vero v. c. *autumnus.* Confer ep. 31. not. 21. &, quae scripsi Tom. IV. Anecdotorum p. 102.

EP. XXII. (1) *Morell.* I. ep. 19. *Salvinius* & *Anon.* Lat. (2) Supra εἶναι in *Voss.* & *Reg. max.* à recente manu scriptum ζῆν. (3) χρημάτων, *Barocc.* male. (4) αὐτῷ in margine *Regii max.* à recente manu. Praestat αὐτοὺς, tanquam oppositum sequenti ἡμῖν. (5) λιμῶντι οἰκεῖν, *Barocc.*

EP. XXIII. (1) *Morell.* I. 20. *Anon.* & *Salvin.* Lat. Exstat etiam inter *Zambicarianas* lib. III. ep. 294. male admodum conversa. (2) καὶ hic inserit *Reg. max.* (3) μεγάλην omittit *idem.* (4) Malim hoc cum *Voss. Reg. max.* & *Spanhem.* quam πικρᾶς *Morell.*

EP. XXIV. (1) *Morell.* I. ep. 21. *Zambicarius* Lat. lib. III. ep. C. ego vero in *Centuria* ep. XXVII. ex *Barocc.* Verterat etiam *Salvinius*, & antea *Anon.* (2) Pro πραγμάτων, quod habet *Barocc.* & *Medic.* A. in margine *Reg. max.* legitur γραμμάτων à manu recente; & sic in *Vatic.* B. at *Mutin.* A. in ipso habet contextu. Atque hoc malim.

(3) κα-

potuerim. Primum enim dolor ex capite, gravi vertigine laboranti, me adflixit, adeo ut nec mihi, nec medicis multa spes superesset. Inde vero malum in ventrem se demittens ad instar rivi profluebat: nec, quomodo sisti posset, apparebat. His ita habentibus Lemnia accesserunt mala. Parum tamen dixi, quando Nicomediae ruinam per Lemnia mala indicare volui. Aestate in his angustiis peracta, nunc, postquam epoto pharmaco corpori succurri, scribo ad te, silentii quidem rationem reddens, minime autem, ut laribus egressus ad nos properes, permovendum existimans. Ita enim agere solet, qui segnitiem alterius culpans, admonitionibus eum excitat. Tu vero adeo non segnis es, ut alium potius in nos proclivem redditurus videaris. Ideo forte, quod vel aliquid favore tuo dignum etiam in nobis deprehendas, vel potius id spectes, ut Patrem imitari videaris. Ille enim non tantum libenter me videbat, sed & sermonum librorumque suorum copiam mihi faciebat. Qui igitur, auctor mihi & dux ad majorem famam consequendam existeret, ille erat, idemque, si superstes esset, instar omnium erat futurus. Haec tecum reputans ostendere mihi conaris, quod *Dulcitio* etiam defuncto, vestrae tamen gentis in me studium non exspiravit. Hanc itaque superstitem mihi praestabis. Consobrinos tuos cetera quidem vel maxime laudari scias, hoc autem uno nomine vicinis esse molestos, quod alta voce orationes invicem recitantes, somnumque adeo vicinis turbantes, alios quidem expulerunt, aliis vero molesti fuerunt.

ACACIO.

Et ego ex illis sum, qui magnae illius calamitatis fluctibus obruti sunt. Mortuus enim est, proh Jupiter! *Aristaenetus*, ac altera quoque clades praeterea nos adflixit, cum nec Hieroclis capiti fatum pepercerit. Propterea & tacuimus adhuc

πεδῆσαι κακοῖς μυρίοις. Πρῶτον μὲν γὰρ ἡ κεφαλή με καταβαλοῦσα (3) εἶχεν, αὐτὴ δεξαμένη (4) πλῆθος ἰλίγγων, καὶ οὐκ ἦν οὔθ' ἡμῖν οὔτε τοῖς ἰατροῖς θαῤῥεῖν. Εἶτ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν κοιλίαν τὸ δεινὸν καταβὰν ῥεύματα ἐμιμεῖτο ῥυάκων. τὸ δὲ ἐπισχῆσον οὐκ ἐφαίνετο. Καὶ τούτοις τοιούτοις προσετέθη Λήμνιά φασι κακά. (5) μᾶλλον δὲ μικρόν τι εἶπον τὸ πτῶμα Νικομηδείας (6) δηλῶσαι βουληθεὶς τοῖς ἐν Λήμνῳ κακοῖς. Διὰ τούτων τὸ θέρος ἐλθόντες τῷ φαρμάκῳ πρὸς τὸ σῶμα κουφίσαντες ἐπιστελλομέν σοι, τῆς μὲν σιγῆς τὰς αἰτίας ἀποδιδόντες, κινεῖν δέ σε πρὸς τὰ ἡμέτερα τόν γε οἴκοθεν ὡρμημένον οὐκ ἀξιοῦντες. ὡς ὅστις τινὰ παρακλήσεσιν ἐπεγείρει, (7) κατεγνωκὼς ἀργίαν τοῦτο ποιεῖ. σὺ δ' οὐχ ὅπως αὐτὸς ῥαθυμεῖς, ἀλλὰ καὶ ἄλλον ἐξοτρύναις (8) ἂν εἶναι πρόθυμον εἰς ἡμᾶς. Ἴσως μέν τι καὶ ἐν ἡμῖν ἄξιον εὐνοίας εὑρὼν, πλέον γε μὴν ἐκεῖνο σκοπῶν, ὅπως δόξαις (9) ἀκολουθεῖν τῷ πατρί. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἑώρα τέ με ὡς ἥδιστα, καὶ μετεδίδου λόγων τε καὶ βιβλίων. Καὶ ὁ δοὺς ἀρχὴν (10) ἡμῖν εἰς τὴν ἀμείνω δόξαν, ἐκεῖνος ἦν, καὶ νῦν, εἴπερ ἦν, (11) εἷς ἄν μοι πολλῶν ἦν ἀντάξιος. Ἃ σὺ λογιζόμενος ἐπιχειρεῖς μοι δεικνύειν, ὡς εἰ καὶ Δουλκίτιος (12) τέθνηκεν, ἀλλ' οὐχ ἥγε πρὸς ἐμὲ σπουδὴ τῆς ὑμετέρας οἰκίας τέθνηκε. Ταύτην μὲν οὖν ἂν ζῶσαν παρέξεις. (13) τοὺς δὲ ἀνεψιοὺς ἴσθι σοὶ τῇ μὲν ἄλλῃ καὶ (14) σφόδρα ἐπαινεῖσθαι, λυπῆσαι δὲ ἐπὶ τούτῳ τοὺς γείτονας. μεγάλῃ γὰρ ἀεὶ φωνῇ τοὺς λόγους συλλέγοντες τὸν ὕπνον ἀφαιρούμενοι (15) τῶν πλησίον οἰκούντων τοὺς μὲν ἐξήλασαν, τοὺς δὲ ἐπέτριψαν. (16)

XXV. ΑΚΑΚΙΩι. (1)

Καὶ αὐτός εἰμι τῶν βεβαπτισμένων (2) ὑπὸ τοῦ μεγάλου κύματος ἐκείνου. Κεῖται γὰρ Ἀρισταίνετος, ὦ Ζεῦ, ἥτε δευτέρα πληγὴ προσδιέφθειρεν ἡμᾶς, οὐδὲ τῆς Ἱεροκλέους (3) κεφαλῆς φεισαμένου τοῦ δαίμονος. Διὰ ταῦτα σιω-

(3) καταλαβοῦσα, *Medic.* ex frequente verborum βαλεῖν & λαβεῖν permutatione. (4) εἶχεν δ. δ. *Reg. max. Spanh.* & *Morell.* καταβαλοῦσα ἐδέξατο, *Barocc.* (5) Proverbialiter mala maxima ita vocantur, quam phrasin alii ex nece mulierum Atticarum, & liberorum ex iis susceptorum à Pelasgis, Lemnon habitantibus, perpetrata, alii ex trucidatis ob graveolentiam maritis à mulieribus Lemniis. Vide *Ludolphum Kusterum* ad Suidam Tom. II. p. 441. & *Erasmum* in Chiliadibus, nec minus *Basilium* Tom. II. Dictionarii p. 1780. (6) Innuit terrae motum, quo Nicomedia eversa est. De eo ad sequentem epistolam 31. dicemus. (7) ἐπεγείρει, *Morell.* ἐπεγείρῃ *Reg. Max.* sed in margine ἐπεγείρει. (8) ἐξοτρύνειας εἰς πρόθυμον, *Spanh.* ἐξοτρύνοις εἶναι πρόθυμον, *Morell.* Secutus ego sum *Reg. max. Medic.* & *Barocc.* (9) δόξῃς, *Reg. max.* & *Morell.* (10) ἀρχὴν, scripsi pro ἀρχὰς, *Barocc.* & ἄρχων *Reg. max. Spanhem.* & *Morelli.* Ita legisse videtur in suo codice *Zambicar.* legi autem in *Medic.* volebat *Salvinus.* (11) Τὸ εἶναι saepe idem est, quod *superstitem esse*, sicut οὐκ εἶναι, *non superesse.* Vide *Pfochenii* diatribam de Stilo N. T. Sect. 37. & *Gatakerum* c. 19. Dissertat. de eodem argumento. Elegans est *Philostrati* locus ep. 8. οἱ δὲ μηδὲν ὄντες, ἕως εἰσί, τίνες ἂν εἶεν, ἐπειδὰν οὐκ ὦσι h. e. *qui vero nihil sunt, dum sunt, quid erunt, ubi non fuerint amplius?* *Eunapius* in Vita Oribasii, οἵτινες εἰσί τε καὶ εἶεν, *qui vivunt, & utinam diu vivant.* Noster de Vita sua p. 17. οἱ μακρὰ ὄντες. (12) Ita quidem codd. & *Morell.* Sed legendum est Δουλκίτιος, cujus Noster passim in his epistolis meminit. Fuit is dux militaris, de quo *Ammianus* XXVII. 8. (13) Ita olim scribendum statui pro, παρέξει, quod codd. habent. Et sic scriptum video in *Spanh.* in *Reg. max.* ante παρέξει est ἀεί. (14) καὶ est apud *Morell.* & *Spanh.* (15) τὸν ὕπνον ἀφαιρούμενοι deest in *Barocc.* exstat vero apud *Morell.* firmaturque à *Reg. max.* & *Spanhem.* (16) Sic codd. omnes pro ἐπέτριψαν, quod olim exhibui. Frequens Atticis Scriptoribus verbum est in *obtundendi* significatu. Vide *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Plutum vs. 1120.

EP. XXV. (1) *Morell.* I. ep. 22. *Pet. Lambecius* lib. VI. Commentar. de Biblioth. Vindobonensi Graece p. 252. atque hinc *Barthol. Christ. Richardi* in epistolis XII Libanii, ep. XI. Gr. & Lat. ego vero in Centuria ep. L. Latine etiam dederat *Anon.* Quidam inscribunt *Modesto:* at *Medic.* B. *Themistio*, sicut A. *Acacio.* (2) τὸ βαπτίζεσθαι solet adhiberi sensu metaphorico non solum de iis, qui bene poti sunt, ad exemplum *Platonis* in Symposio, καὶ γὰρ καὶ αὐτός εἰμι τῶν χθὲς βεβαπτισμένων, sed etiam de illis, qui quacunque re obruti sunt, & cumulati, ut apud *Plutarchum* in Galba Otho dicitur τοσαύτῃ δανείων μεγέθει ἀδήλως βεβαπτισμένος. Posteriori sensu accipiendus est noster, qui tamen per παρῳδίαν quandam ipsa Platonis verba h. l. adhibuisse videtur. Idem hac voce similiter utitur in vita sua p. 54. Conf. & *Erasm. Schmidium* ad Matth. III. 6. (3) *Hierocles* hic Alypii est filius, & Libanii discipulus. Vide *Ammianum*

σεσιγήκαμέν (4) τι καὶ σιγήσομεν, ὅσα γε ἐν ὁμίλῳ κοινῷ, (5) ὡς οἵ γε φοιτῶντες χρῶνται ἡμῖν οὐ χείροσιν ἢ πρόσθεν. Ἥσθην τι τῷ τε υἱεῖ καὶ τῷ κηδεστῇ, προθύμως τε μάλα λόγων ἡμμένοις, καὶ κινοῦσι τὸν παιδευτὴν οὐ παρακεκλημένοις. ὥστε (6) σοὶ καὶ γράφοντι πρὸς αὐτοὺς (7) τὴν ἐκείνου τοῦ ἔπους ἀρχὴν ἀρκεῖν, ἥ φησιν· οὕτω νῦν φίλα τέκνα. (8) Πιστεύω δὲ καὶ Φιλόξενον ἄξια τῆς συγγενείας δράσειν.

adhuc & tacebimus imposterum ab hominum commercio alieni, discipuli autem aeque ac olim me facilem experientur. Maximopere autem gavisus sum, quod filius & gener tuus dicendi studium alacriter & feliciter tractant, & ipsi non excitati Praeceptorem urgent. Itaque tibi ad eos scribenti vulgati carminis initium suffecerit: *Euge igitur dulces filii!* Credo autem, & *Philoxenum* gente sua digna esse praestiturum.

XXVI. ΜΑΚΕΔΟΝΙῼ. (1)

Οὐκ ἐπὶ μικρῷ γε πεποίησαι τὴν ὁδὸν, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ἀνδρὸς, ὃν ὅπως ἴδοις ἐπ᾽ αὐτὸν ἐλθεῖν ὠκεανὸν ἦν ἄν σοι καλόν. Ὅτι δὲ ἔμελλες πανταχοῦ ἡμῶν μεμνῆσθαι καὶ σὺν ἐπαίνοις οὐκ ἠγνόουν. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἥδιστον εὐφημιῶν τυγχάνειν, σοὶ δὲ εἰς ἐμὲ χρῆσθαι. τοὺς ἄνδρας δὲ, (2) οἷς διειλέχθαι (3) λέγεις, πρὶν ἂν πείσῃς μισεῖν τὰς κόλακας, οὐδέποτε πείσεις (4) ἡμᾶς φιλεῖν. πάνυ γὰρ ἀμαθῶς ἔχω τοῦ πράγματος (5). ἕτεροι δὲ ἀριστεύουσι. Παγκράτιον δὲ οὔπω μὲν εἶδον, ἀγαθὸν δὲ ἡγοῦμαι. καὶ γράψαι πρότερον ἀξιῶ. Τῷ μὲν γὰρ οὐδὲν αἰσχρὸν, ἐμοὶ δ᾽ ἴσως, εἰ δόξαιμι δι᾽ ἐπιστολῆς, ἐπὶ προφάσει τοῦ προσειπεῖν, μαθητὴν (6) αἰτεῖν.

MACEDONIO.

Non exiguae rei causa iter fecisti, sed propter virum, quem ut videres ipse Oceanus tentari debebat. Quod vero ubique nostri mentionem etiam cum laude facturus esses, non nesciebam. Aliis enim laudibus celebrari, tibi vero me illis ornare jucundum accidit. Quod ad illos attinet, cum quibus sermonem tibi fuisse scribis, illis, ut me ament, non ante persuaseris, quam persuaseris, ut adulatores odio prosequantur. Hujus enim artis prorsus sum imperitus, quam alii egregie callent. *Pancratium* quidem nunquam vidi, at pro bono viro habeo, & prior ad ipsum scribere audeo. Ipsi enim hoc nullo modo turpe est, mihi vero forsan esse possit, siquidem per epistolam sub salutantis specie discipulum mihi expetere videar.

XXVII. ΠΟΛΥΧΡΟΝΙῼ. (1)

Τί τῆς σιγῆς ἔχεις (2) αἰτιάσασθαι; βραδύτητα (3) νοῦ; καὶ τίς ὀξύτερος; ἀλλ᾽ ἔνδειαν λέξεως; ὁ σαφῶς οὕτω περὶ τῶν μεγάλων διδάσκων; πόθεν οὖν ἄφωνος; οὐ λέγεις; οὐκοῦν ἀκούσῃ. (4) τὴν τροφὴν ἡμῖν περικόψας αἰσχύνῃ, καὶ διαζεύξας τῶν πυρῶν τὰς κριθάς. τοὺς ἵππους ἠδικηκὼς οὐκ ἔχεις ὅ,τι εἴποις. (5) ἀλλά σοι λύω τὸν φόβον, τὸ τοῦ Ἀχιλλέως εἰπών, οὐ σὺ τοῦτο (6) λυπεῖς ἀλλ᾽ Ἀγαμέμνων, (7) ὥστε θαῤῥῶν καὶ ἴθι (8) καὶ γράφε.

POLYCHRONIO.

Quamnam silentii causam reddere poteris? num ingenii tarditatem? quis vero te est acutior? an dicendi imperitiam? at de rebus maximis sapienter disputas. Qui igitur fit, ut mutus sis? Nihil respondes? Itaque causam accipe. Pudet te victum nobis diminuisse, & triticum ab hordeo separasse. Ita in equos injurius non habes, quod dicas. Sed libero te hoc metu, illo Achillis usus: *Hoc te triste mihi non infers, verum Agamemnon.* Itaque animum sumito, & scribito.

XXVIII. ΠΑΡΝΑΣΙῼ. (1)

Οὐκ ἀγεννῶς μοι προσκεῖσθαι τοῖς λόγοις. καταμηνύεις δὲ σὺ σαυτὸν, ἀπὸ τοσαύτης ὥρας συντιθεὶς ἐπι-

PARNASIO.

Non ignobile mihi videtur in dicendi studium incumbere. Tu vero te ipsum prodis, qui tam pul-

nianum XXIX. 1. & ibi *Valesium*. Adde *Pet. Bailium* Tom. II. Dictionarii p. 1554. & eruditissimum *Jo. Albert. Fabricium* in Biblioth. Graec. lib. II. p. 459. Periit hic Hierocles Nicomediae ex terrae motu, una cum Aristaeneto. De hoc terrae motu plura mox dicemus ad ep. 31. n. 3. (4) Silentium enim apud omnes gentes luctus indicium fuit. Vide *Martin. Geierum* de luctu Hebraeorum c. 13. (5) κοινῷ *Medic.* (6) Quae sequuntur usque ad finem epistolae, desunt in Ambros. T. 73. (7) In *Barocc.* & *Voss.* αὐτῷ, in *Reg. max.* αὐτὼ, scilicet in duali numero: de duobus enim sermo hic est. At αὐτοὺς habet *Morell. Spanhem.* & *Medic.* (8) *Homeri* verba habes ex *Iliad.* α. v. 192.

EP. XXVI. (1) *Morell.* IX. ep. 23. *Anon.* Lat. Hygieno inscribitur in Codice Bibl. Coislinian. de quo praestantissimus *Montefalconius* in Catalogo ejus p. 517. ut & in Mutinensi C. & D. Marci 4. (2) τοὺς δ᾽ ἄνδρας *Voss.* a manu recente, sic *Spanhem.* In alio τὸ δὲ recens additum esse *Rostgardus* testatur. (3) διειλέχθαι *Ambros.* T. 231. Sed sic pro οἷς scribi debebat ὧν. Itaque in margine recente manu scriptum est, διειλέχθαι. (4) οὐδέποτε πείσεις, *Ambros.* T. 231. mendose. (5) *Valde enim strenue in re me gero.* Ita *Salvinius*, nec phrasi Graecae, nec sensui, si quid judico, convenienter. (6) μαθητὰς, *Spanb. Medic.* A. & *Vatic.* B. pro quo *Ambros.* T. 231. mutato vitiose accentu μαθητοῦ μαθητὴν *Med.* C. male.

EP. XXVII. (1) *Morell.* I. 24. *Anon.* & *Salvin.* Lat. (2) ἔχεις *Mutin.* A. ex frequenti τοῦ η cum ει permutatione. (3) βραδύτητα *Reg. max.* (4) *Morell.* ἀκούσεις, & sic *Rostg.* Praestat lectio *Spanb.* (5) εἴπῃς *Morell.* & *Reg. max.* ubi tamen manus recens adscripserat εἴποις (6) τοῦτο delet *Ambros.* T. 73. (7) *Homerus* Iliad. α. v. 336. οὔ τί μοι ὔμμες ἐπαίτιοι, ἀλλ᾽ Ἀγαμέμνων. (8) *Spanb.* καὶ περιών, ἴθι, καὶ γράφε. Τὸ, περιὼν procul dubio interpretamentum est τοῦ, ἴθι, quemadmodum in margine *Reg. max.* manu recente scriptum est ἰλθὲ, ἔρχε ἀντὶ τοῦ περιὼν. *Mutin.* A. habet ἴσθι, *scito*, quod tamen non probem. Simulem φερίων habes infra ep. 30. Cum hac epistola finit pagina secunda folii quinti codicis, quo *Rostg.* usus est. Ibidem Boivinius monuerat, & hic & in Vossii Codice quinque desiderari epistolas.

EP. XXVIII. (1) Παρνασίῳ, *Voss.* Epistolam hanc non habet *Morellus*, apud quem post illam ad *Polychronium* legitur,

pulchras scribas epistolas. * * * Bonus quidem est ad iter faciendum impetus: sed nec minus bona longior ibi mora. Ille enim sapientiae studiosos, haec vero eidem morigeros declarat.

ἐπιστολάς. (2) * * * (3) πρὸς τὴν ὁδὸν ὁρμή. καλὴ δ' οὐχ ἧττον ἡ μονή. τὸ μὲν γὰρ σοφίας ἐπιθυμοῦντας, τὸ δὲ αὐτῇ πειθομένους.

DEMETRIO.

Ita scilicet eodem honore a te frater, a me vero amicus erat prosequendus. Vitam vero illi superstitem molestam tibi accidere, non equidem miror. Nam & illa, quae alioquin non valde molesta sunt, hominibus, ita adfectis, dura videntur. Postquam vero, glandibus relictis, frugibus nunc pasceris, hac enim comparatione ipse uteris, te sequar: alterum quidem imitatus, altero vero inferior. Literae enim cum melle a te ad me venerunt. Rescribens itaque aliquid literis simile praesto, quid vero pro dono illo rependam, quaero quidem, sed non invenio, nisi laudare sufficerit munus illud, neque enim aliud nomen habet, Atticum. Re vera enim ab iis in Hymetto laboribus est profectum, quos in monte illo apes perficiunt. Tale vero quamvis sit, inferius tamen illa fuit voluptate, quam nobis iis, quae scribebas, propinasti.

XXIX. ΔΗΜΗΤΡΙΩι. (1)

Ἔδει γὰρ καὶ τοιαύτῃ τιμᾶσθαι (2) τιμῇ (3) πρότερόν τι σοῦ τὸν ἀδελφὸν, * πρότερόν τι ἐμοῦ τὸν φίλον. δυσχερῆ δέ σοι γενέσθαι τὸν ἐπ' ἐκείνῳ χρόνον, οὐ θαῦμα. καὶ γὰρ καὶ τὰ μὴ λίαν ἀλγεινὰ τοῖς ὧδε ἔχουσι χαλεπά. νῦν δὲ ἐπειδὴ τῆς δρυὸς ἀφέμενος ἔχῃ τῶν πυρῶν, οὕτω γὰρ αὐτὸς ἀπεικάζεις, ἕψομαι. τὸ μὲν μιμούμενος, ἐν δὲ τῷ λειπόμενος. ἡκόντων γὰρ ἐκεῖθεν γραμμάτων καὶ μέλιτος, γράφων μὲν ἴσον ἐν ποιῶ τοῖς γράμμασιν. ὅ, τι δ' ἂν ἀντὶ τοῦ δώρου γένοιτό σοι, ζητῶν, οὐχ εὑρίσκω. πλὴν ὅσον ἐπαινέσαι τὸ δῶρον, οὐ γὰρ ὄνομα ἄλλως, τὸ Ἀττικόν. ἀλλ' ἀτεχνῶς ἀπὸ τῶν ἐν Ὑμηττῷ (4) πόνων, οὓς ἐν τῷ ὄρει ποιοῦσιν αἱ μέλιτται. τοιοῦτον δὲ ὂν ὅμως ἡττᾶτο τῆς ἡδονῆς, ἧς ἡμᾶς, ἐν οἷς ἐπέστελλες, ἔγευσας.

ADAMANTIO.

Literas a te accepisse existimo, quamvis non acceperim. Quando enim iram in filium non justam missam facis, atque ea laudas, quae ante in ipso reprehendebas, non obscure significas, libenter te scripsisse, sed non ausum esse. At vero, ô bone! aude hoc, & scribe. Qui vero pulchras illas de rebus injucundis literas ad te scripserunt, culpae sunt obnoxii: vel a culpa potius & illi sunt immunes, quia ab aliis sunt decepti. Fontem enim imposturae, qui non ignotus est, miserari praestat, quam odio prosequi. Ego vero & indolem filii tui & industriam respiciens, id, quod in proverbio est, cano:

Mature florent plantae, quae poma minantur.

Plura scriberem, nisi amicum me laudaturum meminissem. Talis enim, si vel verissima loquatur, vix fidem invenit.

XXX. ΑΔΑΜΑΝΤΙΩι. (1)

Εἰληφέναι σου γράμματα νομίζω, καὶ μὴ λαβών. Ἐν γὰρ τῷ λῦσαι τὴν πρὸς τὸν υἱὸν οὐ δικαίαν ὀργὴν, καὶ ἐπαινέσαι ταῦτα ἐν (2) οἷς τέως ἐπετίμας, δῆλον ἐποίεις, ὡς ἥδιστ' ἂν ἐπιστείλας οὐ θαῤῥοίης. ἀλλ' ὦ 'γαθὲ καὶ θάῤῥει καὶ ἐπίστελλε. τῶν δὲ ἀηδῶν ἐκείνων οἱ τὰ καλά σοι γράμματα πεπομφότες ἔχουσι τὴν αἰτίαν. (3) μᾶλλον δὲ κἀκεῖνοι ἀφεῖνται αἰτίας τὸ παρ' ἄλλων ἐξηπατῆσθαι. τὴν γὰρ τοῦ φενακισμοῦ πηγὴν οὐκ ἀγνοουμένην ἐλεεῖν ἄμεινον, ἢ μισεῖν. βλέπων δὲ εἴς τε τὴν φύσιν τοῦ σοῦ παιδὸς, καὶ τὸ χαίρειν τοῖς πόνοις, τὴν παροιμίαν ᾄδω λέγουσαν.

ΑΥΤΙ´ΚΑ ΚΑΙ` ΦΥΤΑ` ΔΗ͂ΛΑ, Α῍ ΜΕ´ΛΛΕΙ ΚΑ´ΡΠΙΜ' ἘΣΕΣΘΑΙ.

(4) Καὶ πλείω διῆλθον ἂν, εἰ μὴ ᾔδειν (5) ἐραστὴν ἐπαινεσόμενος, ὢν ᾧ καὶ (6) τὸ ἀληθέστατον ἀπιστίαν ἐφέλκεται.

DE- XXXI.

legitur, quae mox sequetur, ad *Demetrium*. Omisit eam procul dubio, quod non integram haberet, cujus rei ratio statim redditur. (2) In his verbis desinit pagina XIV. quae est secunda ejus folii in Codice *Voss.* In extrema illa pagina literis minutis, sed manu una omnino recente haec sunt admonita: δοκοῦσι ἐνταῦθα λείπειν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τούτης μέχρι τῆς ἑπομένης ἕως οὐ γὰρ συνεχίζονται. ἀπὸ ζητοῦσιν ταύτης τὸ λεῖπον, καὶ τῆς ἑπομένης ἡ ἀρχὴ, ἴσως δὲ τούτων μεταξὺ καὶ αἱ λοιπαὶ ἴσονται. Porro notandum, quod hoc folium sit sextum primi fasciculi, & cohaereat cum primo folio. At vero omnes reliqui totius voluminis fasciculi octo folia continent singuli, unde colligere licet, hunc quoque fasciculum octo foliis constitisse, quorum primum quidem fuerit vacuum vel titulo destinatum, octavum autem eas habuerit epistolas, quae h. l. desiderantur, nempe XImae finem, XII. XIII. XIV. XV. integras, & XVIae initium. Hujus epistolae XVI. initium in fasciculo II. primum versum absolvit, & sic incipit: ὁ πρὶν νῦν οὐδὲν ἐμοὶ, κ. τ. λ. Haec monuerat in apographo suo *Rostgardus*. Similiter & *Spanhemianus* ex ejusmodi Codice, integro folio truncato, descriptus est, ex quo *M. V. la Croze*, vir eruditissimus, mihique amicissimus, ea, quam hic vides, ratione descripsit. Ex his apparet, epistolam, qualem exhibeo, ex duabus esse conflatam, atque adeo parum cohaerere, quod & in Graeco Scholio superiori est admonitum. Ἀπὸ τοσαύτης ὥρας verti etiam possit: *tam mature.* (3) Non dubito, ante ἡ desiderari καλὴ, quod patet ex proxime sequente καλή. Itaque eam vocem in versione expressi, ut sic de sensu rectius constaret.

EP. XXIX. (1) Morell. I. 25. Verterat *Salvinius*, & *Anon.* (2) τιμηθῆναι, *Reg. max.* (3) Sic scripsi cum *Medic.* B. & *Vatic.* B. pro σιγῇ, quod habet *Morell.* Fortasse tamen. & σιγῇ locum habere possit, si existimes, caussam reddi, cur & *Demetrius* & *Libanius* ad se invicem non scripserint, fratris scilicet obitum silentio hoc condecoraturi. * *Aristaenetum* vult, quod patet ex sequente epistola 31. eidem *Demetrio* inscripta. Is enim Nicomediae, terrae motu concussae obierat. (4) *Hymettus*, Atticae mons, optimi mellis copia abundans. Vide *Stephanum* de Urbibus p. 579. Hinc *apes Hymettiae*, & *mella Hymettia*, apud Poetas, quorum locos affert *Thom. de Pinedo* ad l. c.

EP. XXX. (1) *Morell.* I. 26. *Salvin.* & antea *Anon.* Lat. nec non *Zambicarius*, quamvis inter editas non exstet. Ἀδαμαντίῳ. *Angl.* Casanatens. Ἀδαμαντιανῷ, Mutin. C. & *Zambicar.* in versione. (2) ἐν abest a *Reg. max.* & *Anglic.* forte rectius. (3) αἰτίαν ἔχειν is dicitur *Diogeni Laërtio* IV. 34. cui vitium aliquod exprobratur. (4) Versum Heroicum agnoscis, quem frustra adhuc apud Scriptores & Paroemiographos quaesivi. (5) εἶναι. *Ambros.* T. 73. male. (6) καὶ abest ab *Ambros.* T. 5. non sine vitio.

XXXI. ΔΗΜΗΤΡΙῼ. (1)

Αὐτήν τε ταύτην ἐθρήνησα (2) τὴν πόλιν, (3) ἣν ἥδιστα μὲν εἶδον, (4) ἄκων δ' ἐξέλιπον, ἐπόθουν (5) δὲ καὶ οἴκοι καθήμενος, πρό τε τῆς πόλεως τὸν ἐπ' (6) αὐτῆς καὶ μετ' αὐτῆς οἰχόμενον τὸν γενναῖον Ἀρισταίνετον. (7) Νομίζω δὲ τὸν θρῆνον (8) μηδέτερον μὲν ἐμὸν, ἀμφοτέρους δὲ (9) τῆς λύπης. Ἐν ᾧ γὰρ ἐξεστήκειν τε ἐμαυτοῦ, καὶ φόβον παρεῖχον τοῖς οἰκείοις, ὡς οὐκ ἀντισχήσων τῷ κακῷ, τότε ἐκείνη λαβοῦσά μου τὴν χεῖρα ἐγγράψειν, ὅ, τι ἤθελεν. Οἷς δὲ ἑκάτερον (10) ἔδειξα, τέτταρες ἦσαν. Οὐ γὰρ ἦν ὁ καιρὸς μοι θεάτρου. (11) Πρὸς μὲν τῷ θείῳ Πρισκιανὸς ὁ ῥήτωρ, (12) ἐπὶ δὲ τούτῳ Φιλοκλῆς ὁ καλὸς, καὶ ὅγε φιλεῖν μεμελετηκὼς Εὐσέβιος. (13) Σαβῖνος (14) δὲ ἄρα ἦν ἀπ' ἀγροῦ. Οὗτοι μὲν ἐμοῦ. Τούτων δ' οὐδεὶς, ὅστις οὐκ ἤκουσεν, ὡς ἀκούσῃ. Καὶ αὐτίκα με προσεληλύθεισαν (15) ἀτάσθαι, κελεύοντες ἢ ἀναγινώσκειν, ἢ ὁμολογεῖν ἀδικεῖν. Ἔδωκα τὸ βιβλίον, οἱ δὲ παραλαβόντες οὐ πολλοὺς ἀνηκόους ἀφῆκαν. Ἐξέστω δὲ καί σοι μόνῳ τε (16) ἐντυχεῖν, εἰ βούλοιο, καὶ σὺν ἄλλοις, εἰ τοῦτ' ἀρέσαι. (17) Δοκεῖς δέ μοι καὶ αὐτὸς εἰργάσθαι τι τοιοῦτον εἰς τὸν ἀδελφόν. (18) Οὐ γὰρ ἦν τοῦ σοῦ στόματος σιγῇ θάψαι τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον. Πέμπε οὖν, ὡς καὶ αὐτῷ μονῳδίαις (19) οὐκ ἀηδῶς συνεῖναι μετὰ τὸν σεισμὸν ἐκεῖνον. Θαυμάζω δὲ, εἰ νῦν (20) ἀπολαύοντες τῶν βοτρύων, τὴν παροῦσαν ὥραν (21) χειμῶνα (22) καλεῖν τολμήσητε. (23)

DEMETRIO.

Tum ipsam illam urbem deploravi, quam libentissime quidem vidi, invitus autem deserui, & domi desidens desideravi, tum vero prae urbe praestantissimum, qui per illam & cum illa periit, Aristaenetum. Neutrum autem lessum meum, sed utrumque moeroris esse arbitror. Cum enim extra me ipsum positus essem, & domestici mei vererentur, malo me resistere non posse, ille quidem manu prehensa scripsit, quae voluit. Quatuor erant, quibus utrumque praelegi. Neque enim tempus permittebat, ut publice recitaretur. Praeter enim patruum aderant *Priscianus* Rhetor, tum optimus *Philocles*, & *Eusebius*, in mei amorem propensissimus. *Sabinus* quidem ruri agebat. Illi quidem ex meis sunt, quorum nemo orationem audivit, quin audire iterum vellet. Et statim quidem illi urgebant me jubentes, ut vel legerem, vel injurium me confiterer. Dedi itaque scriptum, quod nacti illi tantum non omnibus audiendi facultatem fecerunt. Liceat vero vel tibi soli, si libuerit, legere, vel tecum aliis etiam, si placeat. Ipse autem tale quid in fratrem elaborasse mihi videris. Nefas enim foret, virum hunc, tuo silentio, sepelire. Mitte itaque tua mihi, qui non illibenter post illum terrae motum naenias audiam. Miror interim, quod, qui nunc uvis fruimini, praesens anni tempus hyemem appellare sustinetis.

XXXII. JAM.

EP. XXXI. (1) *Morell.* I. 27. & *Centuria* mea ep. LII. ex Codd. Anglic. *Anon.* & *Salvin.* Lat. (2) [illegible] ad oram Cod. *Voss.* & *Reg. max.* manu recente, forte ideo, quod *Libanius* orationem illam suam, qua Nicomediae subversionem prosecutus est, μονῳδίαν inscripsit. Lege illam Tomo II. Operum p. 202. (3) *Nicomediam* inquit, Bithyniae urbem. Aristaenetus enim, quem mox appellat, Bithyniae erat praefectus, quod patet ex epistola quinta earum, quas ad Aristaenetum a Libanio scriptas *Lambecius* lib. VI. Commentar. de Biblioth. Vindobonensi p. 247. edidit. Hujus igitur provinciae res curaturus, Nicomediae, Bithyniae metropoli, versabatur, eo tempore, quo ipsa, A. C. 358. terrae motu concussa, incolis interitum afferebat. Auctor est *Ammianus Marcellinus* XVII. 7. *Quosdam*, inquit, *domorum inclinata fastigia intrinsecus ferebant intactos, angore & inedia consumendos. Inter quos Aristaenetus affectatam recens Dioecesim curans vicaria potestate, quam Constantius ad honorem uxoris Eusebiae Pietatis cognomine dedicarat, animam hoc casu cruciatam diutius exhalavit.* Nicaeae illum deinceps sepultum esse apparet ex epistola Libanii ad Entrechium, apud *Lambecium* l. c. p. 253. ubi notae conferantur. Mentionem hujus concussionis facit noster supra ep. 24. & alias, tum in vita sua p. 40. de qua & plura tradit *Eusebius*, ad an. 2374 & 2136. Nicaeam & Nicomediam vere expressas videbis apud *Lambecium* l. c. p. 256. (4) Contulit se in eam Libanius A. C. 345. per quinquennium ibidem commoratus, non sine insigni voluptate, quam ipse edisserit in vita sua p. 19. Speciatim *Aristaeneti* amicitiam, qua ibi usus sit, celebrat p. 21. (5) Polin reversus Bithyniae desiderium aegre tulit, & Nicomediam aliquoties visit vid. vitam p. 28. (6) ὑπ' *Reg. max.* non male. (7) De *Aristaeneto* dicemus in indice eorum, ad quos *Libanius* scripsit. Inprimis consule *Luc. Holstenium* apud *Lambecium* l. c. p. 253. (8) Duplicis monodiae in hunc casum meminit Libanius; altera ad urbem, altera procul dubio ad Aristaenetum relata fuit. Posterior itaque periit. (9) εἶναι addunt *Morell. Spanhem.* & *Reg. max.* (10) ἑκατέρον, iidem. Praestat nostra lectio: ad θρῆνον enim respicitur. (11) θεάτρου nomine appellabatur locus publicus, in quo declamare solebant Sophistae. Vide *Cresollium* in Theatro Rhetorum III. 12. (12) Ad hunc plures exstant Libanii epistolae. Confer indicem modo laudatum, & infra epist. LXX. ad Florentium, quae tota in laudibus ejus occupatur. (13) *Eusebium* hunc illum puto esse, cujus perhonorifice meminit in vita sua p. 60. ubi funebri sermone obitum ejus decorasse se testatur. Inspice quoque *Ammianum Marcellinum* XIV. 14. Frequenter ad eum scripsit noster. (14) *Sabini* cujusdam meminit in vita sua p. 60. (15) προσεληλύθεσαν, *Morell.* & *Reg. max.* (16) τε in Anglic. omissum addidi ex *Morello* & *Reg. max.* (17) ἀρέσκοι, *Morell.* ἀρέσκοι *Spanh.* Vel haec vel nostra lectio magis respondet antecedenti βούλοιο. (18) *Anglic.* εἰς τὸν ἀδελφόν. Ceteri nostrum tuentur, quod rectius esse vel ex eo patet, quod deinde [illegible] commemorat. Frater vero hic procul dubio est *Aristaenetus* ipse, quem funebri sermone laudaverat *Libanius*. (19) μονῳδία dicebatur cantus lugubris, quem unus absque choro in scena edebat. Vide *Isidorum.* VI. 19. Origenum, ubi inter cetera *Sicinium* dici ait quasi *Solicinium*. Adde *Tobiam Gutberletum* in Conjectaneis ad Monumentum Heriae p. 154. Opusculorum, in quo mentio fit *Monodiariae*, i. e. foeminae, quae monodiam canit. (20) νῦν τοῦτον ἀ. τ. β. *Morell. Spanh.* & *Reg. max.* τούτων abest ab *Ambros.* T. 5. (21) ὥρα h. l. de certa anni tempestate, nempe autumno dicitur. Commentatur de voce ista erudite Illustris *Spanhemius* ad Juliani Orationes p. 123. & ad Callimachum in Cererem vs. 124. ubi Galeni testimonio evincit, eam proprie quidem de *aestate*, (conf. *Graevii* Lectiones Hesiodeas p. 8.) deinde vero ad reliquas anni partes designandas esse adhibitam. Vide *Galeni* comment. IV. in lib VI. Epidem. Sect. 19. De *vere* & *aestate* proprie usurpari monuit *Hesychius*, sicut & de *vere* dixit *Aristophanes* in Equitibus p. 312. (22) Sensus est, autumnum, qui nunc agatur, hyemis nomen ferre posse, ob ingentem scilicet calamitatem illam, qualem χειμῶνα Graeci vocare solent. (23) τολμήσετε, *Morell.*

JAMBLICHO.

Tantum abest, ut aegre feram, si a te exciter, ut te excitante potius gaudeam: ex eo enim manifestum mihi fit, & te in agendis rebus occupatum esse. Quod igitur operam das, ne, quod aiunt, *ab equo ad asinum*, & avunculus laudat, & ego, quamvis id sero perspexerimus. Puto enim aliquid inde nobis ventitare: spero tamen fore, ut res per Magistratus recte curetur. *Modesto*, noctu abitum in Ciliciam paranti, vespera indicem confeci, & donaria in eo consignavi. Nec *Olympius* aberat. At ille quidem cetera se tanquam nihil oneris habentia probare se ajebat, oleum vero aversabatur. Nobis vero instantibus abiit, amplius cogitaturus, quid optimum factu esset. Quod vero in tumultu sub profectionem usu venit, ejus de hac re sententia surrepta est. Reliquum igitur erat exspectare. Tibi quidem ibi manere non consultum, huc autem venire necesse est; idque ideo, ut adversus exactionem a Thracia imminentem pugnes, & curiam prorsus fugias; quae obscuris quidem prodest, eos autem, qui, qualia tu habes, acceperant, illustriores nunquam effecerit.

XXXII. ΙΑΜΒΛΙΧῼ. (1)

Οὐ μόνον οὐκ ἄχθομαι παρακαλούμενος, ἀλλὰ καὶ χαίρω προτρέπουσι, ὅτι μοι τούτῳ δηλοῦται, τὸ καὶ αὐτὸν ἐνεργὸν εἶναί σε. Τὸ μὲν οὖν φροντίζειν, ὅπως μὴ εἰς ὄνους ἀφ' ἵππων, (2) ὅ τι θεῖος ἐπαινεῖ, καὶ ἐγὼ, ὀψέ τι τοῦτο ἰδόντες. οἶμαι γὰρ ἤδη τι φοιτᾶν ἡμῖν ἐκεῖθεν. ἐλπίζομεν δὲ αὐτὸ θήσεσθαι διὰ τῶν ἀρχόντων καλῶς. Μοδέστῳ δὲ, μέλλοντι νυκτὸς ἐπὶ Κιλικίας δραμεῖσθαι, βιβλίον ἑσπέρας εἰσάγω τὰ δῶρα ἐγγράψας. Ὀλύμπιος δὲ οὐκ ἀπῆν. ὁ δὲ τοῖς ἄλλοις ἥδεσθαι φήσας, ὡς οὐκ ἔχουσιν ὄγκον, διεωθεῖτο τοὔλαιον. ἡμῶν δὲ οὐκ ἀνιέντων ἀπέβη μὲν (3) ὡς ἄμεινον ζητήσων, ἢ χρὴ ποιεῖν. Οἷα δὲ ἐν θορύβῳ τῷ περὶ τὴν ἔξοδον ἀφῃρέθη τὴν περὶ τούτου ψῆφον. ἣν οὖν λοιπὸν ἀναμεῖναι. σοὶ μέντοι μένειν (4) μὲν οὐκ ἔστιν ἐκεῖ. χωρεῖν δὲ ἀνάγκη δεῦρο. ἵν' τι μαχήσασθαι (5) πρὸς τὴν ἀπὸ Θρᾴκης εἴσπραξιν, καὶ διαφυγεῖν ὅλως βουλὴν, ἣ τοῖς μὲν ἀνωνύμοις λυσιτελεῖ, τοὺς δ', οἷα σὺ, διαδεξαμένους οὐκ ἂν λαμπροτέρους θείη.

JULIANO.

Tibi quidem corpus, ut nuncias, incolume perenni robore valeat: luctui vero medelam afferat Deus. Aut potius luctus ex parte Deo indiget, partem vos ipsi levare valetis. Civitatem enim instaurare, modo volueritis, potestis; at dolori super exstinctis de coelo, precor, veniat solatium. Nicomediam equidem, etiam jacentem, beatam praedico. Salvam quidem esse, fas erat; sed vel sic tamen lacrymis tuis ornata est. Nec minores hae sunt vel planctibus, quos super Achille Musae feruntur edidisse, vel cruentis guttis, quas super Sarpedone morituro, carissimum filium honoraturus, Jupiter fudit. Ut igitur, quae nuper urbs erat, urbis conditionem recipiat, vobis curae erit. *Elpidius* vero, etiam pridem vir bonus, nunc quidem, capto virtutum incremento,

XXXIII. ΙΟΥΛΙΑΝῼ. (1)

Ἀλλά σοι τὸ μὲν σῶμα, ὡς ἐμήνυες, εὖ (2) διατέλους ἔχοι, τῇ λύπῃ δὲ φάρμακον ἔλθοι παρὰ τοῦ Θεοῦ. μᾶλλον δὲ τὸ μέν τι τῆς λύπης δεῖται Θεοῦ, (3) τὸ δὲ ὑμεῖς ὑμῖν αὐτοῖς παῦσαι κύριοι. Τὸ μὲν γὰρ ἀνορθῶσαι τὴν πόλιν, (4) ἕτοιμον, εἰ βουληθείητε. τῆς δ' ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσιν ἀθυμίας ἐξ οὐρανοῦ (5) πόθεν ἔλθοι παραμυθία. Μακαρίζω δ' ἔγωγε τὴν Νικομήδειαν καὶ (6) κειμένην. Ἔδει μὲν γὰρ ἑστάναι, τετίμηται δὲ ὅμως (7) δάκρυσι σοῖς. τοῦτο δὲ οὐ μεῖον οὔτε τῶν θρήνων, οὓς ἐπ' Ἀχιλλεῖ Μούσας ἐγεῖραι λόγος, (8) οὔτε τῆς ᾑμαγμένης ψακάδος, ἣν ἐπὶ Σαρπηδόνι μέλλοντι τελευτήσειν ἀφῆκεν ὁ Ζεὺς, (9) παῖδα φίλτατον τιμῶν. Τοῦ μὲν οὖν τὴν πάλαι πόλιν αὖθις γενέσθαι πόλιν ὑμῖν μελήσει. Ἐλπίδιος δὲ ἦν μὲν καὶ πρότερον

EP. XXXII. (1) *Morell.* I. 28. *Anon.* & *Salvin.* Lat. (2) Locutio proverbialis, de qua *Erasmus* p. 169. Adagiorum. (3) Ita *Reg. max.* in margine, pro quibus in contextu legebatur: ἀνιέντων, ὡς ἄμεινον ζητῶν, ὃ χρὴ ποιεῖν. Et sic habet *Morellus*, nullo sensu. (4) Sic *Reg. max.* in margine manu recente. In contextu vero: σοὶ μὲν ποιμαίνειν μὲν quod & *Morell.* habet. (5) *Spanhem.* οὕτω μὲν μοχθήσασθαι.

EP. XXXIII. (1) *Morell.* I. 29. *Anon.* & *Salvinius* Lat. *Fabricius* in Biblioth. Graeca Vol. VII. p. 397. Gr. & Lat. (2) εὖ in aliis omissum, ex *Ambros.* T. 73. addidi, tanquam quod phrasis ipsa requirat. (3) Pro Θεοῦ *Spanhem.* legit θρήνων, male quidem, cum ex sermonis serie pateat, Libanio partem aerumnae Deo, partem vero Juliano ipsi levandam commendare. (4) Nicomediam nempe, de qua mox, terrae motu subversam. Vide nos ad epist. XXVIII. (5) ἐν οὐ *Reg. max.* librarii vitio, qui vocem οὐνοῦ per compendium scriptam non adsequebatur. (6) τὴν Νικομήδειαν κειμένην. *Reg. max.* καὶ illud perperam interceptum est per ἀσφοε & proxime sequens κειμένην Abest tamen etiam ab *Ambros.* T. 73. (7) τετίμηται δὲ ὅμως, addidi ad sensum perficiendum ex *Reg. max.* in quo ad marginem, manu tamen recente, scripta erant. Sic & *Vatic.* in ora exhibet: τετίμηται δὲ ὅμως πενθοῦσα. Scilicet Juliani lacrymis honorari quidem, sed non instaurari urbs collapsa poterat. Scholium Cod. Vatic. 937. ita: ἐδήλου γὰρ θεοῦ συσσεισμοῦ γενομένου μὴ δύνασθαι ἀνορθωθῆναι ταύτην τὴν πόλιν. Locum hunc Libanii *Valesius* ad Ammianum XXII. 9. p. 319. adfert. (8) *Homerum* auctorem habet Odyss. ω. v. 60. ita canentem:

> Μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ
> Θρήνεον.

Conf. *Smyrnaeum* III. 592. (9) Ad Homerum iterum provocat Iliad. Π. v. 567. ita dicentem:

> Ζεὺς δ' ἐπὶ νύκτ' ὀλοὴν τάνυσε κρατερῇ ὑσμίνῃ
> Ὄφρα φίλῳ περὶ παιδὶ μάχης ὀλοὸς πόνος εἴη.

Adde ibid. v. 458. seqq.

(10) Ver-

τερον ἀγαθὸς, νῦν δὲ ἡ τῶν τρόπων ἐπίδοσις ἀξία θαυμάσαι. Καὶ οὐκ ἄρα μόνον τὸ τοῦ Σοφοκλέους. (10)

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ·

ἀλλὰ καὶ βασιλέως (11) σοφία τοῖς συνοῦσιν ἂν εἰς ἀρετὴν ἡγοῖτο· οἷα καὶ σὺ τουτονὶ τὸν ἄνθρωπον ὤνησας, οὐ μᾶλλον εὐπορώτερον ἢ βελτίω δείξας. Καὶ γὰρ, εἰ (12) νεώτερος Ἐλπιδίου σὺ γέγονας τῶν (13) καλῶν τούτων Ἐλπιδίῳ διδάσκαλος τῷ πρεσβυτέρῳ τῆς ἐπιεικείας, τῆς προθυμίας, τοῦ ποιεῖν εὖ (14) τοὺς φίλους, τοῦ ποιοῦντα χαίρειν, τοῦ πρᾴως τοῖς ἀγνῶσιν ἐντυγχάνειν, τοῦ τὸν ἐντυγχάνοντα κατέχειν. Ὅσοι γὰρ αὐτῷ προσελθόντες προσεῖπον, τοσοῦτοι τὸν ἄνδρα ἐθαύμασαν, εἶτα εὐθὺς ἐφίλησαν, καὶ μᾶλλόν τι (15) τὴν σὴν κατεθεάσαντο γνώμην ἐν τοῖς ὑπὸ σοῦ πεπιστευμένοις. Ἐμοὶ δὲ καὶ τούτῳ πυκνοὶ μὲν οἱ πρὸς ἀλλήλους λόγοι, πάντες δὲ περὶ (16) σοῦ τε καὶ τῆς γνώμης, ἣν ἔχεις, καὶ τῶν πραγμάτων, ἐν οἷς ὤν. (17) ὅστις εἶ πρὸς αὐτὰ, καὶ ὅπως (18) ἐγγὺς ὢν (19) πράττεις, ἐπὶ τῆς διηγήσεως ἦν. ὥστε σοι μικροῦ διελεγόμην, ὡς ἂν παρόντι. Κάλλιστον δὲ ὧν ἤκουον τὸ ἐλαύνειν τε τοὺς βαρβάρους. καὶ τὰς νίκας εἰς συγγραφὴν ἄγειν. καὶ τὸν αὐτὸν ὄντως ῥήτορά τε εἶναι καὶ στρατηγόν. Ἀχιλλεῖ μὲν γὰρ Ὁμήρου ἔδει, καὶ Ἀλεξάνδρῳ πολλῶν τοιούτων (20) Τρόπαια δὲ τὰ σὰ μνήμης τεύξεται τῇ τοῦ στήσαντος φωνῇ. Τοσοῦτον ἔφθης (21) τοὺς σοφιστὰς. ὁ τὰ ἔργα μόνον πόνον αὐτοῖς προθεὶς, (22) ἀλλὰ καὶ τὴν, πρὸς τοὺς λόγους, οὓς ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἐποίησας, ἅμιλλαν. Πειράθητι (2) ἐν τοῖς τροπαίοις (24) καὶ τὸ (25) Πομπηιανὸν τοῦ δικαίου τυχεῖν. καὶ νόμισον καὶ ταύτην οὐ φαύλην τὴν παράταξιν. Ὁ δὲ ἀνὴρ οὗτος ἐκεῖνός ἐστιν, ὃν πάλαι ἐνθένδε πρεσβεύοντα ἡδέως εἶδες ἐν Βιθυνίᾳ, καὶ μαθὼν, ὧν ἀπεστέρητο, καθέστησας εἰς ἐλπίδας, ὡς ἄρα κομιεῖται τὰ αὐτοῦ. Τούτων μοι μεμνῆσθαι τῶν ὑποσχέσεων, ὦ βασιλεῦ.

to, mirum se praestat. Itaque non tantum valet *Sophocleum* illud:

Dat sapere Regi turba sapientum comes.

nus feſellit, quam de hac expeditione ampliſſimam ſe fovere ſupra ep. XLIV. profitebatur. (3) Contigiſſe hoc videtur A. C. 356. Conſtantio Aug. & Juliano Caeſ. Vide *Ammian. Marcellin.* lib. XVI. cap. 9. p. 138. ed. Gronov. Ceterum γέφυρα Phavorinus ita exponit: γέφυρα, ἡ ἐκ ξύλων οἰκοδομή, δι' ἧς οἱ ὁδοιπόροι περῶσιν. Ἔσχηται, ἢ ἐφ' ὑγρῷ γῇ, οἱονεὶ γέφυρά τις οὖσα, ἢ ἐν τῇ γῇ φυρηθεῖσα γέφυρά τις οὖσα, καὶ ἐφ' ὑγρῷ ὕδατι κειμένη. *Spanhem.* legit γέφυραν. (4) τοῦτο μείζω, *Morell. Spanh.* & *Reg. max.* (5) τὸ μὴ πρῶτον αὐτῷ ταύτην *Morell.* & *Reg. max.* (6) Tralatitium eſt εἰσβολὴν & expeditionem militarem & incurſionem denotare. Vide *Valeſium* ad Euſebium p. 193. *Ariſtophanes* in Equitibus de loco adhibet, per quem irruptio fit, Scholiaſta obſervante p. 340. (7) αὐτὸν abeſt ab *Ambroſ.* T. 5. (8) πειρᾶσθαι addidi ex margine *Reg. max.* in qua manu recente ſcriptum erat. ſenſus utique poſtulat. Firmat quoque *Spanh.* in textu. (9) Xerxen procul dubio innuit, cujus magna & incredibilis militum copia veterum ſcriptis celebratur. Sic *Herodotus* VII. 7. & *Juſtinus* II. 10. teſtantur, cum per quinquennium CLXX hominum myriadas, quibus Graeciae bellum inferret, coëgiſſe. Ab illis *Julianus* Orat. I. p. 42. Opp. ed. Lipſ. hactenus diſcedit, quod decennium huic apparatui inſumtum teſtatur. At ne ſic quidem ex praelio ſuperior diſceſſit, ſed apud Thermopylas ea clade affectus eſt, ut vix nuncius ſupereſſet. Atque hanc cladem, puto, ſubindicat Libanius. (10) Ridet Xerxis inſtitutum, quo, teſte *Plinio* IV. 10. Athon montem a continente abſcidit. Hinc Plato lib. III. de Legibus Ἄθω διορύττοντα, καὶ Ἑλλήσποντον ζευγνύντα memorat, Julianus autem Orat. I. p. 28. Xerxen πεζεύοντα ἐπείρου φύσεως καὶ θαλάττης appellat, quemadmodum Aelianus II. 14. Var. Hiſt. eundem καινὰς ὁδοὺς καὶ πλοῦν αὐτὸν feciſſe monet. Taceo alios veterum locos ab *Ezec. Spanhemio* p. 194 ſeq. allatos. (11) Ἐντεύξεται δὲ καὶ νῦν *Reg. max.* Pro δὴ, *Morellus* habet δέ. (12) Perſarum Reges, ſi qui alii, venationi multum tribuebant, quae ut expeditior eſſet, ſepta & vivaria feris implebant, *diverſoria opaca & amoena* appellata *Ammiano* XXIV. 6. Meminit rei *Xenophon* in Cyropaedia paſſim, improbat autem *Dio Chryſoſtomus* Orat. III. (13) Fortunae Principis multum tribuebant Romani, unde ſaepe in nummis legas *Fortunam Auguſti*, τύχην ἀγαθὴν, &c. Vide *Spanhemium* ad Juliani Orationes p. 82. Per eam, ſicut & per genium & ſalutem Principis jurare ſolebant. Vide *Tertullianum* Apologet. cap. XXXII. *Laurentium* Polymathiae l. 30. & eruditiſſimum *J. A. Fabricium* Cod. Apocryph. N. T. p. 242. (14) οὕτως *Morell.* & *Reg. max.* (15) ἀποβήσεται, *Reg. max.* (16) Subindicat fabulam, quae leonem muris beneficio retibus expeditum fuiſſe tradit. Praeterea id quoque proverbium, μῦν ἀντὶ λέοντος ἀπέδωκε, quo Syneſius utitur, veteribus non ignotum videtur fuiſſe, quo magna quidem promitti, ſed exigua praeſtari dicuntur. Spectat quoque huc illud Juliani in calce ep. VIII. ad Georgium p. 377. πάντως που καὶ ἀκήκοας τὸν αἶνον, εἰπεῖν τι χρεών, ὁ μῦς τὸν λέοντα τῷ μυθῷ σώσας ἐξηνέγκατο διάνοιαν.

EP. XLVIII. (1) *Morell.* l. 44. *Salvin.* & *Anon.* Lat. (2) *Spanhem.* pro που habet τὰς, quod in margine *Regii max.* legitur.

(3) ἀναγκά-

quidem illum statim liberavimus molestia, ex futura adfinitate oritura, nunc vero magis immunem praestitimus, *Auxentium* optimum primum omnium docentes, grave nobis fore, si quam vim *Domnus* patiatur. Deos itaque ille propitios habeat, qui neque gratiam facere refugit, neque aegre fecit. Jam vero etiam ad generosum *Euthalium* verba fecimus, quae prae suo gratificandi studio longiora esse non permisit. Itaque nunc quidem bonum illum senem etiam cogere poterimus. A nuptiis hoc scilicet habemus, quae gentes nostras miscuerunt. *Domni* itaque res in vado sunt. Suavissimum vero hunc & novum terrae vestrae foetum juvenis ego cognitum habebam, jam autem longo post tempore vidi. Quod donum ne cito me deserat, omni ope contendo, asservans illud, famulisque, ut parce eo utantur, praecipiens. Quamvis itaque esu tam jucundum sit, literis tamen suavius est effectum. Ambagibus enim uteris, hippocentaurum quendam componens Argivum non Argivum, tanquam dicam scripturus illis, qui primi tralatione non pulchra usi pulchrum nomen imposuere. Aureus vero *Herodotus* mihi neglecturus rem fuisse non videtur, omni quippe studio sermonibus suis inserere conatus, ut multa scire videretur. Omnino nosti virum. Tu vero recte insuavitatem invisam tibi habuisti. Nomen enim longum est, quinque syllabarum & binarum literarum, quarum posterior in singulis est *alpha*. Riserit fere, quicunque pronunciet. Ita scilicet a nomine corpus afficitur. Recordanti autem metrorum Eunei millia in mentem quoque venire poterant Leuconis tredecim modiorum millia.

των ἐξειλόμεθα τῆς ἀπορίας διὰ τὴν μέλλουσαν κηδείαν, καὶ νῦν δὲ καθαρώτερον ἐπ' ἀδείας κατεστήσαμεν, πρότερον Αὐξεντίῳ τῷ καλῷ δείξαντες, ὡς ἀλγεινὸν ἡμῖν, εἴ τι βιασθείη Δόμνος, καὶ τυγχάνοι γε Θεῶν εὐμενῶν ἐκεῖνος. ὃς οὔτε ἔφυγε τὴν χάριν, οὔτε ἀηδῶς ἔδωκε. Νῦν δ' ἤδη καὶ πρὸς Εὐθάλιον τὸν γενναῖον πεποιήμεθα λόγους, οὓς οὐκ ἀφῆκε γενέσθαι μακροὺς τῷ πρὸς χάριν τάχει. Τοῦτον δὲ τὸν ἀγαθὸν γέροντα κἂν ἀναγκάσομεν (3) ἤδη. παρὰ γὰρ τοῦ γάμου καὶ τοῦτο ἡμῖν, ὃς ἐνέμιξε τὰ γένη. (4) Τὰ μὲν οὖν Δόμνου πρὸς τοῦτο ἀσφαλείας ἥκει. Τὸν δ' ἥδιστον τουτονὶ καὶ καινὸν τῆς γῆς τῆς ὑμετέρας τόκον νέος μὲν ὢν ᾔδειν, διὰ μακροῦ δὲ νῦν εἶδον. καὶ ὅπως (5) μή με ταχέως ἐπιλείπῃ τὸ δῶρον πράττω ταμιευόμενος (6) καὶ κελεύων φείδεσθαι τοὺς οἰκέτας. Οὕτω δὲ ὂν ἡδὺ φαγεῖν ἥδιον ἔτυχεν ἐπὶ τῶν γραμμάτων μέρους. ἐν ᾧ περιιὼν ἱπποκένταυρον (7) ἕνα συνθεὶς Ἀργεῖον, οὐκ Ἀργεῖον, ὥσπερ ἐγκαλῶν τοῖς πρώτως τοὔνομα θεμένοις, ὅτι μὴ καλῇ φορᾷ καλὸν ἐξεῦρον. Ἡρόδοτος (8) δὲ ὁ χρυσοῦς οὐκ ἄν μοι δοκῇ κατοκνῆσαι. πάσῃ μὲν οὖν σπουδῇ φέρων ἂν ἐνθεῖναι τοῖς λόγοις, ὅπως δόξῃ πολλὰ εἰδέναι· πάντως δ' οἶσθα τὸν ἄνδρα. (9) ἀλλὰ σύ γε εὖ ποιῶν ἔδεισας τὴν ἀηδίαν. τότε γὰρ ὄνομα μακρόν. τῶν τε πέντε συλλαβῶν δυοῖν γραμμάτων, ἐν ἑκάστῃ τε τὸ δεύτερον ἄλφα. ὥστ' ἐπιεικῶς ὅγε ὀνομάζων ἐπιγελᾷ. τοιαῦτα ὑπὸ τῆς προσηγορίας πάσχει τὸ σῶμα. Τῷ μέντοι μεμνημένῳ τῶν τοῦ Εὔνου μέτρων τῶν χιλίων ἔξεστί που μνησθῆναι καὶ τῶν Λεύκωνος μεδίμνων τῶν ἐπὶ τοῖς μυρίοις τρισχιλίων.

OLYMPIO.

Recte facis, quando me, dum criminaris, simul a culpa absolvis. Quando enim ais, te non mirari, si, quod improbus in amicos sim, ad amicos non scribam; habes cur me, ut malum hominem, accuses; at, quod literas non acceperis, queri non potes. Eurybatis enim est improbe agere, Autolyci furari, Melitidae ineptire; meum vero, si quidem malus sim, in amicos injurium esse. Ubi igitur a malitia me liberaveris; (non minus enim animo, quam corporibus mederi didicisti;) tunc quidem silentium meum culpaveris. Ferri enim non poterat,

XLIX. ΟΛΥΜΠΙΩι. (1)

Καλῶς ἐποίησας ἀπολύσας ἡμᾶς ἐν αὐτοῖς τοῖς ἐγκλήμασι τῆς αἰτίας. Εἰπὼν γὰρ ὡς οὐ θαυμάζοις, εἰ κακὸς ὢν περὶ τοὺς φίλους μὴ γράφοιμι τοῖς φίλοις· ὡς μὲν πονηρὸν ἔχεις διώκειν, (2) μέμφεσθαι δὲ τῷ μὴ γράμματα λαβεῖν οὐκ ἂν ἔχοις. Τοῦτο γὰρ Εὐρυβάτου (3) τὸ πονηρεύεσθαι, τοῦτο Αὐτολύκου τὸ κλέπτειν, (4) Μελιτίδου δὲ τὸ μωραίνειν. (5) ἐμόν τε, εἰ κακὸς ἐγώ, τὸ (6) τοὺς φίλους ἀδικεῖν. Ὅταν οὖν με καθάρῃς τῆς πονηρίας· ἔστι γάρ σοι καὶ περὶ ψυχὴν οὐχ ἧττον ἢ περὶ σώματα τέχνη.

(3) ἀναγκάσωμεν, *Reg. max.* & *Spanh.* (4) Sic scripsi ex *Vatic.* B. pro τὸ γένος, quod habent *Morellus*, & codices alii. De conjugio hic agitur, quod duas familias adfines sibi invicem fecerit. Hinc dualis numerus τὼ γένει natus est. (5) ὅπως scripsi cum *Reg. max.* & *Spanh.* pro ὅπερ *Morell.* (6) Hic in *Reg. max.* supra vocem ταμιευόμενος scriptum erat manu paulo recentiore διὰ, quod tamen hodie vix legitur. (7) ἱπποκένταυρον, *Reg. max.* male. Hippocentauros monstruosum in Thessalia hominum genus fuisse, quod anteriore parte hominis, posteriore equi formam retulerit, veterum multi tradiderunt, quorum alii rem pro vera habuerunt, alii inter fabulas numerarunt. Vide omnino *Bocharti* Hierozoicon Part. II. lib. VI. cap. 10. (8) Ab *Herodoti* de Hippocentauris silentio argumentum petit noster. (9) Reliqua hujus epistolae adeo aenigmatica sunt, ut Oedipo aliquo opus sit.

EP. XLIX. (1) *Morell.* I. 45. *Salvin* & *Anon.* Lat. Φουρνάλῳ inscribitur in Cod. Mutin. C. Hunc eundem puto cum Ὀλυμπιανῷ, ad quem plures nostri epistolae exstant. Hic vero Comes rerum privatarum fuit, teste *Ammiano* XXIX. 1. *Olympius* autem medendi artem faciebat, vide infra ep. LXIII. Huic itaque praesens epistola rectius inscripta censebitur, quippe in qua artis hujus diserta mentio fiat. (2) διώκων dicitur, qui alterum accusat, instar actoris; φεύγων autem, qui accusatur instar rei. Vide *Lamb. Bos*, ad *Thomae Magistri* Dictiones Atticas p. 16. & *Jac. Elsneri* Observationes Sacras ad Matth. V. 44. (3) Hinc proverbialiter Εὐρυβατεύεσθαι dicitur, qui improbis est moribus. Lege *Erasmi* & aliorum Adagia p. 308. nec Suidam omitte suo loco. (4) Proverbio itidem dicitur: *Autolyco furacior.* Vide *Jo. Harduinum* ad Themistium p. 505. (5) Μελιτίδου μωρότερος a *Zenodoto* inter proverbia numeratur. Adde *Erasmum* l. c. p. 401. (6) τὸ scripsi cum *Reg. max.* pro τῷ, quod habet *Morell.*

τύχῃ. τότε μου τὴν ὀργὴν αἰτιῶ. δεινὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸν ὄντα με τοιαῦτα ποιεῖν. ἕως δέ με περιφρονεῖς γέμοντα πονηρίας, ἀνέχου τῶν ἀπὸ τῆς πονηρίας.

rat, si vere bonus existens ita agerem. Quoad vero me, ut malitiae plenum, contemnis, ea utique ferre debes, quae à malitia proficiscuntur.

L. ΚΛΕΑΡΧΩι. (1)

Ἡμῖν τε, ὡς ἔοικεν, ἀεὶ πράγματα ἐκ τῶν Σευήρου τρόπων ἀναφύεται, σοί τε ἀπαλλαγὴ τῶν παρ' ἡμῶν περὶ τούτων οὐκ ἔσται γραμμάτων. (2) Ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἀτεχνῶς (3) ὕδρα, κἂν τέμῃς τὴν κεφαλήν, (4) ἑτέρᾳ μάχῃ κεφαλῇ. κἂν ταύτης κρατῇς, ἐντεύξῃ τρίτῃ. καί μοι δοκεῖ κἂν ἀποθνήσκων παραινέσαι τοῖς κληρονόμοις μεμνῆσθαι Κλεοβούλου, καὶ οὐκ ἀπορήσειν χρημάτων. ἐπεὶ καὶ νῦν βοᾷ μὲν Ἀλέξανδρος, κεκίνηκε δ' ἐκεῖνος. τὸ (5) ὑπόδημα ἄλλος μὲν ἔρραψεν, ἄλλος δ' ὑπεδήσατο. (6) Δεῖ δὲ (7) τῶν Γύγου χρημάτων (8) ἡμῖν εἰ μέλλοιμεν ἑκάστῳ δώσειν τῶν βουλομένων λαβεῖν. ἀεὶ γὰρ ὁ βουλόμενος ἔσται. καὶ νῦν μὲν Ἀλέξανδρος εἰσπράττει, μικρὸν δ' ὕστερον Ἀντίπατρος ζητήσει, καὶ Παρμενίων. Κλεοβούλῳ δὲ τῷ διδασκάλῳ τοσαῦτά ἐστιν, ὅσα τὸν ἄνδρα ποιεῖν μὲν ἀγεννὲς οὐδὲν καταναγκάζει. ζημίας δ' ἀδίκους εὐχερῶς φέρειν οὐκ ἐᾷ. Τὸν οὖν ἂν συνέθετο πρὸς ἡμᾶς ἐπιλελησμένον Σευῆρον ἀναμίμνησκε (9) τῶν (10) συνθηκῶν, δεικνὺς ἅμα τὸ δεσμωτήριον, ὃ δικαίως ἂν οἰκοίη μὴ ταῖς ὁμολογίαις ἐμμένων. καὶ γὰρ ἄτοπον, τοὺς μὲν τῇδε παρ' ἡμῖν πεπεῖσθαι (11) τοῦθ', ὅτι Κλεάρχῳ γνώμη μέν ἐστι τιμῶσα τὰ δίκαια, ῥώμη τε ἀρκοῦσα τὰ δίκαια βεβαιοῦν. σὲ δ' ἀμελῆσαι φίλων ἠδικημένων, καὶ καλούμενον (12) ὥσπερ Ἡρακλέα σύμμαχον, εἶτα φανῆναι (13) βοηθοῦντα συκίνην. (14)

CLEARCHO.

Semper quidem, ut videtur, molestia nobis ex malis Severi moribus nascitur, nec tu unquam literis nostris, eo pertinentibus, liberaberis. Homo enim hic vere hydra est: ubi caput unum amputaris, cum altero dimicandum erit, atque illo conculcato in tertium incides. Et vel moriturus heredibus suis id inculcaturus esse videtur, ut meminerint *Cleobuli*, & sic nunquam opibus egeant. Nam & nunc *Alexander* clamitat, quem ille permovit. Calceum scilicet alius aptavit, alius induit. Gygis vero divitiis instructos esse oportebit, si singulis, accipere volentibus, dare sustineamus Nunquam enim deerit, qui accipere velit. Jam quidem *Alexander* exigit, mox *Antipater* & *Parmenion* poscent. *Cleobulo* vero magistro ea quidem in promtu sunt, quae non cogant, ut quidquam illiberale faciat; at nec poenas non promeritas patienter ferre permittant. Cum itaque *Severus* oblitus sit eorum, de quibus inter nos convenit, pacta, quaeso, in animum ipsi revoca, carcerem illi simul ostendens, quem merito incolat, qui promissa non servet. Turpe enim fuerit, si nostri homines persuasum sibi habeant, *Clearcho* quidem eam esse mentem, quae jus fasque tueatur, nec facultate idem tuendi destitui, te vero amicorum, injuria affectorum, curam non agere, sed potius in auxilium, instar Herculis vocatum, opem praestare ficulnam.

LI ΜΟΔΕΣΤΩι. (1)

Δόμνος ἐκεῖνος, ᾧ τὴν ζημίαν ἀνεβάλου, κελεύσας εἰς τὴν βασιλέως πρᾳότητα (2) καταφυγεῖν ὑπὲρ τῆς ἀπαλλαγῆς, τὸ μὲν πεποίηκε, καὶ τετύχηκεν ἐλέου. Δεῖται δέ σου τοῦτον αὐτῷ βεβαιοῦν (3) τὸν ἔλεον, φυλάττων δὴ τὸν σαυτοῦ νόμον, εἰ δὲ βούλει, τὸν τοῦ Διός. ὁ δ' ἐστιν ἀπεῖναι τῶν ὑποσχέσεων ἀπάτην. τήρησον Δόμνῳ τὸν ἀγρόν, ὅθεν αἱ τῆς τροφῆς ἐλπίδες.

MODESTO.

Domnus ille, cui mulctam ad tempus prorogasti, eumque ad Regis clementiam pro remissione ejus confugere jussisti, hoc quidem fecit, & gratiam impetravit. Jam vero petit, ut eam sibi perpetuam praestes, atque hoc ipso morem tuum, vel, si mavis, ipsius Jovis obtineas. Hic vero est, ut a promissis fraus omnis absit. *Domno* itaque agrum salvum esse jube, in quo omnem victus spem habet repositam.

LII. EI.

EP. L. (1) *Morell.* I. 45. (2) περισμάτων, *Ambros.* T. 231. quae quidem vox ex altera γραμμάτων per literarum adfinitatem nata est, ceu alias factum constat. Lege *Garnerium* ad S. Basilii Opera Tom. III. p. 209. & 346. (3) ἀτεχνῶς, *Reg. max.* male. Vocem ἀτεχνῶς *Aristophanis* Interpres ad Plutum v. 109. ἀτεχνῶς ὑπερβαλοῦσι τῇ πονηρίᾳ ita exponit: ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς. καθάπαξ, ὅ ἐστιν ἐνὶ λόγῳ ἀληθῶς. Τέχνη γὰρ ὁ δόλος παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, τὸ δὲ ἄνευ δόλου ἀληθῶς. Compara ibidem *Ezech. Spanhemii* notas. *Moeris* de Vocibus Atticis: Ἀτεχνῶς, Ἀττικοί· ἁπλῶς, κοινῶς. (4) Idem ait proverbium: ὕδραν τέμνεις, quod est apud *Platonem* lib. IV. de Republ. conf. *Erasmi* & aliorum Adagia p. 326, & 479. (5) Supra τὸ in *Reg. max.* à manu recente scriptum est καὶ. (6) *Tzetzes* Chiliad. III. v. 522. ἔρραψε μὲν ὑπόδημα ὁ Ἱστιαῖος τόδε, ἐνέδυ δὲ ὑπεδήσατο αὐτὸ Ἀρισταγόρας. (7) δὴ, *Reg. max.* (8) Γύγου πλοῦτος, de maximis divitiis dicitur. Vid. *Erasmum* l. c. p. 216. (9) ἀναμίμνησκες, *Reg. max.* Nostrum rectius est, quod & *Voss.* exhibet. (10) τῶν, à *Morell.* omissum, supplevi ex *Voss. Ambros.* T. 231. & *Vatic.* B. (11) πεπεῖσθαι, *Spanhem.* male. (12) καλουμένων *Morell.* Nostrum est ex *Reg. max.* idque rectius. Refertur vox ad Clearchum, tanquam in auxilium vocatum, non ad amicos, opem implorantes. Sic enim scribendum fuerat καλούντων. (13) φανῇ, *Spanb.* (14) συκίνην ἐπικουρίαν *Ambros.* T. 231. Proverbium est, quod Schol. Aristophanis, qui eodem in Lysistrata utitur, ad Plut. v. 947. ita exponit: ὅτι καὶ συκίνη ἐπικουρία, ἀντὶ τοῦ ἀσθενὴς καὶ ἀνωφελής. Confer infra ep. 230. & Interpretes ad *Horat.* Satyr. lib. I. 8. 1. *Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.*

EP. LI. (1) *Morell.* I. 47. *Salvinius*, & *Anon.* Lat. (2) idem βασιλέως πρᾳότητα, quod cum nostro illo ex *Spanb.* & *Reg. max.* permutavi. (3) βεβαιῶσαι, *Reg. max.* Ceterum confer cum nostra hac ep. 48.

EP. LII.

EIDEM.

Testor tibi *Marciani* calamitatem. Cum enim maximam itineris partem salvus confecisset, in vestibulo quasi urbis suae crus fregit, ita quidem, ut ex medicis alii, re desperata, fugerent, alii vero, vulneri mederi adgressi, nondum spem certam habeant. Hac quidem calamitate ipsi gravius id accidit, quod, te vocante, decumbere debet. Adeo omnis labor, tibi quidem gratus, *Marciano* omni somno est jucundior. Tu vero non credis, tam male eum esse adfectum. Nec praeter rem. Quod enim evenisse ipsi nolles, hoc accidisse non opinaris. Interim scias velim, hominem nunc quidem valde adfligi; pedumque usum aegre recuperaturum.

EIDEM.

Sero quidem ad te redit *Palladius*, multo in re parva labore defunctus. Imo & ipse ego, quod *Palladius* testabitur, in laboris partes veni. Causa morae non in eo posita est, quod humanissimus *Hermogenes* gratificari tibi noluerit. Mores enim tuos probe perspectos habet, officii administrationem laudat, paupertatem non ignorat, recteque statuit, te ex illis esse, qui praesentem dignitatem diuturnam sibi esse cupiant. Hujus tui adversus ipsum voti ipse sum conscius. Existimo autem, eum primum quidem Imperatoris literis turbatum esse, quae frumentum attingere vetabant. Cum vero tua caussa, aliquid tentare videretur, literarum multitudo moram injecit. Daturum quidem se semper ajebat, & nullo non tempore dicebat, se daturum. Dedit autem tunc demum, cum licuit.

URBANO.

Non gravatus sum ad te per hominem, caussam acturum, imo, quod addiderim, pro homine illo scribere. Si enim peccasse mihi videretur, eum utique procul esse jussissem. Qui vero homini, caussam suam recte agere valenti, epistolam dederit, judicem non laedit. Si enim se ipse ad opem insonti ferendam excitat, non grave ipsi fuerit alium audire pro justo & aequo dicentem. Causam enim cognoscet, & vel sine literis sententiam dicet. His vero id accedet, quod amici rationem habuisse videbitur.

DE-

LII. ΤΩ ΑΥΤΩ (1)

Ἐγώ σοι μάρτυς τῆς τοῦ Μαρκιανοῦ κακῶν, ὃς τὸ πολὺ τῆς γῆς σῶς ἐπελθὼν ἐν προθύροις (2) τῆς (3) αὐτοῦ πόλεως ἐπηρώθη τὸ σκέλος, ὥστε τῶν ἰατρῶν τοὺς μὲν ἀπογνόντας φυγεῖν, τοὺς δὲ τολμήσαντας ἅψασθαι μήπω θαῤῥεῖν ἔχειν. Ἔστι δὲ αὐτῷ τῆς συμφορᾶς ἀλγεινότερον τὸ κεῖσθαι σοῦ καλοῦντος, ὡς ἅπας γε πόνος σοι φέρων χάριν ἡδίων Μαρκιανῷ παντὸς ὕπνου. (4) Σὺ δὲ ἀπιστεῖς αὐτὸν μὴ ταῦτα παθεῖν εἰκότως. Ὃ γὰρ οὐκ ἐβούλου συμβῆναι, τοῦτ' οἴει (5) μὴ γεγονέναι. ἀλλ' εὖ ἴσθι, τὸν ἄνδρα νῦν μὲν ὡς μάλιστα πιέζεσθαι, μόλις δὲ ἀρτίπουν ἔσεσθαι. (6)

LIII. ΤΩ ΑΥΤΩ. (1)

Ὀψὲ μὲν ἥκει σοι Παλλάδιος, πολλὰ δ' οὖν (2) ὑπὲρ μικρῶν πονήσας. κεκοινώνηκα δὲ καὶ αὐτός, ὡς αὐτὸς ἐρεῖ σοι Παλλάδιος, τοῦ πόνου. Τὸ δὲ (3) αἴτιον τῆς τριβῆς οὐ τὸ μὴ βούλεσθαι σοι χαρίζεσθαι τὸν χρηστὸν Ἑρμογένην. Καὶ γὰρ ἐπίσταταί σου τοὺς τρόπους, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐπαινεῖ, καὶ τὴν πενίαν οὐκ ἀγνοεῖ, τῶν τε εὐχομένων αὐτῷ προσζῆσαι τὴν παροῦσαν τάξιν εἰς μῆκος ἕνα σε νομίζει, καλῶς ὑπειληφώς. Ἐγὼ γάρ σοι ταύτην σύνοιδα τὴν εὐχήν. (4) Ἀλλ' οἶμαι, τὸ μὲν πρῶτον ἐταράττετο βασιλέως δή τισι γράμμασιν, ἃ μὴ προσάπτεσθαι τοῦ σίτου διεκώλυεν. ἐπεὶ δὲ ἔδοξέ τι καὶ τολμῆσαι σὴν (5) χάριν, τὸ πλῆθος τῶν γραμμάτων ἀναβολὴν ἐποίει. Δώσειν μὲν γὰρ ἔφασκεν ἀεί, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ τοῦτο εἶπεν, ὅτι δώσει. δέδωκε δέ, ἡνίκα ἐξεγένετο.

LIV. ΟΥΡΒΑΝΩ. (1)

Οὐκ ὤκνησά σοι γράψαι δι' ἀνδρὸς δικαζομένου, (2) προσθείην δ' ἂν καὶ ὑπὲρ ἀνδρός. Εἰ μὲν γὰρ ἀδικεῖν ἐφαίνετό μοι, (3) κἂν ἀπηλαύνετο (4) παρ' ἐμοῦ. δίκαια δὲ ἔχοντι λέγειν, ὁ δοὺς τὴν (5) ἐπιστολὴν, οὐκ ἠδίκηκε τὸν δικαστήν. Εἰ γὰρ αὐτὸς αὐτὸν (6) παρακαλεῖ τῷ δικαίῳ βοηθεῖν, τί δεινὸν ἂν ἀκούσῃ παρ' ἄλλου περὶ τοῦ δικαίου; (7) γνώσεται μὲν γάρ, (8) καὶ γραμμάτων χωρὶς ἐψηφίζετ' ἄν. Προσέσται δὲ αὐτῷ καὶ τὸ φίλον τετιμηκέναι δοκεῖν.

LV.

EP. LII. (1) *Morell.* I. 48. *Anon.* Lat. At Δαριανῷ, inscribitur in *Medic.* B. (2) πρόθυρα hic urbi, alias aedibus, & inprimis templis tribuuntur. Vide *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Caesares p. 390. (3) τοῖς *Cod. Reg.* 3073. (4) *Somno dulcius*, non minus, quam *melle dulcius* de suavi quocunque proverbialiter dictum videtur. (5) *Spanh.* & *Reg. max.* rectius, quam *Morellus*: οὔτ' οἴει. (6) ἔσεσθαι abest ab *Ambros.* T. 231. quod tamen sensus requirit.

EP. LIII. (1) *Morell.* I. 49. *Anon.* Lat. (2) ἢ pro δ' οὖν, *Ambros.* T. 231. (3) ἢ abest a *Reg. max.* (4) Sic *Reg. max.* recte pro ἀρχὴν *Morell.* Respicitur ad antecedens εὐχομένων. (5) σὴν *Reg. max.* at in margine manu recente, σήν.

EP. LIV. (1) *Morell.* I. 50. *Anon.* Lat. & *Zambicar.* III. 301. Latine, sed male admodum, ut interdum vix sensum exsculpas. Οὐρβανῷ inscribitur in *Casanat.* quem *Vercianum* vocat *Zambicar.* Neutrum rectum puto. Exstant & aliae ad *Urbanum* hunc Libanii epistolae; at *Urcianum* vel *Vercianum* nusquam alias invenio. (2) δικάζεσθαι dicitur, & qui in jus vocatur, &, qui alteri actionem intendit. Vide *Salmasium* de Modo Usurarum p. 772 & 778. (3) καὶ deest in *Cod. Reg.* 3073. (4) Ita *Reg. max.* pro ἀπηλαύνετο *Morell.* (5) τὴν abest a Cod. 3073. forte rectius. (6) αὐτὸν, *Reg. max.* quod tamen in ipso contextu emendatum est per αὑτὸν, à manu recente, quae & in margine idem scripsit. Cod. 3073. idem firmat. (7) δίκαιον & δίκαια de *jure*, *justo*, item & *aequo* dicuntur. Vide *Spanhemium* ad Juliani Orationes p. 33. Ita *Philostratus* p. 539. edit. Lips. Pseudo-Phalaris ep. 107. οὐδενὶ δικαίῳ *nullo jure*, & ep 125. τίνι δικαίῳ, *quo jure*? Similiter *Libanius* in Vita sua p. 64. (8) γνώσεται μὲν γὰρ, ἃ καὶ ἐψ. Ita manus recens in ora *Reg. max.* correxit. Sed nihil causae video, cur lectionem nostram deseramus.

LV. ΔΗΜΗΤΡΙΩι. (1)

Ἀλλὰ ὅ, τε νησιώτης εὖ ποιῶν τὰ αὐτοῦ πεπλήρωκε, (2) τῷ τε Λεύκωνι νῦν μὲν ἡ συγγνώμη. Τοῦ καιροῦ δὲ παρέχοντος εἰ μὴ πέμποι, τότε δὲ βουλευσόμεθα περὶ συγγνώμης δευτέρας.

DEMETRIO.

Insulanus ille recte agens promissa implevit. Leuconi autem venia nunc quidem est facta. Si vero data opportunitate, non miserit, de venia altera consilium capiemus.

LVI. ΜΟΔΕΣΤΩι. (1)

Ἐμοὶ πᾶς ὑπὲρ σοῦ πόνος ἡδύς. Καὶ γὰρ ἂν μικρὸν, ὑπὲρ οὗ πονοῦμεν, ᾖ, τό γε ὑπὲρ σοῦ πονεῖν καρπὸς * ἐμοί. Σὺ μὲν τοι καὶ μεγάλους καὶ (2) ὑπὲρ μεγάλων ὑπομένεις τοὺς πόνους, βαρεῖαν μὲν οὕτως, ἀκτῖνα (3) τοσοῦτον ἀνεχόμενος χρόνον, περιτρέχων τε ἄνω καὶ κάτω, (4) βουλαῖς τε ἔργα προστιθεὶς, (5) διὰ δὲ τοῦ, τὸ κῦμα ἀνείργων (6) δεινὸν ἐπικλύσαι τὴν (7) γῆν. Ἀλλ' ὁρᾷς, ὡς ὑποστρέφει μὲν τὰ χείρω, προσέρχεται δὲ τὰ βελτίω, καὶ τὸ στεφανοῦσθαι τὸν ἀθλητὴν πλησίον. (8)

MODESTO.

Mihi omnis pro te labor jucundus est. Quamvis enim exiguum sit, in quo laboro, pro te tamen laborare, fructus mihi satis est. Tu vero & magnos & in magnis rebus labores sustines, qui tam vehementes radios tam diu pertulisti, &, sursum ac deorsum discurrens; factaque consiliis jungens, hac ratione procellam avertisti, quae inundare terram poterat. Ceterum vides, mala quidem se subducere, obtingere autem meliora. Proxime vero, qui nunc athleta es, coronam accipies.

LVII. ΑΚΑΚΙΩι. (1)

Καινή γε ἡ κλοπὴ, προειπόντα ὅ, τις (2) ὑφαιρήσεται ὅτι κλέψει, (3) ἔπειτα ἐπιχειρεῖν τῇ κλοπῇ. σὺ δὲ (4) ἁρπάζων φανερῶς κλέπτειν λέγεις, ὅπως σοὶ τὸ ἀδίκημα μὴ δοκῇ τυραννικὸν, κοινωνῇ (5) δέ τινος εὐλαβείας. Ἐγὼ δὲ Τιτιανὸν (6) οὐχ ἧττον μὲν ἡδέως κατεῖχον, ἢ σὺ καλεῖς. Ἀποπέμπω δ' οὖν, ἐπειδὴ πᾶν, ὅτι ἂν κελεύῃς, ἔργον εἶναι δοκεῖ. καὶ πιστεύω τὸν νέον πράξειν τοῦτο, ἐφ' (7) ὅπερ ἐπανήκει. Φῂς μὲν γὰρ κάμνειν, καὶ ἐψιλῶσθαι τῶν ἑτέρων, (8) ζητεῖν δὲ τὴν ἐκ τοῦδε παραμυθίαν. Ὁ δέ σοι κουφιεῖ τὴν λύπην οὐ τῇ τῆς ὄψεως ἡδονῇ μόνον, τοῦτο δὲ τὸ κοινὸν τῶν υἱέων, ἀλλ' ὅτι σοι καὶ δύναμίν τινα κομίζει λόγων, ἣν αὐτὸς μὲν ἐφύτευσας, ἡμεῖς δὲ ἐθρέψαμεν. ἀλλ' ὅπως μεμνήσῃ τῶν συνθηκῶν, ἃς περὶ τοῦ χρόνου πεποίησαι, καὶ πρὶν τέλος τὴν ὀπώραν λαβεῖν, ἀπόδος ἡμῖν τὸν πῶλον. πάντως δ' ἐκ τοῦ σαυτοῦ πάθους καὶ ἐμοὶ συγγνώσῃ. Εἰ γὰρ σὺ ποθεῖς υἱὸν, καὶ ἡμεῖς ποθοῦμεν υἱόν. ἀμφότεροι γὰρ ἐσπείραμεν. (9)

ACACIO.

Novum furti genus est si quis praedicens, se quod alter surrepturus sit, furaturum, furto manus admoveat. Tu vero palam rapiens furari te ais, ut scilicet facinus hoc non tyrannicum esse, sed mitius aliquid habere videatur. Ego vero *Titianum* non minus libenter apud me retinuissem, quam tu avocasti. Remitto tamen, cum omne, quod jubes, factum esse videatur. Credo interim juvenem ea praestiturum esse, ob quae revertitur. Languere te enim ais, & ceteris orbatum esse, ex hoc autem solatium exspectare. Et sane tristitiam ille tibi levabit, non conspectus solum jucunditate, eam enim filii communem habent, sed eo inprimis, quod dicendi quandam facultatem affert, quam tu quidem insevisti, ego vero alui. At promissi, velim, memineris, quod de tempore fecisti, pullumque nobis ante finem aestatis redde. Ex tuo scilicet affectu mihi veniam omnino facies. Si tu enim filium desideras, & nos desideramus filium. Uterque enim genuimus.

LVIII. E P.

EP. LV. (1) *Morell.* I. 51. *Anon.* Lat. (2) Promissa facta si praestentur Graecis πληροῦσθαι dicuntur. *Polybius* similiter de virtut. & vit. τὸ ἐν παραγγέλμα παλαιόθεν συμπεπληρῶσθαι se ait.

EP. LVI. (1) *Morell.* I. 52. *Zambicar.* III. ep. 302. Lat. *Anon.* Lat. & *Centuria* mea ex Anglic. ep. XX. Gr. Lat. Inscribitur *Philippo* in Medic. E. Ad *Modestum* scriptam esse vel ex eo non dubito, quod de illa expeditione Persica hic sermo esse videtur, de qua, tanquam minus prospere cedente ad eundem supra ep. XLVII. scripsit. * Sic *Philip* I. 22. τοῦτο μοι καρπὸς ἔργου (2) καὶ in *Angl.* desideratum ex *Morell.* & *Spanhem.* addidi. (3) Hostiles, puto, impetus intelligit. (4) Proverbialiter de illis dicitur, qui vel omnia tentant, ut hoc loco *Modestus*, vel omnia confundunt, vel omni ex parte negotium circumspiciunt. Vide *Erasmum* & ceteros in Adagiis p. 120 & 359. (5) Alluditur forte ad *Homeri* illud Odyss. ξ. vs. 491.

οἶος ἐκεῖνος ἔην βουλευέμεν ἠδὲ μάχεσθαι.

(6) Edidi olim ἀνείργειν. Cum vero codices omnes, *Angl. Spanh. Voss. Reg. max.* ἀνείργων exhibeant, cave quidquam mutes. Porro ἀνείργω & ἀνείργω eodem sensu Graecis dicitur. (7) τὴν addidi ex *Morell.* & *Spanh.* (8) S. Paulus 2 *Tim.* II. 5. ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ.

EP. LVII. (1) *Morell* I. 53. *Anon.* Lat. (2) προειπόντος ὅτι *Vatic.* 943. ὅ, τις pro ὅ τις habent etiam *Voss.* & *Spanh.* ὅτις. *Ambros.* T. 231. (3) κλέψει. *Spanhem.* (4) σὺ, *Ambros.* T. 231. (5) Hoc malim cum *Reg. max.* quam κοινωνεῖν *Morell.* & aliorum. (6) *Acacii* filium. (7) ἐφ' *Spanh.* (8) υἱέων, *Spanh.* (9) ἐθρέψαμεν, *Ambros.* T. 231. & *Vatic.* B.

EIDEM.

Accipe nunc etiam *Philoxenum*, qui gente vestra per omnia dignum se praestitit, multosque labores sustinuit, gloriamque honestis moribus partam non minorem illa, quae ex eloquentia nascitur, censuit. Tu quidem, cum eum ad nos mitteres, ceteris ejus laudibus hanc jungebas, quod in manuum certamine inprimis profecturus videatur. At ille cetera vera probavit, in hoc uno falsum te fuisse prodens, quod prae infirmissimis quieti studuit. Tuum itaque est, vel poenas ab eo repetere, vel eum hoc etiam nomine admirari.

FLORENTIO.

Cum literae tuae ad nos perferrentur, *Priscianum*, omnium mihi dilectissimum, avocantes, multus erat in urbe sermo, qui majora te, quam sperari poterant, praestare ajebat. Amici igitur turmatim circumfusi, gratulabantur, & singuli conferendam inposterum dignitatem vatum instar praesagiebant. Ego vero omnia, quae facta sunt, spe praecepi. Noveram enim, bonum te esse virum, atque adeo mirum fore, si, talis cum sis, aliter ageres. Interea, cum ipse acque ac alii illum, qui vocatus est, felicem pronunciaremus, ego quidem & te consilii auctorem, & illum, qui vocanti paruit, & urbem denique nostram praedicandos esse felices censui. In dignitate enim collocare non indignum non minorem parit laudem conferentibus, quam illi, cui confertur; quia & Jason, Herculem navigationi Argonauticae admovens, prudens est judicatus. Et quis non gratuletur huic quidem, facultatem alios juvandi nacto, illi autem, optime perspicienti, cum quo expeditio suscipienda sit. Atque hic quidem novus Hercules, cuicunque officii generi praeficiatur, eo cum insigni sua laude defungetur. In partem hujus laudis veniunt &, qui consilium dedit, *Florentius*, ad faciendum magis, quam loquendum, idoneus, &,

LVIII. ΤΩ ΑΤΤΩι. (1)

Δέχου δὴ καὶ τὸν Φιλόξενον, ἄξιον παρὰ πάντων (2) τῆς ὑμετέρας συγγενείας φανέντα, πόνους τε πολλοὺς κεχρημένον, καὶ τὸ παρὰ τρόπους εὐδοκιμεῖν οὐ χεῖρον νομίσαντα τοῦ παρὰ τῶν λόγων. Καί τοι σὺ πέμπων αὐτὸν ὡς ἡμᾶς διαπονούμενον τοῖς ἄλλοις ἐπαίνοις ἐπέθηκας, ὡς καὶ ἐν κρείσσων χειρῶν (3) ὅτι πλεῖστον εἰσβιοῖ. ὁ δὲ τἄλλα βεβαιώσας ἐν τούτῳ σε ψεύστην ἀπέφηνε, τὸ ἀθλεῖν μᾶλλον τὴν ἡσυχίαν τιμήσας. Σὺ τοίνυν ἢ δίκην τούτων λαβεῖν· ἢ καὶ τοῦτο θαυμάσαι. (4)

LIX. ΦΛΩΡΕΝΤΙΩι. (1)

Ἐπειδή σου (2) τὰ γράμματα ἧκε, καλοῦντα τὸν πάντα ἐμοὶ φίλτατον Πρισκιανὸν, (3) θροῦς ἦν ἐν τῇ πόλει πολὺς, ὡς κρείττω σου ποιοῦντος τῶν ἐλπίδων. καὶ περιχυθέντες εὐδαιμόνιζον τὸν ἄνδρα, μάντις ἕκαστος γενόμενος (4) τοῦ μέλλοντος σχήματος. Ἐμοὶ δὲ τὸ μὲν πεπραγμένον ἦν καὶ σφόδρα κατ' ἐλπίδας. Ἤδειν γάρ σε ὄντα ἀγαθὸν, τὸν δὲ τοιοῦτον οὐ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν ἦν θαυμαστόν. Μακαρίζων δὲ τὸν κεκλημένον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, μακαρίζειν ᾤμην δεῖν καί σε τὸν σύμβουλον, (5) καὶ τὴν εἰσήγησιν (6) δεξάμενον, καὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν. Τὸ γὰρ ἄγειν ἐπὶ τὴν δύναμιν, ὡς * ἄξιον, αὐτῶν ἐστι τῶν ἀγόντων ἔπαινος, οὐχ ἧττον ἢ τοῦ δεχομένου τὴν τιμὴν, ἐπεὶ καὶ Ἰάσων, (7) ἐμβιβάζων εἰς τὴν Ἀργὼ τὸν Ἡρακλέα, νοῦν ἔχων ἐδόκει. Καὶ τίς οὐ συνήσθη τῷ μὲν (8) τοῦ δύνασθαι σώζειν, τῷ δὲ τοῦ καλῶς ἰδεῖν, μεθ' οὗ πλεῖν ἔδει; καὶ νῦν πράξει μὲν οὗτος ὁ Ἡρακλῆς, ἐφ' ὅ, τι ἂν αὐτὸν ἐπιστήσητε, πάσης εὐφημίας ἀξίως. Κοινωνοὶ δὲ τῆς εὐφημίας, ὅ, τε δοὺς τὴν γνώμην Φλωρέντιος, ὁ πράττειν εἰδὼς μᾶλλον, ἢ λαλεῖν, (9) ὅ, τε πεισθεὶς βασιλεὺς, ὁ τὴν οἰκει-

EP. LVIII. (1) *Morell.* I. 54. *Anon.* Lat. (2) παρὰ ταύτης, *Spanh.* male. (3) Pugilatum puto intelligit. (4) Quod scilicet homo tam robustus adeo ignavus fuerit.

EP. LIX. (1) *Morell.* lib. II. ep. 1. *Centuria* mea ep. LIV. ex *Angl.* Gr. Lat. Verterat etiam *Salvinus*. Hic notari velim eas, quas inposterum ex libro II. *Morelli* exhibebo, epistolas ab *Anton. Pichonio* Latine, sed infeliciter esse conversas. (2) τὰ addidi ex *Morell. Spanh.* & *Reg. max.* (3) *Priscianus* hic est, quem supra ep. XXXI. ad Demetrium inter amicos suos numerat & ῥήτορα h. e. patronum, causas in foro perorantem, appellat. (4) γινόμενος, *Rostg. Reg. max.* (5) Scilicet nervus sapientiae his momentis continetur, ut vel ipse pervidere possis, quid ex usu sit, vel alteri, recte monenti, obsequi. Hinc *Hesiodus* Ἐργ. α. v. 294.

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς (ita pro αὐτῷ legendum esse evicit Graevius p. 31. Lect. Hesiod.) πάντα νοήσῃ,
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

De quo quidem asserto praeter *Eustathium* ad Iliad. β. p. 238, & Interpretes *Hesiodi* l. c. vide *Gatakeri* observationes ad M. Antoninum IV. 12. & *Menagium* ad Laërtium VII. 25. ubi & Zenonem, versus hos in alienum sensum detorquentem, deserendum esse ostendit. Conjungit utramque laudis partem *Homerus* Iliad. β vs. 360. Ἀλλὰ ἄναξ αὐτός τ' εὖ μήδεο πείθεό τ' ἄλλῳ. (6) ἐξήγησιν, *Spanhem.* male. * Malim ὅς. (7) Nota est expeditio illa Argonautica, cui praeter alios interfuit Hercules, quod vel ex *Apollonii Rhodii* Argonauticis constat. Pro fabula habent, atque adeo allegorice interpretantur multi, quam in rem vide *Jac. Thomasium* de Stoica mundi exustione dissert. IX. §. 233. *Conringium* de Hermet. Medic. cap. III. p. 24. *Adrian. Junium* Animadversionum V. 12. & *Pet. Bellonium* l. 52. Observat. (8) καὶ τίς ἂν τῷ μὲν συνήσθη Ita *Morell. Spanh.* & *Reg. max.* Scilicet ex οὐ facili negotio, scribentis lapsu, fieri potuit ἂν. Interim negandi particulam sensus h. l. postulat. (9) Rarum sane elogium, cujus contrarium veteres saepe hominibus exprobrarunt. Sic *Phalaris* ep. 101. λόγων ἀνθρώπους commemorat. *Epictetus* apud Gellium XVII. 19. Noct. Attic. homines hujusmodi *homines ignava opera & philosopha sententia*, Graece φιλοσόφους ἄνευ τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν, appellat. Elegantia sunt Dandamidis verba apud Palladium de Brachmanibus pag. 17. ὑμεῖς δὲ λέγετε, ἃ δεῖ ποιεῖν, καὶ ποιεῖτε, ἃ μὴ δεῖ λέγειν· ὑμῶν γὰρ ὁ νοῦς ἐστιν ἐν γλώσσῃ, καὶ ἐπὶ τοῖς χείλεσιν αἱ φρένες. Taceo aliorum querelas non dissimiles, quarum copiam insignem adfert *Gatakerus* ad M. Antoninum X. 16. p. 365. edit. Cantabrig. & *Conr. Rittershusius* ad Salvianum p. 505. Salvianus ipse in Praefat. ad libb. VI. de Gubernatione &c. *rerum magis quam verborum amatorem* se profitetur. Adeundus praeter hos est *Menagius* ad Diogenis Laërt. I. 108. ubi

Mysonis

εἰκεμένην (10) ἀνέχων. κεκόσμηται δὲ καὶ τὸ κοινὸν (11) ἡμῖν. Γέγονε μὲν (12) γὰρ ἑτέρωθι Πρισκιανός· δι᾽ ὃ (13) δὲ θαυμάζεται, τοῦτ᾽ αὐτῷ παρὰ τῆς ἐμῆς πόλεως, ἣ παραλαβοῦσα αὐτὸν ἐρῶντα λόγων μεστὸν ἀπέφηνε λόγων. εἷς δὲ ἡμῖν εἱστήκει κρατὴρ (14) καὶ συνεπίνομεν. καὶ διὰ τοῦτο συνεύχετο (15) μὲν οὗτός ἐμοὶ χρωμένῳ συλλόγοις. ἐπῇδον δὲ ἐγώ, τοῦδε κρατοῦντος ἐν δίκαις, ἃς οὕτως (16) ὑγιῶς μετῄει, ὥστε τοῖς δικασταῖς ἀντὶ τῶν γραμμάτων εἶναι τὰ τούτου νεύματα. καὶ τὸ μὲν ἀγωνιζόμενον (17) μετὰ φροντίδος ἀγορεύειν οὔπω τοσοῦτον, ἀλλ᾽ οὗτός γε ἐν παντὶ καιρῷ καὶ χρείᾳ καὶ περὶ ὅτου δὴ φθεγγόμενος ἐσκεμμένως (18) ἂν δόξαι λέγειν. Οὕτως οὐκ ἔστιν ὅτε ἡγεῖται προσήκειν ἀμελῆσαι ῥημάτων. πλείω δὲ τῆς ῥημάτων ὥρας παρέσχηται τῶν ἠθῶν τὸ κάλλος. Νῦν μὲν γὰρ εἰς πολιὰς (19) ἥκει, πρὶν δ᾽ εἰς ἄνδρας ἐξελθεῖν, (20) τὰ γερόντων ἐδείκνυ, (21) τῇ τε ἄλλῃ καὶ δὴ καὶ γλώττης, ὥσπερ ἐκέλευσεν Ἀνάχαρσις, (22) ἐκράτει. Καὶ νῦν οὐ μᾶλλον ἂν αὐτὸν ἢ τοὺς ἀνδριάντας (23) ἐκφύγοι (24) συλλαβὴ τῶν σιγᾶσθαι δικαίων. Ἀλλὰ γὰρ οἴησῃ (25) με περιττῶς μηκύνειν πρὸς σέ, τό, ἐπειδὴ ταῦτα αὐτῷ συνῄδεις, κεκληκότα. διῆλθον δέ, οὐ διδαχῆς ἕνεκα τοῦ τρόπου, τοῦ δεῖξαι δέ, (26) ὡς μέτεστι τῇ τροφῇ (27) τοῦ τῷ τροφίμῳ (28) παρά σου γιγνομένου τι

&, qui consilium admisit, Imperator, Orbem gubernans. Nostrae vero etiam Urbi ornamentum accessit. Nam natus quidem alibi est *Priscianus*, id autem, quo sui admirationem movet, urbi nostrae debet, quae eum, eloquentiae cupidum, suscipiens, dicendi facultate amplissima instruxit. Unus vero nobis positus erat crater, ex quo bibimus uterque. Propterea idem quoque bene mihi precabatur, publice peroranti, ego vero plaudebam, quoties ille in caussis civilibus superior erat, quas quidem agebat adeo cordate, ut Judicibus vel nutus ejus loco argumentorum esset. Neque tamen adeo magnum est dicere aliquem, certamine cum altero suscepto, cum summa animi contentione publice posse; sed hic quidem omni loco & tempore de quocunque argumento accurate verba facere videbitur. Adeo nunquam dicendi elegantiam negligendam sibi esse censet, quanquam verborum decus morum venustas superet. Jam enim provectus quidem aetate & senectuti proximus est: sed seniles mores ante, quam virilem aetatem attingeret, probabat, & inter cetera, ex *Anacharsidis* praecepto, linguam in officio continebat. Nunc quoque non magis illi, quam statuae cuidam vel syllaba de illis, quae taceri debent, unquam exciderit. Sed frustra me in his longiorem putabis esse apud te, qui vel ideo, quod hae dotes ejus cognitae tibi essent, eum vocaris. Haec itaque edisserui, non ut mores ejus te docerem, sed, quod tanquam nutritor in eorum

Mysonis recitatur dictum: μὴ ἐκ τῶν λόγων τὰ πράγματα, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν πραγμάτων τοὺς λόγους ζητεῖν. (10) Romanum Imperium οἰκουμένης nomine hic appellari patet; sicut & Pollux, ut alios taceam, eandem illi notionem subjicit in Dedicatione Dictionarii sui ad Commodum Imp. Compara *Borremansium* Vesperarum cap. V. Hinc multi interpretandum censent *Luc.* II. 2. quanquam alii, ut *Rob. Keuchenius* ad h. l. & *Henninius* in notis ad Bergleri librum de publicis ac militaribus Populi Romani viis Tom. X. Antiquitt. Romanar. p. 647. ac cum his doctissimus Fabricius Tom. I. Codicis Apocryphi N. T. p. 103. de tota Judaea accipere tantum malint. Vide, quae in *Curis* nostris Philolog. & Critic. ad *Lucae* l. c. diximus. (11) κοινὸν de civitate, in qua educatus erat *Priscianus* ex illis, quae sequuntur, acceperim. Constat autem, vocem illam nunc de urbe, aut Republica, nunc de regione aliqua, nunc de gente integra accipi. Vide *Ezech. Spanhemii* Orbem Romanum p. 293. edit. Lipsiens. Collegium quoque eadem significatur. Huc spectat κοινὸν ἐρανιστῶν, de quo *Salmasius* de Usuris p. 48. Κοινὸν Ἀσίας exponit *Pet. Zornius* in Opusculis Sacris Tom. I. p. 171. (12) μὲν abest a *Morell. Spanh.* & *Reg. max.* (13) διὸ, *Reg. max.* male. (14) Innuit, se eodem, quo *Priscianus*, praeceptore usum esse. Alibi in ep. ad *Philagrium* p. 148. *Centuriae* meae. Praeceptores cum κρήναις, seu *fontibus*, confert. Vide infra n. 87. Forte etiam alludit ad κρατῆρα τῆς σοφίας, de quo *Philostratus* in Vita Apollonii VI. 6. (15) Sic *Morell. Spanh.* & *Reg. max.* pro quo olim ex *Angl.* dedi συνεύχεσθαι minus recte. (16) οὕτως addidi ex *Morell. Spanh.* & *Reg. max.* (17) De voce hac diximus in *Centuria* ad ep. XXXIV. Demetrio inscriptam, & in sequentibus n. 1135. exhibendam. (18) ἀνεσχεδίως itaque λόγους, seu extemporaneam dicendi rationem aversatus est *Priscianus*. Sic *Hermogenes* in Methodo ἐσκεμμένως εἰπεῖν opponit τῷ ἀσκέπτως λέγειν, sicut alii αὐτοσχεδιάζειν & σχεδιάζειν opponunt τῷ φροντίζειν & σκοποῦντα τῶν λόγων. Vide haec & alia apud *Cresollium* lib. III. c. 21. Theatri Rhetorum & Sophistarum. (19) πολιὰς, *Spanh.* Vox in utroque numero adhibetur, ubi cani exprimendi sunt. Ita, πολιὰς ποιεῖν, & ἀπολιπεῖν Epigramma aliquod pleno πολιὴν τρίχα dicit. (20) Graeci nunc ἄνδρα γενέσθαι, nunc εἰς ἄνδρας τελεῖν, ἐγγραφῆναι, ἀριθμεῖσθαι, ἥκειν, & ἐγγεγράφθαι dicunt. (21) Talis igitur fuit, de quo Graeci alias: Γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ᾽ ἡλικίαν φέρει. Sic *Philoponus* comment. in Genesin de Anastasio, juvene, ait: ὅτι ὁ παλαιὸς τὸν νοῦν ἀνήρ λόγον αἰδοῖον ποιεῖ νέοιτα. Cicero in Catone Majore: *Uti senes quidam sunt, qui semper pueri sunt: ita juvenes sunt, in quibus senium aliquod invenias.* Talis fuit puer, in quem, cum audientium plausu perorantem, eleganter lusit Martinellus:

Vidimus attonito puerum garrire Senatu:
Bis pueri, puerum qui stupuere senes.

Vide *Menagiana* Tom. I. p. 404. & *Menagii* Amoenitates Juris Civilis p. 6. Sophocles apud Suidam & Scholiastam Pindari Pythionic. II. hujusmodi adolescentem ἀνδρόπαιδα appellat, sicut *Chalcidius* in Timaeum παιδογέροντας commemorat. Hermogenes Sophista olim ἐν παισὶ γέρων, ἐν δὲ γέρουσι παῖς dictus est ab Antiocho Sophista, auctore *Philostrato* de Vitis Sophistarum II. 7. p. 577. edit. Lips. (22) Vide *Laërtium* I. 104. ἐπιγεγράφθαι αὐτοῦ ταῖς εἰκόσι, γλώσσης, γαστρός, αἰδοίων κρατεῖν. Adde *Clementem Alexand.* Stromatum V. p. 678. edit. Potterianae, ubi & notae conferri merentur. (23) Alluditur ad proverbium, *statua taciturnior*, quo usus est *Horatius* II. ep. 2. Sic *Xenophon* in Symposio. σιωπῶν γοῦν μὲν ἂν ἧττον φωνῆς ἀκούσαις, ἢ τῶν λίθων. Vide *Erasmi* & aliorum Adagia p. 675. (24) ἐκφύγῃ, *Morell.* & *Spanh.* eodem sensu. (25) οἰηθῇ, *Morell.* (26) οὐ διδαχῆς ἕνεκα τοῦ τρόπου, τοῦ δεῖξαι δὲ Exciderant haec operarum vitio in *Centuria* mea p. 157. quae tamen & verborum series requirit, & codices omnes exhibent. (27) Obscurius haec dicta sunt: Sed ista est, si quid video, nostri mens, quod Priscianus Florentio, qui eum omni modo ornaverit, maximam gloriae suae partem debeat, ad quem proinde laus etiam sit referenda. Sic autem non legendum fuerit τῇ τροφῇ, quod locum hic habere posse non putem, sed τῷ τροφεῖ ut scilicet Florentius τροφεὺς Prisciani, tanquam τροφίμου, collaudetur. Quam facile autem ex τροφεῖ fieri possit τροφῇ, librarii, ex pronunciatione hallucinantis, vitio, per se intelligitur. Haec scripseram olim in *Centuria*. Jam vero malim legi τῇ τροφῷ, quod clare exhibet *Medic.* A. i. e. *nutrici*, eodem, quem modo exposui sensu, ut nempe Florentius cum nutrice, Priscianus autem cum alumno conferatur. (28) τοῦ τροφίμου pro τοῦ τῷ τροφίμῳ habet *Reg. max.* male.

(29) Vide

rum partem venisse, quae alumno huic praestitisti, & praestabis inposterum. Sicut igitur nobis omnibus spectatum te fecisti; ita nunc quoque Rhetoris hujus communitati gratificaturus, transfer, quaeso, virum hunc, & in eam dignitatem colloca, quae & te, & ipsum decent. Nec desinas viris bonis opem ferre. Hoc enim uno superaveris eos, qui ante te eadem, quae tu nunc, administrarunt. Idem enim nomen & eandem potestatem habes. Cum autem ceteri opibus inhiarint, fas est, ut tu quidem illos, qui virtute valent, ornandos & cohonestandos putes. Pulchrum enim fuerit, illorum quidem divitias, tui autem judicii praestantiam aliquando celebrari.

THEMISTIO.

Venit aliquis retulitque, te verbum nescio quod sequius, in me jecisse. At ego fidem dictis non habui. Venit alius, & eandem rem nunciavit. Ego in eadem mansi sententia. Dixit tertius, etiam in pugnam tecum se descendisse, opem mihi allaturum. Hunc jam plane dixi insanire, &, dum se in pugnam venisse jactabat, alterum illud de maledicto evertere. Quis enim tam audax fuerit, ut Jovi se opponere sustineat? Praeterea non erat veri simile, te, qui maximis inimicis tuis bene facis, eum laedere, quem primos inter amicos duxisses, & talem quidem, qui parum jam a mortuis, post calamitates amicorum dissto. Ut vero nihil istorum credidi, ita ut ad te scriberem; ille persuasit. Neque enim molestiam tibi creandam putassem, si animum in me mutasses. Neque etiam de aliis quicquam movisse te puto; tantum de gratia, qua me antea affecisti, multum diminuisse. Tu enim, qui a patria me mea avellere poteras, ut manerem, non sine beneficio, concessisti. Quod vero domi mihi erat maximum, ut apud vos esset, effecisti. Ita vero gratia ad exiguum rediit. Nam *Priscianus* unus mihi omnia, & omnium instar inquilinorum. Id ipse noras, sive absens per nuncios, sive expertus, ubi ad nos veniebas. Hunc igitur ad vos transferre cogitante te, illi quidem dictum est, Rhetorem tam magnum magnae Urbi dandum esse. Simpliciter autem ita jubere eum accurrere, sinisterius ac violentius fuisset. Arte itaque opus erat. Quae vero illa. Sit ille unus ex Regis ministris. Sic vero captus est. Ingredietur enim viam, quae recte ad praeclarum Senatum ducit. Atque ita habebit illum sibi, quem volet, *Themistius*. Habe igitur,

τε καὶ ἐσομένων. Ὡς οὖν σὺ πᾶσιν ἡμῖν θεωρητὴς ἐπιδεικνύμενος, καὶ δὴ καὶ τοῦ ῥήτορος τῷ κοινῷ (29) χαριζόμενος, μετάστησον ἡμῖν τὸν ἄνδρα, φέρων εἰς σχῆμα σοί τε καὶ ἐκείνῳ πρέπον. Καὶ μὴ παύσῃ τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν συλλαμβάνων. Τούτῳ γὰρ ἂν καὶ μόνῳ νικήσαις τοὺς πρὸ σοῦ ταῦτα, ἃ νῦν σύ, διῳκηκότας. Τὸ μὲν γὰρ ὄνομα ταυτὸ (30) καὶ δύναμις ἴση. Δεῖ δέ σε, ἐκείνων ἐπὶ χρήματα ὡρμηκότων, αὐτὸν φανῆναι λαμπρύνοντα τῶν ἀνδρῶν οἷς τι μέτεστιν ἀρετῆς. Καλὸν γὰρ ὕστερον ᾄδεσθαι τῶν μὲν τὸν (31) πλοῦτον, σοῦ δὲ τὴν ψῆφον.

LX. ΘΕΜΙΣΤΙΩ. (1)

Ἧκέ τις ἀγγέλλων, (2) ὡς ἀπορρίψειάς τι ῥῆμα περὶ ἐμοῦ φαυλότερον. Ἐγὼ δὲ ἠπίστησα. Καὶ πάλιν ἕτερος τὸν αὐτὸν ἐκόμιζε λόγον, ἐγὼ δὲ ἦν ὁ αὐτός. Τρίτος (3) καὶ διὰ μάχης ἔφασκεν ἐλθεῖν σοι, βοηθεῖν ἐμοὶ βουλόμενος. (4) Τοῦτον ἤδη καὶ μελαγχολᾷν (5) ἡγούμην, καὶ τῷ περὶ τῆς μάχης κόμπῳ τὸν περὶ τῆς βλασφημίας ἀνῄρουν λόγον. Τίς γὰρ οὕτω θρασύς, ὡς ἀντιλέγειν τῷ Διΐ; (6) χωρὶς δὲ τούτων οὐδὲ ἦν εἰκός, σὲ τοὺς ἐχθροὺς τοὺς δυσμενεῖς εὖ ποιοῦντα, λυπεῖν, ὃν σὺ πρῶτον ἦγες τῶν φίλων. Καὶ ταῦτα οὐ πολὺ τῶν νεκρῶν διαφέροντα μετὰ τὰς τῶν γνωρίμων τύχας. (7) Ὡς δὲ οὐδὲν ἐκείνων (8) ἐπειθόμην, αὐτὸς ἐπείθετο γράφειν. Οὐ γὰρ ἂν (9) τοὔργε ἄλλον γεγονημένον ἐνοχλεῖν ἠξίουν, τὸν μὲν ἐν ἄλλοις οὐδὲν σοὶ (10) κεκινηκέναι νομίζω. τῆς χάριτος δὲ, ἣν μοι δέδωκας, ἀφαιρεῖν τὸ πλέον. Σὺ γὰρ δὴ κύριος ὢν ἀφελεῖν με (11) τῆς πατρίδος, μένειν ἔδωκας εὖ ποιῶν. Ὃ δέ μοι τῶν οἴκοι μέγιστον ἦν, ὅπως ἔσται παρ' ὑμῖν, ἔπραξας, καὶ κατῆλθεν εἰς μικρὸν ἡ χάρις. Πρισκιανὸς γάρ ἐμοὶ ἦν τὰ πάντα, καὶ τοσοῦτον, ὅσον οἱ πάντες οἰκεῖοι. Καὶ τοῦτο αὐτὸς ἔγνως, δι' ἀγγέλων μὲν ἀπών, τῇ πείρᾳ δὲ ἥκων. Τοῦτον δὲ μεταστῆσαι (12) διανοηθεὶς (13) ἐκεῖσε ταυτί πῃ διελέχθη πρὸς αὐτόν, τὸν ῥήτορα ἐκεῖνον τὸν μέγαν τῇ μεγάλῃ πόλει (14) δοτέον. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἁπλῶς οὕτω κελεύειν τρέχειν, σκαιόν τι καὶ βίαιον. Δεῖ δέ τινος τέχνης. Τίς οὖν αὕτη. Γενέσθω τῶν ἀμφὶ βασιλέα, καὶ τεθήρευται. Βαδιεῖται γὰρ τὴν ἐπὶ τὴν γερουσίαν βουλὴν ἄγουσαν, καὶ οὕτως ἕξει τὰ τοῦ δεῖνος Θεμίστιος. Ἔχε,

(29) Vide paulo ante not. 11. Posterius καὶ, quod exhibui, abest à *Reg. max.* (30) αὐτὸ, *Morell. Spanb.* & *Reg. max.* (31) τὸν addidi ex *Ambros.* T. 73. quod egregie respondet sequenti: σοῦ δὲ τὴν ψῆφον.

EP. LX. (1) *Morell.* II. ep. 2. *Salvinius* & *Fabricius* Biblioth. Graec. Vol. VIII. p. 42. Gr. Lat. (2) ἀγγέλων, *Medic.* A. male. (3) ὁ τρίτος. *Spanhem.* (4) βοηθῶν ἐμοὶ βαλλομένῳ, *defendens me dictis verberatum. Spanh.* Non inconvenienter quidem. Malui tamen in Morelliana lectione, quam codices plures firmant, acquiescere. Ad Morellianam hujus epistolae editionem manu nescio cujus video ex V. C. scriptum: βοηθῶν ἐμοὶ βαλλομένῳ & simul admonitum, olim lectum fuisse βουλομένῳ (5) μελαγχολᾷν *Aristophani* in Pluto vs. 12. est *insanire.* Vide ibi *Spanhem. Moeris* Atticista, quem Hudsono debemus, χολᾷν Atticis pro μαίνεσθαι dici autor est. (6) Hoc est θεομαχεῖν, Act. XXIII. 9. Proverbialem dicendi formulam hic videre mihi videor. (7) Ita sensum expressit *Salvinius.* Fortasse tamen de bona amicorum sorte aeque recte acceperis, illorum nempe, qui ampliori dignitati admoti, atque adeo a Libanio non sine dolore ejus abstracti erant. Inter hos erat *Priscianus*, de quo mox. (8) Ad Morellianam editionem eadem, quam modo dixi, manu notata erat C. V. lectio ista: ὡς δὲ οὐδὲν ἐκείνων ἐπειθόμην, αὐτό σε πειθόμην τὸ γράφειν. Eam sic expressit Salvinius: *Me vero nihil illorum credidisse, ipsum hoc meum scribere persuadet.* Atque hoc puto rectius. (9) ἂν, *Spanh.* male. (10) οὐδέν σε abest à *Morello*, quod ex *Spanh.* supplevi. (11) μὲν, *Reg. max.* (12) Agitur hic de Prisciano alio vocato, de quo plura epistola proxime superiore ad Florentium. (13) Themistium itaque hujus consilii primum facit auctorem, quod Florentius postea provexisse videtur. Absentiam vero ejus Libanium graviter tulisse ex hac parte epistola, quod in superiore prorsus dissimulavit. (14) CPolin innuit. Ibi enim tunc temporis versabatur *Themistius.* Ea quoque μεγάλη πόλις & μεγαλόπολις frequenter vocabatur. Vide

Ezech.

Ἔχει δή, καὶ ἀπόλαυε, καὶ σκόπει, πῶς ἂν, ὧν φησιν ἄξιος, γένοιτο, καὶ μὴ καταισχύνοι τὰ ὅπλα τοῦ στρατιώτου. (15) Τῷ μὲν γὰρ οὐκ ἐπιθυμία τοῦ μείζονος. Ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ τὸ εἶναι ἀγαθόν. Ὑμῖν δὲ οὐκ ἂν ἔχοι καλῶς, εἰ δόξετέ τινι τὴν ἀξίαν ἀγνοεῖν. Εἰ μὲν οὖν παρ' ὑμῖν συμβάλλοιτο πρῶτον τῷ βασιλεῖ, τοῦ παντὸς ἐπιμελήσεται παρών. Δι' ὑμῶν δὲ ὡς αὐτὸν ἐλαύνοντι γράμματα δώσεις, ταῦτα δὲ οὐκ ἀσθενέστερα παρουσίας. Ἐμὲ δὲ εἴ τις μεταπέμποιτο, πρὸς Θεῶν (16) κωλύειν. Οὔτε γὰρ οὕτως ἔχει μοι τὸ σῶμα, μεστή τε ἀργίας ἡ γνώμη, δι' ἣν εἰς τὴν ἀτοπίαν ἐμπέπτωκα τῆς Ἀπόλλωνος (17) ἐρωμένης, ἣ τοῦ Θεοῦ προὔθηκεν ἄνθρωπον, (18) τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν Ἴδαν.

igitur, & fruere, & vide ut ea, quibus dignus sit, ipsi contingant, nec arma dedeceant militem. Neque enim majora ipse desiderat: sed bonum esse sufficit. Vobis autem non erit honori, si, ad quae ille aptus sit, ignorare videbimini. Si itaque apud vos contigerit primum ad Imperatorem accedere, praesens ipse omnia curabit. A vobis autem ad Imperatorem tendenti literas dabis, quae non minus, quam si praesens esses, valebunt. At me si quis arcessere voluerit, per Deos rogo ut prohibeas. Neque enim ita valet mihi corpus, atque animus torpet, per quem incidi in insaniam amasiae Apollinis, quae Deo hominem, Apollini Idam, praetulit.

LXI. ΑΛΒΑΝΙΩ. (1)

Ἀλλ' οὖν καὶ μὴ πάσης τῆς ἐπιθυμίας, τοῦτό γε ἡμίσεως ἀπολαύεις. Τῆς γὰρ πόλεως ἡμῶν ἐρῶν ἔχεις αὐτῆς οὐκ ὀλίγον, τὸν καλὸν ἔχων Πρισκιανόν, ᾧ τῶν σῶν ἔμελε (2) πόνων. οὗ προσβάλλοντος ἤκουες. (3) ὃς, ὅτε ἐπῄνεις Μόδεστον, οἷς ἔλεγες (4) προσέθηκε δόξαν. Ἀμείβου δὴ τὸν ἄνδρα εὐφημίαις, καὶ δίδασκε τὴν φιλτάτην Ἄγκυραν τίς οὗτος περὶ τοὺς λόγους, καὶ τὰ τοῦ τρόπου ἤθη. Πάντως δὲ αὐτῶν τὸ ἕρμαιον ἀνὴρ ἐπιστάμενος λέγειν. Οἶμαι δέ σε τῶν παιδικῶν αὖθις ἕξεσθαι, τῆς ὁδοῦ τὴν αἰτίαν εἰ μάθοις. Πόθος ἔλαβε τὸν βασιλέα τῆς τούτου γλώττης, καὶ τὸ κρατεῖν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐκείνοις. Αὐτό τε μέγα καὶ τῶν μειζόνων ἀρχὴ γίνεται. Πρὸς ταῦτα ὁρῶν τις μὴ νομιζέτω ῥητορικὴν ἄτιμον. ἰσχυρὸν γάρ ἐστι παρ' οἷς ὄντως ἐστί. Καὶ πρὸς τοὺς ὑπερορῶντας ἔχει λέγειν· Ἔτι (5) μοι μένος.

ALBANIO.

Voto quidem tuo non ex omni, at ex dimidia tamen parte frueris. Qui enim urbem nostram amas, non exiguam ejus partem tenes, optimum *Priscianum* nactus. Illi quidem res tuae curae fuerunt; eum proponentem audisti; ille, cum *Modestum* laudares, orationi tuae laudes tribuit. Eundem itaque vicissim elogiis tuis orna, & dilectissimam *Ancyram* doce, quam peritus ille sit dicendi, & quibus sit moribus. Imo vero commodo illis fuerit Vir dicendi peritissimus. Opinor autem te veteres delicias amplexurum, si causam itineris ejus didiceris. Regem quidem cupido incessit eloquentiam ejus, &c, quem in hac palaestra principatum tenet, videndi. Magnum hoc est, sed majorum initium. Haec recogitans aliquis, caveat, dicendi artem ingloriam putet. Multum utique valet, in quibus vere est. Et ad sui contemtores dicere potest: *Adhuc vigeo.*

LXII. ΣΠΕΚΤΑΤΩ. (1)

Ἔγκλημα λύεσθαί φησιν ὁ Θουκυδίδης (2) ὑπὸ χάριτος. ὅταν ὃν ἠδίκησέ τις τούτῳ τι (3) ποιήσῃ κατὰ γνώμην ὑστέραν. Σὺ δ' ἡμῶν τὸ μὲν πρῶτον ἀμνημονῶν ἠδίκεις, ἔπειτα κακῷ τὸ κακὸν ἰώμενος (4) ἐπὶ βλάβῃ κατασκευάζων ὁδόν τινα βαράθρου χαλεπωτέραν ἐμοί. (5) τούτων δὴ (6) τῶν ἐγκλημάτων ἐν χερσὶν ὄντων, καὶ τὸ πρατ-

SPECTATO.

Crimen per beneficentiam amoveri ait *Thucydides*, quando, qui alterum laesit, eidem gratum quid & ex animi sententia faciat. Tu vero nostri primum oblitus injuria afficiebas, postea malum malo sanaturus praeter damnum, viam mihi, barathro ipso tristiorem, aperiebas. Cum itaque conquerendi causam haberem, factumque hoc inimicitiae nomine appellarem, gratia tua accessit,

Ezech. Spanhemium ad Juliani Orationes p. 75. edit. Lips. Constat eandem Turcis dici *Stanbol*, cujus originem *Steph. Morinus* in Exercitat. de Lingua primaeva ejusque appendicibus ex eo repetit, quod Graeci, CPolin tendentes, & rogati, quo irent, respondere consueverint εἰς τὴν πόλιν. At vide tu *Th. Hyde* ad Perizolii Itinerarium p. 52. seq. (15) Formula proverbialis videtur. (16) πρὸς Θεῶν. *Vatic.* 943. (17) δαίμονος, idem. (18) ἐρωμένης. τοῦ Θεοῦ προὔθηκεν ἄνθρωπον. *Spanh.* male. De amasia enim illa Apollinis adhuc loquitur, quae ita egerit. Fabulam ipsam Scholion in ora Vatic. 943. ita summatim refert: ἡ Μάρπησσα προέκρινε λαβεῖν τὸν Ἴδαν τὸν Ἀπόλλωνος, φοβηθεῖσα, μὴ γηράσασαν αὐτὴν ἐάσῃ. Ita protsus *Apollodorus* Bibliothec. lib. I. cap. 8. §. 9. p. 29. Libanius hoc vult, se, sua forte contentum, leviorem rerum conditionem ampliori praeferre.

Sophistas insectari consuetum tibi & antiquum est. Sed & Pythiam hoc ferre oportebat, ut, quae te doceat, nova quadam ratione agantur. Tibi igitur & Sophistae & Pythia occinunt: *ne desine conviciari, quae laudare decebat.* Ego quidem amari me a te persuasum habens, & scribebam, & beneficium tuum mihi spondebam, nihil scilicet petens, quod vires tuas superaret, sed talia omnino, qualia in dignos aeque ac indignos quotidie conserebas. Quoniam vero pro ope nobis ferenda, epistolam jocis plenam nobis mittebas, tempus venisse existimabam, ut nec laetitia ductus, nec aliter adfectus scriberem. Interim non minus ego gaudebam, te ex morbo evasisse, quam tu quidem, qui evaseras. Mihi enim, etiam non scribenti, laetari licebat, nec is, qui non scripsit, non laetatus credi debet. Imo vero, sicut inter eos, qui se gavisos esse scribunt, inveneris forte, qui non sit gavisus; ita & silens potuit laetari. Tu vero malebas adulatorem, non autem amicum, ex amore laetantem. Quando vero scribis, nescire te, cur a scribendo me abstinuerim, priorem contumeliam posteriore hac superas; tunc quidem me cura tua indignum habens, nunc vero, quod me neglexeris, nesciens. Id sane usu tibi venit, quod ab imperantibus non est alienum. Vos enim, in splendida sorte collocati, non existimatis, injuria eos afficere, quos afficitis, persuasi scilicet, vestrum esse, injuria afficere, illorum autem, semper vos cultu prosequi. Vides utique, satius fuisse, anagy-

LXXVIII. ΑΝΑΤΟΛΙΩι. (1)

Τὸ μὲν τοὺς σοφιστὰς διασύρειν εἰωθός σοι, καὶ παλαιόν. Ἔδει δὲ καὶ τὴν Πυθίαν τοῦτο παθεῖν, ὅπως σοι τὰ πρέποντα τῷ νέῳ πεπράχθαι σχήματι. Λέγουσιν οὖν σοι καὶ οἱ σοφισταὶ, καὶ ἡ Πυθία· μὴ παύσαιο διασύρων, ἃ τιμᾶν ἄξιον (2). Ἐγὼ δὲ φιλεῖσθαι μὲν ὑπὸ σοῦ πιστεύων, καὶ ἐπέστελλον καὶ ἐπηγγελλον (3) εὖ παθεῖν, οὐδὲν αὐτῶν ὑπερβαῖνον σου τὴν δύναμιν, ἀλλ' οἷα πολλὰ καθ' ἡμέραν ἔσπειρες (4) ἀξίοις τε ὁμοίως (5), καὶ μὴ τοιούτοις. Ἐπεὶ δὲ ἀντὶ τοῦ συμπρᾶξαι, γράμμα ἡμῖν ἔπεμψας παιδιᾶς γέμον, καιρὸν ἥκειν ἡγησάμην τοῦ μήτε ὑπὸ (6) χάριτος, μήτε ἄλλως ἐπιστέλλειν. καὶ διαφυγόντος μὲν τὴν νόσον ἥσθην οὐχ ἧττον αὐτοῦ τοῦ διαπεφευγότος (7). Ἐξῆν δέ μοι (8) καὶ ἄνευ τοῦ γράφειν ἥδεσθαι. καὶ οὐχ ὅστις οὐκ ἔγραφεν, οὗτος οὐδὲ (9) ἥδετο. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς γεγραφόσιν, ὅτι ἥσθησαν, ἂν ἴσως εὕροις τὸν οὐχ ἡσθέντα· οὕτως ἐστὶ καὶ μετὰ σιγῆς ἡσθῆναι. Σὺ δὲ ἐδέου κόλακος (10), ἀλλ' οὐχ ἡδομένου διὰ φιλίαν. Ἀγνοεῖν δὲ λέγων, ὅτι τοῦ γράφειν ἐπαυσάμην, ὕβρει δευτέρᾳ τὴν προτέραν παρέρχῃ, τότε μὲν οὐκ ἄξιον ἡγησάμενος φροντίδος, νῦν δὲ οὐδ', ὅτι μου κατημέλησας, εἰδώς. Καὶ πρᾶγμα πέπονθας οὐκ ἀλλότριον τῆς ἐξουσίας. Οἱ γὰρ ἐπὶ λαμπρᾶς τῆς τύχης ὑμεῖς, οὐδὲ ἀδικεῖν, οὓς ἀδικεῖτε, ἡγεῖσθε, νομίζοντες, προσήκειν ὑμῖν μὲν ὑβρίζειν, ἐκείνοις δὲ πανταχοῦ προσκυνεῖν (11). Ὁρᾷς, ὅτι κρεῖττον ἦν σοι μὴ

(7) μὲν deest in *Spanh.* (8) deest in *Ambros.* Praestat vero adesse, sicut antea, ὡς θᾶττον. (9) σφοδρὸν, *Ambros.* qui & paulo post pro τῷ legit τοῦ, male.

EP. LXXVII. (1) *Morell.* II. ep. 19. (2) φέρεται. *Ambros.* T. 231. eodem fere sensu. Malim tamen nostrum, nam ται ex pronunciationis convenientia cum τε natum videtur.

EP. LXXVIII. (1) *Morell.* II. ep. 20. Verterat etiam *Salvinius*, & antea *Zambicarius*, quamvis inter editas non exstet. (2) Proverbii loco olim adhibitum videtur, in eos, qui laudandis detrahebant. (3) Ἐπήγγελλον, *Anglic.* (4) Conf. 2 *Cor.* IX. 6. (5) ὁμοίοις, *Reg. max.* male. (6) οὐχ, *Anglic.* quod videtur rectius. Sensus sic fuerit, Libanium statuisse, se non scripturum vel petendi beneficii, vel alia causa. *Zambicarius* ita: *in qua neque ad gratiam neque aliter scribatur.* (7) Ex morbo *Anatolius* convaluisse tunc videtur, quam felicitatem Libanius ipsi per literas gratulari debebat. (8) σοι *Morell.* & *Reg. max.* inconvenienter. Nostrum μοι habent *Spanh.* & *Angl.* (9) οὐκ, *Spanh.* (10) κόλακος, *Reg. max.* nullo sensu. (11) Verbi hujus significatus singulari dissertatione erudite edisserit *Jo. Henr. Schulzius*, Altorf. 1730. Confer *Curas* nostras ad N. F. Vol. I. p. 30.

μὴ κινεῖν τὴν ἀνάγυρον (12). Νῦν δὲ ἐπιθυμήσας μοι λῦσαι τὴν σιωπὴν, ἐπὶ σαυτὸν ἔλυσας, καὶ ῥεχθὲν ἔγνως, καὶ ταῦτα οὐκ ὢν νήπιος, ἀλλ' οὐδὲ Ὀδυσσέως λειπόμενος ἐν δόλοις (13). Ὀπλάτῳ (14) δὲ πέμψας μὲν χρυσίον, ἐπαινῇ παρ' ἡμῶν. Ὃς δὲ αὐτὸν ἐλπίζων τῷ χρυσίῳ ποιήσειν (15) ῥητορικὸν, ἑκατὸν στατῆρας ἔπεμψας, ἐξὸν χιλίους, οὐκ ἐπαινῇ. Εἰ γὰρ, οὓς ἔπεμψας, οὐ μικρὸν δύνανται, μᾶλλον ἂν ὠφέλεις ἀπὸ πλειόνων. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ μικρὸν παρ' ἡμῖν τι (16) κεῖται (17), καὶ ἡ δαπάνη κατὰ λόγον χωρεῖ.

anagyrum non movere. Jam vero, quando silentium meum rumpendum censuisti, malo tuo rupisti. Quae facta erant, non nesciebas, qui non sis insipiens, imo nec Ulysse in dolis nectendis inferior. Ceterum, quod *Optato* aurum misisti, a nobis laudaris. Quando vero, tanquam auro hoc facundissimum eum redditurus, centum stateras misisti, cum mille potuisses, laudem non promereris. Si enim, quos misisti, non parum prodesse possunt, pluribus sane missis magis eras profuturus. Interim & parvum illud apud nos servatur, & prout ratio fert, expenditur.

LXXIX. ΤΩι ΑΥΤΩι. (1)

Σὺ μὲν παρεκάλεις με πρὸς παῤῥησίαν, ὡς πᾶν οἴσων, ὅ,τι ἂν ἐξ ἐμοῦ λέγηται· Αἰσχύλος (2) δὲ ἀποτρέπει λέγων μὴ δεῖν τοὺς ἥττους θρασυστομεῖν. ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης (3) φησὶν, ὡς οἱ μεγάλα πνέοντες, περὶ ὑμῶν δή που λέγων, μικροὺς (4) φέρουσι λόγους παρ' ἐλαττόνων, κρείσσονας δὲ οὐ (5). Ὅμως δὲ ἐπειδὴ τῆς ἀμοιβαίου ἐπιθυμεῖς, σοί τε χαριοῦμαι, καὶ τοῖν ποιηταῖν· τοῖς μὲν, οὐ πάντα εἰπὼν, σοὶ δὲ, οὐ πάντα κρύψας. Πρῶτον μὲν οὖν περὶ τοῦ μέτρου τῶν γραμμάτων ἐκεῖνο λέγω, ὅτι σὺ μὲν τῶν ἐμῶν βραχύτητα (6) δυσχεραίνεις, ἐγὼ δὲ τῶν σῶν τὸ μῆκος. Τὸ μὲν οὖν ἐμὸν ἡ Σπάρτη παραμυθεῖται, καὶ σὺ προσείρηκας Λακωνικὴν τὴν ἐπιστολήν (7). Τῆς δὲ σῆς φλυαρίας ἀπὸ τοὺς ἡγεμόνας. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις, πλὴν εἰ τὸν ἀκριτόμυθον (8) τὸν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τῶν Ἀχαιῶν κλαίοντα. Τὴν δὲ ἀρχήν σοι λήγειν (9) καὶ πάνυ πείθομαι. Φαίνῃ γὰρ ὑπὸ μὲν τοῦ λυπεῖσθαι παραπαίειν, ὑπὸ δὲ τοῦ παραφρονεῖν ταῦτα γράφειν. Ἕως δὲ οὐ προσεδόκησας τῆς ἀρχῆς τὸ τέλος, ἐσωφρόνεις. Ταῦτα δὲ ἔγραφες ὄντως ἀγρυπνῶν. οὐ γὰρ ἦν καθεύδειν ὑπὲρ τῆς ἐξουσίας τρέμοντα. Ἰουλιανὸς δὲ τῶν μὲν πρώτων παρ' ἡμῖν οὐκ ἦν. ἐγένετο δ' ἂν τῶν πρώτων, εἰ μὴ

EIDEM.

Tu quidem ad scribendi quandam libertatem me excitabas, tanquam omnia, quae a me dicerentur, aeque laturus. Dissuadet vero *Aeschylus*, monens, inferiores non decere loqui liberius. *Euripides* vero etiam ait, quod magna spirantes (de vobis sane loquitur) parva ferant a minoribus verba, fortiora vero minime.

Quoniam tamen amas alterna, & tibi, & Poetae utrique gratificabor; his quidem, non omnia dicturus, tibi vero, non omnia dissimulaturus. Quod igitur ad epistolarum modulum spectat, de eo ita statuo. Tu quidem mearum brevitati, ego vero tuarum longitudini succenseo. Morem meum Sparta solatur, quemadmodum tu ipse epistolam dixisti Laconicam. Jam vero tuae loquacitatis auctores profer. At nunquam attuleris, nisi forte futilem illum in Graecorum concione plorantem. Magistratum tuum ad finem spectare, facile quidem credo. Prae dolore enim desipere, & ex desipientia ista scribere videris. Quamdiu magistratus finem non exspectabas, moderatum te praestitisti. Haec autem scribebas nocturnis vigiliis confectus. Neque enim dormire licebat potestati suae metuenti. *Julianus* quidem apud nos inter primos non erat; at inter eos fuisset, nisi prius in civitate tripudiante

35 & 75. (12) Ita praeter *Morellum* alii, & *Ambros.* T. 5. quoque, in cujus tamen margine monetur scribi debere ἀνάγυρον. Cave fidem habeas. Tralatitium est apud Graecos adagium: ἀνάγυρον κινεῖν. Originem ejus, quam alii aliam faciunt, ex Lexico MS. exponit eruditissimus *Montfauconius* in Catalogo Biblioth. Coislinianae p. 604. Adde *Suidam* & ejus Interpretes, itemque *Aristophanem* Lysistr. v. 68. ex recentioribus autem *Erasmi* Adagia p. 489. *Reg. max.* itaque mendose: ἀνάγυρον. (13) Alludit ad proverbium: ὀδύσσειος μηχανὴ, *Ulyssæum commentum*, ex eo natum, quod Ulysses ab Homero non solum in limine carminis πολύτροπος; *versutus*, vocatur, sed & frequenter ut dolis usus repraesentatur. Compara *Suidam*, & *Erasmum* l. c. p. 349. (14) Quae hinc usque ad finem epistolae sequuntur, desunt in *Ambros.* T. 73. (15) ποιήσειν, *Angl.* male. (16) τι deest in *Reg. max.* & *Spanh.* (17) Ante κεῖται legis μέγα in *Angl.* & *Medic.* A. minus recte. Donum enim hoc μέγα esse non obscure negat Libanius. *Salvinius* ita: *Sed & hoc parvum magnum apud nos habetur; & sumtus secundum rationem, aut, si mavis, orationem procedit.*

EP. LXXIX. (1) *Morell.* II. ep. 21. (2) *Aeschyli* locus Supplic. v. 211. (3) *Euripides* Andromache v. 188.

Οἱ γὰρ πνέοντες μεγάλα, τοὺς κρείσσους λόγους
Πικρῶς φέρουσι τῶν ἐλασσόνων ὕπο.

Vide ibi Scholiasten. (4) Ita *Morell.* & *Medic.* A. μικροὺς, *Reg. max.* sed cum υ supra ω scripto. μικρῶς etiam in *Voss.* ubi tamen à manu recente supra scribitur πικρῶς, quod ipsum πικρῶς in contextu exhibet *Spanhem.* & *Ambros.* T. 5. (5) Οὐ illud a codicibus, quos diximus, omnibus abest; exstat vero in *Medic.* A. eoque ad sensum omnino opus est, si antecedentia illa locum tueri debeant. Interim si verba Libanii ad citatos Euripidis versus exigenda sint, totam sententiam ita putem conformandam: πικρῶς φέρουσι λόγους παρ' ἐλαττόνων κρείσσονας. Sic enim πικρῶς, illud Euripideum locum habebit, δὲ vero & οὐ prorsus exulabunt: utraque vero particula nata videtur ex voce μικροὺς, prave huc illata. (6) *Voss.* βραδύτητα, & sic olim *Reg. max.* ubi tamen δ postliminio in χ mutatum est: recte utique; opponitur enim τῷ μήκει, & sic *Medic.* clare habet. (7) Lacones enim brevitatem in loquendo & scribendo amabant. (8) Thersites is est, de quo *Homerus* Il. β. v. 247.

Θερσῖτ' ἀκριτόμυθε, λιγύς περ ἐὼν ἀγορητὴς,
Ἴσχεο, μηδ' ἔθελ' οἶος ἐριζέμεναι βασιλεῦσιν.

(9) Sic scribo cum *Medic.* & *Ambros.* T. 5. pro λήσειν, *Morelli*, *Voss.* & *Reg. max.* in quo postremo ex σ a manu recente formatum est γ. Sic noster infra ep. 81. ὅταν λήξωσι τῆς ἀρχῆς.

(10) ὥσ-

te degisset, & postea celerrime a nobis avolasset. Quoniam vero natura ad dicendum non erat ineptus, fortasse tamen magnam illius, quam hinc auferebat, eloquentiae partem abjecit, ex quo tecum versatus est. Nam a bonis bona proficiscuntur. Quod sequitur, in tui gratiam omitto. Ille vero etiam alio nomine incitatus ad militiam sectandam videtur. Cernebat enim Praefectum per aërem incedentem, & magna jactantem, Deosque despicientem, eundemque aliis quidem superbe imperantem, at hominibus subjectum, quorum mancipia praestantiora quaeque possident. Ita cupiditate illius potentiae captus est, quam te venerari perspexit. Ne igitur mireris, si, te per eos in ea potestate permanente, *Julianum* aemuletur *Optatus*.

μὴ τὸ μὲν πρῶτον ἐν ὀρχουμένῃ (10) πόλει διηγαγεῖν, ἔπειτα παρ' ἡμῶν ὡς τάχιστα ἀπεπήδησεν. Ἐπεὶ δὲ οὐ κακῶς γε ἐπεφύκει πρὸς λόγους, ἴσως δὲ καὶ αὐτῶν ἂν ἀφῖκτο φέρων ἀπέβαλε τοὺς πλείους, ὡς συνεγένετό σοι. Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλά (11). Τὸ δὲ ἐχόμενον ἀφίημι σὴν χάριν. δοκεῖ δέ μοι κακείνῃ (12) παροξυνθῆναι (13) γενέσθαι στρατιώτης. Ἑώρα τὸν ὕπαρχον τὸν ἀεροβατοῦντα καὶ μέγα φθεγγόμενον, καὶ περιφρονοῦντα τοὺς Θεοὺς (14), τοῖς μὲν ἄλλοις ἐπικείμενον, ὑποπεπτωκότα δὲ ἀνθρώποις, ὧν ἀνδράποδα κέκτηται βελτίω. Ἠράσθη οὖν ἰσχύος, ἣν εὗρέ σε θεραπεύοντα. Μὴ οὖν θαυμάσῃς, εἰ (15) σου μένοντος ἐν τῷ δι' ἐκείνους δύνασθαι, ζηλώσει τὸν Ἰουλιανὸν Ὀπτάτος.

AMBROSIO.

Beneficium a te peto, quod cupide mihi largieris. Vobis enim junioribus ubi magistratus sunt demandati, senioribus nobis gratum facere posse, volupe est. Praeceptoribus quoque voluptatem affert, a discipulis aliquid petere, discipulis autem, Praeceptoribus ex animi sententia quicquam praestare posse. Jam mihi quidem *Cleobulus* praeceptor imperat facere, quae apud te possim; ego vero peto a te, quae propter amplitudinem tuam in viribus posita habes. *Antiphilus* inter primos est, qui tibi ministrant, idemque *Cleobulo* consanguineus. Hunc mihi quidem mores ante probati commendarunt. Neque enim quaestum facere didicit, ea audens, quae facere non decet. Id enim testatur *Cleobulus*. Itaque & ego eum tibi commendo huic obtemperans. Gratia vero haec est, ut oculos benigne in eum flectas. Ea vero non utetur ad avaritiam, sed, ut audacter de iis, quibus premitur, exponat, &, quaecunque jusseris, cum alacritate exsequatur.

LXXX. ΑΜΒΡΟΣΙῼ. (1)

Χάριν αἰτῶ σε ἐπιθυμοῦντα δοῦναι. ὑμῖν μὲν γὰρ τοῖς νεανίσκοις ὅταν ἀρχαὶ παραδοθῶσιν, ὅτι τοῖς πρεσβυτέροις ἡμῖν ἔχετε (2) χαρίζεσθαι, χαίρετε. καὶ τοῖς τε (3) διδασκάλοις ἡδονήν τινα φέρει, τὸ δεῖσθαι μαθητῶν. τοῖς τε μαθηταῖς τὸ τοῖς διδασκάλοις δύνασθαί τι ποιεῖν κατὰ νοῦν (4). Ἐμοὶ μὲν οὖν ἐπιτάττει Κλεόβουλος ὁ παιδευτὴς, ἃ παρὰ σοὶ δύναμαι. ἐγὼ δὲ αἰτῶ παρά σου ταῦτα, ἃ διὰ τὴν ἀρχὴν δύνασαι. Ἀντίφιλος ἐν πρώτοις τε ἐστι τῶν σοι διακονούντων, καὶ Κλεοβούλῳ συγγενής. Τοῦτον συνέστησε μέν μοι (5) προλαβὼν ὁ τρόπος (6). οὐ γὰρ οἶδε κερδαίνειν ἀπὸ τοῦ τολμᾷν, ἃ μὴ δεῖ. ταυτὶ (7) γὰρ ὁ Κλεόβουλος μαρτυρεῖ. συνίστημι δὲ καὶ ἐγώ σοι (8) τούτῳ πειθόμενος. Ἔστι δὲ ἡ χάρις, ἡμέρως σε βλέπειν εἰς αὐτὸν, ᾧ πρὸς πλεονεξίαν μὲν οὐ χρήσεται, πρὸς δὲ τὸ θαῤῥοῦντως (9) ὑπὲρ τῶν ἐπειγόντων διδάσκειν (10), καὶ μεθ' εὐθυμίας, ὅ, τι ἂν κελεύῃς, ὑπουργεῖν.

ATARBIO.

Si quidem una cum *Sabino* iter ingredi possem, praesens potius tecum dissererem, quam nunc scriberem: tantum mihi studium est, virum hunc ex procella eripiendi. Quoniam vero multis nominibus manere hic coactus sum, non praetermisi secundam navigationem, sed cum maxime ad te scribo. Velim autem, te & aequitatis & nostra causa praesentis temporis diffi-

LXXXI. ΑΤΑΡΒΙῼ. (1)

Εἰ μὲν οἷός τ' ἦν (2) κοινωνῆσαι Σαβίνῳ τῆς ὁδοῦ, παρὼν ἂν σοι διελεγόμην ἀντὶ τοῦ γράφειν, οὕτω πολλή μοι σπουδὴ τὸν ἄνδρα ἐξαρπάσαι τῆς ζάλης. Ἐπεὶ δὲ πολλαχόθεν ἠνάγκασμαι μένειν, οὐ παρῆκα τὸν δεύτερον πλοῦν (3), ἀλλ' ἐπιστέλλω. καὶ βουλοίμην ἂν σε τοῦ τε δικαίου καὶ ἡμῶν χάριν ἀντισχεῖν πρὸς τὴν τοῦ καιροῦ δυσκολίαν, καὶ

(10) ἐνορχουμένῃ *Medic.* quasi una vox esset. (11) *Theognidis* vers. 35. innuit:

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι, ἢν δὲ κακοῖσι
Συμμίσγῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

Vides, quae sint illa, quae hic omittere se dicit *Libanius*. (12) Ita codices omnes: *Salvinus* malebat κακεῖ. (13) Παροξυνθεῖσα, *Spanh.* (14) His phrasibus alludit ad *Aristophan.* Ranas Act. I. Sc. III. 4. ubi Socrates ita: ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, Strepsiades autem respondet: Ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς. (15) Pro εἰ *Medic.* μὴ male.

EP. LXXX. (1) *Morell.* II. ep. 22. (2) ὑμᾶς ἔχειν, *Ambros.* T. 231. male. (3) Τοῖς γε, *Reg. max.* (4) Καὶ τοῖς τε διδασκάλοις δύνασθαί τι ποιεῖν κατὰ νοῦν ἡδονήν τινα φέρει τοῖς μαθηταῖς. *Spanhem.* omissis illis, quae a verborum serie requiri per se quisque viderit. (5) Pro μοὶ, idem, σοὶ male: de se enim loquitur Libanius, qui paulo post Ambrosio commendat Antiphilum. (6) *Pichonius* male verterat ita: *hunc mihi quidem constabilivit & astruxit praecedens conditio* (7) Sic scripsi cum *Ambros.* pro quo *Reg. max.* habet ταῦτα. Interim ferri & hoc potest, si Latine dixeris, *hac parte.* (8) Σοὶ addidi ex *Ambros.* (9) Post θαῤῥοῦντως in *Reg. max.* vocula quaedam erasa est, quam *Voss.* per ὡς exhibet, sed itidem erasum: recte quidem, tanquam ex syllaba proxime antecedente natum. (10) *Pichonius* male: *sed ad res urgentes & promoventes.* Sensus est, Ambrosium ea omnia expositurum, quibus vexetur.

EP. LXXXI. (1) *Morell.* II. ep. 23. *Pichonius*, Lat. (2) Οἷόν τ' *Ambros.* T. 231. eodem sensu. (3) Δεύτερος πλοῦς proverbialiter dicitur, quando alia rem aggredimur via. Vide omnino *Thom. Gatakerum* ad M. Antoninum IX.

καὶ διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους, ὡς οὐκ ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐστι (4), τοὺς ἄρχοντας, ὅταν λήξωσι τῆς ἀρχῆς, σπαράττειν. Ἐγὼ μὲν οὖν ὡμολόγηκα (5) πρὸς ἐκεῖνον, ὡς (6) παντὸς ἂν παρά σου τύχοι. Σὺ δ᾽ ἂν εἴης κύριος ἢ ἀλαζόνα με δεῖξαι τῇ ὑποσχέσει, ἢ μή.

difficultati obsistere, hominesque docere, integrum ipsis non esse, magistratibus, ab officio suo decedentibus aegre facere. Equidem ipsi promisi, fore, ut omnia a te obtineat. Tu vero ostendere poteris, me in pollicendo vel arrogantiorem fuisse, vel minus.

LXXXII. ΜΑΓΝΩι. (1)

Τῶν μάλιστα φίλων ἡμῖν Μακεδόνιός ἐστιν, οὐκ ὀλίγον συμβεβιωκὼς χρόνον, κτήσαιτο δ᾽ ἄν τινα φίλον εὐθύς τε συμβαλὼν, καὶ μικρὰ διαλεχθείς. οὕτω πολλὴν (2) ἐπὶ τῷ τρόπῳ ἔχει τὴν ἴυγγα. Εἰ μὲν οὖν δικασόμενος ἧκε παρά σοι, πάνυ ἂν (3) ἦν ἀνόητος, εἴ σοι γράφειν ἐτόλμων, ὡς οὐδὲν γράμμα φίλου κατὰ τῶν νόμων (4) τιμήσαις. Ἐπεὶ δὲ τὸ γνωρίζεσθαι μόνον ἐπιθυμεῖ, θαῤῥῶν αἰτῶ χάριν. Ὥσπερ γὰρ οὐ πάντα οἶσθα χαρίζεσθαι, οὕτως οὐ πανταχοῦ τὸ χαρίζεσθαι φεύγεις (5).

MAGNO.

Inter amicissimos nobis est *Macedonius* non exiguo tempore nobiscum versatus. Amicum vero conciliare sibi primo statim minimoque congressu possit. Tantas in moribus habet illecebras. Quod si igitur causam apud te dicturus proficisceretur, nimium essem stultus, si ad te scribere auderem, qui nullam literarum amici contra leges rationem sis habiturus. Quoniam vero cognitus tibi tantum esse gestit, confidenter hoc a te beneficium peto. Sicut enim non in omnibus gratificari didicisti, ita nunquam gratificari odisti.

LXXXIII. ΦΛΩΡΕΝΤΙΩι. (1)

Ἕως ἂν ἡ σὴ περὶ ἡμᾶς εὔνοια λαμβάνῃ προσθήκην, καὶ ἡμῖν ἡ τοῦ γράφειν σοι περὶ τῶν φίλων ἀνάγκη. Μακεδόνιος δὲ οὑτοσὶ καὶ δι᾽ ἐπιείκειαν, καὶ σωφροσύνην, καὶ βεβαιότητα τρόπων πάλαι θαυμάζεται παρ᾽ ἡμῖν. ἓν δὲ αὐτὸν μέμφομαι μόνον. ὅτι δὴ σκιρτήσας (2) ἐν Μουσῶν κήποις ἐξηνέχθη πρὸς βίον, ἐν ᾧπερ ἐστὶ νῦν. Εἰ γὰρ πλουτεῖν ἐντεῦθέν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἐκεῖθέν γε εὐδοκιμεῖν. Τῷ δὲ ἐλπίδες μέν εἰσι χρημάτων, χρήματα δὲ οὔπω. γένοιτο δ᾽ ἂν σου βουλομένου. Δίκαιον δὲ, μήτω τὸν ἄνδρα περιϊδεῖν καὶ τοῦ βήματος (3) ἐκπεσόντα, καὶ δι᾽ ἃ τοῦ βήματος ὑπερεῖδε.

FLORENTIO.

Donec tua in nos benevolentia incrementum capiat, quaedam nobis ad te pro amicis scribendi incumbit necessitas. Jam *Macedonius* hic propter modestiam, & prudentiam, & morum constantiam pridem nobis admirandum se praestat. Unum tantum est quod in eo reprehendo, quod scilicet in Musarum hortis olim exultans ad illud vitae genus, in quo nunc est, deflexit. Nam si hinc divitias accumulare, at inde gloriam parare licet. Huic autem spes quidem pecuniarum affulget, opes vero nondum suppetunt. Suppetent autem, te volente. Fas vero est, non permittere, ut homo, qui suggestu excidit, ea quoque amittat, ob quae contempsit suggestum.

LXXXIV. ΘΕΜΙΣΤΙΩι. (1)

Οὐκ ἄρα διὰ σπουδῆς μόνον πληροῖς τὸ βουλευτήριον βουλευτῶν, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ εὕδοντι κύρτος (2). Κέλσος γὰρ ὁ τῶν μὲν παρ᾽ ἡμῖν ἄριστος, τῶν δὲ ἐκεῖ μετὰ σὲ τοῦτο ἀκοῦσαι πρέπων, αὐτόματος * ἐπ᾽ ἀγαθῶν συνέδριον ἀγαθός. καίτοι πάντα ἡμῖν κεκίνηται, ὥστε τὸν ἄνδρα τῶν παρ᾽ ἡμῖν (3) προστῆναι πραγμάτων (4). Ὁ δὲ ἔφασκε χώραν

THEMISTIO.

Non itaque studio solum ac labore curiam reples Senatoribus, sed & dormienti tibi pendet sagena. *Celsus* enim, nostrorum hominum optimus, atque ita post te inter vestros appellari promeritus jam per se ad bonorum virorum consessum idoneus. Quamvis itaque omnia a nobis tentata sint, ut hic vir nostrae Reipublicae praeesset, ipse tamen eam regionem se

IX. 2. (4) ἐπαινετὸν ἐστι, *Ambros.* T. 231. male, forte ex non recte intellecta Graecae phraseos, quae in contextu est, notione. De hac vero Graece mediocriter peritis constat. (5) Ὁμολογῶ h. l. est *polliceri*, quem significatum verbo vindicavit *Salmasius* de modo usurarum p. 707. (6) *Pichonius* τὸ ὡς nimis superstitiose vertit *sicut*. Taceo alia prave expressa.

EP. LXXXII. (1) *Morellus* II. ep. 24. *Pichonius* & *Salvinius* Lat. *Evagorae* inscribitur in *Baroccian.* 9. & *Mutinensi* C. (2) Πολὺν *Reg. max.* (3) Ἂν omiserat *Morellus*, quod ex *Reg. max.* & *Barocc.* addidi. (4) Ita *Barocc.* recte, pro κατὰ τὸν νόμον, quod Morellus & codices quidam exhibent. Hos propere secuti *Pichonius* & *Salvinius* vertunt, ille, *ex legis praescripto*, hic, *secundum leges*. Sensus omnino est, Magnum nihil amici literis daturum, quod legibus sit *adversum*. (5) *Pichonius* male: *quemadmodum enim non omnia nosti condonare; ita non ubivis gratum facere fugis.*

EP. LXXXIII. (1) *Morell.* II. ep. 25. *Pichonius* Lat. (2) Verti etiam poterat *lasciviens*, ut sic forte negligentia aliqua in literis indicetur. (3) βῆμα Graecis & *rostra* infert, ex quibus causae perorantur, & *tribunal*, ex quo sententia à judice pronunciatur. Vide Ill. *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Orationes p. 214. Prius hic primum patet. Poterat scilicet *Macedonius*, Libanii judicio, ex caussis agendis nomen sibi comparare, qui aliud vitae institutum, militare fortasse, vel civile erat consectatus. *Pichonius* obscuro vel nullo fere sensu ita: *Nequaquam vero aequum est, virum despicere, & è suggestu delapsum, & eam ob rem suggestum contempsit.*

EP. LXXXIV. (1) *Morell.* II. ep. 26. *Pichonius* Lat. sed obscure, & interdum sine sensu. *Salvinius* Lat. rectius. *Fabricius* Gr. & Lat. Vol. VIII. p. 50. optime. (2) Εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ, *dormienti rete capit*, proverbialiter de iis dicitur, quibus aliud agentibus res feliciter procedit. Vide *Erasmi* & aliorum adagia p. 116. * Alluditur ad *Platonem* in limine Symposii: Ἕπου τοίνυν, ἔφη, ἵνα καὶ τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν, μεταβαλόντες, ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί. (3) *Salvinius* vertit; *vestris rebus*. Itaque legit, παρ᾽ ὑμῖν, male. (4) Προστῆναι πραγμάτων. Vide quae scripsimus in Curis

se consectari dixit, quam laudasset *Themistius*. Nec callidum hoc commentum ignoro. Alii quidem illuc piscosi Bospori amore currunt: hic autem magistratus desiderio non tenetur, sed sperat, si civis vester fiat, tecum victurum. Hoc vero est in Philosophia vivere, in qua cum non parum Sicyone profecerit, maximos apud te progressus facturum se sperat. Meae quidem res deterius habebunt, absente adjutore, in cujus sinum tristia quaeque effundens levabar. Hunc praesentem non habens dolebo. Sed modo *Celso* bene sit, meaeque res utcunque se habeant, omnino ex ejus fortuna meam solabor. Nunc quidem ipsum & mater, & ego, multique alii adhuc retinemus, tanquam qui possit ante hiemem & nobis gratificari, & ad vos venire. Interim codicilli de eo ipsum profecturum praeverterunt, de quibus consueta facies, cavens inprimis, ut mediocris sit impensa. Visum enim nobis est pulchrius, illum, civem jam factum, quam in posterum futurum, ad vos commeare.

ἔφη διώκειν, ἣν ἐπῄνεσε Θεμίστιος. καὶ τὸ σόφισμα οὐκ ἀγνοῶ. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι Βόσπορον ἰχθυόεντα ποθοῦντες ἐκεῖσε τρέχουσι, τῷ δὲ τῆς μὲν ἀρχῆς οὐ μέλει. νομίζει δὲ εἰ πολίτης ὑμέτερος γένοιτο, μετὰ σοῦ βιώσεσθαι. τοῦτο δέ ἐστιν ἐν φιλοσοφίᾳ βιῶναι, ἧς οὐκ ὀλίγον ἐν Σικυῶνι μεταλαχὼν, μάλιστα προσδοκᾷ μεταλήψεσθαι (5) παρὰ σοῦ. Ἐμοὶ μὲν ἕξει τοὐμὸν ἐπιτήδευμα χεῖρον τοῦ παραβοηθοῦντος ἀπόντος, καὶ πρὸς ὃν ἐκφέρων τὰ λυποῦντα ῥᾴων ἐγιγνόμην. τοῦτον ἐγγὺς οὐκ ἔχων ἀνιάσομαι. Γιγνέσθω δὲ ἀγαθόν τι Κέλσῳ, καὶ τἀμὰ, ὅπῃ βούλεται (6), χωρείτω. πάντως ἐκ τῆς τοῦδε παραμυθία τοῖς ἐμοῖς. Νῦν μὲν οὖν αὐτὸν ἥτε μήτηρ καὶ ἐγὼ, καὶ πολλοὶ κατέχομεν (7), ὡς ἐνὸν πρὸ τοῦ χειμῶνος ἡμῖν τε χαρίσασθαι, καὶ παρ' ὑμᾶς ἐλθεῖν (8). Ἔφθη δὲ αὐτὸν ἡ περὶ αὐτοῦ δέλτος (9), ἐφ' ᾗ τὰ εἰωθότα πράξεις παρατηρῶν ὅπως ἔσται μέτριον τὸ ἀνάλωμα. Ἐδόκει γὰρ ἡμῖν εἶναι χαριέστερον ἤδη πολίτην αὐτὸν γεγενημένον, ἢ γενησόμενον αὐτὸν (10) ἰέναι.

DOMNIONI.

Silvanus, discipulus tuus, inter causarum patronos inscriptus est, Modesto valde humaniter eum provehente. Legum itaque peritiam, ubi in foro dimicandum fuerit, demonstrabit: morum vero praestantiam nobis pridem probatam fecit. Qua quidem in re tuus mihi discipulus videtur fuisse, non exiguam morum tuorum partem consecutus, propter quos magis, quam ex legum notitia tu laudaris. Te itaque, ut fas est, tanquam magistrum, amans, me amat, qui se hoc ipso gratum tibi facturum norit.

LXXXV. ΔΟΜΝΙΩΝΙ. (1)

Σιλβανὸς ὁ μαθητής σου τοῖς συνηγόροις ἐγγέγραπται, μάλα ἡμέρως αὐτὸν προαγομένου (2) Μοδέστου. Τὴν μὲν οὖν τῶν νόμων ἐπιστήμην, ὅταν ἀγωνίζηται (3), δείξει (4). τὴν δὲ τῶν τρόπων ἀρετὴν πάλαι δεδήλωκεν ἡμῖν (5). καί μοι δοκεῖ κατὰ τοῦτο μαθητής σου γεγονέναι, τῶν σῶν οὐκ ὀλίγων μεταλαβὼν τρόπων, δι' οὓς ἐπαινῇ πλέον, ἢ τοὺς νόμους. Φιλῶν δέ σε, ὥσπερ εἰκὸς, διδάσκαλον, ἐμὲ φιλεῖ, διότι σοι ταύτῃ χαριζόμενος οἶδεν.

LEONTIO.

Accepi tuam, eamque priorem epistolam, neque facile tu conjeceris, quanta cum voluptate. Id vero in ea erat suavissimum, quod, cum audivisses, me literas ad te scripturum, literas autem nondum haberes, id fecisti, quod facere eum par erat, qui accepisset. Qui autem tuas mihi reddidit, in foro reddens, dixit, statim se venturum in curiam, ubi commoror. Fortunae enim fanum, optime *Leonti*, cum ceteris ornamentis oviumque gregibus, quos olim pavit, spoliatum est, nobisque lacrymandi causam praebet praetereuntibus. Quamvis igitur ille quidem venturum se dixisset, cupiditatemque quandam prae se tulisset, tanquam a vento surreptus, nusquam mihi occurrit. Atque ego quidem existimabam invitum fuisse abla-

LXXXVI. ΛΕΟΝΤΙΩι. (1)

Ἔλαβόν σου καὶ τὴν προτέραν ἐπιστολὴν, οὐδ' ἂν εἰκάσαις, ὅπως ἡδέως. Ἦν δὲ ἥδιστον αὐτῆς, ὅτι ἀκούσας, ὡς γράψοιμί σοι, τὰ γράμματα (2) δὲ ἔχων οὔπω, τοῦτο ἐποίησας, ὅπερ ἦν εἰκὸς τὸν ἔχοντα. ὁ μέντοι (3) δοὺς ἐμοὶ τὰ παρὰ σοῦ, δοὺς ἐπ' ἀγορᾶς, καὶ φήσας, αὐτίκα ἥξειν εἰς τὸ βουλευτήριον, οὗ διατρίβω. Τὸ γὰρ τῆς τύχης ἱερὸν, ὦ καλὲ Λεόντιε, μετὰ τῆς ἄλλης αἴγλης, καὶ τῶν ποιμνίων, ἃ ποτε ἔτρεφεν, ἐστέρηται, καὶ ἔστιν ἡμῖν ἀφορμὴ δακρύειν, ὁπότε παρίοιμεν. Εἰπὼν οὖν ἐκεῖνος, ὡς ἥξει, καί τινα προθυμίαν ἐνδειξάμενος, ὥσπερ ἁρπασθεὶς ὑπ' ἀνέμων, οὐκ ἔτ' ἐνέτυχέ μοι. κἀγὼ ᾤμην αὐτὸν ἄκοντα ἀπεσπάσθαι. ὁ δ' ἄρα ἐνταῦθα ὢν ἀπεδίδρασ-

Curis nostris ad 1 *Tim.* III. 5. & Tit. III. 8. (5) Μεταδώσειν *Reg. max.* male. (6) Ὅπως βούλοιτο *Barocc.* 9. eodem sensu, & forte rectius. (7) Κατέχομεν νῦν, *Barocc.* omisso antecedenti αὐτὸν. (8) Sensus est, Celsum per aestatem apud suos commorari, & vel sic ante hyemem apud Themistium esse posse. (9) Literas intelligit, quibus opus erat ad jus civitatis obtinendum. (10) Deest αὐτὸν *Ambros.* T. 5. quo nec admodum opus est.

EP. LXXXV. (1) *Morellus* II. ep. 27. & *Pichonius* Lat. (2) Προαγόντων *Reg. Berol.* (3) Ἀγωνίζεσθαι *declamare* generatim significat. Vide *Philostratum* Vit. Sophistar. l. 20. §. 2. & *Cresollium* p. 256. Theatri Sophistarum. Adhibetur vero deinde de quibusvis causarum generibus, sive in foro, sive in Rhetorum cathedra agantur. Ita utroque modo ἀγῶνες Graecis dicuntur. Vide *Exech. Spanhemium* ad Juliani Orationes p. 11. Ad prius genus hic respici manifestum est. Sic ἀγὼν & δίκη idem volunt, quod *Salmasius* in Observationibus ad jus Atticum p. 304. ostendit. (4) δείξει, *Reg. max.* (5) *Vobis* vertit *Pichonius*, quasi legerit ὑμῖν, male.

EP. LXXXVI. (1) *Morell.* II. ep. 28. *Pichonius* & *Salvin.* Lat. (2) Sic scripsi cum *Med.* B. & *Reg. Berol.* pro περίγραμμα, quod habet *Reg. max.* & Latine expressit *Pichonius*, nullo sensu. *Salvinius* recte nostram lectionem secutus est. (3) Ὁ γάρ τοι, *Reg. Berol.*

δέρασιν. τὸ γὰρ ὡς ἐνταῦθά ἐστιν (4), ἤκουσα παρὰ τοῦ τὰ δεύτερα δόντος. καὶ ἴσως συνεγένετο συμμορίᾳ κολάκων, οἷς τὸ μὴ παρ' ἐμοῦ γράμματα λαβεῖν κεχάρισται. εἰ δὲ ἐκείνοις ἐντετυχήκει, πρότερον ἢ ἐμοί, πάντως ἂν αὐτοῖς (5) ἐχαρίζετο, καὶ τὸ μὴ τὰ σὰ δοῦναι. ἐθαύμασα δὲ, ὅπως οὐδ' οἷς νῦν ἔγραψας, ἔδειξας ὡς κομίσαιό μου τὴν ἐπιστολήν. καὶ πανταχῆ τὸ πρᾶγμα στρέφων, οὐκ ἔχω τὴν αἰτίαν εὑρεῖν. Τὸ μὲν γὰρ ἐλθεῖν ὡς ὑμᾶς (6) Εὐμάθιον, δηλοῦται τοῖς παρ' Ἰφικράτους δεῦρ' ἐλθοῦσι γράμμασιν· ἥκοντα δὲ παρ' ὑμᾶς οἶμαι μὴ δοῦναι λόγον οὐκ εἶχεν (7), ὑπὲρ οὗ πολλοὺς καὶ καλοὺς διῆλθε λόγους, καὶ πρὸς ὃν δεῖν ἐπιστέλλειν οὐκ ἀπῆκε λέγων. ὥστε ἐγὼ μὲν πολλάκις ἠρόμην, ὃν ἦγε νέον, εἰ τέθνηκεν ὁ παιδαγωγός. Οὐ γὰρ ἂν ἐδόκει μοι ζῶν τοῦτο ἁμαρτεῖν (8). Τοῦ δὲ λέγοντος, ὡς περίεστιν, ἀπορῶν οὐ πέπαυμαι. Φράσον οὖν εἴτ' ἔλαβες, εἴτε μή· τῷ μὲν γὰρ ἡσθήσομαί σοι (9), τὸ δ' ἀντίγραφά σοι τῶν προτέρων ποιήσει πέμπειν.

latum. Ille vero; cum hic esset, aufugit. Esse enim heic loci ab eo audivi, qui posteriores tuas mihi reddidit. Fortasse in assentatorum quorundam cohortem incidit, quibus id dedit, ut literas a me non acciperet. Quod si illis ante, quam mihi, occurrisset, omnino in ipsorum gratiam etiam tuas non dedisset. Miratus autem sum, quod iis, quas nunc scripsisti, meas te accepisse non significasti. Rem in omnes partes versans, causam invenire non possum. *Eumathium* enim ad vos venisse ex *Iphicratis* epistola huc perlata constat. Veniens vero ad vos, nullam, ut opinor, cur non redderet, causam habuit, cum super hoc multa & praeclara verba fecerit, & ad quem scribere oporteret, dicere non omiserit. Propterea ego adolescentem, quem secum ducebat, saepe interrogavi, num mortuus esset paedagogus. Neque enim mihi videbatur superstes ita fuisse peccaturus. Illo autem dicente, superesse in vivis, animi pendere non desino. Significa igitur, utrum acceperis, nec ne. De illo tibi gaudebo; hoc autem efficiet, ut priorum exemplum ad te mittam.

LXXXVII. ΦΙΛΑΓΡΙΩι. (1)

Ἄσμενος ἐδεξάμην σου τοὺς υἱεῖς. τί δ' οὐκ ἔμελλον, οὓς καὶ ἐμαυτοῦ νομίζω; περὶ δὲ τῆς προτέρας βουλῆς ἄμεινον σιγᾷν ἢ ζητοῦντα ἀπολογήσασθαι, μηδὲν ἔχειν ἰσχυρὸν (2) εἰπεῖν. Καὶ γὰρ εἰ δεινότατος σύγε τῶν (3) σοφιστῶν, ἀλλὰ τάγε τρὶς τέτταρα δώδεκα (4), κἂν Φιλάγριος ἄλλο τι περὶ αὐτῶν ἐπιχειρῇ λέγειν. ὃ μέντοι παθὼν οἶδα διὰ τὸ σὸν βούλημα (5), φράσω, καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι πρὸς φίλον. Ἐγὼ νέους φεύγοντας οὐδεπώποτε ἐδίωξα (6). οὐδὲ γὰρ τὰς κρήνας ἑώρων χωρούσας παρὰ τοὺς χρῄζοντας πιεῖν (7). ἀλλ' ᾤμην δεῖν τοῖς μὲν προσιοῦσιν εὔνοιαν ὀφείλεσθαι (8), τοῖς δ' ὑπερορῶσι τοῦτο αὐτὸ ὑπερορᾶσθαι. Καὶ δὴ καὶ διὰ τοῦτο δόξα μοι γέγονεν, ὡς εἴην σεμνότερος (9), ὅτι μηδὲν ὑπέμεινον ταπεινόν. Τῶν μέντοι παίδων (10) ὡς (11) ἑτέρων τρεπομένων ἀνιαθῆναί τι (12) ὁμολογῶ, καὶ κινηθῆναι ταύτην τὴν ψῆφον βουληθῆναι, καίτοι πλείους ἦσαν, οἱ τῆς ἐπιλαμβανόμενοι

PHILAGRIO.

Lubens filios tuos accepi, & qui aliter facturus essem, cum & meos illos esse existimem? De priori vero isto consilio praestat tacere, quam defensionem quaerendo nihil solidi afferre posse. Si enim sophistarum esses disertissimus, ter quatuor tamen efficient duodecim, si vel maxime *Philagrius* aliud quid pronunciare instituat. Quid interim ex illo tuo consilio evenisse mihi sciam, dicam, nec amicum te quicquam celabo. Equidem juvenes fugientes nunquam consectatus sum: neque enim fontes ad eos vidi accedere, qui potu indigerent. At adeuntibus quidem benevolentiam, contemnentibus autem contemtum deberi existimavi. Ac inde quidem haec mihi fama nata est, quod fastuosior sim, quia nihil abjectum sustinui. Interim, cum filii tui ad alium se conferrent, afflictum me esse fateor, &, ut haec sententia mutaretur, cupiisse, quamvis plures fuerint, qui sententiam tuam reprehenderent, quam qui imperitiae meae id facerent argumentum. Cum vero

(4) Ἦν pro ἐστὶ *idem* habet, fortasse rectius. (5) Αὐτοῖς abest ab *eodem*. (6) ἡμᾶς, *idem*, male. (7) *Morellus* male: ἥκοντα δὲ παρ' ὑμᾶς οἶμαι δοῦναι λόγον. οὐκ εἶχεν. Pro eo *Reg. max.* habet ἥκοντα δὲ, ceteris retentis. Pro his autem ex *Reg. Berol.* ea, quae legis, scripsi, a Salvinio item ex Medic. expressa. Τὸ μὴ per posteriorem syllabam verbi οἶμαι exclusum videtur fuisse. (8) Haec ita Salvinius: *non enim mihi videbatur*, *vivo illo*, *hoc erratum fuisse facturus*. Enimvero sermo est de *Eumathio*, qui, si vivus ad Leontium non venisset, epistolam suam recte curasse Libanio merito videbatur. (9) *Med. B.* τῷ μὲν γὰρ ἡσθήσομαι ποιήσεις τὸ δ' qui & sequens ποιήσει omittit.

EP. LXXXVII. (1) *Morell.* II. ep. 29. *Pichon.* & *Salvin.* Lat. *Centuria* mea epistolarum p. 147. Gr. Lat. ex *Anglic.* Codd. (2) Μηδὲν ἰσχυρὸν ἔχειν. *Anglic.* ceteri praesentem lectionem tuentur. (3) τῶν non habent *Reg. max.* & *Berol.* nec *Morell.* (4) Videtur hoc olim proverbialiter dictum fuisse de re, de cujus veritate dubitari nequeat. (5) Sic scripsi cum *Reg. max. Berol* & *Morello*, pro quo olim dederam βούλευμα. (6) Amolitur à se commune fere Sophistis Discipulos sibi conciliandi studium, de quo alibi ad has epistolas dicemus. (7) *Pichonius* male: *Neque enim fontes videbam sufficientes iis*, &c. χωρεῖν hic significat *accedere*, quod patet ex verbo proxime sequenti προσιοῦσι. (8) Eadem phrasi de re venerea εὔνοιαν utitur D. Paulus 1 Cor. VII. 3. (9) Poterat verti, *severior*, *gravior*. Malui *fastuosior*, vel, *superciliosior*, quo sensu exstat apud *Aristophanem* in Nubibus v. 48. ubi conferendus erit praeter Scholiasten *Ezech. Spanhemius*. (10) De *Philagrii* filiis, qui olim in Libanii disciplina fuerant, sermonem esse ex sequentibus patet. Id disertius exprimit *Reg. Berolin.* qui post τρεπομένων addit τῶν νῦν. (11) ὡς h. l. idem est quod ὥστε, neque tamen existimem cum *Lamb. Bos* p. 254. de Ellipsi Gr. L. τὸ ὥστε esse subintelligendum, cum duae illae particulae ita comparatae sint, ut altera alterius significationem frequenter induat. (12 δάκνειν τὴν ψυχὴν, τὴν καρδίαν, ἢ τὸν θυμὸν dicunt Graeci, quod *invidere*, & *pungere cor* alicui i. e. *angere*, *divexare*, *cruciare*, Latini, & δάκνεσθαι τὴν καρδίαν ἢ τὸν θυμὸν *corde mordere* dicunt. Vide *Th. Gatakerum* ad M. Antonin. XI. §. 18. Confer *Aristoph.* Acharn. v. 1. δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν, ibique Ludolph. Kusterum: nec minus *Adr. Junium* Centur. II. 58. Adagior. Liban. in Orat. de pact. ὁ διδάσκαλος διαρρήγνυται τὴν καρδίαν, ὃς ὁ χθὲς μαθητὴς σήμερον ἰδίᾳ γέγονεν;

(13) Ver-

vero jam tibi ipsi persuaseris, non esse consultum, in eadem sententia permanere, noli putare, ulla apud me exhortatione opus esse, sed apud te ipsum potius pro illis. Praeter cetera enim ipsorum juvenum vultus, paterni me admonentes, industrium me faciunt. Praeterea vero *Eutychius*, tibi quidem amicissimus, noster autem affinis, cui nisi gratificarer, iniquus forem. Hic & filios tuos, & fratrem suum ad me adducens, non magis hunc, quam illos amare se ostendit. Propterea etiam aestatis consuetudo in his solis abrogata est, ut & ipse laetaretur, & tibi, quod par est, praestaretur.

μενοι (13) γνώμης, ἢ οἱ τῆς ἐμῆς ἀμαθίας τοῦτο ποιούμενοι σημεῖον. Νῦν οὖν ἐπειδὴ σαυτῷ διελέχθης, ὡς ἄρα οὐκ ἄμεινον ἐμμένειν τοῖς δεδογμένοις, μηδὲν οἴου δεῖσθαι πρὸς ἐμὲ (14) παρακλήσεως, εἰ μὴ πρὸς σαυτὸν ὑπὲρ αὐτῶν. Ἀνθ' ὧν γὰρ τῶν ἄλλων αὐταὶ τῶν νέων αἱ μορφαὶ τοῦ πατρὸς ἀναμιμνήσκουσαι ποιοῦσιν ἐνεργόν. Καὶ μὴν καὶ Εὐτύχιος, σοὶ μὲν φίλος, κηδεστὴς δὲ ἡμέτερος (15), ᾧ μὴ χαριζόμενος ἀδικοίην ἄν. οὗτος ἄγων παρ' ἐμὲ παῖδάς τε τοὺς σοὺς καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν ἑαυτοῦ, οὐ μᾶλλον ἔδειξεν ἐκεῖνον φιλῶν ἢ τούτους. Διὸ δὴ καὶ τοῦ θέρους ὁ νόμος ἐπὶ τούτων λέλυται μόνων, ὅπως τε ἐκεῖνος εὐφραίνοιτο, καὶ σοί τι τῶν δεόντων γίγνοιτο.

C L E A R C H O.

Ecce etiam *Zoilus* ad te venit, hero quidem suo praeclara officia praestans, sed rebus maxime urgentibus ablegatus. Ministerio enim, quo heic fungitur, subducendus videbatur, ut, quae apud vos geruntur, in ordinem redigeret. Quamvis verear, ne, sicut literae nostrae permultae, ita & *Zoilus* frustra ad vos venerit. Ita nos abjecisti. Ut tamen ministri hujus praesentia animus in nos tuus rectius explorari possit, venit is, intellecturus, num optimus *Clearchus* mutatus sit, & ex Diomede factus nobis sit Rheginus.

LXXXVIII. ΚΛΕΑΡΧΩι. (1)

Ἰδού σοι καὶ Ζωΐλος ἥκει, τὰ πλεῖστα μὲν ἄξια τῷ δεσπότῃ διακονῶν, τῇ δὲ ἀνάγκῃ τῶν περιεστηκότων ἀποσταλείς (2). Τῆς γὰρ ἐνταῦθα θεραπείας ἐδόκει δεῖν ἀφελεῖν, ἐπὶ τὸ τάχει καταστήσασθαι. Καίτοι φοβοῦμαι μὲν, μὴ καθάπερ τὰ πολλὰ παρ' ἡμῶν γράμματα, καὶ Ζωΐλος ἢ μάτην ἀφιγμένος. οὕτως ἡμᾶς ἀπέρριψας. ἀλλ' ἐπειδὴ γένοιτο ἂν ἀκριβεστέρα βάσανος τῆς σῆς γνώμης ἡ παρουσία τοῦ παιδὸς (3), ἥκει μαθησόμενος, εἰ Κλέαρχος ὁ καλὸς μεταβέβληται, καὶ γέγονεν ἡμῖν Ῥηγῖνος ὁ Διομήδης (4).

T H E M I S T I O.

Per Deos & Philosophiam opis aliquid fer magistro *Cleobulo*. Justa enim postulat, tibi vero cum justis stare solemne. Et nutu solum opus est, ut, qui nunc injuria eum afficiunt, moderatiores videamus. *Alexander* sane & *Severus* vere biga sunt Crobyli, quos citius ajunt spirare desituros, quam male facere. Ubi vero sciverint, id non passurum *Themistium*, si non volentes, certe nolentes fortasse fuerint meliores. *Zoilus* vero ablegatus est, ut & doceat te, si qua opus est, auremque tibi vellat; si publicae rei cura te ab hac providenda abduxerit. Scripsi haec, aegrotante *Cleobulo*, aegrotat vero ex animi moerore, quod duo ipsi insultant scarabaei. Si igitur cito aliquid perficiatur; credibile est, & hunc convaliturum, & tibi ex amico servato gloriam cessuram.

LXXXIX. ΘΕΜΙΣΤΙΩι. (1)

Πρὸς θεῶν (2) καὶ φιλοσοφίας, νεῖμόν τι βοηθείας τῷ διδασκάλῳ Κλεοβούλῳ (3). δίκαιά τε γὰρ δεῖται, καί σοι μετὰ τῶν δικαίων ἔθος ἑστάναι καὶ ἅμα δεῖ νεῦσαι (4), καὶ τοὺς νῦν ὑβρίζοντας (5) ὄψεταί τις μετρίους. Ἐστὸν μὲν οὖν Ἀλέξανδρός τε καὶ Σεβῆρος ἀτεχνῶς Κρωβύλου ζεῦγος (6). καὶ πρότερόν φασι τοῦ ἐμπνεῖν ἢ τοῦ κακουργεῖν παύσασθαι (7). γνόντες δὲ, ὡς οὐκ ἐπιτρέψει Θεμίστιος, εἰ καὶ μὴ ἑκόντες, ἀλλ' ἄκοντες ἴσως ἔσονται βελτίους. Ζωΐλος δὲ ἀπέσταλται διδάξων τε εἴ τι δέοιο, καὶ ὑπομνήσων, εἴ σε τὸ πλεῖστον κήδεσθαι τῶν περὶ ταῦτα προνοίας ἀπάγοι. Ταῦτα ἔγραφον, ἀσθενοῦντος Κλεοβούλου, νοσεῖ δὲ ἀθυμῶν, οἷς αὐτῷ (8) καταθέουσι δύο κανθάρω (9). Ἢν οὖν τι ταχέως πραχθῇ, τοῦτόν τε εἰκὸς ἀναστῆναι (10), καί σοι δόξαν ἔσεσθαι τὴν τοῦ σεσωκέναι φίλον.

P A R-

XC.

(13) Verteram olim *subscribentes*; Salvin. habet *amplectentes*. *Pichonius* rectius, *reprehendentes*. Ita sensus jubet. Sic mox ep. 91. ἐπιλαβὼν τοῦ λόγου. (14) πρὸς ἡμᾶς *Reg. Max.* (15) Salvinius: *matris gener*, quasi legisset: κηδεστὴς μητρός. (16) θέρους νόμος ferias in scholis aestivis infert, quae hodie caniculares vocari solent.

EP. LXXXVIII. (1) *Morell.* II. ep. 30. *Pichonius* Lat. (2) Vox haec in *Regio max.* alteri plane erasae substituta est; eandem vero *Voss.* & *Vatic.* B. clare exhibent. (3) παῖς *servum* h. l. significat, quod sermonis series ostendit. Compara, quae de hoc significatu in Vol. I. *Curarum* mearum ad Evangelistas p. 212. 631. & 1068. (4) Proverbium fuisse videtur de animi mutatione in deterius facta.

EP. LXXXIX. (1) *Morell.* II. ep. 31. *Pichonius* Lat. & *Fabricius* Biblioth. Graec. Vol. VIII. p. 38. Gr. Lat. (2) πρὸς τῶν *Med.* C. male. (3) Deest in *Ambros.* T. 231. (4) Proverbialis locutio, de qua *Erasmus* in Adagiis p. 544. (5) ὑβριζομένους habet *Morellus*, ex prima Codicis Regii Paris. maximi scriptura, quae tamen a manu recentiore in ὑβρίζοντας mutata est. *Vossianus* ex emendatione recente habet ὑβρίζοντας, cum quo convenit *Ambros.* T. 231. Sic & *Benzel.* A. recte. (6) *Crobyli jugum*, proverbium à Crobylo quodam, duo scorta in adolescentum perniciem alente. Vide *Erasmum*. Alia hic cogitabat *Pichonius*, *jugum Cleobuli* in versione afferens. Κροβύλου scribit *Ambros.* T. 231. (7) Et hoc proverbialiter videtur dictum, quod innuit vox φασί. Pro παύσασθαι fortasse rectius legeris παύσεσθαι. (8) αὐτοῦ *Ambros.* T. 231. (9) Alluditur forte ad proverbium: κανθάρου σοφώτερος, *canthare astutior*, de quo *Erasmus* p. 351. (10) ἀνιᾶσθαι. *Benzel.* A.

EP. XC.

XC. ΠΑΡΝΑΣΙῼ. (1)

Οὐκ ἀνέξομαι τῆς εἰκόνος, οὐ γὰρ ἔοικε τοῖς σοῖς. Μέμνησαι μὲν γὰρ μικρὰ δή τινα κεκτημένων καὶ διαμηχανωμένων, ὅπως ἐλάττω δόντες πλείω λάβωσι παρὰ τῶν πλουσίων. Ἔστι δέ σοι ῥεύματα ἐπιστολῶν οὐκ ἐλάττω γε, ἢ παρ' ἡμῖν (2), οἷς εἶναι πλείω λέγεις. Μὴ τοίνυν ἴσην κεκτημένος οὐσίαν εἰς τοὺς πένητας γράφε σαυτὸν, ἀλλ' ἐὰν, ὁπόσα πέμπεις, λαμβάνῃς (3), μηδὲ ἀδικεῖσθαι νόμιζε.

PARNASIO.

Non feram comparationem illam tuam: neque enim rebus tuis convenit. Meministi enim hominum exigua quaedam possidentium, & operam dantium, ut leviora dantes ipsi ampliora accipiant a divitibus. Sunt autem tibi epistolarum affluentiae non minores, quam nobis, quibus plures esse dicis. Noli igitur opibus aequalibus instructus pauperibus te adscribere; nec si, quantum mittis, tantundem recipis, injuria te affici puta.

XCI. ΚΡΑΤΙΝῼ. (1)

Ἀλλ' οὐδὲ ἡ Ἑλένη τοῦ Τηλεμάχου τὸν πατέρα εὑροῦσα τῇ τοῦ Τηλεμάχου μορφῇ, οὐδέ γε ὁ Μενέλεως ὁμολογήσας τῇ γυναικὶ (2), καὶ εἰπὼν περί τε τῶν χειρῶν, καὶ ποδῶν, καὶ ὀφθαλμῶν, καὶ τῶν ἄλλων, ἃ δὴ καὶ λέγει, οὔτε αὐτὸν ὑβρίζει τὸν νεανίσκον, οὔτε τὸν ἐκείνου πατέρα. ἀλλά μοι δοκεῖ μὴ ἂν ἧττον ἡσθῆναι ταῦτα ἀκούσας Ὀδυσσεὺς, ἢ ὅτι Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν (3). Οἶσθα δέ που καὶ ἄλλον εὐδαιμονίας μέρος ἡγούμενον τὸ ἐοικέναι τέκνα γονεῦσι (4). πρὸς τί δὲ βλέπων ἐπελάβου τοῦ περὶ ῥινὸς λόγου; ἐγὼ μὲν γὰρ ὅπως σε εὐφρανοίμι, τοῦτο ἔγραφον. ἔοικα δέ τις εἶναι σκαιὸς καὶ ἀμαθής. ὅρα οὖν, εἰ σοι καλῶς ἕξει διαβῆναί τι (5) ταυτησὶ τῆς ἀπαιδευσίας εἰς τὸν σὸν υἱόν. ὡς ἐγὼ μὲν, ὧν κέκτημαι, μεταδοῦναι πρόθυμος· εἰ δὲ τῷ λαμβάνοντι τὸ λαβεῖν οὐ βλάβος, Κρατῖνος ὁ καλὸς σκοπείτω.

CRATINO.

Sed nec Helena, Telemachi patrem ex forma Telemachi cognitum habens, neque Menelaus, uxori assentiens, & de manibus, pedibus oculisque, & praeterea aliis, quae affert, verba faciens, vel adolescentem ipsum injuria afficit, vel illius parentem. Mihi potius non minore laetitia affectus videtur fuisse ista audiens Ulysses, quam ubi sacrum Trojae oppidum evertit. Nosti vero etiam alium felicitatis partem putare, si filii Parentibus sint similes. Quid igitur cogitans in meum de naso sermonem animadvertisti? Ego enim hoc omne, ut te delectarem, scripsi. At improbus tibi & imperitus sum visus. Vide igitur, num e te tua sit futurum, si quid hujusmodi procacitatis in filium tuum derivetur, cum, quae ipse possideo, libenter cum aliis communicare soleam. Num vero accipienti accepisse non sit nociturum, optimus Cratinus videat.

XCII. ΛΕΟΝΤΙῼ. (1)

Τὴν δευτέραν οὑτοσί μοι δοὺς ἐπιστολὴν, ᾤχετο ἐπὶ Φοινίκης. Νῦν γὰρ ἐπανήκοντος ἔγνων, τότε δὲ ἐθαύμαζον οὐ προσιόντα. ζητοῦντι δὲ γράμματα πάλαι ἔφην ἐπεσταλκέναι, τῷ δὲ οὐ δώσειν. Ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ τῆς Φοινίκης ἀπολελαυκέναι. Προσκειμένου δὲ καὶ δεομένου μὴ τοσαύτην δίκην ὑποσχεῖν, ἔδωκα τὴν ἐπιστολὴν, βέλτιον ἡγησάμενος τῆς τοῦ μὴ λαμβάνειν λύπης (2).

LEONTIO.

Alteram cum hic epistolam mihi redderet, proficiscebatur in Phoenicìam. Id enim nunc ex ipso redeunte cognovi, tunc vero mirabar, quod ad me non accederet. Petenti itaque literas respondi, me pridem scripsisse, ipsi vero minime daturum. Sufficit enim ipsi Phoeniciam vidisse. Cum vero instaret, peteretque, ne tam gravem lueret poenam, dedi illi hanc epistolam, cum bonum esse putarem ex tristitia, quam, si non acciperet, testabatur.

XCIII. ΠΑΝΝΥΧΙῼ. (1)

Ὅτι σοι (2) μὴ οἷός τε ἐγενόμην ἐνταῦθα συμμίξας γενέσθαι γνώριμος, ἐγκαλῶ (3) τῇ διὰ τοὺς νέους ἀσχολίᾳ (4). Καί σοι δέ που τάχ' ἴσως ἦν οὐκ ἀηδὲς, ἰδεῖν τέ με καὶ διαλεχθῆναι πρὶν ἢ τῆς ἀρχῆς ἅψασθαι. διεκώλυσε δὲ οἶμαι τὸ πλῆθος τῶν φροντίδων, ἃς ὑπὸ τῆς ἀρχῆς,

PANNYCHIO.

Quod tibi, habito heic congressu, familiarior reddi non potui, id quidem occupationibus adversus juvenes imputo. Tibi quidem forte non injucundum futurum erat videre me & alloqui ante, quam magistratum susciperes. Vetuit vero, opinor, curarum moles, quas ex magistratu antequam urbes adires, circa Praefectum habe-

EP. XC. (1) *Morell.* II. ep. 32. *Pichonius*, Lat. (2) ἢ παρ' ἐμοὶ, *Ambros.* T. 231. in qua vitiosa alioquin scriptura germana alia latere videtur, si legeris, ἢ παρ. Hoc enim optime responderit antecedenti: ἔστι δέ σοι, sine παρ. (3) λαμβάνεις, *Ambros.*

EP. XCI. (1) *Morell.* II. ep. 33. *Pichonius*, Lat. (2) Helenae & Menelaï de Telemacho, Ulyssis Patris formam exacte referente, colloquium lege apud *Homerum* Odyss. δ. v. 138. sqq. (3) *Homerus* Odyss. α. v. 2. de Ulysse: ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν. (4) Vid. *Hesiodum* Ἔργ. v. 182. & quae infra scribentur ad ep. 242. (5) τι illud deest in codicibus, quod tamen sensus mihi postulare videtur.

EP. XCII. (1) *Morell.* II. ep. 34. *Pichonius*, Lat. (2) Ultimam hanc periodum *Pichonius* in versione sua, nescio qui, omisit.

EP. XCIII. (1) *Morell.* II. ep. 35. *Pichonius* & *Salvinius* Lat. (2) σοὶ abest ab *Ambros.* T. 73. quod ceteri omnes recte tuentur. (3) *Morell.* ἐγκαλῶ, male. Nostrum habet *Barocc.* 9. & *Medic.* B. quod & Salvinius in versione expressit. (4) ἀσχολῇ legit *Anglic.* alius. (5) περὶ

fabebas. Rationi itaque consentaneum est, ut dolentes nos, quod convenire te non potuerimus, altera navigatione utamur, & vento frustrati ad remos veniamus, & scribamus. Ita te spero amicum me habiturum, te vero & literis meis delectatum iri, & meas confestim aemulaturum. Itaque, tanquam jam olim familiaris, in primis etiam his literis beneficium a te petere non vereor. Quae enim coram dicere me non puderet, ea nisi scriberem, injurius forem. *Pelagium*, & gentis suae & reliqui splendoris causa in iis, qui juxta Euphratem habitant, primas tenere, ipsum Euphratem, si voce uti daretur, spero dicturum. Is vero mecum scholas frequentavit, nobisque invicem jucunde fruebamur. Prae me autem à moribus is laudabatur. Neque enim id inficias ivero, honorificum mihi ducens, quod hujusmodi indolis adolescente viderer delectari. Et sane crevit cum ipso haec modestia, quam non minus ac Syri, illi, per quos profectus est, perspexerunt. Ad multos autem pervenit, quando legatione functus est, moribusque suis egregiam genti suae gloriam comparavit. Propterea in statu Reipublicae populari coronandus omnino fuisse videretur, qui tam praeclare egerit. Quod vero plurimum valet, perspicacitatem ac lenitatem tantam in ullum alium simul cecidisse nunquam vidi. Sedatum enim quomodo non acerbius aut severius esse judicabitur? severius autem fere est turbulentius. At noster quidem hic utrumque miscuit, & simul habitare persuasit, sedatam mentis indolem una cum consilii prudentia possidens. Ex quo fit, ut hinc quidem in inveniendo eo, quod decet, nemine sit inferior, hinc vero omnes superet. Loquendi tacendique tempus idem, si quis alius, novit; non minus autem bonum magistratum laudare, malo vero parcere didicit: facultates paternas tuetur, quae vero aliorum sunt, non deminuit. Ipse tu & haec & plura alia ad alium dixeris. Nautam enim omnino cognitum habet nauclerus, & saltatores coryphaeus. Hunc igitur talem choreutam curae tuae commendatum te habiturum scio, qui hoc ipso omnibus gratum sis facturus: Bonis enim omnibus noster hic curae est; subjectosque docturus, quod, quicunque virtuti studeat, priori apud te loco sit iis, qui illam

χῆς, πρὶν ἐπιβῆναι τῆς πόλεως, περὶ (5) τῆς ὑπάρχων εἶχες. Ἔχει οὖν λόγον ἀλγοῦντας (6) τῷ μὴ συγγεγονέναι, χρῆσθαι τῷ δευτέρῳ (7), καὶ τοῦ πνεύματος ἁμαρτόντας ἐπὶ τὰς κώπας χωρεῖν (8), καὶ ἐπιστέλλειν. Οὕτω δέ σε ἐλπίζω φίλον ἕξειν, καὶ τοῖς τε ἐμοῖς ἡσθήσεσθαι γράμμασιν, αὐτόν τε εὐθὺς ταῦτα μιμήσεσθαι. Ὥστε ὡς ἂν πάλαι συνήθης ἐν τοῖς πρώτοις γράμμασι καὶ χάριν αἰτῶν οὐκ ὀκνῶ. Ἃ γὰρ πρὸς παρόντα οὐκ ἂν ᾐσχυνόμην λέγων, ἀδικοίην μὴ γράφων (9). Πελάγιος ὅτι μὲν γένους τε ἕνεκα καὶ τῆς ἄλλης λαμπρότητος εἰς τὰ πρῶτα τελεῖ (10) τῶν περὶ τὸν Εὐφράτην, κἂν αὐτὸν εἰπεῖν τὸν Εὐφράτην οἶμαι, λαβόντα φωνήν. Ἐμοὶ δὲ συμφοιτητὴς, καὶ ἐχαίρομεν ἀλλήλοις. Ἐπῃνεῖτο δὲ μᾶλλον ὁ τῶνδε τρόπος. οὐ γὰρ ἀρνήσομαι, νομίζων καὶ τοῦτο ἐμαυτοῦ καλὸν εἰ τῷ τοιούτῳ τὴν φύσιν χαίρων ἐφαινόμην. Καὶ δῆτα αὐτῷ συνηυξήθη τὸ τῆς ἐπιεικείας, ἣν οὐχ ἧττον Σύροι ἐγνώκασι πάντες δι᾽ ὅσων ἦλθεν. Ἦλθε δὲ διὰ πλείστων, ἡνίκα ἐπρέσβευσε, καὶ κατεσκεύασε τοῖς αὐτοῦ τρόποις δόξαν τὴν ἀμείνω τῷ γένει. Ὥστε μοι πάντως ἂν ἐν δημοκρατίαις καὶ στεφανωθῆναι (11) δοκεῖ τούτο (12) εὖ πεποιηκώς. Τὸ δὲ μέγιστον, ἀγχίνοιαν γὰρ καὶ πρᾳότητα τοσαύτην ἑκατέραν ἐπ᾽ ἄλλους [*] συνελθοῦσαν οὐκ οἶδα (13). καίτοι τὸ μὲν ἡσύχιον πῶς οὐκ ὀξὺ (14) λογίσασθαι; τὸ δὲ ὀξύτερον, ἐπιεικῶς καὶ ταραχῶδες. Ἀλλ᾽ οὗτός γε ἐκέρασεν ἄμφω, καὶ συνοικεῖν ἔπεισεν, ἡσυχίαν γνώμης μετ᾽ εὐβουλίας κεκτημένος, ἐντεῦθεν εὑρεῖν τὸ δέον, οὐδενὸς ὕστερος, τῷ δὲ ἑτέρῳ πάντων κράτιστος. λόγου καὶ σιωπῆς καιρὸν, εἴπερ τις ἐπεγνωκὼς ἄρχοντα (15) ἀγαθὸν μὲν ἐπαινέσαι, τοῦ δὲ οὐ τοιούτου φείσασθαι κτήματα τὰ πατρῷα μὲν διαφυλάττειν, τὰ δὲ τῶν πλησίον οὐ περικόπτειν. Αὐτὸς ἂν πρὸς ἄλλον εἴποις καὶ ταῦτα καὶ πλείω. τὸν γὰρ ναύτην οἶδέ που ὁ κυβερνήτης, καὶ τοὺς χορευτὰς ὁ κορυφαῖος (16). Τοῦτον οὖν τὸν τοιοῦτον χορευτὴν οἶδα ὅτι δι᾽ ἐπιμελείας ποιήσῃ, χάριν τε δοὺς πᾶσιν (17). ἅπασι γὰρ τοῖς χρηστοῖς τῶνδε μέλει καὶ διδάσκειν τοὺς ἀρχομένους, ὅτι, ὅστις ἀρετὴν διώκει, πρότερος παρὰ σοὶ τῶν ἐκείνην οὐκ ἀγαπών-

(3) Prifcianus, Orator egregius, quod ex epiftola 31. patet, & hoc nomine à Juliano CPolin vocatus, teftante ep. 61. & fequentibus Imperatorem in hac expeditione fua usque ad Iftrum comitatus effe hinc intelligitur. (4) τὰ ὅ. δείξας *Voff.* & *Medic.* A. *Laud.* 11. habet φανείς. (5) ἐμοὶ addit *Voff.* quod abeft à *Laud.* (6) κοσμήσει πανοπλία. *Laudanus.* Malui alterum illud cum *Voff.* & *Medic.* (7) Poft Ἡφαίστου *Laud.* habet δεῖ, quod abeft ab utroque. Fortaffe fcribendum erat δή. Vulcani arma ab Homero celebrantur, ficut *Achillis arma* de fortiffimo praefidio proverbialiter dicuntur. (8) Eft is Achilles. (9) γραμμάτων οὐ δεῖν. ἐ ἐν ὑμῖν κ. ο. λ. Ita *Laud.* & *Ambrof.* T. 73. omiffis, quae hic legis, intermediis. Iis vero opus eft: itaque ex *Voff.* & *Medic.* addidi. (10) Sic fcripfi ex emendatione recente Cod. *Voff.* qui olim habebat ἐπειδή. (11) Sic ex fimili recente emendatione, pro quo antea ἄγειν, fcilicet ex antecedente γράφειν. Interim haec lectio fraudi fuit eruditiffimo *Salvinio*, ita vertenti: *quoniam rurfus ad fcribendum nos adducis.* (12) τὸ δὲ Πολιανόν. *Ambrof.* T. 73.

EP. CXXVI. (1) Eft ille *Phasganius*, de quo in fuperioribus epiftolis paffim. * Ex hereditate enim eum acceperat. Vide fupra ep. 115. (2) ἀπὸ ἡμῖν, *Voff.* fed ex emendatione recente. (3) *Voff.* ita: τούτων. οὐδὲν ἐλπίζειν δέ. Sed manus recens recte ita, ut legis, emendavit. Ἐλπίζειν aeque, ac *fperare*, notionem timendi habere conftat. Vide tu *Menagii* notas ad *Diogenem Laertium* VI. 56. p. 247. (4) Ita *Reg. max.* & *Voff.* in quo pofteriore manus recens fcripfit: τὰ μὴ ἐσόμενα, recte in tantum: interim ad priftinam fcripturam propius acceffer:s, fi legas: καὶ τὰ οὐδ' ἐσόμενα. Negandi particulam fenfus omnino poftulat. (5) ἀφελῶς ἔχειν eadem ratione dicitur, qua Ariftoph. in *Pluto* v. 127. dixit: ἔχ' ἥσυχος, & in *Nubib.* v. 262. ἔχ' ἀτρέμας, *quietus efto.* Vide ibi *Ezech. Spanhemium.*

EP. CXXVII. (1) δὴ eft ex *Voff.* quod abeft à *Barocc.* 9. & *Laud.* 11. (2) Alluditur ad illud *Homeri* Iliad. γ. vs. 179.

Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

(3) *Voff.* μὲν pro μοί.

(4)

& tuum ille carmen habuit, & magistratu se abdicavit. Interim in ipso dolii fundo tua non neglexit, simulque & ingemuit &c, quod dabat beneficium, illud ratus accipere se, ac bono dictitans facto clausurum se esse magistratum, ea, quae nos cupiebamus, fieri jussit. *Andronicus* vero nunciavit, non futurum tibi effugium, ac majori quidem cum dignitate; omnino tamen necesse esse ponti fauces trajicere. Virum enim divinum illum, cui tu filium tuum cognominem fecisti, Cimonis imitatus exemplum, ea Principi aperuisse, quorum tibi eras conscius: ab hoc autem te vocari. Deliberabis tu, utrum sequaris, sive eas spes, quae illinc affulgent, sive tranquillitatem. Eadem haec nunciavit & ipse *Priscianus*. Alter quidem ille *Titiani* orationes legit. *Priscianus* vero, (erat enim tum occupatus,) nunc exigit, nos autem dabimus, non ignari illius epistolae, qua tu utrumque filium doces ea, quae ad vocis contentionem pertinent, & mutationes, quae illi accidunt, & spiritus remissionem, & cetera orationis adjumenta, quae omnia mihi videntur praestantiorem esse effectura non juvenem modo, sed & me ipsum senem, in quem jam aliquis dictum illud jecit, histrionem magis esse me, quam oratorem.

DEMETRIO.

Quemadmodum iis, quae misisti, xeniis utor, ita & epistolae utar initio. Communia enim mecum sunt non modo ea, quae tui sunt sive fori, sive fundi, sed & ea, quae ingenii. Et ipse itaque dico tum ob alia habendam esse Horis gratiam, tum, quod illae, festos dies afferendo, occasionem scribendarum literarum tibi faciunt, quae ipsis, credo, genialibus diebus sunt jucundiores. Ac literas quidem tum accepi, cum adolescentes audiebam. Discipulo itaque longius moranti subirascebar, ab epistola allectus: nec enim accurate, quid ille diceret, intelligebam, cum illam resignare cuperem. Ubi autem desiit, & Horas inveni laudatas, & Horarum amoenitates per totam epistolam diffusas; tum ego iis, quae dicturus eram, omissis, epistolam cum discipulis communicavi, & iis illud suffecit. Atque ita ad dona etiam illius, qui tum incumbebat, laboris sublevatio accessit.

ADAMANTIO.

Quis vero hic metus, & unde haec tibi opinio, futurum deterioris notae filium tuum; idque & aliis ipsum laudantibus, & *Eumathio* quoque, viro certe fallendi ignaro,

βελτίων εἰς τὸ λῦσαι τοὺς φόβους, καίτοι τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἔτυχέ τι τὰ παρὰ σοῦ, καὶ παρελύετο τῆς ἀρχῆς (4). Ἀλλ' ὅμως ἐν τῷ πυθμένι τοῦ πίθου (5) τῶν γε σῶν οὐκ ἠμέλησεν, ἀλλ' ἔστενε (6) ἅμα καὶ χάριν ἡγούμενος, ἣν ἐδίδου, λαμβάνειν, καλῷ τε λέγων ἔργῳ κατακλείσειν (7) τὴν ἀρχὴν, ἐκέλευσεν, (8) ὧν ἐχρῄζομεν. Ἀλλ' Ἀνδρόνικος ἤγγελλεν, ὡς οὐκ ἔσται σοι (9) διάδυσις. ἀλλ' ἐν βελτίονι μὲν τῷ σχήματι, πάντως (10) δ' ἀνάγκην εἶναι διαπλεῦσαι τὸ πόντου τὸ στόμα. Τὸν γὰρ ἄνδρα ἐκεῖνον τὸν θεῖον, ᾧ σὺ τὸν υἱὸν (11) ὁμώνυμον ἐποίησας, τὸ τοῦ Κίμωνος μιμησάμενος εἰπεῖν, ἃ συνῄδει σοι, πρὸς τὸν κρατοῦντα. τὸν δὲ καλεῖν. Σὺ δὲ βουλεύσῃ περί τε τῶν ἐκεῖθεν ἐλπίδων, καὶ τῆς ἡσυχίας. ὁ δὲ ταῦτα ἀγγείλας καὶ Πρισκιανός. Ὁ μὲν (12) ἀνέγνω Τιτιανοῦ τοὺς λόγους. Πρισκιανὸς δὲ, τότε γὰρ ἄσχολος ἦν, νῦν ἀπαιτεῖ, καὶ ἀποδώσομεν, οὐκ ἀγνοήσαντες τὴν ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ διδάσκεις (13) τὼ παῖδε περί τε φωνῆς τόνων (14), καὶ τῶν ἐνταῦθα μεταβολῶν, πνεύματός τε ἀναπαύλης καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα βοηθεῖ τῷ λόγῳ. Ἃ μοι δοκεῖ μὴ μόνον τὸν νεανίσκον ἀμείνω καταστήσειν, ἀλλὰ καί ἐμὲ τὸν γέροντα., καθ' οὗ τις ἤδη καὶ σκῶμμα ἀφῆκεν, ὡς εἴην ὑποκριτὴς μᾶλλον ἢ ῥήτωρ.

CXXVIII. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Ὥσπερ, οἷς ἔπεμψας, χρῶμαι ξενίοις, οὕτω καὶ τῇ τῆς ἐπιστολῆς ἀρχῇ χρήσομαι. Κοινὰ γὰρ ἔστω μοι τὰ σὰ τῆς ἀγορᾶς τε καὶ γῆς, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς διανοίας. Λέγω τοίνυν καὶ αὐτὸς, ὅτι τῶν τε ἄλλων χάρις ταῖς Ὥραις (1), καὶ ὅτι τὰς πανηγύρεις φέρουσαι φέρουσιν ἀφορμὴν τοῖς παρὰ σοῦ γράμμασιν, αὐτῶν εἶμαι τῶν ἑορτῶν ἡδίοσι. Τὰ μέντοι γράμματα ἔλαβον, ἀκροώμενος τῶν νέων, καὶ πρὸς τὸν μηκύνοντα ἠχθόμην ἑλκόμενος ὑπὸ τῆς ἐπιστολῆς. Οὐ γὰρ ᾔδειν ἀκριβῶς, ὅτι λέγοι, λύειν ἐκείνην ἐπιθυμῶν. (2) Ὡς δ' ἐπαύσατο, καὶ εὗρον τὰς Ὥρας ἐπαινουμένας, καὶ τὴν διὰ πάντων τῶν γεγραμμένων τεταμένην τὴν ὥραν, (3) ἀφεὶς, ἃ λέξειν ἔμελλον, ἐκοίνωσα τοῖς ἑταίροις τὴν ἐπιστολήν. τοῖς δ' ἀπέχρησε. Καὶ οὕτω προσετέθη τοῖς δώροις ἀπαλλαγὴ τοῦ τότε (4) ἐπικειμένου πόνου.

CXXIX. ΑΔΑΜΑΝΤΙΩι.

Τίς οὗτος ὁ φόβος; καὶ πόθεν τὸ οἴεσθαί σοι τὸν υἱὸν τοῦ χείρονος ἔσεσθαι λόγου; καὶ ταῦτα τῶν τε ἄλλων αὐτὸν ἐπαινούντων, καὶ Εὐμαθίου, τοῦ φενακίζειν οὐκ εἰδότος, καὶ ἐμοῦ,

(4) Minus recte *Salvin.* ita: *atqui eandem diem habuere res tuae, ac exsolutus imperio. Boivinius* rectius. (5) phrasis proverbialis, extrema magistratus gesti innuens. (6) ἴστεν, *Reg. max.* & *Voss.* sed hic ex emendatione recente ἔστεν, quod firmat *Reg. minor.* & *Ambros.* T. 5. ac *Medic.* B. (7) Sic *Voss.* καταλύσειν *Barocc.* & *Medic.* (8) ἐκέλευσεν. *Reg. minor.* (9) σοι addit *Voss.* quod ab ceteris abest. *Gothanus* habet διαδὺς, alter vero Anglicanorum διαδύς. (10) πάντως, *Reg. minor.* (11) Est ille *Titianus*, de quo mox, quod ex superiore quadam epistola constat. (12) nempe *Andronicus*, de quo ante. (13) Ita Anglicani, & *Medic.* B. *Voss.* habet διαλεγῃ & *Boivinius* legere malebat: διαλέγῃ πρὸς τὼ παῖδε. (14) Sic *Anglic.* alter, alter vero τόνου, quod etiam *Voss.* & *Medic.* habet.

EP. CXXVIII. (1) Horas a paganis festo ritu celebratas esse constat. (2) Sic *Voss.* ὅ, τι λέγοι, λύειν ἐπιθυμῶν. *Barocc.* 9. (3) Sic ex *Voss.* scripsit & vertit *Boivinius*. At in *Barocc.* & *Medic.* A. abest τὴν ante διὰ. Atque id puto rectius. Sic enim Libanius non tam Horarum, quam literarum Demetrii elegantiam & amoenitatem scite laudaverit, ad nomen Horarum alludens. (4) τότε est ex *Voss.* quod in *Barocc.* desideratur.

ἐμοῦ, τοῦ τἀληθῆ τιμῶντος. ὡς ἔγωγε οὐδεπώποτε πρὸς πατέρας περὶ παίδων ἀμβλυτέρων εἶπον, ὡς εἶεν ὀξεῖς, ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἐγρηγορότων εἴποιμ' ἂν, ὡς εἰσὶ νωθροί. Σὺ δ' εἰ παῖς ἐστι διδοὺς τι περὶ αὐτοῦ βέλτιον εἰπεῖν, μὴ ἀπίστει, μηδέ γε εὔφραινε τοὺς συκοφάντας, ἐν τῷ προσέχειν, οἷς λέγουσιν. Ἂν γὰρ ἴδωσί σε μὴ πείθουσι, μαθοῦσι, λήξουσι τῶν ψευδῶν. Τὸν δ' Ἀνατόλιον (1) οὐ σὺ (2) μᾶλλον ἢ ἐγὼ βουλοίμην ἂν γενέσθαι ῥήτορα τῶν δεξιῶν. παρ' ἐμοῦ γὰρ, οὐχὶ σοῦ, ταῦτα ἀπαιτοῦσιν οἱ Ἀρμένιοι.

ro, & me, qui veritatem colam? Etenim nunquam ego parentibus de liberis hebetioribus dixi, acutos eos esse; sed nec eos, qui experrectiores sint, tardos esse affirmaverim. Tu, si tibi filius est, qui melius quid de se dici permittat, incredulus ne sis, neve calumniatoribus eo gratificeris, ut, quae ab iis dicuntur, attente audias. Ea si videant non persuadere se tibi, mentiri desinent. *Anatolium* certe oratorem fieri eximium, non ipse optas magis, quam ego. Nam a me illud non a te Armenii exigunt.

CXXX. ΕΥΘΗΡΙΩι. (1)

Οἶμαι μὲν ἤδη σοι γνώριμον εἶναι τὸν χρηστὸν Ἀρτέμιον. Ἐκεῖνός τε γὰρ οἷος ἕλκειν πρὸς ἑαυτὸν, σύ τε δεινὸς θηρατὴς ἀνδρῶν ἀγαθῶν. Εἰ δ' οὖν οὔπω τοῦτο πέπρακται, πραχθήτω (2) νῦν. Ἐγὼ δὲ ὁ συνάγων ἴσως οὐκ ἄπειρος τῆς περὶ ταῦτα ἁρμονίας. Ἀρτέμιον δὲ πολλὰ ποιεῖ (3) πρῶτον, γένους ἐπιφάνεια, λόγων δύναμις, ἦθος μέτριον, τὸ τοὺς ἄρχοντας παρόντας τε φιλεῖν, καὶ ἀπελθόντας ἐπαινεῖν. (4) Ἀλλὰ κἀκεῖνο μέντοι τὸ ἔργον, ὃ σὺ ζητεῖς, ἐργάζεται. τὰ γὰρ ἡμέτερα ἤρηται (5), ὥστ' οὐ μᾶλλον σὺ φήσεις τοῦτο ποιεῖν, ἢ κεῖνον εὑρήσεις. Δὸς δὴ μισθὸν αὐτῷ τῆς εἰς ἡμᾶς σεαυτόν. Δόξει δέ σοι, λαβὼν (6) τὸ θαῤῥεῖν, εὐλαβέστερος γεγονέναι, καίτοι, κἂν ἐνοχλῇ, σύγε οἴσεις ἐμὴν χάριν. ἀλλ' οὐκ ἐνοχλήσει.

EUTHERIO.

Opinor equidem, notum jam tibi esse bonum *Artemium*: nam & ille homines ad se trahere potest, tu vero bonorum virorum sagax es investigator. Quod si nondum illud factum est, at nunc fiat. En ego adsum conciliator, ejus, quae ad ea requiritur, harmoniae fortasse non ignarus. *Artemium* multa praecipuo honore dignum faciunt: generis splendor, dicendi facultas, mores temperati. Adde, quod magistratus, cum adsunt, amat, cum abiere, laudibus prosequitur. Sed & illud, quod requiris, facit: nostra tuetur, ut facere id non magis te ipsum dicturus sis, quam illum es comperturus. Da illi te ejus in me meritorum mercedem. Ille quidem, ubi confidere jussus fuerit, timidior tibi factus videbitur: tu vero, si fortasse molestus sit futurus, mei gratia feres. Sed molestus certe non erit.

CXXXI. ΦΙΛΑΓΡΙΩι.

Χρόνῳ (1) ἰδὼν τὸν Δοσίθεον, καὶ (2) ὠχριῶντα, ἠρόμην, εἰ νόσῳ γένοιτο (3) τοιοῦτος. Ἔπειτ' ἤκουον (4) ὡς ἐκείνῃ μὲν οὔ, συνεχείᾳ δὲ ἔργου. Γράφειν (5) γὰρ ἔφασκε καθείρξας αὑτόν. Ἐκεῖνόν τε οὖν ἐπῄνεσα, καί σοι συνήσθην, ὅτι σοι μηδὲ οἰκέτης ἀργός. Πυνθάνου δὲ καὶ περὶ τῶν υἱέων. ψεῦδος δὲ οὐκ ἐρεῖ (6).

PHILAGRIO.

Cum ego post longum tempus *Dositheum* vidissem, eumque pallidiorem; rogavi, an ex morbo talis evasisset: tum accepi, non morbo sed laboris continuitate. Scribere enim se ajebat inclusum. Et illum igitur laudavi, & tibi tacite gratulatus sum, quod ne famulus quidem tibi iners esset. Interroga tu & de filiis: nil sane ille mentietur.

CXXXII. ΕΥΤΟΚΙΩι.

Εὐδαίμων ὁ Αἰγύπτιος, ὁ παρ' ὑμῖν μὲν οἰκῶν, πανταχῇ δὲ τὴν δόξαν ἀπεσταλκὼς οὐ μᾶλλον Αἴγυπτον ἢ τὴν ὑμετέραν (2) κοσμεῖ. Τὸ μὲν γὰρ τὰ τῶν ποιητῶν

EUTOCIO.

Eudaemon ille Aegyptius, qui apud vos quidem commoratur, famam autem nominis sui passim diffudit, non Aegyptum magis quam provinciam vestram ornat. Nam, quod in

EP. CXXIX. (1) *Anatolium* hunc Adamantii filium, antes laudatum, fuisse puto. (2) οὐ illud est ex *Voss.* a manu recente emendato.

EP. CXXX. (1) Sic in *Voss.* Δημητρίῳ in *Medic.* B. (2) προσαχθήτω, *Voss.* & *Reg. max.* recens vero manus emendavit πραχθήτω. Recte quidem; idem enim clare legitur in *Medic.* B. (3) In *Voss.* recens manus adscripsit λαμπρὸν, quo non opus est. (4) Alludere videtur ad phrasin *Homeri* Odyss. ο. vs. 74. τὸν ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν: quod ad sententiam vero compara cum his *Horatium* Sat. l. 4. 81.

—— —— *Absentem qui rodit amicum,*
Qui non defendit, alio culpante, &c.

(5) *Voss.* olim εἴρηται, quod recens manus recte emendavit. *Medic.* B. ἤρηται. (6) Sic scripsi ex *Medic.* δόξει δέ σοι λαβὼν τὸ θαῤῥεῖν, *Voss.* male. δοξάζει δέ σοι λαβὼν τὸ θαῤῥεῖν εὐλαβέστερος γεγονέναι. *Benzel.* A.

EP. CXXXI. (1) χρόνον, *Vatic.* A. (2) abest καὶ ab *Ambros.* T. 73. (3) ἐγένετο, *Golianus.* (4) ἤκουσα, *idem.* Sic scripsi pro ἐκείνῳ, refertur enim ad vocem νόσος. *Reg. max.* ἐκεῖνος. (5) γράφων, *Barocc.* 9. (6) *Homer.* Odyss. γ. v. 20. ψεῦδος δ' οὐκ ἐρέει· μάλα γὰρ πεπνυμένος ἐστί.

EP. CXXXII. (2) Ita scripsi pro ὑμετέρων quod est in *Voss.* & *Reg. max.* ubi tamen in posteriore supra α scriptum est ω. *Vatic.* & *Medic.* A. ὑμετέραν. ἡ νῦν ὑμετέραν, ὁ νῦν ὑμετέραν. *Benzel.* A. & B.

(3) ἐμοῦ,

in poëticis versatus sit, & ipse poëta sit, inde habet; quod autem Rhetoricam artem didicerit, idemque sit orator, id vero a vobis habet. Is igitur necesse est eam urbem ut amet, quae crudiverit; vos vero item aequum est illi, cui eloquentiam tradidistis, operam etiam in aliis navare. Equidem ad te cum scribo, ad totam urbem scribere me puto. Tu enim illam benefaciendo sustentas: illa autem non nescit, imo cum voluptate profitetur. Det itaque urbs per te *Eudaemoni* beneficium. Quodnam porro illud? Est hic ei, qui apud vos docet, honos a Principe decretus, ut Imperatoris sumtibus alatur. Eum honorem parare argento cupientes ad vos respeximus, cum visa esset illa venditio *Eutocii* favore indigere. Imitare tu temet ipsum, atque ut nobis bene sit, fac quamprimum. A viro autem dicendi perito laudem pecuniae loco exspecta.

EUSTOLIO.

Homini suus adsit amicus, inquiunt. Tu vero nobis & amicus es, & amicorum quidem certissimus. Quamobrem nihil diligentiae parces, ubi erit nostris rebus consulendum. *Mocimum* nobis benigne excipito, facitoque aurum nobis ex paleis, si facillimum sit negotium, imo & si operosum, quia & laborem ferre didicisti.

E I D E M.

Quodcunque in me beneficium contuleris, non in cognatum modo, sed & in amicum collaturus es. Hoc autem, quam illud, majus duco: eo quod multos eadem facere video, quae olim Oedipi liberi; neque cognatio obstat. Ego vero te cum ob alia amo, tum quia paterni ingenii vim in diversa vitae conditione refers, atque inde potestatem es consecutus. *Mocimum* jussi sperare, daturum te ei illud, cujus caussa proficiscitur, nec facile esse passurum, ut agrorum nostrorum intereat proventus. Nec enim ignoras, quicquid nobis lucri acciderit, id omne in tuam domum migrare.

MARCELLINO.

Alios quidem rogavi, ut *Mocimo* in illa venditione, ad quam profectus est, adjutores essent. Te autem filius pro nobis tuus rogaturus est, nihil ut omittas, ut ille, postquam nostro adscriptus choro fuerit, lenem me

τῶν ἐπίσταται καὶ γενέσθαι ποιητὴν, ἐκεῖθεν αὐτῷ. τὸ δὲ τὰ τῶν ῥητόρων εἰδέναι καὶ γενέσθαι ῥήτορα, παρ' ὑμῶν (3) αὐτῷ. Τοῦτόν τε οὖν ἀνάγκη τὴν παιδεύσασαν φιλεῖν, ὑμᾶς τε εἰκὸς, οἳ δεδώκατε τοὺς λόγους, καὶ τὰ ἄλλα συμπονεῖν. Οἶμαι δὲ πρὸς σὲ γράφων πρὸς ὅλην ἐπιστέλλειν τὴν πόλιν. Σὺ γὰρ αὐτὴν εὖ ποιῶν ἀνέχεις. Ἡ δὲ οὔτε ἀγνοεῖ τοῦτο, καὶ ὁμολογεῖ σὺν ἡδονῇ. Δότω τοίνυν ἡ πόλις διὰ σοῦ χάριν Εὐδαίμονι. τίς δὲ αὕτη; τιμᾷ τὸν παιδεύοντα ἡμῖν (4) ὁ βασιλεὺς τῇ βασιλικῇ τροφῇ. ταύτην (5) δὲ ἡμῖν ἀργυρίου βουλόμενοι γενέσθαι πρὸς (6) ὑμᾶς εἴδομεν (7), ἐνθυμηθέντες, ὡς ἡ πρᾶσις (8) δεῖται τῆς Εὐτοκίου φιλοτιμίας. (9) Ἀκολούθει δὴ σαυτῷ, καὶ πρᾶττε τὴν ταχίστην, ὅπως ἡμῖν ἕξει καλῶς. καὶ προσδέχου παρ' ἀνδρὸς, εἰδότος λέγειν ἔπαινον ἀντὶ τῶν χρημάτων.

CXXXIII. ΕΥΣΤΟΛΙΩι.

Φίλος ἀνδρὶ παρείη, φασί. Σὺ δὲ ἡμῖν καὶ φίλος, καὶ σαφέστατος τῶν φίλων. ὥστ' οὐδὲν παρήσεις προθυμίας, ἐν οἷς τι θήσῃ (1) τῶν ἡμετέρων βέλτιον. Δέξαι δὴ τὸν Μόκιμον ἡμῖν εὐμενῶς, καὶ ποίησον ἡμῖν τὰ ἄχυρα χρυσίον (2), εἰ μὲν τὸ πρᾶγμα ῥᾷστον. εἰ δὲ ἐργῶδες, ὅτι καὶ πονεῖν οἶσθα.

CXXXIV. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Σὺ δ' ὅ, τι ἄν με εὖ ποιῇς, οὐ συγγενεῖ μόνον ἀλλὰ καὶ φιλοῦντι συμβεβλημένος ἔσῃ. Μεῖζον δὲ τοῦτο ἐκείνου κρεῖσσον, διότι τὰ τῶν Οἰδίπου παίδων (1) καὶ νῦν ὁρῶ πολλοὺς ἐπιχειροῦντας καὶ οὐ καλύει τὸ γένος. Σὲ δὲ ἐγὼ τῇ τε ἄλλῃ (2) φιλῶ, καὶ ὅτι τῶν πατρῴων φρενῶν ἐν ἑτέρῳ βίῳ τὴν ὀξύτητα δεικνύεις, ἀφ' ἧς σοι καὶ τὸ κρατεῖν. Μοκίμῳ δὲ παρεκελευσάμην θαῤῥεῖν, ὡς, ἐφ' ὅπερ ἥκει, δώσεις αὐτῷ, καὶ οὐ περιόψει τὴν τῆς φορᾶς ἡμῶν ἀπολλυμένην. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖς, ὡς, ὅ, τι ἂν ἡμῖν γένηται κέρδος, τοῦτο εἰς τὴν σὴν εἰσελήλυθεν οἰκίαν.

CXXXV. ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΩι. (1)

Τῶν μὲν ἄλλων αὐτὸς ἐδεόμην, ὅπως συναίρωνται τῷ Μοκίμῳ τῆς πράσεως, ἐφ' ἣν ἥκει. Σοῦ δὲ ὁ παῖς, ὡς εἰκὸς, ὑπὲρ ἡμῶν δεήσεται μηδὲν ἐλλείπειν, ὅπως ἐπειδὰν εἷς μοι γένηται τοῦ χοροῦ, πρᾴου (2) μοι τυγχάνῃ

(3) ὑμῖν, *Voss.* (4) τὸν παιδευτὴν ὑμῖν. *Benzel.* uterque. (5) ταύτην δὲ ὑμῖν. recte uterque. (6) παρ' ὑμᾶς. uterque. (7) Auxilium scilicet exspectantes. Ita Graeci alias phrasin βλέπειν εἰς vel πρός τινα adhibent. Ita *Libanius* Prolud. Rhetor. III. p. 366. Λοιπὸν ἐν ᾧ εἰς ὑμᾶς βλέποντας καὶ λαλοῦν, καὶ σιωπῶν, κ. τ. λ. *Xenophon* Ephesiac. L. 21. [illegible] πρὸς μόνον [illegible] τὸν δεσπότην βλέπειν. (8) ὡς ἡ πρᾶξις *Benzel.* uterque recte; sic mox πρᾶξιν. (9) Ut scilicet benevolentiae potius ejus, quam largitionibus debeatur.

EP. CXXXIII. (1) Sic *Voss.* ποιήσῃ, *Reg. max.* (2) Agrorum proventum innuit pretio vendendum. Id clarius patet ex epistola sequente.

EP. CXXXIV. (1) Eteocles & Polynices, Oedipi filii, patri coeco alternis vicibus immolatae pecudis armum, postea autem femur miserunt, a Patre ideo, despici se rato, diris devoti. Testatur id Scholiastes ad Sophoclis Oedip. Colon. v. 142. Patet hinc, Libanium ingratos quosdam cum illis comparare, qui nec consanguinitatis rationem habeant. (2) *Voss.* & *Reg. max.* sed in priore manus recens, τά τε ἄλλα.

EP. CXXXV. (1) Μαρκελλίνῳ, *Vatic. A.* (2) πρᾴου *Voss.* sed cum οι supra ου scripto.

χάριν μνήμῃ τῆς χάριτος. Δεῖξον δὴ τῷ υἱῷ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ θεώρει τὴν σπουδήν.

me experiatur, ex accepti beneficii memoria. Ostendito tu filio epistolam, solicitumque adolescentis studium observa.

CXXXVI. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι.

Πολλαχόθεν αἰδοῦμαι (1) Μόκιμον, καὶ γὰρ ἐκ παιδὸς ἑταῖρος, καὶ (2) τῶν οὐδὲν ὀκνησάντων, ἐπιτάττοντος τοῦ θείου, καὶ νῦν ἡμῖν, ὅσα περ ἐκείνῳ, συμπονεῖ. Τούτου συγγενὴς, Μάρας (3) ὄνομα αὐτῷ, (4) τῶν σοὶ διακονούντων. Ἔργον δ' αὐτῷ γράφειν εἰς (5) τάχος (6), καὶ πεποίηκεν αὐτὸν ἡ χεὶρ ἐν λόγῳ. Βουλοίμην ἂν οὖν (7) τῆς ἀρχῆς τῆς σῆς ἀπολαῦσαι τὸν ἄνθρωπον εἰς ἐπίδοσιν. Ἡμεῖς δ', ἀφ' οὗπερ ἀπῆρας, ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι (8). Δεῖ δὲ αὐγῆς ὀξείας τοῖς μέλλουσιν οὐχ ἁμαρτήσεσθαι τῆς ὁδοῦ (9).

PRISCIANO.

Multis de causis *Mocimum* colo. Nam & sodalis a puero fuit, & eorum unus est, qui, avunculo jubente, nil detrectarint, & nunc nobis eadem, quae avunculo, praestat officia. Hujus cognatum (ei *Maras* est nomen) inter ministros habes. Hoc illi munus est, velociter ut scribat, cumque manus sua commendavit. Velim itaque illum potestate tua ad fortunae incrementum frui. Nos vero, ex quo profectus es, nebula & caligine tecti. Clara autem luce opus est iis, qui a via aberrare nolint.

CXXXVII. ΥΠΑΤΙΩι. (1)

Οὐ τὸ ἐπιστεῖλαι συγγνώμης ἄξιον, ἀλλ' εἰ μὴ τοῦτο ἐποίεις, τότ' ἂν εἰκότως ᾔτεις συγγνώμην. Οὐ γὰρ ὅπως σιγώης, οὔτε σὺ περὶ τοὺς λόγους ἐπόνεις, οὔτ' ἐγὼ περί σε. ἀλλ' αἱ τοῦ λέξειν ἐλπίδες ἔπειθον ἐκεῖνα φέρειν. Ἔν τε οὖν τοῖς ἄλλοις χρῶ τῷ κτήματι καὶ ἐπιστέλλων. Καλῶς γὰρ αὐτὸ ποιεῖς (2) καὶ ἔτι ποιήσεις κάλλιον, ἂν μὴ παύσῃ (3) τοῦτο ποιῶν (4). Ἔοικας δέ μοι βεβαιοῦν τὸν λόγον, ὃν πολλάκις ἔφην, ὡς ἐμὸς σὺ παῖς, καὶ οὐ μαθητὴς μόνον. Τοῦ γοῦν Σόλωνος (5) ἀκούεις, καὶ τρέφεις τὸν πατέρα διδασκαλείων ἀπαλλαγείς. Ἀλλά μοι καὶ τοῦτο χάρισαι, δράμε παρ' ἡμᾶς, οὐχ ὡς διατρίψων, (6) ἀλλ' ὡς ὅσον ἂν (7) συγγενεῖ (8) χαριζόμενος, ἅμα (9) δὲ καὶ τῶν πραγμάτων, εἴ τι δέοιτο, τῆς ἀρχῆς ἐπανορθώσων. (10) Βάκχιον δὲ φίλον ἡγούμενος οὐ κακῶς φρονεῖς. Ἧκε οὖν διὰ τοῦτον τὸν φίλον, καὶ ἔτι γε δι' ἄλλον φίλον. Οὐ γὰρ ἂν βουλοίμην Διόφαντον (11) ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς εἶναί σου κρείττονα. Εἶγε ὁ μὲν πατρῴους διαφυγὼν χεῖρας ἐκ Κιλικίας ἀφῖκταί σε ζητῶν, σὺ δ' ὢν ἐλεύθερος, ἐκ Βερροίας οὐ κινήσῃ;

HYPATIO.

Scripsisse literas venia non indiget, sed si non scripsisses, venia tibi fuisset expetenda. Neque enim vel tu in comparanda eloquentia, vel ego in te erudiendo industriam collocavimus, ut sileres; sed spes eloquentiae aliquando adhibendae laborem hunc subire nos jussit. Utere ergo hac facultate tum alias, tum in scribendis epistolis. Praeclare enim id facis, praeclarius idem facturus inposterum, si idem facere pergas. Confirmare tu mihi videris id, quod saepe dixi, te non discipulum solum meum, sed & filium esse. *Solons* igitur obtemperans, Patrem nutris, ex literario ludo digressus. At in eo quoque velim mihi gratificeris, ut ad nos excurras, non diu commoraturus, sed cognato, quoad fieri potest, gratum facturus, eademque opera res magistratus tui, si occasio ferat, rectius dispositurus. Quando *Bacchium* amicum tibi putas, recte judicas. Veni itaque propter amicum hunc, & praeterea propter alium. Neque enim *Diophantum* te in amando superiorem esse velim. Si enim ille, paternis laribus relictis, te quaerens, ex Cilicia venit, tune, qui pro arbitrio res agis, e Berrhoea dubitas ad nos proficisci?

CXXXVIII. ΔΗΜΗΤΡΙΩι. (1)

Ἔχει (2) τοίνυν ὡδὶ τὸ πρᾶγμα. Ἑρμογένης, οὐχ ὡς

DEMETRIO.

Habet igitur ita se res. *Hermogenes*, non quod

EP. CXXXVI. (1) αἰδοῦμαι. *Mutin.* A. (2) καὶ εἷς *Golian.* Haec scilicet plena est locutio, sicut altera illa elliptica, sed scriptoribus frequentata. (3) Ita *Voss.* & *Golian.* Μάρης *Reg. max.* & *Barocc.* 9. (4) ὄνομα αὐτῷ deest in *Goliano.* (5) εἰς abest a *Goliano.* (6) De Tachygraphis veterum lege eruditissimum *Bernh. Montefalconium* p. 262. Palaeographias Graecae. (7) *Barocc.* addebat οὖν. (8) *Homerus* ita de Cimmeriis Odyss. λ. vs. 15. *Golianus* addit διάγομεν. (9) τοῦ σκοποῦ, *Golian.*

EP. CXXXVII. (1) *Latine* apud *Zambicarium* III. 287. *Gr. & Lat.* in Centuria mea ep. 28. ex *Baroccian.* (2) καλὸν γὰρ σαυτὸν ποιεῖς, *Medic.* B. καλῶς γὰρ σαυτὸν π. *Barocc.* Uterque male. Καλῶς legendum esse suadet sequens καλλίον. Pro σαυτὸν vero legendum est αὐτό. In *Voss.* erat αὐτὸν, quod manus recens converterat in αὐτό. Loquitur Noster de literis, quas eleganter scribat *Hypatius*, elegantius imposterum, si usus accesserit, scripturus. (3) Malui hoc cum *Voss.* & *Medic.* pro παύσῃς *Barocc.* (4) Participium est loco Infinitivi. Ita *Phalaris* ep. I. οὐκ ἀγνοῶ ἐκγελαζόμενος. *Aelianus* Var. Histor. III. 17. ἐώρων αὐτὸ δημαγωγοῦντα ὄντα. *Aristophanes* in Pluto v. 360. παύσαι φλυαρῶν. Plura exempla vide apud *Perizonium* ad Aelianum & *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanem, item apud *Knatchbullium* ad Actor. XVIII. 5. (5) Illam Solonis legem vult, qua illos tantum Parentes à liberis ali jussit, qui certam illos Artem doceri curarint. Id scilicet testatur *Plutarchus*, *Vitruvius* in praefat. lib. VI. & *Galenus* in Exhortat. ad artes. Vide *Meursii* Solonem cap. 17. p. 2030. Tomi V. Thesauri Gronoviani. (6) διατρίψων, *Voss.* sed à recente manu correctum. (7) ὅσον ἄν, *Medic.* B. ceteri ut nos. Fortasse illud ὡς ὅσον verti etiam possit: *vel tantillum*, quo sensu *Phalaris* ep. XCV. εἰς ὅσον adhibuit. (8) Pro συγγενεῖ in *Barocc.* & *Medic.* συγγενῆ, errore librarii, ex confusa pronunciandi ratione orto. *Voss.* συγγενῇ. fortasse rectius, hoc sensu: *sed, quoad versari apud nos possis.* (9) Quae hinc usque ad finem epistolae sequuntur, desunt in *Ambros.* T. 73. (10) ἐπανορθώσεις, *Voss.* Nostram lectionem tuetur *Barocc.* & *Medic.* (11) Ἑρμογένην, *Voss.* male. Ceteri ut nos: Zambicarius, *Diophantum.*

EP. CXXXVIII. (1) Ad hanc epistolam *Boivinius* haec notaverat: depravata & corrupta haec epistola, atque ex diversis fragmentis, male cohaerentibus, conflata. (2) εὔχει, *Vatic.* A. idem mox εἰ.

(3) εἰ,

quod inhumanus sit, fores occlusit, sed quod piger. Sic ille & nobiscum agere postremo instituit. Initio enim erat inter nos consuetudo. Ego libellum legatis trado, quibus, quod legatione fungantur, aditus patet. Ibi tu nihil consecutus es opinione tua pejus; nisi quod idem es nactus atque illi, qui erant deteriores. Ipsas porro epistolas *Argyrius* à filio suo accipit, & habere se dictitans, ubi dare oportet, quaerit; nec dare potest. Accusant servi servos liberosque: hi rursus & se invicem & servos accusant. Ibi clamor & tumultus, literae vero nusquam. Quam acerbe id putas tulisse me? Non tamen veniam petere destinavi integro adhuc vulnere: sed ad remedia conversus *Hermogenis* manu usus sum. At tu quem misisti mihi palmarum fructum, eum melle dulciorem misisti; quem ego, cum vidissem, sprevi, cum comedissem, admiratus sum. At hoc rursus fructu dulciores *Celsi* orationes misisti.

ὡς ἄντις ἄγειρος ἐνκέκλεικε τὰς θύρας, ἀλλ' ὑπ' ἀργίας. τούτῳ καὶ πρὸς ἡμᾶς ὕστερον ἐχρῆτο. τὰ πρῶτα δὲ συνῆμεν. Δίδωμι δὴ τοῖς ἐπὶ τὴν πρεσβείαν καταστᾶσι τὸ βιβλίον, οἷς ἦν ἀπὸ τοῦ πρεσβεύειν εἴσοδος· ἔνθα οὐδὲν ἔλαττον ἔσχες, ὧν νομίζεις, πλὴν ἢ (3) τὸ τοῖς χείροσιν ἴσον σχεῖν. λαμβάνει δὲ παρὰ τοῦ παιδὸς ἑαυτοῦ τὰς ἐπιστολὰς Ἀργύριος καὶ φάσκων ἔχειν, ἐπειδὴ δοῦναι χρῆν, ἐζήτει μὲν, δοῦναι δὲ οὐκ εἶχεν. ἀλλὰ κατηγόρουν δοῦλοι δούλων τε καὶ ἐλευθέρων, καὶ αὖθις ἐλεύθεροι δούλων τε καὶ ἀλλήλων καὶ κραυγὴ καὶ θόρυβος. τὰ γράμματα δὲ οὐδαμοῦ. πῶς οἴει τὴν ψυχὴν ἐδήχθην; Οὐ μὴν ἠξίωσά γε συγγνώμην αἰτεῖν, μένοντος τοῦ τραύματος. ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἴασιν ὁρμήσας ἐχρησάμην Ἑρμογένους τῇ χειρί. μετὰ τὴν ἀρχὴν καὶ ταῦτα (4). Σὺ δὲ εὖ με (5) ἔπεμψας, μέλιτος ἡδίω τὸν καρπὸν τῶν φοινίκων ἔπεμψας, ὃν ἰδὼν μὲν κατεφρόνησα, φαγὼν δὲ ἐθαύμασα. τούτου δὲ τοῦ καρποῦ πάλιν ἡδίους ἀπέσταλκας (6) τοὺς παρὰ Κέλσου λόγους.

ACHILLIO.

Quod si unam tu epistolam multas vocas, quando unam tantum accepi, pulchre sane mentiris. Fateris enim id, quod facere te oportebat. Nobis filius tuus nunc magis curae est; cum nos tuas etiam partes ei praestare debere existimemus. Est autem suae classis princeps, indolis fortasse suae beneficio: sed nec ipse parum confert praeceptor minando, hortando, excitando, curas conjungendo: vir tua causa provinciam meritis inferiorem sustinens. Quae de *Albinio* significas, ea & gratissima sunt mihi, & qualia speraveram. Verebar enim, ne silere ille statuisset.

CXXXIX. ΑΧΙΛΛΙΩι.

Ἀλλ' εἰ τὴν μίαν ἐπιστολὴν πολλὰς καλεῖς (1), ὡς ταύτην γε ἔλαβον μόνην, χρηστὸς εἶ ψευδόμενος. Ὁμολογεῖς γὰρ ὃ πεποιηκέναι χρῆν. Ἡμεῖς δὲ νῦν μᾶλλον ἐπιμελούμεθα τοῦ παιδίου, νομίζοντες δεῖν καὶ τὸ σὸν εἰσφέρειν αὐτῷ. καὶ ἔστι τῆς συμμορίας ὁ κράτιστος, ἴσως μὲν καὶ διὰ τὴν φύσιν. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ (2) ὁ παιδαγωγὸς ἀπειλῶν, παρακαλῶν, ἐγείρων, συνδιαταλαιπωρῶν ἀνὴρ ἐλάττω τάξιν τῆς προσηκούσης σὴν χάριν ὑπομένων. Ἃ δὲ περὶ Ἀλβινίου μηνύεις, καὶ ἥδιστά μοι, καὶ κατ' ἐλπίδας. ὡς ἔγωγε ἐφοβούμην, μὴ σιγᾶν ἕληται (3).

ALBANIO.

Nunc vere tu mercedem mihi persolvisti, non illa quidem vulgo offerri solita, & vulgo jucunda, aurum argentumque; verum id, cujus gratia etiam patrimonio cessi. Illud autem est gloria. Eam tu mihi tribuisti, ostendens, me non athletam modo, sed & aliptam bonum esse. Qui enim nostram dicendi facultatem culpare non audent, alterum illud criminantur. Sed illos tu tua voce obmutescere coëgisti. Esto itaque in cursu contentio, ac vitae quidem rationem, quamcunque expedire tibi censueris, eligas licet: at ubique futuram tibi ornamento dicendi facultatem existi-

CXL. ΑΛΒΑΝΙΩι.

Νῦν ὄντως μοι τοὺς μισθοὺς ἀπέδωκας (1), οὐ χρυσίον καὶ ἀργύριον, ταῦτα δὴ τὰ παρὰ τῶν πολλῶν (2) φερόμενα, καὶ τέρποντα τοὺς πολλούς. ἀλλ' οὗ χάριν καὶ τῶν πατρῴων ἀπέστην. (3) τοῦτο δέ ἐστι δόξα. Ταύτην (4) μοι δέδωκας, δείξας, ὡς οὐ παλαιστὴς ἄρα ἐγὼ μόνον, ἀλλὰ καὶ γυμναστὴς (5) ἀγαθός. Οἶδα γὰρ, ὡς οἱ τὴν ῥώμην οὐ (6) τολμῶντες ψέγειν ἐκείνοι (7) πειρῶνται δάκνειν. ἀλλὰ σύγε αὐτοὺς ἀφώνους ἐκάθισας τῇ σαυτοῦ φωνῇ. Γενέσθω δὲ πυκνὸς ὁ δρόμος, καὶ βίου μὲν ὁδὸν, ἣν οἴει σοι (8) συμφέρειν, αἱροῦ, πανταχοῦ δὲ οἴου σαυ-

(3) εἰ, *Vatic.* A. (4) Haec, judice *Boivinio*, ex margine in contextum videntur irrepsisse. Itaque in versione penitus omisi, cum sensum omnino turbent. (5) Ita *Voss.* Non dubito legendum esse; ὅν μοι. Ideo in eodem *Voss.* supra με scriptum erat μοι. (6) ἀπέσταλκε, *Reg. max.*

EP. CXXXIX. (1) καλεῖς in *Voss.* à recente manu additum. *Vatic.* B. eodem sensu in contextu φάσκεις. Idem mox habet εἰ ταῦτά. (2) καὶ abest à *Vatic.* A. (3) Addit *Vatic.* A. B. θαῤῥεῖν δὲ εἶχεν, λέγειν ἐθέλοντες, quae locum habere possint, modo legas ἐθέλοντος, vocemque hanc ad Albinium referas, tanquam publice dicere instituentem.

EP. CXL. (1) ἀπεδέδωκας, *Vatic.* A. (2) πολλῶν τε, *Voss.* (3) ἀπέστης, *Barocc.* male. (4) ταύτῃ *idem* & nostrum *Voss.* (5) Id sibi vult noster, se non solum in dicendi arte aliquid posse, sed & alios ad eandem recte & dextre instituere. (6) οὐ addidi ex *Voss.* (7) Sic *Barocc.* ἐκείνῃ, *Voss.* & *Vatic.* A. i. e. ab altera parte, nempe, quod Libanius in instituendis juvenibus minus dextre versetur. Fortasse rectius legeris ἐκεῖνοι. (8) σοι est ex *Voss.*

(9) ἐν

σαυτῷ καὶ τὸ λέγειν προσήκειν. Οὐδεὶς γὰρ βίος τῶν ῥητορικῶν αἰσχύνεται. Καὶ ταῦτα ἡγοῦ δεῖσθαί σου καὶ τὸν πατέρα, καὶ μηδὲ τῆς ἡδονῆς ἄμοιρον εἶναι, καὶ ταῦτα ὄντα ὑπὸ γῆς. ὁ δὲ ἄρχων ἡμῶν ἐν Ἑρμοῦ (9) τέθραπται καὶ τοῖς ἀγορεύουσιν ἀναμιμνήσκεται τὰ αὐτοῦ, (10) καὶ ταύτης μόνης ὁμολογεῖ (11) τῆς ἡδονῆς ἡττᾶσθαι. Νῦν δὲ ἂν ἔχοντος εἴη χρῆσθαι παρόντι καιρῷ.

existimare debebis. Nullum enim vitae genus est, cui sit pudori eloquentia. Id porro a te patrem quoque tuum exigere credas, nec ipsa sub tellure expertem esse voluptatis. Quem habemus provinciae Praesidem, is quidem Mercurii alumnus est, suorumque apud caussidicos facit mentionem, fateturque ille huic uni voluptati se succumbere. Sapientis est, praesenti tempore uti scire.

CXLI. ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΩι. (1)

Καλός γε ὁ κλῆρος, καὶ διαδέχομαι (2), καὶ τούτου οὔτε λόγων ἀφαιρήσεταί με δεινότης, οὔτε μίμησις γραμμάτων (3). Σὺ δὲ οὐχ ἧττόν μοι χαρίζῃ τοῦ θείου μεμνημένος, ἢ φιλεῖν με προαιρούμενος. ἐπεὶ καὶ τοῦτο παρ' ἐκείνου μοι τὸ σπέρμα ἦν, δι' ὧν προσείχετο, καὶ τοὺς ἄλλους ἀναπείθοντος φιλεῖν. χάριν δὲ ἐγὼ μὲν ἣν ἔδωκά (4) σοι λογιζόμενος οὐχ εὗρον, σὺ δέ ἐμοὶ δίδως τῷ φάσκειν ἔχειν, δώσεις δὲ καὶ ἄλλας. Ἐγὼ δέ σοι συνεύξομαι. Τοῦτο γὰρ ἡ ἐμὴ δύναμις. Τὰ ξένια πῶς οὐκ ἔμελλεν ἡδονὴν οἴσειν, ἀνδρός τι ὄντα χρηστοῦ καὶ βεβαίου φίλου.

MARCELLINO.

Praeclara sane haec est hereditas: hanc accipio, quam mihi nec eloquentiae vis, nec chirographorum extorquebit imitatio. At tu cum patrui mei recordaris, non minus mihi gratum facis, quam cum amare me instituis. Nam & hanc ab eo indolem nactus sum: quem enim is amore complectebatur, ad eundem amandum alios quoque compellebat. Ceterum recogitans ego, quo tibi sim gratificatus, nihil invenio. Tu vero, quod gratiam habere mihi te dicis, eo ipso de me bene mereris. Erunt autem & alia tua in me merita: ego vero precibus te adjuvabo. Hoc enim est, quod unum possum. Quod ad xenia attinet, qui fieri poterat, ut voluptatem illa non afferrent, quae & bonus vir & constans amicus misisset.

CXLII. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι.

Ἤρου (1) με, εἴ σε προσδοκῶ περιέσεσθαι τῶν πραγμάτων· προσδοκῶ. δεύτερον ἐπόθεις μαθεῖν, εἴ σοι δόξαν ἀπὸ τῶν παρόντων εἰκάζω χρηστὴν ἔσεσθαι παρὰ τοῖς δυνατοῖς· εἰσὶν ἐλπίδες. ἅτε γὰρ ποιεῖς οὐ σιγᾶται, τούτῳ τε ἀκοῇ (2) τὸ θαυμάζειν ἕπεται. Νῦν γέ τοι τοιοῦτος ἥκει λόγος, ἐφ' ᾧ τίς οὐκ ἀνέκραγε; λέγεταί τις ἄνθρωπος ἐν τοῖς ὑπηρέταις εἶναι νῦν πρῶτον κεκρατημένος, τὸν παρελθόντα (3) δὲ ἄρα χρόνον ἅπαντα πάντων ἐκράτει. Πολλὰ τοιαῦτα σὺ μὲν ἐργάσῃ, κομιεῖ δὲ πανταχῇ τὸ στόμα τῆς φήμης. Καὶ βασιλεῖ μὲν ἐντεῦθεν, ὡς εἰκότως, ἡδονή, σοὶ δ' ἀμοιβαί.

PRISCIANO.

Quaerebas tu, sperarem ne ego, fore, ut negotia superares. Spero utique. Tum illud scire cupiebas, futurum ne te in bona apud potentes existimatione ex praesentibus augurarer, spes est. Quae enim facis, de iis non silet fama, & famam sequitur admiratio. Nunc certe ii de te sermones perferuntur, quibus auditis quotusquisque est, qui non exclamarit? Dicitur quidam è ministris nunc primum victus esse: superiori vero tempore omni omnibus erat superior. Talia tu facturus es multa: ipsa autem longe lateque perlatura est fama. Inde vero ad Imperatorem quidem gaudium, ad te autem praemia ventura credere par est.

CXLIII. ΤΩι ΑΥΤΩι. (1)

Πείθομαι, μὴ πολλὰ εἶναί σοι πράγματα. (2) οὐ γὰρ ἂν πολλῆς ἀπέλαυες εἰς τὸ ἐπιστέλλειν σχολῆς, ὡς τόγε κάλλος τῆς ἐπιστολῆς (3), οὐκ ἄρχοντος ἐπιόντος πό-

λεις

EIDEM.

Non multa tibi negotia esse, persuasum habeo. Non enim multo ad scribendum otio fruerere. Epistolae certe elegantia non magistratum civitates obeuntem sapit, sed eum hominem,

(9) ἐν Ἑρμοῦ scil. χωρίῳ, vel οἴκῳ, vel simili. Frequens ellipsis, cujus exempla ex Scriptoribus afferunt doctissimus *J. C. Schwarzius* ad Tursellinum de Particulis p. 40. & *Sylvius* Elegantiarum Centur. III. c. 97. Sensus h. l. est, Praesidem illum literis & eloquentiae esse innutritum. (10) Sic scripsi cum *Voss.* pro τὰ αὐτοῦ *Barocc.* Sensus est, Praesidem illum apud advocatos commemorare solere ea, quae ipse alias dixerit. (11) ὁμολογῶ, *Ambros.* T. 73.

EP. CXLI. (1) Fortasse hic *Ammianus Marcellinus* est, ad quem & alia nostri exstat epistola. (2) Amicitiam intelligit, quam ipsi testatam fecerat *Marcellinus*. (3) Id scilicet usu alias venerat nostro in hereditatis negotio. Vide supra ep. 115. (4) ἣν ἔδωκά σοι, *Vatic. A.* pro ἣν ἴδωκά σοι *Voss.* sine sensu.

EP. CXLII. (1) Ἥρου, *Vatic.* A. prave. (2) ἀκοὴ *fama* Graecis dicitur. Vide *Curas* nostras ad N. F. Vol. I. p. 79 & 432. & *Alexandr. Morum* ad Jesaiae LIII. p. 4. Tota haec epistola eo pertinet. Priscianus, olim orator, CPolin a Juliano vocatus erat, quod ex superiori epistola 61 & sequentibus constat. Ibi igitur ad omnia alia admotus solicitus fuisse videtur, quomodo nova illa vitae conditio sibi sit cessura. (3) παρόντα est in *Voss.* & *Reg. max.* at in *Voss.* recens manus emendaverat: παρελθόντα, quam vocem sensus postulat.

EP. CXLIII. (1) Epistolam hanc *Morellus* una cum alia quadam nostri, & ejusdem oratione pro Rhetoribus ad Antiochenos edidit Paris. 1616. 4. Eandem Latine vertit *Salvinius*, & *Boivinius*, a quo hanc habes. Utraque illa apud Morellum *Juliano* inscribitur. Vertit etiam *Zambicarius* lib. I. ep. 28. ubi inscribitur *Elpidio*, sicut in *Mutin. C.* Πρισκιανῷ, & in *Medic. A. Marcellino. Prisciano* scriptam fuisse verisimile non fit. Is enim Rhetor fuerat, nec mirari itaque Libanius scribendi artem poterat. (2) τὰ πράγματα *Voss.* (3) τῆς ἐπιστολῆς non habet *Morellus*.

(4) τὰς

nem, qui sit artifex orationum. Quod si illud falsum, & negotia potius multa sunt, tu vero utrisque par, Musarum certe oportet aliqua apud te cum justitia habitet, tibique adsit; modo haec, modo illa. Tu si aut sagittam Abaridis aut Orphei citharam quaeris, neque citharam quaeras, quia tantundem lingua potes, neque sagittam, quia citharam habes. Paupertas commune nunc hominibus malum. Non itaque ad opulentos pro inopibus scribis; sed & si nobis praeesses, ista quereretur:

Funesta nimium bella, pereatis male,
Quae facitis Iros protinus ipsos Callias.

EIDEM.

Estiaei liberi curae mihi sunt; tum ob illorum avunculos, qui mei condiscipuli fuerunt, tum ob avum, qui me in numero filiorum habuit. Cum *Estiaeo* quidem consuetudo mihi non fuit: eum tamen semper laudavi. Quod autem maximum, sunt hi adolescentes discipuli mei, eloquentiae simul & verecundiae operati. Quantos per negotiorum fluctus eorum mater progressa vix demum respiraverit, nosti; atque, ut periculo quidem liberata sit, majorem autem effecerit eam, quae fuit ante, paupertatem. Est in urbe Cyro vir quidam, nomine *Mares*, pauper magis ille, quam senex: est tamen & senex admodum. Is ne omnino pessumdetur, rogant isti, & ego quidem velim: posse autem tuum est. Occasionem illius adjuvandi dabit vetus Imperatoris rescriptum, *Theophili* epistola confirmatum.

EIDEM.

Discipulo nostro *Macario* felix est pater. Est hic de tuis unus: & ei primorum quisque donum dedit. Donum porro istud est, tempus, quo possit filium invisere, filium Mnemosynae acceptum. Donum ei illud largire tu post multos, quod & primus fores largitus.

EIDEM.

Etiam *Chrysos* cura tua dignus est, tum ob mores, tum ob cognatos. Nam moribus quidem mitis est: cognatos autem eos habet, qui amici sunt & mei, & tui, & in urbe primas tenent, bo-

num

λοις (4), ἀλλ' αὐτοὺς ἐργαζομένῳ λόγους. Εἰ δὲ ψεῦδος μὲν ἐκεῖνο, καὶ πολλὰ τὰ πράγματα, σὺ δ' ἀρκεῖς ἀμφοτέροις, τῶν Μουσῶν ἔοικέ σοι τις συνοικεῖν μετὰ τῆς δίκης, καὶ συλλαμβάνειν πῇ μὲν ἐκείνην, πῇ δὲ ταύτην. Ζητῶν δὲ ἢ τὸν Ἀβάριδος οἰστὸν (5), ἢ τὴν Ὀρφέως κιθάραν, μήτε τὴν κιθάραν ζήτει, τῇ γλώττῃ γὰρ τὰ ταύτης ἰσχύεις, μήτε τὸν οἰστόν, ἐπειδήπερ ἔχεις (6) τὴν κιθάραν. Ἡ πενία κοινὴ (7) νῦν ἀνθρώποις (8), ὥστε πρὸς εὐπόρους ὑπὲρ ἀπόρων ἐπιστέλλεις. ἀλλ' εἰ καὶ ἡμῶν ἦρχες ταῦτ' (9) ἂν ὠδύρου·

Ἀπόλοιο (10) δῆτ', ὦ πόλεμε, πολλῶν οὕνεκα,
Ὃς τοὺς Καλλίας (11) ἐξῆς Ἴρους ποιεῖς.

CXLIV. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Τῶν Ἑστιαίου παίδων μέλει μοι, καὶ διὰ τοὺς θείους, οἳ συνεφοίτησάν μοι, καὶ διὰ τὸν πάππον, ὃς ἐν ἴσῳ με ἡγεῖτο τῶν υἱέων. Ἑστιαῖος δὲ, ἐμοὶ μὲν συνήθης οὐκ ἦν, ἐπαινεῖται δέ. Τὸ δὲ μέγιστον, τῶν ἐμῶν οἱ νεανίσκοι φοιτητῶν, μετὰ τῶν λόγων μελετήσαντες αἰδεῖσθαι. Δι' ὅσων δὲ κυμάτων ἡ μήτηρ αὐτοῖς ἐλθοῦσα μόλις ἀνέπνευσεν, οἶσθα καὶ ὅτι τοῦ κινδύνου μὲν ἀπηλλάγη, μείζω δὲ πεποίηκεν τὴν οὖσαν καὶ πρὶν πενίαν. Ἔστι δέ τις ἄνθρωπος ἐν (1) Κύρῳ Μάρης, μᾶλλον πένης, ἢ γέρων. Ἔστι δὲ καὶ μάλα γέρων, ὃν μὴ παντάπασιν ἐκλειφθῆναι δέονται μὲν οὗτοι, βούλομαι δὲ ἐγώ. κύριος δὲ σύ. ὄχημα δὲ τῇ βοηθείᾳ δόσις βασιλέως παλαιὰ γράμματα (2) γράμμασι Θεοφίλου (3) βεβαιούμενα.

CXLV. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Ἡμετέρῳ μαθητῇ Μακαρίῳ μακάριος (1) ἐστὶν ὁ πατήρ. Εἷς δὲ οὑτοσὶ τῆς ἀμφί σε φάλαγγος. Τούτῳ τῶν ἀρχόντων ἕκαστος ἔδωκε δῶρον. τὸ δὲ δῶρον, χρόνον παρέχειν αὐτῷ τὸν υἱὸν ἰδεῖν, υἱὸν τῇ Μνημοσύνῃ φίλον (2). Δὸς δὴ τὸ δῶρον ἐπὶ πολλοῖς, ὃ καὶ πρῶτος ἔδωκας ἄν.

CXLVI. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Καὶ Χρύσης προνοίας ἄξιος, τρόπων τε ἕνεκα (1) καὶ συγγενῶν. ὅ τε γὰρ τρόπος ἡσύχιος, εἴτε ἀνεψιοὶ φίλοι τέ ἐμοί καί σοι. καὶ τῇ πόλει τὰ πρῶτα (2). Αν-

τοίη

(4) τοῖς ἄλλοις *Morel.* (5) Dictum proverbiale. Vid. *Erasmum*, & *Hyginum* Astronom. Poëtic. II. 15. *Arsacidis sagittam* hic in versione promit *Zambicarius*. (6) ἐπειδὴ περιέχεις *Reg. minor.* mendose. (7) κοινὴ *Voss.* (8) ἀνθρώποις. *Morell.* (9) νῦν *Reg. minor.* (10) ἀπόλοιο *Ambros.* T. 231. (11) *Reg. max.* Καλλίας cum κ majori recte, ceteri cum κ minori, more Codicibus fere communi. Innuitur Callias, Phaenippi filius, cujus divitias celebravit *Herodotus* VI. p. 371. edit. Gronovian. Illi opponitur *Irus*, quem paupertas celebrem fecit. Hinc intelligis, quam male in *Ambros.* T. 231. legatur καλλίας. Cujus hi versus sint, hactenus frustra quaero. Quid in codice suo legerit h. l. *Zambicarius*, vix omni ex parte adsequor. Vertit enim ita: *Sed quanquam nobis imperas, hujusmodi tamen commoveri debes, pro claris autem multorum gratia, quod quidem sacros demos facis*.

EP. CXLIV. (1) ἐν inserit manus recens in *Voss.* (2) γράμματα passim apud nostrum rescripta sunt in causis forensibus data. Ita & *Suidas* γράμματα ad δικαστικὰς ψήφους refert. (3) Fortasse hic intelligendus est Julianus.

EP. CXLV. (1) Vocem hanc pro appellativa habuit *Boivinius*, rectius autem nomen proprium videbitur. Constat enim, apud veteres etiam, filios saepe cum Parentibus nomen commune habuisse. In antiquis praeterea codd. nomina propria ab appellativis raro scribendi ratione distinguuntur. (2) Musis itaque operam dabat *Macarius*; illarum enim matrem Mnemosynen a Poëtis dici constat.

EP. CXLVI. (1) ἕνεκα, *Ambros.* T. 231. (2) Similiter *Aristophanes* ait; ἔχει τὰ πρῶτα τῆς πόλεως μετέχουσιν. Plene *Apollonius* ep. 38. ait φέρεσθαι τὰ πρῶτα τῆς πόλεως.

τδίον λέγω τὸν καλόν, καὶ τὸν ἄξιον ἀκοῦσαι ταυτὸ Κυνήγιον, οὓς αἰσχύνοι Χρύσης, εἴ τι παρὰ τὴν ἀξίαν ὑπομένῃ, καὶ ταῦτά σου τὴν ἀρχὴν ἔχοντος. Ἐν οἷς ἂν ὑβρίζεται μαθὼν, στῆσον τὴν ὕβριν.

num nempe illum *Letoium*, & eadem dignum laude *Cynegium*, quos pudeat, si quid praeter meritum *Chryses* patiatur, te praesertim imperium obtinente. Injuriam itaque qua afficitur, cum didiceris, eam coërceto.

CXLVII. ΕΚΔΙΚΙΩι.

Ἀλλ' οὗτοσὶ Φιλόξενος καὶ μεγέθει, καὶ μορφῇ, καὶ φωνῇ, καὶ τῷ αἰδεῖσθαι, καὶ τῷ λόγους ζητεῖν, καὶ λαμβάνειν εἰδέναι. Σὺ δὲ πείθων τοὺς νέους παρ' ἡμᾶς τρέχειν, ὅμοιον ποιεῖς, ὥσπερ ἂν εἰ παρῄνεις αὐτοῖς παρὰ σὲ τρέχειν. Οἶσθα γὰρ, ὡς, ἂν ἐγὼ φαίνωμαι λαμπρὸς, καὶ τὰ σὰ ἐν δόξῃ (1), κἂν ἐγὼ δόξω μὴ κακὸς (2) εἶναι παιδευτὴς, καί σοι ταῦτα (3) ἂν ὀνῆσαι (4) παιδεύειν ἑλομένῳ (5). Οὐ γὰρ ἀγνοοῦσιν οἱ ἄνθρωποι τὰ Ἀθήνησιν ἡμῖν κοινά. Τὸ μὲν οὖν ἔργῳ τὰ ἡμέτερα ᾑρῆσθαι (6) θαυμαστὸν οὐδέν. Σοὶ γὰρ ὁ βίος (7) ἐκ νέου τὰ φίλων αὔξειν. τὸ δὲ ὁμολογεῖν ἐν γράμμασιν, ὃ (8) ποιεῖς, τοῦτο δὲ οὐ κατὰ τὴν σὴν δειλίαν. ἀλλὰ γὰρ ἔργον τοῦτο τοῦ ἔρωτος, ὃς καὶ τοὺς δειλοὺς θρασυτέρους ποιεῖ.

ECDICIO.

Sed hic vere *Philoxenus* est, & statura, & forma, & voce, & verecundia, & eloquentiae tum quaerendae studio, tum percipiendae facultate. Tu vero cum juvenibus suades, ut ad nos properent, idem facis, ac si hortarere, ut ad te properarent. Scis enim, si illustris ego evadam, tua etiam illustrari; & ubi non malus praeceptor visus fuero, profuturum tibi illud docere instituenti. Non enim vulgo homines ignorant, quae nostra fuerit Athenis conjunctio. Te quidem partes nostras secutum esse non mirum; id enim à puero fecisti, ut amicorum res juvares: literis autem confiteri, id quod facis, istud vero tuae non erat timiditatis. sed enim amoris illud facinus est, qui & timidos audentiores reddit.

CXLVIII. ΑΚΑΚΙΩι.

Οὐχ ὁ Φιλόξενος μόνον ἐπανήκων ἀμείνων ἐξώρμησε τὸν ἀδελφὸν, ἀλλὰ καὶ τοῦ Φιλοξένου τις (1) ἀνεψιὸς (2). Οἶσθα γὰρ, ὃν ἐγὼ λέγω. καὶ λέγειν οὐκ ἐθέλεις εἰδὼς, ἢ τούτου γε ἕνεκα τοῦ δευτέρου παρὰ σὲ ἐχρῆν (3) καὶ τὸν Φιλόξενον, καὶ τὸν ἀδελφὸν, τὸν ἐκείνου φοιτᾶν, ὡς οὐδέν γε παρ' ἡμῖν, τοσοῦτον, οὔτε τοιοῦτον, ὁποῖόν τι καὶ ὁπόσον παρὰ σοί. καίτοι Τιτιανὸς (4) τῇδε προσέθηκεν. ἀλλ' ἐγὼ τὸν οἴκοι θησαυρὸν αὐτῷ κάλλιον (5) ὁρῶ. Τῇ μέντοι μητρὶ τοῖν νεανίσκοιν ἐκείνοιν λέγειν, ὡς ἔστι καὶ παρ' ἡμῖν θέρος, καὶ πνεῖ τότε μέτριος ἄνεμος.

ACACIO.

Non *Philoxenus* modo melior reversus fratrem excitavit, sed & quidam *Philoxeni* cognatus. Scis enim, quem ego dicam, nec vis dicere ipse, cum scias. An propter hunc alterum oportuit ad te discendi causa ire & *Philoxenum*, & illius fratrem, quasi nihil apud nos tantum nec tale sit, quale & quantum apud te? Atqui *Titianus* animum huc adjicit: quanquam ego qualem thesaurum domi habeat, rectius video. Matri tamen illorum adolescentium dicas velim, esse & apud nos aestatem, & auram spirare tunc clementiorem.

CXLIX. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι.

Οἴκοθεν οἴκαδε (1) Μίκκαλος παρ' Ὀλυμπίου πρὸς σέ, καὶ οὐ παρὰ ἀδελφοῦ μᾶλλον, ἢ παρὰ ἀδελφόν, ὅθεν μοι δοκεῖ τοῦ τε ἐν Παίοσιν (2) ὑπεριδεῖν πλούτου, καὶ τῆς ἐν ἀδικίᾳ τρυφῆς, νομίζων τὸ σοὶ συνεῖναι, καὶ τῶν χρημάτων αὐτῷ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς θαλάττης ἥδιον ἔσεσθαι. Τοῦτο μὲν οὖν τοῦτ' ἔπεισε προκρῖναι τὴν σὴν ἀρχήν. σὺ δ' αὐτῷ καὶ χρημάτων εὕρισκε πόρους. Σοὶ μὲν γὰρ κοινὰ, τούτῳ δὲ μα-

PRISCIANO.

De domo sua in suam domum *Miccalus* ab Olympio ad te, nec magis à fratre. quam ad fratrem. Mihi itaque eo videtur ille & Paeonias opes & injustum luxum contempsisse, quod tecum esse jucundius fore sibi crederet, quam & pecunias habere, & ea, quae mare affert, emolumenta. Hunc igitur hoc movit, tuam ut praeferret provinciam. Tu vero & unde pecuniam paret, aliquid ei reperias. Te enim

EP. CXLVII. (1) Ita D. Paulus 1. *Cor.* XV. 43. (2) κακὸς, *Reg. max.* vitiose. κακὸς παιδευτὴς *ineptus ad docendum* aeque dicitur, ac ab altera parte ἀγαθὸς τεχνίτης Graece dici supra monuimus. (3) ταυτὰ *Reg. max.* & *Vatic.* A. & saepe sic alias Libanius. (4) Ita in *Voss.* ex emendatione recente: olim vero ὀνῆσαι. (5) Fortasse *Ecdicius* Libanii fuerat discipulus, eloquentiaeque artem, quam nunc profiteri ipse coeperat, ab eo edoctus: vel potius, quod sequentia credere jubent, uterque Athenis eandem artem didicerunt. (6) Sic *Voss.* & *Vatic.* A. *Reg. max.* p ave εἰωθέναι. (7) βίος *consuetudinem* hic infert, ut alias *artem.* Vide *Menagium* ad Diogenem Laërtium IX. 109. p. 439. b. (8) *Voss.* male ὁ, at ὃ *Reg. max.* & *Vatic.* A.

EP. CXLVIII. (1) Scriptum erat τίς, praestat autem τις, sine accentu. (2) In Cod. *Voss.* recens manus ad haec scripserat: ὁ σὸς υἱὸς δηλονότι, *tuus nempe filius.* (3) χρῆν *Reg. max.* & *Vatic.* A. (4) *Titianus* Acacii erat filius, quod ex epistola quadam superiore constat. (5) Fortasse legendum κάλλιον quod *Boivinius* suspicabatur. Ceterum Acacius Rhetor aeque erat ac Libanius; ex quo factum est, ut hujus discipuli interdum ad illum commigrarent, & vicissim.

EP. CXLIX. (1) Alluditur ad illud *Pindari* Olymp. Od. 7. φιάλαν ὡς εἴ τις — οἴκοθεν οἴκαδε, πάγχρυσον κορυφὰν κτεάνων. (2) Paeoniae opes proverbialiter dictae aeque videntur, ac *Paeonia manus* & *Paeonia pharmaca.* Ceterum de Paeonia & Paeonibus lege *Alex. Politum* ad Eustath. in Iliad. ά. p. 75 & 263.

(3) Sic

enim vacuis, illum plenis redire manibus decet. Quae de egestate scripsisti, ut illic quam huc majorem esse confirmares, ea declamantis erant, non vera dicentis; apud nos quidem qui mendicant, urbis modica pars; at qui propius calamitatem sunt, ii si hoc ipso divites sunt, Oedipo certe aliquo indigemus.

μετ' αἷς ἐπανελθεῖν προσήκει χερσίν. Ἃ περὶ τῆς πενίας ἔγραψας, μείζω τὴν ἐκεῖ τῆς τῇδε παραμυθούμενος διακυρῶται, ῥητορεύοντος (3), οὐκ ἀληθεύοντος ἦν. οἵγε τοι παρ' ἡμῖν (4) προσαιτοῦντες, πόλεως μέτριον, οἱ δὲ ἐγγυτέρω τοῦ δυστυχεῖν εἰ τούτῳ πλουτοῦσιν, Οἰδίπου τινὸς χρῄζομεν.

ANDRONICO.

Modum tenere optimum est, dixit aliquis, & dictum hoc Apollini Pythio consecratum est. Tu vero quod cum in aliis rebus, tum in Senatorum numero amplificando urbes facis majores, recte facis. Sed qui majorem ad curiam vocatur, atque ex Phoenicia ad augustius quiddam evasit, eum sua felicitate ne fraudaveris, neve ita subjectos ames, ut patriam tuam averseris. Sit utique & *Fraterno* eorum munerum, quae in Phoenicia habet, vacatio, quem statim oportebit in magna urbe sumtus facere. Atque hunc quidem virum ego nondum vidi: amicum tamen duco, quod gener futurus sit mei & amici & discipuli *Aprincii*, qui mihi tum, cum studiis operam dabat, sua probitate suoque literarum amore: vestrae autem urbi sua in exhibendis ludis magnificentia admirationem movit. Huic ego juveni si opem non feram, injustus omnino sim, & illum prodidero, si nullius auctoritatis esse *Fraterno* videatur. Videbitur autem contemtior esse, si, quando tu imperium obtines & ego a te quidlibet impetrare possum, is, qui filiam ei suam daturus est, injuriam patiatur. Videbitur enim *Aprincius* a me contemptus, eo quod nihil non largiturus mihi videaris. Da itaque hoc illi, amicorum amicissime: (magis enim hoc, quam imperii nomine delectaris,) eademque opera & jus cole, & patriae fer opem & istum ab ignominia vindica.

CL. ΑΝΔΡΟΝΙΚΩι.

Μέτρον ἄριστον, ἔφη τις (1), καὶ ὁ λόγος ἀνάθημα γέγονε τῷ Πυθίῳ. Σὺ δ' ὅτι μὲν τῇ τε ἄλλῃ καὶ τῷ πλήθει τῶν βουλευτῶν μείζους ποιεῖς τὰς πόλεις, καλῶς ποιεῖς (2). Ὅτις δ' εἰς μείζω βουλὴν καλεῖται, καὶ γέγονεν ἐκ Φοίνικος ἄλλο τι σεμνότερον, μήτοι τοῦτον (3) ἀποστέρει τῆς τύχης, μηδ' οὕτω φίλει τοὺς ἀρχομένους, ὥστε τὴν σαυτοῦ (4) μισεῖν. Ἔστω δὴ καὶ Φρατερίῳ τῶν ἐν Φοινίκῃ λειτουργιῶν ἄφεσις, ὃν (5) αὐτίκα δεήσει δαπανᾶν ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει (6). Τὸν δ' ἄνδρα τοῦτον εἶδον μὲν οὔπω, φίλον δὲ ἡγοῦμαι φίλῳ τ' ἐμῷ καὶ μαθητῇ μέλλοντα κηδεύσειν (7) ἐν Ἀπριγκίῳ, (8) ὃς ἐμὲ μὲν ἐν τῷ χρόνῳ τῆς μαθήσεως ἐξέπληξεν (9), ἐπιεικείᾳ τε καὶ λόγων ἐπιθυμίᾳ, τὴν δ' ὑμετέραν (10) πόλιν τῷ περὶ τὴν χορηγίαν λαμπρῷ. Τούτῳ τῷ νεανίσκῳ μὴ βοηθῶν μὲν (11) ἐγὼ πάνυ ἂν ἀδικοίην. προδώσω δὲ αὐτόν, εἰ μηδενὸς ἄξιος Φρατερίῳ φανεῖται, φανεῖται δὲ φαῦλος, εἰ σοῦ μὲν ἔχοντος τὴν ἀρχήν, ἐμοῦ δέ σε πείθειν ἔχοντος, ὁ μέλλων αὐτῷ τὴν θυγατέρα δώσειν, ἀδικήσεται (12): Δόξει γὰρ (13) Ἀπρίγκιος ὑπ' ἐμοῦ καταφρονεῖσθαι. (14) σὲ (15) γὰρ οὐκ ἄν ποτε μὴ δύναι χάριν ἐμοί. Ἀλλὰ δός, ἑταίρων φίλτατε. χαίρεις γὰρ ἀκούων τοῦτο μᾶλλον, ἢ τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα, καὶ μιᾷ πράξει τότε δίκαιον τίμησον, καὶ τῇ σαυτοῦ βοήθησον, καὶ τοῦτον μὴ ἀτιμάσῃς.

EIDEM.

Puto equidem, cum rationes audieris, decreturum te esse, ut absolvantur ii, qui epistolam ferunt: nam & mihi graves illae visae sunt, & tibi haud viles videbuntur. Verum etsi ipsis nihil esset eorum, quae ad causam defendendam suppetant, sed unum illud, quod eos habent defensores, quibus reverentiam deberi putas, omnino tum quoque absolutum eos iri existimaverim. Horum enim alii dicendi facultate pollent, alii legum peritia: aliis utrumque inest. Ac praeclara quidem de illis tibi multa: plura tamen illis de te dicta sunt.

CLI. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Οἶμαι μέν σε καὶ τῶν δικαίων (1) ἀκούσαντα ψηφιεῖσθαι τοῖς φέρουσι τὴν ἐπιστολὴν ἀπαλλαγήν. Ἐμοί τε γὰρ ἔδοξεν εἶναι μεγάλα, σοί τε οὐ φανεῖται μικρά. Δοκοῦσι δέ μοι κἂν εἰ μηδὲν αὐτοῖς τῶν ὄντων ὑπῆρχεν εἰς τὴν δίκην, ἓν δὲ τοῦτο, τὸ βοηθεῖν αὐτοῖς, οὓς δεῖ σε αἰδεῖσθαι, πάντως ἂν ἐκφυγεῖν (2). Τῶν δὲ γὰρ οἱ μὲν λόγου κέκτηνται δύναμιν, οἱ δὲ ἐμπειρίαν νόμων· ἐν δὲ τοῖς ἔστιν ἀμφότερα. χρηστὰ δὲ μέν σοι πολλὰ (3) περὶ τούτων.

(3) Sic *rhetoricari* dixit *Tertullianus* de Resurrectione carnis cap. 5. (4) In *Voss.* vox ἡμῖν, ᾧ ὑ superscriptum habebat ὑ quasi & ὑμῖν legi possit.

EP. CL. (1) Acceptum illud fertur *Cleobulo Lindio*, à *Diogene Laërtio* l. 93. *Clemente Alex.* Stromat. 1. *Sidonio Apollinari*, & *Ausonio*. Confer *Menagii* notas ad Laërtium p. 54. (2) Hoc in *Medicco* non exstat. (3) *Barocc.* 9. at *Voss.* τοῦτον. (4) Subintellige γῆν, vel πατρίδα. Andronicus autem hic in Phoenicia Praefectum agebat quod patet ex Libanii Oratione Apologetica p. 604. (5) ὃν *Barocc.* (6) *Constantinopoli*, ut videtur. (7) *Bovinitus* de *Socero* acceperat. At Apringius illi filiam suam elocaturus erat, quod patet ex sequentibus. (8) Scilicet οἴκῳ familia. *Voss.* legit Ἀπριγκίῳ. *Reg. max.* ἐν Ἀπριγκίῳ. Nostram lectionem tuentur *Barocc.* 91 *Laud.* 41. *Reg. Paris. minor. Ambros.* T. 5. & *Golianus*. (9) ἐξέπληξεν post vocem λόγων collocat *Voss.* (10) Ita Codd. plerique, at *Reg. minor.* ἡμετέραν. (11) μὲν omittit Golianus. (12) ἀδικηθήσεται, Anglicani illi, *Reg. minor*, & *Ambros.* T. 5. Praestat nostrum. (13) δὲ pro γὰρ *Gol.* (14) καταφρονεῖσθαι, *Reg. minor.* (15) σοὶ *Voss. Medic.* σὺ.

riculum est, ne illa, quae vocatur bona gratia, in necessitatem evadat iis, qui posthac provinciae praeerunt, exemplum se sequi dicturis, ac tum aliquis illi succenseat, qui primus rei auctor exstiterit. At nos, si videtur, ita agamus. Proclamari jube, ecquis velit. Nam & eos inventurus es, qui, quod possint, velint; & illos, qui non possint, non gravabis. Ita vero nemo in eum, qui fecerit, invehetur. Malim equidem parva, omnibus mecum laetantibus, quam, iisdem indignantibus, moenia Babylonica moliri.

CXCVII. ΤΩι ΑΥΤΩι. (1)

Ἄκουε δὴ καὶ ἑτέραν ἐπανορθώσεως χρῇζον. Ἀστερίῳ παρ' ἡμῖν οὐδεὶς ὅμοιος (2), οἶμαι δὲ οὐδὲ (3) ἄλλοθι, τοσαύτην ἔσχεν ἀνὴρ ἐπιμέλειαν ἀρετῆς, οὐ τοῦ γήρως (4) αὐτῷ σβέσαντος τὰς ἀτόπους ἡδονάς, τῆς φύσεως δὲ ἐκ παιδὸς ἐπὶ τὸ σῶφρον ἀναγούσης. ὅθεν ἐν αἰδοῖ παρὰ τοῖς πολίταις, οὐ μᾶλλον, ὧν ἐστι νῦν (5) πρεσβύτερος, ἢ ὧν ἦν τότε νεώτερος. Ἐμοὶ δὲ δόξα παρίσταται ζῆν μοι τὸν θεῖον (6), ὅταν ἐντύχω τε τῷ πρεσβύτῃ, καὶ καταστῶμεν εἰς λόγους. Ὅτι οὖν ἐνέβαλες (7) αὐτὸν εἰς καπνόν τε καὶ κλύδωνας χαλκέων πραγμάτων (8), ὧν ἀφεστήκει πλέον ἢ καμίνων οἱ κύκνοι (9), λίαν ἠχθέσθην, καὶ γράφειν ἕτοιμος ἦν. Ἔπειτα ἐδεήθην αὐτοῦ μικρὸν ὑπομεῖναι (10) χρόνον, καὶ δοῦναι χάριν αὐτῷ τό σοι χαρίσασθαι πόνους (11), ὧν ἦν ἀήθης, φάσκων αὐτίκα ἥξειν τὴν λύσιν. Ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ἐκτείνεται, ταραχὴ δὲ ἐν τοῖς ἐργαζομένοις, ὁ δὲ ἡσυχίας ἐρᾷ (12), δι' ἣν ἀρχὰς αὐτῷ πρὸς τὰς χεῖρας (13) ἰούσας ἀπώσατο, δεῖ δὲ τοὺς χρηστοὺς ἐν τῇ σῇ δυνάμει χαίρειν. Ἀστέριος φεύγει ταῦτα, ἃ διώκουσιν ἄλλοι, καὶ δὴ καὶ τῆς οἰκίας ἡδέως ἂν ἐκπέσοι, μὴ μέλλων οἴκοι ζῆν κατὰ τὸν αὐτοῦ (14) τρόπον. Δέομαί σου, τὸ μὲν ἐπαινέσαι, τοῦτο τὰ (15) αὑτοῦ πράττειν ἐθέλειν, καὶ ὧν ὑπηρέτηκεν, ἐπ' ἄλλον δὲ ἀγαγεῖν τοὐπίταγμα. πολλοὶ δὲ ὧν ἄρχεις. Ἀστέριος δὲ καὶ τούτων ἀφειμένος τῶν ἔργων, οὐκ ἀργὸς καθεδεῖται, τὰ γὰρ σὰ θαυμάζειν ἔργον αὐτῷ.

EIDEM.

Audi nunc rem aliam, quae & ipsa emendationem poscit. *Asterio* nemo apud nos similis: credo, nec alibi. Tantum illi fuit virtutis studium: à cupiditatum ardore, non senectute demum liberato, sed, duce natura, ad temperantiam inde a puero deducto. Quo fit, ut honos illi a civibus, non modo iis, quibus est natu major, verum etiam ab his, quibus tum erat junior, habeatur. Mihi vero quoties occurrit hic senex, quoties in colloquium descendimus, opinio subit, vivere mihi adhuc avunculum. Postquam itaque illum in fumum ac strepitum rei aerariae conjecisti, a qua ille magis, quam a camino cycnus, abhorrebat, aegre id quidem tuli, & jam ad scribendum eram paratus. Mox vero illum rogavi, sustineret aliquantisper, tibique in eo gratificaretur, ut labores, quibus non esset adsuetus, susciperet: fore enim, ut mox liberaretur. Quoniam vero hoc producitur, opifices autem tumultuantur, noster porro quietem amat, ob quam oblatos sibi magistratus recusavit; bonos utique homines de imperio tuo gaudere oportet. *Asterius* ea aversatur, quae consectantur alii, & vel ipsa domo sua libenter excideret, nisi domi moribus suis vivere liceret. Rogo itaque te, ut ipsum approbes, tum, quod res suas agere vult, tum ob ea, quae praestitit; jussa vero tua in alium transferas. Plures enim sunt, quibus imperas. *Asterius* vero, his curis solutus, non desidebit iners; tua enim admirari opus suum faciet.

CXCVIII. ΑΝΔΡΟΝΙΚΩι.

Εἰ μὲν οὐκ ἦν σοι φίλος, ὥσπερ ἡμῖν, ὁ χρηστὸς Εὐστόχιος

ANDRONICO.

Si non tibi aeque ut mihi, amicus esset optimus

(4) *Boivinius* haec antea ita verterat: *ita vero nemo in ea, quae fiunt, invehetur.* Postea autem maluit id, quod nunc legis, hoc senso, quod nemo imprecaturus sit illi, qui Praefecto operam navaverit, eum, quae ille faciat, in consequentiam duci non possint. Atque hoc ex epistolae nexu videtur rectius. (5) Hic antecedens ἁπάντων repetitur in *Ambrosiano* T. 73. (6) Babylonis muros celebravit antiquitas, ita, ut in proverbium abierint.

EP. CXCVII. (1) Huc usque verterat *Boivinius*. (2) παρόμοιος, *Colbertinus* 4927. (3) οὐδ' in apographo suo ex *Medic.* A. omiserat *Salvinus*, quod tamen in versione Latina recte expressit. (4) νέου *Reg. major & maximus* (4. b.) ἀναγούσης *Anglic.* quidam & *Golianus*. (5) νῦν non habet *Voss.* & *Medic.* A. Est autem in *Baroc.* 9. *Laud.* 11. *Reg. minori*, *Colbert.* 4927 & *Ambros.* T. 5. (6) τὸ θεῖον, *Colbertin.* 4927. male: Phasganius heic significatur, cujus frequens est mentio. (7) ἐνέβαλλες *Voss. Reg. max. Colbertin.* & *Ambros.* & *Medic.* rectius, ut videtur. (8) Ita codd. plerique. At *Colbertin.* 4927. *Reg. min.* & *Anglic.* quidam ita: χαλκίων, πραγμάτων, ὧν, ut sic vox πραγμάτων per appositionem jungatur praecedentibus momentis, κάπνον καὶ κλύδωνας χαλκίων. Atque hoc rectius videtur: vix enim puto χάλκεα πράγματα dici, sicut κλύδωνα χαλκίων, *fabrorum aerariorum ictus.* Retinui tamen *Boivinii* versionem ex altera illa lectione natam, quam & *Salvinus* ex *Mediceo* expressit. (9) Ita *Voss.* Pro καμίνων habet καμίνων *Colbertin. Reg. min.* & *Anglic.* quidam: pro κύκνοι autem κύκλοι. *Ambros.* T. 5. & *Barocc.* 9. Sic & *Medic.* καμίνων οἱ κύκλοι, quod *Salvin.* expressit, à *fornacibus rotae.* Hoc modo ad rem aerariam alludi propius videretur. (10) ἀναμεῖναι, *Reg. minor.* (11) Ita *Voss.* qui ex emendatione nunc habet τῷ σοι χ. π. τό σοι habet *Baroc.* & *Medic.* A. item *Colbertin.* 4927. At τῷ σοι χαρίζ. πόνους *Reg. minor* & *Golianus*. (12) Fortasse legendum ἐρᾷ. (13) πρὸς τὸ χεῖρον, *Anglic.* quidam, *Golianus*, *Reg. minor*, & *Colbertin.* sed hic ex emendatione; olim enim legebatur εἰς τὰς χεῖρας. (14) αὐτὸν *Medic.* (15) τὰ idem male omittit.

nus *Eustochius*, multis uti debebam verbis, ut beneficium illi exhibeas. Jam vero, cum noris virum, & cognitum ames, ea quae libenter dederis, petimus. Miles quidam tuus male se ait mulctatum ab illis, qui res ejus curant: illi vero negant, & latentes pavent, non quod injuria eum affecerunt, sed quia imperitia timorem illis incutit. Jam vero fruges sunt colligendae, & nisi illi comparuerint, *Eustochio* omnia peribunt. Noli itaque damni causa esse viro bono proboque; neque vero, si quis peccavit, poenam effugiat. Nonne autem exiguum morae spatium fuerit si & fruges ille servaverit, & illos tibi non surripuerit? Hoc porro, velim, scias, quod, si & deprehendantur, ira tua opus non sit futurum: imo vero dominus judicem anteverret.

σόχως πολλῶν ἂν ἔδει μοι λόγων, εἰς τὸ δεῖξαί σε χάριν. Νῦν δὲ, οἶδα γὰρ τὸν ἄνδρα, καὶ εἰδὼς φιλεῖς, ἃ δοίης ἂν ἡδέως, αἰτοῦμεν. Κακῶς φησι πεπονθέναι ὁ σὸς στρατιώτης παρὰ τῶν τὰ τοῦδε διοικούντων. οἱ δὲ ἀρνοῦνται. καὶ καταδύντες ὑποτρέμουσιν, οὐχ ὅτι ἠδίκησαν, ἀλλ' ἡ ἀπειρία ποιεῖ τὸν φόβον. ὁ καρπὸς δὲ ἐν συγκομιδῇ. (1) κἂν μὴ φανῶσιν ἐκεῖνοι, πάντα Εὐστοχίῳ διέφθαρται. Μὴ δὴ γένῃ βλάβης αἴτιος ἀνδρὶ καλῷ τε κἀγαθῷ· ἀλλὰ, μηδ', εἴ τις ἐπλημμέλησε, διαφευγέτω τὴν δίκην. πῶς ταύτης διαβολῆς (2 οὐ μακρᾶς, εἰ καὶ τὸν καρπὸν διασώσει, κἀκείνους οὐκ ἀφαιρήσεταί σε; Δεῖ δέ σε εἰδέναι τοῦθ', ὡς, ἢν ἁλῶσιν, οὐδὲν δεήσει τῆς ὀργῆς, ἀλλ' ὁ δεσπότης φθήσεται τὸν δικαστήν.

SOPHRONIO.

CXCIX. ΣΩΦΡΟΝΙΩ.

Quae olim optavi, nunc habeo, filium nempe tuum: sero quidem, sed habeo tamen, in omnibus, ut sic dicam, patri similem; sive faciem, sive modestiam, sive incessum spectes. Abest praeterea pigritia, & ad eloquentiam vires habet. Haec quidem a te habet. Uno vero opus est, nempe fortuna. Vota igitur faciamus & tu & ego, &, qui juvenis quidem avunculus est, mihi autem amicus. Puto autem & optimum *Julianum* Mercurium esse imploraturum. Me enim id facere jussit, & ipse illi supplicabit.

Ὃ (1) πάλαι ηὐχόμην, (2) ἔχω. παῖδα σόν. βραδέως μὲν, ἀλλ' ἔχω. πάνθ', ὡς εἰπεῖν, ἐοικότα τῷ πατρί. τὴν μορφὴν, τὴν ἐπιείκειαν, τὴν βάδισιν, (3) καὶ μὴν καὶ ὄκνος ἄπεστι. καὶ πρὸς λόγους ἔρρωται. τοῦτο δὴ τὸ σόν. ἐνδεῖ (4) δὴ (5) δεῖ, τῆς τύχης. ἀλλ' εὐχώμεθα σύ τε κἀγὼ, καὶ ὁ τοῦ νεανίσκου μὲν θεῖος, ἐμοὶ δὲ φίλος. Οἶμαι δὲ (6) καὶ τὸν ἄριστον Ἰουλιανὸν (7) προσκαλέσειν τὸν Ἑρμῆν. Ἐμοὶ μὲν γὰρ ἐπέταξεν, ἐκεῖνον δ' ἱκετεύσει.

MODESTO.

CC. ΜΟΔΕΣΤΩ.

Quod pridem optabas audire, nunc tibi obtingit, mira scilicet quaedam occasio rescindendae condemnationis, quae in bonum *Anysium* praeter fas cecidit, quaeque ne rata penitus esset, tuae debet facilitati. Justam enim dilationem illi quidem semper expetierunt, tu vero non invidisti. Huic vero, procedente tempore, per Regis magnanimitatem locus datus est, qui ut commodum nobis afferat, tu quidem potes efficere. Pignus enim illud destituitur vi & robore, quod ex contractus instrumento nascitur, id quod passim intelliges. Illud autem, si quidem tu volueris, firmum nobis est futurum; sin minus, fumi umbra fuerit. Sed injurius esse videar, si in iis diffidere tibi velim, in quibus confidentem me esse oportebat. Tibi ipse enim, credo, suasor eris, ut te ipsum imiteris. Si vero preces amicorum supplices non parvi facere fas est, *Eustochii* quidem & *Nicentii* epistola magni facienda, mea vero forte non contemnenda videbitur.

Ὃ πάλαι ἐπόθεις ἀκοῦσαι, νῦν ἥκει σοι. θαυμαστή τις ἀφορμὴ πρὸς τὴν τῆς καταδίκης λύσιν, ἣ κατ' οὐδὲν μὲν δίκαιον ἐπέπεσεν Ἀνυσίῳ τῷ καλῷ, τὸ μὴ παγῆναι δὲ βεβαίως, ὑπὸ τῆς σῆς ἔπαθε πρᾳότητος. δικαίας γὰρ ἀναβολῆς οἱ μὲν ἐδεήθησαν ἀεὶ, σὺ δὲ οὐκ ἐφθόνησας. καὶ ταύτῃ δὴ, τοῦ χρόνου χωροῦντος, τῇ μεγαλοψυχίᾳ τοῦ βασιλέως εὑρέθη τόπος, (1) ὃν ἐνεγκεῖν ἡμῖν ὄνησιν, σὺ κύριος. Τὸ μὲν γὰρ ἐνέχυρον ἔξω τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων ἀνάγκης, ὡς πολλαχόθεν οἶσθα. τοῦτο δὲ, ἢν μὲν ἐθέλῃς, ἰσχυρὸν ἡμῖν, εἰ δὲ μὴ, καπνοῦ σκιά. (2) ἀλλὰ γὰρ ὑβρίζειν ἔοικα, περὶ ὧν ἔδει θαρρεῖν, ἀφεὶς τὸ διαπιστεῖν. Σαυτῷ γὰρ οἶμαι διαλέξῃ περὶ τοῦ δεῖν (3) ἀκολουθῆσαι σαυτῷ. Εἰ δὲ δὴ καὶ φίλων ἱκετείας οὐ μικρὸν δεῖ (4) νομίζειν, τὸ μὲν Εὐστοχίου καὶ Νικαίου γράμμα τίμιον, τοὐμὸν δ' ἴσως οὐκ ἄτιμον.

STRA-   CCI.

EP. CXCVIII. (1) In frugibus igitur colligendis versabatur *Eustochius*. De frugum enim collectione vocem συγκομιδὴν proprie usurpari patet ex *Phornuto* de Natura Deorum p. 84. Collectionis Galei: χρῶνται δὲ ποιμένες καὶ αἰπόλοι πρὸς τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν. (2) Legendum puto διαβολῆς, quod & in versione expressi.

EP. CXCIX. (1) Pro ὃ, quod plerique habent codd. *Voss.* & *Reg. max.* legit ὁ, minus convenienter. Sic epistola proxime sequente: ὃ πάλαι (2) ηὐχόμην *Reg. max.* & *Medic.* A. ex quo convertit *Salvinus*. *Voss.* nostrum praefert. (3) τὴν βάσιν, *Barocc.* 9. (4) Similiter *Luc.* II. 42. ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. (5) δὲ, *Medic.* A. (6) ἐμοὶ δὲ, ita *Salvin.* ex *Medic.* descripsit & vertit, sine congruo sensu, qui ex altera lectione in promtu est. (7) Ita videtur vocatus fuisse *Sophronii* filius. (8) Sic codd. plures, at unus ἱκετεύσει.

EP. CC. (1) *Hebr.* XII. 17. τόπον οὐχ εὗρε. (2) Proverbii formula, de qua praeter *Erasmum* plures. (3) Sic *Voss.* ex obvia emendatione; olim enim legebatur δεῖ. (4) δεῖν *Vatic.* A. male,

EP.

CCI. ΣΤΡΑΤΩΝΙΑΝΩι. (1)

Εἰ μὲν τοῦ καὶ ἄλλου μισθὸν ὀφείλεις Λεοντίῳ, σαυτὸν ἀναμνήσεις. Οὗ δέ σε ἐγὼ εἶδα μισθὸν ὀφείλοντα, τοῦτο ἐρῶ. Παρατηρῶν διετέλεσεν, ἐν οἷς ὁ παῖς εἴη σοὶ, (2) καὶ ἦν, οὐδὲν εἰ τοῦ παιδαγωγοῦ περὶ ταῦτα δεύτερος, οὐδ' ὧν ἂν ἐποίησεν ὁ πατὴρ εἰς τὸν ἑαυτοῦ παρών. Αὐτὸς μὲν οὖν οὐδὲν ἀπαιτεῖν ἀξιοῖ, νομίζων υἱέως ἐπιμελεῖσθαι. Ἔστι δὲ ἄξιον καὶ σιωπῶντι δοῦναι. Ἔστι δὲ ὁ μισθὸς ὑπὲρ ὧν ἧκε πραγμάτων. Ταῦθ' ὅπως ἂν τάχιστα λάβοι τέλος, φροντίσαι.

STRATONIANO.

Quod si hujus vel illius causa mercedem debes *Leontio*, id tibi ipse in memoriam revocaveris. Propter quod vero te illam debere ipse novi, id tibi aperiam. Adsidue ille observavit, quid ageret tibi filius, atque hac in parte paedagogo nihilo erat inferior, nec in ceteris quoque, quae vel pater praesens filio praestaret. Ipse igitur nihil petere audet, filii sui curam agere existimans. Fas vero est, etiam tacenti rependere. Merces autem nascetur ex illis, quorum causa venit, negotiis. Haec ut citissime conficiantur, provideto.

CCII. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι. (1)

Ἀλλ' εἰ καὶ γελοῖον, ὑπὲρ οὗ πρὸς μὲ διελέχθης (2) πολλάκις, ἐμέ σου δεῖσθαι, νῦν (3) ὅπως τὰ σαυτοῦ μιμήσῃ, δέομαι ὅμως. Τοῦτο γὰρ ἐδεήθη μου Λεόντιος, ὅπως πάντα αὐτῷ γένοιτο ταχέως. Ὁρᾷς γὰρ, ὡς ἀνὴρ τὸ σῶμα διάκειται, καὶ ὅτι τοῖς ὧδε ἔχουσιν οὐκ ἔστιν οἷόντε μέλλησιν (4) ἐνεγκεῖν. Οἶδα δὲ καὶ τὸν ἄριστον Μόδεστον (5) τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ κατακλάσας λόγοις. Τί δῆτα σε δρᾶσαι εἰκὸς τὸν ἑταῖρον καὶ φίλον, καὶ προστάτην; Περικόψας δὴ πᾶσαν ἁπάντων ἀναβολὴν δὸς ἀναπνεῦσαι τῷ καταφρονημένῳ. Τὸν Στάσιμον (6) δὲ πρὸς κτῆσιν ἀφεθῆναι λόγων ἠξίωσα ἄν, εἰ μή σε ἠπιστάμην πέμψοντα παρ' ἡμᾶς αὐτόν.

PRISCIANO.

Quamvis ridiculum sit, si pro eo apud te intercedam, pro quo saepe ad me ipse verba fecisti, nunc tamen, ut tuos ipse mores imiteris, a te peto. Id enim petiit à me *Leontius*, ut omnia sibi promte eveniant. Vides enim, quomodo vir corpore sit adfectus, quodque hominibus ita constitutis mora non sit objicienda. Memini vero etiam optimum *Modestum* multis pro eo verbis sollicitare. Quid igitur te & sodalem, & amicum, & praefectum facere oportet? Omnem igitur cujuscunque generis moram praecindens, fac, quaeso, ut contemtus ille recreare se possit. Peterem equidem, ut *Stasimum* ad comparandam sibi dicendi facultatem dimitteres, nisi scirem, te illum ad nos esse missurum.

CCIII. ΓΕΡΜΑΝΩι. (1)

Ὅτι μὲν ἄρχεις καὶ χώρας πολλῆς, καὶ πόλεων μεγάλων, καὶ γενῶν Ἑλληνικῶν, εὐχὰς ἡμῖν πληροῖς. Ὅτι δὲ οὐχ ἡμῶν ἄρχεις, οὐ πάσης τετυχήκαμεν τῆς εὐχῆς. Οἶμαι δὲ ἡμᾶς καὶ τοῦδε οὐκ εἰς μακρὰν τεύξεσθαι τοῦ μέρους. Τότε μὲν οὖν ἡμᾶς, νῦν δέ σοι τοὺς ἡμετέρους εὖ ποιεῖν ἔξεστι φίλους, εἰ μὴ καὶ τοῦτο ἡμᾶς ἐστιν εὖ ποιεῖν, ἐν τοῖς ἡμετέροις φίλοις. Ἑρμόλαος τανῦν οὗτος γίγνεταί μοι συνήθης ἀπὸ τοῦ περὶ τοὺς λόγους ἔρωτος, δι' ὧν (2) οὐκ ὤκνησεν ὁμοῦ τοῖς τε δικαζομένοις συμμαχεῖν, καὶ τῶν φοιτώντων εἷς εἶναι. καὶ δὴ καὶ ἐπηύξησε τὴν οὖσαν αὐτῷ δύναμιν. Οὐκοῦν σοι πάρεστι πεῖραν λαβεῖν. τοῦδέ γε εἶναι χρηστὸς οὕτω σφόδρα πάνυ πεποίηται λόγον, ὥστ' οὐδ' ἂν ἐχθρὸς εἴποι (3) περὶ αὐτοῦ μὴ εἶναι χρηστόν. Ἧκων δὲ νῦν ἐνθάδε, θησόμενός τι τῶν αὐτοῦ βέλτιον διὰ τοῦ μείζονος ἰσχύοντος, ἤκουσε παρ' ἡμῶν, ὡς οὐδὲν δεῖ τρέχειν ἐπ' Εὐφράτην, οὐδὲ τὸν δεῖνα ἐνοχλεῖν, δώσειν (4) γάρ σε μείζονα, ὧν ἂν εἶχε παρὰ τοῦ μείζονος. Υἱὸν μὲν οὖν νέον

GERMANO.

Quando regioni amplae, & urbibus magnis, & gentibus Graecanicis praees, vota quidem nostra imples. Dum vero nobis non imperas, non omni voto sumus potiti. Auguror tamen brevi fore, ut hac quoque voti parte potiamur. Tunc igitur nobis, jam vero amicis nostris, benefacere integrum tibi fuerit, nisi & in hoc bene nobis facias, quod amicis nostris. Jam *Hermolaus* hic ex eloquentiae amore familiaris mihi est, cujus opera simul & litigantibus patrocinari, & Rhetorum scholas frequentare non recusavit. Hinc etiam illam, quam habebat facultatem, egregie adauxit. Jam sistit se tibi, ut periculum facias. Ut porro bonus sit, id quidem adeo curae cordique habuit, ut ne inimicus quidem, bonum non esse dixerit. Hic itaque ad nos nunc profectus, ut rebus suis per eum, qui plus valet, rectius consulat, ex nobis intellexit, nihil opus esse, ut ad Euphratem excurrat, aut hunc vel illum vexet: majora enim te daturum, quam à majore unquam acceperit. Is porro filium juvenem publicis negotiis

EP. CCI. (1) Στρατωνιανῷ, *Ambros.* T. 231. (2) *Luc.* II. 42. ἐν τοῖς τοῦ Πατρός μου εἶναί με δεῖ.

EP. CCII. (1) Cum hac epistola finitur liber II. epistolarum Libanii in Cod. *Vossiano* & *Vatic.* A. in utroque vero est epistola CCVI. (2) διελέχθης, *Vatic.* B. (3) δεῖσθαι νῦν, ὅπως τὰ σαυτοῦ κ. τ. λ. Sic interpungit *Voss.* (4) Ita recte *Vatic.* A. pro quo *Voss.* μέλλειν. (5) Vide epistolam CC superiorem. (6) Hic videtur Prisciani fuisse filius.

EP. CCIII. (1) Ab hac epistola liber III. epistolarum Libanii incipit in *Vossiano*, *Reg. max.* *Mutinensi* A. & *Vatic.* A. Ἀνδρονίκῳ inscribitur in *Mutin.* C. (2) In *Voss.* super ὧν a recente manu scriptum est ὅ, quasi legi debeat ὅν, nec inconvenienter. (3) Sic scripsi cum *Medic.* pro εἴπε. (4) *Medic.* A. δώσει, male, quae lectio fraudi fuit *Salvino* interpretanti.

(6) λει-

gotiis administrandis destinavit; id bonum quemque inprimis decere arbitratus, ut patriae consulat. Homini vero ita comparato Praesidis favor conciliandus est, si feliciter navigare cupiat. Fac igitur, ut secura ipsi sit navigatio, tum ipse eum adjuvans, tum Praefectum, ut te imitetur, adducens. Ita enim te facturum & promisi, & persuasi. Tuum vero fuerit, me non pudore suffundere. Talem te potius *Hermolao* praesta, qualem te novi, & ad epistolas nobis scribendas denuo revertere. Etsi enim multas nunc literas manu tua scribas, minus fuerit congruum, si inter multas illas quaedam ad nos scriptae non inveniantur.

νέον ἐμβιβάσειν εἰς τὸ λειτουργεῖν (6), τοῦτο πρῶτον ἡγούμενος τῷ χρηστῷ προσήκειν, πατρίδα εὖ ποιεῖν. Δεῖ δὲ τῷ πρὸς τοῦτο (7) καταστάντι τὸν ἄρχοντα εὐμενῶς ἔχειν, εἰ μέλλοι πλεύσεσθαι καλῶς. Ὅπως οὖν αὐτῷ ποιήσῃς τὸν πλοῦν ἀσφαλῆ, τῷ τε αὐτὸς (8) βοηθεῖν, καὶ τῷ τὸν ἡγεμόνα (9) παρασκευάσαι τὰ σὰ μιμεῖσθαι, ὡς ἐγὼ μὲν, ὅτι ταῦτα ποιήσεις, ὑπεσχόμην, καὶ ἔπεισα. Σὸν δ' ἂν εἴη μή με αἰσχύνῃ περιβαλεῖν. ἀλλ' εἰς τε Ἑρμόλαον γίγνου τοιοῦτος, ὁποῖον οἶδα, καὶ τὸ πρὸς ἡμᾶς ἐπιστέλλειν ἀνανεοῦ. Καὶ γὰρ εἰ (10) πολλὰ τὰ νῦν γράμματά σοι τῆς χειρὸς, αὐτό γε τοῦτο ἄτοπον, ἐν τοῖς πολλοῖς, μὴ καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς εἶναι.

ANDRONICO.

Leontium istum; de quo saepe scripsimus, quod dimissurus sis, novi. Id enim habet ab illa vitae conditione, quam tu ipse sectaris. At celeritatem à te petiimus; tu vero non es largitus; fortasse ideo, quod nos petiimus. En itaque, contrarium petimus, cunctationem nimirum, ut ad celeritatem deducaris. Videris enim mihi vereri, ne quis percipiat, te gratum fecisse. Itaque precor te, ut liges *Leontium*, sperans fore, ut ex hoc liberatio ei nascatur.

CCIV. ΑΝΔΡΟΝΙΚΩι.

Λεόντιον ἐκεῖνον, ὑπὲρ οὗ πολλάκις ἐπεστάλκαμεν, ὅτι μὲν ἀφήσεις, οἶδα. Τοῦτο γὰρ αὐτῷ τὰ πράγματα δίδωσιν, οἷς ἕπῃ (1). Τὸ ταχὺ δὲ ᾐτήσαμεν παρά σου, σὺ δὲ οὐ δίδως. ἴσως, ὅτι ᾐτήσαμεν. Ἰδοὺ δὴ τοὐναντίον αἰτοῦμεν μέλλησιν, (2) ὅπως ἔλθῃς ἐπὶ τὸ ταχύ. Δοκεῖς γάρ μοι φοβεῖσθαι, μήτις, ὅτι δέδωκας χάριν, αἰσθηται. Διὰ τοῦτό σου δέομαι δῆσαι τὸν Λεόντιον, ἐλπίζων αὐτῷ τοῦτο γενήσεσθαι λύσιν.

MODESTO.

Dolore affectus sum una cum *Georgio*, Alexandrinos male adfectos dolente. Gratulatus vero tibi sum, qui sermones, pro iis factos, receperis ab eo, qui iisdem antea adversabatur. Quid igitur superest? Id utique, ut & tibi, & illi, & nobis, & illis inter Aegyptios infelicibus gratificeris? Sic enim aurum mox veniet: Id vero restituatur illis, qui dederunt, non autem mulcta apud te, & ex sententia tua, & in manu tua permaneat. Si enim solicitari nolis, nec pecuniam eo mittas, unde nunquam redierit, melior quaedam spes superest. Age itaque, & praeclare constanterque propugna, ostende etiam exitum, negotii initio respondentem.

CCV. ΜΟΔΕΣΤΩι.

Συνήχθην Γεωργίῳ συναχθομένῳ τοῖς ἠτυχηκόσιν Ἀλεξανδρέων. Συνήσθην δὲ καί σοι δεξαμένῳ λόγους ὑπὲρ τῶν δι παρ' ἐκείνου τοῦ πρότερον πολεμοῦντος ἐκείνοις. Τί δὴ λοιπὸν; σαυτῷ τε κἀκείνῳ, καὶ ἡμῖν, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων χαρίσασθαι δαίμοσιν. (1) ἧξει μὲν γὰρ αὐτίκα τὸ χρυσίον. τὸ δ' αὖθις αὐτὸ γενέσθαι τῶν δεδωκότων, ἀλλὰ μὴ μεῖναι τὴν ζημίαν, ἐν σοί τε, καὶ τῇ σῇ γνώμῃ, καὶ τῇ σῇ χειρί. Ἢν γὰρ μὴ βουληθῇς ἐπειχθῆναι, μηδ' ἐκεῖσε πέμψῃς, ὅθεν οὐκ ἂν ἐξίοι, λείπεταί τις ἐλπὶς ἀμείνων. Ἄγε οὖν ὅπως ἀγωνιῇ λαμπρῶς διὰ τέλους, καὶ δείξῃς συνᾷδον τῷ προοιμίῳ τὸ πέρας.

EIDEM.

Zenam & ut Rhetorem dexterrimum, & ut virum bonum amamus. Debemus vero etiam illi gratiam pro laboribus, quos pro nobis sustinuit frater ejusdem, cum *Limenius* me occidendum

CCVI. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Ζηνᾶν (1) καὶ ὡς ῥήτορα δεξιὸν, καὶ ὡς ἄνδρα ἀγαθὸν φιλοῦμεν. ὀφείλομεν δέ τινας αὐτῷ καὶ χάριτας, ἀντὶ τῶν πόνων, οὓς ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινεν ἀδελφὸς (2), ὁ τοῦδε, ὅτε

(6) λειτουργία propriè munus publicum infert, tum ex usu Scriptorum, tum vi originis suae. Eam *Gabriël Philadelph.* de Sacrament. divinae Liturgiae p. 57. edit. Simondi ita promit: παρὰ τὸ λεῖτον, ὁ δημόσιον, καὶ ἔργον, ὅ ἐστι δημοσία πρᾶξις. (7) πρὸς τοῦτο. *Medic.* A. (8) αὐτὸς, idem, male quidem. Libanius vult, ut & *ipse* Germanus juvet Hermolaum, & ἡγεμόνα, ut idem faciat, permoveat. (9) Diversa hujus vocis notio est: nunc enim Procuratorem, nunc Proconsulem, nunc Caesaris legatum infert. Vide *Valesium* ad Eusebium p. 10 & 86. & *Curas* nostras ad *Luc.* II. 2. (10) εἰς *Vatic.* A.

EP. CCIV. (1) *Voss.* ἴσῃ quod & *Ambros.* T. 231. & *Vatic.* A. exhibent. At in eodem *Vossiano* à manu recente illud ἴσῃ permutatum erat cum ἕπῃ, & sic in *Reg. max.* (2) Ita *Vatic.* A. & *Voss.* sed hic quidem ex emendatione recente, pro μέλλοντι. (3) δῆσαι & λῦσαι sibi invicem, quamvis alio sensu, opponuntur *Matth.* XVI, 19. ubi vide, quae in *Curis* nostris scripsimus.

EP. CCV. (1) Δαίμονες h. l. sunt δυστυχοῦντες; *infelices*, de quibus paulo ante. Alias δαίμων etiam de *infortunio* dicitur, apud *Aeschylum* Pers. vs. 158 & VII ad Thebas vs. 967. ubi Scholiastes per δυστυχίαν interpretatur. Confer *Spanhemium* ad Aristophanis Ranas vs. 859. Ab altera parte δαίμων, ut vocabulum μοῖρα, *bonam fortunam* infert. Lege eundem ad *Aristophanis* Plutum vs. 81. & *Kusterum* ad vs. 6. *Apollonius* ep. 73. σὺν δαίμονι, *bona cum fortuna*.

EP. CCVI. (1) Ζηνᾶς ut νομικὸς laudatur *Tit.* III. 13. (2) *Paeonius* hic fuit, de quo mox.

(3)

τε με Λιμόδιος ἀποκλεῖναι δεῖν ᾤετο Φέρων ἑτέρῳ χάριν. Ὁ δ' ἔστη μετ' ἐμοῦ πρὸς ἄρχοντος ὀργήν. Ἔδει μὲν οὖν ζῆν τὸν χρηστὸν Παιόνιον, καὶ κομίζεσθαι τὰς ἀμοιβάς, ἐπεὶ δ' ἀπῆλθεν, οὗτος τῆς ἐκείνου γίγνεται κληρονόμος, ὃν δαίμων τις οὐκ οἶδ' ἀνθ' ὅτου Φέρων (4) ἐνέβαλεν εἰς πρᾶγμα μιαρόν, ὅθεν αὐτῷ ζημίαι μικρὸν ἀποφαίνουσαι τὴν ὕδραν. ἀεὶ γάρ τις ἐπὶ συκοφάντῃ συκοφάντης. (5) Ὁ δ' ἀπέτισεν, ὁπόσα ἂν καὶ τὸν Μίδου πλοῦτον ἐξήλεγξε. (6) παραμύθησαι δὴ κεκακωμένον ἄνδρα, καθάπερ πόλιν μακρᾷ πολιορκίᾳ πεπονηκυῖαν. Οὔτε γάρ ἐμοὶ μὴ τούτῳ βοηθεῖν εὐσεβές, σοί τε ἡμῖν τι ποιεῖν τῶν κατὰ νοῦν ἐν μελέτῃ.

dum putaret alteri cuidam beneficium exhibens. Ille vero a meis partibus etiam adversus Praefecti iram stetit. Dignus itaque omnino erat humanissimus *Paeonius*, qui viveret, & laboris praemia reciperet. Quoniam vero excessit, hic quidem bona ejus haeredis instar occupat, quem genius aliquis, nescio qui agitans, in turpe facinus conjecit, unde mulctae illi natae sunt hydram paulo post prodentes. Semper enim sycophanta sycophantam excipit. Ille vero tantum pecuniae pendit, quantum vel ipsius Midae divitias adaequet. Solare igitur hominem adflictum, instar urbis ex longa quadam obsessione fatiscentis. Mihi quidem pium non foret, hominem illum non juvare, tibi vero curae est, nobis, quod ex sententia sit, praestare.

CCVII. ΠΟΛΥΧΡΟΝΙῼ.

Ἱλαρίου (1) καὶ τοὺς λόγους οἶσθα, καὶ τὴν πενίαν οὐκ ἀγνοεῖς, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐπίστασαι φιλίαν, καὶ ὅτι πολλὰ παθών, οὐδὲν ἀδικῶν, ἐκπέπτωκε τῶν αὐτοῦ. (2) τὸ δ' ὑφ' ὧν, οὐδὲ ἐμοὶ λέγειν ἀσφαλές. ἰσχύουσι γάρ. Τὸν δ' ἐκ τοῦ συναγορεύειν πόρον, ἦν μὲν δίκαιος φέρειν (3). Ἀλλ' οὐκ ἐθέλουσιν αὐτὸν ὁρᾶν, οὓς ἐποίησεν ἂν τῶν ἀντιδίκων κρείττους, (4) εἴπερ ἑώρων. Μία δὴ λοιπὴ πρὸς τὸν βίον ἀφορμή, τὸ παρὰ βασιλέως διδόμενον εἰς τροφήν. Ὃ νῦν μὲν τῷ καιρῷ βέβλαπται, γένοιτο δ' ἄν, εἰ σὺ βουληθείης, αὐτῷ. βουλήσῃ δ', εὖ οἶδα. Τοῦ γὰρ ἐπαινεῖσθαι καλῶς ποιῶν ἐρᾷς. ἐπαινέσονται δέ σε πάντες ἄνθρωποι. πάντες γὰρ τῷδε συνάχθονται, κἂν τύχῃ τινὸς ἀγαθοῦ, τῶν εἰληφότων αὐτὸν ἕκαστος ἡγήσεται. Ὡς μὲν οὖν πολλοὶ πολλαχόθεν σε ἐνοχλοῦντες, οἱ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν, οἱ δὲ ὑπὲρ τῶν γνωρίμων, οὐδὲν δέομαι παρ' ἄλλου μαθεῖν, ἀλλ' ὁρᾶν μοι δοκῶ καὶ τοὺς τῆς δεξιᾶς ἁπτομένους, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐπιστολῶν. Ἐνθυμοῦ δ', ὡς οὐδενὶ τῶν ἄλλων τοσοῦτόν ἐστι τὸ δίκαιον, ὡς ἔδει γε μηδὲ τούτῳ. καὶ νόμιζε μὴ ὁμοίως δεῖν ὑπακούειν τοῖς τε ὑπὲρ πλούτου τῇ σπουδῇ χρωμένοις, καὶ τῷ δεδοικότι λιμόν. Οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἂν πλείω τὰ ὄντα ποιήσαιεν, ὁ δὲ ἂν οἴχοιτο (5). Διὰ δὴ ταῦτα τὸ μὲν ἐμὸν ἀφεῖσθαι, τὸ δὲ τοῦδε πραττέσθω.

POLYCHRONIO.

Hilarii & doctrinam nosti, & paupertatem non ignoras, & amicitiam, quam mecum colit perspectam habes, non minus vero illud, quod multa perpessus, cum neminem laesisset, fortuna sua excidit. A quibus vero id illi obtigerit, mihi quidem dicere tutum non videtur. Auctoritate enim valent. Dignus ille erat, qui ex causis in foro actis lucrum caperet. Sed nolunt eum videre illi, quos adversariis suis effecturus erat superiores, siquidem illum viderent. Unum superest ad vitam sustentandam praesidium, si quid ei a Rege ad victum suppeditetur. Quod igitur, tempore ita ferente, interversum est, id ipsi, si tu volueris, obtigerit. Voles autem, probe scio. Amas enim laudari ex beneficiis: laudabunt vero te homines omnes. Omnes enim vices ejus miserantur, &, si quid boni ipsi contigerit, unusquisque inter eos, qui acceperint, se esse reputabit. Quod igitur multi quidem sint, qui te undiquaque interpellent, alii quidem pro se ipsis, alii pro amicis, non necesse est, ut ex alio quocunque discam; sed videre mihi videor & homines, dextram osculantes, & epistolarum multitudinem. Recogita vero, nemini ceterorum tam justas esse causas, ut non iisdem & hic uti possit; praeterea vero ita statue, quod non eadem ratione velificari deceat iis, qui opera tua ad divitias comparandas utuntur, quam homini a fame sibi metuenti. Nam illi quidem vel sic facultates suas non auxerint, hic vero facile mortem oppetat. Propterea res meae negligantur, hujus vero hominis negotium curetur.

CCVIII. ΑΜΠΕΛΙῼ.

Μέμνησαι τῶν λόγων ἐκείνων, οἷς τε αὐτὸς ἐχρῶ περὶ τοῦ δεῖν τὰ πρότερα δίδοσθαι, καὶ τῶν ἐμῶν, οἳ τότε πεπαῦσθαι τὴν δόσιν ἐπῄνουν. Τοῖς αὐτοῖς δὴ καὶ νῦν ἐμμένων μικρόν τι τῶν εἰρημένων μεταστῆσαι βούλομαι. Ὥσπερ γὰρ ἤδη

AMPELIO.

Meministi sermonum & tuorum illorum, quibus usus priora illa danda esse ajebas, & meorum, qui tunc quidem solutionem cohibendam, statuebant. In his igitur persistens nonnihil tamen in illis, quae dixi, mutatum cupio. Sicut enim

(3) ἀπέρχεσθαι de *morte*, ut epistola sequente οἴχεσθαι. Confer *Curas* nostras ad N. T. Vol. I. p. 373. Interpretes ad *Laërtium* III. 16. & *Salmasium* de Foenore Trapezitico p. 57. (4) Confer *Actor.* V. 3. (5) Proverbialis videtur dictio. (6) *Suidas* v. ἀβρὸς T. I. p. 13. λαβὼν χρυσίον ἐκ τῶν κακῶν συμφορῶν, ὅσον ἱκανὸν ἂν ἐμπλήσειεν καὶ τὸν ἐκ μύθου Μίδαν.

EP. CCVII. (1) Ἰλαρίῳ *Voss.* & *Reg. max.* at in *Voss.* correctum Ἱλαρίῳ. (2) Scilicet τέχνης, nisi malis πατρῴων, haec enim vox saepe subintelligitur. (3) Similiter *Herodotus* lib. I. p. 15. δίκαιός ἐστι φέρεσθαι τοὔνομα. (4) Causarum enim patronum agebat. (5) οἴχεσθαι dici *morientes* constat. Vide Interpretes ad *Diogenem Laertium* II. 4. *Apollonius* ep. 13. plene dicit οἴχεσθαι ἐξ ἀνθρώπων.

enim jam quidam, qui ex legis praescripto omnes ad obeunda publica munera compellit, *Harmodii* illos ab hac necessitate liberavit; ita & ipse pronuncio. Nemo vero accipiat, praeter *Hilarium*, Rhetorem, quem domi quidem felicem esse, & agros colere oportebat, qui vero a violentis hominibus expulsus ne ex lingua quidem sua fructum capit. Valet scilicet hic proverbium: *Serta gerit Delphus, sed sicco exstinguitur aestu.* Similiter enim illi, qui eloquentia valet, ab arte sua nihil accedit emolumenti. Causam rei investiget alius. Hoc interim dicere me fas est, quod, nisi viro illi hoc munias perfugium, Mercurius rem non patienter feret, imo vero ipse tu Cappadociae tibi dilectissimae oblitus videberis, nos denique, etiamsi non conqueramur, dolore conficiemur. Tu vero, vir generosissime, permove optimum *Elpidium*, ut servet nobis & virum illum, & filium ejusdem virtutis; auferat autem illis, quibus fas est, & habere eos jubeat, qui digni sunt. Sciat praeterea, me esse ex illis, qui pro Rhetore illo intercedunt. Fortasse enim & hoc aliquid effecerit. Persuasum enim mihi habeo, me nonnullo apud eum loco esse, hoc saltem, si nihil aliud, scientem, quomodo bonum magistratum amare oporteat.

ἤδη τις, ἐπὶ πάντας ἄγων νόμῳ τὸ λειτουργεῖν (1), τοὺς ἀφ' Ἁρμοδίου τῆς ἀνάγκης εἵλετο, (2) οὕτως αὐτὸς λέγω· λαμβανέτω δὲ οὐδεὶς, πλὴν Ἱλαρίου τοῦ ῥήτορος· (3) ὃν ἔδει μὲν εὐδαιμονοῦντα οἴκοι καὶ γεωργεῖν, ἐξωσθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν βιασαμένων οὐδ' ἀπὸ τῆς γλώττης ὁρᾷ καρπόν. Ἀλλὰ τὸ τῆς παροιμίας. Δελφὸς (4) ἀνὴρ στέφανον μὲν ἔχει, δίψῃ (5) δ' ἀπόλωλεν. Οὕτως ὁ παρ' ᾧ λόγοι, τούτῳ πρόσοδος ἀπὸ τῆς τέχνης. τὴν δὲ αἰτίαν ἄλλος ζητείτω. Τοῦτό γε μὴν ἐμὸν εἰπεῖν, ὡς, εἰ μὴ φυλάξεις (6) τἀνδρὶ τήνδε τὴν καταφυγὴν, οὔθ' ὁ Ἑρμῆς (7) οἴσει πρᾴως, δόξεις τε ἐπιλελῆσθαι τῆς φιλτάτης σοι Καππαδοκίας (8), ἡμεῖς τε ἀθυμήσομεν, κἂν μὴ μεμφώμεθα. Ἀλλ', ὦ γενναῖε, πεῖθε τὸν κράτιστον Ἐλπίδιον, σώζειν καὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν παῖδα (9) τῆς αὐτῆς ἀρετῆς, ἀφελέσθαι τε ὡς εὔλογον, ἐᾶν τε ἔχειν, οὓς ἄξιον. Ἴστω δὲ, ὅτι καὶ αὐτός εἰμι τῶν ὑπὲρ τοῦ ῥήτορος δεομένων. Ἴσως γάρ τι καὶ τοῦτο οἴσει. Πείθομαι γὰρ, ὡς οὐκ ἄτιμος ἐγὼ παρ' αὐτῷ. τοσοῦτον, εἰ μηδὲν ἄλλο, ἐπιστάμενος, ἄρχοντα ἀγαθὸν φιλεῖν.

DOMNIONI.

Decreto apud nos sancitum est, quod apud vos quoque praeclarum est, etiam heic legum disciplinam stabiliri. Virum igitur huic rei maxime idoneum quaerens, te talem invenio. Cum vero invitum avocare non satis pium mihi videatur, consilii hujus arbitrum te ipsum constituo, habere te quidem vehementer cupiens, pertrahere vero non audens. Expone igitur, quid tibi videatur, dic autem, quod vehementer optem. Quod si vero aliud praeferas, significa saltem, quem alium sine errore vocare debeamus.

CCIX. ΔΟΜΝΙΩΝΙ.

Δόγμα νενίκηκε παρ' ἡμῖν τὸ παρ' ὑμῖν καλὸν, καὶ τῇδε φυτεῦσαι νόμων μάθησιν. Τὸν μὲν οὖν ἄριστον ζητῶν, σὲ τοῦτον εὑρίσκω. τὸ δ' ἄκοντα ἀναστῆσαι νομίζων οὐκ εὐσεβὲς, βουλῆς ἀφίημι κύριον, ἐπιθυμῶν μὲν ἔχειν, ἕλκειν δ' οὐκ ἀξιῶν. φράζε δὴ τὸ δοκοῦν, καὶ φράσαις γε ὃ βούλομαι. Νικῶντος δὲ ἑτέρου, τίνα καλοῦντες οὐκ ἂν ἁμάρτοιμεν, μήνυε.

EUPHEMIO.

Quid hoc esse dicam? utrum stultitiam, an infelicitatem, vel majus aenigmate? *Antoninus* ille, qui iis, qui pecuniosum ipsum dicebant, patrimonio cessit, vel potius nulla re cessit, cum nihil haberet, iterum cogitur frumentarium agere. Et haec tu quidem scribere sustinuisti, non recogitans, te tibi ipsi adversari. Fugit itaque ille, matris conspectu privatus. Hoc enim illi commodum erat

CCX. ΕΥΦΗΜΙΩ.

Τί τοῦτο νομίσαι χρή; πότερον ἀλογίαν, ἢ δυστυχίαν, ἢ πέρας (1) αἰνίγματος. Ἀντωνῖνος ἐκεῖνος, ὁ τῶν πατρῴων τοῖς, ὡς εὔπορος, λέγουσιν (2) ἀποστὰς, μᾶλλον δὲ τοῦ μηδενὸς αὐτοῖς ἀποστὰς, οὐδὲ (3) γὰρ ἦν οὐδὲν, αὖθις ἠνάγκασται (4) σιτηγεῖν. Καὶ σὺ ταῦτα (5) γράψαι ὑπέμεινας, οὐκ ἐνθυμηθεὶς, ὅτι τοῖς σαυτοῦ μάχῃ. Τοιγαροῦν ὁ μὲν φεύγει τοῦ τὴν μητέρα ὁρᾶν ἐστε-

ρη-

EP. CCIX. (1) *Λειτουργεῖν* est *publico munere fungi.* Id vero frequenter cum onere & sumtibus erat conjunctum, lege tamen ita cautum, ut immunitas vel vacatio ab illo non nisi gravibus de caussis impetrari posset. Ita *Favorinus*, Sophista, ex philosophiae studio se ἀφεῖσθαι τοῦ λειτουργεῖν, h. e. *immunitate gaudere*, volebat. Vide *Philostratum* de Vitis Sophistarum I. 8. p. 490. ibique *Olearium.* Immunitas illa ἀλειτουργησία, vel ἀτέλεια dicebatur. Ex his intellexeris, quid Libanius sibi velit. (2) ἐξείλετο *Vatic.* A. & *Voss.* ex emendatione. (3) Vide epistolam proxime superiorem. (4) Agnoscis hexametrum ad vatem Apollinis Delphici olim relatum. Exstat apud *Suidam*, *Tom.* I. p. 521. ubi vide *Kusterum.* (5) Δίψει *Reg. max.* Utraque forma Graecae voci constat. (6) *Reg. max.* φυλάξεις *Voss.* φυλάξαις *Vatic.* A. (7) Hic enim eloquentiae patronus habebatur. (8) Cappadox itaque patria fuit *Hilarius.* (9) Post vocem παῖδα, *Reg. max.* ponit τελείαν εἰσφέρω, & sequentia ad verbum ἀφελέσθαι refert, minus, ut puto, convenienter.

EP. CCX. (1) Sic *Baroc.* 9. *Regius minor*, *Ambros.* T. 231. & *Golianus.* *Vossianus* & *Medic.* A. habent πόρος, i. e. *exitum.* Praetuli ego πέρας i. e. *supra*, *ultra.* Ita Scriptores πέρα τοῦ λόγου dicunt, quod verbis exprimi non potest. Libanio haec res ejusmodi aenigmati similis videbatur, quod expediri non possit. (2) τοῖς ὡς εὐπορεῖ, λέγουσι] τοῖς εὐπορεῖν λέγουσι, *Benzel.* B. (3) Ita *Barocc.* ὁ *Voss. Medic.* & *Golianus.* (4) Ita codd. tantum non omnes. *Medic.* A. habet ἠνάγκασε, mendose. Libanius enim indicat, Antoninum ita ad incitas esse redactum, ut frumentis aliunde vel alio vehendis victum quaerere oporteat. Id vero ut molestum, ita interdum periculi plenum erat. Vide *Salmasium* de Modo Usurarum p. 195. & de σιτηγία *Spanhemium* de Usu & praestantia Numismatum Vol. II. p. 155. (5) καὶ ταῦτα σὺ, *Voss. Reg. max.* & *Medic.*

ρημίᾳ. Τοῦ γὰρ ἐν αὐτῷ πλέον οἴκοι μόνον, ὡς τάγε ἄλλα οὐδὲν ἀμείνων ἡ πατρὶς τῆς ἀλλοτρίας. Οἰδίπου δὲ περιιόντες (6) ζητοῦμεν, ὅστις ἡμᾶς τῆς ἀπορίας ἀπαλλάξῃ (7). Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν Οἰδίπου δεῖ τοῖς παροῦσιν, οὐδέ γε Τειρεσίου (8). Ἀλλ' ἡμάρτομεν ἡμεῖς, ἡμάρτομεν καὶ δεηθέντες τοῦ τὰ τοιαῦτα στρέφοντος, ὃς τὸν μὲν ἔλυσε, τὸν δ' ἔδησε. (9) τοῦ γὰρ κράτος ἐστὶ μέγιστον. Ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην, (10) ἰδοὺ (11) τὸν ἄνθρωπον ἱκετεύω διὰ σοῦ. Καίτοι τοῦτο μεῖζον, ἢ ὃ τότε πορευόμενος Αἴας ἐπὶ τὰς διαλλαγάς. (12) ἀλλ' εἰξάτω καὶ μὴ φιλονεικείτω. Πάντως, κἂν μὴ τοῦτο τοῖς αὐτοῦ φίλοις ὑπουργήσῃ, πολλαχόθεν ἄλλοθεν χαριεῖται. Πάρεστι γάρ (13).

erat domi unicum: alioquin enim patria extera regione nihil praestat. Oedipum igitur circumvagantes quaerimus, qui nobis hunc nodum expediat. Sed Oedipo nihil opus est praesentibus, neque vel Tiresia. Enimvero peccavimus nos, peccavimus, non precati eum, qui haec moderatur, quique alterum solvit, alterum revincit. Hujus enim auctoritas plurimum valet. Quoniam vero erravi, ecce! viro illi per te supplico. Hoc vero majus est, quam qui olim ad conciliationem proficiscebatur Ajax. Cedat vero ille, nec contentionis sit amantior. Omnino enim, etiamsi hoc amicis suis non largiatur, alias tamen in multis gratificabitur. Potest enim.

CCXI. ΑΝΑΤΟΛΙῼ.

Ἐγὼ τὸν σὸν (1) οἶκον ὠφελήσας μὲν οἶδα τὰ μέγιστα, εἰ δὴ τὸ τοὺς υἱεῖς σοι κτήσασθαι ῥητορικὴν οὐ μικρόν. Καὶ ταῦτα οὐ μικρῷ χρόνῳ μέγα κέρδος ἦκον τῷ σῷ. Τοῦ δ' ἀδικῆσαι τοσοῦτον ἀπέχω, ὥστε καὶ οὗ (2) λήψονται παρὰ τοῦ λελυπηκότος οἱ νέοι δίκην ἱκανήν, ἐδίδαξα. Σὺ δέ με ἠδίκησας (3) σαυτὸν πείσας, ὅτι σε ἠδίκησα. Τοῦ γὰρ ἴσον τῷ νομίζειν, ὡς ἄρα ἐγὼ πονηρὸς μὲν εἰς ἀδελφούς, πονηρὸς δ' εἰς παῖδας. Μελέτα δὲ τὴν ὑπὲρ τούτου ἀπολογίαν. Δεῖ δέ σοι (4) πάνυ τινὸς μεμεριμνημένης (5), εἰ μέλλεις μὴ καταπλυνθήσεσθαι. Μᾶλλον δ', ὃ δράσεις, οἶδα. Αὐτὸς μὲν ἡσυχάσεις, τοὺς υἱεῖς δὲ κελεύσεις ἐργάσασθαί σοι λόγον. Τοῦτο ἐστ', ᾧ μόνῳ νικήσεις μόνῳ (6).

ANATOLIO.

Familiam tuam me quidem vel maxime ornasse novi, siquidem filios tuos dicendi facultatem sibi comparasse non parvum fuerit. Hoc vero parvo tempore instar magni lucri genti tuae accessit. Tantum sane abest, ut te laeserim, ut potius docuerim, ubi juvenes illi tui de homine, qui laesit, poenam sufficientem sumere possint. Tu vero me offendisti, persuasum tibi habens, me in te injurium fuisse. Idem enim hoc est, ac si statueres, pravum me & in fratres & in filios esse. Cogita igitur de tui super his defensione. Opus vero est maxime elaborata, nisi prorsus obrui & submergi velis. At scio, quid sis facturus. Ipse quidem quietus eris, filios vero orationem tibi adornare jubebis. Hoc sane est, quo uno vincere possis.

CCXII. ΠΡΙΣΚΙΑΝῼ.

Οὐθ' ὅσον σε πλῆθος περιέστηκε πραγμάτων, ἀγνοοῦμεν, οὔθ' ὅτι αὐτῶν κρείττων καὶ γέγονας, καὶ γίγνῃ, ἀλλὰ καὶ τὴν δίκην, ἣν ἔδοσαν οἱ ἥκοντες ἐπὶ τὴν καταδίκην, ἧκέ τις ἀγγέλλων. Ὥστε σοι συγχαίρομεν, οὐ μόνον τοῦ μετ' ἀρετῆς ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ τῆς τιμῆς, ἣν τετίμησαι παρὰ τῶν δυνατῶν. Ἁγιανὸς δ' εἰδώς, ὡς εἴχομεν πρὸς ἀλλήλους, ἐνόμιζεν, εἰ μὴ κομίσοι γράμματα, ἀμφοτέρους ἀδικήσειν, τόν τε οὐκ ἐπιστείλαντα (1), τόν τε οὐ λαβόντα. Καὶ διὰ τοῦτο ἧκεν ἡμῖν ἐπιστολὰς αἰτῶν, καί με εὔφρανεν, οὐχ, οἷς ἐτάχθη διοικεῖν, ἡδόμενος (2); ἀλλ'

PRISCIANO.

Nec, quanta negotiorum copia te cinxerit, nec, quod illam superaveris, & adhuc superes, ignoramus, imo venit etiam, qui nunciaret, poenam eos dedisse, qui ad mulctam exigendam venerant. Itaque gratulamur tibi non adeo tantum, quod egregie imperio fungeris, sed quod honore etiam a potentibus adficeris. *Hagianus* interim, gnarus, quomodo adfecti invicem simus, statuit, se, nisi literas a me adferret, utrumque nostrum injuria adfecturum, alterum, quod eas non scripserit, alterum, quod non acceperit. Venit itaque ad nos, epistolam petens, mihique laetitiam attulit, non de illis, quibus admi-

(6) περιιόντες. *Voss.* (7) Ita *Baroc.* ἀπαλλάξει *Voss.* & *Medic.* (8) Alluditur hinc ad *Oedipi* prudentiam, hinc ad *Tiresiae* vaticinandi facultatem, qua cum valuisse testis est *Sophocles* in Oedipo Tyran. vs. 305. Conf. *Ezech. Spanhemium* ad Callimachum in Palladem. vs. 129. (9) Ita *Baroc.* ἔδωκε *Voss.* & *Medic.* Phrasis eadem est *Matth.* XVI, 19 qua frequenter utitur noster. (10) Sic verti pro eo, quod *Salvinus* habet, *laesus sum.* Quamvis enim haec significatio verbo competat, praestat tamen h. l. altera, non minus ipsi conveniens. Verba sunt *Homeri* Iliad. I, vs. 119. Idem est, quod ante dixit: ἡμάρτομεν. (11) Ἰδοὺ abest a *Baroc.* (12) Alluditur ad Homeri Ajacem cum Phoenice & Ulysse ad placandum Agamemnonem missum, Vid. Homerum l. c. vs. 168 sqq. (13) *Salvinus* vertit; *fas est enim.* Malui alterum illud, subintellecta voce δύναμις, vel alia simili.

EP. CCXI. (1) τὸν σὸν, *Ambros.* N. 2. (2) ὃ *Baroc.* 9. Malui alterum *Vossiani* & *Regii max.* (3) ἠδίκησας *Voss.* & sic mox ἠδίκησα. *Reg. max.* habet ἠδίκησας, sed ita, ut supra ο scriptum sit ω. (4) *Voss.* οὐ *Baroc.* 9. (5) Solicita aliqua cura verbo hoc infertur. Vide *Curas* nostras ad *Matth.* V. (6) Ita codd. plerique: at *Vatic.* A. μόνον. Deest vero prorsus in *Ambros.* N. 2.

EP. CCXII. (1) Τόν τε οὐκ ἐπιστείλαντα, desideratur in *Medic.* A. quo ad sensum omnino opus est. (2) Sic scripsi cum *Medic.* ubi τῷ ο in verbo ἡδόμενος superscriptum est ν, ut legi possit ἡδόμενον. Rectius enim illud referetur ad Libanium, qui se delectatum ait, quam ad *Hagianum.* Ita etiam accepit *Salvinus.* Neque tamen negaverim, alteram quoque lectionem, quam *Voss.* & *Reg. max.* tuentur, nempe ἡδόμενος, retineri posse, ut Hagianus dicatur, non tam ex munere sibi commisso, quam consuetudine cum *Prisciano*, voluptatem sibi polliceri.

(3)

administrandis praefectus est, sed, quod tecum versabitur, gaudenti. Videtur autem mihi nec administrationem illam fuisse recepturus, nisi viridanti ejusmodi habitu traheretur. Hunc vero, & olim amicum, & nunc in navi tua navigare cupientem, cum tranquillitate navigationem confecturum esse spes est.

ELPIDIO.

Ipsum quidem argentum nondum misit, at literas super illo se accepisse nunciavit *Naumachius*, hominem, ut mihi quidem videtur, adhuc quaerens, cui eam recte credere possit. Cum vero me puderet argentum à te exegisse, exegi autem agrorum necessitate adactus, quomodo nunc denuo non daturus, sed accepturus pecuniam literas superaddere potuissem, in qua & pecuniae illius mentio fieri debuisset? Pudore enim omnino suffundebar; quod nosse te velim; cum *Naumachium* de illo afferendo adloquerer, non minus sane, quam si quid ex foro furatus comprehensus fuissem. Itaque nolim mihi gratiam haberi de illa temporis mora, quam veniam dari; quod non ad alterum illud processi, vel potius, quod non perpetuo silui. Decuerat enim me ratum facere proverbium illud; quod, quid de amicorum bonis dicat, nosti. Quae *Marcianus* narravit, ea nos & lacrymari & ridere coëgerunt. Male enim adflictos miserati sumus, risus vero ex impudentia auctoris facti obortus est. Tibi vero eum esse adversaturum, omnino sciebam. Unus enim es ex bonis. Jam vero tempus est; ut *Alexander* ille sibi metuat, ne in calamitatem incidens pereat. Nam & ille est ex bonis. Tu vero nunc doce ipsum, quomodo effugere possit repagulum, cui pulchrum nomen perdix dedit.

PRISCIANO.

Si civi jure auxiliamur, huic quidem nunc duplex jus nascitur. Sive enim Antiochenus vocetur *Calliopius*, opem sane me illi ferre oportet; sive a majore urbe vocetur, ego illius civibus adscriptus sum, ut etiam hac parte auxilium praestare debeam. Quod vero plus valet, vir probus est, & celebritatem ex servata amicitia adeptus. Cum enim pauper huc venisset, indolisque suae experimenta dedisset, omnia, quae fortunatorum sunt, possedit. Hoc vero praeterea nomine laudatur, quod, plura cum accipere potuisset, in minori acquievit. Assessor interim, amicum secutus, praeclaro *Pro-*

ἀλλ' ὅτι σοι συνέςαι. Δοκεῖ δέ μοι, μηδ' ἂν δέξασθαι τὴν διοίκησιν, εἰ μὴ τούτῳ εἵλκετο τῷ θαλλῷ (3). Τὸν δὲ καὶ πάλαι φίλον καὶ νῦν ἐν τῇ σῇ νηΐ πλεῖν ἑλόμενον ἐλπίς ἐστι μετ' εὐθυμίας ἀνύσειν τὸν πλοῦν (4).

CCXIII. ΕΛΠΙΔΙΩι.

Αὐτὸν μὲν οὔπω τὸ ἀργύριον, τὰ δ' ὑπὲρ τούτου ἀπειληφέναι γράμματα Ναυμάχιος ἔπεμψεν, ἔτι ζητῶν ἐμοὶ δοκεῖν ἄνθρωπον, ᾧ καὶ θαῤῥεῖν ἄξιον. Ἐγὼ δὲ αἰσχυνόμενος, ὅτι σε εἰσέπραττον, εἰσέπραττον γὰρ ὑπ' ἀνάγκης τῶν ἀγρῶν, νῦν αὖθις οὐ διδόναι βουλόμενος (1) λαμβάνειν πῶς ἔμελλον προσθήσειν ἐπιστολήν, ἐν ᾗ καὶ τῶν χρημάτων ἔδει μνησθῆναι; πάνυ γὰρ ἠρυθρίων, εὖ ἴσθι, καὶ Ναυμαχίῳ λαλῶν ὑπὲρ (2) τοῦ κομίσασθαι, καὶ οὐδέν γε ἧττον, ἢ εἰ κλέπτων τι τῶν ἐπ' ἀγορᾶς ἑαλώκειν (3). Μὴ δή μοι χάριν ἔχειν τοῦ περὶ τὸν χρόνον μήκους, ἀλλὰ συγγνώμην, ὅτι μὴ πρὸς τοσοῦτον ἕτερον προὔβη μᾶλλον δέ, ὅτι μὴ μέχρι τελευτῆς ἐσίγων. Τί γὰρ ἂν κόσμος ἐμοὶ βεβαιῶσαι τὴν παροιμίαν, οἶσθα τί λέγουσαν περὶ τῶν ὄντων τοῖς φίλοις (4). Ἃ (5) Μαρκιανὸς διηγεῖτο, καὶ δακρύειν ἡμᾶς ἠνάγκαζε καὶ γελᾶν. Τοὺς μὲν γὰρ πεπονθότας ἠλεοῦμεν, ὁ δὲ γέλως ἐκ τῆς τοῦ δρῶντος ἀσχημοσύνης. σοὶ δ' οὐ πολεμήσειν, μάλα ἠπιστάμην. εἷς γὰρ εἶ τῶν ἀγαθῶν. Ὥρα δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷδε τρέμειν, μὴ περιπεσὼν ἀπόληται. καὶ γὰρ οὗτος τῶν ἀγαθῶν. σὺ δ' οὖν αὐτὸν δίδασκε, πῶς ἂν διαφύγοι τὸν μοχλόν, ᾧ τὸ καλὸν ἔθετο ὁ πέρδιξ ὄνομα (6).

CCXIV. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι.

Εἰ πολίτῃ δίκαιον βοηθεῖν, διπλοῦν τούτῳ (1) νυνὶ γίγνεται τὸ δίκαιον. Εἴτε γὰρ Ἀντιοχεὺς ὁ Καλλιόπιος καλοῖτο, δεῖ δήπου με συμμαχεῖν. (2) εἴτ' ἀπὸ τῆς μείζονος, (3) ἐγγέγραμμαι παρ' αὐτοῖς, ὥστε καὶ ταύτῃ βοηθητέον. Τὸ δὲ γε ἔτι μεῖζον, χρηστὸς ἀνήρ, καὶ δόξαν ἀπὸ τοῦ φυλάττειν τὰς φιλίας λαβών. Καὶ γάρ τοι πένης ἐλθὼν ἐκεῖσε, καὶ δοὺς τῆς φύσεως πεῖραν, τὰ τῶν εὐδαιμόνων ἅπαντα εἶχε. τοῦδε καὶ τοῦτο ἐπῃνεῖτο, ὅτι πλείω λαμβάνειν ἐξὸν ἠσπάζετο τοὔλαττον. Γίνεται δὴ καὶ πάρεδρος, ἀκολουθῶν φίλῳ, Προβατίῳ τῷ καλῷ, (4) καὶ καλὴν

(3) θαλλὸς proprie oleae ramum infert, quem gestare olim in Panathenaeis senes quidam solebant θαλλοφόροι ideo vocati. Hoc ut honori ducebatur, & jucundum erat gestantibus; ita per θαλλὸν praeclarae illae Prisciani virtutes, quae Hagianum alliciant, indicantur. (4) Alludere videtur ad illud *Euripidis*

> Καὶ τὸν καλὸν μὲν ὅστις ἐκπλεῖ θέλει,
> Συμπλεῖν δὲ τοῖς φίλοισι, δυστυχοῦσι δ' οὔ.

EP. CCXIII. (1) βουλόμενον *Voss.* sed idem ex emendatione, βουλόμενος, quod praeferendum putavi. (2) Ita clare *Reg. max.* & *Vatic.* A. pro quo *Vossianus* compendium scribendi obscurius adhibet. (3) Proverbialiter hoc olim videtur dictum fuisse. (4) Alludit ad proverbium: κοινὰ τὰ τῶν φίλων, *amicorum omnia sunt communia.* (5) ἃ δὴ. *Voss.* sed ex emendatione. (6) Videtur περδικοτροφεῖον, *perdicum caveam* innuere. Sensus, si quid video, fuerit, Alexandrum cavere sibi debere, ne inescatus in caveam incidat, ex qua evolare non detur.

EP. CCXIV. (1) Ita clare *Medic.* A. alii habent, τοῦτο ut *Voss.* Sed *Reg. max.* ex emendatione recta τούτῳ. (2) *Libanius* enim patria erat *Antiochenus.* (3) Subintelligo πόλεως, & intelligo *CPolin*, ubi noster alias versatus est. (4) *Probatio* igitur collega dictus fuit.

καλὴν ἀρχὴν ὁ φθόνος ἔβαλεν, (5) ὅθεν δὴ καὶ τάδε (6) συμβέβηκεν, ἃ δὴ πάρεστιν ὁρᾶν. μᾶλλον δὲ οὐ πάντα δυσχερῆ. Τῇ γὰρ ἀληθείᾳ προσέθετο βασιλεύς, καὶ λύει τὴν ταραχήν. Ἀλλ' οἶσθα, (7) δι' ἧς ἔρχεται ψήφου (8) τἀκείνου γράμματα, καὶ ὡς ἤδη (9) κυρία καὶ βεβαιῶσαι καὶ μή. ταύτην οὖν ὅπως προσλαβοιμεν, σκόπει. Πάντα δ' ἂν γίνοιτο τῆς σῆς φρενός τε καὶ ῥώμης. (10) τῆς μὲν ἀνευρισκούσης πόρον, τῆς δὲ ἐπὶ τὸ πέρας (11) ἰούσης.

Probatio datus est: imperium vero praeclare gestum invidia percussit. Hinc ea evenerunt, quae videre est: neque tamen aspera & dura omnia. Veritati enim patrocinatus est Imperator, & turbas sedat. Nosti autem, ex cujus suffragio literae ejus proficiscentur, quodque illud hoc omne ratum facere possit, vel minus. Eo igitur ut potiamur, tu prospice. Omnia vero tui sint consilii, & auctoritatis: illud enim viam invenerit, haec autem finem attigerit.

CCXV. ΑΜΒΙΑΝῼ. (1)

AMBIANO.

Οὔτ' ἐγώ σε χάριν αἰτῶν καινόν τι ποιῶ, σύ τε τὰ σαυτοῦ (2) μιμήσῃ, τὴν χάριν εἰ καταθεῖο (3). Πολλὰ γὰρ ἐγὼ μὲν ᾔτησα, σὺ δὲ δέδωκας. Καλλιόπιος δὲ οὑτοσὶ καὶ πολίτης ἐμὸς (4), καὶ κοινωνὸς τῶν τε ἐνταῦθα λόγων, τῶν τε ἐν Θρᾴκῃ πόνων. οἶδε γὰρ ἐν φίλων φροντίσιν ἀγρυπνεῖν. καὶ οὐκ ἂν ἔχοι δήπου μοι καλῶς, ὑστέρῳ τούτου περὶ ταῦτα εἶναι. Εἰ μὲν οὖν ἐδόκει μοι ἀδικεῖν, ᾐσχυνόμην ἂν ὑπὲρ τοῦ ἐμαυτοῦ. (4) νῦν δέ, κατ' ἐπήρειαν γὰρ ἕλκεται, πάνυ ἂν αἰσχυνοίμην, εἰ μὴ βοηθοίην. Ἔχω δὲ βοηθεῖν, οὐ τῇ ἐμαυτοῦ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ σῇ. χρῶμαι δὲ αὐτῇ κατὰ τὴν φιλίαν. Ὅρα δέ, ὅπως σε ἀκριβέστερον ἑτέρων οἶδα. Μέλλων οὗτος ἐνθένδε κινεῖσθαι, χρημάτων ἐμέμνητο πρὸς ἡμᾶς, ὡς ταύτῃ σε προσληψόμενος. Ὤιετο γὰρ τὸν ὢν (5) οὗ νῦν ὢν τυγχάνεις, μηδὲν φιλανθρωπίᾳ ποιεῖν. πάντα δὲ ἀργυρίῳ. Ἐγὼ δὲ γελάσας, καὶ διεξελθών, ἃ σύνοιδά σοι, γυμνός, ἔφην, πορεύου, καὶ πενίαν οὐ μέμψῃ. Ἄγε οὖν, ὦ γενναῖε, δέχου τε τὸν ἄνδρα εὐμενῶς, καὶ παῦε τῶν κακῶν, ὁπόσα ἔξεστί σοι, καὶ δεῖξον ἡμῖν, ὡς οὐδὲν ἔλαττον ἐσχήκαμεν, ἢ εἰ γράφειν εἴχομεν τῷ τῆς γνώσεως (6) κυρίῳ (7).

Neque ego beneficium à te petens, novi aliquid facio; & tu te ipsum imitaberis, si hoc beneficium praestes. Multa enim ego quidem petii, tu vero dedisti. *Calliopius* hic & civis meus est, & studii apud nos eloquentiae, & laborum in Thracia particeps fuit. Amicorum enim curis vigil adesse didicit. Neque sane decorum mihi erat futurum, si in his rebus ipso forem inferior. Quod si male ille egisse mihi videretur, me mei ipsius puderet. Jam vero, cum ex petulantia vexetur, puderet me, si non auxiliarer. Possum autem auxiliari non meis quidem viribus, sed tuis. His vero utor pro amicitia nostra. Vide autem, ut te rectius aliis cognitum habere videar. Hic quidem abitum a nobis parans, pecuniarum apud nos mentionem fecit, tanquam hac ratione te capturus. Putabat enim, eum, qui, quo tu nunc loco es, constitutus sit, nihil ex humanitate, sed omnia pecuniae causa, facere. Ego vero ridens, atque ea, quorum tibi conscius sum, enarrans, dixi: vel nudus proficiscere, nec paupertatem tuam accusabis. Age itaque, vir generosissime, excipe virum benigne, &, quoad poteris, malis his libera, nobisque ostende, nihil minus nos accepisse, quam si ad ipsum causae cognoscendae dominum scribere nobis licuisset.

CCXVI. ΑΝΔΡΟΝΙΚῼ.

ANDRONICO.

Οὐκ ὀλίγα μοι τῶν σῆς ἀρχῆς εἰδότι διηγήσατο, ὧν ᾔδειν, (1) Ἡρωδιανὸς πλείω. Κεφάλαιον δὲ ἦν ὁ περὶ τὴν Βηρυτὸν (2) ἔρως καὶ πόνος, ὑφ' ὧν τῇ μὲν ὕδατά (3) τε καὶ κάλλος ἐγένετο προσθήκη, σοὶ δὲ ὑπ' (4) ἀμφοτέρων ὄνομα (5). Ὡς δὲ οὐδὲ μοι γεγένηται (6)

Non pauca mihi de imperio tuo cognita habenti, plura, quam comperta mihi erant, *Herodianus* nunciavit. Palmarium vero erat amor & labor, quem *Beryto* praestas. Ex his enim & aquae, & splendoris illi, tibi vero ex utroque famae incrementum accesserunt. Cum igitur

(5) Ita *Medic.* A. pro quo *Voss.* ex emendatione, ἔλαβεν. Prius illud *Salvinus* recte in versione sua expressit. Constat interim verba βαλεῖν & λαβεῖν saepe à librariis confundi. Vide J. B. Cotelerii notas ad Tom. II. Monumentorum Eccles. Graec. p. 642. & *Curas* meas Vol. I. p. 500. Possit tamen & ἔλαβεν illud obtinere, hoc sensu, quod invidia hinc initium ceperit, virum illum opprimendi. Ita *Diodorus* lib. XIII. p. 339. dicit ἡ μάχη τέλος ἐλάμβανε. (6) Sic *Voss.* At *Reg. max.* & *Vatic.* A. τόδε. Ita vero mox scribendum fuerat ὃ, non autem ἅ. Ab omnibus intempestive abit *Medic* A. legens τόδε, quod *Salvinus* retinuit. (7) *Medic.* A. οἶδα, minus recte. Rectius enim ad Priscianum haec notitia refertur, secundum quam τὸν δεῖνα, quem norat, conciliare *Calliopio* debebat. (8) Indicatur heic, nescio quis, qui multum apud Regem potuerit. (9) ἡ δὲ scil. ψῆφος. Sic legit *Medic.* recte. Alii ἤδη. (10) Prudentia scilicet cum viribus conjuncta sit, oportet. Sic *Homerus* Odyss. ξ. vs. 491. οἷος ἐκεῖνος ἔην βουλευέμεν, ἠδὲ μάχεσθαι. (11) Ita *Voss.* & *Reg. max.* at *Medic.* πέρας.

EP. CCXV. (1) Sic *Voss. Reg. max. Vatic.* A. & *Medic.* A. At Ἀμμιανῷ *Ambros.* T. 231. & Ἰοβιανῷ *Medic.* B. Interim suspectum *Ambiani* nomen merito fuerit. Una enim haec epistola nomen illud praefert, plures autem *Ammiano* inscriptae exstant. Itaque posterius hoc malim. (2) τὰς αὐτοῦ, *Vatic.* A mendose. (3) Eadem phrasi utitur S. Lucas Act. XXIV. 27. Sic Antiphon Orat. XIV. p. 118. τῇ πόλει τῇ ὑμετέρᾳ χάριν καταθέσθαι ἐν ἀξίωσιν. Et Procopius ep. 19. (4) *Antiochenus* enim erat: vide epistolam proxime superiorem. (5) ὑπὲρ ἐμαυτοῦ. *Medic.* A. idque rectius est. (6) Ita codd. Scribendum videtur ὅσα. *Vatic.* A. ὃν. *Medic.* A. ita: ᾤετο γάρ σε μηδὲν φιλανθρωπίᾳ ποιεῖν, πάντα δὲ ἀργυρίῳ. (7) γνώμης, *Ambros.* T. 231. i. e. *sententiae*, *judicii*, non inconvenienter. (8) *Salvino* innui videtur *Modestus*.

EP. CCXVI. (1) Ita recte *Ambros.* T. 231. *Medic.* E. & *Vatic.* A. male autem *Voss.* & *Reg. max.* ἢ δεῖν. (2) *Berytus*, urbs *Phoeniciae*, quam provinciam administrabat *Andronicus*. (3) Aquae ductus intelligit. (4) *Voss.* ἀπ'. (5) ἔπαινος, *Ambros.* T. 231.

(6)

tur ita me exultare videret, ac si ipse ea praestitissem, & hoc nomine laudarer, praemium hujus meae ex virtute tua voluptatis epistolam pro se ad te a nobis perferendam postulavit. Ego vero mercedem illi tam justam, tibique non ingratam solvere non recusavi. Virum itaque amicis tuis, quod & nos fecimus, adscribe, & bene facere illi conare. Neque vero nos, si quid facere possimus, unquam pigrabimur.

EIDEM.

Ad finem spectat consobrini mei administratio. Jam vero moris est, ut extrema publici hujusmodi muneris praeclara sint. Ille vero, magnifica quaelibet egregie curans, ut in singulis, quae agentur, ejusmodi esse videatur, operam dabit, non praemia solum prioribus majora destinans, nec tantum plures feras caedi objiciens, sed & majorem undiquaque hominum, qui cum illis pugnent, copiam cogens. Id scilicet est egregium imponere colophonem. Ad comparandam igitur, quae ex venatoribus nascitur, magnificentiam plurimum tu poteris. Phoenicia enim homines alit, hujus artis gnarissimos, quibus, si quidem tu volueris, utemur, si vero nolueris, hac in parte deficiemus. Nemo autem nos infeliciores accusabit, sed eum, qui amicorum sit immemor. Quod enim qui illic tales sunt, advocemus, & à quo beneficium hoc petamus, nemo ignorat. Ubi vero nullus eorum nobis obtigerit, scient etiam, propter quem non obtigerit. Hoc vero te minime decuerit. Phoeniciam te amare & ipse novi, & una mecum terra & mare novit. Hoc vero est Phoeniciam amantis, si nos, tantam urbem, beneficio ornaverit. Quod si etiam illi, qui bestiarum indolem sua vincunt prudentia, aliquid admiratione dignum praestiterint, spectator quisque, opere hoc delectatus, Phoeniciam laudabit. Noli itaque vel nos contemnere, vel in illam injurius esse, neque a *Modesti* epistola praetextum cape, quo minus gratiam hanc nobis facias. Illa enim ex recepto quodam more affertur. Eadem vero nos non nitimur, sed eo potius, quod tu gentem nostram conspicuam & illustrem esse cupis. Quod si igitur à te mittantur, nemo, prae te mittente, beneficium hoc nobis praestitisse videbitur. Fas erat, ut superesset nobis avunculus, & nunc nobiscum scriberet, vel solus scriberet. Illud enim suffecisset utique, neque quicquam fuisset futurum, quod non esses facturus. Quoniam vero fatis ille functus est, tute ipse cogita, defunctum neminem scribere posse. Idem tamen, etiam defunctus, gaudere possit. Nosti enim Poe-

(6) καθάπερ αὐτὸν ὄντα τόν τε εἰργασμένον, τόν τε ἐπαινούμενον, ἀπήτει μισθὸν τῆς διὰ τὴν σὴν ἀρετὴν ἡδονῆς, τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ πρός σε παρ' ἡμῶν ἐπιστολήν. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἔφυγον, μὴ δοῦναι, μισθὸν οὕτω δίκαιον, καί σοι κεχαρισμένον. Ἔγγραφε δὴ τὸν ἄνδρα τοῖς φίλοις, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς, καὶ πειρῶ τι ποιεῖν ἀγαθόν. Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς, εἴ τι ποιεῖν ἔχοιμεν, ὀκνήσομεν.

CCXVII. ΤΩι ΑΥΤΩ.

Ἐπ' ἐξόδῳ τῆς λειτουργίας ὁ ἀνεψιός ἐστι μοι. Νόμος δὲ, τὰ τελευταῖα καὶ μέγιστα εἶναι τῆς γε τοιαύτης λειτουργίας. (1) ὁ δὲ (2) καλῶς φροντίζων τῆς ὑπερβολῆς, ὅπως ἐν ἑκάστῳ τῶν ποιουμένων αὐτὴ (3) φανεῖται, φροντίζει. οὐ μόνον ἆθλα μείζω τῶν πρόσθεν τιθεὶς, οὐδὲ πλείω θηρία φόνῳ διδοὺς, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸς ταῦτα ἀγωνιουμένων πολλαχόθεν ποιούμενος συλλογήν (4). Τοῦτο γάρ ἐστιν ἀτεχνῶς τὸν κολοφῶνα ἐπιθεῖναι. Τῆς τοίνυν διὰ τῶν κυνηγετῶν ὑπερβολῆς ἐν σοὶ τὸ πλεῖστον. Τρέφει γὰρ ἡ Φοινίκη τοὺς τὰ τοιαῦτα δεινοὺς, οἷς, εἰ μὲν σὺ βούλοιο, χρησόμεθα, μὴ βουλομένου δὲ, κατὰ τοῦτο χωλεύσομεν. Καὶ μέμψεταί τις οὐχ ἡμᾶς τοὺς ἀτυχήσαντας, ἀλλὰ τὸν ἀμνημονοῦντα τῶν φίλων. Ὡς μὲν γὰρ καλοῦμεν τοὺς ἐκεῖθεν, καὶ παρ' οὗ τὴν χάριν αἰτοῦμεν, οὐδεὶς ἠγνόηκε. γιγνομένου δὲ ἡμῖν οὐδενὸς, (5) εἴσονται, δι' ὃν οὐ γίγνεται. Τοῦτο δὲ σοι οὐ καλόν. Φιλεῖς τὴν Φοινίκην, οἶδα καὶ αὐτὸς, καὶ μετ' ἐμοῦ τοῦτο οἶδε γῆ τε καὶ θάλαττα (6). Ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τῆς Φοινίκης ἐρῶντος, ἐὰν ἡμᾶς εὖ ποιῇ (7) τηλικαύτην πόλιν. καὶ ἅμα ἤν τι θαυμαστὸν ἐργάζωνται σοφίᾳ κρατοῦντες τὴν τῶν θηρίων φύσιν, ὁ θεατὴς ἐν τῇ τοῦ ἔργου ἡδονῇ τὴν Φοινίκην ἐπαινέσεται. Μὴ τοίνυν μήθ' ἡμᾶς ἀτιμάσῃς, μήτ' ἐκείνην ἀδικήσῃς, μηδέ γε ἁρπάσῃς πρόφασιν ἀπὸ τοῦ Μοδέστου (8) γραμμάτων εἰς τὸ μὴ δοῦναι τὴν χάριν. τὰ μὲν γὰρ ἔθει τινὶ παλαιῷ κεκόμισται. θαρροῦμεν δὲ οὐκ ἐκείνοις, ἀλλὰ τῷ σε βούλεσθαι τὴν ἡμετέραν οἰκίαν ἐν σχήματι φαίνεσθαι. Καὶ νῦν εἰ παρά σου πεμφθεῖεν, οὐδεὶς παρὰ τοῦ πέμψαντος δόξει δεδωκέναι τὴν χάριν. Ἔδει μὲν οὖν περιεῖναί τε τὸν θεῖον (9) ἡμῖν, καὶ νῦν μεθ' ἡμῶν ἐπιστέλλειν, ἢ μόνον γε ἐπιστέλλειν. ἀπέχρη γὰρ ἂν, καὶ οὐδὲν ἂν ἦν, ὅτι οὐκ ἂν (10) ἔπραττες. Ἐπεὶ δὲ ἀπῆλθεν, ἐνθυμοῦ πρὸς σαυτὸν, ὅτι γράφειν μὲν οὐκ ἄν τις ἀποθανὼν δύναιτο, χαίρειν δ' ἂν καὶ τελευτήσας δύναιτο. Τὴν γὰρ τῶν ποιητῶν περὶ τῶν τοιῶνδε δόξαν ἐπίστασαι (11) Πέμπε δὴ τοὺς ἄνδρας, καί τις

ἔστω

(6) Sic *Barocc.* 9. *Medic.* E. & *Vatic.* A. γανωθῆναι *Reg. max.* ex emendatione recente, & γανωθῆναι, *Voss.*

EP. CCXVII. (1) Provincia quadam ampliore decedentes ludis & spectaculis editis vulgi auram olim captasse constat. (2) Ita scripsi ex emendatione *Vossiani*, pro quo olim erat ὁ δὲ. Pro φροντίζω scripsi φροντίζων ex *Voss.* sine quo sensus vix constiterit. Sermo est de ἀνεψιῷ illo. (3) αὐτὴ, nempe ὑπερβολή. In *Voss.* scriptum αὐτὸ, sed ita ut τὸ ο superscriptum haberet η. (4) In spectaculis ejusmodi spectantium oculi ferina illa, quae ex θηριομαχίᾳ nascebatur, voluptate prae ceteris pasci solebant. Vide Scriptores, quos ad 1 *Cor.* XV. 32. in *Curis* meis attuli. Neque enim id quidem nunc agere nobis licet. (5) Interpunctio haec *Regii max.* rectior est illa *Vossiani*: γιγνομένου δὲ ἡμῖν, οὐδενὸς εἴσονται. (6) Proverbialis haec est dictio, de qua post alios *Erasmus* p. 121. Conf. *Matth.* XXIII. 15. (7) Fortasse legendum εὖ ποιῇ. (8) Hic itaque de eodem negotio literas scripserat, causam hanc urgentes. (9) *Phasganius* hic est, ad quem noster saepe provocat. (10) Ita *Vatic.* A. recte, pro οὐδὲν, cui in *Reg. max.* idem illud οὐκ ἂν a vetere manu superscriptum erat. (11) Poëtae enim *manibus* sensum eorum, quae in his terris agerentur, tribuebant.

ἔστω περὶ σοὶ λόγος τοῦ Διονύσου καὶ Κορωνίδος (13) θυγατέρων. καὶ ἃ μὲν οὐκ ἄξιον διδόναι, δίδοται κακίας. Τὸ δὲ ὅλως ἐκβαλεῖν (14) τὰς Χάριτας, οὐχ ἑλληνικόν.

Poëtarum de illis sententiam. Mitte itaque homines illos, & rationem aliquam Bacchi & sororum Coronidis habebis. Ceterum, quae dare nefas est, ea male dantur: at Charitas prorsus ejicere & explodere Graecos non decet.

CCXVIII. ΕΥΣΕΒΙΩι.

Τὰ θηρία σωζέσθω, καὶ σφαττέτω μηδείς, καὶ πλὴν τούτου παρεχέτω τις τὴν θέαν. καὶ μὴ ἔστω τῶν αὐτοῦ κύριος ὁ δεσπότης. Ταυτὶ μὲν ἐπιστεῖλαι ῥᾷστον. καὶ ἔτι γε τούτων ἀτοπώτερα. Ἀλλ' εἰ τὸ πρὸς τοσαύτην ἐκπίπτειν ἀτοπίαν πρὸς τῆς σῆς ἐστι διανοίας, καὶ τῶν ἐλπίδων, ἃς παρέστησας, ἐξέταζε. Δεῖ γὰρ οὐ τῷ ποιεῖν τι μέγα φρονεῖν, ἀλλὰ τῷ ποιεῖν, ἃ προσήκει. Τὸ παρὸν δὲ οἷον, ὅρα. ὁ ἀνεψιὸς ὁ ἐμὸς μανίᾳ τὴν λειτουργίαν, ταύτην δὲ τὴν βαρεῖαν, ἤρατο. καὶ ψηφιεῖται Δημοσθένης ὀρθῶς εἰρῆσθαί μοι μανίαν, τὴν ὑπὲρ δύναμιν φιλοτιμίαν. Πρὸς γὰρ τῷ τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ κενῶσαι χρυσίου, καὶ τὰ τῶν φίλων πολλῶν οὐκ ὀλίγα προστέθηκε, πάντα πανταχόθεν ἀγείραν, (1) θηρία τε καὶ τοὺς πρὸς ταῦτα μαχομένους. Καὶ ἦν μὲν σωφρονοῦντος, μὴ πρὸς τοσοῦτον χρόνου τὴν δαπάνην ἐκτεῖναι, καὶ πολλάκις τοῦτο παρῃνέσαμεν. Ἐπεὶ δὲ ἡμῖν οὐκ ἠβουλήθη, τῇγε ἀνάγκῃ πείθεται. καὶ καλεῖ τὰς πόλεις, ὡς ἐπιθήσων πέρας. ἀλλ' οὐκ ἐᾷς. Τί γάρ, εἰπέ μοι, χρήσεται; παύσει τὴν σύνοδον κηρύξας μένειν κατὰ χώραν, καὶ τὸν χειμῶνα ἀναμένειν; (2) Καὶ τί ἂν γένοιτ' ἂν αἴσχιον ἢ δαπανηρότερον; ἀντὶ ποίου δὲ ἀδικήματος ταύτην λήψεται δίκην; (3) ἀλλὰ καλεῖν μὲν δεήσει, καὶ τἄλλα ποιεῖν, εὔχεσθαι δὲ ὑπὲρ τῶν ἄρκτων, καὶ κελεύειν μηδὲ ῥάβδῳ παίειν; (4) καὶ τίς ἡ χάρις, ἢ ποῖος οὐ γέλως; πῶς δὲ ἄξια ταῦτα τοῦ στεφάνου; τίς δὲ οἴσει τοὺς κλώζοντας καὶ συρίττοντας (5); κεντεῖν δὲ ἀξιούντων, τί φήσει; πότερον, ὡς οὐ βούλοιτ' ἄν, ἢ τὸν κεκωλυκότα; ἀλλὰ τὸ μὲν οὐκ ἐκείνῳ, τὸ δέ, οὐ σοὶ καλόν. Ἄγε οὖν, ὦ φίλος, ἰῶ τὸ θραῦμα, καὶ μήτε ἄνδρας ἑταίρους ποίει κακῶς, μήτε πόλιν, ἐν ᾗ παιδείας μετέλαβες (6). Καὶ γὰρ ἃ μέν ἐστι γοργὰ τῶν θηρίων καὶ ἄφυκτα, δῶρον δίδοται τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ τοῦ γενναίου προσμένει βέλη. καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τῶν ἐκείνου μὲν ὀφθαλμῶν ἀνάξια, δήμῳ δ' ἂν ἡδονὴν ἐνέγκαι. Γράφε δὴ βελτίω, καὶ μὴ τὴν ἄμπελον ἡ χάραξ προ-

EUSEBIO.

Bestiae serventur, nec quisquam eas occidat; atque, hoc excepto, edatur spectaculum, neque possessor suarum rerum sit dominus. Haec quidem facillimum est scribere, imo & alia his absurdiora. An vero eo insolentiae procedere prudentiam tuam, & exspectationem, quam fecisti, deceat, tu ipse videris. Neque enim jactare se quenquam oportet, hoc vel illud faciendo, sed ea faciendo, quae decet. Quale vero hoc sit negotium, vide. Consobrinus meus publicum illud munus, idque satis molestum, furore quodam suscepit. Furorem recte me appellasse, honoris studium, quod vires excedat, confirmabit *Demosthenes*. Praeterea enim, quod domum suam auro vacuam reddidit, non pauca multorum sibi amicorum impendit, & bestias, & homines cum illis dimicaturos undequaque cogens. Sapientis quidem erat, sumtus tam diu non impendere; quod ipsum saepe eum monuimus. Quoniam vero nobis audiens esse noluit, necessitati nunc paret, & urbes advocat, tanquam finem nunc facturus. Tu vero non permittis. Quid enim, quaeso te, faciet? num coetum illum quietum faciet, si in loco suo manere & hyemem exspectare jubeat? Quid vero fuerit turpius aut sumtuosius? quo vero flagitio tantam poenam meruit? Sed num forte vocare debebit, & alia facere, pro ursis vero precari, nec vel virga percutere jubebit? Quale vero hoc fuerit beneficium, vel, quis non fuerit risus? Quomodo porro haec corona digna fuerint? Quis tulerit explodentes & exsibilantes? Si qui pungere sustineant, quid dicet? Num, quod nolit ipse, an, quod sit, qui prohibeat? Sed alterum quidem illum, alterum vero te minime decebit. Age itaque, amice, medere huic vulneri, neque hominibus amicis male facias, neque urbi, in qua ad literas es institutus. Quae enim inter bestias illas feriores sunt & saeviores, illae Regi dono datae sunt, & tela generosi viri exspectant. Reliquae vero oculis ejus sunt indignae, populo autem voluptatem afferre possunt. Scribe itaque meliora, neque tu statumen

(13) Ad hanc vocem *Boivinius* in apographo hujus epistolae suo notaverat, nonnullos veterum Bacchum Gratiarum patrem, Venerem autem matrem appellasse. Propterea pro Κορωνίδος legendum esse suspicatur Κύπριδος, *Veneris*. Nihil tamen hactenus mutare sustinui. Fieri enim potest, ut κορωνὶς Veneris fuerit epitheton, quamvis nec id apud veteres legere me meminerim. (14) ἐμβαλεῖν, *Voss. Reg. max.* & *Vatic.* A. Sed in *Voss.* recens manus correxit per ἐκβαλεῖν, omnino recte. Id enim est *ejicere, explodere*. Confer locum *Pollucis*, qui ad epistolam proxime sequentem adferetur. Sic infra ep. 222. μηδ' ἐκγράφε τὰς Χάριτας τοῦ καταλόγου τῶν Θεῶν.

EP. CCXVIII. (1) Sic scripsi pro ἐγείρων, ex emendatione *Vossiani*, qui olim habebat ἐγείρων. (2) Aberat haec interrogandi nota a codicibus, qua tamen opus est, si de verborum sensu constare debeat. (3) Ita scriptum est. *Boivinius* legere malebat: λήψη τὴν δίκην, i. e. *poenam fumes*. Alias enim δίκην δοῦναι est *poenam dare*, & δίκην λαμβάνειν, poenam sumere, quamvis utraque phrasis etiam alio sensu interdum sumatur. Vide *Jo. Verstium* in Philologia sacra Parte I. cap. VII. & *Jo. Clericum* in Silvis Philolog. cap. V. p. 232. (4) Et hic interrogandi signum posui, quamvis in codice omissum. (5) Phrasis ex theatro petita. Ibi spectatores interdum πτερνοκοπεῖν, h. e. *sedilia talis pulsare* solebant, teste *Polluce* lib. IV. c. 19. §. 122. Subdit ibi *Pollux*: Ἐποίουν δὲ τοῦτο, ὁπότε τινὰ ἐκβάλλοιεν, ὥσπερ καὶ τὸ κλώζειν, καὶ συρίττειν. *Hoc autem faciebant aliquem explodentes, unde & explodere & exsibilare dicitur*
(6) Ita clare *Vatic.* A. & *Voss.* At in *Reg. max.* μετέλαμες, librarii vitio, qui β & μ prave confudit. Id vero in codd. MSS. facile fit, & saepe factum est. Vide praestantissimi *Montfauconii* Palaeographiam Graecam p. 263. & *Pet. Needham* ad Hierocl. commentar. in Aurea carmina p. 358.

(7)

statumen vitem prodito. Spes enim erat, fore ut tu damnum ab aliis allatum amoveas.

FLORENTIO.

Et urbem nosti, & mores urbis, & quae sint in ea munera publica, quaeque sit singulorum ratio, quidque leve, & ad quod Croesi opus sit divitiis. Nosti etiam, quod illis, qui maxima promiserint, unumquemque bona precari & opem ferre oporteat. Nobis quidem, quibus non alia est facultas, bene precari convenit; tuum vero est, opere ipso juvare. Jam consobrinus meus per longum tempus magnos & sine ullo exemplo sumtus fecit, familiamque suam deteriorem reddidit, nihilque amplius in promtu habens in eadem dignitate, etiamsi velit, persistere non potest. Necessitatem itaque se expellentem sequitur, & civitates ad finem faciendum vocat. Haec prae manibus habens, accipit literas, quas a vobis venire non credidi. Vestrae enim & aequae sunt, & moderatae, & benignitatem aliquam praeferunt. Praesentes vero illae superioribus non sunt similes. Verba quidem exigua sunt: ne occide bestias, quaeque inde sunt, exue vestes, nec indue, coronam amove, spectatores procul esse jube, tuis ne utere; vel si minus hoc, persevera in illis alendis, &, si vel agrum vendere oporteat, ridens id facito. Nonne recte tibi videor existimare, ad alios hanc epistolam referri debere? Regi donavit pantheras illas alatas: ab his abstinebit. Donavit enim; & ursas Munychiensi illa formidabiliores. Ab illis quoque abstinebit: dono enim dedit. Reliquarum vero bestiarum dominum si quis ipsum esse noluerit, vide, quid sibi tandem illud velit. Equidem te precatus olim sum, ut virum hos mores amplexum cohiberes, cetera vel maxime prudentem, & qui ipse praeclara quaeque instituere possit, (quod & semper fecisti,) talia vero missa faceres. Itaque nos secundis literis restitue, literas has ab amici libertate dicendi profectas censens. Adulatio enim alios decet.

MODESTO.

Patroni causarum benevolentiam sibi expetunt

προδίδω (7). Σὺ γὰρ δὴ καὶ παρ' ἄλλων φθειρόμενον καλῶς ἠπίςω λύσειν.

CCXX. ΦΛΩΡΕΝΤΙΩ.

Οἶδα τήν τε (1) πόλιν καὶ τὰ νόμιμα τῆς πόλεως, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ λειτουργίας. καὶ (2) μέτρον ἑκάστης, καὶ τί κοῦφον, καὶ τί τῆς Κροίσου δεόμενον χρημάτων· καὶ ὡς τοῖς τὰ μέγιστα ὑποστᾶσιν (3), εἰκότως ἂν ἕκαστος καὶ εὔχοιτο καὶ συλλαμβάνοι. Τὸ μὲν οὖν συνεύχεσθαι ἡμέτερον, οἷς οὐκ ἔστι (4) δύναμις, εἰς σὲ δ' ἥκει τὸ βοηθεῖν ἔργοις. Ὁ τοίνυν ἀνεψιός μοι πολὺν δὴ χρόνον δαπανώμενος ὑπὲρ ἅπαν παράδειγμα, καὶ τὸν οἶκον ἐλάττω καταστήσας, καὶ ὄντος ἔνδον (5) ἔτ' οὐδενός, οὐδὲ βουλόμενος ἐν τῷ σχήματι μένειν ἔχει. Τῆς γοῦν ἀνάγκης ἐξαγούσης αὐτὸν ἕπεται, καὶ καλεῖ δὴ τὰς πόλεις ἐπὶ τὸ τέλος. Ἔχων δὲ ταῦτα ἐν χεροῖν, λαμβάνει γράμματα, ἃ ἠπίστησα (6) παρ' ὑμῶν ἥκειν. τὰ μὲν (7) γὰρ ὑμέτερα ἀεὶ καλά, καὶ μέτρια, καί τινος προσόζοντα ἡμερότητος. τὸ παρὸν δ' οὐ μάλα τοῖς ἔμπροσθεν ἐοικός. Καὶ τὰ μὲν (8) ῥήματα μικρά, μὴ σφάττε τὰ θηρία, τὰ δ' ἀπ' αὐτῶν ἔκδυθι τὴν ἱμαλίαν, μὴ ἀμπίσχου (9), τὸν στέφανον λῦε, τοὺς θεωροὺς ἔλαυνε, μὴ χρῶ τοῖς σαυτοῦ (10). ἢ τοῦτο μὲν οὐχί, μένε δὲ τρέφων (11) κἂν δέῃ τὸν ἀγρὸν πωλεῖν, τοῦτο πρᾶττε γελῶν. Ἆρ' οὖν σοι δοκῶ δικαίως ἄλλως (12) ἡγεῖσθαι προσήκειν τὴν ἐπιστολήν; Ἔδωκε τῷ βασιλεῖ παρδάλεις (13) πληγάς. τούτων ἀφέξεται· δέδωκε γὰρ καὶ ἄρκτους φοβερωτέρας (14) τῆς πάλαι ποτὲ περὶ τὴν Μουνυχίαν. (15) καὶ τούτων ἀφέξεται. Δέδωκε γάρ. Τῶν λοιπῶν δὲ εἰ μή τις αὐτὸν ἐάσει κύριον, σκόπει, τί τοῦτο ἤδη γίγνεται. Ἐγὼ μὲν σε ἠξίουν καὶ παρειληφότα τοιαῦτα ἔθη παύειν· ἄνδρα ἔτι πλεῖστον ἥκοντα φρενῶν, αὐτὸν δὲ εἰσάγειν καλὰ μὲν ἄξιον, ὃ πεποίηκας ἀεί, τὰ τοιαῦτα δὲ χαίρειν ἐᾶν. Ὅπως οὖν ἡμᾶς ἀνακλήσῃ (16) τοῖς δευτέροις, νομίσας ταυτὶ τὰ γράμματα φίλου παρρησίαν, ἡ κολακεία (17) δὲ ἑτέρων.

CCXXI. ΜΟΔΕΣΤΩ. (1)

Οἱ ῥήτορες (2) εὔνοιαν αἰτοῦσι παρὰ τῶν δικαζόντων, ὃ

(7) Proverbium illi simile, quod habet *Aristophanes* Σφηξ. v. 1282. οἷα νῦν ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον. Scholiastes ita: Ἔστιν ἡ παροιμία ἀπὸ τῶν καλάμων τῶν προσδιδομένων ταῖς ἀμπέλοις, οἳ ὕστερον ῥιζοβολήσαντες ὑπερπαίζουσι τὰς ἀμπέλους. Dicitur in eos, qui patronis malam gratiam rependunt.

EP. CCXX. (1) τήν τε, omittit *Reg. Berol.* habent autem *Voss.* & *Reg. max.* (2) καὶ in *Berol.* omissum ab iisdem suppletur. (3) Ita *Euripides* in Alcestide: ἣ τόδ' ὑπέστη, *quae hoc promisit.* Confer *Pet. Pantinum* in Michaelis Apostolii Paroemias p. 285. *Voss.* & *Reg. max.* olim ὑποστάσι, male, quod recens manus in ὑποστᾶσιν convertit, a *Vatic.* A. firmatum. (4) Ita *Voss.* & *Reg. max.* ἔν, *Reg. Berol.* (5) [illegible] *Reg. Berol.* nostrum habent duo, quos modo dixi codd. (6) Sic *Voss.* olim, *Vatic.* A & *Reg. Berol. Vossiano* recens manus inseruit οὐκ, male, ἀπιστία enim id infert, quod sensus h. l. requirit. Paulo post noster rationem reddit, cur non crediderit, epistolam hanc esse *Florentii. Reg. max.* legit ὑπέστησα, male. (7) μὲν deerat in *Voss.* & *Reg. max.* a recente manu additum. (8) τὰ μὲν γὰρ, *Voss.* & *Reg. max.* (9) μὴ ἀμπίσχου *Voss.* & *Reg. max.* pro altero illo *Berol.* (10) Ita iidem, sed *Berol.* αὐτοῦ male. (11) Iidem, sed *Berol.* ἢ τὸ μὲν οὐχὶ μένε τρέφων. (12) Sic lego pro ἄλλων, quod est in *Berol.* nisi malis ἄλλως. (13) πάρδαλις eadem est, quae *panthera.* Vide *Bocharti* Hierozoic. Part. I. p. 800. (14) *Voss.* & *Reg. max.* pro ἄρκτων φοβερωτέρων *Berolin.* (15) Μουνυχία τόπος παραθαλάσσιος ἐν τῇ Ἀττικῇ. Vid. *Harpocrationis* Lexicon suo loco, & ad illud *Maussacum* & *Valesium*, tum vero *Meursium* lib. de Piraeeo cap. 9. (16) *Voss.* & *Reg. max.* pro ἀνακλῇ *Regii Berol.* (17) Sic *Berol.* In *Voss.* & *Reg. max.* olim male, ὁ κολακείας.

EP. CCXXI. (1) Exstat haec epistola T. II. Anecdotorum meorum p. 335. ex *Regio Berolinensi* descripta. Eaodem verterant *Boivinius* & *Salvinus.* (2) De ista & aliis vocis hujus significationibus lege *Cresollii* Theatrum Sophistarum lib. I. c. 1.

οὐ μόνον οἱ κατεγνωκότες αὐτῶν μηδὲν ἔχειν (3) ἰσχυρὸν, ἀλλὰ καὶ οἷς ὑπάρχει θαῤῥεῖν δικαίων ὄντων. Καὶ ἐγὼ τοίνυν οἶδα μὲν ἀκριβῶς, ὡς οὔτε μικρὸν οὔτε μεῖζον (4) ἀδικεῖ Καλλιόπιος (5) οὑτοσί. Δέομαι δέ σου τὸ κοινὸν δὴ τοῦτο, δεῖξαι αὐτῷ τὸ ὄμμα ἐπὶ τῆς δίκης ἥμερον. Οὕτω γὰρ ἂν καὶ χρήσαιτο τοῖς οὖσιν αὐτῷ δικαίοις, εἰ μὴ ταραχθείη. Εἰ δ' οὖν οὐκ ἔξεστιν (6) εὐνοίας (7) πρός σε μνησθῆναι (8), ἀλλ' εὔξασθαί γε τοῖς Θεοῖς ὑπὲρ τοῦ σε ποιῆσαι τοιοῦτον ἔξεστι. Καὶ δὴ καὶ (9) εὔχομαι. Ζεῦ Μειλίχιε (10), καὶ (11) πατέρων ἀνθρώποις ἡμερώτερε, κατάστησον ἵλεων Καλλιοπίῳ τὸν γενναῖον Μόδεστον, καὶ σαυτῷ προσόμοιον, καὶ μεμνῆσθαι δικάζοντα τοῦ Μειλιχίου Διός. ὅπως ἡμεῖς τε τῷ φίλῳ συγχαίρωμεν, καὶ Μόντιος (12) ὑπὸ γῆς ἥδοιτο. Λέγεται γάρ τι περὶ τῶν οἰχομένων καὶ τοιοῦτο (13).

tunt à judicibus; non illi folum, qui caufam fuam minus validam effe fentiunt, fed &, quibus caufae bonitate confidere licet. Et ipfe quidem certiffime perfpectum habeo, *Calliopium* hunc nec leve nec gravius quicquam peccaffe. Itaque peto a te pervulgatum illud, ut eum benigno in hac caufa adfpectu digneris. Nam ità demum jus ei fuum exponere licebit, fi non fuerit perturbatus. Quod fi apud te benevolentiae mentionem facere non liceat, Deos tamen precari licet, ut talem te nobis efficiant. Itaque ego precor: ô Jupiter Milichie, & ipfis Parentibus in homines benignior, generofiffimum *Modeftum Calliopio* facilem, tibique fimilem redde, ut, cum fedebit judex, Jovis Milichii fit memor, nosque adeo amico gratulemur; *Montius* autem fub terrà gaudeat. Nam & hujusmodi aliquid de mortuis perhibetur.

CCXXII. ΑΝΔΡΟΝΙΚῼ. (1)

Ἡμεῖς μὲν ᾠόμεθα τὸν τῆς σῆς ἀρχῆς χρόνον εὐθυμίας ἔσεσθαι τῷ παιδὶ τοῦ (2) Θέωνος χρόνον, ἔκ τε ὧν ἰδεήθημεν, ἔκ τε ὧν ἐπηγγέλλου. Ὁ δ' ἴσως ἐπαινεῖ τὸν πρότερον, εἰ δ' οὐδὲ τοῦτο ποιεῖ διὰ τὴν ἐπιείκειαν, ἀλλ' εἴπερ ἐπῄνει, δικαίως ἂν ἐπῄνει. Γέγονε γὰρ αὐτῷ πάντα ἐκεῖνα γαλήνη, τὰ δὲ παρὰ σοῦ πορθμὸς Σικελίας (3). Καὶ οὐδὲ τὴν τῶν μὴ φίλων ἡμῖν ὁ φίλος ἐμιμήσω μετριότητα. πρὸς τοσοῦτον ἥκεις τοῦ φιλεῖν. Ἀλλ' ἵνα Οὖρσος (4) δι' εἰσπράξεως ἀδίκου κολακευθῇ (5), κεπάτηται μὲν τὰ (6) πρὸς ἡμᾶς (7), καταπεφρόνηται δὲ τοσούτων γνώσεις (8) ὑπάρχων. δεινὸν δὲ οὐδὲν, εἰ διὰ τῶν οἰκείων ὤσεις τὸ ξίφος. Ἔοικέ σε ὁ πολὺς ἔπαινος, (9) ὦ φίλτατε, διεφθαρκέναι, καὶ νομίζεις ἐν τῷ τοὺς ἐπιτηδείους (10) ἐλαύνειν τὸν Αἰακὸν παρελθεῖν (11). Ἀλλ'

ANDRONICO.

Nos quidem opinabamur, magiftratus tui tempora *Theonis* filio tranquillos dies effe paritura, tum ex iis, quae nos eramus precati, tum ex illis, quae tu promiferas. At ille forte tempus fuperius laudat; fi vero hoc per modeftiam non facit, omnino tamen, fi laudaret, jure laudaret. Illa enim omnia tranquilla ipfi fuerunt; quae vero a te funt profecta, freto Siculo fuerunt fimilia. Imo nec eam, quam non amici nobis praeftiterunt, aequitatem amicus ipfe es imitatus. Tantos fcilicet in amore progreffus fecifti. Sed ut *Urfus* injufta exactione demulceretur, noftra quidem proculcata funt, tot vero Judicum fententiae contemtae, nec mirum, fi amicos tuos gladio confodias. Nimia, ô bone, laus perdidiffe te videtur, & amicos infectando Aeacum te fuperare exiftimas. Enimvero nec illos, qui in nocturno conflictu amicos in-

(3) ἔχειν addidi ex *Voff. Reg. max.* & *Medic.* A. (4) Phrafin hanc expofuimus in notis ad *Centuriam* epiftolarum Libanii p. 83. Conf. infra ep. 1331. (5) Hunc puto effe Calliopium, ad quem noftri exftat epiftola in eadem Centuria n. 89. (6) Sic fcripfi cum *Voff.* & *Medic.* pro εἰ δ' οὐκ ἔξεστι, quod eft in *Berolin.* (7) Hoc, credo, fibi vult Libanius, Modeftum, juftitiae & aequitatis ftudiofiffimum, non ferre, ut benevolentia a fe expetatur, pro eo, cui caufa optima favere jubeat. (8) *Med.* A. μεμνῆσθαι. (9) καὶ pofterius addidi ex *Voff.* & *Medic.* (10) *Jovis Milichii*, i. e. mitiffimi, frequens eft mentio apud Scriptores, quorum potiora loca affert *Jo. Gottlieb Milichius* in differtat. de Diis Deabusque veterum Gentilium Milichiis cap. II. Nofter. Tom. II. Opp. p. 620. ita: καὶ τιμῶσιν ἴλεῳ τῷ πρᾳότητι τὸν Μειλίχιον Θεόν. (11) καὶ codd. dicti diferte pro καὶ, *Berolin.* (12) Fuit hic *Calliopii* pater, fi fides eft Scholiaftae *Berolin.* (13) Vide fupra ad ep. 217. not. 11.

EP. CCXXII. (1) Exftat Tom. II. Anecdotorum meorum Graecorum p. 331. ex Codice Regio Berolinenfi defcripta, hic vero cum aliis Codd. collata. (2) Ita *Medic.* A. pro τοῦ *Berolin.* (3) Quid fibi phrafi hac proverbiali velit nofter, ex Panegyrico Juliani Tom. II. Opp. p. 177. patebit, ubi haec legis: ἀπ' ὥσπερ εἰ πρῶτον πλέων ἀπὸ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ τὴν πρώτην ἀναγωγὴν ἐποιοῦ, χαλεπωτάτου γε πορθμῶν, ὡς Ὅμηρός τε δηλοῖ, καὶ μαρτυρεῖ Θουκυδίδης. *Sed quemadmodum, fi primum à Siculo freto veherèris, fretorum difficillimo, ut & Homerus declarat, & teftatur Thucydides.* Innuit itaque, res Theonidae, fub Andronici praefectura, minus tutas, fed periculi plenas fuiffe. Proverbiorum Scriptores hujus non meminerunt, fed alterius, illi fimillis, ὁ Σικελὸς τὴν θάλατταν. Vide *Suidam.* (4) Sic *Voff. Reg. max.* & *Medic.* A. pro quo *Berol.* male ὁ ἔρως οὐκ. (5) Ἀδίκου κολακευθῇ] Sic & *Berol.* B. pro κολασθῇ. (6) μὲν addidi ex *Voff.* Res penitus neglecta & pro nihilo habita Graecis πεπατῆσθαι dicitur. Similiter Xenophon Ὁμηρομάστιξ, *Homeromaftix* dictus eft, tefte *Diogene Laërtio* IX. 18. & Myfi καπνοπάται, *fumi contemtores* appellati funt. (7) Poft ἡμᾶς in *Voffiano* & *Reg. max.* eft: καὶ τροφὴν ἀρέσω. In *Voff.* olim inter τὸ & φ alia litera interjecta fuit, hodie plane erafa. *Reg. max.* clare τροφὴ ἀρέσω, & fic *Vatic.* A. Hodie autem in utroque recenti emendatione τροφεῖα κριοῦ. Convenit *Medic.* B. Prorfus vero id omne omittit *Ambrof.* T. 5. & *Medic.* A. faltem deeft in apographo *Salvini*, qui tamen poft ἡμᾶς primum haec fcripferat: αὐτὸς ἀγνοεῖ al. m. i. e. ut interpretor, *alia manu*, quae poftea ipfe deleverat. Dubium igitur non eft, aliquid hujusmodi fcriptum fuiffe. Neque dubito, legendum effe, καὶ τροφεῖα κριοῦ, *& arietis praemia.* Proverbialiter enim dicitur: κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν, *aries mercedem nutritionis perfolvit*, idque de ingratis. Vide *Apoftolii* Paroemias Centur. XI. p. 137. Adde *Tzetzem* ad Lycophron. p. 95. & *Suidam.* *Libanius* nofter in Vita fua p. 13. κριοῦ δὲ τροφεῖα, κατὰ τὴν παροιμίαν ἀπέτισε. (8) Sic fcripfi cum *Voff.* & *Medic.* A. pro illis *Berolin.* καταπεφρόνηται δὲ τοσούτων γνώσεις ὑπ. Plurium numerum in voce γνώσεις requirunt τοσούτων ὑπάρχων. (9) Poft ἔπαινος trium vocum fpatium relinquit in apographo *Salvinus*, quafi aliquid deeffet. Interim fenfus fibi probe conftat. (10) εἰκείους, *Ambrof.* T. 5.

inscii laedunt, laudamus; sed vices eorum miseramur, & ipsi suam dolent sortem, eo quod id ignorarunt. Qui vero de die & in luce haec facit, & pravitatem suam jactat, is nescio an expiari possit. At, ò bone, ne Charitas ex dearum albo expunge, neque pariter absque periculo esse existima, tristitia afficere me &, qui ulcisci potest, leonibusque similis est, invictum *Olympium.*

GERMANO.

Aliis quidem imperantibus, si amicis non scribant, veniam fecero: negotiorum enim multitudine obruuntur. Tu vero, qui feliciori indole sis praeditus, quam ut illud experiaris, culpam effugere non potes. Sed de literis tu cogitabis, & fortasse scripturus es, atque ita prohibiturus, ne criminatio tibi augeatur; num vero, qui has literas reddit, boni aliquid à te accipere debeat, non diu deliberabis. Cito enim definiri debebit, bene ipsi esse faciendum. Is enim nullo illorum, qui apud Praefectum sunt, Rhetorum, inferior est, morum vero facilitate omnibus superior: me porro ita amat, gaudetque, dum me colit, non minus atque alius, qui ab aliis colatur. Ut igitur duabus anchoris nitatur, non solum te ipsum illi da, sed & praestantissimum *Julianum*, tui similem effice. Suffecerit omnino epistola de juvene scripta, & erit gratiosissimus.

JULIANO.

Nostri itaque es oblitus? at nos oblivisci tui non patitur Phoenice, imperium tuum immortalibus laudibus concelebrans. Sed & ab Asia vestra manat de rebus gestis tuis oratio, fidemque facit, quanta sint adhuc exspectanda. Nihil enim tam magnum est, licet omnia, quae nunciantur, maxima sint, quod spem de te conceptam superet. Nos vero & ob generis, quo Iones attingimus, conjunctionem gaudemus, &

(11). Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἐν κυλομαχίᾳ μέν τι τῶν φίλων ὑπ' ἀγνοίας ἀπτομένους ἐπαινοῦμεν ἀλλ' ἐλεοῦμεν, καὶ αὐτοὶ δέ εἰσι τῶν αὑτοὺς ἐλεούντων, ὅτι ἠγνόησαν. Ὅστις δὲ ἐν ἡμέρᾳ καὶ φωτὶ (12) τοῦτο ποιεῖ καὶ σεμνύνεται δυσσεβῶν, οὐκ οἶδα εἴ τι τούτοις ἐστὶ καθάρσιον (13). Ἀλλ' ὦγαθὲ, μὴ διάγραφε (14) τὰς Χάριτας τοῦ καταλόγου τῶν θεῶν, μηδ' ὁμοίως ἀκίνδυνον ἡγοῦ τὸ λυπεῖν ἐμέ τε καὶ τὸν ἐπιστάμενον ἀμύνασθαι, καὶ λέουσιν ἐοικότα (15) τὸν ἀήττητον Ὀλύμπιον (16).

CCXXIII. ΓΕΡΜΑΝΩι. (1)

Ἄλλῳ μὲν ἄρχοντι, μὴ ἐπιστέλλοντι τοῖς φίλοις, συγγνοίην ἄν, ἐπικλύζονται γὰρ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν πραγμάτων. Σὺ δὲ, κρείττω γὰρ ἔχεις φύσιν, ἢ τοῦτο παθεῖν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἀποφύγοις τὴν αἰτίαν. Ἀλλὰ περὶ μὲν (2) τῶν ἐπιστολῶν βουλεύσῃ, καὶ ἴσως ἐπιστελεῖς, κωλύων μὴ μείζω σοι γενέσθαι τὰ ἐγκλήματα, τὸν δὲ φέροντα (3) τὴν ἐπιστολὴν, εἰ δεῖ τι παρά σου παθεῖν ἀγαθὸν, μὴ βουλεύσῃ. Δεῖ γὰρ τοῦτο εὐθὺς κεκρίσθαι (4), τὸ δεῖν αὐτὸν εὖ παθεῖν. Τῶν τε γὰρ περὶ τὸν ὕπαρχον ῥητόρων (5) οὐδενὸς ὕστερος, τῇ τε τῶν τρόπων ἐπιεικείᾳ πρῶτος ἁπάντων, ἐμέ τε οὕτω φιλεῖ, καὶ χαίρει τιμῶν, ὡς ἄν τις ἕτερος τιμώμενος. Ὅπως οὖν ἐπὶ δυοῖν ἀγκύραιν ὁρμεῖν (6) ἔχῃ, μὴ σαυτὸν δίδου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄριστον Ἰουλιανὸν σαυτῷ ποίει παραπλήσιον. Πάντως ἀρκέσει (7) γράμμα περὶ τοῦ νεανίσκου, καὶ γέγονεν (8) εὐμαθής.

CCXXIV. ΙΟΥΛΙΑΝΩι. (1)

Ἆρ' ἡμῶν ἐπιλέλησαι; ἡμᾶς μὲν (2) οὐκ ἐᾷ τοῦτο παθεῖν ἡ Φοινίκη, τὴν σὴν ἀρχὴν ὕμνοις ἀθανάτοις τιμῶσα. Ῥεῖ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας (3) Ἀσίας τῶν ἔργων λόγος, βεβαιῶν τὰς προσδοκίας. Οὐδὲν γὰρ οὕτω μέγα τῶν ἀγγελλομένων, ὅλων ἁπάντων μεγάλων, ὥστ' εἶναι κρεῖττον ἐλπίδος. Ἡμεῖς δὲ διά τε (4) τὴν συγγένειαν τὴν πρὸς τοὺς Ἴωνας (5) χαίρομεν, καὶ ὅτι σε εἰκὸς

ὁδῷ

(11) Elegans est, quae hic inter ἐλαύνειν proxime antecedens & παρελᾶν intercedit paronomasia. Sensus est, Andronicum ipsum Aeacum, à justitia celebratum, superare sibi videri, si nec in causa, alioquin justa, amicorum habeat rationem. De verbis ἐλαύνειν & ἐλᾶν lege *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Nubes, vs. 25. (12) Compara hanc phrasin cum *Joh.* III. 20. 21. (13) Conf. *Hebr.* X. 26. (14) Id malui cum *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. pro διέγραψε, quod olim ex *Berolin.* exhibui. Id supra ep. 218. noster dixit, ἀφανίζειν τὰς Χάριτας. (15) Talem Homerus vocat θυμολέοντα Iliad. ἑ. vs. 639. ἡ. vs. 228. & alias. (16) Erat is, si Scholiastae Cod. *Berolin.* credimus, frater *Theonis*, cujus filius erat offensus. Idem vero Olympius Libanio fuit amicissimus, quod tum ex Vita ejus p. 81. tum ex variis ejusdem epistolis intelligitur.

EP. CCXXIII. (1) Dedi hanc epistolam Tomo II. Anecdotorum Graecorum, p. 337. ex Codice Regio Berolinensi descriptam, hic vero cum aliis codd. collatam, & subinde emendatam. (2) μὲν addidi ex *Voss.* & *Regio max.* (3) τὸν φέροντα δὲ, *Voss.* Est is *Andragathius*, cujus nomen appellatur in epistola sequente, quam idem ipse ad Julianum pertulit. Vidit quoque illud Scholiastes Codicis Berolinensis. (4) δεῖν γὰρ τοῦτο εἶναι εὐθὺς κεκρίσθαι, ita *Voss.* ex emendatione recente. (5) Causarum itaque patronum in foro egit noster. (6) Plenum habes proverbium, quod alias ita effertur: ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖ, vel ὁρμεῖν. Vide *Erasmi* Chiliadas p. 627 & 628. (7) ἢ ἀρκέσει, *Voss.* (8) Sic *Voss.* & *Reg. max.* pro quo *Berol.* habet γέγονε. Sermo est non de *Libanio*, sed de *Juliano*, cujus gratia nostro erat concilianda.

EP. CCXXIV. (1) Exstat in *J. A. Fabricii* Biblioth. Graecâ lib. V. Part. III. p. 401. & in *Anecdotis* meis. Tom. II. p. 339. Verterat etiam & descripserat ex *Medic. A. Salvinus.* (2) μὲν γὰρ *Medic.* A. *Voss.* & *Reg. max.* μὲν abest ab *Ambros.* T. 73. (3) ἡμετέρας *Barocc.* nostram lectionem tuentur *Voss. Reg. max. Reg. Berol.* & *Medic.* recte quidem, cum Libanius ad nuncios provocet de rebus, à Juliano gestis, ad se aliunde & peregre allatos. *Vestram* vero, Julianum alloquens, Asiam appellat *Joniam*, quae mox diserte nominatur, Asiae minoris regionem innuens, in qua is tunc quidem, Phoenicia relicta, versabatur. (4) διὰ τὴν, *Baroc. Medic.* & *Reg. Berol.* (5) Cognationis hujus, de qua hic Libanius, Rhetor Antiochenus gloriatur, rationem istam reddit Scholiastes: οἱ περὶ τὴν Συρίαν Ἴωνες ἀποικίαν ἐποίησαν εἰς Ἀντιόχειαν ποτὲ, καὶ διὰ τοῦτο συγγενεῖς αὐτοὺς καλεῖ.

(6) ἄρχον-

ὁδῷ χωροῦντα αὐτῶν τι ἐκείνων, καὶ τὴν τῆδε μετὰ μείζονος ἄρξειν (6) τοῦ σχήματος. Τούτων (7) μὲν οὖν θεῷ μελήσει. χάριν δ' οὐκ ᾔτησέ με μᾶλλον, ἢ δέδωκεν Ἀνδραγάθιος, δεηθεὶς λαβεῖν (8) ἐπιστολήν. Οὐ γὰρ μᾶλλον ἐκείνῳ ἡδίων ἔσται τῆς σῆς ἀπολαύειν ῥοπῆς, ἢ αὐτὸς, ὅτι σοι (9) προσειπεῖν ἔτυχον, ἥδομαι (10). Τρία δή σοι τὸν νεανίσκον συνίστησιν, ἥτε τοῦ λέγειν δύναμις, ἣν ἐν τοῖς ὑπάρχοις ἔδειξεν, ἥτε ἐπιείκεια τοῦ τρόπου, ἣν οὐκ ἔφθη τις συμμίξας, καὶ οὐκ ἔγνω, (11) τό θ' ἡμῖν ἐπιτηδείως ἔχειν, καὶ ταύτῃ γε (12) πάντας τοὺς ἡμῖν ἐκ παιδὸς (13) γνωρίμους.

CCXXV. ὙΠΕΡΕΧΙΩι. (1)

Οὔτε ἥσθην, οὔτε ἠνιάθην οὐδεπώποτε οὕτως, ὡς νῦν ἀμφότερα. Ἐκόμιζε δὲ τὰ τούτων αἴτια Γαυδάτιος (2) ὁ χρηστὸς, καὶ οὗτος ἐν τῷ διηγεῖσθαι πάσχων, ἅπερ ἐγώ. Δι' ὧν (3) δή με καὶ μᾶλλον ἐκίνησε φιλεῖν αὐτόν. Ἦν δὲ τὰ πρῶτα μὲν ὡς ἐπανήκων εὐθὺς ἀναρτήσαις (4) τὴν πόλιν, νέους ὁμοίως καὶ γέροντας, καὶ πολλοὺς καὶ δεξιοὺς, τῷ τε γλώττης τῷ τάχει, τῷ τε ὁμιλητικὸς φαίνεσθαι. Φυγεῖν γάρ σε ἔριν τε καὶ φιλονεικίαν, καὶ ὑπεροψίαν, ὅθεν (5) τὸν ἐν τῇ παροιμίᾳ παρελθεῖν Ἀρτέμωνα (6), τῶν μὲν ἄλλων τὰ πατέρων εἰς σε ποιούντων, τοῦ πατρὸς δέ σοι μικροῦ πετομένου (7), τῆς μητρὸς δὲ καλλίπαιδος καλουμένης. Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἀκούων, οὐχ οὕτως ἐν βραχέσι, ἀλλὰ δι' ὅσων εἰκὸς τὸν τῇ διηγήσει χαίροντα λέγειν. Ἔχαιρε γὰρ, εἰς ἀπήγγελλε Γαυδάτιος (8), οὐκ οἶδα εἰ μᾶλλον ἂν περὶ παιδὸς διηγούμενος. Ἐγὼ μὲν οὖν, δέον (9) ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἄλλων, τοῖς Θεοῖς ᾔδειν χάριν. ὁ δὲ σκυθρωπάσας (10) ἐξαίφνης ἐτάραξέ με. Καὶ τί τοῦτο; ἔφην. ὁ δ' ἐσίγα. καὶ μᾶλλον ἐνεκείμην. ὁ δ' ὤκνει λέγειν. Ἔπειτα ἀναγκάζεται προσθεῖναι τὰ δεινὰ ἐκεῖνα καὶ φρικώδη, καὶ τοὺς δύο κινδύνους, καὶ τοὺς ἡτοιμασμένους τοῖς τοκεῦσι βρόχους, (11) ἐφ' οἷς ὁρῶν με ἀπολωλότα, ταχέως προσήγαγε τὸ

& felici via te procedere confidimus, tum ipsis, tum nobis cum ampliore auctoritate imperitaturum. Atque haec quidem Deo curae erunt. Ceterum *Andragathius* iste, literas hasce perferendas poscens, non tam petiit, quam mihi exhibuit beneficium. Neque enim illi dulcius erit tua benevolentia frui, quam ego laetor, quod te mihi alloqui licuerit. Tria autem hunc tibi juvenem commendabunt: dicendi vis, quam coram Praefectis demonstravit; deinde morum facilitas, quam nemo, cum allocutus, non adverterit; tum vero tanta mecum familiaritas, ut hac in parte vincat omnes, quos a puero amicos habui.

HYPERECHIO.

Neque gavisus ego, neque tristatus unquam ita sum, quam quidem nunc utrumque mihi accidit. Utriusque argumentum mihi attulit humanissimus *Gaudatius*, cui narranti idem erat sensus, qui mihi. Quo ipso me vel maxime ad se amandum permovit. Praecipuum illorum id erat, quod reversus tu urbem statim tibi conciliaris, juvenes pariter ac senes, eosque non minus multos, quam cordatos, tum linguae volubilitate, tum, quod affabilis videreris. Fugere te enim & lites, & ambitionem, & aliorum contemtum, ideoque *Artemonem*, proverbio celebratum, superare; aliis quidem, quae Patrum sunt, tibi praestantibus; Patre vero prae te instar parvi volitante, matre autem ex pulchra prole nomen ferente. Haec & ejusmodi alia audivi, non quidem brevi, sed eo sermone exposita, quo uti decebat eum, qui cum voluptate narrabat. Gaudebat enim iis, quae referebat, Gaudatius, nescio an magis gavisurus, si de filio narrasset. Ego itaque Diis de hac re magis, quam de ulla alia, gratias habebam. At ille vultu suo tristiore statim me turbabat. Quid vero hoc sibi vult, inquam. Ille vero tacebat. Urgebam acrius: sed vel sic dicere pigrabatur. Postea coactus subjungebat graves illos & terribiles casus, duplexque illud periculum, & laqueos Parentibus innexos. Ex his deliquium me pati videns, medi-

(6) ἄρξοντα, *Baroc.* (7) τούτων *Voss. Reg. max. Medic.* τούτῳ, *Baroc.* τοῦτο, *Reg. Berol.* (8) λαβεῖν, *Medic.* (9) σοι), *Voss. Reg. max. & Medic.* (10) ἥδομαι, *Baroc.* sed nostrum illud ex *Reg. Berol.* petitum reliqui codd. confirmant, quod & rectius respondet antecedenti phrasi ἡδίων ἔσται, quam si τὸ ἔτυχον cum ἥδομαι conjungatur.. (11) Ita prorsus *Voss. Reg. max. Vatic.* A. & *Medic.* A. delet vero prorsus *Reg. Berol.* At *Mutin.* C habet, καὶ ἔγνω. *Medic.* B. καὶ ἐπειδὰν ἐμὲ, καὶ ἔγνω. (12) ταύτῃ. *Reg. Berol.* (13) ἐκ παιδὸς, *Medic.* A. pro quo ἐκπαίδων malebat *Salvin.* Nostrum illud in ceteris, quos dixi, codd. exstans satis se tuetur.

EP. CCXXV. (1) Vide *Anecdota* mea Tom. II. p. 342. ubi hanc ex *Regio Berolin.* exhibui. Exstat quoque Latine inter illas *Zambicarii* ineditas. (2) Sic clare & semper quoties in hac epistola occurrit, *Vatic.* A. *Ambros.* T. 5. & 73. itemque *Berolin.* & versio *Zambicarii.* Ita quoque olim habuit *Reg. max.* nec obscure *Vossianus*, quamvis prior ille nunc ex emendatione legat Γαυδέντιος, quod refert quoque *Medic.* A. Nihil itaque mutare volui, quamvis *Gaudentii* nomen in Latii antiquitate & in his epistolis frequenter commemoretur. (3) Haec & sequentia, nonnullis penitus omissis, ita exhibet *Berolin.* Δι' ὃν ἦκων εὐθὺς ἀνέγραψε τὴν πόλιν. Facile quisque intelligit, manca haec esse, atque praesentem lectionem praeferendam, quam reliqui Codd. & inter hos *Medic.* repraesentat. (4) Fortasse legendum ἀνέγραψας. (5) Ita scripsi praeeuntibus codd. pro ὅτε *Berolin.* (6) Scholiastes *Berolin.* ad h. l. ita: οὗτος πρᾶος καὶ ὁμιλητικὸς, καὶ εὐπρόσιτος, *hic fuit lenis & comis, & affabilis.* Proverbium, ad quod noster provocat, id procul dubio est, quo dici solet: ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων. De eo vide sis ex veteribus *Anacreontem* v. 1147. *Athenaeum* fol. 167. & Schol. *Aristophanis* ad Acharnens. vs. 850. ex recentioribus *Erasmum* in Chiliadibus. p. 70. & *Josuam Barnesium* ad Anacreontis l. c. Nostri locus evincit, in laude fuisse positum, Artemoni moribus esse similem. (7) Vertere etiam possis: *Patre vero paululum evolitante*, quasi scilicet filii alis subveheretur. *Zambicarius* vertit: *tu patrem parvi equidem nominis habuisti.* (8) Hic in *Voss.* clare legitur Γαυδάτιος, at in *Reg. max.* ex recente emendatione Γαυδέντιος. (9) *Berol.* male ὄντι, referenda enim vox est ad χάριν. (10) S. *Matthaeus* hujusmodi hominem σκυθρωπὸν vocat VI. 16. ad quem vide *Curas* nostras. *Philostratus* lib. I. Iconum c. 28. p. 804. *colorem subnigrum* σκυθρωπάζοντα vocat, *Plinius* IX. 62. *adspectu nigricantem* dixit. (11) Schol. *Berolin.* ad haec ita: βλέποντες διὰ τοῦτο Ὑπερέχιον, λαβόντες χορδὰς ἔμελλον ἀγχόνῃ παραδοῦναι τὸν τράχηλον ὑπὸ λύπης ὑπερβαλλούσης h. e. parentes ex imminente filii morte laqueo sibi gulam prae tristitia frangere voluisse.

(12) Ita

medicinam statim attulit, recreatum te esse inquiens, & timorem omnem, in quem tota urbs propter vos conjecta erat, sublatum. Veritus interim *Gaudatius*, ne nimis praeclare idque praeter verum dicere videretur, vultu in aliquem converso, quem appellabat Romanum testem advocabat. Ille vero accedens nihil cum tam praeclare dicere posse ajebat, quam ipse sciret. Et ille statim ab his verbis amicus mihi erat. Cum itaque optimus *Gaudatius* nihil, quod honorificum esset, praetermitteret, interrogavi, quot annorum ipsi filia esset. Rem edoctus, miraturum me dixi, si quis alium, dimisso illo, quem laudaret, generum requireret. Et ille quidem, omnium mihi dilectissimus, erubescens, nihil respondit, vultu vero significavit, se me non putare ineptum. Ita vero ego rerum vestrarum, tam procul remotus, curam habeo, & reti expanso, *Heortii* sororem collocare tibi annitor, quamvis pater tibi in venatione illa vivat.

τὸ φάρμακον, ὡς ἀνέστης, εἰπών, καὶ ὡς ἄπεστι (12) ὁ φόβος, ὃν ἡ πόλις ὑμῶν ἐφοβήθη κοινῇ. Δείσας δὲ ὁ Γαυδάτιος μὴ δοκῇ λέγειν οὐκ οὔσας ὑπερβολάς, βλέψας εἴς τινα καὶ (13) Ῥωμαῖον προσειπὼν ἐκάλει μάρτυρα. Καὶ ὃς ἐπελθὼν οὐδὲν ἔφη τοσοῦτον ἔχειν εἰπεῖν, ὅσον οἶδε. καὶ ἦν καὶ οὗτος ἀπὸ τοῦ ῥήματός μοι φίλος. Ἐπεὶ οὖν οὐδὲν ἀπέλιπέ μοι (14) ὁ καλὸς Γαυδάτιος εὐφημίας, ἠρόμην, ὁπόσα ἔτη γέγονεν ἡ θυγάτηρ αὐτῷ. Καὶ μαθών, θαυμάζειν, ἔφην, εἴ τις ἀφεὶς, ὃν ἐπαινεῖ, κηδεστὴν ἕτερον ζητεῖ (15). Καὶ ὁ πάντων (16) ἐμοὶ φίλτατος ἀναφοινιχθεὶς εἶπε μὲν οὐδέν, τῷ προσώπῳ δὲ ἐδήλωσεν, ὡς οὐκ ἄρα ἡμᾶς ἡγοῖτο (17) φαύλους. Καὶ ἔτος (18) ὑπὲρ τῶν παρ' ὑμῖν (19) ὁ τοσοῦτον ἀφεστηκὼς σκοπῶ, καὶ (20) τὰ δίκτυα πετάσας ὑμῖν πειρῶμαι παραδοῦναι τὴν Ἑορτίου (21), καίτοι ὁ πατήρ σοι βεβίωκεν ἐν θήρᾳ.

ANDRONICO.

Hermias, beneficiis a te affectus, beneficia non occultavit, sed & narravit, quibus potitus sit, & mihi quidem honoris, *Basianae* vero, feminae optimae, laetitiae auctor exstitit. Itaque studium in eum tuum ne abjice, sed potius in aliis negotiis plura adhuc praesta, & strenuos cursores imitare. In aliis itaque juvabis hominem, ubi alia te vocabunt. In praesentia quidem hoc ipsum angit. *Heraclitus* quidam Tyrius nostra jampridem curat. Tyrus vero nullam hinc injuriam patitur. *Heraclito* enim pecunia deest. Hunc jube in sua provincia manere: alioquin magnam jacturam nos fecerimus.

CCXXVI. ΑΝΔΡΟΝΙΚΩι. (1)

Ἑρμείας εὖ παθὼν ὑπὸ σοῦ, τὰς (2) εὐεργεσίας οὐκ ἔκρυψεν, ἀλλ' εἶπέ τε, ὧν ἀπέλαυσε (3), καὶ φιλοτιμίας μὲν ἐμοί, τῇ δ' ἀρίστῃ γυναικῶν αἴτιος εὐφροσύνης κατέστη Βασιανῇ. Ὅπως οὖν μὴ καταλύσῃς τὸ πρόθυμον, μᾶλλον δὲ ὅπως ἀμείνων ἔσῃ τὰ δεύτερα, καὶ μιμήσῃ τῶν δρομέων τοὺς ἀγαθούς. Τὰ μὲν οὖν (4) ἄλλα βοηθήσεις, ἡνίκα ἂν τὰ ἄλλα καλῇ. Τουτὶ δὲ καὶ δὴ καλοπείγει. Τύριός τις Ἡράκλειτος περὶ τὰ ἡμέτερα πάλαι ποιεῖ. Τύρος (5) δὲ οὐδὲν ἐντεῦθεν ἀδικεῖται. χρήματα γὰρ οὐκ ἔστιν Ἡρακλείτῳ. Τοῦτον κέλευε μένειν ἐπὶ τοῦ νῦν σχήματος, ἢ τὰ μέγιστα (6) βεβλάμμεθα.

HELPIDII ADSESSORIBUS.

At adeste amici! Hujusmodi quidem cohortationes complures invenitis apud Poëtas, non minus autem audientes facile obedientes, & auxilium pro virili parte ferentes. Adeste itaque & vos, & alius aliam porrigat manum,

CCXXVII. ΤΟΙΣ ΕΛΠΙΔΙΟΥ ΠΑΡΕΔΡΟΙΣ. (1)

Ἀλλὰ φίλοι πάρστητε καὶ πολλὰς τοιαύτας παρακλήσεις εὑρήσετε παρὰ τοῖς ποιηταῖς (2), καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐπιεικῶς ὑπακούοντας, καὶ τὰ (3) παρ' αὐτῶν εἰσφέροντας. Παράστητε δὴ (4) καὶ ὑμεῖς, καὶ χεῖρα (5) ἄλλος

(12) Ita *Voss.* & *Medic.* pro [illegible], *Berolin.* (13) καὶ addidi ex iisdem, quos modo dixi codd. (14) ἀπέλιπεν ὁ *Voss.* ἀπέλειπέ μοι ὁ, *Berol.* (15) *Voss.* & *Reg. max.* ζητοίη. (16) πάντα, *Berol.* (17) ἡγεῖτο, idem. (18) [illegible] idem, sine sensu. (19) [illegible] *Medic.* male, quod cum [illegible] permutandum esse recte vidit *Salvinus.* (20) ὁ *Berolin.* (21) τὴν Ἑόρτιον, *Voss. Reg. max.* & *Medic.* Praetuli lectionem *Berol.* cujus Scholiastes hic de *Heortio* ita: [illegible]. Ex his conficio, per τὴν Ἑορτίου sororem Heortii intelligi, quam ab ipsius patre *Gaudatio* in matrimonium elocari Hyperechio cupiebat Libanius. *Zambicarius* male legit [illegible]. Vertit enim: *epulum dare.*

EP. CCXXVI. (1) Epistolam hanc *Latine* exhibet *Zambicarius* lib. III. p. 403. nos autem *Graece* & *Lat.* ex Codice Regio *Berolinensi* Tom. II. Anecdotorum p. 346. Apud *Zambicarium* inscribitur *Andro*, quod nomen nihili est. In *Berolinensi* illo inscriptio, in summa quippe pagina exarata, bibliopegi incauti cultro perierat. Succurrit autem *Voss.* & *Reg. max.* ubi *Andronico* diserte inscribitur. Hic vero Tyrius erat, imo & Phoenicae praefectus, quod in superioribus ostendimus. Ad hunc itaque est referenda. (2) τὰς addidi ex *Voss.* & *Reg. max.* (3) Ita *Voss.* ἀπέλαυσε, *Reg. max.* [illegible], *Berolin.* (4) οὖν addidi ex *Voss.* & *Reg. max.* sicut ἂν, quod mox sequitur. (5) *Zambicarius* legit Τοῦτος. Vertit enim: *porro Tyrius huic* (lege *hinc*) *nullo afficitur detrimento.* (6) Ita *Voss.* & *Reg. max.* pro quo *Berolin.* [illegible] per scriptionis quoddam compendium. Scholiastes interim ejusdem *Berol.* phrasin ita explicat: [illegible]. Nec aliter *Zambicarius*: *aut plurimi* (lege *plurimum*) *damni fecerimus.*

EP. CCXXVII. (1) Habes epistolam hanc Latine apud *Zambicarium* lib. III. n. 320. & in *Anecdotis* meis Gr. Lat. ex codice Reg. *Berolin.* Tom. III. p. 263. Eandem verterat quoque ex Mediceo *Salvinius.* Vox πάρεδρος forensis est, quam *Harpocration* in Lexico p. 233. ita explicat: [illegible] (2) Vide v. c. *Homerum* Iliad. ω'. vs. 544. (3) τὰ *Medic.* οἱ *Reg. max.* (4) Πάρεστε δὲ, *Medic.* Olim in *Voss.* & *Reg. max.* fuit δ', quod & *Vatic.* A. habet, hodie vero in utroque emendatum est per δὴ, quod & *Ambros.* T. 5. exhibet. (5) χεῖρα omittit *Berolin.* quod & in ceteris recte exstat, & *Zambicarius* quoque expressit.

λος ἄλλοθεν (6) ὀρεγέτω, πόῤῥω μὲν ἀνθρώπῳ κακίας (7) ἀτυχοῦντι δέ. Σκοπεῖτε δ', ὡς οὐκ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς, εἰ μὴ βοηθήσητε, συνησθείητε (8). Ναύτης ἂν ὑπό του (9) πάσχῃ (10) ναύτας ὁρῶν ἑτέρους, δεῖται βοηθεῖν, λέγων, ὡς καὶ αὐτὸς εἴη τῶν πολλὰ δὴ πεπλευκότων. οἱ δ' εὐθὺς θάλατίαν τε καὶ τὰ θαλάττης ἐννοοῦντες, οἱ μὲν ἐξείλοντο τὸν ἀδικούμενον, καὶ τοῦτο αὐτοῖς ἀπέχρησεν, οἱ δὲ καὶ συνέκοψαν τὸν ἀσελγαίνοντα (11) ἐπιπεσόντες (12). Καὶ γεωργοὺς εἶδον ὅμοια ποιοῦντας ἐφ' ὁμοίοις, καὶ σκυτέας δὴ καὶ χαλκοτύπους. Οἱ δὲ δὴ στρατιῶται, Ἡράκλεις, πῦρ ἐπισχεῖν (13) ῥᾷον, ἢ τούτους ἐν τοῖς τοιούτοις. Τὸ δὲ συνοργίζεσθαι πείθει ἓν πανταχοῦ, τὸ ἐν τοῖς αὐτοῖς βιοῦν. Καὶ νῦν δὴ (14) ζῆτε μὲν ὑμεῖς ἐν λόγοις, ζῇ δὲ Ἀκόντιος (15), καὶ προστάτης ὑμῶν αὐτὸς Θεὸς Ἑρμῆς, ὁ Διός. Ἐπέθετο δὲ τῷ ῥήτορι μοχθηρὸν καὶ κεντρωτὸν ἀνθρώπιον. Τίς οὖν ἐμφράξει τούτῳ τὸ στόμα (16); τίς ἐκκόψει τὸ κέντρον; ἐπὶ τίνας χρὴ συμμάχους καταφεύγειν ὑμᾶς ἀφέντα (17) τοὺς εἰκότας μὲν ἂν ἑλομένους ἀμύνειν, δύναμιν δὲ ἔχοντας τὴν παρὰ τῶν Μουσῶν, ὑφ' ὧν, οὗπέρ ἐστε, τετάχθε. Καὶ ταῦτα οὐκ ἂν ἐπέστελλον, εἰ μὴ τόνδε μὲν ᾔδειν ἀγαθὸν εἶναι μελετῶντα, (18) τὸν δὲ γενναῖον Ἐλπίδιον οὐ τοὺς (19) ἐν ταῖς αἰτίαις μισοῦντα πάντας, τῶν δὲ ἐν ταῖς αἰτίαις τοὺς ἀδικοῦντας. Φανεῖται δὲ οὗτος, ὑμῶν τὰ δίκαια ποιούντων (20), οὐχ οἷον ὁ κατήγορος ἔφη, (21) ἀλλ' οἷον ἡμεῖς ἴσμεν.

num, homini procul a vitiis, sed infelici. Cavete vero, ne, si non juvetis, de vobis invicem gaudere nequeatis. Nauta, si a quopiam laedatur, ubi alios conspicit, succurri sibi vult, monens, se ipsum esse ex iis, qui multum utique navigarint. Atque illi mare, & quae in mari obveniunt, recogitantes, alii quidem oppressum liberare solent, idque sufficere putant, alii vero simul caedunt in eum, qui procaciter laedit, irruentes. Ruricolas quoque similia vidi sui similibus praestantes, nec minus coriarios, & fabros aerarios. Quod vero ad milites spectat, ignem, mehercle! facilius cohibeas, quam illos in his versantes. Ut autem communem faciant irae caussam; ubique idem vitae genus illis persuadet. Jam sane vitam vos agitis in eloquentiae arte; vivit vero etiam *Acontius*; & Praeses vester idem est Deus, Mercurius, Jovis filius. Oratorem hunc homunculus improbus & aculeatus adortus est. Quis itaque os illi compescet? quis aculeum praescindet? ad quos tanquam patronos confugere ipsum fas est, relictis vobis, qui & libenti animo defensionem praestare voletis, & facultatem a Musis accepistis, a quibus in eum, in quo estis, locum estis collocati. Atque haec quidem non scriberem, nisi hunc nossem semper, ut bonus esset, studuisse, generosissimum vero *Elpidium* non omnes, qui accusantur, sed eos tantum, qui ex facta injuria rei sunt, odisse. Apparebit vero hic, si justa vos feceritis, non talis, qualem accusator descripsit, sed qualem nos esse novimus.

CCXXVIII. ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΩι. (1)

Πάλιν ἐγώ σοι τὰ εἰωθότα δῶρα πέμπω, χρηστὸν ἄνδρα συκοφαντούμενον, χρῄζοντα βοηθείας. Σὺ δὲ αὐτὸν καὶ δέξῃ πρᾴως, καὶ παύσεις τεταραγμένον, καὶ δείξεις τῶν ἐχθρῶν ἐπὶ τοῦ ἀγῶνος (2) κρείττονα. Μάντιν δέ με πεποίηκας δυοῖν, οἷς τε ἀεὶ προαιρῇ, τῷ τε ἔχειν προστιθέναι (3) τὰ ἔργα. Οἰήσῃ μὲν οὖν ἐμοὶ χαρίζεσθαι μόνῳ, λήψεται δὲ τὴν χάριν ἅπας, ὅτῳ (4) διὰ λόγων ἡ δόξα.

POLYCHRONIO.

Nunc iterum tibi consueta dona mitto: hominem probum, sed fraude oppressum, & auxilii indigum. Tu vero eum & benigne excipies, & ex turbis ad quietem perduces, & inimicis in foro superiorem esse ostendes. Ita vatem me facis duarum rerum, tum ex iis, quae animo semper proposita habes, tum, quod facta addere potes. Putabis quidem, te mihi soli gratificari, beneficium vero interpretabitur, quicunque ex literis gloriam est adeptus.

CCXIX. PRIS-

(6) pro ἄλλοθεν *Zambicarius* ἄλλῳ legit, & *Bodlejanus* aliquis ἄλλοις. Neuter recte. Socias manus jungi hic vult noster, quarum singulae aliquid opis de suo suggerant. (7) Ita recte codd. quos dixi. *Berolin.* male: πόῤῥω μὲν, Ἀκοντίῳ κακῶς ἀτυχοῦντι δέ. (8) συνθεῖητε, *Berolin.* male. (9) ὑπό τυ i. e. ὑπό τινος. *Medic.* male: ὑπ' ὄντι. (10) παίσεται, *Medic.* παθῇ τις, *Berolin.* (11) ἀλγαίνοντα *Medic.* (12) ἐπεισπεσόντες *Medic.* & alii ἐμπεσόντες, *Anglic.* (13) Proverbialiter videtur dictum. (14) καὶ δὴ νῦν, *Medic.* Καὶ simpliciter, *Berol.* Nostrum habet *Voss.* & *Reg. max.* (15) Hucusque *Zambicarii* versio consentit cum contextu nostro Graeco. Deinde sequitur ἀμύνας: *& vobis. Rursum in memoriam referas: hieme vero orationes componas imitatione nostri.* Haec sunt particula alterius epistolae, quae male cum praesente coaluit. (16) Τίς οὖν l. v. s. absunt a *Medic.* A. sed in ceteris exstant. *Berol.* habet τοῦτο. (17) ἀφέντες, idem, male. Referri enim debet ad *Acontium.* (18) Verti olim: *optimum esse oratorem*; & sic *Salvinus* fere: *bonum esse in declamando.* Et habet sane verbum μελετᾷν istum significatum, quod alias ostendimus. Hic vero nihil aliud infert, quam *studium virtutis*, ex quo factum sit, ut Acontius nec nunc reus sit. (19) ὄντας *Berol.* male. (20) εἰς ἂν τὰ δίκαια ἐκπονήσαιτε. *Berol.* (21) ἴσμεν *Reg. max.*

EP. CCXXVIII. (1) Vide Tom. III. *Anecdotorum* meorum p. 266. (2) ἀγὼν apud Rhetoras & Sophistas *declamationem*, ἀγωνίζεσθαι autem *declamare* significat. Vide *Cresollium* in Theatro Sophistarum lib. III. cap. 17. ἀγῶνες vero in sensu forensi caussas judiciales & civiles, quae aguntur, inferunt, sicut illi, qui caussas perorant, λόγων ἀγωνισταὶ dicuntur. Vide *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Orat. I. p. 11. & *Godofredum Olearium* ad Philostrati Vitas Sophistarum I. 22. §. 1. (3) περιτιθέναι, *Berolin.* male, ut puto. Polychronius promtae suae voluntati facta jungere solebat. (4) Ita *Voss.* & *Reg. max. Berol.* ὅτων, quod tamen non respondet antecedenti ἅπας, Scholiastes *Berol.* ita explicat: ὧν τινων λογικῶν μαθημάτων ἡ φήμη.

PRISCIANO.

Heraclides hic Aegyptius est, ipse Memphi oriundus. Attulit is ab amicis, quos in Aegypto habemus, literas, petiitque, ut a nobis ad vos perferendas acciperet. Quoniam vero cum primum omnium tui mentionem facerem, alios addebat, dixi ego: non opus tibi post Herculem est ope ficulna. Fac itaque, ut *Heraclidae* Herculem te praestes.

CCXXIX. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩ. (1)

Ἀιγύπτιος ἐκ τῆς Μέμφιδος αὐτῆς (2) Ἡρακλείδης οὑτοσὶ, φέρων τε ἡμῖν (3) παρὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ γράμματα φίλων, παρ' ἡμῶν τε πρὸς ὑμᾶς ἀξιώσας λαβεῖν. Ἐπεὶ δέ (4) σου πρῶτον μνησθεὶς ἑτέρους προσετίθησιν (5), οὐδὲν ἔφην (6) σε δεῖν μετὰ τὸν Ἡρακλέα τῆς συκίνης ἐπικουρίας (7). Ὅπως (8) οὖν τῷ Ἡρακλείδῃ δείξεις (9) τὸν Ἡρακλέα (10).

AMMIANO.

Juvare eos, qui a nobis ad te proficiscuntur, humani & amici est; adjutos autem sine literis dimittere, est amicum negligentis, & prorsus ignavi. Tibi vero, sive juveris, sive minus, utrinque scribendum est: ut hinc quidem, ubi majus dederis, minus non invideas; hinc vero, quod minus est, majoris jacturam soletur. Velim itaque, ut *Heraclides* hic & cura tua fruatur, & literas à te afferat. Fas vero est; juvare hominem *Cabirii* amicum. Nosti autem, quorum gener sit *Cabirius*. si vero & mercedem solvere debeat, multa is tibi de Nilo narraverit. Quid autem majus *Ammianus* unquam desideret?

CCXXX. ΑΜΜΙΑΝΩ. (1)

Τὸ μὲν ὠφελεῖν τοὺς (2) παρ' ἡμῶν ὡς σὲ ἰόντας καὶ χρηστοῦ καὶ φίλου, τὸ δὲ χαίροντας ἄνευ γραμμάτων ἀποπέμπειν (3) οὐ κηδομένου φίλου, πάντως δὲ ἀργοῦ. Δεῖ δέ σε κατ' ἄμφω γράφειν, καὶ βοηθοῦντα καὶ μή. Ἵνα νῦν μὲν μὴ τὸ μεῖζον διδοὺς φθονῇς τοῦ δευτέρου· νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ μείζονος παραμυθῆται (4) τὸ δεύτερον. Ἀλλ' Ἡρακλείδης οὑτοσὶ καὶ τυγχανέτω προνοίας καὶ κομιζέτω γράμματα. δίκαιος δὲ εἶ (5) συλλαβεῖν ἀνδρὶ φίλῳ Καβειρίου. Καβείριος δὲ οἷς ἐπιτήδειος οἶσθα. Εἰ δὲ καὶ μισθὸν (6) τελέσαι (7) δεῖ, πολλὰ ἄν σοι διηγήσαιτο περὶ τοῦ Νείλου. Καὶ τί ἂν μεῖζον Ἀμμιανὸς ζητοίη.

ANDRONICO.

Antiochus totam quidem urbem sua medendi arte juvat: praecipua vero ejus cura in familia mea occupatur. Basiana vero, cujus vel nomen tibi venerabile est, ex manibus ejus, tanquam ex sacra quadam anchora, pendet. Hoc vero dixi, ut scires, quales & quantos exhilaraturus sis tuo adversus *Antiochum* studio. Hujus enim cognatus *Eulalius*, Trajani statutis obnoxius, cum in aliam cohortem transiret, illi, qui hujus tunc erat, adscribitur. Itaque equos suppeditare debebat. Sed non permittit Rex priorem quoque mulctam rescindens. Hoc vero *Elpidius* ipsi ratum facit, apud quem nunc est *Eulalius*. Brevi interim rem tibi judicandam tradet, vel potius Regis sententiam, cujus copia adjuncta est, jam habet, & equos currentium numero eximit. Ut itaque nec inposterum causa haec turbetur, Medico-

CCXXXI. ΑΝΔΡΟΝΙΚΩ.

Ἀντίοχος ἁπάσῃ μὲν βοηθεῖ τῇ πόλει, διὰ τῆς ἰατρικῆς. ὁ δὲ πλεῖστος αὐτῷ πόνος περὶ τὸ γένος τοὐμόν. Βασιανὴ δὲ, ἧς αἰδέσιμόν σοι καὶ τοὔνομα, τῶν ἐκείνου χειρῶν ὥσπερ τῆς ἱερᾶς ἀγκύρας ἐξήρτηται (1). Ταυτὶ δὲ εἶπον, ὅπως εἰδῇς, οἵους τε καὶ ὅσους διὰ τῆς εἰς Ἀντίοχον εὐφρανεῖς (2). Τούτου γὰρ Εὐλάλιος συγγενὴς περιπεσὼν (3) τῇ Τραιανοῦ δικαιοσύνῃ τελῶν εἰς ἑτέραν στρατιὰν εἰς τὴν ὑπ' ἐκείνῳ τότε οὖσαν ἐγγέγραπται. καὶ ἵππους ἔδει παρέχειν. ἀλλ' οὐκ ἐᾷ βασιλεὺς λύων καὶ (4) τὴν προτέραν ζημίαν. Τοῦτο μὲν οὖν Ἐλπίδιος αὐτῷ βεβαιοῖ, καὶ νῦν Εὐλάλιος παρ' ἐκείνῳ. Μικρὸν δὲ (5) ὕστερον παρὰ σοῦ κομίζου τὴν γνῶσιν, μᾶλλον δὲ ἔχει τὴν βασιλέως ἤδη γνῶσιν ἐν ἀντιγράφοις παρεζευγμένην καὶ (6) τοὺς ἵππους ἐξαιρεῖ τῶν δραμουμένων. Ὅπως μήθ' ὕστε-

EP. CCXXIX. (1) Vide Tom. III. *Anecdotorum* meorum p. 268. (2) αὐτὸς *Voss.* at *Reg. max.* ex emendatione vera αὐτῆς, quod & habet *Berol.* & *Vatic.* B. (3) Addidi ex *Voss.* (4) Ἐπεὶ γὰρ δὴ, *Berolin.* (5) Ita olim conjeci esse legendum, pro quo *Berolin.* προστίθεται. Firmat conjecturam *Voss.* & *Reg. max.* (6) Sic cum utroque illo Codice nunc scribo pro ἔφη *Berolin.* (7) De proverbio hoc lege *Erasmum* p. 95. (8) In *Berol.* supra scriptum erat ποίει. Sed eo nihil opus est. Ita enim loqui amant Graeci, subintellecto verbo ποίει, vel simili. Vide supra ep. 227. & infra ep. 239. Confer *Ephes.* V. 33. ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα. Ceterum illa: ὅπως —— —— τὸν Ἡρακλέα penitus desiderantur in *Voss.* & *Reg. max.* quae recte supplet *Berolin.* Et dictio est Libanii, & scita ipsique familiaris ad nomen *Heraclidis* allusio. (9) Malim δείξῃς. (10) Schol. *Berolin.* ad haec ita: ὥσπερ ἔδειξεν ὁ τοῦ Διὸς Ἡρακλῆς τοῖς Ἡρακλείδαις τοῖς συγγόνοις δηλονότι ἑαυτοῦ. De *Heraclidis* illis, apud Spartanos olim celebratissimis lege ex Scriptoribus commentantes *Scaligerum* ad Eusebii Chronicon p. 55. & *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Orat. I. p. 129.

EP. CCXXX. (1) Vide Tom. III. Anecdotorum p. 269. Verterat etiam *Salvinus* ex *Medicro* A. (2) τῶν *Medic.* A. (3) ἀποπέμπειν καὶ ἄνευ ἐπιστολῆς. Ita *Berol.* reliquis omissis, male. (4) Ita clare *Medic.* pro παραμυθήσηται *Berolin.* (5) Conf. *Matth.* I. 19. (6) μικρὸν *Medic.* A. male: de praemio hic sermo est, quod ab Heraclide exspectare possit *Ammianus*. *Salvino* fraudi fuit haec lectio. Vertit enim: *quod si parva res est, conficere tamen oportet.* (7) Ita *Voss.* & *Medic.* pro τελεῖσθαι *Berolin.*

EP. CCXXXI. (1) Similiter *Aristides* in Themistocle: καὶ ὥσπερ ἐξ ἱερᾶς ἀγκύρας τῆς ἐκείνου φωνῆς ἐξήρτηντο. Conf. *Erasmi* Chiliades p. 229. (2) Ita *Voss.* ex emendatione recente, at *Reg. max.* εὐφρανῇς. Prius firmat *Berol.* (3) Vox haec ex *Voss.* suppletur, in *Berol.* corrupta. Alluditur autem ad legem *Trajani* de militibus. (4) ex *Voss.* & *Reg. max.* in *Berol.* omissum. (5) Addidi ex iisdem, quos modo dixi. (6) παρά σοι addunt *Voss.* & *Reg. max.*

EP.

ὕστερον ἐγγένοιτο τῷ πράγματι ταραχὴ, τῷ τε ἰατρῷ δι᾽ ἡμῶν ἤ τι τῶν κατ᾽ εὐχὴν πεπραγμένων.

dicoque illi per nos aliquid fiat, quod ex voto sit, tu providebis.

CCXXXII. ΒΑΣΙΑΝΩι. (1)

Πολλὰ ἀγαθά σοι γένοιτο βέλτιστε νέων, ὅτι, ἃ περὶ τῶν γονέων ἐσπούδασται (2) τοῖς νόμοις, ὅπως ὑπὸ τῶν ἐγγόνων θεραπεύοιντο, ταῦτ᾽ αὐτὸς ἐπεδείξω περὶ τὸν διδάσκαλον. Οὐ γάρ με ἔλαθεν, ἃ περὶ τοῦ θαυμαστοῦ Κλεοβούλου πρὸς τὴν τήθην (3) ἐπιστέλλεις, δεόμενος αὐτῷ τὴν σὴν οὐσίαν ἀνοῖχθαι (4). Μαθὼν δ᾽ αὐτὸς (5) οὐκ ἔμελλον δήπου τὰ οὕτω καλὰ σιγήσεσθαι, ἀλλ᾽ ἥ τε πόλις ἐμπέπλησται τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας, ἔχομέν τε τὸν Κλεόβουλον, πάντως ἂν ἀποπτάμενον, εἰ μὴ τοιοῦτος ἦσθα. Εὖγε (6), ὦ φίλη κεφαλὴ, (7) βάλλ᾽ οὕτως, ὅπως ἐπαινοῖό τε καὶ μετ᾽ ἐλπίδος ζώῃς βελτίονος (8). Εἴληφας δ᾽ οὐδὲ νῦν φαύλους παρὰ τῶν Μουσῶν τοὺς μισθούς. Φασὶ γὰρ πάντες ἁπανταχόθεν προσκεῖσθαι (9) τῶν τρόπων ἴσως. Τοῦτο δὲ τὸ δῶρον τῆς Μνημοσύνης (10) ἀκριβῶς.

BASSIANO.

Multa bona tibi eveniant, optime Juvenum, eo quod, quae legibus de cultu, a liberis adversus Parentes praestando, constituta sunt, ea ipse in Praeceptorem praestitisti. Neque enim me latent, quae de admirabili *Cleobulo* ad aviam scripsisti, petens, ut ipsi opes tuae paterent. Haec ego edoctus, rem adeo praeclaram diu tacendam non sane judicavi, imo & tota civitas sermonibus de magnificentia tua plena est. Habemus itaque *Cleobulum*, alioquin omnino à nobis avolaturum, nisi talis tu esses. Euge, carum caput! rem porro ita age, ut & lauderis, & spe meliore plenus vivas. Et ne nunc quidem contemnendam à Musis mercedem reportasti. Ajunt enim, omnes ubique moribus tuis favere. Atque hoc utique inter Musarum dona numerandum est.

CCXXXIII. ΜΟΔΕΣΤΩι. (1)

Ἐγώ σε πολεμοῦντα τοῖς κλέπταις (2) ἐπαινῶ. Τῷ γὰρ αὐτῷ τοὺς πονηροὺς κολάζεις, καὶ τοὺς δικαίους ἀμείνους ποιεῖς, ὁρῶντας, ὡς ἔστιν ὄντα δίκαιον ἐπαίνου τυχεῖν (3). Συγχαίρω δὴ Φροντίνῳ τῆσδε τῆς ἐξετάσεως, ἣν ἀπὼν ἐξετασθεὶς τὴν βελτίονα ψῆφον ἤνεγκατο, πολλοῦ χρυσίου τιμιώτερον κτῆμα (4) κτησάμενος, τὸ παρά σοι κεκρίσθαι μὴ φαῦλος. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐμαυτῷ συγχαίρω χρηστοῦ φανέντος ἀνδρὸς, ἑταίρου μοι καὶ φίλου. Νῦν οὖν ἥκει, δείξων ἔτ᾽ ἄμεινον, ὡς πλεῖστον ἀφέστηκε λήμματος, καὶ ὡς, ἐν οἷς ἐπιστεύθη (5), πεπόνηκε μόνον, τοῖς οὖσι δὲ οὐδὲ ὀβολὸν προσέθηκεν. Ἀκολούθει δὴ σαυτῷ, καὶ δείκνυ (6) πᾶσιν, ὅτι ἔστι παρὰ σοῦ καὶ χαίροντα ἀπελθεῖν.

MODESTO.

Te, fures oppugnantem, laudo. Hoc ipso enim & improbos castigas, & probos meliores efficis, ubi viderint, quod bonum quemque laude potiri liceat. Gratulor itaque *Frontino*, de inquisitione eo absente ita instituta, ut meliorem calculum ferret, eo ipso, rem consecutus multo auro pretiosiorem, quod tuo judicio habitus est non malus. Sed & ipse ego mihi gratulor, postquam sodalis meus & amicus probus apparuit. Nunc itaque ipse venit, adhuc magis ostensurus, quod a muneribus accipiendis fuerit alienissimus, quodque in iis, quae ipsi credita sunt, negotiis tantum occupatus, facultatibus suis ne obolum quidem adjecerit. Te ipsum itaque sequere, & ostende omnibus, quod a te etiam laetantem discedere liceat.

CCXXXIV. ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΩι καὶ ΓΕΜΕΛΛΩι. (1)

Οὐ μάλα ἡμῶν ἐοίκατε ἀπεῖναι. Τὸ γὰρ οὕτω τεχνικῶς

APOLINARIO & GEMELLO.

Non longe a nobis videmini abesse. Tam ele-

EP. CCXXXII. (1) Vide Tom. III. *Anecdotorum* meorum p. 271. ex *Reg. Berol.* qui Βασιάνῳ inscribit, sicut *Voss.* βασιανῷ. Malim equidem legere, βασσιανῷ, cujus nominis plures in antiquitate occurrunt. In collectione epistolarum *Zambicarii* Latina a Sommerfeldio edita lib. II. ep. 18. ubi alia ad eum exstat epistola, *Bassanius*, sicut lib. III. ep. 101. *Basianus* vocatur. (2) διωρίσθαι, *Voss.* & *Reg. max.* (3) Vox est πολύσημος, quae & aviam, & materteram, & matrem, tum vero etiam nutricem denotet, Scholiastes *Berol.* per μάμμην explicat, forte *Pollucis* exemplo, qui lib. III c. 2. §. 17. ita: ὁ δὲ πατρὸς, ὁ μητρὸς μήτηρ τήθη, καὶ τὴν μάμμην δὲ καὶ μάμμαν ἐπὶ ταύτης παραλογιστέον. Confer *Suidam* & *Hesychium*, qui posterior ex Polluce est supplendus. De μάμμη alia sentiunt *Phrynichus* in Eclog. dictionum Atticarum p. 22. aliique. Lege *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Acharnens. vs. 49. & *Eustathium* ad Iliad. ξ. p. 978. ed. Roman. (4) Ita *Voss.* & *Reg. max.* pro ἀνεχθῆναι, *Berol.* (5) *Berol.* ἀυτὸς, sicut mox ἔμελλε. Utrumque mutavi ex *Voss.* & *Reg. max.* De te enim potius loquitur Libanius, quam de *Cleobulo.* (6) Ἄγε δὴ, *Voss.* & *Reg. max.* (7) *Homerus* Iliad. θ. vs. 281. Τεῦκρε, φίλη κεφαλὴ, Τελαμώνιε, κοίρανε λαῶν βάλλ᾽ οὕτως κ. τ. λ. Ita vero Scriptores passim. Lege *Gatakerum* in Adversariis cap. 38. & *Dougtaeum* in Analectis V. T. Excursu CXLVIII. (8) Pro ζώῃς *Vatic.* A. & *Voss.* ζώῃς, quod in posteriore manus recens per ζώης correxit, sicut in *Reg. max.* & *Berol.* recte legitur. (9) *Voss.* male προσκεῖσθαι. Nostrum illud habet *Berol.* & *Reg. max.* (10) Musae Mnemosynes & Jovis filiae ex Mythologorum sententia.

EP. CCXXXIII. (1) In *Anecdotis* meis Tom. II. p. 334. ex *Reg. Berol.* jam edita exstat. (2) Fures hic appellare videtur Libanius eos, quibus officii sui rationes erant venales, & quos Graeci alias δωροδόκους vocant. Ab hujus enim criminis suspicione liberatus erat *Frontinus*, quod ex sequentibus patet. (3) Id scilicet agere debebat Modestus, quem Praefectum Praetorio, ac denique Consulem fuisse ex *Ammiano Marcellino* XIX. 12. & XXIX. 1. apparet. (4) Hoc malui ex *Voss.* & *Reg. max.* pro χρῆμα quod est in *Reg. Berol.* (5) Id S. *Paulus* dicit, ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ 1 *Tim.* I. 11. & *Tit.* I. 3. (6) δεῖκνυ, *Berol.*

EP. CCXXXIV. (1) Vid. *Anecdota* mea Tom. III. p. 272. ex *Reg. Berolin.*

(2) παῖδα

eleganter enim scribere; non omnino absentium est, sed, si de me loquar, praesentium. Itaque ego, qui gaudebam vos scripsisse, magis sum gavisus, quod ita scribere didicistis. Eunuchum quidem illum, qui literas mihi reddiderat, à vobis venisse existimans, quia se commorari hic loci dixerat, pravum vocavi. Postea vero cum à culpa immunem pronunciavi, vos vero accusavi, intelligens, eum a vobis negligi, quamvis is, post bonam indolem vestram, causa sit, cur bona fama gaudeatis, & instar canis adversus non bonos vobis sufficiat. Vos vero, postquam ex hoc homine fructum cepistis, eundem nunc abjecistis, quando occasio venit vicem reddendi. At, ò filii mei, juvate paedagogum, vel vocando eum in Ciliciam, vel aliquid inde ad eum mittendo. Persuadeat vobis pecuniae contemtum ille, qui has literas reddit, etiam sine illis, quae alias a me sunt inculcata. Is habitu quidem miles est, factis vero Philosophum ostendit, Socratem in medio lucro imitatus, optimus *Ammianus*.

ὑμᾶς ἐπιστέλλειν οὐ πάντη (2) ἐστὶν ἀπόντων, ἀλλ', ὡς ἐμὲ λέγειν, συνόντων. Ὥστ' ἐγὼ (3) ἡσθεὶς, ὅτι ἐγράψατε, πλεῖον ἥσθην, ὅτι οὕτως ἴστε γράφειν. Τὸν εὐνοῦχον δὲ παρ' ὑμῶν ἥκειν ἡγούμενος, ὃς ἐδίδου τὴν ἐπιστολὴν, ἐπειδὴ ἔφασκε τῇδε μεμενηκέναι, πονηρὸν ἐκάλεσα. Εἶτ' εὐθὺς τὸν μὲν ἀπέλυον αἰτίας, ὑμᾶς (4) δ' ἐνεκάλουν, γνοὺς ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν ἀμεληθέντα εἶναι (5). Καίτοι τοῦ δόξαν ὑμᾶς κλήσασθαι καλὴν, μετά γε τὰς φύσεις, οὗτος αἴτιος, ἀλλὰ κυνὸς ἐπὶ τοὺς οὐκ ἀγαθοὺς ἀρκῶν (6). Ὑμεῖς δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐκκαρπωσάμενοι, τοῦ καιροῦ τοῦ ἀμειβῶν (7) ἥκοντος, ἀπερρίψατε. Ἀλλ', ὦ παῖδες ἐμοὶ, (8) θεραπεύσατε τὸν παιδαγωγὸν, ἢ καλέσαντες εἰς Κιλικίαν, ἤ τι πέμψαντες τῶν ἐκεῖθεν. Πειθέτω δὲ ὑμᾶς χρημάτων καταφρονεῖν, ἄνευ τῶν ὑπ' ἐμοῦ πολλάκις εἰρημένων, ὁ τὰ γράμματα φέρων, ὃς (9) ὑπὸ μὲν τοῦ σχήματος εἰς στρατιώτας, ὑπὸ δὲ τῶν ἔργων εἰς φιλοσόφους ἐγγέγραπται, τὸν Σωκράτην ἐν μέσοις μιμησάμενος κέρδεσιν (10) ὁ καλὸς Ἀμμιανός (11).

ANDRONICO.

Antiochus hic aegre salutem recuperavit. Cum enim Phoeniciam gubernaret *Demetrius*, equo eum donavit durissimi oris, ex equorum officina eductum. Ille vero vix equum conscenderat, cum excussus in foro jaceret; equus autem cum veste stragula aufugiebat. Atque hoc scilicet lucrum futurum erat eorum, qui bellum animal aluerant. Illi itaque dolum vaferrimum morte luere debebant. Nisi enim Deorum aliquis adfuisset, noster quidem ex lapsu illo obiisset. At aequitate *Antiochi* factum est, ut tantum pecuniae causa ad rationem reddendam vocarentur. Flagitiosi vero illi culpam hanc quinque & viginti stateribus luere posse sibi visi sunt; nostro autem centum sibi stateras periisse adfirmante, tota causa adhuc disceptatur. Tuum vero est definire, quod justum est; atque huic quidem succurrere, illos autem castigare.

CCXXXVI. ΑΝΔΡΟΝΙΚΩι. (1)

Ἀντίοχος οὑτοσὶ τοῦ μόλις ἐστὶ σεσωσμένων. Ὅτε γὰρ ἦρχε Φοινίκης Δημήτριος, ἵππον αὐτῷ δίδωσι δυσάγκαλον, ἱπποκόμιον (2) ἐξαγαγών. Ὁ δ' ἅμα τε ἐπ' αὐτὸν ἀνέβη, καὶ ἐκκρουσθεὶς ἐπ' αὐτῆς ἔκειτο τῆς ἀγορᾶς. Ὁ δὲ ἵππος ᾤχετο φέρων τὸ στρωματόδεσμον (3). Καὶ ἦν ἴσως τοῦτο κέρδος τῶν τὸ καλὸν τρεφόντων θηρίον. Ἔδει μὲν οὖν αὐτοὺς ἐπὶ τῇ σοφωτάτῃ μηχανῇ ἀποθανεῖν. Καὶ γὰρ οὗτος, εἰ μὴ θεῶν τις (4) ἤμυνε, πεσὼν ἂν ἐτεθνήκει. Διὰ δὲ τὴν ἐπιείκειαν Ἀντιόχου περὶ τῶν χρημάτων εἰς λόγον καθίστανται. Καὶ τοῖς μὲν ἠδικηκόσιν ἔδοξε πέντε καὶ εἴκοσι στατῆρσι λῦσαι τὸ ἔγκλημα, τοῦ δὲ φάσκοντος ἑκατὸν αὐτῷ στατῆρας ἀπολωλέναι, τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τῆς ἀμφισβητήσεως ἵσταται. Σὸν δὴ τὰ δίκαια γνῶναι, καὶ τῷ μὲν βοηθῆσαι, τοὺς δὲ σωφρονίσαι.

MELETIO.

Ego quidem tuum illum & vidi & amo. Te vero nondum quidem vidi, amo tamen aeque ac illum, quia & te ita in nos animatum esse audio, ac si nobis fuisses familiaris.

CCXXXVII. ΜΕΛΕΤΙΩι. (1)

Ἐγὼ τὸν μὲν παρὰ σοῦ (2) καὶ εἶδον καὶ φιλῶ. Σὲ δὲ οὔπω μὲν εἶδον, φιλῶ δὲ ὥσπερ ἐκεῖνον, ἐπεὶ καὶ αὐτὸν ἀκούω σε γνώμης οὕτως ἔχειν πρὸς ἡμᾶς (3), ὥσπερ ἂν εἰ

(2) πάνυ Reg. max. (3) ἔγωγε Voss. & Reg. max. (4) ὑμῖν, iidem. (5) μεῖναι Voss. Forte alluditur ad antecedens μεμενηκέναι. (6) ἀρκῶν, Vatic. A. Voss. ἀρων in cujus margine nota est, satis antiqua manu scripta, quae possit videri significare ἀρετῇ. Boivinius malebat ἀρωγός. Berolin. clare legit ἀρκῶν, cujus vocis sensus in promtu est, & h. l. sufficit. (7) τῷ ἀμείβειν, Voss. & Reg. max. (8) Ita iidem, at Berol. ἀλλ' ὦ παῖδες, ἐμοὶ θεραπεύσατε. (9) Ita iidem pro ὡς Berol. quod olim in ὃς mutandum esse recte conjeci. (10) Socrates scilicet ampla munera sibi missa aversatus est, auctore Diogene Laërtio II. 25. nec pecuniam à discipulis exegit; ibid. 27. (11) Est ille *Ammianus Marcellinus*, ad quem plures nostri exstant epistolae.

EP. CCXXXVI. (1) Vide *Anecdota* mea Tom. III. p. 274. ex Reg. Berol. (2) Ita Vatic. A. Reg. Berol. & Voss. quoque, quamvis in hoc ultima vocis syllaba sub obscuro quodam scribendi compendio lateat. In Reg. max. post rasuram ἱπποκόμιον legi videtur. Hanc lectionem secutus sum, quamvis vocem ἱπποκόμιον alibi frustra quaesiverim. Fortasse rectius ἱπποκομεῖον legeris. (3) Ita Berol. pro στρωτόδεσμον, voce nihili, quando altera illa apud Scriptores frequens est, nec a *Polluce* quoque omissa. (4) ἄν τις Berol. ex quo mox sequens ἂν retinui, cum in Voss. & Reg. max. utrinque deesset.

EP. CCXXXVII. (1) Vid. *Fabricii* Bibliothec. Graec. Vol. VIII. p. 405. & *Anecdota* mea Tom. III. p. 275. (2) πατέρα σου, Reg. max. Πάτρωνα, Voss. ut nomen proprium, quod fere probem. Berol. nostrum habet, at Ambros. T. 73. duas has voces prorsus omittit, nec alias substituit. (3) ὑμᾶς Voss.

(4) Sic

εἰ μετεσχήκεις ἡμῶν (4). Τοῦ δ' ταῦτά με πιστεύειν ἔστω σοι σημεῖον τὸ καὶ χάριν αἰτεῖν ἤδη. Ἔστι δὲ ἡ χάρις Μαρκελλῖνον καὶ Κάρτιον τῆς σῆς ἀπολαύειν εὐνοίας, χρηστούς τε ὄντας καὶ ἡμῖν ἐπιτηδείους, καὶ Σπεκτάτῳ φίλους. Οἶμαι δὲ αὐτοὺς οὐδὲν οὔτε φορτικόν, οὔτε ἔξω τῶν νόμων ἐπαγγέλλειν (5). Πεῖθε δὴ καὶ Παμφιλίας (6), ὅτι με τιμᾶν οἴει δεῖν, καὶ ἡμᾶς, ὅτι σοὶ χρὴ πολλάκις ἐπιστέλλειν.

ris. Ita vero me statuere, hoc argumento tibi sit, quod beneficium jam a te peto. Hoc vero eo continetur, ut *Marcellinum* & *Cartium* benevolentia tua frui patiaris homines probos, nobisque necessarios, & *Spectati* amicos. Credo vero eos nihil insolentius vel legibus contrarium prae se ferre. Ostende itaque *Pamphiliae*, quod me loco aliquo habendum esse censeas, mihi vero, ut tibi saepius scribendum esse existimem.

CCXXXIX. ΑΝΔΡΟΝΙΚΩι. (1)

Ἐγὼ γενέσθαι (2) ἐπὶ τῆς ὑμετέρας δυνάμεως οὐδεπώποτε ηὐξάμην (3), ἀλλ' ὑμῖν μὲν καὶ ἀρχὰς εἶναι, καὶ τὴν κρείττω λόγον ἐν αὐταῖς συνηυξάμην, ἐμαυτὸν δὲ, ἥπερ νῦν, βιοῦν ἐν ἰδιώτου χώρᾳ (4). Νῦν δ' οὐκ ἂν ἀηδῶς μοι δοκῶ τὴν Φοινίκης (5) ἀρχὴν λαβεῖν τοῦ μέγαν (6) ποιῆσαι Παρθένιον πᾶσιν, ὅσοις (7) μέγεθος γίγνεται. μᾶλλον δὲ οὐδὲν δεῖ ζητεῖν ἀρχὴν (8), τῆς σῆς οὐχ ἧττον ἐμῆς, ἢ τοῦ λαβόντος, οὔσης. Ὅπως οὖν (9) ἡμῖν αὐτὸν ἴδῃς τε ὡς ἥδιστα, καὶ ἀπόντα καλῇς, καὶ φανέντα κατέχῃς, καὶ ποιῇς ἐν Φοίνιξιν ἐντιμότερον ἢ πρίν. Αἰσχυνοίμην γὰρ ἄν, εἰ δόξει μᾶλλον εὖ πεποιηκέναι με Παρθένιος ἢ πεπονθέναι. Τί οὖν με εὖ πεποίηκεν; ἀκοῦσαι ποθεῖς; αἰδούμενος διατετέλεκεν ἀπὼν, οὐχ ἧττον ἢ παρών. καὶ παρὸν αὐτῷ χαρίσασθαι τοῖς δυνατοῖς ἐκ τοῦ εἰς ἐμὲ λυπηρῶν, τὰς παρ' ἐκείνων ἐλπίδας προήκατο, τὰ πρὸς ἐμὲ δίκαια τηρῶν, καὶ ταῦτα ὁρῶν τινα οἰκεῖον αὐτοῦ τὴν ὁδὸν ἐκείνην ἰόντα, καὶ εὐδοκιμοῦντα. Ὁ δὲ ἐκεῖνό τε ἐπετίμα, καὶ, δι' ὅσων εἶχεν, ἀσθενεστέραν ἐποίει τὴν ἐνέδραν, καὶ δὴ δεῦρ' ἥκων ἐπέθηκε τὸ τέλος τοῖς ἔμπροσθεν ὅμοιον, ἁπάσης καθήρας τὰ πράγματα ὑποψίας. Εὐθὺς μὲν οὖν ἠθύμουν ἀπορῶν ἀμοιβῆς. ἔπειτα ἐνθυμηθεὶς, ὡς τῷ μὲν ἐν Φοινίκῃ γυνὴ καὶ παῖδες καὶ κτήματα (10), τῇ δὲ Ἀνδρονίκου γνώμῃ τὸ ἔθνος διοικεῖται (11), ἥσθην ἰδὼν, ὡς ἔστιν, ᾧ ἂν τὸν (12) ἄνδρα ἀμειβοίμην.

ANDRONICO.

Nunquam equidem vestri ordinis locique esse optavi, vobis autem & imperium & sortem in eo felicissimam adprecatus sum, mihi vero privatae, in qua nunc sum, vitae conditionem. Jam autem non illibenter Phoeniciae administrationem accepturus mihi videor, ut *Parthenium* magni facere possem iis rebus omnibus, quibus magnus aliquis fieri possit. Vel potius imperium ejusmodi petere nihil attinet, cum tuum non minus meum sit, quam qui illud nactus est, tuum. Fac igitur, ut nostra causa eum quam lubentissime videas, absentem voca, comparentem detine, & inter Phoenicas honore majori, quam antea auctum siste. Puderet enim me, si *Parthenius* plura beneficia mihi contulisse, quam a me accepisse, videretur. Quae igitur in me contulit? Avesne audire? Non minus absens, quam praesens me semper coluit, &, cum potentioribus, si aegre mihi faceret, gratificari posset, spem ab iis factam neglexit, & justi adversus me tenax fuit, etiam tunc, cum quendam suorum cognatorum istam viam sectari & belle procedere videret. At eum quidem objurgavit, &, quoad poterat, insidias ejus repressit. Nunc etiam, ad nos veniens, colophonem; ante actis similem, imposuit, tota causa ab omni suspicione liberata. Tum quidem ego dolebam, quod vicem rependere non possem; postea vero recogitans, ei in Phoenicia uxorem, filios & fundos esse, Andronici vero nutu eam regi provinciam, gavisus sum, cum viderem, esse occasionem, qua ipsi par pari referre possim.

CCXL. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι. (1)

Οἶδα, τί ἤ μοι (2) ἐπισταμένῳ πάντ' ἀγορεύεις; μὴ γὰρ οἴου, μᾶλλον (3) ἃ πράττεις εἰδέναι, τῶν ἀκουόντων ἡμῶν. Οἵ τε γὰρ ἀγγέλλοντές εἰσιν, οἵ τε ἐρωτῶντες ἡμεῖς (4). Τῶν μὲν

PRISCIANO.

Sat scio: quid mihi tu narras jam cuncta scienti? Nolim, credas, te, quae facis, magis scire, quam nos, qui ea audimus. Sunt enim, qui illa referunt, sicut nos interrogamus. Inter cete-

(4) Sic scripsi cum *Reg. max.* pro ὑμῶν *Berolin.* (5) De hac verbi significatione vide nos ad 1 *Tim.* II. 10. & VI. 21. (6) Παμφυλίας, *Reg. max.* Eam Scholiastes *Berolin.* Marcellini & Cartii matrem fuisse monet. In hujus itaque gratiam, & ut intelligat, Libanium apud Meletium aliquid posse, filiis ejus benevolentiam & opem expetit.

EP. CCXXXIX. (1) Vide Tom. III. *Anecdotorum* meorum p. 276. ex *Reg. Berol.* Verterat etiam *Salvinus* ex *Medic.* (2) μὲν addit *Mutin.* C. & *Medic.* B. (3) ἠρξάμην, *Medic.* A. male. qui paulo ante habebat οὐ δὲ πώποτε. (4) Paulus 1 *Cor.* XIV. 16. ἰδιώτου τόπον vocat. Vide ibi *Curas* nostras. Pro χώρᾳ *Ambros.* T. 231. τάξει. (5) Φοινίκων, *Medic.* A. *Voss.* & *Reg. max.* (6) μέγα, *Berol.* male. (7) οἷς, *Ambros.* T. 231. (8) ἀρχὴν *Reg. max.* & *Medic.* A. Praestat vero ἀρχὴν, quam respicit sequens τῆς σῆς. (9) De hac structura vocum elliptica vide nos supra ad ep. 230. not. 8. (10) Ita *Voss. Reg. max.* & *Medic.* at *Berolin.* habet εἶναι καὶ παῖδας καὶ κτήματα. (11) διοικεῖται, iidem quos dixi, pro διοικεῖσθαι *Berolin.* (12) ἢ ἄνδρα, *Berol.*

EP. CCXL. (1) Vid. Tom. III. *Anecdotorum* meorum p. 278. ex *Reg. Berol.* Verterat & *Salvinus* ex *Medic.* (2) Respicitur *Homerus* Iliad. α΄ vs. 365. οἶσθα· τίη τοι ταῦτ' εἰδυίῃ πάντ' ἀγορεύω: Ex hoc patet, quid judicandum sit de aliorum codd. lectionibus, οἶδα, τι ἦμαι *Voss.* οἶδα, τί ἦμαι, *Regii max.* οἶδα, τί οἵ μοι *Ambros.* T. 231. οἶδα τί ἄν μοι, *Barocc.* οἶδα, τί ἡμῖν, *Reg. Berol.* Nostram habet *Ambros.* T. 5. (3) Sic *Reg. Berol.* μᾶλλον αὐτὸς, *Reg. max.* μᾶλλον αὐτὰ, *Voss.* (4) ἐρῶντες ἡμᾶς, *Medic.* male.

(5) Ita

ceteros igitur quidam interrogabat, numquid te onus impositum premat? Ego vero, num corpore valeres, interrogans, &, valere te, edoctus, audire mihi simul videbar, te onere isto longe esse superiorem. Vir enim, & insigniter vir es, & imperator talis, qui imperare vel maxime didicerit. Quod si vero multa tractanda sunt, etiam insomnem volare necesse est. Id quidem significas, quod pridem desideravi; quod scilicet dormire & desidere vulgi sit; at te non oportet esse ex multis. De ceteris quidem non laboro: unum vero est, a quo tibi timeo; donariorum nempe copia, quae tanquam debita poscunt fruges consumere nati. Haec enim dare non est mentis imperandi peritae, sed opulentiae, largiri valentis. At quae patrocinandi ars tibi peperit, ea praetura consumpsit. Misi cum his commentationem meam, tu vero, ubi otium habebis, ad Philosophos digredere.

μὲν οὖν ἄλλον ἤδη τις ἤρετο, εἰ μή σε τὸ φορτίον ἐπίεσεν. Ἐγὼ δὲ, εἰ σε τὸ σῶμα ἔῤῥωται, πυνθανόμενος, ἐπειδὰν, ὡς ἔῤῥωσαι, γνῶ (5), τὸ καὶ τοῦ φορτίου σε κρείττω εἶναι ἡγοῦμαι ἀκηκοέναι. Ἀνὴρ γὰρ εἶ μάλα ἀνὴρ, καὶ ἄρχων (6) εἰδὼς (7) μάλα ἄρχειν. Εἰ δὲ πολλὰ δεῖ μεταχειρίζειν καὶ ἄγρυπνον (8), ἀνάγκη πέτεσθαι. Τοῦτο μηνύεις, ὃ πάλαι ἐπόθουν, ὡς τὸ καθεύδειν τε καὶ καθῆσθαι τῶν πολλῶν, σε δ' εἶναι δεῖ τῶν οὐ πολλῶν. Τῇ μὲν οὖν ἄλλῃ θαῤῥῶ, δέδοικα δ' ἓν μόνον, τῶν ξενίων τὸ πλῆθος, ἃ ὥσπερ ὀφειλήματα ἀπαιτοῦσιν οἱ φαγεῖν ἀγαθοί. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστι διανοίας, ἄρχειν ἐπισταμένης, ἀλλ' εὐπορίας, διδόναι δυναμένης. Σοὶ δὲ ὃ δέδωκε τὸ συναγορεύειν (9), ἀπώλεσε τὸ ἄρχειν. Ἔπεμψα τὸ βιβλίον, σὺ δὲ, εἰ σχολὴ, τοὺς φιλοσόφους ὅρα.

ITALICIANO.

Cum tuam ego indolem laudarem; erat enim nobis sermo de virtutibus imperantium, & tibi quidem palma deferebatur; de his, inquam, cum loqueremur, & judicaremus, in manum mihi tradidit epistolam optimus optimi Patris, ut cum *Platone* loquar, id est, *Olympius*, *Pompejani* filius. Legebam itaque epistolam, & cum reliquis exsultabam. Adeo & sententiae ejus erant admirabiles, & verba cogitationibus non deteriora. Tu vero, qui re ipsa nobiscum es, Italis te das. Sed plura prohibet, Atticis moribus indulgens epistola. Ut igitur in reliquis communia nobiscum studia habere dicaris, sicut habes, idem illud facere perges, aut desertae militiae apud Musas te accusabimus. Literis nos exsatiati alter alterum intuebamur. Hunc, dicebamus, non fas est, res suas curare pro publicis, non quidem, ac si e voto aut re tua foret, imperio praeesse, sed quod res ipsae, si imperio non praesis, detrimentum patiuntur. Postea alius quidam legum observantiam in te laudavit,

CCXLI. ΙΤΑΛΙΚΙΑΝΩι. (1)

Ἐπαινοῦντί μοι τὴν σὴν φύσιν καὶ γὰρ ἐτύγχανεν ἡμῖν λόγος τις ὢν ὑπὲρ ἀρχόντων ἀρετῆς καὶ ἦν δήπου σὰ τὰ νικητήρια. Τοιαῦτα δὲ ἡμῶν διαλεγομένων καὶ ψηφιζομένων (2) ἐνέθηκε τῇ χειρὶ τὴν ἐπιστολὴν βέλτιστος βελτίστου πατρὸς, εἴποιμ' ἂν Πλάτων, (3) Ὀλύμπιος Πομπηϊανοῦ. Καὶ ἅμα τε ἀνεγίγνωσκον, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἐπήδων. οὕτως ὅτε τις ἐφαίνετο θαυμαστὸς, τά τε ὀνόματα τῶν φρενῶν οὐ χείρω. Σὺ δ' ἔργῳ μεθ' ἡμῶν ὢν τοῖς Ἰταλοῖς (4) σαυτὸν δίδως. ἀλλ' ἥγε ἐπιστολὴ κωλύει νόμον ἐχομένη τῶν Ἀττικῶν. Ὅπως οὖν τῷ λοιπῷ κοινωνὸς (5) ἡμῖν εἶναι λέγῃς (6), ὥσπερ εἶ, τοῦτο μὲν οὖν ποιήσεις, (7) ἢ γραψόμεθά σε παρὰ ταῖς Μούσαις λειποταξίου. Τῶν δ' οὖν γραμμάτων ὡς ἄδδην (8) εἴχομεν, βλέψαντες εἰς ἀλλήλους, τοῦτον οὐ δεῖ (9), ἔφαμεν, νῦν τὰ αὐτοῦ διοικεῖν ἀντὶ τῶν κοινῶν, οὐχ ὡς σοὶ χρήζοντος ἄρχειν (10), ἀλλ' ὡς τῶν πραγμάτων,

(5) Ita *Voss. Reg. max.* & *Barocc.* At *Berolin.* mendose: ἐγὼ δ', εἰ σε τὸ σῶμα; ἐρωτῶ πυνθανόμενος ἐπειδὰν ὡς ἐρωτῶ, γνῶ. (6) ἄρχειν *Voss.* & *Reg. max.* & mox pro ἄρχειν, ἄρχων. Praestat nostrum *Barocc.* & *Berol.* (7) ἐπιστάμενος, *Ambrof.* T. 5. & *Barocc.* (8) Ita *Barocc.* & *Medic.* quod praestat τῷ ἀγρυπνεῖν *Berol.* & τῷ ἀγρυπνεῖν. *Vossiani*, quod ex ἄγρυπνον natum est. Καὶ ἄγρυπνον ἀνάγκη πέτεσθαι, τοῦτο μηνύεις. &c. ita *Benzel.* uterque, recte. verte: *& insomnis volare debes, id mihi significas. &c. Benzel. B.* (9) Verbum est forense, de causis agendis adhiberi solitum. Hesychius: συναγορεύει, ὑπὲρ αὐτοῦ λέγει. Hinc συνήγορος, de qua voce *Harpocration*, advocati. *Priscianus* scilicet olim caussarum erat patronus, cum plausu & opum accessione.

EP. CCXLI. (1) Vid. *Anecdota* mea Tom. III. p. 282. ex *Reg. Berol.* Verterat etiam *Salvinus* ex *Medic. A.* In *Medico* est ἀνεπίγραφος, ut & in *Reg. Berol. Italiciano* inscribitur in *Voss. Reg. max.* & *Barocc.* ex quibus servavi. Πομπηϊανοῦ nomen refert *Colbertin.* 3754. ex librarii, puto, ingenio, qui illud, cum antea forte deesset, ex illis epistolae verbis: Ὀλύμπιος Πομπηϊανοῦ minus feliciter exsculpsit. Exstant & aliae nostri ad *Italicianum*, quas dabimus in sequentibus. Videtur ad nomen hoc allusisse Libanius in phrasi τοῖς Ἰταλοῖς σαυτὸν δίδως. (2) Haec ratione structurae non omnino respondent primis epistolae verbis: ἐπαινοῦντί μοι τὴν σὴν φύσιν, quod ideo notandum est, ne quis similes dicendi rationes, in Novo Instrumento passim obvias, suspectas habeat. (3) πλάτων, *Medic.* A. male. (4) Fortasse *Italicianus* Latinorum Scriptorum lectioni & imitationi se dederat, cetera in his literis Atticam eloquentiam consectatus. *Colbertinus* 3754. ἐν τοῖς Ἰταλοῖς, male. (5) Ita codd. plerique pro κοινὸς, quod habet *Berol.* & *Vatic.* A. (6) Sic *Berol.* & *Medic.* quod esset *dicas*; similiter fere *Baroc.* λέγοις. at *Voss.* & *Reg. max.* λέγει; malim ego λέγῃ, quod & in versione expressi. (7) τοῦτο μὲν ποιήσεις, *Medic.* A. *Reg. Parif. minor* & *Colbert.* At *Barocc.* τοῦτο μὲν οὐ ποιήσεις, & sic *Salvinus* pro μὲν legi volebat μή. Sed negandi particula locum hic habere, meo judicio, non potest, cum Libanius Italicianum ad literas porro scribendas excitare videatur. (8) ὡς ἄδδην, *Voss. Reg. max.* & *Medic.* ὡς omittit *Berol.* ἄδην habet *Barocc.* at *Laudanus* cum ceteris ἄδδην, quod Schol. *Barocciani* explicat per δαψιλῶς. (9) Sic scribo cum *Barocc.* quem firmant *Reg. Parif. minor*, & *Colbertin.* scribentes οὐ δεῖν. Pro δεῖ *Berolin.* male habet δ', pejus vero οὐ δεῖ prorsus omittit *Medic.* Nec rectius. *Voss.* τοῦτον δὲ ἔφαμεν, & *Reg max.* τοῦτον δ' ἔφαμεν. Sermonis series hoc vult, fas non esse, ut *Italicianus* privata vivendi forte utatur, qui publica tam praeclare agere possit. Ab his vero tunc remotum illum fuisse sequentia testantur. (10) Ita *Reg. Berol.* & *Medic.* at *Baroc.* ἀρχῆς pro ἄρχειν, & sic *Voss.* itemque *Reg. max.* qui tamen uterque male pro ὡς σοὶ habent ὡς οὐ, cum *Reg. minore*, *Colbert.* & *Ambrof.* T. 5. Id vult Libanius, *Italicianum* facile carere imperio posse, rem vero publicam, non item *Italiciano*.

ταν, ὅτι μὴ ἄρχεις, ἠδικημένον (11). Εἶθ' ὁ μὲν ἐμέμνητο τῆς τῶν νόμων φυλακῆς, ὁ δὲ τῆς συνεχείας τῶν πόνων, ὁ δὲ τοῦ περὶ τὰς γνώσεις (12) τάχους (13). ὁ δὲ τοῦ μὴ χρημάτων ἐρᾷν. τῷ δὲ ἐδόκει καλὸν τὸ χάριν δύνασθαι εἰδέναι (14), καὶ δύνασθαι μὲν, ἣν δεῖ, μὴ δύνασθαι δὲ, ἣν μὴ δεῖ. Ἐμοὶ δὲ τῶν σῶν μικρὸν μὲν (15) οὐδὲν ἐφαίνετο, πάμμεγα δὲ τὸ μὴ τῇ φθορᾷ τῶν πόλεων θεραπεῦσαι (16) τοὺς δυνάστας. Ἦν μὲν γὰρ δῆλον, ὡς ὀργαί, καὶ κίνδυνοι, καὶ βέλη (17), σοὶ δὲ οὐδὲν τοῦ ποιῆσαί τι τῶν αἰσχρῶν φοβερώτερον. ἡδέως δ' ἂν αὐτῶν ἐπυθόμην, τί μαθόντες (18) σοι μὲν ἐνεκάλουν, ἡμᾶς δὲ ἐκόλασαν, καὶ σοι μὲν ἔδοσαν, ὃ κἂν ἐπρίω, παρ' ἡμῶν δὲ ἔλαβον δίκην. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν οὐκ ἂν εἴη λόγος εὐσχήμων, περὶ δέ σου παρ' ἡμῖν βελτίους λόγοι. (19) καὶ τὸ μὴ ἔχειν ἔτι, τῷ λέγειν, (20) ἅ ποτε εἴχομεν, παραμυθούμεθα. καὶ σὺ δὲ, ὡς ἔπι, παραμυθῇ (21) γράφων τε καὶ γράφειν παρακαλῶν. Ἔστω δὲ παρά σου (22) τοῦτο πολὺ πάντως· δὲ καὶ (23) οὓς κινεῖς, οὐ σιγᾷν ἐπιθυμοῦντας, ἐγείρεις.

vit, alius pertinaciam in labore, promtum de rebus judicium alius, alius alienum a divitiis animum. Alii vero praeclarum videbatur, beneficia exhibere nosse aliis, ut praestentur, ubi fas est, secus autem, ubi nefas est. Mihi vero nihil eorum, quae habes, parvum videbatur, hoc vero inprimis magnum, quod Proceribus cum urbis pernicie non blandiris. Manifeste enim apparebant irae, pericula & tela. Tibi vero nihil magis horrori, quam turpe aliquid committere. Ego autem libenter ex iis quaererem, qua tandem de causa te quidem accusarint, nos vero puniverint, & cur id tibi sint largiti, quod vel aere redempturus eras, nos interim supplicio affecerint. Atque illis quidem in promtu futura non esset honesta oratio, de te vero meliores apud nos sermones frequentantur. Itaque, quae non amplius habemus, illorum, quando olim habuimus, jacturam dicendo solamur. Tu vero, ut potes, solatium ex eo capis, quando & scribis ipse, & alios ad scribendum cohortaris. Atque illud quidem frequenter, opto, a te fiat. Quos vero ad alterum impellis, eos, silentii per se non cupidos, omnino excitas.

CCXLII. ΜΑΞΙΜΩι. (1)

Ὁμοῦ (2) παῖδά τε ἐμὸν Ὑπερέχιον καλεῖς, καὶ χάριν μοι φῂς τῶν (3) εἰς αὐτὸν εἰδέναι. Τούτων δὲ ἢ τὸ πρότερον οὐκ ἀληθὲς, ἢ θάτερον οὐκ ἔχον λόγον. μᾶλλον δὲ ἐπειδὴ τὸ πρότερον (4) ἀληθὲς, μάταιον γίγνεται τὸ (5) δεύτερον. εἰ μὴ καὶ σαυτῷ δεῖ σε (6) χάριν εἰδέναι τῶν εἰς τοῦτον αὐτόν. Ἀλλ' οὔτε σὺ θαυμαστὸν οὐδὲν ἐποίεις, ποιῶν ἃ δὴ (7) πεποίηκας εἰς υἱόν τε καὶ τοιοῦτον. ἐγώ τε νομίσας εἰς (8) υἱὸν νέον, πάντ' ἀγαθὸν, εἰκός τι ποιεῖν, οὐκ ἂν τούτου μισθὸν ζητοίην. ἀλλ' οἷς δεῖ χάριν ἐμέ τε καί σε τῆς εἰς τοῦτον εὐνοίας ἔχειν, ἐρῶ (9), οἱ τῆς ἱερᾶς Ἀγκύρας (10). Πρέπει (11) γὰρ ἂν αὐτῇ τοῦτ' ἀκούειν, ᾧ κοσμεῖ τὰς Ἀθήνας Ὅμηρος (12). Οὕτω δὴ οἱ ταύ-

MAXIMO.

Et filium meum *Hyperechium* tu vocas, & gratiam mihi habere ais de iis, quae ipsi praestiti. Horum vero aut prius minime verum, aut posterius ratione destitutum. Vel potius, quia prius verum est, posterius vanum est, nisi & ipsi tibi gratiam te eorum, quae in ipsum facis, habere oportet. Sed nec tu mirum quicquam fecisti, ea faciens, quae in filium, eumque talem, fecisti; ego vero, qui in filium juvenem, eumque per omnia bonum, ea, quae par est, conferenda arbitratus sum, mercedem factorum nunquam requisiverim. Sed quibus, & te & me gratiam habere oporteat ob benevolentiam illi praestitam, dicam. Sunt illi sacrae Ancyrae cives. Convenit enim isti urbi

(11) ἠδικηκὼς & *Reg. max.* olim, sed nunc ex emendatione vera, ἠδικημένον. *Vatic.* A. ἠδικημένος male. (12) τὰς διαγνώσεις *Reg. max.* ex emendatione vetere. (13) τόχας, *Reg. Paris. minor*, & *Colbertinus*, mendose. (14) εἰδέναι male omiserat *Berol.* (15) μὲν deest in *Reg. minore* & *Colbert.* (16) Ita codd. plerique omnes. *Berol.* τῆς πόλεως θεραπεῦσαι. (17) βέλη omittunt *Barocc. Reg. minor*, *Colbertin.* & *Ambros.* T. 5. (18) τί παθόντες, *Barocc.* quod in *Voss.* recens manus correxit per μαθόντες, in plerisque codd. obvium. Utriusque phraseos idem est sensus, nempe, *quare*. Vide *Casaubonum* ad Athenaeum XIII. 9. *Kusterum* in Indice ad *Aristophanem*, *Lamb. Bos* Animadvers. ad scriptores Graec. p. 192. & *Godofred. Olearium* ad Philostratum p. 207. & 255. Alias verba παθεῖν & μαθεῖν saepe permutantur. Exempla habes apud *Cotelerium* Tom. II. Monumentorum p. 587. (19) παρ' ἡμῶν τοιοῦτοι λόγοι, *Voss. Reg. max. Berol.* & *Medic.* Malui βελτίους cum *Barocc.* Italiciani enim famam apud se fartam tectamque esse indicat Libanius. (20) Ita scripsi cum *Voss. Reg. max. Medic.* A. & *Barocc.* cum sensus satis appareat. *Berolin.* ita: καὶ τὸ μὴ ἔχειν ὅτι τὰ λέγειν. (21) παραμυθοῦ, *Medic.* (22) Ἔστω δὲ παρά σου *Medic.* ἔστω δὲ καὶ ἐπὶ σοῦ τὸ πολύ. (23) καὶ addidi ex plerisque, quos dixi, codicibus, in *Reg. Berol.* omissum.

EP. CCXLII. (1) Vid. Tom. III. Anecdotorum p. 287. ex *Reg. Berol.* Verterat etiam ex Cod. *Medic. Salvinus.* (2) ἐμοῦ *Med.* B. male. (3) τοῦ *Reg. max. Vatic.* A. & olim quoque *Voss.* qui nunc habet τῶν ex emendat. recente, quam firmant *Baroc. Berolin.* & *Medic.* A. (4) Ita *Voss. Reg. max.* & *Golianus.* recte pro πρῶτον *Berolin.* (5) τὸ addunt iidem codices. (6) Sic scripsi ex *Goliano. Berolin.* ita: εἰ μὴ καὶ αὐτόν, *Barocc.* εἰ καὶ αὐτὸν δεῖ σοι *Bodlej.* alius εἰ μὴ καὶ σαυτῷ σοι. *Voss.* εἰ καὶ αὐτόν, sed interjecto à manu vetere μὴ post εἰ, *Reg. max.* εἰ καὶ sine μὴ, *Medic.* A. proxime ad nostram *Goliani* lectionem accedit: εἰ μὴ καὶ αὐτῷ δεῖ σε. Sensus est: *Maximum* pro praestitis Hyperechio, filio ejus, beneficiis gratias sibi agere non debere, cujus eum filium vocarit, nisi & Maximus sibi ipsi gratiam habere debere ex cura in filium praestita existimet. εἰ καὶ αὐτὸν δεῖ σοι. *Benzel.* B. ita scribendum in contextu. (7) δεῖ *Reg. Berol.* pro δὴ, quod ceteri omnes recte agnoscunt. (8) εἰς deest a *Voss. Reg. max.* & *Medic.* qui & paulo post legunt ποιεῖν pro ποιῶν. Habet vero *Barocc.* rei convenientius. Antea dixerat, Maximum *sua fecisse* in filium, jam ait, se idem, quod par erat, *in eundem* conferentem nihil praemii postulare. (9) ἐρῶ *Berolin.* male, nec rectius mox ὁ pro οἱ. (10) *Ancyram*, urbem, vult, quam *Libanius Orat.* XXVI. p. 599. τὴν μεγίστην καὶ μεγίστων τῶν Γαλατῶν πόλιν vocat. Adde *Stephanum* de Urbibus v. Ἄγκυρα, & nostram praefationem ad Tom. IV. Anecdotorum Graec. in fin. (11) Sic scripsi cum *Reg. max.* & *Golian.* pro πρέπει *Berol.* & *Medic.* (12) *Homerus* Iliad. λ'. vs. 322. Ἐν Κρήτῃ εἰς γαῖαν Ἀθηνάων ἱερῶν, sic *Hierosol.* πόλις ἁγία vocatur *Matth.* IV. 5.

(13) ν.

bi idem audire elogium, quo Athenas ornavit *Homerus*. Illi sane ejus incolae & mei & tui sunt benefactores, dignique adeo coronis & votis. Precor itaque Deos & Deas omnes, ut terra ipsis copiosas fruges praebeat, ut aër sit temperatus, & uxores foetus edant Parentibus similes, urbs eloquentiae, ut nunc est, amans sit, nihilque desit eorum, quae voluptatem afferre possint. Me enim illac transeuntem benigne exceperunt, nunc autem magno honore affecerunt eo, quod in juvenis hujus gloriam fecerunt. Nolim vero, putes, me eo haec dicere, quasi hominem indignum ad gloriam evexerint, sed quod veritatem invidia non oppresserunt. Fuerunt enim omnino invidia superiores, quando civem cives amore sunt complexi. Hac de causa gratiam illis habere decet. Quod igitur a me in illos proficisci potest, id votis pro ipsis, & laude in eosdem collata continetur. Tu vero potes re ipsa id rependere. Omnia vero si praestiteris, nunquam putabis te omnia exsolvisse. Scias tamen, & nostram urbem gratiam habere illi civitati. Hujus enim de illo judicium pro testimonio habet sibi ipsi honorifico. Studium vero tuum, quod in filium probasti, non miratus sum. Cum enim prudens esses, ea, quae inposterum ex merito habiturus erat, tuum patris munus esse fecisti. Id vero miror, quod, cum apud vos tot sint filiae Optimatum, qui civitatem regunt, operam non dederis, ut quam celerrime filii videas filios. Quamvis enim etiam nunc ex rebus bene gestis avus audias, certe & hac in parte avum te vocari pulchrum, imo, aliorum forte judicio, pulchrius foret.

ταύτης οἰκήτορες ἐμοί τε εὐεργέται καί σοι, καὶ στεφάνων ἄξιοι, καὶ εὐχῶν. Καὶ δῆτα εὔχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις (13), γῆν τε αὐτοῖς καρπὸν ὅτι πλεῖστον διδόναι, καὶ ἀέρα μένειν ἐν τοῖς μέτροις, καὶ γυναῖκας τίκτειν ὅμοια γονεῦσι (14), καὶ λόγων ὥσπερ (15) νῦν τὴν πόλιν ἐρᾶν, καὶ τῆς εὐδαιμονίας φερόντων ἀπεῖναι μηδέν. ὅτι με ἰδόντες, ἡνίκα δι' αὐτῶν ᾔειν, νῦν τετιμήκασι μειζόνως, οἷς (16) ἐπέραξαν τῷ νεανίσκῳ πρὸς δόξαν. Καὶ μή με οἴου τοῦτο λέγειν, ὡς ὄντα φαῦλον ἦγον εἰς δόξαν (17), ἀλλ' ὅτι (18) μὴ φθόνῳ τὴν ἀλήθειαν ἔβαλλον. ἐγίνοντο δὲ τοῦ φθόνου (19) κρείττους πολῖται (20) πολίτην ἀγαπῶντες. Τούτου χάριν αὐτοῖς εἰδέναι δεῖ (21) χάριν. Τὰ μὲν οὖν παρ' ἐμοῦ πρὸς αὐτοὺς εὐχαί τε ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ κατ' αὐτῶν ἔπαινοι. σοὶ δὲ ἔνεστι τὸ καὶ δι' ἔργων (22) ἀμείβεσθαι, καὶ πάντα ὑπουργῶν (23) μηδέπω ἡγήσῃ τὸ πᾶν ἐκτετικέναι. Ἴσθι μέντοι καὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν (24) εἰδέναι τῇ πόλει χάριν. Οἴεται γὰρ τὴν (25) περὶ τούτου (26) ἐκείνης γνώμην μαρτυρίαν αὐτῇ τοῦ βελτίονος εἶναι. Τὴν μὲν οὖν φιλοτιμίαν σου τὴν εἰς τὸν υἱὸν οὐκ ἐθαύμασα. Νοῦν γὰρ ἔχων, ἃ ὕστερον ἔμελλεν ἕξειν τῷ νόμῳ, ταῦτ' ἐποίησας δῶρον πατρός (27). Θαυμάζω δὲ, ὅτι πολλαὶ μὲν παρ' ὑμῖν (28) κοῦραι ἀριστήων (29) οἳ (30) τὴν πόλιν συνέχουσι, σὺ δ' οὐκ ἐφρόντισας, ὅπως ἴδῃς (31) τάχιστα τοῦ παιδὸς παῖδας. Εἰ γὰρ καὶ ἤδη πάππος εὖ ποιῶν κέκλησαι, ἀλλὰ καὶ ταύτῃ σε πάππον κληθῆναι καλὸν, ἄλλος δ' ἂν (32) ἔφησε κάλλιον.

CLEARCHO.

Si fieri posset, ut vel in facto itinere, vel alio quocunque studio socius essem *Eustochio*, pro literis meis me ipsum haberes. Quoniam vero iter facere non possum, cujus rei causam nosti, precor te, ut talis in eum sis, qualis, me praesente, fores. Puta vero, hoc ipso te non solum mihi beneficium exhibiturum, sed & habiturum esse amicum, quem & ego amicum habens mihi gratulatus sum, non solum ob eloquentiae legumque artem, quo utro-

CCXLIII. ΚΛΕΑΡΧΩ. (1)

Εἰ μὲν οἷός τε ἦν, καὶ τῆς ὁδοῦ καὶ τῆς ἄλλης σπουδῆς Εὐστοχίῳ κοινωνῆσαι, πάντως ἄν με εἶχες (2) ἀντὶ τῶν ἐμῶν γραμμάτων. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔστι μοι κινεῖσθαι, διὸ δὲ, ἐπίστασαι, δέομαί σου γενέσθαι τοιοῦτον εἰς τοῦτον (3), οἷος ἂν ἐγένου παρόντος ἐμοῦ. Νόμιζε δὲ, μὴ μόνον ἐμοὶ δώσειν χάριν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς κτήσεσθαι (4) φίλον, ὃν (5) καὶ ἐγὼ κτησάμενος συνήσθην ἐμαυτῷ, οὐ μόνον τῶν τε λόγων εἵνεκα καὶ τῶν νόμων, ἐν οἷς ἀμφοτέροις οὐδενὸς ἀνὴρ ὕστε-

(13) v. 9. πᾶσι κ. π. desunt in *Medic.* (14) Hoc praeclarum olim habebatur, quia liberos, Parentibus similes, pro germanis, dissimiles autem pro spuriis habebant. *Horat.* IV. 6. *Laudantur simili prole puerperae.* Confer *Hesiodum* Ἐργ. vs. 182. ibique *Graevium* p. 23. & *Clericum* p. 226. (15) ὥσπερ, *Berol.* (16) οἷσπερ, *Ambros.* T. 5. & *Golian.* (17) εἰς δόξαν ἤγαγον, *Ambros.* T. 5. & *Gol.* (18) ὡς *Berolin.* (19) φθόνου habent *Bodlejani*, *Berol. Ambros.* T. 5. & *Golian.* At *Reg. max.* λόγου & *Voss.* quoque, sed in hoc emendatio vetus exhibet φθόνου, quod & in *Medic.* superscriptum est. *Salvinus* praefert λόγου, & vertit, *proverbio praestantiores*. Et versimile est, eum alludere ad illud, quo civis civi invidere dicitur. Vide interpretes ad *Matth.* XIII. 57. nominatim *Picinellum* in Luminibus Reflexis, *Schottum* in Adagial. Sacris N. T. p. 43. & Lomeierum Diebus Genialibus Decade II. p. 77. (20) πολῖται male omittit *Berol.* (21) δεῖ ibidem desideratur, pro quo χρὴ ex emendatione recente legitur in *Voss.* (22) Ita *Voss.* & *Reg. max.* καὶ τὸ δι' ἔργων, *Medic.* καὶ vero omittit *Berol.* (23) ὑπουργῶν, *Berol.* male. (24) πόλιν deest ibidem. (25) τὴν addidi ex *Medic.* & *Goliano*. (26) τοῦτον, *Berol.* alterum illud codd. omnes habent. (27) Haec mendose ita *Berol.* νῦν γ. ἔ. ἃ ὕ. ἔμελλες ἕ. τ. ν. ταῦτ' ἐποίησα δ. π. (28) ἡμῖν *Medic.* & *Barocc.* male. Hyperechius enim in urbe, in qua erat Libanius, non amplius versabatur, sed apud Patrem forte. (29) Alluditur ad *Homeri* illud Iliad. ι. vs. 396.

Κοῦραι ἀριστήων, οἵ τε πτολίεθρα ῥύονται.

(30) οἳ scripsi cum Codd. plerisque, v. c. *Medic.* & *Berol.* pro quo αἳ *Barocc.* Ad ἀριστήων, urbi moderantes, non ad virgines, articulus est referendus, quod ex allato modo Homeri versu apparet. (31) ἴδοις, *Golian.* (32) ἂν ἐρεῖ, idem.

EP. CCXLIII. (1) Vid. Tom. III. *Anecdotorum* nostrorum Graec. p. 292. ex *Reg. Berol.* (2) Sic *Voss.* & *Reg. max.* εἶχεν, *Berol.* male. (3) εἰς τοῦτον, addidi ex iisdem. (4) Ita *Berol.* κτήσασθαι *Reg. max.* At in *Voss.* τῷ α in verbo κτήσασθαι superscriptum est ε. Et haec lectio omnino est verior. (5) οἷον, *Voss.* & *Reg. max.* (6) οὐ

ὕστερος. ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν ὄντων χαλεπῶν οὐδὲν οὕτω (6) χαλεπὸν, ὡς μὴ τῷδε φαίνεσθαι ῥᾷστον, ἐπιτάττοντος φίλου, μᾶλλον δὲ, κἂν ὁ φίλος χρήζῃ μὲν, ὀκνῇ δὲ ἐπιτάττειν, αὐτὸς αὑτὸν δίδωσι τοῖς ἔργοις. Καὶ εἰ μὲν ἀπ' ἄλλης αἰτίας ἀφῖκτο νῦν ὡς ὑμᾶς (7), ἄθλους ἂν ἔδει σοι διηγεῖσθαι προτέρους. νῦν δ' αὐτὸ (8), δι' ὅπερ ἥκει, καὶ πρὸς ὃ δεῖ σε βοηθεῖν, ἔστω σοι δεῖγμα τοῦ τρόπου. μὴ θαυμάσαις (9) δὲ, εἰ πολλοὶ μὲν ἐκεῖ μοι φίλοι, σοὶ δ' ἐπέσταλκα μόνῳ. Τὸ πρᾶγμα γὰρ οὐ πολλῶν συνευχομένων, ἀλλ' ἑνὸς δεῖται, πράττειν εἰδότος. Σὺ δ' οὗτος (10) ὁ πράττειν εἰδώς· τῷ δὲ βούλεσθαι τὸ δύνασθαι καλῶς ποιεῖν ἠκολούθηκεν (11), ὑπάρχον μὲν καὶ πάλαι, νῦν δὲ ηὐξημένον. Εἰσὶ γὰρ, εἰσὶν οἱ μηνύοντες. Ἀπόπεμπε δὴ τὸν ἑταῖρον, ὧν ἤκουσε παρ' ἡμῶν, ἀγγέλλοντα πλείω.

troque nemini secundus est, sed &, quod in rebus difficillimis nihil ita difficile sit, ut non facillimum ipsi, amico poscente, videatur. Imo talis is est, ut, si amicus ipso indigeat, postulare autem pigretur, se ipsum operi accingat. Si quidem is alia de causa ad vos veniret, labores ejus superiores enarrare tibi me oporteret. Jam vero id, cujus causa venit, & in quo juvare eum debebis, argumento sit, qui ejus sint mores. Nolim vero mireris, quod cum multos ibi amicos habeam, tibi uni scripserim. Negotium enim hoc indiget non multis, vota sua jungentibus, sed uno, qui rem perficere possit. Tu vero is es, qui facere id didicerit; voluntatem vero praeterea facultas benefaciendi sequitur, cum jam ante apud te fuerit, nunc vero creverit. Sunt enim, sunt, qui hoc nobis significent. Remitte itaque amicum nostrum ita, ut plura, quam quae a nobis audiit, referre nobis possit.

CCXLIV. ΘΕΜΙΣΤΙῼ. (1)

Ἀλλ' εἴη (2) ταύτην γέ σοι (3) τὴν γαστέρα κληρονόμους τεκεῖν (3), καὶ μὴ μόνον τῆς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ τῆς σοφίας, ἣν δὴ λειμῶνος (4) ποικιλωτέραν δεικνύων πάλαι κρατεῖς, οἱ μὲν καὶ τοὺς ταυτὸ (5) σοι καλουμένους οὐκ οἶδα· οἱ ῥήτορες δ' ἡττήμεθα. Τέως μὲν οὖν τῇ Φρυγίᾳ συνέχαιρον, ἣ καί σε καὶ τοὺς γάμους ἐδέξατο. νῦν δὲ τῇ μεγάλῃ πόλει (6), σέ τε ἀπολαβούσῃ καὶ προσλαβούσῃ (7) τὴν νύμφην. μακαρίζω δὲ καὶ τὸν οὐκ ἀπόντος σου τὴν μεγάλην ὀψόμενον πόλιν, ὅτι αὐτὴν ὄντως (8) ὄψεται μεγάλην. Τὸν μὲν οὖν τῶν πραγμάτων πόνον ἀνεθήκαμεν Κλεάρχῳ, (9) παρά σου δ' Εὐστόχιος τιμηθήτω (10), τῷ (11) νομισθῆναι τοῦτο, ὅπερ ἐστίν, ἔστι δὲ καλὸς κἀγαθὸς, κἂν τοῖς πράγμασιν, ἃ φίλον σαφῆ ζητεῖ, πάντες ἐπ' αὐτὸν ἐρχόμεθα. Τίμα δὲ αὐτὸν καὶ τῷ μείζονι. καλῶ δὲ μεῖζον τὸ σῶν ἀκοῦσαι λόγων. οὓς εἰ μὲν καινοὺς δεικνύεις, κοινῆς (12) θοίνης μεταληψέται τὸ μέρος. Εἰ δ' οὐκ ἐν τούτῳ νῦν εἴης, τοῖς παλαιοῖς αὐτὸν ἑστία (13), μᾶλλον δὲ πάντη (14) αὐτὸν ἑστιάσεις καινοῖς, ὅτι γὰρ ἂν φθέγξῃ, τοῦτο τῶν γεγραμμένων οὐ χεῖρον.

THEMISTIO.

Ita fiat, ut uterus ille heredes tibi pariat, eosque non facultatum solum, sed & sapientiae, quam prato viridanti, magis variam ostendens, jam pridem obtines princeps. Num illi etiam, qui eodem tecum nomine appellantur, nescio: nos Rhetores certe sumus inferiores. Hactenus igitur Phrygiae gratulatus sum, quae & te & nuptias tuas excepit, nunc vero magnae illi urbi, quae & te recepit, & simul accepit sponsam. Felicem vero etiam illum praedico, qui, te non absente, magnam illam urbem visurus est: vere enim magnam illam videbit. Negotiorum curam *Clearcho* nos imposuimus, a te vero honoretur *Eustochius*, pro eo illum habendo, qui est. Est vero probus & bonus, ad quem in negotiis, quae amicum verum requirunt, omnes recurrimus. Orna vero illum eo, quod majus est. Majus vero appello, si orationes tuas audire possit. Eas si nunc quidem novas recitas, fac, ut ille communium dapum fiat particeps; si vero id jam non agis, veteribus eum pasce. Imo vero novis utique ipsum excipies: quicquid enim fueris locutus, id scriptus neutiquam erit deterius.

CCXLV. MO-

(6) αὐτῷ *Berol.* quod *Reg. max.* & *Vatic.* A. habent. Praestat alterum, quod a recente manu in *Voss.* scriptum videtur, pro veteri αὐτῷ. (7) *Berol.* male ἡμᾶς. *Eustochius* enim tunc ad *Clearchum* proficiscebatur. (8) Ita codd. pro αὐτῷ *Berol.* (9) θαυμάσῃς *Reg. max.* (10) οὕτως *Voss.* & *Berol.* (11) Ita omnino *Voss.* nisi quod verbum ποιεῖν post καλῶς omittit. *Reg. max.* τῷ δὲ βούλεσθαι τῷ δύνασθαι καλῶς ποιεῖν ἠκολ. *Berol.* τὸ δὲ βούλεσθαι καλῶς ποιεῖν ἠκολούθηκεν. Ex his optimam lectionem elegisse mihi videor.

EP. CCXLIV. (1) Habes hanc epistolam apud *Fabricium* Tom. VIII. Biblioth. Graec. p. 37. & Tom. III. Anecdotorum meorum p. 293. ex *Reg. Berol.* Verterat etiam *Salvinus*, ex *Medic.* A. (2) εἰς *Medic.* A. male, & refragantibus Codd. ceteris, ipsoque sensu. (3) Sic ex *Voss. Reg. max.* & *Medic.* pro δέ σοι *Berol.* (3) Haec scribendi occasionem Scholiastes *Berolin.* ita edisserit: Συνῆψε τὸν Θεμίστιον ὁ Λιβάνιος τόνους καινούς, ὡς ἔτυχεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, βασιλεύοντος Ἰουλιανοῦ, ἐδίδαξεν ὅντινα ... περὶ τοῦ γάμου, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ὡς οὐκ ἔστι νῦν ἐμοῦ καιρὸς τοῦ τίκτειν λόγους, ἀλλὰ παῖδας τῆς γυναικὸς, ὧν ἀρτίως γάμους ἐλπίζω καὶ πατὴρ ἔσεσθαι παίδων. Ταῦτα γὰρ ἐπαγγέλλεταί μοι τῆς γυναικὸς γαστὴρ ἐπειγομένη τεκεῖν, ... Ταῦτα γράψαντος Θεμιστίου εὔχεται ὁ Λιβάνιος ἀλλ' εἴη κ. τ. λ. Nescio, utrum haec particula sint epistolae Themistii ad Libanium, an Scholiastae ingenio debeantur. De sensu verborum facile cuique constiterit. (4) Comparatione hac passim utitur *Homerus.* (5) Sic ex *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. pro αὐτὸ *Berol.* Intelliguntur autem *Philosophi*, quod Scholiastes recte monuit. (6) Hoc nomine CPolin appellare solent veteres. Vide *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Orat. I. p. 75. (7) καὶ προσλαβούσῃ *Reg. max.* & *Medic.* κ. προλαβούσῃ *Voss.* at *Berol.* prorsus omittit. (8) οὕτω, *Medic.* solus, non inconvenienter. Per *Themistium* enim magnam reddi significat noster. (9) Vide epistolam proxime superiorem. (10) *Voss.* ex emendat. recente, pro τιμηθῇ quod olim ibi erat, & in *Reg. max.* legitur. Nostrum illud firmant *Medic.* & *Berol.* (11) τό, *Medic.* male. (12) καινῆς codd. omnes, quos appellavi, & praeterea *Vatic.* A. Interim videri poterat legendum καινῆς. Nihil tamen mutavi, cum κοινὴ θοίνη commode dicatur oratio, quae publice recitatur. De voce θοίνη lege sis *Bochartum.* Parte I. Hierozoici p. 349. (13) ἑστιᾷ *Reg. max.* male. (14) πάντως *Reg. max. Voss.* & *Medic.*

EP. CCXLV.

MODESTO.

Recte mihi Poëtae videntur de amore judicasse, invictum illum appellantes, postquam & *Strategius*, eo permotus, hoc tempore, relictis uxore, liberis & aliis, quae cara habet, currit te ipsum visurus. Ipse quidem celare conatur hunc affectum, & videri vult tributorum causa profectus. Mihi vero non obscurum fuit, tua praecipue causa id factum, quanquam & alterum non illibenter sit curaturus. Patet itaque, benignis te oculis illum excepturum, quem inter cetera accuratum porticus interpretem es habiturus, circa quam ille multum caloris & fumi pertulit, gaudens, se suo labore gloriam tibi parare posse. Quod enim sub initium non amplam spem faciebat, hoc, ad finem deductum, nullam hominum aetatem silentio se praeterire patitur, sed oculos in se convertit, ut viderit nemo, quin eam sit miratus. Tibi igitur universam civitatem, te vero illi gratiam habere oportet. Tu enim ornatus hujus auctor & suasor exstitisti, hic vero tibi servit. Gratia autem sat magna fuerit, si laudes eum, & idem nobiscum statuas. Nostra vero sententia est, *Strategium* virum generosum esse, quem nemo unquam benefactis vicerit. Majora is rependere semper studet, &, dum studet, nunquam non invenit.

CCXLV. ΜΟΔΕΣΤΩι. (1)

Καλῶς μοι δοκῦσιν οἱ ποιηταὶ περὶ τῦ ἔρωτος ἐσκέφθαι, καλῦντες αὐτὸν ἀνίκητον (2) ὁπότε καὶ Στρατήγιος, (3) ἐνθένδε (4) κινέμενος νῦν (5) ἀφεὶς γυναῖκα καὶ τέκνα, καὶ τἄλλα, ἐφ' (6) οἷς ἥδεται, τρέχει (7) τὴν σὴν ὀψόμενος κεφαλὴν, καί τοι κρύπτειν μὲν ἐπιχειρεῖ τὸ πάθος, ὡς ὑπὲρ εἰσφορῶν δραμών (8). Ἐμὲ δὲ οὐ λέληθέ σε μὲν ἔργον θέμενος, οὐκ ἀηδῶς δὲ κἀκεῖνο θεραπεύσων (9). Εὔδηλον οὖν, ὅτι αὐτὸν ἡμέροις ὄψει τοῖς ὄμμασι, τάτε ἄλλα καὶ μηνυτὴν ἔχων τῆς στοᾶς (10) ἀκριβῆ, περὶ ἣν ἦτος πολὺ καῦμα (11) πολὺν δὲ καπνὸν ἠνέσχετο, χαίρων, ὅτι σοι παρέχει ἐν τοῖς αὐτῦ πόνοις κτήσασθαι δόξαν. Ὃ γὰρ ἐν προοιμίοις οὐκ ἦν λαμπρᾶς ἐλπίδος, τῦτο πρὸς τέλος ἐρχόμενον οὐδεμίαν ἡλικίαν (12) ἐᾷ σιγῇ παρελθεῖν, ἀλλ' εἷλκέ τε τὰς ὄψεις, καὶ, ὅστις εἶδε, ἐθαύμασε. Σοὶ μὲν οὖν ὅλην τὴν πόλιν, σὲ δὲ τύτῳ προσήκει χάριν εἰδέναι. Σὺ μὲν γὰρ εἰς νῦν ἐβάλου τὸν κόσμον, σοὶ δὲ ὗτος διηκονεῖ. Ἔστι δὲ ἀρκῦσα χάρις, ἢν (13) ἐπαινῇς τε αὐτὸν, καὶ νομίζῃς, ὅπερ ἡμεῖς. ἡ δὲ ἡμετέρα ψῆφος Στρατήγιον ἄνδρα εἶναι (14) γενναῖον, ὃν οὐδεὶς ἐνίκησεν εὖ ποιῶν, ὗτος ἀμοιβὰς ἀεὶ ζητεῖ μείζους, (15) καὶ ζητῶν οὐκ ἔστιν, ὅτε οὐχ εὗρεν (16).

DEMETRIO.

Bonum factum, quod somnia te excitarunt. Interim probe scio, quod & sine somniis id omne de praediis meis facturus fuisses, quod olim facere coepisti. Nam & illa fas est mea vocare, & haec tua. Existimare enim mihi videris, te peccaturum, si qua re, qua non & ego, fruaris. Quoniam vero dona tibi rependere non licet, accipe, quaeso, à nobis somnium pro somnio. Servum jusseram candelam accendere, ad te scripturus. Eo cunctante, obdormivi. Visus itaque sum apud vos esse, & te quaerere, adesse vero qui me per illustre theatrum duceret; anum autem ignorantem, quo

CCXLVI. ΔΗΜΗΤΡΙΩι. (1)

Ἀλλὰ καλῶς μὲν ἐποίησε τὰ ὀνείρατα κινήσαντά σε. Εὖ μέντοι οἶδα, ὡς καὶ ὀνειράτων ἄνευ τῦτο ἂν ἐποίεις, ὃ πάλαι ἤρξω ποιεῖν, ἀπὸ τῶν χωρίων τῶν ἐμῶν. Δεῖ γὰρ ἐκεῖνά τε ἐμὰ καλεῖν, καὶ ταῦτα (2) σά. Δοκεῖς γάρ μοι μείζω ἀδικήσειν, εἴ τινος ἀπολαύσεις (3) οὗ μὴ καὶ ἐγώ. Ἐπεὶ δὲ τὰ δῶρά σοι (4) οὐκ ἔστιν ἀμύνασθαι (5), δέχου παρ' ἡμῶν ἐνύπνιον (6) ἀντ' ἐνυπνίου. Τὸν παῖδα κελεύσας ἅπτειν λύχνον, ὡς ἐπιστείλαιμί σοι, ἐπεὶ δὲ ἔμελλε, κατέδαρθον (7), καὶ ἔδοξα παρ' ὑμῖν τε εἶναι, καί σε ζητεῖν. ἄγειν (8) οὖν μέ τινα δι' ὑψηλοῦ θεάτρου, γραῦν

λίκας ἐδίδου δωρεὰς καὶ περὶ τὴν εἰς οὐρανὸν πορείας Ἡρακλῆς. Ἄλλος μὲν οὖν ἐπαινέσας τὴν περὶ τοὔνομα τέχνην ἀπηλλάγη τῶν ἄλλων οὐδὲν εἰδώς. ἐμοὶ δὲ δοκεῖς οὐ μᾶλλον τῷ διδάσκειν ὠφελεῖν, ἢ τῷ μετὰ κάλλους εὐφραίνειν. κάλλη δέ σοι τὰ μὲν ἐξ Ἰταλίας, τὰ δὲ ἐξ Αἰτωλίας, ἐνταῦθα μὲν ἀπὸ τῆς εἰκόνος (28), καὶ τῶν ἐν οἴνῳ (29) πεπραγμένων. ἐκεῖ δὲ ἀπὸ τῶν διὰ τῆς Εὐριπίδου σεσωσμένων (30). Ὁρᾶν γὰρ δὴ δοκῶ τοὺς ἐκπεπληχότας (31) καὶ τρέμοντας, φαιδροὺς ἐπὶ τοῖς ᾄσμασι καὶ τεθαῤῥηκότας. καὶ χαίρω γε, νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ὅτι μοι ὁ Εὐριπίδης. (32) οὐκ ἀγνοεῖς δὲ, ὅπως προσκάομαι τοῦ ποιητοῦ, ὃς (33) ἠτυχηκόσι τῶν πολιτῶν ἀπὸ τῶν δραμάτων ἐφύλαξε τὰς ψυχὰς, ὃν μοι δοκεῖς καλέσαι (34) μάρτυρα μόνον οὐχ ὡς οὐκ ἔχων καὶ ἄλλους (35) ὑπὲρ τῶν αὐτῶν καλεῖν, ἀλλ' ἵνα μοι προσλέγειν (36) τἀμὰ παιδικὰ μόνον καὶ τῇδε χαρίζοιο. Πεποίηκας γὰρ προσόμοιόν τι, τῷ πόμα μὲν ὅτι δήποτε παρὰ τοῦ διψῶντος αἰτηθέντι, δόντι δὲ Θάσιον οἶνον (37), διότι τὸν ᾐτηκότα ἠπίστατο τῷ Θασίῳ προσκείμενον. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὁμοῦ καὶ δίψος ἀκέσασθαι, καὶ μετὰ μείζονος ἡδονῆς. Εἶτα οὐ σύγε εὐδαίμων (38) ὡς ἀληθῶς τοιαῦτα διερευνώμενος, καὶ τοιαῦτα δωρούμενος, μᾶλλόν γε ἢ Ἀνθεμίων καὶ Ἰσχόμαχος (39) ἐπὶ τῷ μεγέθει τῶν χρημάτων, (40) καὶ Νικίας (41) ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν ἀνδραπόδων. Ἐμοὶ (42) γὰρ εἴη τοιαῦτα ἰχνεύειν ἕνα ἔχοντι Δᾶον (43).

quanta dona Hercules etiam ante abitum in coelum impertiverit. Alius quidem studium in vocibus collocatum suum faceret, & reliquorum omnium ignarus acquiesceret. Tu vero mihi non magis docendo, quam cum decore delectando prodesse videris. Decus vero tibi accessit tum ex Italia, tum ex Aetolia, hinc quidem ab imagine & iis, quae de vino acta sunt; hinc autem ex illis, qui per *Euripidis* carmina sunt servati. Videor enim mihi videre multos, qui consternati antea & timidi, carminibus ejus hilares evaserint, & fiduciae pleni. Gaudeo equidem, ita Minerva me amet, quod *Euripides* mihi salvus sit. Non enim ignoras, quanto hujus Poëtae amore flagrem, qui civibus alias infelicibus dramatibus suis animos fecit. Hunc autem unum testem mihi adduxisse videris, non quod alios in eandem causam advocare non posses, sed, ut delicias meas tantum afferens etiam hac in parte gratificareris. Fecisti enim aliquid simile illi, qui à sitiente potum qualemcunque rogatus Thasium ipsi vinum suppeditaret, eo quod sciret, petentem Thasio delectari. Hoc ipso enim & sitis illi, & cum majore voluptate sedatur. Nonne itaque felix tu es, qui tam recte has res perscrutatus sis, & tam praeclara donaveris. Felicior certe, quam Anthemion, Ischomachus ex divitiarum copia, & Nicias ex multitudine mancipiorum. Mihi enim ista investigare facile foret, si vel unicum Davum haberem.

CCLIX. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι, (1)

PRISCIANO.

Λουκιανὸς, ὁ οὐ πάντα εὐτυχὴς, αὐτὸς μὲν οὐκ ἐτόλμησέ μοι προσελθεῖν. οὕτως (2) ὧν προσήχθη ποιῆσαι κατεγνώκει. (3) ὁ δὲ ἐμοί καί σοι φίλτατος, καὶ ᾧ μὴ χαριζόμενος αἰσχυνοίμην ἂν Παγκράτιον τὸν ἄρχειν ἐπιστάμενον καὶ λέγειν, καὶ ᾧ τὸ τιμᾶσθαι κατὰ τοὺς τρόπους μᾶλλον ἢ τὴν δόξαν ἐγένετο τοῦ πατρός. οὗτος δὴ ὁ Παγκράτιος ἐκέλευσέ με συγγνώμην αἰτεῖν ἐν γράμμασι, τῷ μὲν μεμφόμενος, σὲ δὲ δώσειν ἐλπίζων. ὁ δὲ Λουκιανὸς εἱστήκει σιγῇ κύπτων εἰς γῆν, καὶ ἠλέησα τὸν ἄνθρωπον ὁμολογοῦντα τῇ σιγῇ (4) μηδὲν ἔχειν εἰπεῖν. Δεό-

Lucianus, non usquequaque felix, ipse quidem me convenire non ausus est: adeo damnaverat ipse, ad quae perpetranda adductum se vidit. At communis noster amicus, & talis, cui non gratificari pudori ducerem, *Pancratius*, qui non minus imperandi, quam dicendi peritus est, quique magis ob mores suos, quam ob paternam gloriam honore dignus habetur, *Pancratius*, inquam, jussit me per literas veniam te petere, illum quidem objurgans, te vero illam largiturum sperans. *Lucianus* quidem silens, & in terram prospiciens stabat: ego autem miseratus sum hominem, silentio ipso testatum, nihil

(28) Videtur *Eudaemon* in Aetolia statuam quandam erexisse. Schol. *Berol.* ad vocem εἰκόνος haec habet: ἣ τοῦ Φιλοτρόπου, ἢ τῶν παλαιῶν Τρωϊκῶν μεμύνησι. (29) *Boivinius* legere malebat ἐν Ὀαίοις: nescio quo consilio. Codices hic consentiunt: alioquin legendum putarem ἐν οἴκῳ. (30) Schol. *Golianus* explicat: ἤγουν τῶν δραμάτων Εὐριπίδου φυλαττομένων μαθητῶν. Hic itaque sensus videtur, effecisse Eudaemonem, ut juvenes studiosi ad Euripidem revocarentur, a quo ante fuerint alieniores. (31) Schol. *Golianus*: τοὺς μαθητὰς τεθορυβημένους διὰ τὸ μὴ ᾄδειν εὖ τὰ ἔπη. καὶ τεθαῤῥηκότας ἀκούοντάς τι τοῦ Εὐριπίδου ὑπὸ τοῦ Εὐδαίμονος. (32) Idem *Schol.* supplet per: ταῦτα ἐποίησε. (33) ὃς omittunt *Voss.* & *Reg. max.* habent autem *Barocc.* & *Ambros.* (34) In suis nempe ad Libanii quaesita responsionibus ad *Euripidem* provocans. (35) Ita *Barocc.* & *Ambros. Voss.* & *Reg. max.* ἄλλως. (36) Ita codd. plerique: at *Voss.* & *Reg. max.* παράγειν. (37) *Thasium* vinum alias optimum habebatur. Vid. *Erasmi* Chiliadas p. 446. (38) ad *Eudaemonis* nomen alluditur. (39) Sic *Voss. Reg. max.* & *Reg. Berol.* Ἰσχόμαχος *Reg. minor*, *Ambros.* & *Barocc.* Non memini Anthemionem & Ischomachum alias opum copia celebrari. (40) Ita codd. plerique. χρημάτων *Reg. max.* & *Voss.* in quo tamen recente manu per χρημάτων videtur emendatum, quod etiam in *Vossiano* est. (41) de *Nicia* Plutarchus in Parallelis. (42) Quae sequuntur desunt in *Barocc. Reg. minore Ambros.* T. 5. *Mutin.* C. & *Medic.* D. Habent autem ceteri, recte. Proxime enim ante mentio fit mancipiorum plurium, & hic iterum unus servus memoratur. (43) *Reg. Berol.* Schol. exponit δοῦλον. Δᾶος scilicet est *Davus*, servi nomen, teste Hesychio in Δᾶος. Omisi supra afferre ex eodem Scholiaste *Berolin.* scholion ad vocem γραμματείοις ita habens: γραμματεῖον, τὸ μικρὸν γράμμα. Σουίδας. ἐμοῦ δέ τι μεταξὺ λέγειν ἐπιχειροῦντος, ἀναδείκνυται γραμματεῖον ἀναμέσον τοῦ πλήθους. γραμματεῖον δὲ τὸ ἐξ στίχων. Ἀριστοφάνης· φέρε ναὶ τὸ γραμματεῖον. καὶ γραμματεῖον τὸ γράμμα. Σουίδας· καὶ τὸ γραμματεῖον τὸ λοίδορον εἰς κοινὸν ἅπασιν ἀναγνωσθῆναι. καὶ γραμματεῖα τὰ τοῦ Ὁμήρου γράμματα. Σουίδας. ὧν ἐν τοῖς γραμματείοις ἀποτρεπτιαζόμεθα.

EP. CCLIX. (1) In *Reg. Berol.* scriptum est male Μιστιανῷ, *Reg. max. Voss.* & *Barocc.* 9. recte Πρισκιανῷ. Ἀνεπίγραφος inscribitur in *Medic.* A. & B. (2) ὄντως, *Barocc.* 9. (3) κατέγνωκε, *Berol.* (4) τῇ σιγῇ, *Berol.* & *Medic.* A.

(5) Ita

hil se habere, quod regereret. Precor itaque te, vel potius nonnihil subjiciens postea precaturus sum. *Admetum* meministi hostem suum servare, atque *Themistocli* adeo non nocere, ut potius omnia conferret, quo eo citius illuc veniret, quo tendebat. Nec obscurum tamen erat, dum ipsum juvaret, adfligi eos, qui eum tradi sibi volebant. Illi vero inter Graecos maximas urbes constituebant. Et vel sic preces supplices inimici sui magis reverebatur, quam timebat periculum. Numquid igitur Molossorum Regem ob hanc humanitatem inter stupidos referes, an potius ob tantam animi magnitudinem admirandum judicabis? Numquid idem hujus rei caussa magis quam ob imperium felix tibi praedicabitur? Quae igitur admiraris, ea te precor imiteris, atque adeo aut ab ira in illum desistas propter amicos, aut, si ei indulgeas, amicos adfligere pergas. Male omnino egit *Lucianus*. At, dum ipse id profitetur, non opus est accusatore. Quis enim convincendum putet reum confitentem? Veniae potius faciendae nunc tempus est, quandoquidem reus facinus ne negat quidem, imo vero propterea se ipsum discruciat. Nos vero insuper, qui omnia tua probari aliis cupimus, junctis precibus te obtestamur, tu vero nos, ut par est, non insuper habebis, neque majorem ab isto homine poenam posces, quam ut persuasum sibi habeat, maximam se promeruisse. Poteram facili opera epistolam hanc protendere. Sed veritus sum, ne amicum apud amicum verbosum esse debere non censeas. Ita vero in se invicem affectis vel nutus sufficit. Itaque nullo opus est additamento, sed excusatione potius, quod tam multa scripserim.

Δέομαι δή σου, μᾶλλον δὲ τοσοῦτον ὑπτιπὼν (5) εἶτα δήσομαι. τὸν Ἄδμητον ὅταν εὑρίσκῃς σώζοντα τὸν ἐχθρὸν, (6) καὶ τοσοῦτον ἀπέχοντα τοῦ ποιῆσαι τὸν Θεμιστοκλέα κακῶς, ὥστε καὶ συμπράττειν, ὅπως ἥξῃ τάχιστα, εἴπερ ὥρμητο. καί τοι οὐκ ἦν ἄδηλον, ὡς ἐν τῷ βοηθεῖν ἐκείνῳ λυπεῖν (7) ἦν τοὺς ἐξαιτοῦντας. οἱ δὲ ἦσαν αἱ μέγισται τῶν Ἑλληνίδων πόλεων. (8) ἀλλ' ὅμως τὴν ἱκετείαν τοῦ δυσμενοῦς ᾐδέσθη μᾶλλον ἢ τὸν κίνδυνον ἐφοβήθη. πότερον οὖν (9) τῇ φιλανθρωπίᾳ (10) τὸν βασιλέα τῶν Μολοττῶν εἰς ἀναισθήτους τίθης ἢ θαυμαστὸν ἄγεις τῇ μεγαλοψυχίᾳ; καί σοι δοκεῖ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἂν εἰκότως ἢ τὴν ἀρχὴν μακαρίζεσθαι; Νῦν δή σου δέομαι μιμήσασθαι, εἰ θαυμάζεις, καὶ τὴν πρὸς τοῦτον ὀργὴν (11) ἀπελεῖν διὰ τοὺς φίλους, ἢ τηροῦντα ταύτην ἀνιᾶσαι τοὺς φίλους. Ἠδίκει Λουκιανὸς, αὐτὸς τοῦτό φησιν, ὥστ' οὐδὲν δεῖ κατηγόρου. τί γὰρ ἄν τις ἐλέγχοι τὸν γε ὁμολογοῦντα. Καιρὸς οὖν τῆς συγγνώμης οὗτος. τοῦ μὲν ἐν ταῖς αἰτίαις οὐκ ἀρνουμένου, καὶ κατεσθίοντος (12) ἀντ' ἐκείνων (13) αὐτόν. τῶν δὲ τὰ σὰ βουλομένων εὐδοκιμεῖν συνδεομένων ἡμῶν, σοῦ τ' εἰκότως ἂν μήθ' ἡμᾶς ἀτιμάζοντος, δίκην δὲ εἰ ζητοῦντος παρὰ τοῦδε μείζω τοῦ πεπεῖσθαι (14) τοῦτον αὐτὸν, (15) ὡς ἄρα ὀφείλει τὴν ἐσχάτην. Ἦν μοι ῥᾷστον ἀποτεῖναι τὴν ἐπιστολὴν, ἀλλ' ἔδεισα, μὴ οὐ δόξῃ φίλου πρὸς φίλον εἶναι τὸ μῆκος. Τοῖς γὰρ οὕτως ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους, ἀρκεῖ καὶ νεῦσαι. Οὔκουν δεῖ προσθήκης, ἀλλ' ἀπολογίας μᾶλλον τοῦ τοσαῦτα εἰρῆσθαι.

AUXENTIO.

Non magis munera tua recipiens te amari a me ostendi, quam antea tristatus iis, ex quibus tristitia afficiebar. Amantis enim, puto, & aemulantis erat, non permittere, ut quicquam tuorum, me vivo, alterius ope perficeretur. Hoc animum angebat. Tu vero forte egregie tibi placebas, alter quidam *Phaon* tibi visus.

CCLX. ΑΥΞΕΝΤΙΩ. (1)

Οὐ τῷ δέξασθαι τὰ ξένια μᾶλλον ἔδειξα τὸ φιλεῖν, ἢ τῷ λυπηθῆναι πρότερον οἷς ἐλυπήθην. Ἦν γὰρ ἐρῶντος (2) οἶμαι καὶ ζηλοτυποῦντος τό τι τῶν σῶν ἐμοῦ ζῶντος (3) ὑφ' ἑτέρου (4) πράττεσθαι μὴ φέρειν. Ἐντεῦθεν ἐγὼ μὲν ἐδήχθην τὴν καρδίαν. (5) σὺ δὲ ἴσως ἐκαλλωπίζου, Φάων (6) τις ἕτερος ἡγούμενος εἶναι.

DEMETRIO.

Et ipsae literae tuae, & omnia, quae a te proficiscuntur, festum nobis gaudium parant. Bonum

CCLXI. ΔΗΜΗΤΡΙΩ.

Ἀλλ' αὐτά γε (1) ἑορτὴ τὰ σὰ γράμματα καὶ πᾶν, ὅ, τι περ ἂν ἀφίκηται παρά σου. Καλῶς (2) δὲ ἐποίη-

(5) Ita *Reg. max. Voss. Medic.* A. & *Barocc.* 9. at *Berol.* ἀνυπτιῶν. Respicit Libanius Admeti illud in Themistoclem; quod allaturus erat ante, quam peteret. (6) I. e. Themistoclem, de quo mox. Vide *Plutarchum* in Themistocle, Tom. I. p. 123. (7) εἰπεῖν, *Medic.* A. male. (8) Athenienses & Lacedaemonios vult, quod recte monet Schol. *Berolin.* (9) πότερ' ἂν *Reg. max.* πότερον *Medic.* A. & *Barocc.* 9. sine ἂν. (10) ἢ φιλανθρωπίαν, *Berol.* male. *Barocc.* prorsus omittit. *Benzel.* B. plane ut edidimus. (11) ὀργὴν, *Berol.* male. (12) Schol. *Berol.* ita explicat: δαπανῶντος τὰ ἑαυτοῦ αὐτ' ἐκείνων τῆς ἀνίας. At rectius accipitur de moerore, quo se conficiat *Lucianus*. Eodem sensu noster Tom. II. Opp. p. 612. dicit ἐσθίειν αὐτόν. Latini, *cor edere*: (13) αὐτὸ τοῦτον *Baroc.* αὐτὸν *Berol.* male omittit. (14) ποιεῖσθαι, *Medic.* male. *Baroc.* πεπεῖσθαι. (15) τοῦτο αὐτό, *Berol.* refragantibus ceteris omnibus. (16) Ita codd., quos dixi, omnes, nisi quod *Medic.* pro γὰρ habet ἄρ'. *Berol.* male: οἱ γὰρ οὕτως ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους αἰνεῖν καὶ νεῦσαι

EP. CCLX. (1) Huic inscribitur in *Voss.* & *Reg. Medic.* In *Reg. Berol.* inscriptio bibliopegi culpa perierat. (2) ἐρῶντα-ζηλοτυποῦντα. *Berol.* male. (3) ἐμοῦ ζῶντος *Berol.* male. (4) Idem non rectius ἑτέρων. (5) Ita *Aristophanes* Acharn. v. 1. δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν. Confer, quae de hac phrasi supra ad ep. ad *Philagrium* dixi. (6) Schol. *Berol.* ita: Φάων, Φασὶ παροιμία, ἐπὶ τῶν ἐρωμένων καὶ ὑπερφρονούντων. ὁ γὰρ Φάων ἐρασθεὶς φασιν ὑπὸ πολλῶν καὶ Σαπφοῦς οὐ τὴν ποιήσασαν, ἀλλὰ Λεσβίαν τινὰ, καὶ ἀποτυγχάνουσαν ῥῖψαι ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς Λευκάδος πέτρας. Vide quae de hoc argumento nuper dixit charissimus frater meus in Vita Sapphus, hujus carminibus Hamburgi 1733. editis, praemissa. Adde Interpretes ad *Aelian.* XII. 19.

EP. CCLXI. (1) Sic Codices, alioquin legendum videri poterat αὐτή γε, ut referatur ad ἑορτή. (2) Ita *Reg. Berolin.* at *Voss.* & *Reg. max.* καλῶς

(3) Schol.

πνήσας καιρὸν τοῖς ξενίοις εὑρών. νῦν μὲν γὰρ ἡμῖν ὡς ἀληθῶς ἔπεμψας, τότε δ' ἂν εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἁρπάζειν βλεπόντων. Ὁ μὲν οὖν Εὔφημιος ἐπειδὰν ἔλθῃ, δώσει τὰς ἀποκρίσεις. Νῦν μὲν γὰρ ὡς τὸν βασιλέα, θήρᾳ τερπόμενον, ἔδραμε καλούμενος. Ὑπὲρ δὲ τοῦ σίτου (3) πάντα (4) μὲν οἶμαι κινήσειν τὸν χρηστὸν Ὀλύμπιον, πράξειν δὲ ἢ οὐδὲν, ἢ μικρὸν, ἢ πολύ γε βέλτιον τοῦ μηδενός. Τὸ δὲ αἴτιον, ὁ τοῦ δοῦναι κύριος ὀμώμοκε πολεμήσειν ταῖς Μούσαις.

Bonum factum, quod opportunum muneribus tuis tempus invenisti. Nunc enim vere ea nobis misisti, alias vero in manus eorum tradidisses, qui de rapina cogitabant. Ubi advenerit *Euphemius*, respondebit. Nunc enim ad Regem, venatione se delectantem, vocatus excurrit. De salario quidem omnem operam speto daturum humanissimum *Olympium*, ut vel nihil, vel parum, aut nihilo non multo majus esse effecturum. Causa haec est, quod is, qui dare poterat, perpetuum Musis bellum juratus indixit.

CCLXII. ΕΥΘΗΡΙΩι.

Συκοφάντην σε τὸ ἐρᾷν (1) πεποίηκε, καὶ πάντας πλὴν ἐμοῦ νομίζεις οὐδέν (2). Ἔστι δὲ ὁμοίως ἄτοπον, καὶ φαύλους ἐπαινεῖν, καὶ μὴ θαυμάζειν τοὺς ἀγαθούς. Ἀκάκιον (3) δὲ μὴ νομίζων ἕνα τῶν περὶ τὸν Ἑρμῆν, ἐμέ τε λυπεῖς, καὶ πρὸ ἐμοῦ τὸν Θεόν. Οὐκοῦν ἐκβαλοῦμεν, ἅττα ἔχει μαθὼν παρ' ἐκείνου Φιλόπατρις (4), ἀλλ' ἐποικοδομεῖν πειρασόμεθα, καὶ δέξεται λόγους τοῖς ἔμπροσθεν ἀδελφούς (5).

EUTHERIO.

Amor te sycophantam fecit & omnes praeter me pro nihilo habes. Jam vero aeque absurdum est, malos laudare, & bonos non admirari. Dum vero *Acacium* non putas ex eorum esse numero, qui Mercurium consectantur, & me, & prae me Deum ipsum offendis. Abjiciemusne igitur, quaecunque ab eo didicerit *Philopatris*. Imo vero jactis illis fundamentis alta superstruere conabimur, & accipiet dicendi praecepta superioribus similia.

CCLXIII. ΙΦΙΚΡΑΤΕΙ.

Οὔτ' ἀληθῆ γράφεις, οὔθ' ἡμῖν κεχαρισμένα, ὃς τοσοῦτον ἡμῖν προσεπάλαισας χρόνον (1). Παρ' ἡμῖν δὲ εἰ μέν τι κεῖται χρηστὸν, οὐκ οἶδα. τῶν δὲ ὄντων ἀπολαῦσαι πρόκειται τοῖς ἐθέλουσι, μᾶλλον ἢ κρηνῶν. καὶ τῶν νέων (2) οὗτος φιλεῖται πλέον, ὅστις αἴτιός μοι πλείω ποιεῖν. Φιλόπατρις δὲ εἰ πείσειεν αὐτὸν κτῆμα καλὸν εἶναι (3) τοὺς λόγους, ἥξει φέρων ὑμῖν, (4) ἐφ' οἷς ἡδίω σε ποιήσει. Σὺ μέντοι με ἤδη πεποίηκας ἡδίω, τὸν ἄρχοντα φάσκων (5) εἶναι τοῦτο, ὃ καλεῖται (6). Καὶ ἔχω χάριν Εὐθηρίῳ μὲν, ὅτι ἐστὶν ἀγαθὸς, σοὶ δὲ, ὅτι τοιαῦτα περὶ Εὐθηρίου μηνύεις.

IPHICRATI.

Neque vera scribis, neque grata nobis, qui tamdiu nobis sis obluctatus. Numquid vero in me sit, quod gratum tibi esse possit, nescio. Quae vero habeo, illis frui integrum est volentibus, magis quidem, quam fontibus. Inter juvenes is a me magis amatur, qui ut plura praestare possim, efficit. *Philopatris* vero, si persuasum sibi habuerit literas egregium esse peculium, revertetur, tales vobis reportans, quibus te delectabit. Tu quidem me laetiorem jam fecisti, nuncians, imperantem eum esse, qui vocatur. Et gratias quidem habeo *Eutherio*, quod probus est, tibi vero, quod talia de *Eutherio* nuncias.

CCLXIV. ΕΥΣΕΒΙΩι.

Σὺ μὲν, ἃ πατέρα (1) εἰκὸς, ἐπέσταλκας. ἐγὼ δὲ οὐδὲν βελτίων ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς γεγένημαι. Ἃ γὰρ ἂν ἄλλος ἐπὶ τοῖς γράμμασιν ἔπραττε, ταῦτ' ἐποίουν ἐγὼ, πρὶν ἥκειν τὰ γράμματα. Ὅστις δὲ ἁπάσῃ τῇ ῥώμῃ χρώμενος εἶτα παρακαλεῖται, τὸ χαρίσασθαι τοῖς παρακαλοῦσιν οὐκ ἔχει. Μεμνημένος δὲ ἀμοιβῶν ζητεῖς (2) καὶ τὰς

EUSEBIO.

Tu quidem ea, quae Patrem decent, scripsisti. Ego vero per epistolam tuam nihil melior factus sum. Quae enim alius post acceptam epistolam fecisset, ea feci ego ante, quam epistola tua veniret. Qui vero, omni jam opera usus, postea monetur, non habet, quo monentibus gratificetur. Tu vero de reddendis vicibus mentionem faciens, de illis etiam cogi-

(3) Schol. *Berolin.* explicat: σιτηρεσίου τοῦ διδομένου τοῖς σοφισταῖς παρὰ τοῦ βασιλέως. Rhetorem igitur seu eloquentiae Professorem agebat *Demetrius*. (4) Scilicet λίθον, quam phrasin receptam esse constat.

EP. CCLXII. (1) Sic scribo cum *Reg. max.* & *Voss.* ἔργον habet *Reg. Berol.* male. (2) Eodem sensu dicunt Graeci οὐδὲν εἶναι aliquem. Vide quae scripsimus in *Curis* nostris ad 1 *Corinth.* I. 28. & 2. XII. 11. (3) Rhetor is erat disertissimus, quod alias ostendimus: ideo Mercurio ipsum, ab eloquentia scilicet, charum esse affirmat. (4) Hic *Eutherii* filius est, qui, disciplina Acacii antea usus, Libanium audire inposterum debebat. Confer infra ep. 265. (5) Res quaecunque aliis similes ἀδελφοὶ τύποις vel τύποι dicuntur. Vide *Perizonium* ad *Aeliani* Var. Histor. II. 18. & *Philostratum* in Vita Apollonii II. 18. p. 69.

EP. CCLXIII. (1) *Reg. Berolin.* mendose, omissis ceteris ita: οὔθ' ὑμῖν προσεπάλαισας χρόνον. Nostrum habent *Voss.* & *Reg. max.* (2) Et hic male *Berol.* τῶν δὲ ὄντων νέων, omissis, quae interjiciuntur, reliquis. (3) καὶ εἶναι, *Berol.* male. (4) Codd. quos dixi, habent ἡμῖν, at sensus ὑμῖν requirit. Philopatris enim apud Libanium erat literis imbuendus, postea ad suos reversurus. (5) φάσκειν, *Reg. max.* male. (6) Fortasse ad *Eutherii* nomen alluditur, qui sit εὖ θηρᾶσθαι δυνατός.

EP. CCLXIV. (1) Ita *Reg. max.* πατέρα, *Vatic.* B. πρὸς πατέρα. Praestat prius. Deserendus vero est *Reg. Berol.* qui legit παρὰ forte ex non intellecto scribendi compendio. (2) ζητεῖ *Berol.* male.

EP.

cogita, quae me decent. Illae autem sunt, ut bene de me loquaris, si quid bene tibi factum sit. Pecuniam si multam desiderassem, nunc quidem non haberem exiguam.

τὰς ἐμοὶ πρεπούσας. Αἱ δέ εἰσιν εἰπεῖν τι περὶ ἐμοῦ βέλτιον, εἴ τι σοι γένοιτο παρ' ἡμῶν καλόν. χρημάτων δὲ εἰ πολλῶν ἐπεθύμουν, οὐκ ἂν ἦν μοι νῦν ὀλίγα.

HYPERECHIO.

Nisi *Eutherius* filium apud nos haberet, & ille, ut scriberes, petiisset, tacuisses omnino, sicut antea, quamvis dicendi artem te docuerim. Atque ea quidem tu alias uteris, resque tuas & tuens, & amplificans, ubi quidem loquendum est; adversus nos mutum praestas: idque, quum tibi omnia ex voto succedunt, resque a te gestae jucundam nunciandi materiem suppeditant. At non repetam a te poenam eorum, quae tibi exprobrare possum. Propterea & *Hieronem* prae ceteris curo, & *Philopatris* iisdem, quibus *Hieron*, fruetur, vel potius jam frui coepit, cum existimem, me tibi iis gratificari, quae in Armeniorum quendam contulero.

CCLXV. ΥΠΕΡΕΧΙΩι.

Εἰ δὲ μὴ παῖς ἦν Εὐθηρίῳ (1) παρ' ἡμῖν, κἀκεῖνος ἐδεῖτό σου γράφειν, ἐσίγας ἂν ὥσπερ πρότερον, καίτοι σε ἐδιδαξάμην λέγειν. Σὺ δ' ἐν τοῖς ἄλλοις τούτῳ χρώμενος, ᾧ τά τε ἴδια καὶ σώζεις, καὶ πλείω ποιεῖς, οὗ δεῖ τι (2) φθέγξασθαι, τὸ πρὸς ἡμᾶς ἄφωνος εἶ, καὶ ταῦτα πράττων, ὡς ἂν ἡμεῖς εὐξαίμεθα, καὶ τῶν πραγμάτων χρηστὰ δηλοῦν διδόντων. Ἀλλ' ἐγώ σε οὐκ εἰσπράξομαι δίκην, ὧν αἰτιᾶσθαι ἔχω. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἱέρωνα πρὸ πολλῶν ἐποιησάμην, καὶ Φιλόπατρις, ὧν περ Ἱέρων, τεύξεται, μᾶλλον δὲ ἤδη τετύχηκεν, ἐμοῦ σοι (3) χαρίζεσθαι διὰ τῶν εἰς ἐκεῖνον Ἀρμενίων ἡγουμένου.

CRISPINO.

Occupamur adhuc in literis tradendis, ut antea, quamvis non cum eadem, qua olim, voluptate. Tot enim & talibus hinc amicis, hinc cognatis defunctis, tristitiae multum, solatii vero nihil in promtu est. Adeo, ut, nisi valde me puderet, Musas, ne succenserent mihi, deprecatus, loco, in quo sum, relicto, ad agros colendos me conferrem. Sed haec quidem, quo Deus voluerit, cedant. Quae a nobis elaborata sunt, eorum quaedam habes; quae vero non habes, expone. Ita enim, quae habere debeas, docebis. Neque enim dignum mihi videtur, librarios frustra vexare. Significa itaque & *Theophilum* industrium, & nos tibi gratificandi studiosissimos invenies.

CCLXVI. ΚΡΙΣΠΙΝΩι.

Διατριβαὶ (1) μὲν ἡμῖν ἐπὶ λόγοις, οἷαί περ πρότερον, οὐ μέντοι γε ἡδοναὶ ταῖς ἔμπροσθεν παραπλήσιαι. Τοσούτων γάρ μοι καὶ τοιούτων καὶ φίλων καὶ συγγενῶν οἰχομένων ἡ λύπη κρατεῖ, καὶ τέρψις οὐδαμόθεν. ὥστ' εἰ μὴ λίαν ᾐσχυνόμην, παραιτησάμενος ἂν ταῖς Μούσαις μὴ χαλεπαίνειν, λιπὼν ἂν τήνδε τάξιν ἐγεώργουν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὅπῃ τῷ Θεῷ δοκεῖ, χωρείτω. τῶν δ' ἡμῖν πεπονημένων τὰ μὲν ἔχεις, ἃ δὲ μὴ ἔχεις, φράζε (2). Οὕτω γὰρ, ἃ δεῖ σε λαβεῖν, διδάξεις. Οὐ γὰρ ἄξιον ἡμῖν κόπτεσθαι τηνάλλως (3) τοὺς βιβλιογράφους. Μήνυε δὴ, καὶ τόνδε Θεόφιλον ἐνεργὸν εὑρήσεις, ἡμᾶς τί σοι χαρίζεσθαι βουλομένους.

HONORATO.

Videris nonnihil offendisse amicum nostrum, *Asclepium*. Neque enim extrema necessitate scribere me adegisset, nisi aliquid vel gravius, vel levius in eum commisisses. Ego vero multum eum precatus sum, ne qua tibi imputaret, quibus aegre tibi faceret. Suspicor autem, nostra tibi obstare, quo minus inde aliquid ad nos veniat. Cum enim non prorsus sit Melitides, (1) mutationem aliquam sentit. Propterea etiam silentium mihi imperavi, & eorum, quae olim scripseram, poenitebat. Licet vero mihi omnino etiam non scribenti, te amare. Quoniam autem urgens *Asclepius*, & dicens, se, quicquid futurum sit, nunquam destiturum, ad literas scribendas me adegit, tu quidem facito, quod hominem aequum decet.
Si

CCLXVII. ὉΝΩΡΑΤΩι.

Ἔοικάς τι λελυπηκέναι τὸν ἑταῖρον ἡμῶν Ἀσκληπιόν. οὐ γὰρ ἄν με ταῖς ἐσχάταις ἀνάγκαις ἐβιάζετο γράφειν, εἰ μή τινος αὐτῷ δίκην ὠφείλες, ἢ μείζονος, ἢ ἐλάττονος. Ἐγὼ δὲ πολλὰ μὲν ἐδεήθην αὐτοῦ, μὴ τοιαῦτά σοι φέρειν, ἐξ ὧν ἀνιάσει. Τεκμαίρομαι δέ σοι προσίστασθαι (1) τὰ ἡμέτερα, τῷ μηδὲν ἡμῖν ἐκεῖθεν ἐλθεῖν. ὅτι (2) γὰρ οὐ πάνυ Μελιτίδης (3) αἰσθάνεται τῆς μεταβολῆς. Διὰ μὲν δὴ ταῦτα παρῄνουν ἐμαυτῷ σιγᾶν, καί μοι μετέμελε τῶν ἔμπροσθεν ἐπεσταλμένων. Πάντως δ' ἔξεστί μοι καὶ μὴ γράφοντι φιλεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἄγχων Ἀσκληπιὸς, καὶ φάσκων, οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο ἀφήσειν, συνέβαλεν εἰς τὴν ἐπιστολὴν, ποίησον, ὃ τὸν δίκαιον εἰκός.
Εἰ

EP. CCLXV. (1) Ita *Reg. Berol.* recte quidem, quod patet ex ep. 262. ubi *Eutherio* respondetur de *Philopatride* sibi commendato. Itaque non legerim Εὐσεβίῳ cum *Voss.* & *Reg. max.* (2) οι habet *Berol.* & *Vatic.* A. omissum in *Reg. max.* (3) Ita *Berol.* & *Vatic.* A. Pro eo vero οι habet *Reg. max.*

EP. CCLXVI. (1) Διατριβὴ de juvenum informatione speciatim adhiberi patet ex *Apollonii* ep. 5. (2) ἃ δὲ μὴ ἔ. φ. desunt in *Reg. max.* Supplentur autem in *Voss.* a manu recente, quae verborum series omnino postulat. (3) Sic scripsi pro τηνάλως, quod est in *Voss.* & *Reg. max.* In *Vatic.* A. est εἰς ἄλλους.

EP. CCLVII. (1) Sic *Voss.* habet ex emendatione recente, cum olim, sicut & in *Regio max.* legeretur προΐστασθαι. (2) ὁ *Voss.* ex emendatione. (3) De homine fatuo proverbialiter dici constat, & alias monitum est.

(4) I,

Εἰ δέ τις ἀηδία γένοιτο διὰ τῶν γραμμάτων, ἀφεὶς τοὺς κήρυκας αἰτιῶ τὸν Ἀγαμέμνονα (4).

Si qua tibi ex epistola hac molestia nascatur, relictis nunciis Agamemnonem accusa.

CCLXVIII. ΤΩι ΑΥΤΩι. (1)

Ἰδού σοι καὶ Βασιλέως ἐπιστολὴ, βουλομένη, μηδὲν ἡμῖν ἀδικεῖσθαι τὸν Ὀλύμπιον, οὐχ ὡς οὐχὶ καὶ τῆς σῆς γνώμης ἀρκούσης τε καὶ τοῦτο ἀεὶ ζητούσης, ὅπως μηδὲν ἔξω τοῦ δικαίου πράττοιτο. Ἀλλ' οἱ τὸν ἄνδρα φιλοῦντες, πολλοὶ δὲ οὗτοι καὶ δυνατοὶ, τὸ (2) μηδὲν παρεῖναι τῶν φερόντων εἰς βοήθειαν, τοῦ τι (3) παραλιπεῖν ἡγήσαντο κάλλιον. καὶ ὅπως τάτε γράμματα ἔσαι, προὐνοήθησαν, καὶ πέμπειν ἐκέλευον, ὥστε οὐκ ἦν ἀπειθεῖν. Ἀλλ' ὅμως εἴ τι κατὰ τὴν ἡμῶν ἐκεῖθεν χωρῇ, τὸν τοῦ παντὸς οὐκ ἀγνοήσομεν κύριον, οὐδ' ὅτι τοῖς τοιούτοις γράμμασιν ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ψήφου τὸ κρατεῖν, ἢ μή.

EIDEM.

En tibi & Regis epistolam, quae vult ut *Olympius* nullo modo laedatur; non quidem, quasi tua animi sententia hic non sufficiat, aut huc semper tetenderit, ut nihil praeter jus & fas fieret. Sed, qui virum amant, (illi vero & multi sunt, & potentes,) praestare crediderunt, nihil eorum, quae opem ferre possent, omittere, quam quicquam reliquum facere. Itaque ut literae illae in promtu essent, providerunt, & mitti jusserunt, nec mihi licebat refragari. Quod si interim aliquid inde ex sententia nostra fiat, non ignorabimus, quis totius negotii auctor sit, quodque ex vestro suffragio pendeat, si quid ejusmodi literae efficiant, vel minus.

CCLXIX. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι. (1)

Τοῦ τὴν ἐπιστολὴν φέροντος υἱὸς φοιτᾷ παρ' ἡμᾶς. ἐπιμελοῦμαι οὖν τοῦ μὲν, ὡς εἰκὸς, μαθητοῦ, τοῦ δὲ, ὡς πατρὸς μαθητοῦ, τῷ μὲν, ὧν ἔχω λόγων (2) διδοὺς, τῷ δὲ, τὸ σὸν εὐμενές. Ἀλλ' ἔστιν αὐτῷ καὶ ἀδελφὸς, ὃν οὔπω μὲν εἶδον, ὡς δὲ ἀδελφὸν τοῦδε βουλοίμην ἂν εὖ παθεῖν.

PRISCIANO.

Illius, qui hanc epistolam reddit, filius scholas nostras frequentat. Uterque curae mihi est, alter ceu fas est, ut discipulus, alter ut pater discipuli, illum quidem doctrinae, quae in me est, hunc autem benevolentiae tuae faciens participem. Frater quoque isti est, quem nondum vidi: velim tamen & illi, tanquam hujus fratri, bene esse.

CCLXX. ΕΚΔΙΚΙΩι.

Οὔτ' ἀγνοοῦμεν σου τὴν γνώμην, ἣν ἔχων τυγχάνεις περὶ τὴν ἀρχὴν, εἰδότες τε, ὅπερ εἰκὸς φίλους ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ποιοῦμεν. Μαξίμῳ δὲ συγχαίρων τῆς παρά σου τιμῆς ἐλπίδας ἔχω, καὶ τὸν υἱὸν τῆς ἐκείνου τεύξεσθαί τινος εὐνοίας, ὃν ἐβουλόμην μὲν ἕνα τῶν περί σοι συνηγόρων εἶναι, καὶ πολλάκις γε πρὸς τὸν Ὑπερέχιον (1) ἐπήνεσα τούς τε περὶ ταῦτα πόνους, τό τε ἀπὸ τῶν πόνων ὄνομα, βλέψαντα δὲ ἑτέρωσε, καὶ νομίσαντα θᾶττον ἐκείνοις (2) εὖ πράξειν, οὐδ' οὕτως ἠδυνήθην ἐγκαταλιπεῖν. ἀλλ' ὧν ἀφεῖλκον, (3) ἐπὶ ταῦτα συμπράττειν ἠναγκαζόμην, οὐ πεπεικὼς (4) ἐκεῖνα. καὶ τῶν τε ἐνταυθοῖ συνεψηφάμην, παρὼν, τῶν τε ἐκεῖ διὰ τῶν γραμμάτων ἐφάπτομαι. φίλοις μὲν ἐνταῦθα χρησάμενος εἰς τὴν κρηπῖδα, φίλῳ δὲ ἐπιστέλλων ὑπὲρ τοῦ τέλους. Εἰκὸς δέ με τῶν ἐκεῖθεν ῥᾷον τυγχάνειν, οὐ μόνον, ὅτι σὺ μέν μοι πάλαι φίλος, οἱ δὲ ἐχθὲς, ὡς εἰπεῖν, (5) ἐγνω-

ECDICIO.

Neque ignoramus sententiam tuam, quam de imperio foves, scientes autem, id, quod amicos in his decet, facimus. *Maximo* interim de honore, quo a te ornatus est, gratulatus, spero; fore, ut & filius ejus benevolentia quadam tua fruatur, eumque vellem ex iis, quos habes, patronis causarum esse. Et saepe quidem *Hyperechio* laborem in his studiis, & famam, ex illo nascentem, commendavi: cum vero alia spectaret, putaretque, se citius illis felicem fore, ne sic quidem deserere potui; imo vero, a quibus abstraxeram, ad eadem adjutor esse coactus sum, cum alterum illud persuadere ipsi non potuissem. Itaque & praesens heic loci rebus ejus studui, ibi vero per literas studeo; hic quidem amicis ad fundamentum jaciendum usus, tum vero amico ad colophonem imponendum scribens. Fas vero est, ut, quae a vobis proficisci possunt, facilius consequar, non solum ideo, quod tu mihi pridem amicus es, illi vero heri, ut ita loquar, me cognoverunt, &

(4) I. e. Auctorem facti, ut alibi noster: alluditur ad Agamemnonem Homericum, de quo Achilles ita Iliad. ά vs. 335. Οὔ τί μοι ὔμμες ἐπαίτιοι, ἀλλ' Ἀγαμέμνων.

EP. CCLXVIII. (1) Latine exstat apud *Zambicarium* lib. III. ep. 269. (2) In *Reg. max.* & *Voss.* τοῦ, quod cum τὸ permutari jubent sequentia. (3) ταυτὶ *Reg. max.* quod in *Voss.* a manu recente mutatum recte est in τοῦ τι, quemadmodum etiam in *Vatic.* A. legitur.

EP. CCLXIX. (1) Exstat Latine inter illas *Zambicarii* lib. III. ep. 270. (2) Sic scripsi ex emendatione recente *Vossiani*, in quo, ut & in *Reg. max.* olim erat λόγου.

EP. CCLXX. (1) Hic *Maximi* erat filius, ut videtur. (2) Malim legere ἐκείνῳ. (3) Sic scribo ex emendatione *Vossiani*, ubi olim ἐφεῖλκον. Libanius enim Hyperechium volebat aliud studiorum genus sectari, quam quod ipsi placebat. (4) Et hoc ex emendatione, pro πεπεικώς. (5) χθὲς & ἐχθὲς, *nuper*, *recens*. Proverbialis est dictio, quae alias sic effertur: χθὲς καὶ πρώην, *heri & nudius tertius*. Sic *Plutarchus* de contentione ignis & aquae: ἡ δὲ πυρὸς χρῆσις χθὲς φασι καὶ πρώην ὑπὸ Προμηθέως, κ. τ. λ. *Philostratus* de Vita Apollonii l. 10. p. 11. χθὲς ἀφιγμένῳ ἔοικεν. Alia veterum loca habes apud *Gatakerum* ad M. Antoninum X. 7. *Rualdum* ad vitam Plutarchi p. 57. & *Erasmum* p. 539. Chiliadum. *Heliodorus* lib. VI. extremo χθὲς ἢ τρίτην.

(6) Conf.

& mihi sunt cogniti; sed ideo etiam, quod civi in iis, quibus mihi gratificaberis, bene facies. His vero id quidem non obtigit. Noli, quaeso, vociferari, de beneficio audiens. Nam & illi, qui jus fasque tuetur, gratificari licet homini, qui magni facit, si quis non praeter fas infelix fuerit, quod ipsum & nunc fortasse usu veniet. Si enim res ipsa permittat, neque tua obstent, non minus tibi, quam causae ipsi gratiam habebimus. Ita vero & urbs nihil damni fecerit, & tu a nobis inter benefactores numeraberis.

GERMANO.

Ego te quidem non vidi, videre autem cupio; amo etiam ante, quam viderim. Tam multa, eaque praeclara, ab hominibus probis & bonis de te nunciantur. Amantem autem beneficium petere non audere turpe mihi videbatur. Peto itaque a te, ut juvenem hunc, cui *Hyperechii* nomen est, cum omni mansuetudine recipias, & mature dimittas. Festinatione enim, puto, opus est, cum mulis relictis, equo utatur, idque corpore, labori huic ferendo impari, instructus. Tu vero multum de hac molestia diminuere potes. Quod si feceris, quacunque in re opem praestare possim, jubeto. Pulchrum vero existimo, a te, quando ego scribendi initium feci, faciendi initium fieri. Ita enim nobis invicem pares reddemur: vel tu potius hac ratione me vinces, cum facta meliora sint verbis.

EUTHERIO.

Nemesius vere Mercurio amicus est. Neque enim alioquin ille tam praeclare aut dixisset, aut judicium de alio tulisset, nisi favore Dei illius frueretur. Ita & *Homerus*, Hectoris, magna patrantis, mentionem faciens, *Jovis* eum *amicum* vocat, hoc ipso significans, illius auspiciis omnia haec acta esse. Miratus itaque nostrum, ut egregium Oratorem, amare etiam debui, quem de tuis virtutibus laetari perspexerim. Nam & tuam in imperitando virtutem exponebat, cum voluptate disserens, & nobis, libenter haec audientibus, gratiam habebat, ad instar illius, qui non aliorum, sed sua ipse facta enarraret. Tibi itaque amantis impetum, huic vero deliciarum, quas consectabatur, praestantiam sum gratulatus. Venit itaque hilaris, & statim ad mitissimum Praefectum properat. Tu vero recipies ipsum, praesentibus quidem acquiescentem, neque tamen a desiderio alterius illius temperare sibi valentem. Videor autem mihi videre lacrymas, quas ipsi abiturus elicies. Hoc interim se soletur, Armeniam tibi pridem ob-

ἔγνωσάν τε καὶ ἐγνώσθησαν. (6) ἀλλ' ὅτι καὶ πολίτην εὖ ποιήσεις, ἐν οἷς ἐμοὶ χαριῇ. Τοῖς δὲ τοῦτο οὐκ ἐγίγνετο. ἀλλ' ὅπως μὴ βοήσῃς ἀκούσας χάριν. Ἔστι γὰρ καὶ τὸ δίκαιον τηροῦντα χαρίσασθαι τῷ μέγα ποιουμένῳ, μὴ τοῦ δικαίου ἔξω παθεῖν κακῶς, ὃ καὶ νῦν ἴσως ἔσται. Τῶν πραγμάτων γὰρ ἀφιέντων, ἂν μὴ τὸ σὸν ἀντιστῇ, σοὶ τὴν χάριν οὐχ ἧττον ἢ τοῖς πράγμασι σχήσομεν. καὶ οὕτως ἡ πόλις οὐδὲν ἀδικήσεται, σὺ δ' ἡμῖν ἐν εὐεργέταις γεγράψῃ.

CCLXXI. ΓΕΡΜΑΝΩ.

Ἐγώ σε οὔπω μὲν εἶδον, ἰδεῖν δὲ ἐπιθυμῶ. Φιλῶ δὲ καὶ πρὶν ἰδεῖν. οὕτω πολλὰ καὶ καλὰ παρ' ἀνδρῶν καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἀγγέλλεται περὶ σοῦ. Φιλοῦντα δὲ μὴ καὶ θαῤῥεῖν χάριν αἰτεῖν, ἕν τι τῶν ἀτόπων ἡγούμην. Αἰτῶ δή σε, τονδὶ τὸν νεανίσκον, Ὑπερέχιος ὄνομα αὐτῷ, μετὰ πάσης ἡμερότητος δέξασθαί τε καὶ πέμψαι διὰ τάχους. Τάχους γὰρ, οἶμαι, δεόμενος, ἀφεὶς ἡμιόνων ζεῦγος, ἵππον ἐλαύνει (1), καὶ ταῦτα ἐλάττονι τοῦ πόνου χρώμενος σώματι. ἀλλ' ἐν σοί γε ἔστι πολλὰ τῆς ταλαιπωρίας ἀφελεῖν. ὃ ποιήσας, ὅ, τι δυναίμην ἂν ὑπουργεῖν, ἐπίταττε. Καλὸν δὲ οἶμαι τῆς τῶν γραμμάτων ἀρχῆς παρ' ἐμοῦ γεγενημένης, τὴν τῶν ἔργων γενέσθαι παρὰ σοῦ. Οὕτω γὰρ ἂν εἰς ἴσον καταστaίημεν ἀλλήλοις. μᾶλλον δὲ καὶ οὕτω σὸν τὸ νικᾷν. εἴπερ (2) ἀμείνω τῶν λόγων τὰ ἔργα.

CCLXXII. ΕΥΘΗΡΙΩ.

Ὄντως ὁ Νεμέσιος Ἑρμοῦ φίλος. Οὐ γὰρ ἂν οὕτως (1) οὔτ' ἔλεγεν οὗτος, οὔτε ἔκρινεν ἄλλον, εἰ μὴ τῆς εὐνοίας ἀπήλαυε τοῦ Θεοῦ, ἐπεὶ καὶ Ὅμηρος (2), μνησθεὶς Ἕκτορος, μεγάλα εἰργασμένου, Διὶ φίλον αὐτὸν ἐκάλεσεν, ἐνδεικνύμενος, ὡς μετὰ τῆς ἐκείνου ῥοπῆς πάντα ἐπέπρακτο. Θαυμάζων δὲ αὐτὸν ὡς ἀγαθὸν ῥήτορα, φιλεῖν εἶχον, ὅτι μοι δῆλος ἦν χαίρων τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς. Τήν τε (3) γὰρ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἀρετὴν ἐμήνυσε, σὺν ἡδονῇ διηγούμενος, τοῖς τε ἡδέως ἀκροωμένοις εἶχε χάριν, οὐχ ὡς ἄν τις τὰ ἄλλου ἐκδιηγούμενος, ἀλλ' ὡς ἄν τις τὰ αὐτὸς αὐτοῦ. Σοί τε ἦν συνήθειν τῆς τοῦ ἔρωτος μανίας, τούτῳ τε τοῦ κάλλους ὧν ἐδίωξε παιδικῶν. (4) ἀλλ' ἧκε μὲν ἐκεῖθεν φαιδρὸς, καὶ εὐθὺς ἠπείγετο πρὸς τὸν ἤπιον ἄρχοντα. δέξῃ δὲ αὐτὸν ἐπαινοῦντα μὲν τὰ παρόντα, μὴ παθεῖν δὲ οὐ δυνάμενον ἐκεῖνα. δάκρυα δὲ, ὁπόσα αὐτῷ κινήσεις, μέλλων ἀπαίρειν, ὁρᾷν δοκῶ. Παραμυθείσθω μέντοι τούτῳ γε αὐτὸν (5), τῷ πάλαι ἀπό σου τὴν Ἀρ-

(5) Conf. 1 *Cor.* XIII. 12. ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην.

EP. CCLXXI. (1) Frequens Scriptoribus phrasis est, ἵππον & δρόμον, seu ἅρμα ἐλαύνειν. Vide *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Nubes vs. 25. In *Voss.* ἵππος pro ἵππον. (2) ἀμείνους, *Ambros.* T. 73.

EP. CCLXXII. (1) οὗτος —— ὄντως, *Medic.* A. (2) Vide Iliad. ζ. vs. 318. & θ. vs. 493. alibi. (3) τοῦτο, *Medic.* A. male. (4) παιδικὰ Graecis non solum *amasios* foediore sensu dicunt, sed & honestos *amores* & *delicias*, quo sensu haec phrasis Latinis etiam frequentatur. (5) τοῦτό γε αὐτὸν, *Medic.* Sequor ego *Voss.* & *Reg. mss.*

(6) ἔξεσ

Ἀρμενίας ἴσως ἂν γένοιτο μετὰ μείζονος τοῦ σχήματος, τὸ παράδειγμα δ᾽ ἐγγύθεν. Τοῖς γὰρ τὰ ἐλάττω καλῶς ὑμῖν διῳκηκόσι μείζων εὐθὺς ἀρχή. τὸ αὐτὸ γέρας τε καὶ πόνος. ταῦτα μὲν οὖν τελοίη θεός. Ὀλυμπίῳ δὲ φράζε θαῤῥεῖν, ὡς ἐμοῦ γε καὶ τοῦ δικαίου χάριν, καὶ ὅτι σὺ κελεύεις, ἕξοντος ἐν μεγάλῃ προνοίᾳ τὰ τῶν υἱῶν (6).

obnoxiam, cum majore auctoritate regendam tibi datum iri. Argumentum rei in propinquo est. Qui enim minora vobis bene curant, illis mox honoris fit accessio; idem enim labor est & praemium. Sed istud quidem Deus faxit! Tu vero *Olympium* bono animo esse jube, eo quod res juvenum, tum quia fas est fieri, tum quia tu jubes, curae meae maxime commendatas habebo.

CCLXXIII. ΟΛΥΜΠΙΩι.

Τεύξονται πάντων τῶν δικαίων οἱ σοὶ παῖδες παρ᾽ ἡμῶν. πρῶτον μὲν κατ᾽ αὐτὸ τὸ τοῦ δικαίου μέρος, καὶ τὸ δεῖν οὕτω ποιεῖν τόν γε οὐ πονηρὸν ἡγεμόνα. ἔπειθ᾽ ὅτι παρεκάλει μὲν ὑπὲρ αὐτῶν Εὐθήριος, ἦγε δὲ αὐτοὺς Νεμέσιος, ὁ μὲν ἄρχων ἄριστος, ὁ δὲ ῥήτωρ ἄκρος, ὃς εἰ μοι καὶ δυσμενοῦς ἐνεχείριζε παῖδας, (1) εἶδον ἂν ὡς φίλου παῖδας, καὶ τὴν ἀπέχθειαν ἀφεὶς, ἠγάπων. Τίς δ᾽ οὐκ ἂν αἰδεσθείη τὸ πρόσωπον, τὴν φωνὴν, τὴν σιγήν; ἐγὼ μὲν οὐκ εἶδον ἄνδρα οὕτω μετὰ τοῦ καιροῦ πάντα ποιοῦντα. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν εἶναι τοιοῦτον ὄντα Ἀρμένιον. Οἶδε (2) γὰρ ἡ ὑμετέρα φέρειν ἀνδρῶν ἀρετάς. Σὺ μὲν οὖν ὅπως ἀμείψῃ τὸν πορθμέα, ζήτει. πάντως δὲ οὐδὲν δώσεις τοσοῦτον, ὃ ποιήσει σε μὴ προσοφείλειν. Ἐγὼ δὲ μισθὸν ὀφείλειν ὁμολογῶ τοῖς νέοις, καὶ ἀποδώσω, δι᾽ οὓς οὗτος καὶ δεῦρο ἦλθε, καὶ παρ᾽ ἡμᾶς εἰσῆλθε (3), καὶ τῶν φίλων εἷς γεγένηται.

OLYMPIO.

Filii tui omnia a me habebunt, quae habere fas fuerit: primum quidem ideo quod fas est, & quod ita agere decet adversus ducem non malum; deinde vero, quod pro iis intercessit *Eutherius*, adduxit autem *Nemesius*: ille quidem, praeclare imperans, hic autem orator egregius, qui, si mihi vel inimici filios tradidisset, tanquam amici vidissem, &, inimicitia missa facta, dilexissem. Quis vero magni non faceret vultum, vocem, silentium? Ego quidem non vidi virum omnia tam opportune facientem: nec mirum est, talem esse, qui sit Armenius. Vestra enim regio homines virtute praestantes ferre didicit. Operam itaque dabis, ut portitorem redhostias: nihil vero tantum dabis, ut non plura adhuc debeas. Ego vero juvenibus illis mercedem me & debere profiteor, & dabo, per quos ille & huc venit, & nos adiit, & amicis nostris adscriptus est.

CCLXXIV. ΑΝΔΡΟΝΙΚΩι.

Ἥσθην, ὅτι τῶν δικαίων τυχόντες οἱ περὶ τὸν Ἑρμείαν, αὐτοί τέ σε ἐπαινοῦσι, καὶ τοὺς ῥήτορας, οἳ τότε (1) ὑπὲρ αὐτῶν ἐπέστελλον, εἰς τὸ ἐπαινεῖν σε κατέστησαν. Φασὶ δὲ καί ἐμοὶ χάριν ἔχειν οἱ ῥήτορες, ὡς καὶ τῶν ἐμῶν τι δυνηθέντων γραμμάτων. Ἐγὼ δὲ τἀκείνων αἰτιῶμαι τοῦ παντὸς, καὶ χαίρω γε τιμῶντά σε τούτους ὁρῶν (2), οὓς τὸν μὴ θαυμάζοντα κἂν ἐγραψάμην. Οἱ οὖν εὖ πεπονθότες πρότερον ἔρχονται εὖ πεισόμενοι πάλιν, τὴν ἐλπίδα περὶ τῶν δευτέρων ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν ἔχοντες, ἄλλως τε καὶ περὶ τῶν αὐτῶν ἰόντες τρόπον τινά. Τὸ γὰρ ὅπως μὴ κινηθῇ παρ᾽ ἄλλων, ἃ παρά σου δέδοται ζητεῖν, οὐχ ἕτερόν ἐστιν αἰτούντων, ἀλλὰ τὸ βεβαίως, ἅπερ ἔχουσιν, ἔχειν. Κοινὸν δ᾽ οἶμαι τοῦτο σοῦ τε καὶ τούτων ἀγαθὸν, ἀθάνατον ἑστάναι τὴν ἄφεσιν. Γράμματα δὲ ταυτὶ Βασιλέως ἥκει σοι, βουλόμενα τά σοι δόξαντα μένειν. Σὺ δὲ οὐδήπου (3) μέλλεις ἥκιστα προσέξειν, ἅ σοι τιμὴν οὐχ ἧττον ἢ τούτοις φέρει βοήθειαν.

ANDRONICO.

Gavisus sum, quod *Hermiae* illi, jure suo potiti, & ipsi te laudant, & Rhetoras, qui tunc in eorum gratiam scribebant, ad te laudandum permoverunt. Ajunt vero Rhetores mihi quoque gratiam se habere, quasi & meae literae aliquid contulerint. Ego vero ipsorum epistolis omne hoc acceptum fero, laetorque, videns, in pretio te eos habere, quos qui non suspiciat, eum culpae obnoxium omnino judicem. Qui igitur antea beneficium acceperunt, iidem veniunt novum accepturi, spem alterius hujus in superiori illo ponentes, cetera vero ex parte eandem causam agentes. Dum enim quaerunt, ut, quae a te data sunt, ab aliis non moveantur, nihil aliud petunt, quam ut, quae habent, secure habeant. Commune vero & tibi & illis bonum esse puto, si dimissio illa perpetua esse jubeatur. Accedunt huc Regis literae, jubentes, ut rata sint, quae à te pronuncientur. Tu vero nunquam non illis intentus eris, quae non minus tibi gloriam, quam illis opem conciliare possint.

CCLXXV. E I-

(6) ἕξοντος χάριν μεγάλῃ προνοίᾳ τῷ τῶν υἱῶν. Utraque phrasis Graeca est. *Mutin.* C. Ita: ἕξ. ἐν μ. προνοίᾳ τὸ υἱοῦ male: plures enim ejus filios fuisse sequens epistola docebit.

EP. CCLXXIII. (1) Vide epistolam proxime superiorem. (2) Ita *Vatic.* A. clare, *Voss.* autem & *Reg. max.* ex emendatione (3) S. *Lucas Act.* X. 3. εἰσελθεῖν πρός τινα dicit.

EP. CCLXXIV. (1) οἱ γὰρ νῦν, *Vatic.* B. ex emendatione recente. (2) In margine *Vatic.* B. ad verba haec: νῦν χ —— ὁρῶν, scriptum erat: ἴαμβος ἐκ [illegible]. Senarius autem hic casu potius natus, quam ex scriptore aliquo petitus videtur. (3) *Voss.* ex emendatione recente, pro οὐδήπου.

EP.

EIDEM.

Inter milites vestrates centurionem nunc agit *Heredianus*. Olim quidem infensus mihi erat, nunc autem ita juvat, sicut antea offendebat. Ego vero eum olim quidem laudabam, sed non amabam, nunc tamen & colo & amo. Velim etiam, ut uxoris ejus frater a timore liberetur, quem praeter meritum incussum Rex quidem amovit, tu vero itidem amolire.

EUSEBIO.

Sufficit mihi nosse, quod daturus sis, quandoquidem id omne, periculi tantum causa, petii, ut scirem, num & talia mihi daturus esses. Mentio mercedis mihi debitae non erat serio scribentis, sed hominis memoria consuetudinis tuae se delectantis. Quod si enim plurima mihi deberes, tripliciter quadrupliciterque omnia rependisses factis, ipsius Gygis opibus majoribus & melioribus. Hunc itaque equum tibi habe, alium vero ne quaere. Quicunque vero promissa haec tua audiverit, factum quoque ipsum audiet, & te qoidem laudabit, quod miseris, me vero, quod non acceperim.

ACACIO.

Recte quidem id mihi reliquisti, ut prior scriberem. Accusatori enim hoc integrum est: ego vero te accuso. Tuum autem est, tentare, ut crimen amoliaris, eo quod moram traxisti non Plataeensibus potius quam communi mori obsequendum esse censens. Cujus igitur ego aeque ac urbs, te arguimus! illius quidem, vir eximie, criminis, quod, qui magnus apud nos factus sis, aliis nos inferiores fecisti, & aestatem insidioso consilio praetexens, discessisti quidem, tanquam huc reversurus, ibi autem commoratus es, quasi loto gustata, & ea quidem, qua cum saepe non sis permotus, nunc, multis itineribus hinc inde confectis, penitus captus es, quamvis omnibus, quae Sophistam ad sustinendos in erudiendis juvenibus labores adducere possint, hic abunde frui tibi liceret. Sive enim plausum & laudes magni facis, illas abunde

CCLXXV. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Τῶν περὶ (1) ὑμᾶς ταξιάρχων (2) Ἡρωδιανὸς τοῖν. πρότερον δὲ ἐπολέμει. καὶ ἔστιν ἀνὴρ ὠφελῶν, ὥσπερ ἦν (3) τότε λυπῶν. Ἐγὼ δ' αὐτὸν πρότερον μὲν ἐπαινῶν οὐκ ἐφίλουν. νῦν δὲ καὶ θαυμάζω καὶ φιλῶ. καὶ βουλοίμην αὐτῷ τὸν τῆς γυναικὸς ἀδελφὸν ἀπολυθῆναι τὸν φόβον, ὃν δείσας ἀδίκως ἀναιρεῖ μὲν βασιλεὺς, ἄνελε δὲ σύ.

CCLXXVI. ΕΥΣΕΒΙΩι.

Ἤρκεσέ μοι γνῶναι, ὅτι δοίης ἄν, ἐπεί τοι καὶ τὴν ἀρχὴν, πείρας εἵνεκα, ᾔτουν, ὅπως εἰδείην, εἰ καὶ τὰ τοιαῦτα δώσεις. Μνήμη δὲ μισθῶν ὀφειλομένων οὐκ ἦν ἐσπουδακότος λόγος, ἀλλ' ἀνδρὸς ἡδομένου τῇ μνήμῃ τῆς συνουσίας. Εἰ γὰρ δὴ καὶ σφόδρα ὀφείλων ἐτύγχανες, τριπλῇ τετραπλῇ τ' ἀπέτισας (1) ἔργοις μείζοσι καὶ καλλίοσι τῶν Γύγου χρημάτων. Τοῦτόν τε οὖν ἔχε τὸν ἵππον, ἕτερον δὲ μὴ ζήτει. Πᾶς δ' ὁ τῶν ὑποσχέσεων ἀκούσας ἀκούσεται τὸ ἔργον, καὶ κοσμήσει σε μὲν τῷ πέμψαι, τῷ μὴ λαβεῖν (2) δέ με.

CCLXXVII. ΑΚΑΚΙΩι. (1)

Εἰκότως ἀφῆκας (2) ἐμοὶ τῷ (3) προτέρῳ γράψαι· τῷ μὲν (4) κατηγόρῳ τοῦτο δέδοται, κατηγορῶ δὲ ἐγώ. Δεῖ δέ σε τὰς αἰτίας πειρᾶσθαι λύειν, διόπερ ἀνέμεινας, οὐκ οἰηθεὶς (5) δεῖν Πλαταιεῦσιν (6) ἀκολουθῆσαι μᾶλλον ἢ κοινῷ νόμῳ. Τί οὖν ἐγώ τε καὶ ἡ πόλις αἰτιώμεθα; ὅτι, ὦ δαιμόνιε, μέγας παρ' ἡμῖν γεγενημένος ἑτέρων ἡμᾶς (7) ἐποίησας δευτέρους. καὶ τὸ θέρος προσποιησάμενος τοῦ ἐπιβουλεύματος (8), ἀπῆλθες (9) μὲν, ὡς αὖθις δεῦρο δραμούμενος, ἔμεινας δὲ, καθάπερ λωτοῦ γευσάμενος (10) μᾶλλον δὲ, οὐ πολλάκις κρείττων ἐγένου (11) λωτοῦ, τοῦτον νῦν μετὰ πολλοὺς διαύλους (12) ἐθαύμασας, καίτοι πάντα, ἃ ποθεῖν πέφυκε σοφιστὴν, τοὺς ἐν τῷ παιδεύειν ὑπομένειν πόνους, καρποῦσθαί σοι τῇδε παρῆν. Εἰ τι γὰρ ὁ κρότος, (13)

EP. CCLXXV. (1) νῦν, *Mutinens.* A. (2) Incerta fere est vocis hujus notio. Alii enim *centurionem*, alii *decurionem* vertunt. Lege inprimus *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Orationes p. 235. sqq. Interpretes ad Scriptores Hist. Augustae Tom. II. p. 736. ed. Amstelod. & *Jac. Perizonium* ad *Aeliani* Var. Histor. II. 44. Hujus quidem judicio ταξίαρχος *centurionem*, λοχαγὸς vero *decurionem* significat. (3) ἦν abest à *Voss.*

EP. CCLXXVI. (1) Alluditur ad illa *Homeri* Iliad. α. vs. 227.

Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν τήνδε θεῷ πρόες. αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
Τριπλῇ τετραπλῇ τ' ἀποτίσομεν.

(2) Reg. *max.* τῷ λαβεῖν at *Vatic.* A. & *Voss.* ex emendatione vetere addunt μὴ, qua opus esse puto, cum Libanius hic recuset donum, ab Eusebio promissum.

EP. CCLXXVII. (1) Vide *Centuriam* meam Epp. ep. LVIII. (2) ἐφῆκας, *Ambros.* T. 5. (3) Ita *Barocc.* & *Medic.* B. at τῷ, *Voss.* & *Reg. max.* (4) γὰρ addit *Ambros.* & *Voss.* ex emendatione recente. (5) οἰηθεὶς *Medic.* male; saltem scribendum fuerat φήθεις. (6) Proverbialiter hoc dicitur, sive Plataeenses morae non fuerint amantes, sive promissorum tenaces. Fortasse etiam respicitur ad suppetias, quas Plataeenses prompti tulerunt Atheniensibus auctore *Nepote* in Miltiade c. 5. (7) ἑτέρους ἡμῶν, *Barocc.* quod olim cum nostra lectione ex ingenio permutavi, nunc autem à Codd. ceteris firmatum video. (8) Ita *Voss. Reg. max.* & *Medic* pro ἐπὶ βουλεύματος *Barocc.* (9) ἀπῆλθε, *Barocc.* male, quod itidem olim emendavi. (10) λωτοῦ γεγευμένος, *Medic.* B. Phrasis est proverbialis de iis, qui de reditu non cogitantes in peregrinis terris diutius haerent, uti Ulyssis socii apud *Homerum Odyss.* ι. v. 93. sqq. Lege ex veteribus *Lucianum* Tom. I. & *Plutarchum* Moral. f. 687. tum vero *Erasmi* Chiliadas p. 294. (11) Operarum vitio in *Centuria* expressum est, κρείττον ἐγένου. (12) Id sibi vult noster, quod *Acacius*, cum semel atque iterum eundem locum adierit, indeque fuerit reversus, nunquam adeo ejus dulcedine captus olim sit, quam quidem hoc tempore. Δίαυλος Graecis de gymnico cursus reciproci genere, tam equestri, quam pedestri, dicebatur, atque hinc διαυλοδρόμοι & διαυλοδρομοῦντες. Vide *Ezech. Spanhemium* ad Callimachi hymnum in Palladem p. 551. Scholiastes ad *Aristoph.* Aves vs. 293. ita: δίαυλος ὁ δίστιχον ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ, τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον, καὶ ὑποστρέψαι. Hinc vero de itu reditque quovis usurpatur, ut apud *Stobaeum* Sermone LXXII. p. 437. ὁ γὰρ δίαυλος ἴσα αἰσχύνην ἔχει. (13) κρό-

(13) καὶ τὸ ἐπαπτιαζόμενα, πολὺ τοῦτ' ἔφερες. εἴτε χοροῦ πλῆθος ἡδὺ, ἐννόησον, ὡς οὐκ ὀλιγάκις ἀπῆλθες περὶ δείλην ὀψίαν ἀπὸ τῆς συνουσίας. ἀλλὰ μὲν ἥγε πρόσοδος μείζων, ὥς γε ἐμαυτὸν πείθω, τῆς ἄλλοθεν ἂν γενομένης. Τέκνα δὲ τὰ μὲν ἦν σοι παρ' ἡμῶν, τὰ δὲ ἦλθεν ἄν. καὶ γάμους ἀνετελοῦμεν ἐκλεγόμενοι μνηστῆρας ἐκ πολλῶν, οὓς ἄξιον. (14) Τὸ δὲ μέγιστον, ἤδη ἦμεν ἀπηλλαγμένοι τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔριδος, (15) ὠμὸν μὲν οὐδεπώποτε (16) χυθείσης, ἤδη δὲ καὶ πεπαυμένης, τῆς τε ἡλικίας, οἶμαι, πειθούσης, καὶ τοῦ τὸ πρᾶγμα ἔχειν ἑκατέρῳ καλῶς. Ταῦτα ἀπόντος κατηγορῶ, καίτοι κύριος ὢν ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν παρόντα ἔχειν. Ἐγὼ γάρ τοι τὰ μεγάλα μὲν ἀσθενὴς, εἰς δὲ τό σε πάλιν ἐνθάδε δεῖξαι μείζω δύναμιν οἶδα ἔχων, τοῦ τὰ μεγάλα (17) ἐκεῖνα (18) πεποιηκότος Μήδου. (19) ἀλλ' οἷς ἐπέσταλκας (20) αὐτοῦ (21) δεόμενος μένειν, οὗτοι δεηθέντες ἐμοῦ, καὶ καλοῦντες ἀσέβημα τὴν σπουδὴν, ἔσχον καὶ δὴ πελάζοντα ταῖς τῶν ἀρχόντων θύραις. Ἆρ' ἕξεις, ὅ, τι πρὸς ταῦτα ἐρεῖς; δεινὸς (22) μὲν εἶ, θαυμάσαιμι δ' ἄν, εἰ μὴ νῦν ἀπορήσεις.

de reportabas; sive amplus amicorum coetus placebat, recogita, quaeso, quam saepe sera jam vespera ex amicorum societate discesseris. Imo, quod mihi persuadeo, proventus etiam crebriores, quam alibi sint futuri. Ex liberis vero alii a nobis in disciplinam traditi erant, alii aliunde veniebant. De nuptiis etiam celebrandis cogitassemus, ex multis procos electuri dignissimos. Praeterea, quod plurimum valet, contentio inter nos erat sublata, quae nunquam quidem in nervum erupit, nunc vero prorsus est composita, ipsa, puto, aetate ita suadente, quodque res ita comparata utrique prosit. Haec quidem sunt, quorum te absentem postulo, quamvis in mea positum sit potestate, praesentem te potius habere quam accusare. Quamvis enim in magnis parum possim, tamen, ut te huc reducam, majores mihi vires esse sentio, quam Medus ille, qui tanta praestitit, olim habuit. Quibus autem scripsisti, petens, ut ibi manere tibi liceat, illi, me obtestantes, & studium hoc tuum impium facinus appellantes, habuerunt aliquem, qui superiores adiret. Numquid igitur habebis, quod ad haec regeras? Sagax quidem es, sed mirum mihi foret, si nunc non haesites.

CCLXXVIII. ΜΑΞΙΜῼ.

Τοῦ τὴν οἰκουμένην ἐκ λόγων εὖ ποιοῦντος Προαιρεσίου (1) συγγενὴς ἐν Κουκουσῷ (2) Φιλάστριος (3) πολιτεύεται. τοῦτον καὶ ὡς ἄνδρα ἀγαθὸν βουλοίμην ἂν τῆς παρά σου τυγχάνειν εὐνοίας, καὶ ὅπως φαίνῃ τιμῶν τὸν, χαλκοῦν μὲν ἐν Ῥώμῃ (4), χαλκοῦν δὲ Ἀθήνησιν ἑστηκότα. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐμοί τινα τιμὴν οἴσει τῷ παρακεκληκότι, καὶ δόξεις τῷ μὲν οὐδὲ γράψαντι χαρίζεσθαι, γράψαντι δέ ἐμοὶ προσεσχηκέναι.

MAXIMO.

Proaeresii, orbem eloquentia sua & doctrina demerentis, cognatus *Philastrius* Cucusi vitam agit. Hunc benevolentia tua frui velim, tum quod vir bonus est, tum, ut videaris in pretio habere illum, cui & Romae, & Athenis statua ex aere est posita. Idem vero & mihi pro eo precanti, decus afferet, & videberis illi quidem, etiam non scribenti, gratificari, meis autem scribentis literis aliquid tribuere.

CCLXXIX. ΜΟΔΕΣΤῼ.

Ὅτι μοι μέλει Δουλκιτίου, πάλαι τυγχάνεις εἰδώς. πάλαι γὰρ ἐμοί τε ὑπὲρ τοῦδε πρός σε γεγένηνται δεήσεις, παρά σοῦ τε χάριτες εἰς ἡμᾶς. Δίκαια γὰρ αἰτούντων οὐκ εἶχες ἀνανεύειν. Οἶμαι οὐδὲ νῦν ἀνανεύσεις, ἐπεὶ

MODESTO.

Curae mihi esse *Dulcitium*, jampridem nosti. Jampridem enim preces pro eo apud te feci, a te vero beneficium ad nos pervenit. Justa enim petentibus nobis non poteras non annuere. Itaque nec nunc abnues, quia & illa, quae

(13) κρότος de plausibus illis, quos Sophistis declamantibus tribuebant auditores. vide *Cresollium* in Theatro Sophistarum lib. III. c. 20. Illos vero Sophistas maxime adfectasse, patet vel ex Nazianzeni Oratione XXVII. ubi propterea δημοσίων κρότων θηρευταὶ *publicorum plausuum venatores*, vocantur. Iidem *Dioni Chrysostomo* audiunt περὶ τὸν ἀπὸ τοῦ πλήθους θόρυβον ἐπτοημένοι. (14) Ita Codd. omnes: at *Medic.* ἐκ πολλῶν οὐκ ἄξιον, quae lectio prava fraudi fuit *Salvino* interpretanti. Sensus puto est, Acacium in tanta discipulorum copia optionem fuisse habiturum, quos ex illis servare sibi & retinere voluerit, instar sponsae, procorum copia instructae. (15) Ex hoc intelligitur, simultates quasdam inter *Acacium* & *Libanium*, utrosque Sophistas, olim fuisse. (16) ὠμὸν οὐδέποτε *Medic.* Pro μὲν *Barocc.* δὲ male. (17) Sic codd. omnes, at in *Reg. max.* μέγιστα, cui tamen voci superscriptum est μεγάλα à manu recente. (18) ἐκεῖνο *Ambros.* T. 5. (19) Ita codices: *Barocc.* male Μίδου. In margine codicis alicujus, ab Ill. *Rostgardo* conspecti, hoc Scholium exstat: ὡς ἀπὸ τοῦ Μήδου ξοάνου, ὃν ἐποίησε ὁ Ξέρξης. (20) ἐπέσταλκεν, *Reg. max.* male. (21) Pro αὐτοῦ per ellipsin vocis τόπου dici jam pridem monuit *Eustathius* ad Homeri Iliad. ψ'. vs. 90. p. 1398. ubi ait, τὸ αὐτοῦ ponit ἀντὶ τοῦ, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου. Conf. ad Odyss. ξ. vs. 51. p. 530. (22) δεινὸς h. l. vafrum & versutum denotare potest, de quo significatu dixi in *Centuria* Epistolarum mea p. 623. Vide infra ad ep. 1037. *Juliano* inscriptam.

EP. CCLXXVIII. (1) *Proaeresius*, Rhetor Christianus, eloquentiae nomine a Christianis & Gentilibus valde celebratur. Vide *Juliani* ad ipsum epistolam singularem, tum *Suidam* voce Ἰουλιανὸς & *Eunapium*: item *J. A. Fabricium*, virum praestantissimum, lib. IV. Biblioth. Graec. Part. II. p. 486. ubi plura se de eo ad *Eunapium* dicturum pollicetur. Ejus obitum singulari epigrammate celebravit Nazianzenus apud *Muratorium* in Anecdotis Graecis p. 1. (2) *Cucusus* ab aliis *Ciliciae*, ab aliis *Armeniae* opidum vocatur. Vide *Frontonis Ducaei* notas ad Tom. III. Chrysostomi, p. 832. & 834. editionis eruditissimi *Montefalconii*, qui de illa causa in Chrysostomi, ibidem aliquando commorati, plura se praecepturum l. c. promisit. (3) Non crediderim hunc esse *Philastrium*, Episcopum Brixiensem, quamvis temporis rationes non admodum adversentur. (4) Promeruerat hanc statuam scripto Romae encomio. Illa vero hanc referebat inscriptionem: ἡ βασιλεύουσα Ῥώμη τῷ βασιλεύοντι τῶν λόγων.

quae nunc petimus, justa sunt. Ille quidem exiguum agrum juxta Berrhoeam se ait colere; multum vero frumenti ut venderet, coactum esse, interim a falsariis defraudari, aliis quidem occultantibus, aliis fingentibus, aliis praevaricantibus, alus suffurantibus, alus vero parum fecundum dati & accepti rationes solventibus. Hace expositurus ipse venit: tu itaque juva hominem. Judicis enim benevolentia multum prodest etiam illis, qui solida loquuntur.

EIDEM.

Qui pulchrum mihi theatrum facit, *Megethius* Rhetor est. Tantum enim clamat, quantum alii quinquaginta, & hoc ipso dicentem saepe cohibuit. Multum vero, puto, dicentem juvat calidus auditor, admiratione sua cursum orationis interrumpens. In declamationibus itaque rependo clamorem ejus arridens ipse, & accurrens. Jam vero inveni aliquid per te, quod ad redhostimentum sit illustrius. Fratrem hujus pecunia, vel potius timore mulctasti. Fecisti vero etiam, ut a mulcta hac liberaretur: literae enim tuae & sententia lata argentum restituunt. Argentum vero, nescio quod causans, in manus illorum non vult incidere. Tu itaque illud vel permove, vel coge suos non fugere dominos, ut illis quidem sua habere liceat, tibi vero nihil eorum, quae jussisti, vanum efficiatur.

DULCITIO.

Amplo fungeris imperio. Hoc fama praedixit, nec mentita est. Imperas aliis, non nobis. Accusare hoc nomine Deum poteramus; interim etiam in hoc aliquid est solatii. Pro nobis enim Patribus nostris inserviunt, ex quo fit, ut nec nos lucri simus expertes. Te vero etiam huc ad majora venturum, scio. Ceterum *Daricium* hunc Thracem, vel, ut rectius loquar, Graecum (ibi enim natus est, in Thesei vero regione educatus) dono tibi offero. Talia enim tantum accipere didicisti. Aurum vero, si vel Colophonium sit, plumbo tibi non videbitur pretiosius. Accipe igitur adolescentem, fidem habe, atque confide. Et ubi tanquam Rhetorem magni facies, non magis eum disertum oratorem, quam virum bonum esse reputa. In magnis enim negotiis indoles ejus emicuit. Tibi quidem tranquillis temporibus amicorum periculum facere liceat. Scias autem, neminem isto in rebus difficillimis fore melio-

ἐπεὶ καὶ ταῦτά ἐστιν, ἃ νῦν αἰτοῦμεν, δίκαια. Μικρὰν μέν φησι χώραν περὶ τὴν Βέῤῥοιαν γεωργεῖν, πολὺν δὲ σῖτον ἠναγκάσθαι πωλεῖν, ἀδικεῖσθαι δ' ὑπὸ τῶν ἐξαπατώντων, καὶ τὰ μὲν κρυπτόντων, τὰ δὲ πλαττόντων, τὰ δὲ ὑπερπηδώντων, τὰ δὲ αἰρόντων, τὰ δὲ μικρὰ τῷ λόγῳ ποιούντων. Ταῦθ' ἥκει διδάξων, καὶ βοήθησον (1) αὐτῷ. Δικαστοῦ δὲ εὔνοια μέγα καὶ τοῖς ἰσχυρὰ λέγουσιν.

CCLXXX. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Ὁ (1) καλόν μοι τὸ θέατρον ποιῶν, Μεγέθιός ἐστιν ὁ ῥήτωρ. Βοᾷ (2) γὰρ τηλικοῦτον, ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα. (3) καὶ τούτῳ γε πολλάκις τὸν λέγοντα ἔστησε. Μέγα δὲ οἶμαι τῷ λέγοντι θερμὸς ἀκροατὴς, θαύματι διακόπτων τοῦ λόγου τὸν δρόμον. Ἐν μὲν οὖν ταῖς ἐπιδείξεσιν ἀμείβομαι τὴν βοὴν τῷ προσγελάσαι καὶ προσδραμεῖν (4). Νῦν δὲ εὕρηκά τι διὰ σοῦ καὶ λαμπρότερον εἰς ἀμοιβήν. χρήμασιν ἐσωφρόνισας τὸν ἀδελφὸν τοῦδε, μᾶλλον δὲ τῷ φόβῳ μὲν ἐσωφρόνισας. Ὅπως δ' ἔσται λύσις τῆς ζημίας, συνέπραξας. καί σου γράμματα καὶ γνώσεις ἀποδίδωσι τὸ ἀργύριον. ἀλλ' ὅγε ἄργυρος οὐκ οἶδ' ὅ, τι μεμφόμενος ἐλθεῖν αὐτοῖς εἰς χεῖρας οὐκ ἐθέλει. Σὺ οὖν αὐτὸν ἢ πεῖσον, ἢ ἀνάγκασον μὴ φεύγειν τοὺς δεσπότας, ὅπως τοῖς μὲν τὰ αὐτῶν ἔχειν ὑπάρχῃ, σοὶ δὲ τὸ μηδὲν, ὧν κελεύσειας, μάταιον εἶναι.

CCLXXXI. ΔΟΥΛΚΙΤΙΩι.

Ἄρχεις ἀρχὴν μεγάλην. τοῦτο προεῖπεν ἡ φήμη, καὶ οὐκ ἐψεύσατο. ἄρχεις ἑτέρων, καὶ οὐχ ἡμῶν. Περὶ τούτου δυναίμεθ' ἂν ἐγκαλεῖν τῷ θεῷ, (1) ἀλλὰ κἂν τούτῳ μέντοι παραμυθία τις ἔνεστιν. ἀνθ' γὰρ ἡμῶν ἡμέτεροι θεραπεύονται πατέρες, ὅπερ ἐστὶν οὐκ ἀμοίρους εἶναι τοῦ κέρδους ἡμᾶς. ἀλλ' ὅτι μὲν καὶ δεῦρο ἥξεις (2) ἐπὶ μείζοσιν, οἶδα ἐγώ. Δαρίκιον (3) δὲ τουτονὶ τὸν Θρᾷκα, βέλτιον δὲ εἰπεῖν τὸν Ἕλληνα, τίκτεται μὲν γὰρ ἐκεῖ, παιδεύεται δὲ ἐν τῇ Θησέως, δῶρον σοι δίδωμι. Τὰ τοιαῦτα γὰρ οἶσθα δέχεσθαι μόνα. χρυσὸς δ', κἂν Κολοφώνιος ᾖ, (4) μολίβδου τιμιώτερος οὐκ ἐφάνη. Δέχου δὴ τὸν νεανίσκον, καὶ πίστευε, καὶ θάῤῥει. καὶ ὅταν ὡς ῥήτορα θαυμάσῃς, μὴ μᾶλλον ἡγοῦ ῥήτορα δεινὸν (5), ἢ ἄνδρα ἀγαθόν. Δέδεικται δὲ ἐν μεγάλοις καιροῖς ὁ τρόπος. Σοὶ δὲ εἴη μὲν ἐν γαλήνῃ πειρᾶσθαι τῶν φίλων. Εὖ δ' ἴσθι τοῦδε ἀμείνον' οὐκ ἂν ἐν χειμῶνι γενέσθαι. Πρὸς μὲν οὖν τὴν

EP. CCLXXIX. (1) In *Voss.* & *Reg. max.* a prima manu legitur βοηθῆσαι, at a recentiore manu τῷ αι superscriptum est ον, in *Regio*.

EP. CCLXXX. (1) In *Voss.* καλὸν sine ὁ. (2) Hoc de acclamatione intelligendum est, qua audientes prosequi solebant declamantes. Vide *Cresollium* in Theatro Sophistarum, & *Ferrarium* de contionibus sacris. (3) Alluditur procul dubio ad *Homeri* Iliad. *ε.* vs. 785. Ὃς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα. (4) Ita *Reg. max.* προσγελάσαι καὶ προσδραμεῖν. *Voss.*

EP. CCLXXXI. (1) τῷ Θεῷ *Medic.* B. reliqui ut nos. Fatum vult Libanius, de quo conqueri Gentilibus solemne est. (2) Sic scripsi cum *Medic. Voss.* & *Reg. max.* habent ἥκεις. (3) Δαρόνιον, *Medic.* (4) *Colophonium* aurum optimum habebatur, de quo alibi. (5) Elogium hoc Rhetoribus speciatim collatum esse ostendi in *Centuria* epistolarum Libanii p. 123.

(6) ὧν

τὴν νῦν (6) Ἀσίαν ὑπὸ τῆς γνώμης ἄγεται, καὶ ποιεῖται πρὸ τῆς οἰκίας (7) τὸ χωρίον. Θεοῦ δ' ἂν εἴη καί σου δεῖξαι καλῶς (8) βεβουλευμένον αὐτόν.

liorem. In Asiam, quae nunc est, animus illum rapit, regionemque illam patriae praefert. Dei vero & tuum fuerit, ostendere, eum rebus suis recte consuluisse.

CCLXXXII. ΛΕΟΝΤΙΩι.

Ἔπαθον, ὃ ἐπέσταλκας. Εὐθὺς μὲν (1) ἡδέως τὸν Κλεόπατρον εἶδον διὰ τὴν ἐπιστολήν. πειρώμενος δὲ τοῦ νεανίσκου τὴν μὲν ἐπιστολὴν οὐκ εἶχον μὴ αἰδεῖσθαι. τοῖς παρ' αὐτοῦ δὲ πλεῖον εἱλκόμην. κρίνειν τε γάρ μοι λόγον ἀγαθὸς ἐφαίνετο, καὶ τὴν ἐν οἷς γράφει ῥητορείαν, οἷς λαλῶν ἔτρεχε, παρεδήλου. καὶ μὴν τῷ τέ σε φιλεῖν ἐχαρίζετό μοι, τῷ τε χαίρειν, οἷς τέ σε περὶ ἐμοῦ λέγειν ἤγγελλεν, οἷς τε ἤκουεν ἐμοῦ περί σου. Τὸ δ' αὖ χάριν ἔν τε τῷ προσώπῳ καὶ τῷ φθέγματι καὶ τοῖς σχήμασι, καὶ ὅλως οὐδὲν, ὃ μὴ τοιοῦτον ἦν. τοιοῦτον ἡμῖν μετὰ τῆς φύσεως ἀπειργάσω τὸν συγγενῆ. τοῖς παρ' ἐκείνης τὰ σὰ προσθείς. Ἐργάσαιο δὴ καὶ παῖδας τῷ συγγενεῖ παραπλησίους.

LEONTIO.

Accidit mihi, quod scripsisti. Statim quidem *Cleopatrum* cum voluptate vidi propter epistolam tuam. Cum vero juvenem nonnihil tentassem, epistolam quidem non potui non maximi facere, magis tamen ipsius dotibus ducebar. Idoneus enim mihi videbatur, qui de oratione aliqua judicaret, & quam in scriptis ostendit eloquentiam, eam prompta loquendi facultate demonstrat. Et gratus mihi fuit, tum, quod te amat, tum, quod ipse gaudet de iis, quae a te de me dici nunciavit, quaeque de te ex me audiit. Jucundum vero praeterea se praestat tum vultu, tum sermone, tum gestibus, nihilque non his erat simile. Talem tu nobis post ipsius indolem cognatum stitisti, quando illis, quae huic debet, tua addidisti. Filios itaque cognato huic similes gigne.

CCLXXXIII. ΜΑΞΙΜΩι.

Οἶμαί σοι Λεόντιον τὸν σοφιστὴν ἤδη γεγονέναι φίλον, ἐπειδὴ λόγους ὁ μὲν κέκτηται, σὺ δὲ φιλεῖς. Τούτου συγγενὴς οὑτοσὶ Κλεόπατρος καὶ μαθητὴς, ὃν ἐκεῖνος μὲν ἐμοὶ συνέστησεν, ἐγὼ δέ σοι. Τὸ μὲν οὖν παρ' ἐκείνῳ τῷ Κλεοπάτρῳ μικρόν. μικρὸν γὰρ δήπου τό γε ἐμόν. τὸ δὲ παρ' ἐμοῦ μέγα, μέγα γὰρ δήπου τό γε σόν. Φήσεις δὲ αὐτὸν εὖ ποιῶν, καὶ ῥήτορα καὶ χρηστὸν εὖ πεποιηκέναι.

MAXIMO.

Leontium, Sophistam, amicum tibi jam fuisse puto, quia ille quidem eloquentiam possidet, tu vero amas. Hujus cognatus & discipulus *Cleopatrus* est, quem ille quidem mihi commendavit, ego vero tibi. Quod itaque *Cleopatro* ab illo praestitum est, parum est, parum enim est meum: quod vero a me illi exhibetur, magnum est; quia tua sunt magna. Quod si illi beneficium te praestiteris, & Rhetorem & virum bonum beneficiis te affecisse dices.

CCLXXXIV. ΔΙΑΝΙΩι. (1)

Καὶ πρὶν ἥκειν τὸν φέροντα τὴν ἐπιστολὴν, ἀφῖκτο λόγος περὶ τῆς τιμῆς, ἧς ἀπολαύεις παρ' ἀνδρὶ καὶ τιμῆς ἁπάσης, καὶ εὐφημίας ἀξίῳ, παρά τε τοῦ τὴν ἐπιστολὴν διδόντος, ἦν ἀκούειν ὅμοιά τε καὶ ἔτι καλλίω τῶν ὑπ' ἄλλων ἀγγελλομένων (2). Ἐνεθυμήθην οὖν, ὅτι τοῖς ἐπιεικέσι καὶ βελτίστοις, ὁποῖος δὴ σὺ, πάρεισιν οἱ θεοὶ, καὶ βοηθοῦσιν, ἐκ τῶν ἐσχάτων εἶναι δοκούντων, ῥᾳδίως ἐκσώζοντες, ὡς οὐ πολύ γε τοῦ τοῦ Λεσβίου κιθαρῳδοῦ (3) διαφέρει τὸ σὸν, ὃς ἐμπεσὼν εἰς τὴν θάλατταν ἥδιον ἐκομίζετο τῶν ἐπὶ τοῦ πλοίου. καί σοι δὴ συναχθομένων ἡμῶν καὶ πρὸς ἀλλήλους ὀδυρομένων, εἰς οἷον ἄρα χειμῶνα πέπλευκας, τὸν σεισμὸν (4) ἐκεῖνον καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ σεισμοῦ,

DIANIO.

Etiam antequam veniret, qui epistolam attulit, fama ad nos perlata est de honore, quo frueris apud virum & honore omni & laude dignum. Similia quoque & praestantiora iis, quae ab aliis sunt nunciata, ex eo, qui epistolam reddebat, percipere licebat. Recogitabam itaque, aequis & bonis, qualis tu es, adesse Deos, & juvare, ex malis, quae extrema esse videntur, facile eripientes. Tuus enim ille casus non multum abest ab illo citharoedi Lesbii, qui in mare prolapsus jucundius vehebatur iis, qui in navigio essent. Et tibi sane, cum nos vices tuas miseraremur, & invicem doleremus, in quantam tempestatem incideris, illum nempe terrae motum, &, quae inde sunt consecuta,

(6) νῦν omittit *Medic.* quo nec opus est: expressi tamen vel sic in versione. (7) Legendum puto οἰκείας, scilicet γῆς, vel χώρας. (8) καλὸν, *Casanat.*

EP. CCLXXXII. (1) ὃν, *Ambros.* T. 73.

EP. CCLXXXIV. (1) Διανίῳ *Reg. max. Vatic.* B. & *Medic.* B. quomodo etiam scribitur in calce epistolae sequentis. Διανῷ *Voss.* & *Vatic.* A. male. *Dyatyo* corruptius apud *Zambicarium*. Παλλαδίῳ corruptissime in *Medic.* A. & *Vatic.* 943. *Dianio* vere inscriptam fuisse apparet ex epistola proxime sequente. Latinam dedit hanc epistolam *Zambicarius* lib. III. ep. 275. Verterat etiam *Salvinus* ex *Medic.* A. & B. adeoque bis. *Pallado* inscribitur in *Benzel.* A. (2) Sic scripsi cum *Cod. Medic.* utroque, pro quo *Voss.* & *Reg. max.* ἀγγελλομένων. (3) *Arionem* Lesbium vult, quem, caedi violentae proximum in mare desiluisse & a delphine vectum esse veteres tradunt. Vide *Scaligerum* ad Eusebii Chronicon p. 84. *Salmasium* in Exercitatt. Plinianis p. 98. *Ludov. de la Cerda* ad Virgil. Eclog. VIII. vs. 56. & *Huetium* in Demonstrat. Evangelica p. 497. (4) λιμὸν *Medic.* B. male: σεισμὸν habet *Medic.* A. & ceteri. Per σεισμὸν vero illum intelligit Nicomediensem, de quo supra.

(5) Phra-

cuta, Deorum aliquis refugium paravit amicum, in quo & animi est magnitudo, & facultas praestandi, quaecunque susceperit. Auctor itaque tibi sum, ut praesente fortuna utaris, naviculamque tuam ab *Alexandri* nave suspendas, quem mihi jam in ampliore magistratu, eoque tertio, constitutum videre videor. Credo vero, ipsum nec senectutem a laboribus, qui urbibus sunt profuturi, quieti esse vindicaturam. Cognitum enim Rex habet virum, nec eo uti cessabit. Hunc igitur comitari & juvare laborantem omni imperio majus tibi videatur. imo vero hoc modo ipse facile & praeclare ad imperandum perveneris, & laudante te illo, & sui imitatorem efficiente.

στωμῶ, θεῶν τις ἔδωκε καταφυγὴν ἄνδρα φίλον, ἐν ᾧ μέγεθός τε διανοίας, καὶ τὸ δύνασθαι πράττειν, ἅττα ἂν προθυμηθῇ. Παραινῶ δή σοι τῆς παρούσης ἔχεσθαι τύχης, καὶ τὸν σαυτοῦ λέμβον ἐξαρτῆσαι τῆς Ἀλεξάνδρου νεὼς (5), ὃν ἤδη μοι δοκῶ θεωρεῖν ἐπὶ μείζονος ἀρχῆς, καὶ τρίτης πάλιν (6). Οἶμαι δὲ, αὐτὸν οὐδὲ γῆρας ἐξαιρήσεσθαι πρὸς ἡσυχίαν ἀπὸ τῶν ταῖς πόλεσι λυσιτελούντων πόνων. Οἶδε γὰρ βασιλεὺς τὸν ἄνδρα, καὶ χρώμενος οὐ λήξει. Τούτῳ τοίνυν ἕπεσθαι καὶ συλλαμβάνειν ἔργῳ, μεῖζον ὑπὲρ σοῦ πάσης ἀρχῆς δοκείτω. μᾶλλον δ' ἐπὶ ἀρχὰς οὕτω προβαίης (7) ῥᾳδίως τε καὶ καλῶς, ἐκείνου τε ἐπαινοῦντος, καὶ μιμητὴν αὐτοῦ (8) πεποιηκότος.

ALEXANDRO.

Non igitur in fatis fuit, Bithyniae calamitatem esse perpetuam. Propterea enim accessit medelam allaturus, qui hoc facere possit. Tu enim hominem mortuum non quidem suscitaveris, quod est in fabulis, civitates autem defunctas in pristinam dignitatem, quod jam facis, facile vindicabis. Dicuntur enim illae revixisse, & antiquum, o Dii! splendorem recepisse. Ego quidem duplici nomine gaudeo, tum, quod tu hujus auctor es beneficii, tum vero, quod in Bithynios id fuit collatum. Tu enim filius meus es, gens vero illa patriae loco est. Et edissererem tibi tum hospitium, quo me excepit, tum illorum temporum laetitiam, nisi tibi haec dici deberent, qui aliis ipse ea narrare nosti. Quam igitur voluptatem percepturus eram, si patriam meam adjuvares, eam nunc sentio, dum omnia moliris, ut, quae altera illa apud me nullo modo est inferior, talis appareat, qualis olim fuit. Putarim autem, honeste te facturum, si adolescentem illum, *Aristaeneti* quidem cognatum, meum autem discipulum, qui & ingenui pudoris est & in amorem tui propensus, non permittas infeliciorem esse illis, quos se habet inferiores; sed ad te recipias, ac loco quodam honesto collocatum, & praesenti beneficio, & iis, quae sperat, ornes. Quae quidem si non tam in *Dianium*, quam in me conferri beneficia censeas, recte judicaveris. Hic

CCLXXXV. ΑΛΕΞΑΝΔΡΩι. (1)

Οὐκ ἄρα εἵμαρτο τῇ Βιθυνίᾳ τὴν χείρω τύχην ἀθάνατον γενέσθαι (2). Διὰ τοῦτο ἦλθεν ἰασόμενος, ὃς ἐπίσταται τοῦτο ποιεῖν. Σὺ γὰρ ἄνθρωπον μὲν τεθνεῶτα οὐκ ἂν ἀναστήσειας, ὥσπερ οἱ μῦθοι (3), πόλεις δ' ἂν οἰχομένας (4) πάλιν εἰς σχῆμα καταστήσειας πόλεων (5), ἃ δὴ νῦν ποιεῖς. Λέγονται γὰρ ἀναβιῶναι καὶ κομίσαι τό γε τὸ πρότερον, ὦ θεοὶ (6), κάλλος ἅπαν. Χαίρω δὴ (7) διπλῇ, τῷ τέ σε τὸν εὖ ποιοῦντα εἶναι, τῷ τε Βιθυνοὺς τοὺς εὖ πάσχοντας εἶναι. Σύ τε γὰρ παῖς ἐμὸς, (8) τό, τε ἔθνος (9) ἀντὶ πατρίδος ἐμοί. καὶ διῆλθον (10) ἄν σοι τήν τε ὑποδοχὴν, καὶ χρόνων ἐκείνων εὐθυμίαν, εἰ μὴ ἦν αὐτῷ σοι πρὸς ἄλλους (11) εἰδότι (12) λέγειν. Ἣν οὖν εἶχον ἂν ἡδονὴν, εἴ μοι τὴν ἐνεγκοῦσαν (13) ὠφέλεις, ταύτην ἔχω νῦν, ἐπειδή μοι τὴν οὐδὲν ταύτης δευτέραν (14), ὅπως, οἵα πρότερον ἦν, φανῇ, πάντα ποιεῖς. Καλὸν δὲ οἶμαί σοι καὶ τὸ τὸν παίσκον, Ἀρισταινέτου μὲν συγγενῆ, χορευτὴν δὲ ἐμὸν, αἰσχύνεσθαι δὲ εἰδότα, φιλεῖν δὲ μεμελετηκότα, μὴ περιιδεῖν, πράττοντα χεῖρον τῶν αὐτοῦ χειρόνων, ἀλλ' εἴσω τε δέξασθαι, καὶ μεταδοῦναι χώρας ἐντίμου, καὶ ποιῆσαι λαμπρὸν τοῖς τε νῦν, τοῖς τε ἐλπιζομένοις. Καὶ ταῦτα ἂν νομίζῃς, οὐκ εἰς Διάνιον μᾶλλον, ἢ εἰς ἐμὲ πεπρα-

(5) Phrasis est proverbialis de fiducia in altero collocata. Alexander ille est, cui Dianium noster commendat epistola sequente. (6) καὶ τρίτης πάλιν, καὶ τετάρτης, *Benzel.* A. (7) Habent hoc *Voss.* & *Reg. max.* recte. προβαίνοις male *Medic.* B. προβαίνειν *Medic.* A. nonnihil melius. (8) αὐτῷ σε *Medic.* B. Pro πεποιηκότος legit πεποιηκότα *Casanatensis*.

EP. CCLXXXV. (1) Vide *Centuriam* epistolarum meam p. 293. in ora *Benzel.* B. monetur, ab aliis inscribi Andronico. (2) Sic scripsi cum *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. pro γίνεσθαι *Barocc.* (3) Forte alludit, quod passim non sine impietatis nota facit, ad Servatorem nostrum, quem mortuos vitae restituisse sacrae paginae testantur. Vel ipsas Gentilium fabulas, quae de mortuis in vitam revocatis exstant, pungit. Vide *Huetii* Alnetanas Quaestiones II. 12. §. 30. *Pfannerum* in Systemate Theologiae Gentilis c. 19. §. 4. & *Loesterum* in singulari dissert. de iis, qui inter gentes in vitam rediisse perhibentur, Lips. 1694. Alia hanc in rem in *Centuria* ad ipsam hanc epistolam dixi, quae ibi legi malim, quam hic repeti. Porro respicere noster videtur ad *Homeri* illud Iliad. ω. vs. 551. Οὐδέ μιν ἀνστήσεις. (4) Alludit procul dubio ad *Nicomediam*, Bithyniae urbem, quam, terra movente, eversam esse supra ostendimus. (5) πόλιν *Medic.* A. *Salvinius* malebat παλαιὰν, at praestat lectio reliquorum codicum πόλεων. (6) Probem fere *Medicei* lectionem: καὶ κομίσαντο ὦ θεοὶ, τὸ πρότερον τὸ πρότερον κάλλος ἅπαν. Firmat hanc lectionem *Voss.* & *Reg. max.* Interim secutus sum *Barocc.* (7) δὲ *Barocc.* (8) Filius, disciplinae scilicet nomine. Sophistae enim discipulos filiorum nomine appellare solebant. Vide, quae scripsi ad Centuriam epp. ep. XLIII. 3. (9) Libanium CPoli abeuntem in Bithyniam commigrasse, ibique primo Nicaeae, hinc Nicomediae liberaliter exceptum esse ex Vita, ab ipso scripta, constat. (10) διῆλθον *Voss.* & *Reg. max.* Nostrum est in *Barocc.* & *Medic.* (11) ἀλλήλους, *Reg. max.* & *Voss.* sed hic ex emendatione recente ἄλλους quoque exhibet, quod reliqui codd. quos dixi, & *Ambros.* quoque T. 5. firmat. (12) εἰδόσι *Medic.* (13) ἐνεγκοῦσαν per ellipsin vocis γῆν *patriam* dici tralatitium est. Vide interim *Lamb. Bos* de ellipsi Graec. L. p. 23. Patriam Libanii *Antiochiam* fuisse ex oratione ejus XI. quae λόγος Ἀντιοχικὸς inscribitur, constat. (14) ἐπειδὴ τὴν οὐδέν μοι ταύτης, *Voss.* & *Reg. max.* ἐπειδή μοι τὴν οὐδὲν ἧττον ταύτης δεῖσθαι. *Medic.*

(15) In

πεπρᾶχθαι, τὰ ὄντα δοξάσεις. Οὗτος γὰρ δὴ πλεῖστά με εὐφράνας ἑταίρων (15) ἐλύπησεν ἥκιστα.

Hic enim ut inter discipulos maximo me gaudio, ita & minimo dolore affecit.

CCLXXXVI. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Ἄμφω μὲν ἔδειξα τὼ λόγω (1), καὶ ὅλω γε ἄμφω τὼ λόγω. τὸν μὲν νῦν τὸν μαχόμενον, τὸν δὲ πάλαι τὸν ἐπαινοῦντα. Σὺ δὲ ᾤου με δείσαντα κολοιοῦ τινος θόρυβον ἡρπάσθαι σιγὴν καὶ γεγενῆσθαι κακὸν περὶ τὸν ἐμαυτοῦ θεῖον. τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ἃ (2) μὲν οὐκ εἶχε κίνδυνον εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν, ἐν πολλοῖς εἴρηται. Τοῦ λόγου δὲ ἡ τρίτη μοῖρα φίλων ἐδεῖτο σαφῶν, οὓς ὀλίγους δεξάμενος τοῖς βάθροις (3), κλείσας τὰς θύρας, ἀνέγνων. δεόμενος αὐτῶν, εἴ τι φαίνοιτο καλὸν, σιγῇ θαυμάζειν, μηδὲ τῇ βοῇ πολλοὺς ἐγείρειν. Καὶ μέχρι γε τοῦ παρόντος, προσκυνῶ τὴν Ἀδράστειαν, φόβος οὐδεὶς ἐξέφυ. Τί τὸ φοβοῦν, ἀκοῦσαι ποθεῖς; ἐξήρπασε τοῦ τότε κρατοῦντος Φασγάνιος (4) τὴν πόλιν οἶσθ' ὅπως ζέοντος. Οὐκ ἦν οὖν τὴν τοῦδε βοήθειαν δεῖξαι μεγάλην, μὴ τὴν ὠμότητα δείξαντα τὴν ἐκείνου μεγάλην (5). Δέδεικται δή. καὶ ὁ λόγος, ὧν εἰκὸς, τετύχηκεν. Ἀλλ' ἔστι δέος, μὴ τῷ μὲν λόγῳ τὸ μέρος ἔχῃ καλῶς, τὸ καλὸν δὲ τοῦτο κακὸν τέκῃ τῷ ποιητῇ (6). Δύναται γὰρ καὶ τεθνεὼς ἐκεῖνος διὰ τοῦ ζῶντος. Ὅστις οὖν οὐκ ἐπιθυμεῖ βαράθρου (7), κρύψαι λόγον (8) αἱρήσεται μᾶλλον, ἢ δεικνὺς, τρέμειν (9). Τοῦτον μὲν οὖν ἀναβολῇ δεδόσθω. τὸν δ' ἕτερον δέξῃ δι' ἀνδρὸς ἀρίστου τῶν παρ' ἡμῖν. οὗ πρότερος οὐδεὶς ἦλθεν ἐπὶ τὸ βουληθῆναι λαβεῖν. Ταυτὶ δέ σοι ἥκει, δι' ὧν ἡμιλλησάμην πρός τι τῶν Δημοσθένους. (10) καὶ προαγῶνε (11) δύο, ὃ (12) μὲν, ὃν ᾔτεις, ὃ δὲ ἴσως οὐκ ἀνιάσων (13).

DEMETRIO.

Utramque habui orationem, utramque etiam integram, recentem quidem illam, quae oppugnat, veterem autem, quae laudat. Tu vero putabas me mihi a graculi cujusdam strepitu timentem silentium elegisse, improbumque in patruum meum fuisse. Sed aliter res habet. Quae enim publice recitari sine periculo poterant, ea publice sunt recitata. Tertiae vero orationis pars amicos spectatos requirebat, quibus, paucis scamnis receptis, clausisque foribus, praelegi, precatus eosdem, si quid pulchrum videretur, tacite id mirari, neque clamore multos illos excitare. Et hactenus quidem, Adrasteae sit gratia! nullus inde natus est metus. Quid me terruerit, audire aves. *Phasganius* civitatem ab homine tunc imperitante maximeque, quod nosti, fervido vindicavit. Fieri itaque non poterat, ut illius auxilium ingens fuisse ostenderem, nisi & hujus feritatem maximam demonstrarem. Itaque ostensum hoc est, & oratio nostra, quae fas erat, obtinuit. Metus autem est, ne orationi quidem ex parte bene sit, bonum autem illud conditori male cedat. Nam & mortuus ille potest aliquid per viventem. Qui igitur barathrum non amat, orationem supprimere mallet, quam recitans tremere. Sed hoc quidem differatur. Alteram vero illam orationem accipies per virum inter nostrates optimum, quo prior nemo venit, qui vellet accipere. Haec itaque ad te veniunt, quibus *Demosthenem* aemulatus sum: tum vero praeludia duo; alterum quidem, quod desiderabas; alterum, quod fortasse non displicebit.

CCLXXXVII. ΜΑΞΙΜΩι.

Ὁ γέρων οὗτος Ἡράκλειτος, ὁ πολλὰ κακὰ παθὼν, οὐ διὰ τὴν σὴν ἀρχὴν, πρὸ γὰρ τῆς Δημοσθένους πολιτείας ὁ Φωκικὸς πόλεμος (1), ἀλλὰ διὰ τοὺς ῥᾳδίως, ὃν ἂν ἐθέλωσιν, ἄγχοντας, ἥκει. βραχύτερον μέν σοι πεποιηκὼς τὸν πόνον τοῖς ἐνταῦθα ἐσπουδασμένοις, τὴν τελευτὴν δὲ τοῦ παντὸς, ἐν ταῖς παρά σου ψήφοις ἔχων. Ποίει δὴ καλὸν τὸ τέλος, καὶ δίδου χάριν, μηδὲν ἐκβαίνων τὸ δίκαιον. ὡς ἔστιν ἄτοπον, ἣν, ἄρχων-

MAXIMO.

Senex hic, *Heraclitus*, aspera multa perpessus, non quidem ob tuum imperium, (nam & ante *Demosthenis* administrationem bellum erat Phocense) sed ob eos, qui facile, quemcunque velint, vexant, ad te venit, breviorem quidem tibi laborem, rebus hic studiose actis efficere conatus, totius vero negotii finem in tuis suffragiis habens repositum. Fac itaque, ut finis bonus sit, & beneficium illi praesta, quod jus fasque non excedat. Indignum

(15) Ita codd. omnes, quod olim in ἑτέρων mutandum esse putavi.

EP. CCLXXXVI. (1) τὼ λόγω, recte *Medic.* B. utrinque. Et sic *Ambros.* T. 5. In *Regio* vero *max.* & *Barocc.* est τῷ, librarii vitio. (2) *Medic.* male ἀλλὰ, quod cum nostro hoc permutandum esse recte monuit *Salvinus*. (3) βαθμοῖς *Medic.* eodem fere sensu. Praestat tamen prius. (4) De *Phasganio*, quem paulo ante avunculum suum vocat, saepius diximus. (5) μὴ τὴν ὠμ. —— μεγάλην, desunt in *Medic.* quibus tamen ex reliquis codd. opus esse res ipsa ostendit. Librarii lapsus est, phrasin hanc, alteri isti simillimam, festinato calamo transmittentis. Fraudi interim fuit *Salvino* interpretanti. (6) ποιητὴν prosaicum quoque Scriptorem dici doctissimus *Fabricius* noster ostendit Vol. I. Biblioth. Graec. p. 2. Similiter *Tatianus* Heracliti scripta, omnino prosaica, ποίημα appellat. (7) Carcer erat *Athenis* squalidus, βαράθρον nomine vocatus. Vide inter ceteros *Bernhard. Montefalconium* in Biblioth. Coisliniana p. 491. (8) κρύψαι τὸν λόγον, *Medic.* (9) Non putem exstare nunc hanc Libanii orationem, tanquam studiose occultatam. (10) Nec hanc puto superesse, nisi inter eas sit, quae Tom. I. Epp. p. 397. sqq. leguntur. (11) Ita codd. nonnulli, alii vero προάγωνα, ut *Barocc.* Crediderim, hoc nomine indicari, quae alias dicuntur progymnasmata. Vide interim *Valesii* notas ad Maussaci illas in *Harpocrationem* p. 345. in Addendis. (12) Ita *Medic.* & *Ambros.* T. 5. ὃ *Voss.* ὃν, *Barocc.* (13) Sic scribo cum *Barocc.* ἀνιάσας *Voss.* & *Reg. max.* ἀνιάσεις *Medic.* ἀνιάσει, *Medic.* B.

EP. CCLXXXVII. (1) De bello illo Phocensi ipse exponit *Demosthenes* in Orat. de falsa legatione. Confer de eodem Illustrem *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Orationes p. 218.

gnum enim fuerit, si, quam imperante *Euthe-rio*, famam apud Armenios habui, quod nempe juvare nonnihil possim, ea mihi sub *Maximi* optimi magistratu periisse videatur.

ἄρχοντος Εὐθηρίου, δόξαν ἐν Ἀρμενίοις ἐκτησάμην, ὡς οἷός τ᾽ εἴην βοηθεῖν, ταύτην ἐπὶ τῆς ἡγεμονίας Μαξίμου τοῦ καλοῦ διεφθάρθαι μοι.

EIDEM.

Letoium adolescentem ex Armenia mater adduxit, mihique tradidit, sibi unicum. Hoc itaque tanquam ad literas discendas idoneo sum laetatus. Valet enim ingenio pullus. Matrem vero miratus sum, quod & de secundis nuptiis non cogitarit, idque unius mater filii, & tam longum iter sit ingressa, existimans scilicet, omnia illa felicius cessura, si ipsa praesens totius negotii initia curaret. Ut igitur in Graecorum literis proficiat, Deo & nobis curae erit: ut vero domus ipsi salva sit & mater prospiciet, & *Eusebius* virtutis studiosissimus, qui suo rerum divinarum studio etiam curam pro illis junxit, existimans, honesti viri esse & juvare orphanum, & non pati, ut captantibus in praedam cedant. Propositum hoc egregium est, idemque in factum processerit, si favore tuo fruatur. Fruetur autem, probe scio, cum res nostras provehere constitutum apud te habeas.

CCLXXXVIII. ΤΩι ΑΥΤΩι. (1)

Λητόϊον ἐξ Ἀρμενίας νέον ἡ μήτηρ ἄγουσά μοι, παρέδωκε μόνον ὄντα αὐτῇ. Τούτῳ τε οὖν ἥσθην δυναμένῳ δέξασθαι λόγους, ἔστι γὰρ ἐχυὸς ὁ πῶλος. Τῆς τε μητρὸς ἐθαύμασα τὸ μήτε πρὸς δεύτερον γάμον ἰδεῖν, καὶ ταῦτα οὖσαν ἑνὸς μητέρα, βαδίσαι τε ὁδὸν τοσαύτην, ἡγουμένην (2), ἄμεινον αὐτῷ (3) τὰ πάντα ἕξειν, εἰ τῶν πραγμάτων ἀρχῆς ἐπιμεληθείη παροῦσα. Τοῦ μὲν οὖν αὐτὸν εἰς Ἕλληνας (4) τελέσαι, Θεῷ τε καὶ ἡμῖν μελήσει. τοῦ δὲ αὐτῷ σωθῆναι τὸν οἶκον, μελήσει μὲν τῇ μητρὶ, μελήσει δ᾽ Εὐσεβίῳ τῷ ζῶντι μετ᾽ ἀρετῆς, ὃς τῇ περὶ τὸ θεῖον σπουδῇ, καὶ τὰς ὑπὲρ τούτων φροντίδας ἀνείλετο, νομίζων προσήκειν ἀνδρὶ δικαίῳ βοηθεῖν ὀρφανῷ, καὶ μὴ τοῖς βουλομένοις ἁρπάζειν ἐπιτρέπειν. Ἀλλ᾽ ἡ μὲν προαίρεσις αὐτῷ καλὴ, γίγνοιτο δ᾽ ἄν τι καὶ ἔργον, εἰ τῆς σῆς ἀπολαύοι ῥοπῆς. ἀπολαύσεται δ᾽, εὖ τοῦτο ἐπίσταμαι, σοῦ τὰ ἡμέτερα μείζω ποιεῖν ᾑρημένου.

PALLADIO.

Longas ejusmodi & multas vindicias illis serva, qui accusare te instituunt. Ego vero testis sum tuae virtutis, tum quod ad mores, tum quod ad sermones spectat. Propterea & ad ipsum illum, qui me decipere tentabat, plura, quam tu ipse scribis, quamvis non pulchriora, disserui, & adversus bonum illum virum, mihique & tibi amicum, imo & discipulum, statim jure jurando confirmavi, sermonem illum non esse tuum, sed omnia illius, qui haec retulit, loquacitati deberi: sic enim existimare praestat, quam malitiae adscribere. Itaque *Hilarius*, quamvis multum istius hominis illa doleret, magis tamen eo laetatus est, quod animus meus calumniis illis non sit occupatus, quam, quod calumniae illae sparsae sint, doluit. Cumque viderem, illum & hoc laudi mihi ducere, respondi: Nec *Socratem* ego, vir optime, & virum divinum, & ab iis, quorum illum postulabat *Melitus*, alienissimum reputans, ideo laudandum putarem. Neque enim ego, si persuadere mihi conanti, solem tenebrarum esse auctorem, non statim fidem haberem, septem illis sapientior viderer. Itaque nec hoc magnum est, quod non credo, a te ea esse profecta, quae nulla ratione

CCLXXXIX. ΠΑΛΛΑΔΙΩι. (1)

Τὰς μακρὰς ταύτας καὶ πολλὰς ἀπολογίας τήρει τοῖς βουλομένοις κατηγορεῖν. Ἐγὼ δέ σοι μάρτυς ἁπάσης ἀρετῆς, τῆς τε ἐν τοῖς ἤθεσι, καὶ ὅση κατὰ τοὺς λόγους. πρός τε οὖν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν πειρώμενον ἐξαπατᾷν, ὧν αὐτὸς γράφεις, πλείω διῆλθον, οὐ γὰρ δὴ καλλίω γε. Καὶ πρὸς τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, (2) τὸν ἐμόν τε φίλον, καὶ σὸν, αὐτό τε τοῦτο καὶ μαθητὴν, εὐθὺς ὤμνυον μηδὲ τοῦτον εἶναι σὸν, ἀλλὰ πάντα τῆς τοῦ λέγοντος φλυαρίας. Οὕτω γὰρ ἡγεῖσθαι βέλτιον, ἢ πονηρίας. ὥσθ᾽ ὅγε Ἱλάριος, καίτοι λίαν ἀλγῶν ἐπὶ τοῖς παρ᾽ ἐκείνου, μᾶλλον ἥδετο τῷ μὴ κρατηθῆναί μου τὴν γνώμην ὑπὸ τῶν διαβολῶν, ἢ τῷ γενέσθαι τὰς διαβολὰς, ἠθύμει. Ὁρῶν δὲ αὐτὸν καὶ ταῦτα εἰς ἔπαινον ἄγοντα, ὦ βέλτιστε ἔφην, οὐδὲ Σωκράτην ἄνδρα θεῖον ἡγούμενος, καὶ ἀπέχειν, ὧν ἐνεκάλει Μέλιτος (3), ἀξιώσαιμ᾽ ἂν ἐπαινεῖσθαι. οὐ γὰρ εἴ μέ τις (4) πείθειν ἐπιχειροῦντος σκότους αἴτιον εἶναι τὸν ἥλιον, μὴ ὑπηγόμην, εἰκότως ἂν ἐδόκουν τῶν ἑπτὰ σοφώτερος. οὐ τοίνυν οὐδὲ τοῦτο πάμμεγα, τὸ μὴ τῆς σῆς εἶναι πεισθῆναι ψυχῆς, ἃ μηδενὶ λόγῳ τῆς σῆς εἶναι ἠδύνατο. Παύσαι (5)

οὖν

EP. CCLXXXVIII. (1) Exstat haec epistola Latine inter illas *Zambicarii* lib. III. ep. 276. (2) In *Voss.* & *Reg. max.* ἡγούμενον, quod in ἡγουμένην converti, tum sermonis serie adductus, tum *Zambicarii* versione firmatus, quae ita habet: *putans, melius omnia filio eventura.* (3) *Voss.* αὐτῷ, sed ita, ut ῷ superscriptum haberet ῷ. (4) Verti etiam poterat: *ut inter Graecos*, nempe quod ad literas, *censeri*, vel numerari, possit. Sic *Philostratus* in Vitis Sophist. II. 3. p. 567. ἐνδελεχ εἰς Ἰωνίους. *Herodotus* ἐκδεδω ἐς Ἕλληνας &c.

EP. CCLXXXIX. (1) Epistola tota intelligi non potest, nisi haec teneantur. Erat, qui persuadere conaretur Libanio, Palladium male de ipso esse locutum. Palladius crimen hoc a se diligenter per literas erat amolitus. His non opus fuisse testatur noster apud se, qui id omne non Palladio, sed referentis loquacitati vel malitiae acceptum tulerit. (2) Hic est *Hilarius*, de quo mox. (3) De *Melito* & aliis Socratis iniquis accusatoribus lege praestantissimum *Fabricium* nostrum lib. III. Bibliothecae Graecae cap. 1. p. 7. (4) *Reg. max.* μέ τι, & olim quoque in *Voss.* in quo nunc est ex emendatione recente eaque verissima, μέ τις i. e. μέ τινες. (5) Ita *Voss.* recte; est enim imperativus vocis mediae: παῦσαι, *Reg. max.* male.

δὴ τῶν τοιούτων ἐπιστολῶν, ἢ φήσω σε ὑβρίζειν, οἰόμενόν με παντὸς εἶναι τοῦ βλασφημοῦντος.

CCXC. ΜΑΞΙΜΩι.

Ἥσθην, οἷς ἔγραψας. Ἅ τε γὰρ ἐβουλόμην, ἐμήνυσας (1), καὶ τὸ κάλλος ἦν ἀμήχανον, οἷον τῆς ἐπιστολῆς. ὥστε μου βοῶντος ἐπ' ἀγορᾶς, ἐκεῖ τε γὰρ ἔλαβον, καὶ λαβὼν εὐθὺς ἀνέγνων, ἐφ' ὅτῳ βοᾷς (2), ἤρετο Στρατήγιος, τὸν πολιτευόμενον λέγω, καὶ γνοὺς ἀνέγνω τε, καὶ ἐμιμεῖτό μου τὴν βοήν. Ἴθι δὴ, καὶ τοῦτον ἡμῖν εὖ ποίει, καὶ φίλει παῖδα ὄντα ἐμόν. Πάντως δὲ οὐ μοι νεμεσήσεις οὕτω καλοῦντι τὸν μαθητὴν, (3) ὃς μετὰ πολλῶν ἐφοίτησε παρ' ἐμέ. Μέμψεως δὲ μετ' ὀλίγων ἐγένετο κρείττων, καὶ ταῦτα συνεχῶς συνδιατρίβων τε καὶ τραπέζης κοινωνῶν, καὶ τῶν μετὰ μεσημβρίαν πόνων, καὶ ὅσον (4) εἰκὸς νεανίσκον πιστευόμενον διὰ τὸν τρόπον. Τούτῳ (5) τὸ μὲν γένος ἔκ τε ὧν ἄρχεις, καὶ Γαλατῶν. (6) πλείων (7) δ' αὐτῷ λόγος, ἧς ἄρχεις. καί πως ἐπὶ τὴν Ἀρμενίαν ῥοπὴ πάλαι. Τοῦτο δ' εἰ καὶ μὴ πρότερον ἐποίει, πάντως ἂν νῦν ἐραστὴ ποιῶν, σὺ τὰς πόλεις Σαμίων ἄνθη (8) φασὶ καὶ λαύραν ἀποφήναντος (9) Σαμιακήν.

CCXCI. ΤΩι ΑΥΤΩι. (1)

Οἶμαι καὶ δάκρυσιν ὑπὸ σοῦ τετιμῆσθαι Καισάριον, τὸν φαυλοτέραν δείξαντα τὴν Ἀρμενίαν τῇ τελευτῇ. Τὴν μὲν γὰρ πόλιν καὶ δημοσίᾳ κείρασθαι (2) νομίζω πενθοῦσαν τὸν ὀρθόπολιν, (3) εἶπεν ἂν Πίνδαρος. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο μέρος οὐ μικρὸν τῶν κακῶν, τὸ, τὸν ἐκείνου παῖδα τὸν περὶ λόγους διατρίβοντα ὑπὸ τῆς συμφορᾶς ἀφελκυσθέντα τρέχειν οἴκαδε φροντίδας φροντίδων ἀλλαξάμενον, τῶν νέῳ πρεπουσῶν τὰς προσηκούσας πατρί. μᾶλλον δὲ οὐ πάντα δυστυχοῦσιν οἱ κείνου, τοῦ δαίμονος ἑτοιμάσαντος τῇ μελλούσῃ πληγῇ φάρμακον τὴν σὴν ἀρχήν. Οὐ γὰρ ἄδηλον, ὡς ἀγωνιῇ μικρὰν αὐτοῖς ἀποφῆναι τὴν αἴσθησιν τῆς τύχης (4), τόν τε κείμενον αἰδούμενος, καὶ ἡμῖν χαρι-

rationе tua esse possint. Abstine igitur ab ejusmodi epistolis, aut injuriam te facere mihi dicam, qui putes, me a calumniante quovis pendere.

MAXIMO.

Delectatus sum iis, quae scripsisti. Quae enim volebam, significasti, epistolaeque tuae elegantia sine controversia insignis erat, adeo, ut me in foro exclamantem (ibi enim & accepi eam, & acceptam statim legi) *Strategius*, de magistratum gerente loquor, interrogaret: cur exclamas? Cognita ille causa, & legit epistolam, & meam acclamationem imitatus est. Perge itaque, & illi bene fac, & ama, quem filium habeo. Tu vero vitio mihi omnino non vertes discipulum ita appellanti, qui cum multis aliis disciplina mea est usus. Is vero cum paucis ab omni reprehensione fuit immunis, idque ideo, quod continuo mecum versaretur, mensaque mea uteretur, laboribus pomeridianis intentus, eaque faciens, quae juvenem, virtute sua spectatum, facere decebat. Genus ille ducit partem ex illis, quibus imperas, partem ex Galatis. Majorem tamen rationem habet illius regionis, cui tu praees. Et jam olim quidem animus eum in Armeniam tulerat. Quamvis autem rem ante non perfecerit, nunc tamen prorsus facit, quando tu urbes, quod ajunt, Samiorum flores, & Samicam lauram esse efficis.

EIDEM.

Existimo lacrymis etiam a te honoratum fuisse *Caesarium*, qui Armeniam obitu suo infeliciorem reddidit. Civitatem enim etiam publice tonsam apparuisse crediderim, lugentem eum, quem *Pindarus* urbium rectorem vocaret. Nec exigua infelicitatis pars est, quod filius ejus, a suo in literas studio per calamitatem hanc abstractus, domum currit curas cum curis permutans, eas nempe, quae juvenem decent, cum istis, quae Patri conveniunt. Imo vero non per omnia infelices sunt ejus posteri, Numine magistratum tuum futuro vulneri instar remedii jam ante applicante. Neque enim obscurum est, quantam operam sis daturus, ut calamitatis hujus sensus levior illis reddatur, qui & defunctum magni

EP. CCXC. (1) ἅτε γ. ἐβ. ἐμήνυσας, desunt in *Ambros.* T. 73. (2) Pro βοᾷς primum scriptum fuit in *Voss.* βοᾷν, sed ab eadem manu superadditum βοᾷς, & sic quoque in *Reg. max.* Utrumque locum tueri potest; sed alterum, nempe βοᾷν, est ellipticum. (3) De hac discipulorum appellatione alias dicemus. Vide interim notas ad *Centuriam* meam epistolarum p. 111. (4) Legere malim ὅσων, ut referatur ad πόνων. (5) Quae sequuntur usque ad finem epistolae, ea desunt in *Ambros.* T. 73. (6) De *Galatis*, quique sub hoc nomine a veteribus indicentur, dixi in *Curis* meis ad epistolam Paulinam, Galatis inscriptam. (7) Ita scripsi pro πλείω. (8) Utriusque hujus proverbii meminit *Plutarchus*, vel, quisquis auctor sit, in *Proverbiis*, quae ex Bibliotheca Medicea primus dedit *Jac. Gronovius* in praefat. ad Tom. X. Antiquitt. Graecarum p. 13. Σαμίων ἄνθη, καὶ Σαμιακὴ λαύρα, ἐπὶ τῶν ὁσυλαῖς ἡδοναῖς χρωμένων. Ἡ Σαμιακὴ λαύρα στενωπὸς ἐν τῇ πόλει Σαμίων, ἐν ᾗ τὰ τέρματα ἐπιπράσκετο. τὰ δὲ Σαμίων ἄνθη τόποι, ἐν οἷς συνόντες αἱ γυναῖκες τοῖς ἀνδράσι συνεκεχωρήκεσαν. διὰ ταύτην τὴν τρυφὴν οἱ Σάμιοι τοῖς Πέρσαις ἐδουλώθησαν. Utrumque & *Athenaeus* affert lib. XII. Confer *Erasmi* Chiliadas p. 408. sqq. (9) ἀπὸ φήναντος, *Vatic.* A.

EP. CCXCI. (1) Βάσσῳ inscribitur in *Medic.* A. & *Vatic.* 943. & in *Benzel.* A. Ad *Maximum* rectius referri ex eo patere mihi videtur, quod *Maximus*, ceu ex proxime superiore epistola intelligitur, Armeniae res cum imperio curarit, quale quid de *Basso* illo non constat. Ejusdem vero Armeniae in hac epistola est mentio. (2) Capillos tonsos luctus fuisse indicium, tralatitium est, & hic probare nihil attinet. (3) τὴν ὀρθόπολιν sine voce πενθοῦσαν, legit *Medic.* A. male quidem, quamvis *Salvinus* retinuerit, ita exprimens: ὀρθόπολιν, sive rectam civitatem diceret *Pindarus*. Ex nostra lectione, quam *Voss. Reg. max.* & *Vatic.* probant, manifestum est, elogium hoc esse *Caesarii*, quo simili sensu usus est *Pindarus* Olymp. II. 13. 14.

Εὐωνύμων τε πατέρων
Ἄωτον, ὀρθόπολιν.

Ibi Schol. ita: τὸν τῇ ἑαυτοῦ δικαιοσύνῃ ὀρθοῦντα καὶ σώζοντα τὰς πόλεις, ὡς ἐρυσίπολιν, καὶ σωζόπολιν. Similiter interpretantur Scholia MSS. à *Sudorio* ibidem allata: εὐθύνοντα τὴν πόλιν Laudatur itaque *Caesarius* a praeclara rerum administratione. (4) τύχης male omittit *Medic.* Vocabulum illud, tanquam μέσον, sequiore sensu hic adhibetur.

(5) εἰσαχ

magni facias, & nobis gratificeris, persuasumque tibi habeas, hoc ipsum tibi non minorem, quam cetera, quae facis, gloriam esse pariturum, si familiam antea felicem, sed nunc vacillantem, firmaveris. Maximum interim hoc fuerit beneficium, si *Eudoxio* ad nos reverti integrum fuerit. Hoc autem facturus mihi videtur, si viderit, providentiam tuam & curam defuncti partes implentem.

ACACIO.

In ceteris quidem facile tibi cesserim. In eo vero te vici, quod jam pridem, quae amici sunt, tibi praestiterim, quando maximo clamore contendisti ne illis careres, quibus ipse privatus silui. Neque altera illa ignorare mihi videris, quando te quidem ego, me vero omnes laudarunt, eo quod te tuasque declamationes ipse laudavi. Literas quidem tu prior misisti; scripseram vero & ego. Quod si illae citius, hae tardius venerunt, ex eo quidem animum judicari non oportet. Quomodo egregium *Eutropium* exceperim, ex ipso velim intelligas, ac praeterea, quomodo ab *Eubulo* victus sim in eo, quod facere constitueram. *Eubulum* enim puto omnia vincere debere.

PRISCIANO.

Leontius iterum de eodem negotio literas affert. Ego vero ipsum victoriam reportatam sacrificio celebraturum putabam. Interim non parum se consecutum profitetur, cum tamen omnia debuisset. Tu vero benigne excipiens gratiam pro iis, quae nactus est, habentem, fac, quaeso, ut penitus a molestia liberatus gratiam habeat.

GERONTIO.

Simulac tu magistratum apud Aegyptios suscepisti, mihi pro amicis ad te scribendi imposita est necessitas. Nam illi epistolas erant expetituri, mihi vero non dandi causa non futura in promtu. Primus eorum, qui petierunt, & afferunt, est *Heraclides*, vir comis, dicendi peritus, mihi necessarius, Memphidis decus. Ostende itaque mihi illis, quae ipsi praestiteris, num talia prae me ferre deceat, an minus.

EUTHERIO.

Te quidem precari nolim, ut *Heraclidem* juves, sed praecipio potius. Hoc enim jucundius tibi, quam preces, fore videtur. Causa haec est, quod non minus amare, quam imperare didiceris. Imo vero ipse ille etiam sine literis gratiae aliquid a te consecuturus erat, si praesens tibi id fecisset, quod facere consuevit. Solet autem laudare me, id quod experiun-

χαριζόμενος, νομίζων τι οὐχ ἧττον σοι τοῦτο δόξαν τῶν ἄλλων ὧν ποιεῖς, οἴσειν, (5) εἰ οἶκον εὐδαίμονα κινούμενον στήσαις (6). Μεγίστη δὲ εὐεργεσία τὸ γενέσθαι πάλιν Εὐδοξίῳ (7) παρ' ἡμᾶς ἐλθεῖν, ὃ ποιήσειν μοι δοκεῖ, τὴν περὶ σοῦ προνοίας ὁρῶν ἀρκοῦσαν ἀντὶ τοῦ μεταστάντος (8).

CCXCII. ΑΚΑΚΙΩ.

Τῶν μὲν ἄλλων εἴξαιμ' ἄν σοι. ταύτην δέ σε νενίκηκα τὴν νίκην, πάλαι τὰ φίλων πεποιηκώς, ὅτε πάσας ἀφῆκας φωνάς, ὅπως μὴ ταῦτα ἀφαιρεθείης, ὧν αὐτὸς στερηθεὶς ἐσίγων (1). Ἀλλ' οὐδὲ τὰ δεύτερά μοι δοκεῖς ἀγνοεῖν, οἷς σε μὲν ἐγώ, πάντες δὲ ἐπῄνουν ἐμέ, διότι σὲ καὶ τοὺς σοὺς ἀγῶνας (2) ἐγώ. Γράμματα δὲ σὺ μὲν ἔπεμψας πρότερος, ἔγραψα δὲ ἐγώ. Εἰ δὲ τὰ μὲν ἠπείχθη, τὰ δὲ ἐμέλλησεν (3), οὐ τούτῳ (4) μὲν ἡ γνώμη κρίνεται. Τὸν καλὸν Εὐτρόπιον ὅπως εἶδον, παρ' ἐκείνου μάνθανε. καὶ τί ποιῶν ἐγνωκὼς ὅπως ἡττήθην Εὐβούλῳ. Δεῖ γὰρ Εὔβουλον οἶμαι πάντα νικᾶν.

CCXCIII. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩ.

Ἧκε Λεόντιος ὑπὲρ τῶν αὐτῶν γράμματα φέρων. ἐγὼ δὲ αὐτὸν ἠξίουν ἐπινίκια θύειν. καί τοι φασιν οὐ μικρῶν τετυχηκέναι, τοῦ παντὸς δὲ ἄρα προσήκει. Σὺ δὲ αὐτὸν ἐπαινέσας ὧν οἶδε χάριν, ὅπως ὅλως ἀπηλλαγμένος εἴσεται χάριν, ποίει (1).

CCXCIV. ΓΕΡΟΝΤΙΩ.

Ὅτι σὺ τὴν ἀρχὴν Αἰγυπτίων ἐδέξω, τότε ἐγὼ τοῦ περὶ τῶν φίλων σοι γράφειν ἀνάγκην. Ἐκεῖνοί τε γὰρ ἔμελλον αἰτήσειν ἐπιστολάς, ἐμοί τε οὐκ ἂν ἦν μὴ διδόντι λόγος. Πρῶτος δὴ τῶν αἰτούντων καὶ φερόντων Ἡρακλείδης γίγνεται, πρᾶος ἀνήρ, λέγειν εἰδώς, ἐπιτήδειός ἐμοι, Μέμφιδι κόσμος. Δεῖξον δή μοι τοῖς περὶ τούτων ἔργοις, εἴ τι δεῖ τὰ τοιαῦτα ἐπαγγέλλειν εἴτε μή.

CCXCV. ΕΥΘΗΡΙΩ.

Σοῦ δὲ οὐκ ἂν δεηθείην εὖ ποιεῖν Ἡρακλείδην, ἀλλ' ἐπιτάττω. Δοκεῖς γάρ μοι τοῦθ' ἥδιον, ἢ τὰς δεήσεις δέχεσθαι. Τὸ δὲ αἴτιον, οἶσθα φιλεῖν οὐχ ἧττον ἢ ἄρχειν. Ἔτυχε δέ τινος ἀγαθοῦ παρὰ σοῦ, καὶ γραμμάτων ἄνευ, εἰ παρεστάς σοι τοῦτ' ἐποίησεν, ὥσπερ εἴωθεν. Εἴωθε δὲ ἐπαινεῖν ἐμε, καὶ λήψῃ πεῖραν τοῦ πράγματος.

(5) οἴσειν abest à *Medic.* A. sed habet B. (6) Ita *Medic.* A. στήσεις *Medic.* B. utrumque recte. Male autem *Reg. max.* ἱστῆναι, nec rectius *Voss.* ἵστασαι. στῆσαι *Benzel.* A. recte. (7) Hic est *Caesarii* defuncti filius. (8) μεταστὰς hic ut paulo ante οἰχόμενος de defuncto σοφιστὴς dicitur.

EP. CCXCII. (1) Simultates quaedam inter *Acacium* & nostrum, ejusdem scilicet artis professores, intercesserunt, quod ex superiore quadam epistola constat. Vide ep. 277. (2) ἀγῶνας, Rhetorum etiam declamationes Scholasticas dici, alibi monuimus. (3) Sic scripsi cum *Vatic.* A. ἐμίλλησεν consueto librarii lapsu, *Voss.* & *Reg. max.* Fortasse rectius scriberetur ἐμέλλησεν. (4) τοῦτό γε *Reg. max.* male. In *Voss.* manus recens recte supra τοῦτο scripserat τούτῳ.

EP. CCXCIII. (1) *Voss.* & *Reg. max.* male ποιεῖ.

τος. Ἀμφοτέρων οὖν εἵνεκα, καὶ τῶν ἐπαίνων, καὶ τῶν γραμμάτων, μᾶλλον δὲ καὶ τούτων εἵνεκα, καὶ τῶν λόγων, ὡς ἔχει, καὶ ἔτι τιμᾷν τὴν Μέμφιν, μικρὰ τῶν ἄλλων ἐνδεῖσθαι τὸν ἄνδρα.

riundo disces. Utroque igitur, nempe & encomiorum illorum, & literarum, maxime vero & literarum nomine, & ob doctrinam, qua valet, tum vero, quod Memphin magni facit, patere, ut vir ille exigua quaedam a te petat.

CCXCVI. ΜΟΔΕΣΤῼ.

Τοὺς ἐμοὺς ἑταίρους, τοὺς σοὺς ῥήτορας, τοὺς ὑπ' ἐμοῦ σοι δοθέντας, τοὺς ὑπὸ σοῦ θαυμασθέντας, τούτους δὴ τοὺς φέροντας τὴν ἐπιστολὴν τῶν σῶν θυρῶν ἀποσπάσαι πειρῶνται ψηφίσμασιν ἄνδρες, οὓς ἐξείλόμην πολλάκις τῆς παρά σου δικαίας ὀργῆς. Μᾶλλον δὲ Εὐσεβίῳ μὲν ἀπειλοῦσι. τὸν δ' ἤδη πρὸς λειτουργίαν ἕλκουσι δεομένην ἐρρωμένου σώματος. Ἀγροίκιος δὲ οὕτω σφόδρα ἔρρωται, ὥστε πλεῖστον ἀνθρώπων (1) ἀργύριον ἰατροῖς ἐτέλεσεν, ἀεὶ χρήζων ἰατρῶν χειρῶν. ἀλλὰ καὶ πέντε αὐτοῖν ἔνδον ἀδελφαὶ κάθηνται, δεόμεναι μὲν διὰ τὴν ἡλικίαν (2) νυμφίων, ἀποροῦσαι δὲ ὑπὸ πενίας. μικρὸν γὰρ ἡ εὐγένεια νῦν. Ἐνθυμηθεὶς οὖν, ὡς ἐμοί τε αἰσχύνην ἔχει, τοῖς φίλοις εἰ μὴ δυναίμην βοηθεῖν, σοί τε οὐ καλὸν, νόμον παλαιὸν, βοηθοῦντα ῥήτορσιν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς (3), λυθῆναι, πεῖθε τῶν πολιτευομένων τοὺς θρασυτέρους, καὶ οὐ πάντα αὐτοῖς ἐξέσται.

MODESTO.

Amicos meos, Rhetores tuos, a me tibi datos, a te vero magni habitos, ipsos hos, qui epistolam reddunt, decretis quibusdam a foribus tuis abstrahere conantur homines, quos saepe a justa tua indignatione immunes reddidi. Inprimis tamen *Eusebio* minantur. Alium vero jam publicum munus subire cogunt, quod robustum corpus requirit. *Agroecius* autem tam valido gaudet corpore, ut multorum hominum pecuniam Medicis impenderit, medica manu semper indigens. Utrique vero illi quinque sorores domi sedent, quae per aetatem sponsos postulant, quibus per inopiam destituuntur. Generis enim nobilitas hodie parvi penditur. Recogitans itaque, & mihi dedecori esse, si amicis opitulari non possim, tibi vero parum honorificum, si lex antiqua, Rhetoribus quoad imperium proficua, abrogetur, illos, qui in Republica audentiores sunt, oratione tua flecte: & sic non omnia illis facere licuerit.

CCXCVII. ΕΥΣΕΒΙῼ.

Ἐπὶ τὴν αὐτὴν Ἀθηνᾶν ὑπὲρ ὁμοίων καταφεύγομεν πραγμάτων. Πρώην ἡμῖν ἐξήρπασας νέον ἐκ πυρὸς (1), καὶ πόνους (2) ὑπέστης, οἵους ἄν τις ὑπὲρ υἱέως, τῶν αὐτῶν δεῖ πόνων καὶ τῆς ἴσης προθυμίας, μᾶλλον δὲ πολλῷ μείζονος. Ἀγρόικιος γὰρ οὑτοσὶ παιδὸς οὐδέν μοι διαφέρει, καὶ διαγέγονα μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας ἀνέχων αὐτοῖς τὴν οἰκίαν, πολλοῖς ἀδελφοῖς καὶ πένησιν. ἀλλ' οἱ ῥᾳδίως ψηφίσματα γράφοντες δεῖξαι θέλουσιν, ὡς πλὴν τοῦ συνθλίξασθαι τοῖς φίλοις οὐδὲν ἄλλο δυναίμην ἂν ὠφελεῖν. καίτοι πρός γε τὴν σὴν ὀργὴν οὐ δι' εὐχῆς αὐτοῖς ἀλλ' ἔργοις ἤμυνα, καὶ τὸ κῦμα ἐστόρεσα. οἱ δὲ οὕτω σφόδρα μέμνηνται τῆς χάριτος, ὥστ' ἀντ' εὐεργεσίας Ἀγαμέμνονα. (3) Μαθέτωσαν οὖν, ὡς ἡ σὴ δύναμις ἐμή τε καὶ σή. καὶ οὐκ εἰμὶ ῥᾷστος παθεῖν κακῶς, ἕως ἂν ἰσχύῃς. Τὸ μὲν οὖν διδάξαι περὶ τῶν πραγμάτων Ἀγροικίου· τὸ δὲ μὴ περιοφθῆναι τὸν ἄνδρα, τῆς σῆς ἀνδρείας.

EUSEBIO.

Ad eandem Minervam propter eadem confugimus negotia. Nuper nobis juvenem ex igne eripuisti, & quantos tunc labores sustinuisti, quales quis pro filio sustineret, iisdem nunc opus est, & aequali cura, imo etiam multo majore. *Agroecius* enim hic nihil mihi differt a filio, familiaeque ejus multis scilicet fratribus iisque pauperibus usque ad praesentem diem opem tuli. Qui vero decreta facile procudunt, ostendere conantur, me nihil praeter vota conferre amicis posse, quamvis, cum tu illis succenseres, non precibus tantum, sed & opere ipso illis praesto fuerim, & procellam sedarim. Illi vero gratiae hujus ita sunt memores, ut pro beneficio Agamemnonem referant. Discant igitur, quod tua potentia & mea sit & tua, quodque male me mulctari non patiar, quoad quidem tu quicquam possis. *Agroecii* itaque fuerit, rem omnem edisserere; virum vero eundem non male tractari tuae est virtutis.

CCXCVIII. ΑΝΑΤΟΛΙῼ.

Ἔτι σου παρ' ἡμῖν ὄντος, ἔλαβόν τινες ἐπιστολάς. τεκμαίρου δὴ τῷ προοιμίῳ, πόσας εἰκὸς ἔσεσθαι τὰς ἁπάσας. Πρῶτος δὲ οὑτοσὶ Μάρκελλος ᾔτησε, Λαυρεντίῳ

ANATOLIO.

Cum nobiscum adhuc esses, epistolas quidam a nobis acceperunt. Ex prooemio itaque conjecturam facito, quot futurae sint omnes. Primus vero *Marcellus* hic petiit, *Laurentio* qui-

EP. CCXCVI. (1) Fortasse rectius scripseris: πλεῖστον ἀνθρώπων, h. e. *inter omnes maxime*. De re ipsa compara *Marc.* V. 26. (2) ἡλικία hic nubilem aetatem infert, sicut alias virilem significat, quod jam supra ostendimus. (3) De hac Rhetorum, seu Professorum a muneribus publicis immunitate, variis Imperatorum rescriptis sancita, alias ad has epistolas diximus. Rem omnem luculente exposuit *Jac. Gothofredus*, Vir praestantissimus, ad Tom. V. Codicis Theodosiani p. 24. ubi & ad ipsam hanc Libanii epistolam provocat.

EP. CCXCVII. (1) Locutio proverbialis, qua & sacer codex utitur (2) Ita *Reg. max.* At *Voss.* πόνων. Praestare videtur prius illud: mox enim sequitur πόνων. (3) Proverbialiter in eos videtur dictum, qui pro beneficiis malam referunt gratiam. Ita & *Agamemnonis puteí*, & *Agamemnonis hostia* ac *epulum* in proverbium abierunt.

quidem, affini nostro, hospes, sed aequitatis tamen suae fructus non bonos reportans. Cum enim, si audentior foret, alios ejicere posset, mitis esse volens, ipse est ejectus. Nunc vero ipsi & reditus spes est, & poenae sumendae. Sperat etiam, non eadem sibi iterum eventura, te quidem & justi & nostri causa benevolentiam ipsi aliquam, gravia quippe perpesso, praestituro.

CYRILLO.

Novimus, quantopere Alexandrum juveris. Neque enim tacuit beneficia, quae accepit. Gavisus itaque sum, quod & adjutus est, & ad gratiam illam profitendam promtus. Hunc itaque, talis cum sit, fas est iisdem perpetuo frui. Quandocunque enim acceperit, didicit, quae acceperit, profiteri.

LEONTIO.

Therasius scribere me ad te jussit, amorem suum in utrumque hoc uno testatus. Noverat enim & mihi mittere, & tibi accipere fore jucundissimum. Itaque necesse est, ut vices illi referamus. Facile vero id fieri potest. Neque enim auro id facere oportebit, sed verbis, quibus ea, quorum ipsi conscii sumus, dicemus. Cognitam vero habemus ejus & dicendi peritiam, & morum elegantiam.

ACACIO.

Age itaque transi, & fac Galatis, quae Phrygibus. Phrygas sane ad felicia quaevis tua pascendi arte perduxisti. Haec ego de te persuasa mihi habens praedicare quoque non dubito. Tu vero optima quaeque de nobis credebas quidem, sed silentio tegebas. Ego autem vel sic bonum te credidi, & inter amicos meos numeravi, quamvis ab adversariorum partibus stare videreris. Neque enim sagittas feriebas. Ex eo, quod ita de te sentio, consequitur id, quod nunc beneficium peto. Plura quidem post hoc petam, ante cetera vero praesens illud. Ancyrae versatur *Maximus*, vir generosus, & *Codro*, quod ajunt, *generosior*, mitis, juste partis ditescens, non vicini terram sibi vindicare appetens, sed, ut multa ex sua accipiat, curans: Cereri quidem ex agriculturae studio, Dianae autem ex venatione amicus. Armis enim, quibus olim fulgebat, liberatus, equos & canes ad venandum alit. In foro raro conspectus neminem unquam laesit, conspectu vero suo delectans abiit, ideo tantum, quod in agros excurreret, culpatus. Hic *Maximus* olim apud me hospes fuit, nunc autem filios suos mihi tradidit, quorum natu major juvenis prae-

ρουλέῳ μὲν ἂν ξένος, ἡμετέρῳ κηδεστῇ. τῆς δ' ἐπιεικείας οὐ καλοὺς ἐνεγκάμενος τοὺς καρπούς. Δυνάμενος γὰρ, εἴπερ ἦν θρασὺς, ἄλλους ἐλαύνειν, χρηστὸς εἶναι ἐθέλων ἐλήλαται. Ἀλλὰ νῦν αὐτῷ καὶ καθόδου τις ἐλπὶς, καὶ τοῦ λήψεσθαι δίκας. καὶ τοῦ μὴ τὰ αὐτὰ πείσεσθαι, σοῦ, καὶ τοῦ δικαίου εἵνεκα, καὶ ἡμῶν, ἐλεόν τινα νέμοντος τῷ δεινὰ πεπονθότι.

CCXCIX. ΚΥΡΙΛΛΩι.

Ἴσμεν ὅσα τὸν Ἀλέξανδρον εὖ ἐποίησας. οὐ γὰρ ἔκρυψεν ὁ εὖ παθών. Ἥσθην δὲ, ὅτι τε ὠφέληται, καὶ ὅτι χρηστός ἐστι ὁμολογῶν (1) τὴν χάριν. Τὸν δὴ τοιοῦτον τῶν αὐτῶν εἰκὸς διὰ τέλους τυγχάνειν. Λαβὼν γὰρ οἶδεν, ὡς ἔλαβε, λέγειν.

CCC. ΛΕΟΝΤΙῼ.

Ἐκέλευσέ με Θηράσιος ἐπιστεῖλαί σοι, τὸ πρὸς ἀμφοτέρους φίλτρον ἐνὶ τούτῳ δεικνύων. Ἤιδει γὰρ ἐμοί τε ἥδιστον ὂν τὸ πέμψαι, σοί τε λαβεῖν. Ἀλλ' ὅπως αὐτὸν ἀμειβώμεθα τῆς χάριτος. Ἔστι δὲ ῥᾶστον. Οὐ γὰρ ἀπὸ χρυσοῦ τοῦτο δεήσει ποιεῖν, ἀλλ' ἀπὸ γλώττης, ἃ σύνισμεν αὐτῷ, λέγοντες. Σύνισμεν δὲ λόγων τέχνην, καὶ τρόπων ἀρετήν.

CCCI. ΑΚΑΚΙῼ.

Ἀλλ' ἄγε δὴ, (1) μετάβηθι, καὶ ποίει Γαλάτας, ἃ (2) Φρύγας. Φρύγας δ' ἄρα πρὸς ἅπασαν εὐδαιμονίαν (3) ἤγαγες τῇ περὶ τὸ ποιμαίνειν (4) τέχνῃ. Ταῦτα δ' ἐγὼ περί σου πεπεισμένος καὶ (5) κηρύττειν οὐκ ὀκνῶ. Σὺ δὲ τὰ βελτίω μὲν περὶ (6) ἡμῶν ἐπέπεισο, σιγῇ δὲ ἔκρυπτες. ἐγὼ δέ σε καὶ οὕτω χρηστὸν ἡγούμην, καὶ μετὰ τῶν ἐμαυτοῦ φίλων ἠρίθμουν, καίτοι δοκοῦντα τετάχθαι μετὰ τῶν ἐναντίων. οὐ γὰρ ἐτόξευες. ἀκόλουθον δὴ (7) τῷ τόθ' οὕτω φρονεῖν τὸ νῦν χάριν αἰτεῖν. Αἰτήσω δὲ πολλὰς μὲν ἐπὶ ταύτῃ, πρὸ δὲ τῶν ἄλλων ταύτην. Ἔστιν ἐν Ἀγκύρᾳ Μάξιμος εὐγενὴς, εὐγενέστερος Κόδρου, (8) φασὶ, πρᾶος, ἐκ τοῦ δικαίου πλουτῶν, οὐ τὴν τοῦ γείτονος εὐχόμενος προσλαβεῖν. ἀλλ' ὅπως πολλὰ λήψεται παρὰ τῆς αὐτοῦ, προνοῶν. Φίλος ἀνὴρ Δήμητρι μὲν διὰ τὸ γεωργίᾳ προσέχειν, Ἀρτέμιδι δὲ διὰ τὴν θήραν. τῶν γὰρ ὅπλων, οἷς ποτε ἐκοσμεῖτο, ἀφειμένος, ἵππους καὶ κύνας ἐπὶ τὰ θηρία τρέφει. Φαινόμενος δὲ ἐπ' ἀγορᾶς ὀλιγάκις ἐλύπησε μὲν οὐδένα, τῷ φαίνεσθαι δὲ εὐφραίνων ἀπῆλθεν, ἐν τούτῳ ἐγκαλούμενος, ὅτι πρὸς ἀγροὺς ἀποτρέχει. Οὗτος ὁ Μάξιμος ξένος μοι γίγνεται

EP. CCXCIX. (1) Sic *Voss.* ὁμολογεῖν *Reg. max.*

EP. CCCI. (1) Ἀλλά γε δὴ, *Medic.* A. male. (2) Idem non rectius οὐ Φρύγας. Neque enim ex Galatis Phrygas fieri velle poterat noster, sed Galatis ea praestari, quae olim Phrygibus. (3) Ita *Barocc.* 9. & *Medic.* A. at *Voss.* & *Reg. max.* ἅπασαν εὐδαιμονίαν. (4) ποιμαίνειν dicuntur imperantes: ita saepe *Homerus*. Confer *Pet. Fabri* Semestria lib. III. c. 17. & *Lamb. Bos* Dissertat. de Etymologia Graeca p. 38. Dicitur vero etiam de praeceptoribus. Vide *Libanium* in Vita sua p. 10. Prior significatus hic obtinet. In fine enim epistolae Acacius inter imperantes numeratur. (5) Pro καὶ quod reliqui habent, μὴ exhibet *Barocc.* (6) ὑπὲρ *Reg. max.* (7) δὴ omittit *Barocc.* (8) Proverbium hoc exponunt *Erasmus* in Chiliadibus p. 533. & *Harduinus* ad Themistium p. 504.

ται πάλαι, καὶ τοὺς υἱεῖς ἐνεχείρισεν, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἀρετὴν ἐν νεότητι (9) δείξας πολλὴν, ἐμοί τε καὶ τοῖς (10) αὐτοῦ γονεῦσι τὴν φιλίαν ποιεῖ, δι' ἣν ἐκεῖνοί τε τἀμὰ τῶν αὑτῶν προὔργου ποιοῦνται. παρ' ἐμοί τε ταὐτὸ κρατεῖ. Εὖ γὰρ ἴσθι, μᾶλλον εὐεργέτην ἄγω τὸν εἰς τὰ κείνων σπουδῇ χρώμενον, ἢ ὅστις ὑπὲρ ἐμοῦ κινδύνους αἱρεῖται. Πιστεύω δὲ, νῦν, εἴπερ ποτὲ ἐν τιμῇ τὸν ἄνδρα ἔσεσθαι. πιστεύω γὰρ αὐτοὺς οὐκ ἐν φαύλῳ παρά σοι κεῖσθαι. Τοῖς μὲν γὰρ οὐκ ἀγαθοῖς ἄρχουσι βραχὺς τῶν λέγειν ἐπισταμένων λόγος. βούλοιντο γὰρ ἂν τὰ αὐτῶν σιγᾶσθαι. τοῖς δὲ γενναίοις ὑμῖν λόγων δὴ μάλιστα δεῖ, οἷς (11) τὰ καλὰ τῶν ἔργων ἅπας ὁ χρόνος εἴσεται.

praeclaras prae se ferens virtutes, amicitiam mihi cum Parentibus suis conciliavit, propter quam illi quidem meas suis ipsorum rebus praeferunt: id quod & apud me obtinet. Probe enim scias, me magis habere benefactorem illum, qui illorum res diligenter curet, quam qui mea causa pericula subeat. Credo vero, virum nunc, si unquam alias, ornatum iri. Confido enim, eos apud te non exiguo loco esse. Imperantibus enim non bonis parva dicendi peritorum ratio habetur: mallent enim facta sua sileri. Vobis autem eximiis dicendi arte opus est, quorum res praeclare gestas omne aevum praedicabit.

CCCII. ΑΛΕΞΑΝΔΡΩι. (1)

Εὔχου πολλοὺς διὰ τῆς Βιθυνίας ὁδοιπορεῖν. οὕτω γὰρ ἕξεις πολλοὺς τοὺς ἐπαινεσομένους. Οὐδεὶς γὰρ ὅστις δι' ἐκείνης ἥκων οὐ θαύματα τῆς σῆς ἀρχῆς ἥκει κομίζων (2). Ἐλπίδιος δὲ ὁ τὴν τάξιν (3) λιπὼν, εἰ δὲ βούλει, τὸν χορὸν, ᾄδων γὰρ μεθ' ἡμῶν γε (4) καὶ ἐπ' ἄλλον (5) ἥκει χορὸν, τὰς δίκας ἀντὶ τῶν νέων ἡρημένος, ἐπειδὰν τῆς περί σου μνήμης ἅψηται, πηδᾷ, κέκραγεν, ἀτεχνῶς κορυβαντιᾷ, (6) καί μοι δοκεῖ ἥδιστ' ἂν τὸν Πήγασον ἐκεῖνον λαβὼν, καὶ τῶν ὀρεοκόμων καὶ σταθμῶν (7) ἀπαλλαγεὶς πτηνῷ τάχει παρά σε κομισθῆναι, τὸν δὲ Πήγασον ἀφεῖναι ἂν ἐκεῖ μοι δοκεῖ (8), καὶ ζητῆσαι μυρίας εἰς βραδυτῆτα (9) προφάσεις. Οὕτως αὐτῷ τόγε σὸν ἐν πόθῳ καὶ φίλτρῳ, καὶ ζητῶν ἰδεῖν βούλοιτ' ἂν ἔχειν, ἀλλ' οὐκ ἀπελθεῖν (10). Πάντα δὴ τἄλλα πιστεύων Ἐλπιδίῳ τῷ καλῷ φυλάττου, μή σε παρακρούσηται τοῖς καθ' ἡμῶν ἐγκωμίοις. Φήσει μὲν (11) γὰρ εἶναί με μέγαν. Εἰμὶ δ' ἐκεῖνος, ὃν οἶσθα, (12) μικρὸς, μικρὰ ἐπιστάμενος, οὐδὲν ἑτέρου βελτίων.

ALEXANDRO.

Opta, ut multi iter per Bithyniam faciant. Ita enim multos habebis, qui te laudent. Nemo enim non, per eam ad nos veniens, magistratus tui admiranda ad nos pertulit. *Elpidius* vero, qui stationem suam, vel, si mavis, chorum deseruit (quamvis enim nobiscum adhuc canat, ad alium tamen chorum se contulit, causas in foro agendas pro juvenibus suscipiens) ubi in tui mentionem incidit, exsultat, exclamat, & tantum non bacchatur: videturque mihi libentissime, sumto Pegaso illo, mulionibusque & mansionibus liberatum citissime, alati instar, ad te properaturus, Pegaso vero deinde, ubi apud te fuerit, relicto, mille praetextus morae faciendae quaesiturus. Adeo tui is amans est & cupidus, ut, videre te desiderans, etiam perpetuo habere, non autem abire cupiat. In ceteris quidem omnibus fidem habens *Elpidio*, id unum cave, ne te, nimis me laudans, decipiat. Magnum enim me esse dicet. Sum vero is ego, quem nosti, parvus nempe, parva sciens, nec alio quicquam praestantior.

CCCIII. ὉΝΩΡΑΤΩι.

Νῦν μοι τοὺς μεγάλους μισθοὺς ἀποδέδωκας, οὕτω καλὸς κἀγαθὸς ἐν τοῖς βασιλείοις φανείς. Μικρὰ μὲν γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνα, χρυσὸς καὶ ἄργυρος, οἷς τοὺς ἄλλους παρῄεις, ἐν οἷς δὲ νῦν ποιεῖς, Ἡράκλεις, ὡς εὔπαιδά με ἀπέφηνας. Πάντας γὰρ εἰς ἔπαινον σύγε τὸν σαυτοῦ (1) κεκίνηκας,

HONORATO.

Nunc demum amplam mihi mercedem rependis, quando virum te tam bonum probumque in Regis aula praestas. Parva quidem nec illa erant, aurum puta & argentum, quibus ceteros superabas; quae vero nunc agis, illis, mehercle! felicem me Patrem esse demonstras. Omnes enim ad tua laudanda permovisti, & ipse

(9) ἐν νεότητι οὖσαν, *Medic.* A. reliqui codd. nostrum tuentur. (10) ἐν τοῖς *Anglican.* quidam & *Medic.* A. ubi tamen *Salvinus* malebat τοῖς, quod etiam in ceteris invenitur. (11) ἄς, *Reg. max.* & *Voss.* quoque, in quo tamen manus recens emendavit per οἷς, quod praeter *Ambros.* T. 5. exhibet *Medic.*

EP. CCCII. (1) Ita inscribitur in *Voss. Reg. max. Barocc.* 9. & *Goliana. Andronico* vero in *Casanat.* & apud *Zambicarium*, qui epistolam hanc Latinam dedit lib. II. ep. 17. In *Medic.* A. est ἀνεπίγραφος. (2) οὐχ ἥκει κομίζων θαῦμα τῆς σῆς ἀρχῆς (3) Provinciam scilicet professionum, quod patet ex juvenibus proxime commemoratis. *Golianus* Scholiastes addit μαθητῶν. (4) ἡμῶν γε scripsi cum plerisque, quando *Barocc.* & *Ambros.* habent male οἷ, *Voss.* autem & *Reg. max.* νε. (5) ἄλλων, *Medic.* A. (6) κορυβαντιᾷ a Corybantibus, Rheae Sacerdotibus, illi dicuntur, qui nimio studio aliquid consectantur. Vide Interpretes ad *Longinum* περὶ ὕψους Sect. III. & V. n. 1. item *Salmasium* Exercitat. Plinian. p. 1086. & *Schurzfleischii* Animadversiones ad Longinum p. 16. (7) σταθμῶν *Barocc.* σταθμοὶ dicuntur stationes itinerariae: vide *Balthasaris Stolbergii* Exercitat. Graec. Linguae p. 164. (8) Ita *Barocc.* ἂν μοι δοκεῖ *Medic.* & *Vatic.* A. ἄν μοι δοκῇ *Voss.* & *Reg. max.* (9) Ita plerique recte, alii βραδύτητα, ut *Barocc.* βραχύτητα *Voss.* & *Reg. max.* βραχύτητα, *Vatic.* A. ταχυτῆτα *Medic.* A. pessime. (10) Ita plerique: at *Voss.* & *Reg. max.* ὁ καταλθεῖν. (11) *Barocc.* reliquis τὸ μὲν fere omittentibus. (12) Sic scripsi cum *Voss.* & aliis; *Medic.* A. εἰμὶ δ' ἐγὼ ἐκεῖνος ὃν οἶσθα.

EP. CCCIII. (1) Ita *Medic.* A. τὸ σαυτοῦ *Voss. Reg. max.* & *Barocc.* 9. nec hi inconvenienter, modo articulus τὸ ad vocem ἔπαινον referatur.

(2) αὐτὸς

ipse audivi dicentes, alium quidem, se amare te ob mansuetudinem, alium, ob ingenii acumen. Alius Rhetorem te vocabat, alii mirum videbatur, linguae manusque opera a te conjungi. Alius vero, digna morum tuorum virtute dicturus, quem, inquit, dicis *Honoratum*, senem illum, esse? Non quidem, quod tibi *Ergini* illud usu venisse crederet, canitiem nempe in juventute, sed quod senum more vivis, antequam ex ephebis excesseris, &, quod maximum est, absente patre, nec matre praesente, optimarum rerum desiderium tibi ipsi instar paedagogi praefecisti. Propterea ego nihil quicquam habeo, ad quod, tanquam praetermissum, te cohorter. Adhortor vero tantum, ut, quod dici alias solet, praesentem vivendi rationem tuearis, inprimis autem unum id addas, ut ad me non minus, quam Parentes tuos scribas. Imo vero hoc ipso ad Parentem scribes. Scribere vero te oportet, ut illud recte instituas, quo indigebis aliquando Deo dante, ubi ex domestico illo ministerio idoneus esse videberis, qui gentes gubernes.

κας, ϗ αὐτὸς (2) ἤκουσα λεγόντων, τῦ μὲν, ὅτι σε φιλεῖ διὰ τὴν πρᾳότητα, τῦ δὲ διὰ τὴν ἀγχίνοιαν. ὁ δέ τις ἐκάλει ῥήτορα, τῷ δὲ ἐδόκει θαῦμα, τὸ συνελθεῖν ἔργα γλώττης τε ϗ χειρός. Ὁ δέ τις ἄξια (3) τ τρόπων ἀρετῆς εἰπεῖν ἐθέλων, ποῖον, ἔφη, λέγεις Ὁνωράτον, τ γέροντα; ὐχ ὅτι σοι τὸ τῦ Ἐργίνου (4) συμβέβηκεν, ἐν νεότητι πολιά, ἀλλ' ὅτι ζῇς κατὰ τοὺς γέροντας, πρὶν ἐκ παίδων ἐξελθεῖν. ϗ, τὸ μέγιστον, πατρὸς ἀπόντος, μητρὸς ὐ παρύσης (5) σαυτῷ παιδαγωγὸν ἐπιστήσας (6) τὴν τ καλῶν ἐπιθυμίαν. Ἐγὼ τοίνυν προσθεῖναι μέν τι ποιεῖν ὡς παραλελειμμένον ὐκ ἔχω. παρακαλῶ δέ σε τῦτο δὴ τὸ πολλοῖς εἰρημένον τηρεῖν τ παρόντα νόμον, μᾶλλον δ' ἔν τι προσθεῖναι, τὸ ϗ (7) ἐπιστέλλειν, ὥσπερ τοῖς γονεῦσι καί ἐμοὶ (8). Πάντως δ (9) ϗ ὕτως ἐπιστελεῖς γονεῦ. δεῖ δέ σε ἐπιστέλλειν, ὅπως σοι ϗ τῦτο ἐργασθείη καλῶς, ὐ δέησοι Θεῦ διδόντος, ὅταν ἐκ τ ἔνδον διακονίας ἐπιτήδειος εἶναι δοκῇς (10) ἄρχειν ἐθνῶν.

THEMISTIO.

Si ad dicendi facultatem respicias, similis quidem nobis videtur praeclarus *Elpidius*; si vero vitae spectes rationem, longe nobis est praestantior. Habebat quidem & ipse thronum, & pallium, & cetera, in quibus adhuc nos sumus, omnia. Videns autem illos, qui in erudiendis juvenibus versantur, larvis esse impotentiores, Socratem vero hic excipio: tu enim multum potes, reliqui autem volitant velut umbrae. Haec, inquam, videns ille, cicadis relictis, ad milites se contulit, multosque, qui in alios erant injurii, vul-

CCCIV. ΘΕΜΙΣΤΙῼ. (1)

Καθ' μὲν τὺς λόγυς ἡμῖν ἔοικεν ὁ χρηστὸς Ἐλπίδιος, βίυ δὲ ἰδεῖν ὁδὸν (2) κατὰ πολὺ βελτίων. Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ θρόνος ϗ τρίβων, (3) ϗ τἄλλα δὴ πάντα, ἐν οἷς ἡμεῖς ἔτι. τὺς δ' ἐν τῷ παιδεύειν διατρίβοντας ὁρῶν εἰδώλων (4) ἀσθενεστέρυς, Σωκράτη (5) δ' ἐξαίρω τῦ λόγυ, σὺ μὲν γὰρ ἰσχύεις, ἀλλὰ τάγε τ ἄλλων σκιά (6). Ταῦτ' ὖν ἰδὼν, ἀφεὶς τὰ τ τέττιγων (7) γίνεται τ ὁπλιτῶν (8), ϗ πολλὺς ἤδη ϗ ἔτρωσεν ἀδικῦντας, ϗ ἴσωσεν

(2) αὐτὸς μὲν Barocc. 9. quod recte abest a ceteris, & ex sequentibus verbis huc intrusum videtur. (3) ἄξια Voss. & Reg. max. (4) Vide omnino *Pindarum* Olymp. δ. vs. 39. ubi *Erginus* ita: φύονται δὲ καὶ νέοις Ἐν ἀνδράσι πολιαὶ θαμά, παρὰ τὸν ἁλικίας ἐοικότα χρόνον. Lege ibi Scholiasten, nec minus *Erasmum* in Chiliadibus p. 633. ubi de adagio: Ἐργίνυ πολιαί. (5) Ita *Barocc.* & *Medic.* at *Voss.* & *Reg. max.* inverso vocum ordine μητρὸς ἀπύσης, πατρὸς ὐ παρόντος. (6) Ita plerique: at *Barocc.* ἐπίστησας. (7) καὶ addo ex *Voss.* & *Reg. max.* quod in reliquis deest. (8) καί ἐμοί, *Medic.* (9) πάντως δ. κ. ὔ. ἐπ. γονεῦ. δεῖ δ. σ. ἐ desunt in *Voss. Reg. max.* & *Medic.* quibus tamen propter sequentia opus est. Itaque ex *Barocc.* addidi. Id noster vult, ut scribendo se exerceat *Honoratus*, atque adeo inposterum eo paratior sit ad bene scribendum. (10) δοκεῖς in *Cod. Reg. max.* Sed vel nostrum retinendum est, vel scribendum δοκοίης.

EP. CCCIV. (1) Vide *Zambicarium* lib. III. ep. 298. ubi Latinam habes *Gr.* & *Lat.* exstat in praestantissimi *J. A. Fabricii* Biblioth. Graeca Volum. VIII. p. 53. & in *Centuria* mea epistolarum p. 288. ex *Barocc.* (2) Vox ὁδὸς Graecis hoc significatu frequenter adhibetur. Sic *Hierocles* p. 105. ad aurea carmina eodem sensu βίυ ὁδὸν dixit. Alia exempla habes apud *Pfochenium* de Stylo N. T. Sect. 91. & *Gatakerum* in dissertatione illi opposita c. 32. nec non ad Marcum Antoninum passim. Adde *Jo. Potterum* ad Lycophronem vs. 10. & *Kusterum* ad Aristophanis Equites vs. 1012. Nec a Scriptoribus Sacris haec notio exulat. Vide v. c. *Actor.* XXII. 4. 24. *Barocc.* hic habet ὁδὸν ἰδεῖν. (3) Sophistae itaque munere functus antea est *Elpidius*. His enim noster passim θρόνον & τρίβωνα tribuit. Compara *Lud. Cresollii* Theatrum Rhetorum lib. III. c. 16. & *Godofred. Olearium* τ μακαρίτην ad Apollonii ep. 3. Sic *Gregorius Nazianz.* Orat. XX. λαμβάνειν τ τρίβωνα *in Sophistarum numerum cooptari* dixit. (4) Hanc vocis notionem, proverbiumque adeo ipsum ex Graecis & Latinis Scriptoribus, erudite probat Cl. *Jac. Elsnerus* in Obss. Sacris ad 1. *Cor.* VIII. 4. recteque ostendit, de *idolis*, sive deastrorum imaginibus, de quibus ipse olim in *Centuria* Epist. & B. *Jo. Henr. Majus* Observationum Sacrarum lib. IV. p. 114. acceperat, cogitari h. l. non posse. Noster de Vita sua p. 4. εἴδωλα σοφιστῶν adfert. (5) *Themistium* ipsum intelligit, eloquentiae pariter & philosophiae laude inclytum. Noster homines sapientes etiam alias cum Socrate comparat. (6) Alludit forte ad illud *Homeri Odyss.* κ. vs. 494. sqq. ubi de Tiresia:

Τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
Οἴῳ πεπνῦσθαι, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

Hos versus data opera illustrat *Steph. Clericus* in Quaest. Sacris Quaest. IV. p. 318. sqq. Adde *Erasmi* Chiliadas p. 187. (7) Sophistae appellantur τέττιγες, cum hi non minus dicendo, quam cicadae cantillando se exerceant. Nec dissimili ratione ἀηδόνες, σειρῆνες & γλῶτται vocantur. Vide *Cresollii* Theatrum l. 9. & quae nos diximus in *Centuria* epp. p. 34. (8) ὁπλίτης fere semper gravis armaturae militem denotat, & opponitur τῷ ἱππεῖ, ut apud Euripidem Phoeniss. vs. 1102. Vide *Spanhemium* ad Juliani Orationes p. 111. & *Valesium* ad Eusebium de Vita Constantini M. p. 124. Militem hic appellat, qui erat causidicus. Vid. ep. 302. Notandum denique hic est in *Zambicarii* versione Latina epistolam hanc & mancam esse, & alia alterius epistolae referre. Verba enim: ταῦτ' ὖν ἰδὼν &c. ita exhibet: *Haec igitur perspiciens, cumque laboribus gaudere proverbium cano: Plantas statim ostendere, cujusmodi*

ἔσωσεν ἀδικημένους. Βλέπει δὲ πρὸς τὸ καλὸν μᾶλλον, ἢ πρὸς ἀργυρίου πλῆθος ὑπό γε τῶν δυνατῶν πιστεύεται. Τὰ παρόντα δέ σε πειθέτω, καὶ σχῆμα λαμπρὸν ἐν ἐλπίσι. Κάλλιστον δὲ αὐτοῦ τὸ τοὺς μὲν ναυτιῶντας νέους φεύγειν, τὸ κτῆμα δὲ φυλάττειν τῶν λόγων. Ἔξεστι δέ σοι πεῖραν λαβεῖν καὶ ἀκούοντι καὶ λέγοντι. σεῖσαί τε γὰρ δεινὸς ἀκροώμενον, καὶ ταυτὸ παθεῖν ὑπὸ κάλλους λόγων. Πανταχῇ δὲ ὢν ἀγαθὸς ἓν ἀδικεῖ, ὃ δή σοι ἂν συγγνώμης τύχοι, πολλῷ τῷ φίλτρῳ κέχρηται πρὸς ἐμὲ, καὶ τοῦτ' αὐτὸν εἰς ἐπαίνων ὑπερβολὰς ἐκφέρει.

vulneravit, injuria autem affectos liberavit: honesti vero potius, quam argenti cumulandi rationem habere, ab Optimatibus creditur. Ejusdem rei fidem tibi praesentia faciant, spesque, quae adest, dignitatis illustrioris. Id vero habet pulcherrimum, quod juvenes nauseantes fugit, dicendique, quam possidet, facultatem servat. Hujus vero rei experimentum & audienti & dicenti tibi capere licet. Nam & movere auditorem, & moveri ipse eleganti oratione potest. Cumque sic per omnia probari debeat, hoc unum peccat, quod facile ipsi a te condonabitur. Singulari amore me prosequitur, atque hoc efficit, ut modum in laudando non servet.

CCCV. ΕΥΦΗΜΙΩι.

Ὡρμηθεῖσιν ὡς σὲ τοῖς ἑταίροις συνήσθην, καὶ γὰρ εἰ μήπω καιρὸς ἧκε τοῦ λέγειν, ἀλλ' ἀκούειν γε δύναιντ' (1) ἄν. καλῶ δὲ καιρὸν οὐ τὴν δόξαν τοῦ δύνασθαι βοηθεῖν, ἐπεὶ καὶ νῦν τισι δοκοῦσιν, ἀλλὰ τὴν λώφησιν τοῦ τῶν πραγμάτων ὄχλου. δι' ὃν οὐδ' ἐπικουρῆσαι τῶν ῥητόρων τοῖς πένησιν ἐστί σοι. Λέξουσι (2) μὲν οὖν, εἰς τότε. κωλύει δὲ οὐδὲν καὶ σιγῶντας ἀπολαύειν εὐνοίας. ὡς οὐ μικρόν γε τοὺς, οὗπερ οὗτοι (3) τεταγμένους, ἡμέρως εἰς αὐτοὺς βλέψαι τὸν ἄρχοντα. Εἰσὶ δὲ ἄξιοι τοῦ τοιοῦδε οὗτοι βλέμματος, Λεόντιός τε καὶ Μαρκιανὸς, καὶ λόγων ἕνεκα καὶ τρόπων.

EUPHEMIO.

Amicis ad te properantibus gratulatus sum. Quod si enim tempus nondum adsit dicendi, audire tamen poterunt. Tempus vero appello non famam, quod juvare possint, quamvis etiam nunc nonnullis tales videantur, sed quietem a turba negotiorum, per quam Rhetoribus pauperibus patrocinari non potes. In illud itaque tempus dicere different. Interim nihil prohibet, quo minus etiam silentes benevolentia tua perfruantur. Nec exiguum est, eos, qui, quo illi, loco sunt, ab imperante benignis oculis respici. Tali vero intuitu, quos vides, *Leontius* & *Marcianus*, & doctrinae & morum nomine digni sunt.

CCCVI. ΑΝΑΤΟΛΙΩι.

Οὐ δεήσομαί σου Μάγνον εὖ ποιεῖν. τοῦτο μὲν γὰρ ἐψήφισται πάλαι καί σοι, καὶ πᾶσι τοῖς σοῖς, ἀλλὰ μὴ χαλεπῶς ἔχειν, ὅτι ὑμῖν βραδέως ἥκει. Τά τε γὰρ ἄλλα δυσκόλου πεπείραται τῆς τύχης, καὶ νῦν αὐτὸ τὸ κέρδος ἀνέβαλλε δι' ἀρρωστίας τινός. ἀλλὰ σύ γε αὐτῷ διαλλάξεις τὴν θεόν. (1) καί τις ὄψεται χρυσίον ἐν ταῖς Μάγνου χερσὶν, ἀπὸ λόγων πορισθέν. ὃ τοῖς εὖ φρονοῦσι τοῦ πλουτῆσαι δι' ὀνείρατος (2) ἥδιον.

ANATOLIO.

Non petam a te, ut *Magno* benefacias: hoc enim & tibi & tuis omnibus jam pridem est constitutum; sed ne ipsi succenseas, quod tarde ad vos accedit. Nam & in ceteris difficilem fortunam est expertus, & nunc lucrum ipsum propter morbum aliquem distulit. Tu vero ipsi deam illam conciliabis, & viderimus in *Magni* manibus aurum ex dicendi peritia ipsi natum, id quod recte judicantibus suavius est divitiis per somnium oblatis.

CCCVII. ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΩι καὶ ΓΕΜΕΛΛΩι. (1)

Οὐδὲ (2) νῦν ὑμᾶς ἄλλο τι νομίζω δρᾶν ἢ παιδεύεσθαι, παιδεύεσθαι δὲ, ὅπερ μέγιστον ἀνθρώποις, ἄρχειν εἰδέναι. παιδεύει δὲ παῖδας ὁ πατὴρ, ὅπερ ἥδιστον. οὐ λόγους τοὺς περὶ τοῦ πράγματος (3) λέγων, ἀλλ' ἐν οἷς (4) ἐργάζεται διδάσκων ἄρχειν. Ἐκεῖνά τε οὖν (5) μαν-

APOLLINARIO & GEMELLO.

Neque nunc aliud quidquam vos facere credo, quam ut instituamini; instituamini vero, ut quod hominibus maximum est, imperare possitis. Instruit vero filios Pater, quod suavissimum est: non quidem praecepta ad hanc rem pertinentia tradens, sed iis, quae ipse agit, imperandi artem docens. Vos itaque & illa discite,

modi fructus prolaturae sint. Plura scriberem, nisi compertum haberem, laudatum amatorem etiam, quae verissima sunt, non credere. Haec scilicet in alia quadam epistola supra exhibuimus, num. XXX.

EP. CCCV. (1) In *Voss.* & *Reg. max.* olim scriptum fuit δύναιτ', sed in utroque τὸ ν postea superius est additum. (2) Videri poterit scribendum λήξουσι, *desinent*, *different*. Ita videbatur *Boivinio* in margine apographi sui. Cum tamen antecedat λέγειν, & mox sequatur σιγῶντας, malim in recepta lectione acquiescere. (3) Ita *Vatic.* A. recte. *Voss.* & *Reg. max.* εἶδε, sine sensu.

EP. CCCVI. (1) Sic *Reg. max.* τὸν θεὸν, *Voss.* (2) Proverbii loco hoc videtur fuisse veteribus ad indicandam rem non exspectatam, atque adeo jucundiorem. Malim interim scribere δι' ὀνείρατος, ex ὄναρ, vel δι' ὀνειράτων, ab ὄνειρον.

EP. CCCVII. (1) In *Cod. Casanat.* inscripta erat τοῖς υἱοῖς Μάγνου, *Magni filiis*, quales fuisse, ex ipsa hac epistola apparet. Ἀπολιναρίῳ per λ simplex legitur in *Vatic.* A. (2) οὐδὲν, *Vatic.* 944. male. (3) οἱ λόγοι τοῦ πράγματος, *Reg. max.* at *Voss.* ita, ut scripsimus, ex emendatione recente. *Vatic.* A. habet οἱ λόγοι περὶ τοῦ πράγματος. *Casanatensis* autem οἱ λ. τοὺς π. (4) ἐν ἀνθρώποις, *Casanat.* (5) γοῦν *idem.*

EP.

discite, & nostri memores estote, & *Magni* exspectationem implete.

μανθάνετε, καὶ ἡμῶν μέμνησθε, καὶ Μάγνου πληροῦτε τὰς ἐλπίδας.

PAPPO.

Unum petenti duo misisti. Unde hoc? num à filio persuaderi tibi passus es, quod duobus indigeam? an, docere filium volens, plura quam ab ipso peterentur, dare ipsum debere duo loco unius misisti? Sed sive ille te deceperit, affectus hic est literarum amantis, sive accessio illa tua sponte nata, paterna est admonitio? Argentum vero illud, quod extremis circumlevisti, culpavi. Neque enim ita ornatis in foro utar, & tua dona sic ornare minus rectum videbatur. Itaque apud me domi manet. Quando vero pro *Eusebio* preces ad me facis, easdem pro illo a me quoque accipere dignaberis. Si vero hoc minus videbitur consentaneum, neque alterum illud tale esse existimato.

CCCVIII. ΠΑΠΠΩι. (1)

Ἓν αἰτοῦντι δύο πέπομφας (2). Τί τοῦτο; πότερον ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἐξηπατήθης, ὅτι δεοίμην δυοῖν; ἢ διδάξαι τὸν υἱὸν ἐθέλων, ὧν αἰτηθείη διδόναι πλείω, δύο ἔπεμψας ἀνθ' ἑνός; Ἀλλ' εἴτε ἐκεῖνος ἠπάτησε, φιλολόγου τὸ πάθος, εἴτε σὸν ἡ προσθήκη, πατρὸς ἡ νουθεσία. Τὸν δὲ ἄργυρον, ὃν τοῖς ἄκροις περιήλασας, ἐμεμψάμην. Οὔτε γὰρ ἐν ἀγοραῖς (3) χρησαίμην ἂν τοῖς ὧδε κεκαλλωπισμένοις, ἀποκοσμῆσαι (4) τὰ παρὰ σοῦ δῶρα, δίκαιον οὐκ ἐδόκει. Μένει τοίνυν εἴσω θυρῶν. Παρακλήσεις δὲ πρὸς ἐμὲ (5) ὑπὲρ Εὐσεβίου ποιούμενος, καὶ παρ' ἡμῶν ἴσας αὐτὸς ἀξιώσεις ὑπὲρ αὐτοῦ δέχεσθαι. Εἰ δ' ἐκεῖνο λόγον οὐκ ἂν ἔχοι, μηδὲ τοῦτο νόμιζε.

GERONTIO.

Sebon inter *Cretenses* quidem nobilissimus, inter Graecos autem celeberrimus est, nobis vero omnium amicissimus. Ab hoc aufugientes servi, & *Onesimum*, hominem Syrum, malumque mercatorem, tutum sibi perfugium existimantes, deprehensi sunt. *Euodus* enim scelere hoc cognito, in servos illos incidens, laetatus est, & exclamavit, illos vero comprehensos ad *Hecebolium* pertraxit. *Ascbolius*, pater hujus, fugitivos illos ita omnium optime ad nos mitti posse existimavit. Interim ille, consultor alias optimus, male nobis consuluisse videtur. Nam multum temporis jam elapsum est, nec captura usquam apparet: multae vero in hac causa nascuntur suspiciones. Quod si itaque novum patratum est scelus, tu quidem illud irritum reddes, non permittens, ut, qui velint, mancipia illa, loco legitimi Domini, possideant. Neque enim nostri fueris negligens, legibus vero robur suum constare facies.

CCCIX. ΓΕΡΟΝΤΙΩι.

Σέβων (1) Κρητῶν μὲν εὐγενέστατος, Ἑλλήνων δὲ γνωριμώτατος, ἡμῖν δὲ ἀνδρῶν φίλτατος. Τούτου ἀποδράντες οἰκέται, καὶ καταφυγὴν ἀρκοῦσαν νομίσαντες Ὀνήσιμον, (2) ἄνθρωπον Σύρον, πονηρὸν ἔμπορον, οὐ λανθάνουσιν. Εὔοδος γὰρ εἰδὼς τό τι ἀδίκημα, καὶ τοῖς οἰκέταις περιτυχὼν, ἥσθη τε καὶ ἀνεβόησε. καὶ λαβόμενος εἷλκεν ὡς Ἐκηβόλιον. Ἀσχόλιος τούτῳ πατὴρ, νομίζων οὕτως ἂν ἡμῖν καλῶς πεμφθῆναι τοὺς δραπέτας (3). Ἔοικε δ' οὐ καλῶς ὅγε Εὔβουλος (4) βεβουλεῦσθαι. Χρόνος τε γὰρ ἐντεῦθεν πολὺς, καὶ τὸ θήραμα οὐδαμοῦ. πολλαί τε ὑποψίαι κατὰ τοῦ πράγματος. (5) ἀλλ' εἴ τι καὶ δεύτερον κακούργηται, σὺ τοῦτο ποιήσεις μάταιον. Οὐκ ἐῶν ἀντὶ τοῦ δεσπότου (6) τοὺς βουλομένους εἶναι τῶν ἀνδραπόδων κυρίους. ἡμῶν τε γὰρ οὐκ ἂν ἀμελήσαις, τοῖς τε νόμοις ἐθελήσεις (7) ἀποδοῦναι τὴν ἰσχύν.

SIDERIO.

Nec *Herodianum* ego videre unquam possim contristatum, nec ille *Heliodorum* pereuntem. Me enim necesse est juvare laborum socium, illum vero nutritorem. Nutritorum vero negligens etiam in Parentes facile fit improbus. Duo itaque petimus. Primum quidem, ut mulctam remittas, quam tanquam immorigero

CCCX. ΣΙΔΗΡΙΩι.

Οὔθ' Ἡρωδιανὸν ἐγὼ δυναίμην ἂν περιιδεῖν λυπούμενον, οὔθ' Ἡλιόδωρον ἐκεῖνος ἀπολλύμενον. ἐμέ τε γὰρ ἀνάγκη βοηθεῖν τῷ κοινωνῷ τῶν πόνων, ἐκεῖνόν τε τῷ τροφεῖ (1). Τροφέων δὲ ὅστις ἀμελεῖ, κἂν περὶ γονέας γένοιτο κακός. Δύο τοίνυν αἰτοῦμεν. λῦσαί τε τὴν ζημίαν;

EP. CCCVIII. (1) Habes hanc epistolam inter *Zambicarii* illas lib. III. ep. 300. (2) Obscurum est, quid *Pappus* nostro miserit. Ad vestitum tamen spectasse ex sequentibus apparebit. (3) Verti etiam poterat: *in publicis conventibus*. Hesychius: ἀγορὰ, ἐκκλησία, αὐτὸ τὸ ἄθροισμα, καὶ ὁ τόπος, καὶ ὁ λόγος. Veteres enim certo diei tempore in forum prodire solebant, quod ipsum inter mane & meridiem medium erat, idque ἀγορᾶς πληθούσης solebat appellari. Vide *Ludolphum Kusterum* ad *Suidam* Tom. I. p. 34. (4) Addiderim lubens ἐν, nexus caussa; & sic habet *Voss.* (5) ὑμᾶς, *Voss.*

EP. CCCIX. (1) *Sebonem* hunc laudavit noster in epistola ad *Andronicum*, quam supra habes. (2) *Onesimi* nomen, quod servis olim dari frequenter solebat, ex Paulina ad Philemonem epistola constat, ad quam vide, quae in *Curis* meis dixi. (3) De hac voce lege *Josuam Barnesium* ad Anacreontem vs. 1028. (4) Videri etiam poterat nomen esse proprium. Saltem ita in *Voss.* repraesentatur. (5) Fortasse haec nata est suspicio, alios sibi, tanquam proprios, vindicare voluisse illos fugitivos. (6) δεσπότου cum hic infert, qui jure suo alterius absolutus est dominus. Confer *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Orationes p. 80. (7) Ita *Reg. man.* at in *Voss.* olim fuit ἐθελήσοις, hodie autem a manu recente ἐθελήσεις, quod fere praetulerim.

EP. CCCX. (1) Ex lege scilicet Attica, quam *Aeschines* quoque adversus Timarchum urget. (2) Malim

μίαν, ἣν ἐπιβέβληκας ὡς ἀπαιτήσων. πεποίηκε γὰρ ὕβρει μὲν οὐδὲν, πενίᾳ δ' ἴσως. καὶ τὴν φορὰν αὐτῷ μὴ πλείω ποιῆσαι τῆς ἀρχαίας, ὑφ' ἧς καὶ αὐτὸς (2) πιέζεται. ὁ δὲ μόλις, ἃ νῦν φέρει, φέρων ὑπὸ μικρᾶς ἂν βαπτισθείη (3) προσθήκης.

ro statuisti; neque enim quicquam ex petulantia, sed ex inopia forte, commisit: deinde vero ut tributum non majus antiquo illo exigas, a quo idem ipse premi se sentit. Qui vero, quod nunc fert, aegre fert, ille à levissima etiam accessione facile submergetur.

CCCXI. ΜΟΔΕΣΤΩι.

Μηδὲν ἔστω τῶν σῶν ἀτελές. μὴ τοίνυν μηδ' Ὑπερέχιος ἥμισυ στρατιώτου μήτε ἔστω, μήτε καλείσθω. Τοιαῦτα γὰρ ἐπισκώπτοντες (1) ὀνομάζουσιν αὐτὸν οἱ, μέχρι τίνος προὔβη τὸ πρᾶγμα, εἰδότες. Ἵν' οὖν ἐκείνους τε παυσώμεθα τῶν σκωμμάτων, καὶ τούτῳ τι γένοιτο (2) τέλειον ἀγαθὸν, γράφε πρὸς τὸν ἄρχοντα τῶν Γαλατῶν, τὸν χρηστὸν Ἀκάκιον, ἃ σε περὶ τούτου γράφειν εἰκός. ὡς τὴν προτέραν ἐπιστολὴν οὐκ ἐτολμήσαμεν Ἐκδικίῳ δεῖξαι, δείσαντες, μὴ περὶ τὴν ὕφαλον ῥαγῇ τὸ σκάφος (3). Πολλὰ γὰρ ἐκεῖνος τοιαῦτα ποιῶν ηὑρίσκετο. καὶ δὴ καὶ τούτῳ (4) δῆλος ἦν ποιήσων ἕλκος. Ἀλλ' οὐχ ὁ νῦν ἄγων τὸ ἔθνος, ἀλλὰ καὶ τοῦ δικαίου λόγον, καὶ τοῦ σοὶ χαρίζεσθαι ποιούμενος, οὐδὲν διαστρέψας τῆς ἀληθείας, δώσει τὰς ἀφορμὰς τῷ τέλει.

MODESTO.

Nihil tuorum imperfectum esto. Itaque nec *Hyperechius* miles ex dimidia parte vel sit, vel vocetur. Ita enim cavillantes eum appellare solent illi, qui, quousque negotium hoc processerit, norunt. Ut igitur illos a scommatibus prohibeamus, huic vero felicitas sua perfecta reddatur, scribe ad humanissimum *Acacium*, Galatarum Praefectum ea, quae de illo scribere fas est. Priorem enim illam epistolam *Ecdicio* ostendere ausi non sumus, veriti, ne scapha ad scopulum allideret. Multa enim hujusmodi ille quidem laetus patravit: nec dubium est, quin huic quoque simile ulcus fuisset paraturus. Id vero nunquam facturus est, qui hodie genti illi praeest, sed, cum & justi, & tibi gratificandi studiosissimus sit, à veritate nihil deflectens, faciet, ut negotium hoc ad finem perducatur.

CCCXII. ΘΕΜΙΣΤΙΩι. (1)

Σὺ δὲ ἤχαλλες παιδευόμενος τότε, οἰόμενος περὶ πρᾶγμα ἄχρηστον ἀναλίσκειν τὸν πόνον. Ἔμελλες δὲ ἄρα δεηθήσεσθαι τῶν βελῶν ἐκείνων. Ἄρχεις γὰρ, τῷ δὲ ἄρχοντι δεῖ λόγων, ὥσπερ τοῖς πλέουσιν οἰάκων. ἀλλ' ὅπως ἡγήσῃ μὴ τὸ τὰς πόλεις ἔχειν, ἀλλὰ τὸ ὡς ἄριστα ἔχειν, μέγα. τὸ μὲν γε πολλοῖς ὑπῆρξε, τὸ δὲ παρ' ὀλίγοις ἐσώθη. Σὲ δ' ἄξιον τῶν ὀλίγων τούτων φανῆναι, γεγονότα, ἐξ ὧν ἴσμεν, καὶ τραφέντα παρ' ἡμῖν, φύσει τε ἐγρηγορότα, καὶ δυνάμενον διιδεῖν, τί χεῖρον, τί βέλτιον. Οἶμαι δὲ κεφάλαιον εἶναι τῆς περὶ ταῦτα ἀρετῆς, ἢν τοῖς γενναίοις ᾖ τι πλεῖον παρὰ τοὺς μὴ τοιούτους. Σευήρου δὲ τοῦ Λυκίου δοκεῖ μοι μηδένα ἂν μηδεμία πόλις προσόμενον δεῖξαι πολίτην, ὃς μεθ' ἡμῶν μὲν ἐθήρευσε τὰ ῥητορικῆς, μετὰ Μαξίμου δὲ τὰ φιλοσοφίας, καὶ ψῆφον ἔθετο ἐκεῖνος περὶ αὐτοῦ πάντων εἶναι Σευῆρον, ὧν ἔγνω, πιστότατον. Πεῖραν δὲ καὶ αὐτὸς λαμβάνων ἀκολουθήσεις τῷ Πυθίῳ, καὶ συνησθήσῃ τῇ Λυκίᾳ τῆς φορᾶς, ὅταν σε κολακεύῃ μὲν ἥκιστα, θαυμάζῃ δὲ ἐν οἷς ἄξιον, εἰσηγῆται δὲ τὰ χρηστὰ, διελέγχῃ δὲ ἀπάτην. Ταῦτα γὰρ δὴ καὶ τὸν καλὸν Σέλευκον (2) εἰς τὸ φιλεῖν

THEMISTIO.

Tu quidem moleste ferebas, quae olim docebaris, existimans, operam te in rebus inutilibus collocare. At ejusmodi telis opus tibi erat futurum. Imperas enim, imperanti vero literis & eloquentia aeque ac navigantibus gubernaculis opus est. Tu vero ita statue, non civitates tenere, sed quam optime tenere, magnum esse. Illud enim multis usu venit, hoc autem a paucis est obtentum. Te vero in paucis illis conspicuum esse decet, ex iis scilicet, quos novimus, genitum & apud nos educatum, indole praeterea vegeta, & perspicere valentem quid deterius sit, quive melius. Inter illa vero, quae huc pertinent, palmarium puta esse, si generosioribus praerogativa prae reliquis non talibus concedatur. Jam quidem nulla civitas civem ullum, *Severo Lycio* similem ostentare mihi videtur, qui apud nos oratoria studia, apud *Maximum* vero Philosophica sectatus est, cujus hoc de illo fuit judicium, *Severum* omnium, quos norit, esse spectatissimum. Ipse tu, facto periculo, Pythium sequeris, & Lyciae gratulaberis, quod illum tulerit; ubi tibi quidem minime fuerit adulatus, applausurus autem, ubi fas est, bona item docturus, & fraudes amoliturus. Haec enim sunt, quae etiam optimum *Seleu-*

(2) Malim legere αὐτῆς, ut referatur ad φορὰν, *a qua & ipsa.*

(3) Vide quae de hoc verbi significatu supra diximus ad epistolam ad *Acacium*. ep. 25.

EP. CCCXI. (1) Lege de verbo hoc *Joach. Kuhnium* ad *Diogenis Laërtii* II. 127. p. 517. & de verbo ἐπισκώπτειν, quod nonnullis suspectum est, *Tiber. Hemsterhusium*, V. C. in praefat. ad Pollucem p. 28. 6. (2) γένηται, *Voss.* (3) Proverbialiter dictum videtur de periculo gravi & non exspectato. (4) In *Voss.* & *Reg. max.* scriptum erat τοῦτο, sed utrinque ita, ut altera illa, quam nos adoptavimus, lectio superius scripta exstaret.

EP. CCCXII. (1) *Themistio* inscribunt *Voss.* & *Reg. max.* Σευήρῳ *Medic.* B. Ὀνωράτῳ *Vatic.* 943. at ἀνεπίγραφος est in *Medic.* A. Atque hoc videtur rectissimum. Ad *Themistium* vix poterit referri, cum de eo, tanquam literis Antiochiae imbuto, loquatur *Libanius*, quod in Themistium non cadit. *Severi* nomen autem natum videtur ex eo, quod in ipsa epistola occurrat. Ad *Honoratum* denique mitti non potuit, qui tunc nondum imperio praeerat, quod ex epistola proxime sequente patet. (2) Φλαυρίσσων, *Medic.* A.

(3) Por-

Seleucum ad amandum eum magnique faciendum adduxerunt. Hic itaque in improbos homines, & rapinae peritos incidens, curiae cognitionem exspectat. Te vero par est rebus ejus loco ipsius consulere, & periculosam ejus absentiam provida rerum omnium cura solari. Indignum enim foret, nisi amicis meis amicorum meorum facultas commoda praestaret. Salvae igitur sint & ejus, & Stratonidis sororis res, quae eadem causa, qua ille, adducta huc venit. Nobis vero honore illa habetur digna, quae talem fratrem nacta sit laudatorem.

HONORATO.

Cujus causa te excitavi, ut scribendo epistolas ad eas eleganter scribendas procederes, id quidem feliciter mihi video cecidisse. Jam enim elegans in his es, & elegantissimus aliquando eris, si conjectura me non fallat. Liceat enim mihi agricolarum more praedicere quid futurum sit de planta. Quamvis vero dictio ipsa admiratione esset digna, illius tamen elegantiam expressa morum virtus, sicut aurum aurum aliud praestantius vincebat. Ego interim gaudeo quidem a te honoratus: vellem tamen te nec ignorare eorum, quae habes, maximum, nec, ubi sciveris, idem altero existimare inferius. Eminet vero inter tua pater, qui & una nobiscum & ante nos mentem tibi formavit. Quod si igitur bonus praeceptor decus affert discipulo, Patris quidem primum omnium memineris, cujus me ipsum discipulum profiteri non pudet. Tu quidem, more tuo, subridebis: interim res non aliter habet. faciemus autem, ut cathedra nostra non indignetur. Haec igitur ita sint constituta. Ceterum ex epistolis, quas ad nos scripseris, remove, quae adulationis speciem habent, & nimia elegantia vitiantur, a vulgo autem requiruntur. Nos vero de vulgo esse non patiamur. sed illorum quidem morem adversus ipsos, quoniam ita fieri necesse est; erga nos vero nostrum servemus.

ANATOLIO.

Pulcherrime omnium *Hyperechius* videbit Seleuciam, quia virum omnium praestantissimum in ea videbit. Nos autem servi ex magisterio nostro evasimus, eandem alioquin visuri omnino intuiri: non quidem, quod portus, aut ea, quibus urbem auctam esse ajunt, nos alliciat, sed, quod tu moresque tui ad iter illud permoveant. Cum enim tu fugias, reliquum est, ut nos insequamur. At nonne indigna res est, ex Italia nostri amore

φιλεῖν τε αὐτὸν καὶ θαυμάζειν ἤγαγεν. Αὐτὸς μὲν πονηροῖς ἀνθρώποις, ἁρπάζειν εἰδόσι περιπεσὼν, ἀναμένει δικαστηρίου γνῶσιν. Σὲ δ' ἄξιον ἀντ' αὐτοῦ τοῖς αὐτοῦ γενέσθαι, καὶ τὴν ἀπουσίαν ἄδηλον τῇ περὶ πάντα προνοίᾳ καταστῆσαι (3). Καὶ γὰρ ἂν εἴη δεινὸν, εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς φίλοις αἱ τῶν ἐμῶν ἑταίρων δυνάμεις ὠφελείας φέροιεν. Τά τε οὖν αὐτοῦ σωτηρίας τυγχανέτω καὶ τὰ τῆς ἀδελφῆς Στρατονίδος ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀνάγκης δεῦρο ἡκούσης, ὥσπερ ἐκεῖνος. Ἔστι δ' ἡμῖν ἀξία τιμῆς, ὅτι (4) τὸν ἀδελφὸν, ὄντα τοιοῦτον, ἐπαινέτην ἔχει.

CCCXIII. ὈΝΩΡΑΤῼ.

Ὅτου σε εἵνεκα ἐκίνουν, ὅπως ἐκ τοῦ γράφειν ἐπιστολὰς εἰς τὸ καὶ καλῶς ἐπιστέλλειν ἀφίκοιο, τοῦθ' ὁρῶ μοι χωροῦν. Ἤδη τε γὰρ εἶ καλὸς, καὶ ἔσῃ κάλλιστος, τοῦγε εἰκότος ἰόντος. Ἔξεστι γάρ μοι κατὰ τοὺς γεωργοὺς προειπεῖν, οἷ προελεύσεται τὸ φυτόν. Ὄντων δὲ ἀξίων θαυμάσαι τῶν ὀνομάτων, ἡ κατὰ τὸ ἦθος ἀρετὴ παρίησι τὴν ἐν ἐκείνοις χάριν, ὥσπερ τινὰ χρυσὸν χρυσὸς ἀμείνων. Ἐγὼ δὲ χαίρω μὲν ὑπὸ σοῦ τιμώμενος. Βουλοίμην δ' ἂν σε τὸ σαυτοῦ μέγιστον (1) μήτ' ἀγνοεῖν, μήτε εἰδότα δεύτερον ἄγειν ἑτέρου. Μέγιστον δὲ τῶν σῶν ὁ πατὴρ, καὶ μεθ' ἡμῶν, καὶ πρὸ ἡμῶν διέπλαττέ σοι τὴν ψυχήν. Εἰ οὖν κόσμος μαθητῇ παιδευτὴς ἀγαθὸς, προτέρου μεμνήσῃ τοῦ πατρός. εἰ δὲ καὶ αὐτὸς εἶναι μου μαθητὴς ὁμολογῶν οὐκ αἰσχύνομαι. Καὶ σὺ μὲν μειδιάσεις, τοῦτο δὴ τὸ σόν. τὸ πρᾶγμα δ' οὐκ ἂν ἄλλως (2) ἔχοι. τὸν θρόνον (3) δὲ πείσομεν μὴ ἀγανακτεῖν. Ταυτὶ μὲν οὕτω διειλέχθω. Τῶν δὲ πρὸς ἡμᾶς ἐπιστολῶν ἐξαίρει τὰ δοκοῦντα μὲν θεραπείαν ἔχειν, λυμαινόμενα δὲ τῷ κάλλει, ζητούμενα δὲ παρὰ τῶν πολλῶν. Ἀλλ' ἡμεῖς γε, μὴ τῶν πολλῶν ἡμᾶς αὐτοὺς ποιῶμεν. ἀλλὰ πρὸς μὲν ἐκείνους τὸν ἐκείνων, ἐπειδήπερ ἀνάγκη, πρὸς δ' ἡμᾶς τὸν ἡμέτερον φυλάττωμεν τρόπον.

CCCXIV. ἈΝΑΤΟΛΙῼ. (1)

Κάλλιστα μὲν (2) ἀνθρώπων Ὑπερέχιος ὄψεται Σελεύκειαν, τὸν τῶν ἀνδρῶν ἄριστον ἐπ' αὐτῆς ἔχων ὁρᾷν. ἡμεῖς δὲ ἄρα δοῦλοι γεγόναμεν ὑπὸ τῆς τέχνης, ἢ πάντως ἂν τὴν αὐτὴν ἐθεώμεν. (3) οὐ λιμὴν ἡμᾶς ἕλκοντος, οὐδ' οἷς φασιν ηὔξηνται τὴν πόλιν, ἀλλὰ σοῦ καὶ τῶν σῶν τρόπων ἀναπειθόντων τρέχειν. Λείπεται γὰρ, ἐπειδὴ σὺ φεύγεις, ἡμᾶς διώκειν, καίτοι πῶς οὐ δεινὸν (4) ἐκ μὲν Ἰταλίας ἐλθεῖν τῷ περὶ ἡμᾶς ἔρωτι, ζητεῖν δὲ, οἷς

(3) Fortasse haec rectius ita verteris: *& cura tua efficere, ut absentia ejus sit incognita.* (4) ὅτι, *Medic. A.*

EP. CCCXIII. (1) Sic scripsi cum *Voss.* quando in *Reg. max.* legebatur: τὸ αὐτοῦ μέγιστον. (2) Ita scripsi; legebam vero ἄλλος, quod locum habere non potest. (3) *Boivinius* conjiciebat legendum φόνον. At nihil mutem: videtur enim Libanius respicere munus suum professorium, quod θρόνου nomine a Sophistis appellari solebat; id alibi ostensum est, & ex *Cresollii* Theatro III. 13. constat.

EP. CCCXIV. (1) In *Voss.* & *Vatic. A.* liber IV. epistolarum ab hac ipsa incipit. (2) μὲν habet *Reg. max.* quod à *Voss. Medic. A. Vatic. A. & B. & Mutin. A.* abest. (3) Ita *Reg. max.* & ceteri, at *Medic. A.* ἰδοῦμεν, quod *Salvinius* vertit, *videremus.* sic vero scribendum erat ἰδοίμεθα, ex θεάομαι. Nostrae lectionis sensus clarus est, modo subintelligas ὅτι, quod frequenter alias fieri debere ostendit *Kuhnius* ad *Diogenem Laërt.* X. 96. & *Lamb. Bos* de Ellipsi Graec. L. p. 83. & 86. (4) οὐδ' ἂν *Medic. A.* mendose.

(5) Dictio

οἷς αὐθ' ἡμῶν συνέσῃ. καὶ πλέον νέμειν ἀγροῖς, καί τισιν ἑτέροις τόποις τῆς ὑπό σου πόλεως κεκοσμημένης. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἀπόλλων πάλιν εἰς Δελφοὺς ἀφίξεται (5), Μαξίμῳ δὲ χαρισάμενος τὴν ἐκ τῶν γραμμάτων βοήθειαν, τῷ κείνου παιδὶ χάρισαι τὸ ταχέως δῦναι τὰ γράμματα (6). Πλέον γὰρ οὗτος ἐπιθυμεῖ πόνων, ἢ τοῦ μὴ πονεῖν ἕτεροι. Θαυμάσας οὖν αὐτοῦ τὸ πεπεῖσθαι τῷ πατρὶ, σύστειλον εἰς μικρὸν αὐτῷ τὴν ἀπόστασιν.

re venire, quaerere autem alios, quibuscum nostri loco verseris, & plus agris aliisque urbis a te decoratae locis tribuere? Enimvero Apollo rursus Delphos veniet: *Maximo* vero tu illam, quam a literis exspectat, opem largiturus, filio ejus eam fac gratiam, ut cito literae dentur. Magis enim ille labores, quam alii otium, quaerit. Ejus itaque adversus Patrem obsequium miratus absentiam illi redde breviorem.

CCCXV. ΚΛΗΜΑΤΙΩι. (1)

Ἑαυτὸν ἀνάμνησον τῆς ὑποσχέσεως ὧν ἐποιοῦ πρὸς ἡμᾶς περὶ τῶν Ἐλπιδίου πραγμάτων. μᾶλλον δὲ καὶ μεμνημένος διατελεῖς καὶ βραδέως ἥκοντι μέμφῃ. καὶ δεξάμενος βεβλαμμένον ἐν τοῖς εὖ πράττουσι στήσεις, εἰδὼς, ὅτι περὶ ἕνα μὲν ἔσῃ πρόθυμος, εὐεργέτης δὲ γεγράψῃ τοῦ τῶν Ἑλλήνων γένους. ὡς οὗ ἂν οὗτος εὖ πάθῃ, πάντες, οἷς τι μέτεστι λόγων, ὠφέλειονται. καὶ μὴν σὺ μὲν ἐπαινεῖσθαι βούλοιο ἄν. τούτῳ δὲ ἐπαινεῖν δύναμις. ἔσται δὴ τῷ μὲν ἔργα παρὰ σοῦ, σοὶ δὲ παρ' αὐτοῦ λόγοι. ἐμοὶ δὲ ἐξ ἀμφοῖν ἡδονή. λαμβανόντων ὑμῶν, ἃ προσήκει παρ' ἀλλήλων.

CLEMATIO.

In memoriam tibi ipse revoca promissa, quae nobis de *Elpidii* rebus dedisti. Imo vero & perpetuo illorum memor es, & tardius venientem reprehendis, laesumque recipiens inter felices aliquando repones, probe gnarus, quod uni quidem propensum te praestabis, totius vero Graecorum gentis benefactor censeberis. Si enim huic bene fuerit, omnes, quibus doctrinae aliquid suppetit, fructum inde capient. Et sane tu quidem laudari velis; huic vero facultas est laudandi. Illi itaque facta a te, tibi vero ab ipso laudes, mihi denique ex utroque voluptas nascetur, vobis ea, quae decet, a vobis invicem accipientibus.

CCCXVI. ΕΥΜΟΛΠΙΩι.

Οὐδὲν ἄτοπον παρὰ φίλου χάριν αἰτῆσαι, χαριζόμενον φίλῳ. φίλος δέ σοι μὲν ἐγὼ, Σωφρόνιος δέ ἐμοί. Δέομαι δή σου, μὴ ποιῆσαι Σωφρονίῳ τὴν τῶν ἵππων κτῆσιν ζημίαν. Ἀρκεῖ ταῦτα παρ' ἐμοῦ πρὸς Εὔμολπον. εἰ δ' ἄλλος ἦν, μακρὰν (1) ἀποτείνειν ἔδει.

EUMOLPIO.

Non absurdum est ab amico gratiam petere amico gratificaturum. Jam vero tibi amicus ego, *Sophronius* autem mihi est. Peto igitur a te, ne facias ut *Sophronio* equorum possessio jacturae cedat. Haec quidem a me apud *Eumolpium* sufficiunt. Si alius esset, verbosius me scribere oportuisset.

CCCXVII. ΑΝΑΤΟΛΙΩι.

Ἐπειδὴ πλειόνων ἔδει γραμμάτων, ἧκει σοι πλείω. μικρῶν δὲ εἰ δέησειεν, ἀφίξεταί σοι μικρά. μέτρον γὰρ ποιοῦμαι τὴν χρείαν, ἀλλ' οὐ τὴν σὴν ἐπιθυμίαν. Οὐ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο ὑμῖν (1) ἐξέσται τοῖς, ὅτι πάντα ὑμῖν ἔξεστι, ἡδέως ἀκούουσι (2). Σὺ μὲν οὖν ἡγεῖσθαι φὴς τὸ μῆκος τῆς ἐμῆς ἐπιστολῆς, ἐμοὶ δὲ ἥττηται τὸ μῆκος τῆς σῆς (3) ἀπολογίας. Καὶ γὰρ ἔτυχον πρὸς τὸν θεῖον προειπὼν (4), ὅτι σε ταχέως τοῦ κατηγορεῖν παύσας ἐν ἀπολογίαις δείξω. Πάνυ οὖν ἥσθην, ὁρῶν σε μαχόμενον, ὑπέρ τε τῆς πράσεως, καὶ τῆς τῶν ῥητόρων φυγῆς (5), οὐχ ὅτι

ANATOLIO.

Quoniam copiosioribus opus erat literis, veniunt ad te copiosiores; si brevioribus opus fuerit, venient breviores. Mensuram enim capio ex rei necessitate, non ex desiderio tuo. Neque enim & hoc vobis sane licebit, qui, omnia vobis licere, libenter auditis. Tu quidem epistolae meae longitudinem absolutissimam ais fuisse, mihi vero idem de longitudine defensionis tuae videtur. Patruo enim praedixeram, brevi fore, ut ab accusando te avocatum ad defensionem traducerem. Multum igitur laetatus sum, cum te & pro venditione illa, & pro Rhetorum criminatione viderem pugnantem, non

(5) Dictio videtur proverbialis. (6) per γράμματα hic intelligo *rescriptum* & *decretum*, ad causam aliquam perficiendam relatum.

EP. CCCXV. (1) Ita *Voss.* & *Ambros.* N. 2. & T. 231. at *Reg. max.* Κλημεντίῳ. Praestat nostrum. Ad hunc enim plures Libanii exstant epistolae; ad *Clementium* vero nulla; sed una alteraque Κλήμεντι cuidam est inscripta.

EP. CCCXVI. (1) Supra vocem μακρὰν in *Voss.* minutis literis scriptum est, ἐπίῤῥημα, *adverbium*. Atque ita quidem frequenter adhibetur. Si tamen recte rem aestimes, elliptica est locutio. *Lucianus* in Prometheo plene ait μακρὰν λέξιν. Vide *Lamb. Bos* de Ellipsi Gr. L. p. 118. edit. primae.

EP. CCCXVII. (1) ἡμῖν. *Medic.* B. male. (2) ἀκούειν ἐθέλοντες, *idem*. Nostrum tuentur *Voss. Reg. max. Laudan.* II. alii. (3) Ita iidem, quos dixi codices, at *Medic.* τῆς ἐμῆς. Et hoc quidem rectius videri possit, si in superiore epistola noster fortasse ad Anatolii exceptiones responderit, idque firmari potest eo, quod paulo post Libanius dicit, se facturum, ut *Anatolius* non accusatorem, sed defensorem agat. Praeterea *Anatolius* accusaverat Rhetoras, quos mox vindicat noster. (4) προειπών, *Medic.* B. (5) Φυγὴ per *exilium* vertit *Salvinus*, non incommode, cum eo sensu vox alias aeque adhibeatur, atque φεύγειν infert *accusari*. Vide *Pseudo-Phalaridis* ep. 95. & 119. In Cod. *Laudano* supra vocem φυγῆς scriptum erat κατηγορίας.

(6) τὸ

non quod strenue & ingenue, sed quod valde exiliter pugnabas. Ais enim, illi quidem venditionem tuam nihil officere, hos autem nolle ex labore lucrum capere, qui tamen vel in ignem ad lucrum faciendum insilirent. Ceterum tuam illam conditionem mea statuo esse deteriorem. Itaque nunquam eam praetulerim. Tuum enim est, in turbis vivere, meum in eloquentiae studio. Si quid praeclari praestiteris, mea opus est voce, si quis posterorum id nosse debeat. Quando vero tu, illa apud Illyrios, & fecisti ipse, & ipse praedicas, factus utique es Astydamas. At, ò optime Achilles, patere, ut, quando Hectorem interfecisti, *Homerus* caedem illam enarret.

ὅτι γενναίως, ἀλλ' ὅτι πάνυ φαύλως ἐμάχου. Φὴς γὰρ τῷ μὲν (6) οὐδὲν γενέσθαι βλάβος τὴν σὴν πρᾶσιν, τοὺς δὲ οὐκ ἐθέλειν ἀπὸ τῶν πόνων κερδαίνειν, οἳ κἂν εἰς πῦρ ἐμβαῖεν (7) ἐπὶ τῷ τι κερδᾶναι. Τοῦ παρόντος δέ μοι σχήματος καὶ τὸ σὸν ἡγοῦμαι (8) φαυλότερον. Οὐκοῦν ἀνθειλόμην ἄν (9). τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἐν ταραχῇ ζῆν, τὸ δὲ ἐμὸν ἐν λόγοις. κἂν τι καλὸν ἐργάσῃ, τῆς ἐμῆς δεῖται φωνῆς, εἰ μέλλει τις αὐτὸ καὶ τῶν ὕστερον εἴσεσθαι (10). Τὰ δὲ ἐν Ἰλλυριοῖς αὐτὸς μὲν πεποιηκὼς, αὐτὸς δὲ ἐγκωμιάζων Ἀστυδάμας (11) γέγονας. ἀλλ', ὦ βέλτιστε Ἀχιλλεῦ τὸν Ἕκτορα ἀποκτείνας ἄφες Ὁμήρῳ περὶ τοῦ φόνου τι διελθεῖν (12);

CLEMATIO.

Adhuc me laetantem literis, quae latronis cujusdam, bella quadam ratione elabi parantis, capturam, tum turbam ad judicium concurrentem, tuamque eloquentiam, circumstantium denique plausum significabant, his inquam, me delectatum adveniens *Asclepiades* medicus in maximum dolorem conjecit. Talia enim te ajebat fecisse, quae essent insanientis, dictisque suis persuasit iis, quibus persuasit: & multa erat perturbatio. Ego vero haec sentiens, imperantem cohibui, Medicum calumniatorem vocans, &, ut causa haec examini subjiceretur, petens. *Asclepiadi* autem persuasi, ne improbus esset, turbasque faceret. Habebam adsentientes mihi & eadem dicentes *Evagrium*, cumque cui multum est prudentiae; *Ampelium* optimum dico. Ita vero Praefectus in te animatus est: nec inimicus tibi est, nec, qualis antea, amicus. Alterum illud nos prohibuimus; alterum vero mentitus ille concitavit. Tu vero linguam omnino contine, frenumque ori sit impositum. Praestat enim, sibi temperantem sine metu vivere, quam tremere ferocientem. Sed & amicis, quoad fas est, gratiam refer; nec pulchrum puta, Cyclopi esse similem, clamare temere, calcitrare, & divos contemnere. Haec ad te scribo, meo ipsius decreto abrogato: hoc vero

CCCXVIII. ΚΛΗΜΑΤΙΩι.

Ἔτι (1) με τοῖς γράμμασιν ἡδόμενον, ἃ ἐμήνυε λῃστοῦ τινος (2) σύλληψιν, κομψὴν ἔχοντος ἀποδρᾶναι, καὶ ὄχλον ἥκοντα ἐπὶ τὴν κρίσιν, καὶ σὴν εὐφημίας, (3) καὶ τῶν περιεστηκότων κρότον, τούτοις με εὐφραινόμενον εἰς ἀθυμίας ἥκιστα ἐνέβαλεν Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρός. Ἔφη γάρ σε (4) ποιῆσαι ταῦτα ἃ μεμηνότος (5) ἦν, καὶ εἰπὼν ἔπεισεν, ὡς ἔπεισε. (6) καὶ πολὺς ἦν ὁ χειμών. Ἐγὼ δὲ αἰσθόμενος (7), τὸν μὲν ἄρχοντα κατεῖχον, συκοφάντην καλῶν τὸν ἰατρὸν, καὶ δεόμενος βάσανον ἀποδοῦναι τῷ πράγματι. τὸν δ' Ἀσκληπιάδην ἔπειθον, μὴ κακὸν εἶναι, μηδὲ ταραχὰς ἐμποιεῖν. καὶ εἶχον ταῦτά μοι καὶ βουλομένους καὶ λέγοντας, Εὐάγριόν τε, καὶ ᾧ πλεῖστον μέτεστι φρενῶν, Ἀμπέλιον λέγω τὸν καλόν. Οὑτωσὶ δή σοι τὰ τοῦ ἄρχοντος κεῖται, οὔτ' ἐχθρὸς ἀνὴρ, οὔθ' οἷος ἔμπροσθεν φίλος. Τὸ μὲν γὰρ ἡμεῖς ἐκωλύσαμεν, τὸ δ' ἐκίνησεν ὁ ψευσάμενος. Σὺ δ' ὅλως κράτει τῆς γλώττης, καὶ ἐπέστω τῷ στόματι χαλινός (8). Βέλτιον γὰρ σωφρονοῦντα ζῆν ἀδεῶς, ἢ θρασυνόμενον τρέμειν. ἀλλὰ καὶ τοῖς φίλοις τὰς μετὰ τοῦ δικαίου χάριτας δίδου. καὶ μήτοι νόμιζε καλὸν, ἐοικέναι τῷ Κύκλωπι. βοᾶν εἰκῇ καὶ λακτίζειν καὶ καταφρονεῖν τῶν θεῶν (9). Ταῦτα ἐπιστέλλω σοι

(5) τὸ μὲν *Landan.* repugnantibus ceteris omnibus. Malo τῷ, ut innuatur aliquis, cui venditio illa, nescio cujus rei, noxia visa est Libanio. (7) Locutio proverbialis, de qua io superioribus. (8) Sic scribo cum *Medic.* pro ἡγεῖσθαι, quod dicti codd. habent. *Anatolius* erat Praetorio praefectus, atque adeo civili officio fungebatur; huic autem suum professorium munus praefert noster. (9) ἂν abest a *Medic.* & *Landano.* (10) Ita scribendum putavi, dissentientibus inter se libris, *Voss.* & *Reg. max.* ita: εἰ μέλλει τις αὐτῶν καὶ τὸ ὕστερον εἴσεσθαι. *Medic.* B. εἰ μέλλει τις αὐτῷ καὶ τῶν ὕ. *Landanus* autem nostram habet lectionem, ad quam proxime accedit *Medic.* modo αὐτῷ in αὐτὸ convertatur. (11) Interpretatur hoc scholion Vaticani 943. Ἀστυδάμας ὁ τραγικὸς Παρθενοπαίῳ γενόμενος εὐδοκιμήσας, ... ἐψηφίσθη, ταχέως εἰκόνος. ποιήσας δὲ ἐπίγραμμα ἐγκώμιον ἔχον αὐτοῦ αὐτὸς καὶ βωλὸν ἀνήγαγεν, ἀξιῶν τῇ εἰκόνι τοῦτο γεγράφθαι, ὅπερ αὐτῷ, ὡς ἐπαχθὲς οὐκ εἴασαν. Σκώπτοντες ἐν αὐτῷ οἱ ποιηταὶ αὐτὸς τοὺς ἑαυτοὺς ἐπαινοῦντας ἔλεγον· ὥσπερ Ἀστυδάμας ἑαυτὸν ἐπαινεῖ. Confer *Erasmum* in Chiliadibus p. 586. Eodem proverbio & supra utitur noster. (12) ἄφες τὸν Ὅμηρον περὶ φόνου τι δ. *Landan.* cum nostra ceterorum lectione consentit, nisi quod τοῦ ante φόνου omittit.

EP. CCCXVIII. (1) *Voss. Reg. max.* & *Vatic.* A. ἔτι, male: nostrum habent, quod & sensus postulat, *Ambros.* T. 73. *Medic.* A. & B. item *Vatic.* B. Hinc & recens manus in *Voss.* sic emendavit. (2) Sic scripsi cum *Medic.* B. quamvis reliqui habeant τινά. (3) Ita codices, quos dixi, inter quos *Voss.* & *Vatic.* A. εὔφημον cum duplici ρ scribit. *Medic.* A. εὔνοιαν, quod locum habere vix putem: nisi dicere velis *Clematium* se benignum in latronem illum praestitisse. Contra putem id significari, quod ille in convincendo & condemnando latrone eloquentiae vim demonstrarit. poteris etiam εὔφημον per *felicitatem* interpretari. Vide *Menagium* ad *Laërtium* VII. p. 298. (4) ἔφη σοι, *Medic.* A. (5) μεμηνότων, *idem.* (6) ὡς ἔπεισε, desunt in *Benzel.* A. recte. (7) αἰσθόμενος. αἰσθανόμενος. *Benzel.* A. (8) Dictio proverbialis. sic *Philostratus* lib. IV. in Vita Apollonii χαλινὸν οὐκ ἂν ἐπὶ τῇ γλώττῃ. Garrulo homini *Aristophanes* ἀχάλινον στόμα tribuit qui *Jac.* I. 26. μὴ χαλιναγωγῶν τὴν γλῶτταν audit. (9) Alludit ad Cyclopis illud apud *Homerum* Iliad. ι. vs. 275.

> Οὐ γὰρ Κύκλωπες Διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν
> Οὐδὲ θεῶν μακάρων.

Illi sunt θεομαχοῦντες, *Actor.* XXIII. 9.

(10) Elasa

σοι λύσας ἐμαυτῷ δόγμα. Τὸ δὲ ἦν καταλῦσαι τὸ πρὸς σὲ γράφειν, ὃς τοὺς ἑταίρους μοι καὶ φιλτάτους, Εὐνομόν τε καὶ Εὐδαίμονα, τοὺς ἐξ Ἐλούσης (10), οὐδὲ οἶσθα. καίτοι πολλά σοι περὶ τοῖν ἀνδροῖν διαλέχθην, ἀξιῶν αὐτοὺς τυχεῖν τινος ἀγαθοῦ. Ῥήτορες δὲ ἄμφω, καὶ ποιοῦνται τὸν βίον ἀπὸ τῆς συνηγορίας. Ἀλλὰ σὺ καὶ τοῦτο ἀπηνήσω καλέσας εἰπεῖν, ὡς ἄρα περὶ αὐτῶν ἐδέξω παρ' ἐμοῦ λόγον. Ὃ δὴ σοι παρῶπται, γενέσθω νῦν, ὥστ' ἐμοὶ παρ' ἐκείνων ἐλθεῖν ἐπιστολὴν οὐχ οἵαν τὴν νῦν, ὡς ἦγε νῦν, ὀδυρομένων. Εἰ δὲ σὺ ταῦτα οὐ δώσεις, διδάξεις καὶ ἡμᾶς ὧν ἡμεῖς κύριοι, μὴ (11) δοῦναι.

Vero in eo positum erat, ut scribere ad te desinerem, qui amicos meos, eosque dilectissimos, *Eunomum* & *Eudaemona*, Elusa ortos, ne nosti quidem, quamvis multa de viris istis tecum sim locutus, petens, ut aliquo a te beneficio fruantur. Ambo sunt Rhetores, & victum patrocinando sustentant. Tu vero illis ad te vocatis etiam hoc aperire detrectasti, quod de illis sermones ex me audiveris. Quod itaque tibi adhuc neglectum est, nunc tandem fiat, ut ab illis epistola mihi afferatur, non qualis est, quae nunc venit, querentium vocibus referta: Quod si vero haec non dabis, nos quoque docebis, ea non dare, quae dare possumus.

CCCXIX. ΑΚΑΚΙῼ.

Καὶ (1) πρὸ τῆς σῆς ἐπιστολῆς ἠπιστάμεθα, οἷ κακῶν (2) ἀφίξοι καὶ ὅτι τῶν κακῶν ἀπηλλάγης. Ἀνὴρ γάρ τις ἐκεῖθεν ἥκων οὐ πάνυ μοι (3) γνώριμος, εἰπών σε (4) νοσῆσαι (5) σφόδρα, καὶ μνησθῆναί γε (6) διαθηκῶν, ὡς εἶδεν ἐμαυτοῦ με ἐκπεσόντα, καὶ ἀπολωλότα, ἀλλ' οὐκ ἐδέησε μέντοι διαθηκῶν, ἔφη. Λέλυται γὰρ τὸ δεινόν. Οὕτως αὖθις ἐν ἐμαυτῷ τε ἐγενόμην (7), καὶ πρὸς τοὺς φίλους διηγούμην, ἃ παθὼν διαφύγοις, συνάπτων τοῖς ταράττουσι (8) τὰ βελτίω. Λαβὼν δέ σου τὰ γράμματα καὶ τοῦ νοσήματος τὴν φύσιν ἐν τῇ τάξει ἀκριβῶς (9) καθορῶν. παρεῖχε δέ σοι τοῦτο ποιεῖν μετὰ Πλάτωνος Ἱπποκράτης. σὺ γὰρ ἀμφοῖν μαθητής. συνήλγουμεν ἐπὶ τοῖς πόνοις, συνηχθόμεθα δὲ τῇ πόλει πολλοὺς τρεφούσῃ τοὺς Ἀκεσίας (10). Συγγνώμην δ' εἶχον ὡς κάμνοντος (11) οἴνου ἐρῶντι. Καὶ γὰρ αὐτός εἰμι τῶν οἴνῳ δεδωκότων (12) ἐν τῷ νοσεῖν. ὡς δ' ἤκουσα κρουνοὺς ἱδρῶτος, ἀνέπνευσα. καὶ χάριν ἔχω (13) τῷ μὲν Ἀσκληπιῷ τοῦ στῆσαι τὴν ἀσθένειαν, τοῦ δὲ μηνῦσαι, σοί (14). Κοινὴ γὰρ δὴ τῶν Ἑλλήνων ἑορτὴ, τὸν τῶν Ἑλλήνων ἄκρον ἐρρῶσθαι. Ὃ γάρ με σὺ καλεῖς, αὐτὸς ὢν τυγχάνεις. Λόγοις δὲ ἐμοῖς ὁμιλῶν εὐδαίμονά με ποιεῖς. Εἰ δὴ τοσοῦτον ἐγὼ, καὶ οὐκ ἐρῶ γε τὸ τῶν πολλῶν, ὅτι τὸν πατέρα τῶν λόγων φιλῶν, ἀλλ' οὐ τοὺς ἐγγόνους ἐπαινῶν, ὁμιλεῖς τοῖς λόγοις (15). Σὺ γὰρ οὔτ' ἂν φίλον μὲν δεξιὸν, ῥήτορα δὲ μὴ δεξιὸν, ῥήτορα προσείποις δεξιὸν, οὔτ' ἂν μὴ φίλον μὲν, ῥήτορα δὲ ἀγαθὸν, φαῦλον ἡγήσαιο ῥήτορα. Πάντα γὰρ δὴ περιελόμενος αὐτῶν γίγνῃ τῶν λόγων, καὶ οὐχ ὧν εἰσιν, ἀλλ' οἷοί τινες εἰσιν, ἀξιοῖς ὁρᾶν, ὥστ' ἤδη μέγα φρονῶ τῇ σῇ ψήφῳ πειθόμενος, ὡς ἄρα τις εἴην καὶ αὐτός.

ACACIO.

Etiam ante epistolam tuam noveram, quo malorum perveneris, itemque, quod ab iisdem malis sis liberatus. Quidam enim a vobis adventans, nec admodum mihi notus, referens, graviter te aegrotare, & de testamento cogitare, cum videret me extra me positum & animo deficientem, sed non opus erat, inquit, testamento. Fractum enim est morbi malum. Ita ad me redii, & amicis narravi, quantum mali effugeris, iis, quae turbabant, meliora ista annectens. Literis vero tuis acceptis, morbique natura ordine accurate perspecta (hoc autem facere te cum *Platone* docuit *Hippocrates*; utriusque enim es discipulus) miseratus quidem sum aerumnas tuas, civitatis autem vicem dolui, multos Acesias foventis. Veniam autem feci, quod te aegrotantem vinum vicit. Ipse enim ego ex illis sum, qui aegrotantes vino indulgent. Ut itaque de rivis sudoris audivi, respiravi, & gratiam habeo Aesculapio, quod morbum cohibuerit, tibi vero, quod indem mihi significaveris. Communis enim & publica est Graecorum laetitia quod Graecorum praestantissimus convaluit. Quem enim tu me dicis esse, id es ipse. Dum autem in legendis orationibus meis versaris, felicem me facis. Quod si vero tantus ego sum, non dicam quidem illud multorum, te conditorem orationum amantem, at foetus ipsos non probantem, orationibus meis familiariter uti. Neque enim tu vel amicum probum, eundemque oratorem non dextrum, dextrum appellares, vel hominem non quidem amicum, oratorem vero bonum, exilem oratorem aestimares. Omnia enim praescindens, totus es in orationibus, neque quorum illae sint, sed quales sint, perspicere conaris. Itaque multum jam mihi tribuo, tuo suffragio persuasus, quasi & ipse ali-

(10) *Elusa* Syriae urbs erat. Illius non recordatus *Salvinus* verterat: *qui ex damnatoria*; quod autem sequitur: *οὐδ' οἶσθα sed nescio.* (11) μηδὲν, *Medic.* A. forte rectius.

EP. CCCXIX. (1) πρὸ omittit *Bodleianus*, quod reliqui habent. (2) κακῶν τις, *Medic.* A. (3) μοι deest in *Bodlej.* (4) σε omittit *Voss.* & *Reg. max.* (5) νοσεῖν, iidem; & *Vatic.* A. νόσῳ, & recte a recente manu emendatum. (6) γε addidi ex *Voss.* & *Reg. max.* (7) Sic *Act.* XII. 11. γενόμενος ἐν ἑαυτῷ. (8) *Bodlej.* περιττοῦσι. (9) ἀκριβῶς omittit *Voss.* & *Reg. max.* (10) *Acesias* imperitus erat medicus, ex quo natum est proverbium: Ἀκεσίας ἰάσατο, de re semper in deterius vergente. Vide *Erasmi* Chiliadas p. 162. & 494. *Salvinus* legere hic malebat ἀκεστὰς, medicos. Ita vero non appareret, cur Libanius urbis vicem adeo doleret. (11) Ita *Bodlej.* at *Medic.* A. εἰ οὐ κάμνοντος. *Voss.* & *Reg. max.* ὡς οὐ κάμνοντος. Videtur autem Acacius, cum morbo conflictans, mero largius indulsisse. (12) Sic scribo cum *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. Phrasis est Scriptoribus receptissima. Vide Volumen III, *Curarum* mearum ad N. T. p. 564 & 567. *Bodlej.* τῶν οἴνῳ μὴ χρῆσθαι βεβλαβότων. (13) Ita Codd. plerique, *Bodlej.* εἶχον. (14) Sic *Voss. Reg. max.* & *Vatic.* A. ex emendatione recente. *Medic.* A. σοὶ δὲ τῷ μηνῦσαι. *Bodlej.* τῷ δὲ τῷ μηνύσαντι, quasi referatur ad illum, qui antea haec nunciaverat. (15) Sic totam periodum cum *Bodlej.* & *Medic.* A. conformavi, ceteris nonnulla hic turbantibus.

(16) Quae

aliquis sim. Ceterum *Titianus* fruatur aestate, per hyemem vero apud nos sit, & de meis aliquid percipiat, quoniam Patri ita consultum videtur, Patris autem vestigiis propius insistat, ac prae Nestore Pisistratus admiretur neminem.

τός (16). Τιτιανὸς δὲ τῷ θέρει χρήσθω (17)· τοῦ χειμῶνος δὲ παρ' ἡμῖν ἔστω, καὶ προσαπτέσθω μὲν τῶν ἐμῶν, ἐπειδὴ τῷ πατρὶ δοκεῖ, τῶν δὲ τοῦ πατρὸς ἰχνῶν ἐχέσθω πλέον, καὶ παρὰ τοῦ Νέστορος Πεισίστρατος θαυμαζέτω μηδένα.

CLEMATIO.

Rhetorius iste nobiscum versatus est, ego vero Patris ejus disciplina usus sum; & mihi quidem per illum Poëtas, illi vero per me Rhetoras nosse contigit. Novit autem, quis ego adversus te, quisque tu erga me sis. Meorum enim in Bithynia studiorum fuit particeps, operamque dat, nihil meorum ignorare. Ille nunc in Aegyptum venit fundum paternum non amplum occupaturus: patrem enim ibi habet. Vel potius ad iter hoc ideo invitatus est, quod Palaestina nunc a te administratur. Quem igitur, si etiam aliunde discipulum nostrum esse audivisses, jucunde eras visurus, quo loco eum, literis nostris tibi commendatum, collocabis?

CCCXX. ΚΛΗΜΑΤΙΩι. (1)

Ῥητόριος οὗτος (2) ἡμῖν ὡμίλησεν, ἐγὼ δὲ ἐφοίτων ὡς (3) τὸν τοῦδε πατέρα, καὶ γέγονέν ἐμοὶ μὲν δι' ἐκείνου γνῶναι τοὺς ποιητὰς, τούτῳ δὲ δι' ἐμοῦ τοὺς ῥήτορας. Ἐπίσταται δὲ, τίς μὲν ἐγὼ πρὸς σε, τίς δὲ σὺ πρὸς ἐμέ. Καὶ γὰρ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ κεκοινώνηκέ μοι (4) διατριβῶν, καὶ ὅλως ποιεῖται λόγον τοῦ (5) μηδὲν τῶν ἐμῶν ἀγνοεῖν. Οὗτος ἐπ' Αἰγύπτου πάρεισι γῆν οὐ πολλήν τινα πατρῴαν παραληψόμενος. Ἐκεῖθεν γὰρ ὁ πατὴρ αὐτῷ, (6) μᾶλλον δέ πως εἰς τὴν ὁδὸν παρεκλήθη, τῷ τὴν Παλαιστίνην ὑπὸ σοῦ διοικεῖσθαι. Ὃν οὖν εἰ καὶ (7) ἄλλως ἤκουσας ἡμέτερον εἶναι μαθητὴν ἡδέως ἂν εἶδες, ποῦ τάξεις ὑφ' ἡμετέρων προσαγόμενόν σοι (8) γραμμάτων;

SEBASTIANO.

Vices tuas miseratus sum, qui uxorem amiseris, gratulatus autem calamitatem tibi hanc fortiter ferenti. Illud enim fortunae malignitatem, hoc autem virtutem tuam prodit. *Rhetorium* vero hunc non leve habebis solatium, multos quidem Rhetoras, nec pauciores Poëtas pervagatum, ex utrique vero parte egregium. Te igitur amicum illi faciant tum literae meae, tum illud, quod cum necessariis tuis familiariter est versatus. Duo vero inprimis me ipsi benevolum reddunt. Cum enim meus sit discipulus, filius praeterea est Praeceptoris. *Didymum* sane tu non ignoras, nisi & magnam illam civitatem ignores, in qua doctrinae suae copiam aliis ipse fecit, noctu & interdiu fluens. Fac itaque, ut teneat fundos, quorum causa venit. Parvi illi quidem sunt, pauperi tamen solatio. *Rhetorius* vero non est ex pecuniosis. Jam potes aliquid in Aegypto, cujus ope alii quidem opes congesserant, tu vero nominis famam tuo justi acquique studio tibi peperisti.

CCCXXI. ΣΕΒΑΣΤΙΑΝΩι.

Συνηχθέσθην μέν σοι τὴν γυναῖκα ἀποβαλόντι (1), συνήσθην δὲ τὴν συμφορὰν γενναίως ἐνεγκόντι. Τὸ μὲν γὰρ ἐπήρειαν τύχης, τὸ δὲ δείκνυσιν ἀρετήν. Ἕξεις δὲ τουτονὶ Ῥητόριον, οὐ φαύλην παραψυχὴν, διὰ πολλῶν μὲν ῥητόρων, οὐκ ἐλαττόνων δὲ ποιητῶν ἀφιγμένον, καὶ ὄντα ἀγαθὸν (2) καὶ τοῦτο κἀκεῖνο. Σὲ μὲν οὖν αὐτῷ (3) φίλον ποιεῖ (4) τά τε ἐμὰ γράμματα καὶ τὸ τοῖς σοῖς οἰκείοις (5) συμπεφοιτηκέναι τὸν ἄνδρα (6). Τούτῳ (7) δὲ εὔνουν ἐμὲ δύο ποιεῖ τὰ μέγιστα (8). Μαθητὴς γὰρ ὢν ἐμὸς διδασκάλου μοι παῖς ἐστι, πάντως δὲ τὸν Δίδυμον (9) οὐκ ἀγνοεῖς, εἰ μὴ καὶ τὴν μεγάλην ἀγνοεῖς πόλιν, ἐν ᾗ τῆς αὐτοῦ παιδείας ἐκεῖνος μετεδίδου νύκτα καὶ ἡμέραν ῥέων. (10) ἀλλ' ὅπως οὗτος ἐγκρατὴς γένοιτο τῶν κτημάτων, (11) ἐφ' ἅπερ (12) ἥκει. Μικρὰ μὲν γὰρ ταῦτα, πένητι δὲ παραμυθία. Ῥητόριος δὲ τῶν οὐκ εὐπόρων. Ἔστι δέ σοι δύναμις ἐν Αἰγύπτῳ, δι' ἧς οἱ μὲν ἄλλοι χρήματα εἰργάσαντο, σὺ δὲ δόξαν ἀγαθὴν τῇ πρὸς τὸ δίκαιον συμμαχίᾳ (13).

C Y- CCCXXII.

(16) Quae sequuntur, desunt usque ad finem epistolae in *Ambros.* T. 73. Leguntur autem in ceteris. (17) Scilicet aestate vacatio esse solebat a studiis.

EP. CCCXX. (1) Huic *Voss.* & *Reg. max.* inscribunt: Ἀνανίῳ vero *Medic.* A. Κλάνῳ *Medic.* H. & *Barocc.* Ἀκυνηγορίῳ est in *Reg. Paris.* 3073. (2) μὲν pro οὗτος habet *Medic.* C. (3) Ita plerique, & sic saepissime noster: at *Voss.* & *Reg. max.* εἰς. (4) μοι omittunt *Voss.* & *Reg. max.* (5) τοῦ deest in *Reg. Paris.* 3073. (6) ἐκεῖθεν γ. ὁ π. α. desunt in Cod. Reg. 3073. (7) Ita recte *Barocc.* & *Medic.* at *Voss.* & *Reg. max.* ὃν ᾖ καὶ εἰ ἄλλως. (8) Abest σοι a *Voss.* & *Reg. max.*

EP. CCCXXI. (1) ἀποβαλόντι h. l. idem est, quod amittere, de qua significatione vide quae in *Curis* nostris diximus ad *Marc.* X. 50. & *Hebr.* X. 35. ubi nonnullis idem significatus obtinere locum visus est, sed falso *Medic.* A. male legit ἀποβαίνοντι. (2) ἀγαθὸς heic, ut alias saepe, hominem *peritum* & *dextrum* infert, atque adeo *Rhetorium* prodit, ut prosa & vorsa oratione valentem, quod quidem raro conjungi constat. (3) Sic scripsi cum *Medic.* A. & C. quando *Voss.* & *Reg. max.* habent αὐτὸν, quod locum habere posset, si scriberetur σοί. (4) Forte rectius legeris ποιεῖ. (5) οἰκείοις *Medic.* A. (6) τὸν ἄνδρα non habet *Medic.* C. (7) Id rectius puto ex *Medic.* A. & C. quam τοῦτο ceterorum (8) δύο τὰ μέγιστα ποιεῖ. *Voss.* & *Reg. max.* (9) *Didymum* itaque audivit, & quidem Athenis, ni fallor, quae magnae urbis nomine indicari videtur. Ibi enim per quadriennium se ait esse versatum in Vita sua p. 20. (10) τὸ ῥεῖν de Sophistis & Oratoribus dici alias ostendimus. *Medic.* C. ἐκεῖνος ῥέων. (11) χρημάτων, *idem.* (12) ὅπερ, *idem.* (13) συμμαχίᾳ. *Medic.* C.

EP.

CCCXXII. ΚΥΡΙΛΛῼ.

Πείθων με (1) γράψαι σοι Διονύσιος, ἐκεῖνο πρότερον ἔπεισεν, ὅτι μου μετ᾽ εὐνοίας (2) μνημονεύεις. καὶ ἔπεισέ γε ῥᾳδίως. Ἐγώ τε γὰρ τὸν Προκόπιον ἐν μουσείοις ηὐχόμην ἀγαθὸν γενέσθαι, σέ τε εἰκὸς τὸν οὕτως ἐσχηκότα πρὸς ἐκεῖνον ἐν τοῖς ἐπιτηδείοις ἀριθμεῖν. Ἦν οὖν ἀκόλουθον τῷ γράψαι θαῤῥῆσαι, τὸ μὴ δ᾽ ἐπαγγεῖλαι χάριν ὀκνῆσαι, καὶ ταῦτα τῆς χάριτος πάλαι παρ᾽ ὑμῶν δοθείσης, πρὶν αἰτῆσαί τινα. Ἵνα δὲ ὁ λόγος μὴ εἰς αἴνιγμα πέσῃ, σαφέστερον ἐρῶ. Προκόπιος εὖ ποιῶν ἠλέησε Διονύσιον, ὁρῶν αὐτὸν ἐν πενίᾳ, μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς φόνον. ὅπως δὲ μὴ σπάνει τροφῆς στεροῖτο λόγων, τάττει φέρειν αὐτῷ τοὺς ἐπιτρόπους (3) τῶν χωρίων ἐκ μὲν Κιλικίας τὰ καὶ τὰ, ἐκ δὲ τῶν περὶ τὸν Εὐφράτην τόπων ἕτερα τοσαῦτα. Τὰ μὲν οὖν ἐκ Κιλικίας, ὡς ἔφην, ἄχρι τῶν γραμμάτων ἔμεινε, θάτερα δὲ εἰς ἔργον ἐχώρησε. Καὶ ἦν τούτῳ μὲν τρέφεσθαι, Προκοπίῳ δὲ εὐδοκιμεῖν. ἀλλὰ νῦν καὶ τούτων ἀποστερεῖται, τοῦ διδόντος ἀεὶ, μηκέτι διδόντος. Φάσκοντος κεκωλῦσθαι γράμμασιν, οὐ Προκοπίου. τοῦτο γὰρ οὐκ ἐτόλμησε ψεύσασθαι, τῶν δὲ ἐπιτρόπων τινός. Ἀλλὰ σὺ πεῖσον τοὺς ἐπιτρόπους, μὴ οὕτω τὸν δεσπότην φιλεῖν, ὥστ᾽ ὀλίγῃ προσθήκῃ πυρῶν δόξαν αὐτῷ διαφθείρειν μεγάλην. Εἰ μὲν γὰρ ἢ πονηρὸς γέγονε περὶ ὑμᾶς Διονύσιος, ἢ (4) πλούσιος, ἔχει λόγον στῆσαι τὴν φορὰν, ἢ τῆς χρείας λελυμένης, ἢ τῆς γνώμης οὐκ οὔσης εὖ παθεῖν ἀξίας. Εἰ δ᾽ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὢν ἐνδείας ἐν (5) τοῖς αὐτοῖς ἐστι (6) τρόποις, ὑμῖν δὲ ἐξ οὐρίων τὰ πάντα (7) χωρεῖ, καὶ χωροίη γε, μὴ καταλύσητε τὴν ἐπικουρίαν. Οὗτος (8) μὲν γὰρ τῶν προτέρων εἰδὼς χάριν, τῶν νῦν αἰτιάσεται τὴν τύχην. Ἔσται δέ τις ὁ μεμψόμενος ἴσως, εἰ, ἃ καλῶς ἔγνωτε, ταῦτα οὐκ ἐφυλάξατε, καὶ φαῦλα ζητοῦντες ἀποστήσεσθε (9) μειζόνων. Καὶ μὴν εἰ μὲν ὑμῶν ταῦτα, ποῦ καλόν; Οὐ γὰρ τῆς γε ὑμετέρας (10) οἰκίας ἡ μεταβολή (11). Εἰ δὲ (12) Προκόπιος μὲν αὐτός ἐστι, δοῦλος δέ τις κινεῖ τὰ κείνου, μαθέτω μὴ παραβαίνειν δεσπότου νόμους.

CYRILLO.

Persuadens mihi, ut ad te scriberem, *Dionysius*, etiam illud ante persuasit, quod mei benevole memineris. Et facile quidem persuasit. Ego enim *Procopium* in literarum studiis egregium evadere semper optavi; te igitur, in ipsum ita, ut es, affectum eundem inter amicos tuos numerari fas est. Quando itaque scribere ausus sum, consequebatur omnino, me nec a gratia aliqua exspectanda alienum esse, praesertim, cum & a me olim ante, quam quisquam peteret, facta fuerit. Ne vero verba mea aenigma videantur, clarius dicam. *Procopius* bene facturus misertus est *Dionysii*, quem post patris caedem cum paupertate colluctari videret. Ne autem ex alimentorum inopia a literis avocaretur, procuratores agrorum ex Cilicia quidem nunc haec nunc illa, ex locis autem juxta Euphratem alia & quidem tantundem afferre jussit. Illa quidem ex Cilicia, quae dixi, in literis perstiterunt, altera vero illa in effectum sunt perducta. Hoc modo ille quidem alebatur, *Procopius* vero laudabatur. Jam vero & illis privatur, illo, qui semper dabat, non amplius suppeditante, & praetexente, literis se prohiberi, non quidem *Procopii*, (id enim mentiri non ausus est) sed cujusdam ex villicis. Tu itaque permove villicos illos, ne ita dominum suum ament, ut propter exiguam rei frumentariae accessionem gloriam ipsi perdant ingentem. Si enim vel improbus adversus vos, vel dives evasit *Dionysius*, consentaneum est, ut symbola illa cohibeatur, sive quod necessitas exspirarit, sive quod ita animo sit affectus, ut beneficio indignus videatur. Si vero in eadem est egestate, & iisdem utitur moribus, vobis porro res ex voto fluunt, & utinam perpetuo fluant! ne, quaeso, auxilium illi subtrahite. Hic enim pro superioribus illis gratiam habens de praesentibus fortunam accusabit. Erit vero forte, qui vos reprehendat, si, quae recte constituistis, ea non servetis, & vilia consectantes a majoribus vos ipsos abducatis. Quodsi vero hic vester mos est, ubi tandem erit honestum? Non enim vestram gentem talis decet mutatio. Si vero *Procopius* quidem idem est, servus autem aliquis res ejus turbat, discat is heri mandata non transgredi.

CCCXXIII. ΜΑΞΙΜῼ.

Ἄρχω γραμμάτων, οὗ μάλιστα ἐπεθύμεις. καὶ τοῖς ἔργοις, δι᾽ ὧν ᾔσθου με φίλον, προστίθημι τὸ ἐπιστέλλειν, ἴσως οὐκ ἀτιμότερον παρὰ σοὶ τῶν ἔργων ἐκείνων. Καὶ πρῶτον μέν σε βουλοίμην ἂν, ἅπερ ἔγνωκας, τηρεῖν. ἐγίγνωσκες δὲ ἄρα τὴν Ἀῤῥαβίαν εὐδαίμονα ποιεῖν, πάνυ φαύλως ἔχουσαν ὑπὸ τῶν οἴκαδε τἀκείνης ἑλκόντων ἀγαθά. Ἀλλὰ σὺ πενέστερος ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἔσῃ, πρὸ τοῦ χρυσίου τὸ ἐπαινεῖσθαι ποιούμενος. Τοῦτο καὶ Βάσσῳ παρέ-

MAXIMO.

Prior ego scribo, id quod maxime desiderabas; factisque, ex quibus amicum me cognovisti, epistolam jungo, forte apud te factis illis non inferiorem. Primum itaque ea te velim tueri, quae constituisti. Statuisti autem Arabiam felicem reddere, male mulctatam ab iis, qui bona ejus ad se rapiunt. Tu vero magistratu fungens, eris pauperior, qui laudes auro praeferas. Hoc ipsum *Bassum* meliora sperare jubet, quem sua nunc tua ope recupe-

EP. CCCXXII. (1) μοι, *Vatic.* A. male. (2) μετ᾽ εὐφημίας, *Medic.* A. Nostrum habent *Voss. Reg. max. Vatic.* A. (3) Vide, quae de hac voce scripsi in *Curis* meis, Vol. I. p. 290 & 639. & ad *Gal.* IV. 2. (4) ἢ omittit *Medic.* male, quod recte ex ingenio suppleri volebat *Salvinus.* (5) καὶ ἐν *Medic.* D. (6) ἐστι malui cum *Medic.* A & B. pro ἔτι *Voss.* & *Reg. max.* (7) *Voss.* & *Reg. max.* πράγματα, *Medic.* A. & D. (8) *Medic.* A. qui & omittit μὲν, *Voss.* & *Reg. max.* οὕτω. (9) ἀποστήσεσθαι, *Medic.* A. male. (10) Sic *Medic.* A. & D. & *Vatic.* A. ἡμετέρας, *Voss.* & *Reg. max.* male. (11) Pro ἡ μεταβολὴ *Voss.* ἡμετέρα βολὴ, male. (12) εἰ δὲ Προκόπιος μὲν. αὐτός ἐστι δοῦλος δέ τις, *Medic.* A. mendose.

F.P.

cuperare oportet. *Bassus* enim hic patruos apud vos habet homines malignos. Est vero & hic avunculus, Rhetor idem & vir bonus, *Magni* habet nomen, propter quem & *Bassus* mihi curae est. Ipsum enim nondum vidi; qui tamen mihi loco multorum est: neque me res ejus negligere fas est. Expende itaque, quales sint patris fratres, & qualis hic matris. Illi enim *Bassi* bona diripuerunt; hic vero omnia agit, ut *Basso* patrimonium suum vindicetur. Quod cum jampridem quaesiverit, opportunum tempus jam adesse existimat, & recte existimat. Ingenuus enim est *Maximus*, tum justi, tum nostri causa illos itaque amolitus, hujus vero vices miseratus, facultates ab illis, qui alienis fruuntur, ad legitimum transferet dominum.

παρέχει τὰς ἀμείνους ἐλπίδας, ὃν δεῖ νῦν τὰ αὐτοῦ κομίσασθαι διὰ σοῦ. Βάσσῳ γὰρ τούτῳ θεῖοι μέν εἰσιν ἐκεῖ πονηροί τινες ἄνθρωποι. θεῖος δὲ ἐνταῦθα ῥήτωρ τε καὶ ἀνὴρ ἀγαθὸς, Μάγνος ὄνομα αὐτῷ, δι' ὃν δὴ καὶ Βάσσου μοι μέλει. Τὸν μὲν γὰρ οὐδεπώποτε εἶδον, ὁ δὲ ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι. Καὶ οὐκ ἔστιν ἀμελῆσαί μοι τῶν τοῦδε. Σκόπει τοίνυν, τίνες οἱ τοῦ πατρὸς ἀδελφοὶ, τίς δὲ ὁ τῆς μητρὸς οὗτος; Οἱ μὲν τὰ Βάσσου διηρπάκασιν, ὁ δ' ὅπως Βάσσου γένοιτο τὰ πατρῷα, (1) πάντα ποιεῖ. καὶ πάλαι τοῦτο ζητῶν νῦν ἥκειν ἡγεῖτο καιρὸν, καὶ καλῶς ἡγεῖται. Μάξιμος γὰρ ὁ γενναῖος καὶ τοῦ δικαίου καὶ ἡμῶν χάριν, τοὺς μὲν σείσας, τὸν δὲ ἐλεῶν, ἀπὸ τῶν τὰ ἀλλότρια καρπουμένων, ἐπὶ τὸν ἐκ τῶν νόμων κύριον μεταστήσει τὴν οὐσίαν.

CLEMATIO.

Cum *Dynamio* Athenis jam nata mihi est amicitia; eadem vero incrementum nunc cepit, quoniam te huc advenientem laudavit. Idem literas a me ad te petiit, quas etiam non petenti eram daturus: ut & tibi gratificarer, & tu illum videres libentius. *Eusebius* vero etiam vehementer cupit, virum hunc tua frui benevolentia. *Eusebii* itaque, sicut mei, rationem benefaciendo habeto. Utrique gratificare, & *Dynamio* vices pro laudibus rependens faciliorem te praesta viro Petram ornanti.

CCCXXIV. ΚΛΗΜΑΤΙΩι.

Πρὸς Δυνάμιον ἤρξατο μὲν Ἀθήνησί μοι φιλία, προσθήκην δὲ ἔλαβε νῦν, ἐπειδή σε ἥκοντ' ἐπῄνει. Γράμματα δὲ ᾔτει (1) παρ' ἐμοῦ πρός σε. Ἔδωκα δ' ἂν καὶ μὴ αἰτοῦντι, σοὶ μὲν, ὅπως χαρισαίμην, τὸν δ' ὅπως ἂν ἥδιον ὁρῴης. Ἔστι δὲ καὶ Εὐσεβίῳ, βουλομένῳ τὸν ἄνδρα τυχεῖν εὐνοίας. Τοῦ δὲ Εὐσεβίου λόγον εὖ ποιῶν, ὥσπερ (2) ἐμοῦ, ποίει. (3) ἀμφοτέροις οὖν χάριν δὸς, καὶ τόνγε Δυνάμιον ἀμειβόμενος τὸν ἔπαινον ἡμερώτερος φάνηθι τῷ κοσμοῦντι (4) τὴν Πέτραν.

EIDEM.

Boëthus, qui apud nos est, dixit, *Boëthum*, patrem suum, opem tuam esse expertum. Et noveram ego jam ante, hoc ita esse futurum. Patruo enim tuo beneficium hoc eras exhibiturus. Quod si tamen & mihi negotium hoc curae esse scivisses, forte felix nunc *Boethus* jam perditus fuisset. Tantum adhibuisti studium, ut non faceres, quae fieri velim. Scias vero nunc, te mihi gratum fecisse, quando patruo hanc gratiam fecisti, cum *Boëthum* illa dignitate, quam illi contulisti, dejicere potuisses. Quod enim patrui causa largitus es, id mihi quoque jucundum accidit.

CCCXXV. ΤΩι ΑΥΤΩι. (1)

Βοηθὸς, ὁ παρ' ἡμῖν, (2) ἔφησεν αὐτῷ τόν τε πατέρα Βοηθὸν βοηθείας παρά σου τυχεῖν. καὶ ᾔδειν γε ὅτι τοῦθ' οὕτως ἕξει. τῷ θείῳ γὰρ ἔμελλες δώσειν τὴν χάριν. Εἰ δὲ ἐμοί τι τοῦ πράγματος ᾔδεις μέλον, (3) ἀπωλώλει (4) ἂν ὁ νῦν εὐδαίμων Βοηθός. τοσαύτῃ σπουδῇ κέχρησαι μὴ ποιεῖν, ἃ βουλοίμην ἂν γενέσθαι. Ἀλλὰ καὶ νῦν ἴσθι μοι κεχαρισμένος ἐν τῷ δοῦναι τῷ θείῳ τὴν χάριν, ὡσθ' ὥρα σοι τὸν Βοηθὸν ἐκβάλλειν τοῦ σχήματος, ὃ δεδωκὼς τυγχάνεις. ἐπεὶ (5) τὸ, τῷ θείῳ σε (6) κεχαρίσθαι, χάριν ἐμοὶ φέρει.

FIRMINO.

Habere te jam praesentem mihi videor, ex quo

CCCXXVI. ΦΙΡΜΙΝΩι. (1)

Ἤδη σε ἔχειν ἡγοῦμαι, τὸ, ὡς ταχέως ἥξεις, ἀκούσας,

EP. CCCXXIII. (1) τὰ πρῶτα *Medic.* A. male per librarii errorem, ex compendiosa scriptione vocis πρώτατον.

EP. CCCXXIV. (1) Sic *Medic.* B. ᾔτει *Reg. max.* male, quod patet ex sequente μὴ αἰτοῦντι. (2) παρ' *Medic.* B. male. In *Reg. max.* περ' quod germanam illam lectionem subindicat. (3) In verbo ποίει super ει recentiore manu η scriptum sistebat *Voss.* (4) I. e. *Dynamio*, quod notat Schol. *Ambrosiani* N. 2. qui & *Petram* pro nomine loci proprio recte habet. Sunt enim urbes in Sicilia, Macedonia & Arabia, hoc nomine olim vocatae.

EP. CCCXXV. (1) Μαξίμῳ, inscribitur in *Ambros.* N. 2. ἀνεπίγραφος est in Cod. 3073. (2) ὑμῖν Cod. *Reg. Paris.* 3073. (3) μέλον *Ambros.* N. 2. & *Vatic.* A. male. Phrasis ipsa Graecis Scriptoribus frequens. *Aristophanes* Vespis vs. 1279. ᾔδειν ὡς ἐμοῦ μέλον. *Apollonius* ep. 14. οὐδ' εἰδέναι μοι μέλον. (4) Sic *Voss.* & Cod. 3073. In *Reg. max.* vero ἀπολώλει ita tamen, ut τῷ ο superscriptum sit ω. (5) ἐπειδὴ Cod. 3073. ἐπεὶ ᾗ *Vatic.* A. (6) σοι Cod. 3073.

EP. CCCXXVI. (1) Huic inscribitur in *Medic.* B. & E. *Mutin.* C. *Ambros.* T. 5. & 231. in *codice nigro Paris.* & *Barocc.* *Strategio* autem in *Voss.* & *Reg. max.* itemque in *Ambros.* N. 2. *Celso* denique in Cod. *Casanat.* & apud *Zambicarium* lib. III. ep. 284. ubi Latine exstat.

(2) Ita

σας, καὶ συγχαίρω τῷ τε βασιλεῖ, τοῦ σοῦ τάχους, σοί τε τῶν πτερῶν, ἃ κέκτησαι. Τοῦτο μὲν ἐν τοῖς λόγοις, τοῦτο δὲ ἐν ταῖς ὁδοῖς. Οἰόμενος (2) δὲ μετὰ τῶν ἄλλων σε ὄψεσθαι (3), τετίμημαι παρὰ τῶν ἄλλων ἐν τοῖς γράμμασι. καὶ καινὸν ἴσως οὐδέν. Ἀεὶ γάρ μοι τι παρὰ σοῦ γέρας εὑρίσκεται, καὶ ποιεῖ σε μὲν λαμπρὸν ἡ ἀρετή, σὺ δ' ἐμέ.

quo audivi; te celeriter venturum, & tum Regi hanc celeritatem, tum tibi alas, quas possides, gratulor, illam quidem in sermonibus, has autem in itineribus tuis ostendenti. Cumque putarem, te cum aliis me visurum esse, in literis mei prae ceteris rationem habuisti; in quo quidem nihil mihi novi accidit, semper enim honori meo multum tribuisti, & te quidem virtus tua illustrem reddit, tu vero me.

CCCXXVII. ΑΛΥΠΙΩι. (1)

Διὰ μὲν τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, εὐδαιμονίζω σε, διὰ δὲ τὴν ἀρετὴν, μεθ' ἧς ἄρχεις, ἐπαινῶ. Καὶ φημὶ μὲν, τοῦτο τὸ κέρδος εἶναι τῇ ἡμετέρᾳ, παρ' ἧς ἔχεις τὸ ἐπίστασθαι ἄρχειν. εἴπερ ἀπὸ μὲν τῶν λόγων ἐκεῖνο, παρὰ δὲ ταύτης οἱ λόγοι. τῇ διδαξάσῃ δὲ κόσμος ὁ μαθών. Πολὺ δ' ἂν αὐτῇ καλλίω τὰ τροφεῖα (2) γενέσθαι νομίζει, εἰ τὴν πρόνοιαν εἰς αὐτὴν καταθεῖο, λαχὼν ἄρχειν αὐτῆς. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀπαιτήσομεν (3) τὴν τύχην, καὶ δώσει, ἂν τὰ δίκαια ποιῇ. Τὸν δ' Ἱεροκλέα σοι τρέφομεν, ἀμείνω μὲν ἥκιστα τοῦ πατρὸς, ἴσον δὲ ἴσως τῷ πατρί. Καὶ τοι σχίζεταί γε ἡ σπουδὴ τῷ νέῳ περί τε τὴν γλῶτταν, καὶ τὸ τῆς χειρὸς ἔργον (4). Ἀλλ' ὅμως ἐστὶν ὀξὺς ἀμφότερα, ὧν τὸ μὲν ἄλλοις ἐγὼ λέγω, τὸ δὲ παρ' ἄλλων ἀκούω.

ALYPIO.

Propter imperii amplitudinem felicem te praedico, ob virtutem autem, cum qua imperas, laudo. Et nostrae quidem urbi in lucro pono, a qua habes, quod imperare didiceris. Illud enim literarum studiis, huic vero studia literarum debes; docenti autem discens decus affert. Eadem vero ampliorem institutionis mercedem se reportare existimaverit, si curae tuae eam commendatam habueris, administrationi ejus aliquando praefectus. Sed id quidem a fortuna petemus, quae & dabit, si justi rationem habuerit. *Hieroclem* tibi educamus, patre quidem minime praestantiorem, at fortasse illi aequalem. Interim studium suum partitur juvenis hinc linguae, hinc manibus operatus. Utrinque vero egregium se praestat: alterum aliis ego praedico, alterum ab aliis audio.

CCCXXVIII. ΚΛΗΜΑΤΙΩι. (1)

Κράτιστον μὲν ἀγαθῆς ἀπολαύειν γυναικὸς, οὐ χεῖρον δὲ καὶ καλῆς. ἐπειδὴ καὶ τοῦτο παρὰ τοῖς σοφωτέροις ἐν λόγῳ. Τῆς δὲ σῆς τοὺς μὲν τρόπους παρὰ σοῦ μανθάνων ἔχαιρον, τὴν δὲ (2) ὥραν ἰδὼν τοῖς τε γονεῦσιν αὐτῆς (3) καί σοι συνήσθην. τοῖς μὲν, οἵαν ἔφυσαν, σοὶ δὲ, οἵαν ἔχεις. Δήλῳ δήποτε τοῖον, καὶ ἰκέλη χρυσῇ Ἀφροδίτῃ, (4) καὶ οἷς ἐκόσμησε γυναῖκας Ὅμηρος, πάντα ἂν δέξαιτο. Ἀναμιμνησκόμενος οὖν, ὅπως ἤλγεις περιπέρυσι τῷ τῆς γυναικὸς ἀφεστάναι, ἐφ' οἷς σε τότε οὐκ ἐπῄνουν, νῦν ἐπαινεῖν οὐκ ἔχω πρὸς ἀξίαν. οὕτω μέγα ἐπόθεις. Σκόπει οὖν, ὅπως ἔσῃ ταχέως πατὴρ (5) ἵν', ἐπειδή με εὔφρανας τῷ τὴν γυναῖκα δεῖξαι, ἔχοιμί σε ἀμείψασθαι τοῖς περὶ τοὺς παῖδας πόνοις. Ἡ πενθερὰ (6 δὲ

CLEMATIO.

Optimum quidem est bonam habere uxorem, sed non minus bonum, habere pulchram: quoniam & hoc sapientiores magni faciunt. Tuae itaque uxoris mores a te edoctus, gaudebam, formam vero videns, & parentibus ejus & tibi gratulatus sum, illis quidem, quod talem genuerunt, tibi autem, quod talem habes. Quae enim ille ait: *In Delo aliquando talem* &c. & *aureae Veneri similis*, &c. & quibus alias feminas ornavit *Homerus*, ea omnia in hanc cadunt. Recordatus itaque, quantum tertio ab hoc anno dolueris ab uxore remotus, jam te pro merito laudare non possum ob ea, quae tunc in te non laudabam. Tam magnum id erat, quod desiderabas. Fac igitur, celeriter pater fias, ut, quia, uxore tua ostensa, gratum mihi fecisti, ego, liberis tuis formandis incumbens,

(2) Ita *Barocc. Medic.* B. & *Ambros.* T. 5. (3) ὄψεσθαι, *Reg. max.* νομίζων, *Ambros.* N. 2. ἰδόμενος *Voss.* ex emendatione recente. Ita plerique: *Medic.* B. nullo sensu εἶναι, *Voss.* & *Reg. max.* ἰδεῖν σε ὄψομαι.

EP. CCCXXVII. (1) Huic inscribitur in *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. & recte quidem: *Hierocles* enim, de quo in sequentibus, *Alypii* fuit filius, quod ex alia Libanii ad Alypium epistola, in sequentibus exhibenda, ostendit *Valesius* ad *Ammianum* XXIX. 1. p. 557. Itaque cave, fidem habeas *Mediceo* B. & *Casanatensi*, qui *Olympio*, nec non *Mutinensi* C. qui *Andronico* inscribunt. (2) De hac voce vide *Aeschyli* Schol. ad Septem Thebas v. 483. *Julianus* Orat. I. p. 16. τροφεῖα χρεωστεῖν vocat. Vide ibi *Spanhemii* notas p. 147. (3) ἀπαιτήσομεν, *Medic.* A. (4) Obscurum est, quid hic sibi noster velit. Videri poterat respicere ad *declamandi* & *scribendi* studium. Cum tamen *Libanius* illius utriusque testis esse potuerit, alterum vero illud, quod ad *manum* spectat, ex aliis se audire ajat, malim *manuum opus* de exercitiis militaribus, vel aliis ejusmodi accipere.

EP. CCCXXVIII. (1) Latine habes epistolam hanc apud *Zambicarium* lib. III. ep. 283. Ἀνεπίγραφος est in Regio Cod. 3073. Eandem dedi ego ex *Barocc.* in *Centuria* mea ep. XV. (2) Sic scripsi cum *Voss.* & *Reg. max.* τὴν τε *Barocc.* τὴν Cod. 3073. (3) αὐτοῖς *Voss.* & *Reg. max.* male. (4) Quaedam hic vel deesse, vel minus emendate posita olim putavi. Nunc aliter sentio, conspirantibus codd. omnibus. Et omnia sibi recte constant. Duplex enim Homeri locus hic subindicatur. Alter exstat *Odyss.* ζ. vs. 162. Δήλῳ δήποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ κ. τ. λ. ubi Ulysses Alcinoi filiam adloquitur, formam ejus miratus. Alter legitur Iliad. τ. v. 282. Βρισηὶς δ' ἄρ' ἔπειτ' ἰκέλη χρυσῇ Ἀφροδίτῃ. (5) *Voss.* & *Reg. max.* ἀνὴρ, male: itaque in posteriore illo ad marginem manu satis vetere haec legis: γράφεται πατήρ.

(6) Quae

bens, paria tibi praestare possim. Socrus autem tibi eodem, quo mater, loco sit. Valet enim consilio, & te filii magis, quam generi loco habet. Et, ut alia taceam, vel longinquum, quod fecit, iter magni tibi habendum est. Plurimum denique id valet, quod marito, qui illa indiget, & domo relictis, filiam ad te ductura proficiscitur. Delectatur scilicet laudibus tuis, & hanc famam magnis divitiis praestare putat.

(6) δέ σοι τίμιον, ὥσπερ ἡ μήτηρ, ἔστι· φρένας τε γὰρ ἀγαθή, (7) καὶ σὲ παῖδα μᾶλλον ἢ κηδεστὴν ἡγεῖται. Καὶ χωρὶς τῶν ἄλλων τὸ τῆς ὁδοῦ μῆκος, ὃ ἔπεισεν, ἄξιον αἰδεσθῆναι. Καὶ τὸ μέγιστον, ἀνδρὸς γὰρ (8) αὐτῆς δεόμενον, καὶ οἶκον ἀφεῖσα, σοι τὴν θυγατέρα ἄγουσα (9) ἔρχεται. Τερπομένη τε οὖν ἐπαίνῳ, καὶ τὸ τὰ τοιαῦτα ἀκούειν τοῦ πολλὰ κεκτῆσθαι προτέραν ποιουμένη.

ARISTAENETO.

CCCXXIX. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΩι.

Gratias tibi habeo, qui aegrotasse te nuncians addideris etiam convaluisse; gratias vero etiam illis, qui minime nobis, quando aegrotabas, ante significarunt. Neque enim malum illud sine levamine illi allato, nosse voluissem. Habeo vero, cur hoc ipsum silentii causam esse non omnino non credam, neque tamen etiam vehementer credam. Alterum illud efficit, qui rem dicit: quomodo enim *Aristaeneto* fidem non habeam. Ab altera vero parte credere me prohibent *Aristaeneti* literae, ad *Strategium* allatae, mecum vero ab ipso ridente communicatae. In his enim falsi aliquid scripseras, quasi tertius ego primo illi inviderem. Ac mihi quidem tales videmini, & tu & ille, per quem fit, ut primus non sis, sed in secundis maneas. Neque enim me latebat, te, ex secundis nondum egressum, plus justo jocari. Manifestum enim est, eum id tibi significasse, quod ipse in literis ad eum scriptis dixeram. Primum itaque audiebam, te illuc iter esse facturum: & multum hoc erat, quod id facturus esses. Jam vero audio, placere tibi in loco manere. Videbaris itaque tunc quidem, dicere enim id liceat, a te ipso egressus, nunc autem ad te redire. Neque enim durum est, te unum in tanta imperantium multitudine privatam vitam agere; at, si nunc imperio admovearis, in quo tam multi sunt, id vero non tolerandum. Interim quod ad amicum veneris, quamvis id quidem alteri amico, ad quem non venisti, non parum aegre faciat, speciem aliquam habet. Talem vero non item habet, si Nicaeam imperii adfectari causa reliquisse videaris. Hoc enim est adverso flumine, quod ajunt. Consilium hoc meum est: tu vero, quae faciendo rectius tibi consulere possis, cognoscis.

Χάριν γέ σοι προσθέντι τοῖς, ὅτι ὑγίανας τῷ, ὅτι ἠῤῥώστησας, καὶ τοῖς μὴ προαγγείλασιν (1) ἡμῖν, ἡνίκα ἠσθένεις, χάριν. Ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ κακοῦ λύσεως αὐτὸ τὸ δυσχερὲς οὐκ ἂν βουλοίμην εἰδέναι. Ἔχω δὲ οὔτ' ἀπιστεῖν, μὴ ταῦτα εἶναι τῇ σιγῇ πρόφασιν, οὔτ' αὖ πάνυ πιστεύειν, τὸ μὲν γὰρ ὁ λέγων ποιεῖ· πῶς γὰρ ἔστιν ἀπιστεῖν Ἀρισταινέτῳ; πάλιν δὲ πιστεύειν Ἀρισταινέτου (2) κωλύει γράμματα, Στρατηγίῳ μὲν ἐλθόντα, δοθέντα δ' ἡμῖν ὑπ' ἐκείνου γελῶντος ἅμα. οἷς δή τι καὶ σκῶμμα παρέγραψας, ὡς ἄρα τρίτος ἐγὼ φθονοίην τῷ πρώτῳ. καί μοι δοκεῖτε σύ τε κἀκεῖνος, δι' ὃν πρῶτος μὲν οὐκ ἐγένου, μένεις δ' ἐν δευτέροις. οὐ γάρ με ἔλαθες οὔπω τῶν δευτέρων ἐκβὰς πλείω τοῦ δέοντος παίζειν. Δῆλον γάρ, ὡς ὅπερ ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον ἀπέῤῥιψα, σοι τοῦτο ἐκεῖνος ἐμήνυσε. Πρότερον μὲν ἤκουον, ὡς μέλλοις ἐκεῖσε τρέχειν· καὶ πολὺ τοῦτο ἦν, ὡς μέλλοις. Νῦν δ' ἀκούω, σοὶ τὸ μένειν ἀρέσκειν. Ἐδόκεις δή μοι, τότε μὲν, εἰρήσεται γάρ, ἐκπεπληχέναι σαυτόν, νῦν δ' ἐπανιέναι ὡς αὐτόν. Ὁρᾷ γὰρ ἐν τοσούτοις ἄρχουσι πράττειν σε μόνον ἰδιώτου βίον, ἀλλ' εἰ νῦν ἄρξεις, ὄντων τοσούτων, (3) τοῦτο οὐκ ἀνεκτόν. Ἐλθεῖν μὲν οὖν σε πρὸς φίλον (4), εἰ καὶ μὴ μέτριον τῷ ἑτέρῳ φίλῳ, παρ' ὃν (5) οὐκ ἦλθες, ἔχει τι σχήματος. Γνώσῃ δὲ σε δῆλον ἀρχῆς εἵνεκα Νίκαιαν ἐκλιπόντα, οὐκ ἔστιν. ἰδοὺ ποταμῶν ἄνω (6) συμβουλεύω μὲν ἐγώ, σὺ δέ, ἃ πράττων ἄμεινον ἔσῃ, μανθάνεις (7).

JAMBLICHO.

CCCXXX. ΙΑΜΒΛΙΧΩι. (1)

Cave, criminandi occasionem datam tibi putes,

Μή σοι φανείσθω (2) καθ' ἡμῶν ἔγκλημα, τὸ πολ-

λὰ

(6) Quae hinc usque ad finem epistolae sequuntur, illa jam attulit *Valesius* ad *Ammianum* XIV. 1. p. 3. ed. Paris. ad illustranda verba ejus, quae de singulari & illicito socrus hujus in Clematium amore, ipsi tandem fatali, exponunt. (7) Alluditur ad *Homeri* illa *Odyss.* γ. vs. 265. Φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσι (φησὶ περὶ Κλυταιμνήστρας). (8) Sic *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. ἢ habet *Barocc.* (9) φέρουσα Cod. 3073.

EP. CCCXXIX. (1) Ita *Medic.* B. pro quibus in *Voss.* & *Reg. max.* μὴ προαγγείλασιν, quam lectionem ferri vix posse sequentia ostendunt. Nuncium enim de morbo illo solum & levationi praevium se ferre non potuisse noster profitetur. τοῖς μὴ προαγγείλασι tamen *Benzel.* A. *non nuntiantibus.* (2) Sic *Voss.* & *Reg. max.* Ἀρισταινέτῳ *Medic.* B. Praestat, ut *Aristaeneti* nomen ad γράμματα, *Strategio* missa referatur. Quod enim *Aristaenetus* ad Libanium scripserat, id pugnabat cum illa ejusdem ad Strategium epistola, cui similem etiam ad Libanium ante dare potuisset. (3) ὄντων τοσούτων. *quod tam multi faciant*, recte *Benzel.* A. (4) Sic recte *Medic.* B. pro quo φίλων in *Reg. max.* male. Nostram lectionem firmat παρ' ὃν, quod sequitur. πρὸς φίλον & παρ' ὃν. *Benzel.* A. (5) παρ' οὗ olim scriptum erat in *Voss.* & *Reg. max.* sicut & in *Medic.* Id vero recte in *Voss.* emendatum est per παρ' ὃν, quod sensus omnino requirit, quamvis *Salvinus* in versione sua pravam illam lectionem expresserit. (6) Proverbium, de quo alias diximus. Vide *Erasmi* Chiliadas p. 385. (7) Ad haec *Bolvinius* scripserat, sibi non liquere. Interim codices omnes conspirant, & sensus satis mihi liquidus videtur.

EP. CCCXXX. (1) Illi inscribitur in Codd. omnibus, si exceperis *Regium Parif.* 3073. in quo est ἀναίγραφος. Habes hanc epistolam in *Centuria* mea p. 37. ex *Barocc.* (2) φανείσθω, *Medic.* B. non male,

(3) καὶ

λὰ παρά σου λαβόντας (3) γράμματα μὴ τοσαῦτα ἀντεπιστεῖλαι. Σὺ μὲν γὰρ ᾔδεις, οἷ (4) καθημένοις ἐπέστελλες. Ἡμῖν δὲ οὐκ ἦν ταυτὸ πρὸς ἄνδρα, ὁδῷ χρώμενον, ὅθ' (5) ὁ γράφων τηνάλλως ἔγραφεν ἄν. Τὸ δὲ ἐλθεῖν Ἀθήναζε, καὶ ταύτῃ κουφίσαι τὴν λύπην, εἴτ' αὐτὸς ἰδὼν, εἴτ' ἄλλῳ πεισθεὶς ἐποίησας, ἐπαινῶ. Μέγα γὰρ εἰς τὸν λοιπὸν βίον, τὸ μὴ τὴν πόλιν ἀγνοεῖν (6). Καί τοι δέδοικα, μὴ τῶν ἀετῶν πεῖραν λαβὼν ὑπερίδῃς τῶν κολοιῶν (7). Ἀλλ' ὅμως εἰ μοι μέλει τῶν ἐμῶν, εἰ τὰ σὰ γίγνοιτο βελτίω. Κοινὰ γὰρ τὰ τῶν (8) φίλων. Φίλοι δὲ κέκληνται μὲν πολλοὶ, σαφὴς δὲ σὺ τῷ τῶν (9) Ἀθηναίων περὶ ταῦτα νόμῳ πειθόμενος, ὃν νῦν μὲν ἑώρακας τὸ ἄστυ, πάλαι δὲ καλῶς (10) τοὺς τρόπους. Ἐκεῖνος τε γὰρ ὁ Θουκυδίδης (11) φησιν εὖ ποιοῦντας, καὶ πάσχοντας κτᾶσθαι τοὺς φίλους. Σοί τε ἔτι τῶν ἴσων ὑπῆρξε τοῦτο τὸ κτῆμα. Εἰ οὖν σοι λόγος, μὴ τοὺς συνήθεις ἀθυμεῖν, μᾶλλον δὲ ἐπειδή σοι λόγος, τοῦ μὴ τοὺς φίλους ἀνιᾶν, πράξας, ἐφ' οἷς ἀπῆρας (12) ἥκειν (13) ὡς τάχιστα. Πάλαι γὰρ ἀπειρήκαμεν ἐρωτῶντες, ποῦ νῦν Ἰάμβλιχος.

tes, quod cum multas a te literas acceperim, non totidem ego rescripserim. Tibi enim constabat, quo in loco esset, ad quem scribebas; mihi idem non constabat de viro iter faciente, ut scribens ego operam frustra collocare viderer. Athenas te esse profectum, atque hac ratione luctum mitigasse, probo, sive id tuomet consilio, sive aliorum persuasionibus adductus feceris. Ad vitam enim, quae superest, agendam, multum facit, non ignorasse illam civitatem: licet verear, ne aquilis familiariter usus graculos contemnas. Sed mea tamen mihi non sunt curae, modo tua melius habeant. Communia enim amicorum sunt omnia. Amici quidem dicuntur multi; te vero talem omnino probasti, Atheniensium in hoc capite legi obsecutus, quorum nunc quidem urbem vidisti, mores autem jampridem egregie habes perspectos. *Thucydides* enim auctor est, eos beneficia magis dantes, quam accipientes, amicos conciliare. Tu quidem eodem modo hoc bonum tibi parasti. Si igitur tua refert, necessarios tuos non dolere, vel potius, quia provides, ne contristes amicos, confectis his, quorum causa discessisti, redi quantocius. Jam pridem enim defessi sumus interrogando, ubi nunc *Jamblichus?*

CCCXXXI. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤῼ.

Ἀντίοχος οὑτοσὶ τῶν πολλάκις ἡμᾶς σεσωκότων ἐστὶ τὴν τέχνην. (1) κατὰ μὲν γὰρ τὴν γλῶτταν ἴσως ἑτέρου δεύτερος. οὗ δὲ ἀνασπῆναι δεῖ, τοῖς πρώτοις ὁμάμιλλος. Τῶν μὲν οὖν χειρῶν αὐτοῦ πᾶσα ἡ πόλις ἀπολαύει δι' ἴσου. πρὸς δὲ τὸ γένος ἡμῶν πατρόθεν ἐστὶν αὐτῷ φιλία, καὶ γέγονεν οὐκ ὀλίγοις ἡμῶν ἀντὶ τροφέων. ὃ τούτῳ πολλοὶ τῶν ἡμετέρων προσγόνων. μάθοις δ' ἂν καὶ παρὰ τῆς αἰτίας, καθ' ἣν (2) ἧκέ τις ἀνὴρ πρὸς ἡμᾶς. Θεοδώρα μὲν γὰρ, οἰχομένου Θαλασσίου (3), θυγάτριον, ὡς δὴ τούτῳ κουφιοῦσα τὴν λύπην δεηθεῖσα λαμβάνειν, καὶ ἠγάπησεν, ὥσπερ αὐτὴ τεκοῦσα. Ἐπεὶ δὲ καλῶς εἶχε τὴν κόρην ἡμῖν ἐπανελθεῖν, Ἀντίοχος μετὰ τῆς γυναικὸς ἐπὶ τὴν κομιδὴν ἔρχεται, τά τε ἄλλα φύλαξ ἀγαθὸς, καὶ τῷ σώματι βοηθὸς, τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης πρόσοδον ἐλάττω κρίνας τοῦ χαρίσασθαι τοῖς φίλοις. λαβέτω δὴ πεῖραν τῆς σῆς φύσεως, ὅπως καὶ οὗτος ἀγγελεῖ τοῦτο διὰ τὸ

ARISTAENETO.

Antiochus hic ex illis est, qui arte sua saepe nos salvos praestiterunt: dicendi vero facultate alio fortasse est inferior; idem cum primis comparandus, ubi de aegrotis servandis agitur. Manibus itaque ejus tota urbs aequaliter utitur: adversus nostram vero familiam paterna quadam hereditate amicum se praestat. Multis enim nostrûm nutritorum loco est, quales ex majoribus nostris illi fuerunt. Id vero etiam intellexeris ex causa illa, ob quam aliquis ad nos venit. *Theodora* enim *Thalassio* defuncto, filiolam, luctum illi hoc modo levatura, & ad se recipere sustinuit, & tanquam ex se natam dilexit. Quia vero consultum erat, ut puella ad nos reverteretur, *Antiochus* una cum uxore venit eam reducturus, qui & cetera bonum se custodem praestiturus est, & corpori consulturus, lucrum scilicet, quod ex arte facere poterat, officio, amicis exhibendo, postponens. Velim itaque, ut indolem tuam expertus discat, atque adeo & ipse id, quod de te

(3) λαβόντα, cod. 3073. (4) Sic *Voss. Reg. max.* & *Barocc.* ὡς *Medic.* B. & *Reg.* 3073. (5) ὡς *Barocc.* (6) *Athenas* non minus, quam *Roma*, πόλεως nomine κατ' ἐξοχὴν appellabantur. De ceteris urbis hujus nominibus magnificis, cum aliis κοινὴ ἑστία τῆς Ἑλλάδος, ψυχὴ τῆς ὅλης, *Thucydidi* παίδευσις Ἑλλάδος, *Diodoro Siculo* κοινὸν πάντων ἀνθρώπων παιδευτήριον vocetur, vide *Jac. Perizonium* ad Aeliani Var. Histor. IV. 6. Noster eam vocat λόγων ἐργαστήριον Tom. I. Opp. p. 650. (7) Ut aquilae & cygni graculis, sic oratores Atheniensium disertissimi ceteris a nostro opponuntur. Huc spectat illud proverbium: *aquila cum esse possis, inter graculos primas ne opta. Pindarus* Olymp. Od. II. vs. 155.

—— —— κόρακες ὡς Ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.

De κολοιοῖς diximus alias. (8) τῶν omittunt *Voss. Reg. max.* & *Medic.* Proverbium ipsum satis est notum. (9) τῶν deest in iisdem, quos dixi codd. (10) πάλαι, olim legere malui: jam nihil muto, tum ob constantem codicum consensum, tum quod sensus satis commodus ex hac lectione nascatur. *Athenaeus* V. 13. Ἀθηναίους πάντων τῶν καλλίστων εἰσηγητὰς τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ γενομένους, vocat. (11) *Thucydidis* locum frustra adhuc quaesivi. (12) αἴρειν quidem cum compositis proprie & primario de itinere navali adhibetur, quod vel ellipsis vocis ἀγκύρας probat, quam subintelligendam esse *Plutarchus* p. 204. Apophthegm. docet. Hinc tamen etiam ad profectionem, quae terra fit, transfertur. (13) Infinitivus pro imperativo frequens apud sacros & profanos scriptores. Vide Interpretes ad *Matth.* V. 39. inprimis *Knatchbullum* ad *Luc.* I. 14. & *Ephes.* IV. 1. *Tzetzes* ad Hesiodi Ἔργ. ἄρχεσθ' ἀμητοῦ subintelligi vult verbum θέλω, at hoc ad omnia exempla non quadrare recte monuit *Lamb. Bos* de Ellipsi Gr. L. p. 192. qui verbum κελεύω praefert.

EP. CCCXXXI. (1) Medendi enim artem faciebat. (2) Sic *Voss.* δι ἣν *Reg. max.* Saltem legi debebat δι ἥν. (3) Θαλάσσου legebam ex *Voss.* & *Reg. max.* Enimvero Θαλασσίου nomen frequens est in nostri epistolis, ad quem & ipsum nonnullae exstant. Confer ep. 333.

EP.

te a multis praedicatur, aliis nunciet, tibi nempe parem esse neminem.

τὸ περὶ σὲ παρὰ πολλῶν ᾀδόμενον, ὡς οὐδείς σοι παραπλήσιος.

MAXIMO.

Jam quidem *Gaudentii* amicos ad nos scripsisse oportebat, quibus a te beneficiis sint affecti; quoniam vero adhuc sunt afficiendi, ita enim loqui nobis fas est, iterum te precamur, ut *Alexandrum* & *Pasionem* benigne excipias, de quibus, cum praesentem te adloqueremur, praeclara quaeque pollicitantem sumus experti. Fas autem erat, te, etiamsi nihil heic audivisses, ibi vero, ad quos genus suum referrent, intellexisses, Rhetoris reverentia ductum, viris illis opitulari. Jam vero etiam si non volueris, auxilium denegare non licet; capite enim adnuisti. Hactenus itaque negotia tua incuso: futura igitur prioribus illis sint meliora. Si enim ex alia quadam causa ad magistratum pervenisses, haberes forte causam, cur literarum rationem non haberes. Jam vero, cum illac te eo provexerint, illorum te studiosum praestare fas est, qui habent ea, quibus tuam debes amplitudinem.

CCCXXXII. ΜΑΞΙΜῼ.

Νῦν ἔδει τοὺς οἰκείους Γαυδεντίου πρὸς ἡμᾶς, ὅσα ὑπό σου πεπόνθασιν ἀγαθὰ, γεγράφειν. ἀλλ' ἐπειδὴ μέλλουσιν εὖ πείσεσθαι, δεῖ γὰρ οὕτω λέγειν ἡμῖν, ἔτι σε παρακαλοῦμεν ἰδεῖν ἡδέως Ἀλέξανδρον καὶ Πασίωνα, περὶ ὧν πρὸς παρόντα ποιούμενοι λόγους εὕρομεν ὑπισχνούμενον. Εἰκὸς δὲ ἦν σε καὶ μηδὲν ἀκούσαντα τῇδε, γνόντα δὲ ἐκεῖ, τίσι προσήκουσι κατὰ γένος, αἰδοῖ τοῦ ῥήτορος ἀμῦναι τοῖν ἀνδροῖν. Νῦν δ' οὐδὲ βουλομένῳ μηδὲ βοηθεῖν ἔστι. κατένευσας (1) γὰρ τῇ κεφαλῇ (2). Τοῦ μὲν οὖν ἄρχειν τῇδε τὰς ἀσχολίας αἰτιῶμαι. τὰ μέλλοντα δὲ ἔστω τῶν προτέρων βελτίω. Καὶ μὲν γὰρ εἴπερ ἀπ' ἄλλου του (3) πρὸς τὸ ἄρχειν ἐληλύθεις, ἴσως ἂν ἦν λόγος ἀμελοῦντι τῶν λόγων. Νῦν δ', οὗτοι γάρ σε τοσοῦτον ἦραν, φαίνου σπουδάζων περὶ τοὺς καθημένους, ὑφ' οὗ γεγένησαι μέγας.

ARISTAENETO.

Thalassius hic nomen quidem Patris fert, moribus vero est melioribus. Quis enim tam est modestus? quis tam bonus? quis amicitiam promtius inchoavit? quis servavit conflatam? quis a cavillationibus ita abstinuit? quis easdem ita sustinuit? Interim in literarum studiis tantum non profecit, quantum volebat, patre scilicet orbatus. Hoc ipse dolens, felices illos putat & amat, quos literarum peritos invenit. Cumque magnis divitiis valeat, temperantiae magis, quam pauperes, studet; facultatibusque suis ad opem pauperibus praestandam utitur, eo tantum nomine opulentiam commendans, quod mentem generosam demonstrandi occasionem praebet. Hoc nec *Strategium* latet, qui, illa non minus quam nos miratus, absentem illum quaerit, & praesente delectatur. Ideo saepe interrogavit: cur tandem solus ille nihil postulat? Juvenis enim ad dandum ita promtus, quam ad petendum tardus est. Ubicunque tandem conspicitur, ibi laudes in eum tum ab illis quos beneficiis affecit, tum ab his, qui alios talia accepisse norunt, conferuntur. Fortunam vero ejus nemo unquam prae singulari in ipsum benevolentia culpavit. Adeo in abundantia temperantiae studuit, quosque cognitos habuit, coram aliis bene fecit, alios non offendit. Me vero magis amat, quam patrem alius, magis reveretur, quam discipulus, rerumque suarum domi-

CCCXXXIII. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤῼ. (1)

Θαλασσίῳ τούτῳ τὸ μὲν ὄνομα πατρῷον, ὁ τρόπος δὲ τοῦ κείνου (2) καλλίων (3). Τίς μὲν γὰρ οὕτως ἐπιεικής; τίς δὲ χρηστός; τίς ἦρξε μᾶλλον φιλίας; τίς δὲ ἐτήρησε συστᾶσαν; τίς ἀπέσχετο τῶν σκωμμάτων; τίς ἤνεγκε σκώμματα; λόγων δὲ ἐπέσχε (4) μὲν οὐχ ὅσον ἐβούλετο, διὰ τὴν ὀρφανίαν. Τούτῳ δὲ ἀλγῶν αὐτὸς, παρ' οἷς οἶδεν (5) ὄντας λόγους, εὐδαιμονίζει τε καὶ φιλεῖ. Ζῶν δὲ ἐν πλούτῳ μεγάλῳ σωφρονεῖ μὲν πλέον τῶν πενομένων. εἰς δὲ τὸ τοῖς πένησιν ἀμύνειν, χρῆται τοῖς οὖσι, καὶ κατὰ τοῦτο μόνον ἐπαινεῖ τὸ πλουτεῖν, ὅτι συμπράττει πρὸς ἐπίδειξιν φύσει γενναίᾳ. Ταῦτ' οὐδὲ τὸν Στρατήγιον λανθάνει, θαυμάζων δὲ, ὥσπερ ἡμεῖς, ζητεῖ τε ἀπόντα, καὶ παρόντι χαίρει (6). καὶ δὴ πολλάκις ἤρετο, τί δὴ μόνος οὐδὲν ἐπαγγέλλει; δοῦναι μὲν γὰρ ἕτοιμος ὁ νεανίσκος, αἰτῆσαι δὲ βραδύς. εἰ δὲ ὀφθείη που, πανταχόθεν ἐγκώμια, παρά τε τῶν εὖ πεπονθότων, καὶ τῶν τοὺς εὖ παθόντας εἰδότων. Τὴν τύχην δὲ οὐδεὶς ἐμέμψατο διὰ τὴν πρὸς τοῦτον εὔνοιαν. Οὕτως ἐσπούδακεν εἶναι μέτριος ἐν ἀφθόνοις (7), καὶ ὧν οἶδεν ἀνθρώπων τοὺς μὲν εὐεργέτησε, τοὺς δὲ οὐκ ἐλύπησεν. ἐμὲ δὲ φιλεῖ μὲν πλέον, ἢ ὅς ἐστι πατέρα, αἰσχύνεται μᾶλλον ἢ μαθητὴς, ποιεῖ δὲ τῶν αὐτοῦ κύριον, ὥσπερ αὐτὸν ὁ νόμος.

Ταῦτ'

EP. CCCXXXII. (1) In *Voss.* est κατένευσα. (2) Alludit ad *Homeri* illud Iliad. α v. 527. ibi Jupiter ita:

οὐδ' ἀτελεύτητον γ' ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

(3) I. e. ἄλλου τινός. Intelligitur autem ars quaedam vel scientia, aut dexteritas, a literarum & eloquentiae studiis diversa.

EP. CCCXXXIII. (1) Huic inscribitur in *Voss. Reg. max.* & *Medic. A.* Ἰασίωνι autem in *Medic. B.* Κλεάρχῳ in *Mutin.* Οἱ ἀνεπίγραφος est in *Reg. Parif.* 3073. (2) δ' ἐκείνου Cod. 3073. (3) βελτίων *Medic.* B. & *Vatic.* B. (4) μετέσχε A. οὐχ ὅσον, *Medic.* A. fortasse rectius. λόγων δὲ μετέσχε pro ἐπέσχε recte. *Benzel.* A. (5) παρ' ὧν οἶδε Cod. 3073. (6) Post χαίρει in eodem cod. 3073. sequitur δοῦναι, illis, quae interjecta sunt, omissis. (7) Ita cum *cod.* 3073. scribendum putavi, quamvis in ceteris legatur φθόνοις, cujus phraseos sensus foret, Thalassium *in invidia moderatum fuisse*. quod sane non multum laudis haberet, cum ab invidis penitus abstinere fas sit.

X

(8) ταῦτ'

Ταῦτ' (8) οὔτ' ἐμὲ σιγῶν εἶχε καλῶς, οὔτε σὲ μὴ μαθεῖν. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἂν ἠδίκουν, ὑμεῖς δ' ἂν ἐζημιοῦσθε, μὴ συνεγνωσμένοι παρ' ἐμοῦ, διακριβώσαντος ἂν ἀλλήλους εἰδότες.

dominum me ità habet, ut ipsum lex fecit. Haec me tacere, te autem nescire, minime decebat. Ego enim fuissem injurius, vobis vero fraudi fuisset futurum, nisi accurata utriusque vestrum notitia suppeditata vos vobis invicem conciliassem.

CCCXXXIV. ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι. (1)

Ἐπανήκων ἡμῖν ὁ Σπεκτᾶτος ἀπὸ τῆς πρεσβείας (2) πολλοῖς ἔδοξεν εὐδαίμων εἶναι, τοῖς μὲν, ὅτι πολλὴν εἶδε (3) γῆν, καὶ ὄρη καὶ ποταμοὺς, τοῖς δὲ, ὅτι τὴν Περσῶν δίαιταν καὶ ἔθη καὶ νόμους, ἐν οἷς ζῶσιν. Οἱ δὲ τὴν αὐτοῦ τοῦ βασιλέως θέαν, καὶ τῶν λίθων, οἷς ἐκεκόσμητο, μέγα ἦγον. Τοῖς δὲ σεμνὸν ἐδόκει τὸ δόντα δῶρα λαβόντα ἀπελθεῖν. Ἐμοὶ δὲ καὶ ταῦτα μὲν ἔχειν τινὰ χάριν ἐφαίνετο, κάλλιστον δὲ τὸ δείξαντα ῥήτορος δύναμιν ἐν Σύροις ἐπανελθεῖν. Καίτοιγε ᾤμην αὐτὸν ἀποβεβληκέναι τοῦτο τὸ ἀγαθὸν, πολὺν ἤδη χρόνον ἀπὸ τῶν βιβλίων μετενηνεγμένον ἄλλοσε. Τῷ δ' ἄρα ἐνέμεινεν ἐπὶ τοῦ ἤθους ἡ δεινότης. Ὡς (4) γὰρ ἐχρημάτιζεν (5) ὁ Πέρσης, καὶ ὁ λόγος ἦν περὶ τῆς διαφορᾶς, καὶ πολὺς ἐνέκειτο τοὺς πατρῴους ἀπαιτῶν ὅρους. (6) καὶ πολλάκις ἐρωτῶν, εἰ μὴ δίκαιον εἰς τοὺς παῖδας τὰ τῶν προγόνων καταβαίνειν; τὰ μὲν παρὰ τῶν ἄλλων ἐνταῦθα παλαίσματα Σπεκτάτος ἀπαγγελεῖ, τοῦ γέλωτος ἦν οἷός τε γένηται κρατεῖν. οἷς δὲ οὗτος ἐχρήσατο πάνυ γενναῖα καὶ διασείοντά γε τοὺς ἐνσεσηρότας τοῦ Πέρσου λόγους. Ἔφη γὰρ, εἰ μὲν, ὦ Βασιλεῦ, Κωνστάντιός σου τῆς ἀγάπης ἀποπέπτωκε, τῶν ὅπλων ἔχου, μέχρις ἂν ἐκεῖνος τοῦ πλεονεκτεῖν. Εἰ δ' οἷς μὲν ἐγκαλεῖς πάλαι τεθνᾶσιν, ὁ δὲ μεθ' ὧν εἰσῆλθεν εἰς τὸν πόλεμον, ταῦτ' ἔχων καταθέσθαι τὸν πόλεμον ἐθέλει, σκόπει, μὴ πλεονεξίας ἐγκαλῶν αὐτὸς τοῦτο ποιῶν ἐλεγχθῇς. Ἐπὶ τούτοις ἐνέδυ, φασὶ, τὴν λεοντῆν (7), ὥστ' ἐκεῖνον βλέποντα μὲν εἰς τὴν ἡλικίαν, ἐξετάζοντα δὲ τὸν λόγον οὐκ ὀλιγάκις σεῖσαι τὴν κεφαλὴν, καὶ διὰ τὸν σὸν ἐρώμενον ὁ συκοφάντης ἡμῶν τὴν βασιλέα σεσίγηκεν. Ἄλλῳ μὲν οὖν συνεῖπε καλῶς (8), αὐτὸς δ' ὑπὲρ αὐτοῦ τί ποτ' ἂν καὶ λέγοι, προθυμότερον ὡς σε παρ' ἡμῶν τρέχων ἢ παρ' ἡμᾶς ἐκ τῆς Περσίδος (9);

EIDEM.

Reversus ad nos ex legatione *Spectatus*, multis visus est felix, aliis quidem, quod multas vidit terras, & montes, & fluvios, aliis vero, quod Persarum vivendi rationem, moresque & leges, quibus utuntur. Alii Regis ipsius, lapidumque pretiosorum, quibus ornatus erat, conspectum magni faciebant. Aliis denique magnificum id videbatur, quod qui dederat dona, aliis donatus ipse rediret. Mihi quidem & haec aliquam habere gratiam videbantur, inter omnia vero id praestantissimum, quod sua dicendi facultate demonstrata rediisset. Existimabam enim eum jam pridem hanc dicendi vim abjecisse, qui a longo jam tempore a libris ad alia sit translatus. Illi vero firma tectaque mansit praeter ceteras dotes etiam eloquentia. Cum enim Persa legatos audiret, sermoque de rebus controversis esset, avitosque ille fines vehementer repeteret, & saepe interrogaret, fasne sit, ut avita illa bona ad posteros transmittantur (Alias aliorum disputationes *Spectatus* ipse, siquidem a risu temperare sibi possit, referet) cum haec, inquam, oggererentur, noster ille generosis admodum & speciosos Persae sermones diluentibus verbis usus est. Dixit enim: Si quidem, ô Rex, Constantius amore tuo excidit, armis utere, quamdiu ille plura appetere perrexerit. Quod si vero illi, quos incusas, jam pridem obierunt, hic autem, cum quo bellum ingressus est, tanquam sua tenens, bello finem facere intendit, cave, ne aviditatem ipsi exprobrans, ipse illius reus esse convincaris. Ad haec ille leoninam, quod dici solet, induit, adeo ut aetatem respiciens, sermones vero etiam expendens, non raro caput quassaret. Ita vero Regis nostri calumniator per dilectissimum tuum ad silentium est redactus. Alii itaque egregie est patrocinatus: quid vero pro se ipso dicere poterit idem, qui promtius ad te à nobis cucurrerit, quam ad nos ex Persia?

CCCXXXV. ΚΛΗΜΑΤΙΩ͂Ι. (1)

Ὧν μὲν (2) ἐπιθυμεῖς, τυγχάνεις. ἐπαίνων, κρότων, θαύ-

CLEMATIO.

Quae cupis, accipis, laudes, plausum, admira-

(8) ταῦτ' — μὴ μαθεῖν, desunt in *Medic.* A. male, quod sequentia evincunt.

EP. CCCXXXIV. (1) Edita est haec epistola a *Lambecio* Tom. V. Biblioth. Vindobon. sine versione Latina, inde vero a *Barth. Christ. Richardo* inter epp. XII. Libanii, Jen. 1707. 8. p. 2. cum interpretatione Latina, sed minus accurata. (2) De hac legatione exponit *Ammianus Marcellinus* lib. XVII. c. 5. & c. 14. ubi eam infeliciter cessisse narrat. (3) Alludit ad *Homeri* illud de Ulysse Odyss. α΄. v. 3. πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω. (4) Nonnulla eorum, quae sequuntur, ex ipsa hac epistola, adfert *Valesius* in notis suis ad *Ammianum* l. c. p. 165. ubi & alia de *Spectato*. (5) De hac verbi apud scriptores notione lege Rev. *Georg. Raphelium* in notis ad N. T. ex Polybio p. 10. (6) τοὺς πατρῴους ἀπαιτῶν καὶ πατρῴους ὅρους. Benzel. A. recte. (7) Pervulgatum hoc est proverbium, de quo *Erasmus* in Chiliadibus p. 275. Pro οὗτος *Reg. max.* habet τούτοις, ceteris nostrum illud tuentibus. (8) Ita *Barocc.* λαμπρῶς *Voss. Reg. max.* & *Medic.* (9) Queritur Libanius de Spectatu ad se reditu in longum producto.

EP. CCCXXXV. (1) Καλλιστίῳ inscribitur in *Mutin.* C. *Clematio* vero etiam in *Zambicarii* versione Lat. quae tamen inter editas ejus non exstat. (2) Ita *Voss. Reg. max.* & *Barocc.* 9. Delet autem *Mutin.* C. *Medic.* A. *Vatic.* B. & *Casanatensis*.

(3) αἰτη

mirationem a vulgo, & ab iis, qui sunt supra vulgus. Et videris quidem non viventes solum vincere, sed & eos, quibus, quod non supersunt, ad admirationem aliquid confert. Ac si *Clematium* quis appellat, statim divinus Praefectus, paupertas, contemtus divitiarum, civitates felices, & omnia, quae habes, subjiciuntur. Cave tamen, ne meragilis jejunes, teque ad famem plausus perducat, ut, Parens factus, atque a filiis patrimonium rogatus praeter elegantem narrationem habeas nihil. Hoc vero dicens, non suadeo, ut improbus fias. Sed, quoniam constitutum tibi est vacuis manibus praefectura decedere, curandum tibi est, ut ab imperio liberatus rem cures domesticam.

θαύματος παρὰ τῶν πολλῶν, παρὰ τῶν ὑπὲρ τοὺς πολλούς. Καὶ δοκεῖς οὐ μόνον τῶν ζώντων κρατεῖν, ἀλλὰ καὶ οἷς τὸ μηκέτ' εἶναι πρὸς τὸ θαυμάζεσθαι συλλαμβάνει. Κἂν τὸν Κλημάτιον εἴπῃ (3) τις, εὐθὺς ὁ θεῖος ἄρχων ἀκολουθεῖ, καὶ ἡ πενία, καὶ πλοῦτος ὁ παροφθεὶς, καὶ πόλεις εὖ πεπραγυῖαι, καὶ πάντα δὴ τὰ σά. Σκόπει μέντοι, μὴ κενεοὺς νηστεύῃς. (4) καί σε πρὸς λιμὸν ὁ κρότος παραπέμψῃ, καὶ πατὴρ γενόμενος, αἰτούμενος ὑπὸ τῶν παίδων οὐσίαν μηδὲν ἔχῃς, πλὴν καλῆς διηγήσεως. Λέγω δὲ, οὐ πείθων σε γενέσθαι κακόν. ἀλλ' ἐπειδὴ δέδοκται (5) κεναῖς χερσὶν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀπελθεῖν, ὥρα σοι φροντίζειν, (6) ὅπως τῆς ἀρχῆς ἀπαλλαγεὶς ἐπιμελήσῃ τῆς οἰκίας.

ANATOLIO.

Splendidus nobis a legatione visus est, qui te maxime amat *Spectatus*: an ex merito amet, id quidem nescio, valde autem amare certissime scio. Hujus lingua factum est, ut Graeci nos a barbaris eloquentia non vinceremur: dicendi artem volo, qua Persam is in ipsius regia prostravit. At vereor, ne te tristitia afficerit. Tu enim, te vivo, nullum alium vis laudari, & nunc quidem ideo angeris, quod non praeter illarum rerum, quas obis, administrationem eo venisti, perfungens legatione, & clamore tuo hominem illum lapidem fecisti. Et propter hoc ipsum dici debet, quod infomnis totam noctem volutaris. Postquam enim legatos nostros ad se vocavit, justitiam acque ac illos, qui justa consectantur, multum admiratus, ego vero, inquit, injuria afficior, vos autem in me estis injurii. Partem etiam terrae quandam afferebat, quae illorum fuerit, antequam nos haberemus, quaque pacis cupidos abstinere nunc oportet. Pulchra quidem erant, quae etiam alii ad haec regerebant, & tu ipse talia esse statues, si, qualia fuerint, audiveris. Ea vero, quae miles ille, quod tu dixeris, vel potius Rhetor, quae mea vox est, dixit, talem eum sistebant, qui ab illis, quos accusat, poenam non repetere possit. Alios enim esse, qui terra privati sint, alium qui bello petatur: indignum vero etiam esse, si ille quidem paterna vocet, quae a patre non acceperit; hunc autem iis cedere jubeat, quae

CCCXXXVI. ΑΝΑΤΟΛΙΩι.

Λαμπρὸς ἡμῖν (1) ἀπὸ τῆς πρεσβείας ὁ σὲ δὴ μάλιστα Σπεκτάλιος φιλῶν, καὶ εἰ μὲν εἰκότως φιλεῖ, τοῦτό γε οὐκ οἶδα. Τὸ δ' ὅτι (2) φιλεῖ σφοδρῶς, ἀκριβῶς ἐπίσταμαι. Καὶ παρὰ τὴν τοῦδε γλῶτταν (3) οὐκ ἐκρατήθημεν Ἕλληνες ὑπὸ βαρβάρων ἐν λόγοις. εἴπω δὴ τὴν ῥητορείαν, ἣ (4) καταπάλαισε τὸν Πέρσην ἐν τοῖς ἐκείνου βασιλείοις. Ἀλλὰ δέδοικα, μή σε λυπήσῃ (5). Σὺ γὰρ ἀξιοῖς σοῦ ζῶντος μηδένα ἄλλον ἐπαινεῖσθαι, καὶ νῦν, ὅτι μὴ πρὸς τῷ διοικεῖν (6), ἃ διοικεῖς, ἦλθες ἐκεῖ πρεσβεύων, καὶ τῇ βοῇ τὸν ἄνθρωπον λίθον ἐποίησας (7), ἀποπνίγῃ. ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ μέντοι τοῦτο λεκτέον, ὅπως ἀγρυπνῶν στρέφοιο τὴν νύχθ' ὅλην (8). Ἐπειδὴ γὰρ εἰσεκάλεσε (9) τοὺς παρ' ἡμῶν, πολλὰ δικαιοσύνην θαυμάσας, καὶ τοὺς τὰ δίκαια ποιοῦντας, ἐγὼ μὲν τοίνυν ἀδικοῦμαι, φησὶν, ὑμεῖς δ' ἀδικεῖτε. καὶ γῆς δέ τι μέτρον ἔλεγεν, ἣν ἐκείνων οὖσαν πρὸ τοῦ νῦν ἡμᾶς ἔχειν, ἦς ἀποστατέον τοὺς εἰρήνης ἐπιθυμοῦντας. Καλὰ μὲν οὖν καὶ τὰ τῶν ἄλλων. ψηφιῇ δὲ καὶ αὐτὸς εἶναι καλὰ, πυθόμενος ἅττα ἦν. Τὰ δ' δὴ (10) τοῦ στρατιώτη μὲν, ὡς ἂν σὺ φαίης, ῥήτορος δὲ, ὡς ὑμὸς (11) λόγος, ἐπεδείκνυεν αὐτὸν, οὐχ οἷς ἐγκαλεῖ, παρὰ (12) τούτων ζητοῦντα δίκην. ἄλλους μὲν γὰρ εἶναι τοὺς ἀφῃρημένους τὴν γῆν, ἄλλον δὲ τὸν πολεμούμενον. καὶ εἶναι δεινὸν, εἰ ὁ μὲν προσφορεῖ πατρῷα, ἃ μὴ γέγονεν αὐτῷ παρ' ἐκείνου, τὸν δὲ

(3) εἴποι *Voss.* & *Reg. max.* (4) Proverbialis formula frequentissima, quam alii alia ratione efferunt de iis, qui esuriem & inediam patiuntur. Vide *Erasmi* Chiliadas p. 565. (5) δίδοται legit & vertit *Zambicar.* nullo sensu. (6) φροντίζειν male abest a *Medic.* A. quod in ceteris, quos dixi, exstat.

EP. CCCXXXVI. (1) Post vocem ἡμῖν *Salvinus* in apographo suo ex *Medic.* A. exhibet verbum ἰδέξιο parenthefeos notis inclusum & linea subductum. Itaque nescio, utrum ex codice ipso ita sit descriptum, an ex ingenio suppletum. Hoc certum est suppleri aliquid debere, sive ἰδέξε, sive ἦν, sive aliud simile. Sic de eodem Spectato epistola proxime superiore, ἐπανήκων. (2) ὁ δ' ἔτι, *Medic.* A. male. (3) καὶ περὶ τὴν τῶδε γλ. *idem.* (4) ἢ malui cum *Barocc.* 9. & *Medic.* A. quam ἡ *Vossiani* & *Reg. max.* (5) λυπήσω, *Medic.* forte rectius, ut res referatur ad hanc Libanii de Spectato narrationem. (6) τῷ habet *Barocc.* ceteri vero τὸ, cui tamen in *Reg. max.* & *Ambros.* T. 5. superscriptum est τῷ. Atque hoc omnino praeferendum. Sensus est, Anatolium aegre ferre, quod ad illam, qua pollebat, dignitatem etiam illud decus non accesserit, ut ad obeundam legationem Persicam adhiberetur. (7) Proverbialiter de eo dicitur, qui ad silentium est redactus. (8) Alludi videtur ad Themistoclem, Miltiadis tropaeis a somno prohibitum. (9) εἰσεκάλεσαν, & paulo post θαυμάσας, *Med.* A. Praetuli vero nostram ex ceteris Codd. lectionem. De Rege Persarum scilicet haec dicuntur, legatos alloquente. (10) *Medic.* haec sine interposita στιγμῇ conjungit cum praecedentibus, ἄττα ἦν, quo tamen sensus orationis mire turbatur, quod ex *Salvini* versione, quam ad hanc lectionem concinnavit, intellexi. Reliqui codd. recte distinguunt. Pro τῶδε *Ambros.* T. 5. τάδε. (11) Ita clare *Barocc.* & *Medic.* item *Ambros.* ὡς ἐμοὶ *Reg. max.* & *Voss.* quamvis in hoc ὁ ἐμὸς supra scriptum legatur. (12) Sic *Barocc. Med.* A. *Voss.* & *Vatic.* A. αὐτῶν *Reg. max.* (13) ἄλλ

ἢ ἀποστῆναι πείσει (13) τούτων, ἃ τῆς πατρῴας κλήρου μέρος ἐστί. Πρὸς τῶν θεῶν οὐκ ἐβούλου σοι ταῦτα εἰρῆσθαι μᾶλλον, ἢ δὶς τοσούτων ἄρχειν, ὁπόσων ἄρχεις. Ἀμείβου δή μοι τὰ γράμματα (14), καὶ γράφε τι παραπλήσιον, ὦ πάνυ δή τινας ὀλίγους ἰδιώτας ἀφεὶς, ὡς ἡ τῶν δέλτων (15) ἐπομβρία πολλοὺς ἐπὶ τὴν βασιλικὴν εἰσάγοι φάτνην.

quae paternae hereditatis partem constituant. Malles, per Deos, haec tibi non dici, quam bis tot imperare subjectis, quot imperas. Tuere itaque has literas meas, & scribe aliquid his simile, qui paucos quosdam privatae sortis homines reliquisti, ut vel ideo epistolarum imber multos ad imperatorium praesepe ducat.

CCCXXXVII. ΚΛΗΜΑΤΙΩι.

Εἰ μὲν, πρὶν μάθῃς Ἱερώνυμον, ἐπέστελλόν σοι περὶ αὐτοῦ, διδάσκων, ὅστις ἐστὶν Ἱερώνυμος, ἠξίουν ἂν σε τὸν ἄνδρα φιλεῖν. Νῦν δ' ἐπειδὴ φθάσας αὐτὸν ἐποιήσω φίλον, ὡς εἰκότως τοῦτο ἐποίησας, εἰπεῖν ἔστι μοι. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ παρὰ σοὶ μέγας συμφοιτητὴς ἐμὸς Ἱερώνυμος, φιλῶν καὶ φιλούμενος ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν λόγων. Ἔπειθ' οὕτως (1) ἐστὶ χρηστὸς, ὥστ' ἔχων ἐγκαλεῖν, ὅτι δὴ παρέλιπον τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς σὲ λόγους, ἀφεὶς αἰτιᾶσθαι, γράφειν ἠξίου. Λέγοντος δέ μου μάταιον εἶναι τὴν ἐπιστολὴν, εἶναι γὰρ αὐτὸν ὑπ' ἄλλον κατὰ τὴν τομὴν τῆς ἀρχῆς, σέ τε ὠνόμαζε τὸν ἄρχοντα αὐτοῦ, κἂν εἰς πλείω τις διασπείρῃ τὴν Παλαιστίνην, καὶ τῶν πάνυ σε δοκούντων ἐπαινεῖν (2) ἐπαινῶν (3) ἐκράτει. καὶ ἦν πιθανός. Ἀπῆν γὰρ τὸ δοκεῖν κολακεύειν, τῷ τὴν Ἐλοῦσαν (4) ἑτέρῳ γεγονέναι. Ταῦτα μὲν οὖν δείκνυσιν, ὡς οὐκ εἰς φαῦλον τοὺς τρόπους ἐχρήσω σπουδῇ. Ῥήτορα δὲ ἀγαθὸν εἰ θαυμάζειν ἄξιον, ῥήτορα γενναῖον τεθαύμακας, δεινὸν μὲν ἰδεῖν, ἃ προσῆκεν εἰπεῖν, δεινὸν δὲ ὃ σιγᾷν βέλτιον, γλῶτταν δὲ οὐ χείρω τοῦ νοῦ κεκτημένον. Σύ τε οὖν ἀεὶ μεμνήσῃ τῆς Ἱερωνύμου τέχνης, οὗτός τε τῆς Κλημάτιου περὶ τὴν ψῆφον ἀκριβείας· καὶ ζητήσει τὴν μὲν σὴν οὗτος δικαιοσύνην, τὴν τοῦδε δὲ σὺ ῥητορείαν.

CLEMATIO.

Siquidem ante, quam cognitum haberes *Hieronymum*, ad te de ipso scripsissem, docens, qualis esset *Hieronymus*, rogassem te, ut virum amares. Jam vero postquam, me praevertens, eum amicum tibi reddidisti, quod recte id feceris, dicere habeo. Primum enim, qui magni tibi fit, *Hieronymus*, condiscipulus mihi fuit ex communi eloquentiae studio & amans, & amatus. Praeterea idem adeo humanus est, ut cum queri de me posset, qui pro se te alloqui omiserim, omissis querelis, ut scriberem, oravit. Regerente me, inanem fore epistolam, cum ipse pro illa praefecturae distinctione alteri esset subjectus, & te superiorem suum fore dixit, si Palaestina etiam in plures partes secaretur, & illos etiam, qui prae ceteris te laudare videbantur, laudando vicit. Et facile quidem persuadebat: neque enim speciem adulationis praeferebat, cum Elusa alteri cessisset. Hoc igitur argumento est, te in hominem, ex moribus non contemnendum, studium tuum demonstrasse. Quod si vero oratorem egregium admirari fas est, sane insigniter talem es admiratus, qui perspicere possit, quae dicere fas sit, imo & videre, quae silere praestet, eloquentia etiam, quae ingenio non sit inferior, valeat. Tu itaque perpetuo artis *Hieronymi*, sicut hic accurati tui de se judicii, memor eris: & hic quidem justitiam tuam sectabitur, tu vero hujus eloquentiam.

CCCXXXVIII. ΕΥΠΑΤΕΡΙΩι. (1)

Τοῖς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ὑμῖν ἡ ῥητορικὴ τίμιος. ταύτης δὲ πλεῖστον Ἱερώνυμος μετέχει. πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη, καὶ τοῦτον γενέσθαι σοι τίμιον, ὃς καὶ τὸν Στρατήγιον (2) ἡμῖν ἀνηρτήσατο λέγων. Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ λόγος, ὑπὲρ οὗ ἐδικάζετο γεγραμμένος. ὡς δὲ οὐκέτ' ἐδέησεν ἀγῶνος εἰπεῖν, ὅμως δεηθεὶς, καὶ τυχὼν εἰπὼν, ἐπαινούμενος ἀπῆλθεν, ὥστ' ἐμὲ χαίρειν. Εἷς γὰρ ἡμῖν ὁ διδάσκαλος, ἐμοί τε καὶ τούτῳ. καὶ ὅτι ἂν τούτῳ καλὸν ὑπάρξῃ, τοῦτ' εὐθὺς ἐμὸν ἔλεγον. Τὰ μὲν οὖν οἶδα ὅτι θαυμάσεις. θαυμάζων δὲ οἶδ' ὅτι καὶ φιλήσεις κατ' αὐτόγε τὸ θαῦμα, καὶ ὅτι γε οὐ ῥήτωρ πλέον, ἢ χρηστός.

EUPATERIO.

Vobis ex Graecia oriundis eloquentia in pretio est: hujus vero multum habet *Hieronymus*. Itaque necesse omnino est, ut & ille tibi sit in pretio, qui & ipsum *Strategium* nostrum perorans ex ore suo pendere fecit. Causam enim habebat, propter quam in jus erat vocatus. Cum vero multa decertatione non esset opus, rogatus tamen, & dicendo perfunctus, cum laude ita abiit, ut ipse ego gauderem. Unus enim nobis est Magister, illi aeque ac mihi: itaque, quod illi honori est, id meum statim dixerim. Haec quidem te novi probaturum; probantem vero vel eo nomine scio eundem amaturum esse, ne dicam, non magis eum oratorem, quam bonum

(13) πεῖσαι *Medic.* male: respicit enim πείσει antecedens ἀποστῆναι. (14) ἀμείβου δή μοι τὰ γράμματα. *Benzel. A.* recte: repende mihi literas. (15) δέλτον de epistola accipio, quae vox alias, *pugillares*, *codicillos*, *tabulas* & *libellum* infert. Vide tu *Salmasium* de Modo Usurarum p. 413. & *Montefalconium* in Palaeographia, opere immortali, p. 25.

EP. CCCXXXVII. (1) οὕτως *Voss.* pro ὄντος *Reg. max.* (2) δοκούντων ἐπαινεῖν idem forte est, quod ἐπαινούντων. Verbum enim δοκεῖν passim abundat, de quo in *Curis* meis aliquoties dixi. (3) Malim ἐπαινῶν. ἐπαινῶν ἐκράτει. *laudando vincebat.* recte *Benzel. A.* (4) In *Voss.* Κλῶσαν, male.

EP. CCCXXXVIII. (1) Εὐπατερίῳ, *Cod. Reg.* (2) *Strategium* noster alibi ab eloquentia laudat.

EP.

bonum esse. Quod si vero & hoc aliquid apud te valet, quod Rhetoris hujus res mihi curae sunt, & gratiam tibi habebo, & fortasse referam.

τός. Εἰ δέ τι καὶ τοῦτο δυνήσεται, τὸ μᾶλλον ἐμοὶ τοῦ ῥήτορος, εἴσομαί τε χάριν καὶ ἴσως ἀποδώσω.

CAJANO.

Fama de te ad nos perlata est, quod in literis & eloquentia egregie profeceris, quodque mores tui doctrina non sint inferiores. Haec ego edoctus, quamvis te his instructum libentissime vidissem, quoniam id quod majus est, consequi non possum, altera navigatione usus sum, & nunc quidem ad te scribo. Quod vero, antequam te allocutus sim, hoc facio, adeo non inconveniens existimo, ut amoris potius argumentum habeam. Adeo vero etiam credo amicitiam meam tibi non visum iri contemnendam, ut jam etiam beneficium aliquod a te petere sustineam. *Domnus* civis quidem tuus est, mihi autem familiaris. Hic usu rerum & patronorum inopia ad incitas redactus Senator constituitur. Cum itaque huc veniret, ut se opponeret, justumque videretur, ut onere hoc liberaretur, dilationem est consecutus. Domum itaque reversurus petit a me, ut ad te scribam de ope illi praestanda, spem quidem in te alias etiam habens repositam, praeterea vero persuasus, epistolam meam sibi commodi aliquid esse allaturam. Ego itaque preces ejus in lucro ponens, & duplici quidem nomine, qui hinc amico gratum faciam, hinc amicum mihi conciliem, vel maxime sum obsecutus. Postea ille quidem abiit noctu, festinantibus illis, cum quibus iter facere debebat. Ego itaque tunc destiti ab illis, quae promiseram. Te vero nunc obtestor, ut & nunc & inposterum *Domno* portus instar sis, & bonos illos Tyrios doceas, quod indigis inhaerere idem sit atque cives ex civitate expellere, non autem ductores conciliare civitati.

CCCXXXIX. ΓΑΙΑΝΩ. (1)

Λόγος ἥκει περὶ σοῦ πρὸς ἡμᾶς, ἐπὶ πλεῖστον ἥκειν σε λόγων. καὶ δὴ καὶ τοὺς τρόπους εἶναί σοι μὴ χείρους τῶν λόγων. Ὁ μαθὼν ἐγὼ, τὸν ταῦτα κεκτημένον ἥδιστ' ἂν ἰδὼν, ἐπεὶ μήπω τοῦ μείζονός ἐστι τυχεῖν εἰς τὸν δεύτερον εἶδον πλοῦν (2), καὶ ἐπιστέλλω. Τὸ δὲ πρὶν ἐντυχεῖν τοῦτο ποιεῖν αὐτὸ τοῦ νομίζειν ἄτοπον, ἐρωτικὸν ἡγοῦμαι. Οὕτω δέ σε πιστεύω μὴ τὴν ἐμὴν ἀτιμάσειν φιλίαν, ὥστ' ἤδη καὶ χάριν αἰτεῖν οὐκ ὀκνῶ. Δόμνος σὸς μέν ἐστι πολίτης, γνώριμος δέ ἐμοι. πένης τε ὢν ἀπειρίᾳ (3) τε πραγμάτων καὶ συνηγόρων ἐρημίᾳ γίγνεται βουλευτής. δεῦρο δὲ ἐλθὼν, ὡς ἀναμαχέσαιτο, δίκαιος ὢν ἀπαλλαγῆς τυχεῖν, ἀναβολὴν εὕρατο. καὶ μέλλων ἐπανιέναι, δεῖταί μου γράψαι πρὸς σὲ βοηθεῖν αὐτῷ, τὰς μὲν ἐλπίδας ἔχων ἐν σοὶ καὶ ἄλλως, πεπεισμένος δέ τι προσωφελήσεσθαι παρὰ τῆς ἐπιστολῆς. Ἐγὼ τοίνυν τὴν ἐκείνου δέησιν κέρδος ἐμαυτοῦ θέμενος, καὶ διπλοῦν γε κέρδος, εἰ φίλῳ τῷ μὲν χαριοῦμαι, τὸν δὲ προσλήψομαι, καὶ σφόδρα ὑπήκουσα. Εἶθ' ὁ μὲν ᾤχετο (4) τῆς νυκτὸς, ἐπειχθέντων (5) οἷς ἐχρῆν συνοδοιπορεῖν. ἐγὼ δὲ οὕτως ἀπέστειλα, ἃ ὑπεσχόμην. ἀλλά σε παρακαλῶ καὶ νῦν καὶ εἰσαῦθις εἶναι Δόμνῳ λιμένα, καὶ πείθειν τοὺς ἀγαθοὺς Τυρίους, ὅτι τῶν ἀπόρων (6) ἔχεσθαι τῆς πόλεώς ἐστι πολίτας ἐξελαύνειν, οὐ χορηγοὺς παρέχειν τῇ πόλει (7).

MAXIMO.

Atqui nec *Tiberini* filiis male esse convenit, viri scilicet, qui & cetera bonus sit, & Poëtas juvenum mentibus insinuet. Quamvis enim apud nos suum illud faciat, dignus sane est, qui non apud nos solum, sed etiam domi, colatur, cum praesentia sua illis, qui heic loci sunt, prosit, fama autem domum ornet. Quoniam vero homines in literarum caussam injurii *Archelaum* vexant, *Tiberinum* non reverentes, tu contra hunc in pretio habe, illum autem juva: primum quidem Musis hanc gratiam facturus, deinde vero civitatibus, tum nostrae, tum illi, ex qua est oriundus. Si vero & mea non prorsus vilia videantur, & haec tertio loco accedant.

CCCXL. ΜΑΞΙΜΩ.

Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς Τιβερίνου (1) μέντοι καλῶς ἔχει πράττειν κακῶς, ἀνδρὸς τά τε ἄλλα ἀγαθοῦ, καὶ τοὺς ποιητὰς εἰσάγοντος εἰς τὰς τῶν νέων ψυχάς. Εἰ γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν ἄνθρωπος τὸ αὐτοῦ ποιεῖ (2), δίκαιός ἐστιν οὐ παρ' ἡμῖν (3) μόνον, ἀλλὰ καὶ οἴκοι τιμᾶσθαι, τῇ συνουσίᾳ μὲν ὠφελῶν τοὺς τῇδε, τῇ δόξῃ δὲ κοσμῶν τὴν οἰκίαν. Ἐπεὶ δὲ οἱ περὶ τὸ χρῆμα τῶν λόγων (4) ἀσεβοῦντες, ἕλκουσιν Ἀρχέλαον, Τιβερῖνον οὐκ αἰσχυνόμενοι, σὺ τὸν μὲν αἰδέσθητι, τῷ δὲ βοήθησον. πρῶτον μὲν ταῖς Μούσαις διδοὺς τὴν χάριν, δεύτερον δὲ ταῖς πόλεσι, τῇ τε ἡμετέρᾳ, καὶ ἐξ ἧς ἐστιν. Εἰ δ' οὐδὲ τοὐμὸν παντάπασιν ἄτιμον, κείσθω καὶ τοῦτο τρίτον.

ACA- CCCXLI.

EP. CCCXXXIX. (1) Ita inscribitur in *Vatic.* 945. Γαιανῷ in *Medic.* A. C. D. Ἱερακλεῖ, in *Medic.* B. (2) De hoc proverbio jam supra dictum est. (3) ἀπορίᾳ Cod. 3073. & *Medic.* A. (4) In *Voss.* & *Reg. max.* post verbum ᾤχετο posita erat [illegible], minus, puto, convenienter. (5) ἐπειχθέντων, *Voss.* Est ex verbo ἐπείγω. (6) In *Voss.* supra α vocis ἀπόρων scriptum erat ει. (7) Scilicet ad publica ejusmodi munera sustinenda sumtus plerumque requirebantur, quibus ferendis *Domnus* se imparem sentiebat.

EP. CCCXL. (1) Ita *Vatic.* 943. *Medic.* A. & D. *Voss.* etiam ex emendatione recente, quando olim & ibi in *Reg. max.* legebatur Βερίνου. *Tiberini* nomen in calce epistolae clare legitur. (2) Ita omnino *Medic.* A. & D. at *Voss.* & *Reg. max.* male ἂν τὸ αὐτοῦ ποιῇ. (3) ὑμῶν *Med.* D. (4) χρῆμα τῶν λόγων pleonastice pro λόγοι. Sic *Aristophanes* χρῆμα τεμάχους Plut. v. 895. & χρῆμα νυκτῶν *Nubib.* v. 2. ubi plura veterum loca utrinque affert *Spanhemius*. Adde elegantem *Jo. Henr. Maji*, τοῦ μακαρίτου commentationem de Pleonasmis Graecae Linguae in N. T.

CCCXLI. ΑΚΑΚΙΩ.

Τῆς μὲν Στύρακος (1), ἣν ἔπεμψας, ἡδίω τὰ γράμματά σου, καὶ οὐ ταύτης γε μόνον, ἀλλὰ κἀκείνης, ἣν φὴς οὐκέτι φοιτᾶν ἐξ Ἰσαύρων ὡς ὑμᾶς. Τοῖς λόγοις δὲ οἷς μὲν εἶπον συνήδομαι. τοῖς δὲ ῥηθησομένοις βούλει με τὸ βλάσφημον ἀφεῖναι. καίτοι, κἂν μὴ λέγω, πέπληγμαι τὴν καρδίαν, ὡς οὐκ οὔσης ἐν τοῖς δευτέροις βοηθείας, ἣν περιμένων ἐγὼ, καὶ κεχηνὼς πρὸς τὰς πύλας, καὶ λέγων πρὸς τὸν Στρατήγιον, ὁπότε δὲ ἥξει καὶ ἄκων, ὡς αὐτίκα λαβὼν τὰ γράμματα πολλαχόθεν εἶχον ἀθυμεῖν, τῇ τε ἀρρωστίᾳ τῆς γυναικὸς, γυναικὸς σοί τε ἀρεσκούσης, καὶ Τιτιανὸν τεκούσης, καὶ ὅτι σὺ δυοῖν βαρύνῃ. τῷ τε ἐκείνην κάμνειν, καὶ τῷ τῶν ἀγώνων ἀπεῖναι τοῦ φιλτάτου. Παρεμυθούμην δ' οὖν ἐμαυτὸν, ἐκ τοῦ μὴ πάντα εἶναι τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχεῖν (2), καὶ συνεχῶς ἐπῇδον τό. Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα (3). Στρατήγιος δὲ καὶ δὴ λαμπρῶς κατεβόα τῆς τύχης, καὶ ἦν ὥσπερ πρὸ τοῦ, καὶ φόβον τὸν τοῦ λέγοντος φοβούμενος οὐδὲν ὅτι οὐκ ἐφθέγγετο περὶ τῆς σῆς ἀπουσίας. Ἐγὼ μὲν οὖν εἴσειμι τὸν Ἑρμῆν ἀντὶ σοῦ μοι πιστεύων ἔσεσθαι. Σὲ δὲ εἴη τὸν παρόντα (4) ἀπαλλαγέντα κακῶν ἐλθεῖν μὲν ὡς ἡμᾶς εἰ βέλτιον, μένειν δὲ κατὰ χώραν, εἰ βέλτιον.

ACACIO.

Storace, quam misisti, jucundiores mihi sunt literae tuae, nec illa solum, sed & ea quoque quam ais non amplius ad vos ex Isauris venire. His itaque, quae dixi, delector, quae vero dicturus sum, illis mali aliquid ominis miscere me patere. Interim, etiamsi non dixero, animo tamen fuerim adflictus, quod nulla inposterum auxilii spes sit. Illud vero ego exspectans, eique ad portam avide inhians, vix ad *Strategium* dixeram, ecquando tandem vel invitus veniet? cum, literas tuas nactus, amplam lugendi occasionem nanciscerer, tum quod uxor tua aegrotaret, uxor, quae & tibi placet, & *Titianum* peperit, tum quod duobus malis premereris, cum & illa morbo laboraret & tu declamationibus tibi dilectissimi interesse non posses. Solabar interim me ipsum eo, quod non per omnia hominibus liceat esse felicibus, & continuo illud mihi acclamabam: *Nunquam simul sunt omnia. Strategius* vero vehementer in fortunam declamabat, & talis erat, qui olim, ac timore eo, quo dicens ego, perculsus nihil non de absentia tua loquebatur. Ego vero adgredior negotium, sperans, fore, ut tui loco mihi sit Mercurius. Faxit Deus, ut tu quidem praesentibus malis liberatus ad nos venias, si melius hoc fuerit; maneas autem in loco tuo, si hoc praestet.

CCCXLII. ΑΝΑΤΟΛΙΩ.

Καλά γε σοι τὰ πεπραγμένα. γενέσθω δὲ ταυτὶ τὰ καλὰ καὶ πλείω. Πιστεύω δή σε πείσειν ἀξιῶν ἀκολουθεῖν σε τῷ σαυτοῦ νόμῳ. Ἐφ' οἷς μὲν οὖν ἐπαινῇ, συχνά τε καὶ ἄλλα, καὶ ὅτι διατρίβων ἐν Παίοσιν (1) οὐκ ἐπελάθου τῶν τῇδε, ἀλλ' ὥς τις συνών τε καὶ συζῶν, ὅπως τῶν σοι γνωρίμων ἐπί τι βέλτιον ἕκαστος προβαίη, σκοπεῖς, καὶ πράττεις γε σκοπῶν. Ὡς δὲ ἧκεν ἡμῖν τὸ ἔργον τὸ εἰς Σαβῖνον (2) σπουδῆς, οὐδὲν ἦν ἕτερον ᾀδόμενον, ἢ ὅτι τῷδε παρὰ τοῦδε διὰ τὸν δεῖνα τόδε ἥκει. Δεῖ δὴ καὶ Θεόδωρον τυχεῖν τε τῶν ἴσων, καί σοι τῶν ἴσων ἐπαίνων αἴτιον καταστῆναι (3), καὶ συνησθῆναι τούτῳ Σαβῖνον, ὥσπερ οὗτος ἐκείνῳ. Τὸν δὲ Θεόδωρον οὐκ ἀγνοεῖς, ἔφη τις. ὅμως δὲ φράσω σοι καὶ ἐγώ. σοὶ μὲν γὰρ οὐδὲν βλάβος, ἃ οἶσθα ἀκοῦσαι, ἐμοὶ δὲ ἡδονὴ, τὸν ἄνδρα ἐπαινεῖν. Οὗτος ἐξ ἀγαθῶν ἐν Ἀρραβίᾳ γενόμενος ἀμείνω τῶν πατέρων αὐτὸν ἔδειξεν, ὁρμήσας μὲν εἰς τὴν σὴν πόλιν, ἐπὶ κτῆσιν νόμων (4), τῷ πονεῖν δὲ πλέον ἡσθεὶς, ἢ ἕτεροι τῷ ὀρχεῖσθαι. Πλήρης δὲ νόμων ἐκεῖθεν ἀπελθὼν,

ANATOLIO.

Praeclara sunt, quae gessisti: fiunt vero praeclara illa etiam plura. Credo autem, me tibi persuasurum, qui petam, ut tuum ipsius morem sequaris. De quibus igitur laudaris, tum plurima sunt alia, tum, quod inter Pannonios versans nostrae hujus regionis hominum non sis oblitus, sed quasi nobiscum agens & vivens, ut familiarium tuorum singuli ad meliorem sortem perveniant, prospexeris, & effeceris prospiciens. Scilicet cum opus illud, quo tuum in *Sabinum* studium demonstrasti, ad nos perferretur, nihil decantabatur aliud, quam quod hoc ab hoc propter hunc ad hunc proficiscatur. *Theodorum* vero etiam paria consequi, tibique parium laudum auctorem effici fas est, atque adeo huic *Sabino*, quemadmodum huic illum gratulari convenit. *Theodorum* te quidem non ignorare, ajebat aliquis: interim & ego tibi dicam. Tibi enim nihil nocuerit, ea, quae nosti, audire, mihi vero, virum illum laudare volupe est. Hic ex bonis in Arabia ortus parentibus se ostendit meliorem, in urbem tuam ad legum notitiam sibi comparandam profectus, & labore magis, quam saltando alii, delectatus.

EP. CCCXLI. (1) Vide omnino *Salmasium* de Homonymis Hyles Iatricae p. 149. sqq. ubi & de diversis ejus generibus, & de locis ejus natalibus, inter quos Isauri hic memorantur, abunde disseritur. Ad suffitum adhibitam fuisse constat. (2) Alludit forte ad illud Tragici nescio cujus: οὐκ ἔστιν, ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. (3) *Homerus* Iliad. δ. v. 320. Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν. (4) Subintelligendum puto χρόνον, ut sensus sit *in praesentia*, nisi legere malis τῶν παρόντων, respectu κακῶν. Et sic legitur in *Voss.*

EP. CCCXLII. (1) Παιονία & Παίονες de *Pannonia* & *Pannoniis* dicuntur ab *Herodiano*, *Appiano*, *Libanio* & *Zosimo*, quorum locos affert *Ezech. Spanhemius* ad Orationes Juliani p. 150. b. Compara *Jos. Scaligerum* ad Eusebii Chronicon an. 2023. *Ludolphum Kusterum* ad Suidam Tom. I. p. 627. & novissime *Alexandrum Politum* ad *Eustathii* commentarium in Iliad. α. p. 75. & 263. Quo jure, quave injuria id fiat, iidem disputant, quod ad nos non admodum spectat. (2) Ita *Medic.* B. At in *Reg. max.* & *Voss.* est Βαρῖνον, male. Mox enim ejusdem *Sabini* fit mentio. (3) καταστῆναι, *Medic.* prave. (4) Notandum hic est, quod τὸ ἐπὶ etiam dandi casui jungatur, ubi de fine & scopo agitur.

(5) ἐν-

tus. Legum itaque scientia instructus, & abiens illinc, dicendique vim nostram, quam olim habebat, non abjiciens propter leges, duobus portubus confugientes ad se excepit, legum nempe recitatione, & eloquentiae facultate. Mercedis quidem non est studiosus (nam hoc unum non didicit, quomodo mercedem accipiat) tam egregie vero omnibusque, quas habet, viribus causas agit, ut raro victus decesserit, gratias vero etiam a victis acceperit. Quando imperii tui rationes laudantur, primum quidem fidem non denegat, hoc vero est hominis indolem tuam perspectam habentis; deinde gaudet, sicut nos, quos de bonis tuis gaudere vel maxime fas est, tibique subjectos felices praedicat, seque subjectum tibi esse optat. Adversus nos vero is est *Theodorus*, quem esse velis. Hic enim est, qui filium suum ad nos traduxit, aliisque viam ostendit, & opere ipso docuit, quo sit eundum, imo etiam, ubi causae quaedam nostrae in foro essent agendae, multum quidem sudorem, omnem vero dicendi copiam effudit; res denique suas, ut meis consuleret, ex parte deteriores reddidit. Virum itaque tam egregium, adeo tibi addictum, ita vero mihi amicum, ab arte denique sua inter primos collocatum aliorum etiam favore inter primos non esse quomodo justum fuerit? An vero vis potius, ut alium, qui id faciat, quaeramus? Id quidem non foret arduum, sed *Theodoro* indignum. Quod enim a te proficiscitur, id re ipsa majus ducit; & nihil consequi tolerabilius putat, quam per alterum consequi. Facilem igitur te illi praebe, sitque *Theodorus* in eorum numero, qui a te sunt ornati. Longe enim praestat, illum ad me currentem & deosculantem quibus affectus sit honoribus, narrare; quam te de tui defensione laborare.

θῶν, καὶ τὸ τῶν λόγων τῶν ἡμετέρων ἀδέλφος, ὃ πρότερον εἶχεν, οὐκ ἐπεβάλλετο (5), ἀλλὰ διὰ τῶν νόμων, δύο λιμένας τοὺς εἰς αὐτὸν καταφεύγοντας ἐδέξατο, νόμων τε ἀναγνώσει, καὶ ῥητορικῆς ἰσχύϊ. μισθοῦ μὲν οὐκ ἐμέλησεν, (6), καὶ μὲν οὐ τοῦτο οἶδεν (7), ὅπως λήψεται μισθὸν, ἀλλ' οὕτω λαμπρῶς ἀγωνίζεται, καὶ πᾶσιν, οἷς ἔχει, ὥστε ὀλιγάκις μὲν ἡττῆται, χάριτας δὲ αὐτῷ καὶ παρὰ τῶν ἡττημένων (8). Τῆς δὲ σῆς ἀρχῆς ἐπαινουμένης, πρῶτον μὲν οὐκ ἀπιστεῖ. τοῦτο δέ ἐστι τὴν σὴν εἰδότος φύσιν. ἔπειτα χαίρει, καθάπερ ἡμεῖς, οἷς ἂν μάλιστα χαίρειν ἐν τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς. καὶ τοὺς ὑπὸ σοὶ μακαρίζει, καὶ βούλοιτ' ἂν ὑπὸ σοὶ γενέσθαι. πρὸς δέ γε ἡμᾶς ὁ Θεόδωρος, ὁποῖον ἂν ἀξιώσαις. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ πρὸς ἡμᾶς τὸν υἱὸν μεταθεὶς, καὶ τοῖς ἄλλοις δείξας τὴν ὁδὸν, καὶ συμβουλεύσας ἔργῳ, ποῖ χρὴ βαδίζειν, καὶ δὴ καὶ τῶν πραγμάτων ἡμῖν εἰς δικαστήριον ἐλθόντων, πολὺν μὲν ἱδρῶτα, πάσας δὲ φωνὰς ἀφῆκε (9). Καί τι (10) καὶ τῶν αὐτοῦ χεῖρον (11) ἔθετο θεραπεύων τοὐμόν. Τὸν δὴ οὕτω μὲν θαυμαστὸν, οὕτω δέ σοι προσκείμενον (12), οὕτω δὲ ἐμοὶ φίλον, ἐν πρώτοις δὲ τεταγμένον ὑπὸ τῆς τέχνης, μὴ καὶ διὰ τῶν ἄλλων ἐν πρώτοις εἶναι τοῦ καλοῦ; ἢ βούλει ζητεῖν ἡμᾶς ἕτερον, ὅστις τοῦτο ποιήσει; Ἀλλ' οὐκ ἀμήχανον μὲν, οὐκ ἄξιον δὲ Θεοδώρου. Τὸ γὰρ διὰ σοῦ μεῖζον ἄγει τοῦ πράγματος, καὶ τὸ μηδενὸς τυχεῖν, τοῦ δι' ἑτέρου τυχεῖν μετριώτερον αὐτῷ. Δὸς δὴ σαυτὸν, καὶ ἔστω Θεόδωρος ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν ὑπὸ σοῦ κεκοσμημένων. Πολὺ γὰρ ἄμεινον τοῦτον μοι (13) προσδραμόντα φιλοῦντα ἅμα λέγειν, ἃ τετίμηται, ἢ σε ζητεῖν, ὅ, τι ἀπολογήσῃ.

ARESIO.

Egregii sunt alumni tui, & donum tu mihi misisti, non quidem aurum, cujusmodi multum mihi solemnia nupera attulisse ais. Interim exiguum illud est, pauperes autem multi: a pauperibus vero aliquid accipere, idem mihi videtur, atque mortuum exspoliare. Ponam tamen esse multum, & quantum fluvius ille Lydorum Regi suppeditabat, imo, si mavis, Colophonio praestantius. Quid tandem tantum esse potest, quantum mihi sunt *Hierii* filii, iidemque tui discipuli? Hos enim

CCCXLIII. ΑΡΕΣΙΩι.

Γενναῖά γε σου τὰ θρέμματα (1), καὶ δῶρον ἡμῖν ἀπέσταλκας, οὐ κατὰ χρυσὸν, ὃν φής μοι πολλὴν ἐπιχέαι τὴν ἑορτήν. καίτοι μικρὸς μὲν ἔπαινος, πολλοὶ δὲ οἱ πένητες. παρὰ δὲ τῶν οὐ πλουτούντων λαμβάνειν ἴσον ἡγοῦμαι τῷ τεθνεῶτα συλᾶν (2). Ἀλλ' ἔστω πολὺς, καὶ ὅσον ὁ ποταμὸς (3) ἐδίδου τῷ Λυδῶν βασιλεῖ, καὶ εἰ βούλει γε τοῦ Κολοφωνίου κάλλιον (4). Ἀλλὰ τί τοσοῦτον, ὅσον οἱ παῖδες Ἱερίου, σοὶ δὲ ὁμιληταί. (5) ὁ μὲν γὰρ

(5) ἀνεβάλετο, *Voss.* & *Reg. max.* Rectius *Medic.* ἐπεβάλλετο; quod respondet antecedenti ἀνεῖλεν. Idem noster in superioribus dixit ἐπιβάλλειν. (6) In *Reg. max.* & *Voss.* ἐμέλησεν, male: sic enim omittendum fuisset ἂν. (7) ἐ μὲν οὐ οἶδεν, *Medic.* B. (8) Locum hunc adfert *Valesius* ad Ammianum XXX, 5. p. 598. a. quem vide. (9) Hac phrasi supra jam usus est *Libanius* de contentione dicendi, quam & apud *Demosthenem* legere memini. (10) καί τοι *Medic.* librarii lapsu. *Salvinius* vidit illum, & legere maluit, καί τοι χεῖρον vel τὰ αὐτοῦ. At lectio *Reg. maxi*-*mi* & *Voss.* hanc medicinam procul esse jubet. (11) χεῖρον *Reg. max.* male: nostrum habet *Medic.* (12) προ-κείμενον, *Medic.* mendose. (13) Ita *Voss.* ex emendatione recente, cum antea esset σοι, quod & *Reg. max. Vatic.* A. & *Medic.* B. habent. Praetuli ego emendationem illam. Id enim vult Libanius, praestare, ut *Theodorus* ad se reversus Anatolii beneficentiam sibi praedicet, quam ut Anatolius illam a se non praestitam excuset.

EP. CCCXLIII. (1) De hac vocis notione, qua de domesticis & disciplinae alumnis adhibetur, lege B. *Jo. Henr. Maji* Observationes Sacras lib. IV. p. 6. (2) Dictio est proverbialis de immani facinore. Nefas enim habebatur, sepulchra cadaverum depraedari, quod qui faciebant τυμβωρύχοι & λωποδύται νεκρῶν vocabantur. De his alibi diximus. Invectus in eos graviter est *Gregorius Nazianzenus* epigrammatibus variis, quae *Ludov. Anton. Muratorius*, vir egregius, in Anecdotis suis p. 141-168. exhibuit. Lege ibi ejusdem notas, & ea quoque quae p. 7. 17 & 164. exstant. (3) *Pactolum* hunc esse, Regem vero *Croesum*, constat. (4) Κολοφώνιος χρυσὸς aurum optimum habebatur, eo quod οἱ Κολοφώνιοι τὸ κάλλιστον χρυσὸν ἐργάζεσθαι νομίζονται, auctore Pseudo-*Plutarcho* in Proverbiis, a Gronovio in praefat. ad Tom. X. Antiquitt. Graecarum, p. 19. suppeditatis. (5) ὁμιληταὶ *discipuli* etiam dicuntur. Vide *Lamb. Bos* ad Thomam Magistrum p. 32. Ex his & sequentibus constat *Aresium* illum dicendi artem esse professum.

(6) Cons.

γὰρ ἐφύτευσε (6) αὐτοὺς δέξασθαι λόγους, σὺ δὲ τῶν λόγων ἐνέθηκας. Ἧκε μέντοι μοι (7) παρ᾽ ὑμῶν καὶ δεύτερον τὸ δῶρον, οὐ νέος εὐφυὴς, ἀλλ᾽ ἀνὴρ ἀγαθὸς, σοῦ τε πολλάκις μεμνημένος, καὶ μεμνημένος γε ἐπ᾽ ἀμείνοσι, καὶ πλέον, εἰ σέ τις ἐπαινοίη, χαίρων, ἢ εἴ τις αὐτὸν ἐκεῖνον. Ἆρα εὑρίσκεις τὸν ἄνδρα τοῖς εἰρημένοις (8), ἢ προσθεῖναι δεῖ; λέγω δὴ τινα χρηστὸν, ἥδιστον συνεῖναι, λέγειν ἐπιστάμενον, τῶν ἐπισταμένων ἐρῶντα, πολλοὺς ὅτι τάχιστα κτώμενον φίλους. ἐπὶ τούτοις κἂν ὁ βραδύτατος βοηθήσαι (9) Λεόντιος (10), οὗ παρόντος ἐγὼ πλέον τι τοῦ εἰωθότος φθέγγομαι ὑπὸ τῆς ἐκείνου πρὸς τὴν ἀκοὴν ἐπιθυμίας ἀμείνων εἰπεῖν γιγνόμενος. Ὁ δὲ φεύγων τὸν ὄχλον, καὶ ἀγορὰν, καὶ πράγματα παρ᾽ ἐμὲ ἐφοίτα, καὶ παρεκάθητό μοι, τοῖς μὲν ἐπαίνοις εὐφραίνων. Εἰ δὲ οἷς ἤκουσε τερπόμενος, αὐτὸς ἐρεῖ. Τοῦτον τὸν ἄνδρα κέκληκα δῶρον, ὃν εὐξαίμην ἂν παρ᾽ ἡμῖν εἶναι μᾶλλον, ἢ οὗπερ ἐστὶν (11), εἰ μὴ τὴν ὑμετέραν ὥσπερ τὴν ἐμαυτοῦ ταύτην ἐτίμων.

nim ille plantavit maxime ad literas discendas idoneos, tu vero iisdem literas insevisti. Advenit mihi praeterea a vobis donum alterum, non juvenis bonae indolis, sed vir bonus, qui tui saepe idque honorifice meminit, & magis, si quis te laudet, gaudens, quam si quis illum ipsum. Num cognitum ex his, quae dixi, habes virum, an aliquid addere fas est? Hominem tibi dico probum, consuetudine jucundum, dicendi peritum, peritorum amantem, & qui multos sibi brevi tempore amicos conciliarit. Propter illa quidem, etiam *Leontius* tardissimus alioquin, hominem juverit, quo praesente ego frequentius, quam alias soleo, peroro, ab illius studio audiendi ad dicendum factus alacrior. Atque ille quidem & turbam, & forum, & negotia fugiens ad me accedebat, mihique assidebat, laudibus quidem me excitans. Num vero iis, quae ex me audivit, delectatus sit, ipse dixerit. Hunc virum donum appellavi, quem apud nos esse mallem, quam ubi nunc est, nisi vestram urbem aeque magni, quam meam hanc, facerem.

CCCXLIV. ΔΗΜΗΤΡΙΩ.

Ἀλλὰ καλὸν (1) μὲν ἀδελφὸν ἐπένθεις, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς οὐκ ὄντα ἡμῖν ἀδελφὸν, ἐπειδὴ φίλος ἦν ἀγαθός. Καλῶς δὲ ἐποίησας ἀφελὼν (2) τῆς λύπης, ἣ τὸν οἰχόμενον οὐκ ὠφελοῦσα τὸν ζῶντα ἐκόπτεν. Ἰατρὸν μέν σοι πείθομαι τὸν τῶν σῶν λόγων προστάτην γεγονέναι θεὸν, ὅπως (3) μὴ τοῦ λυπεῖσθαι μᾶλλον ἢ τῶν λόγων εἴης. Εἰ δὲ ὄντως σοι παρ᾽ ἡμῶν τοῦτο ἥκει, κέρδος ἐμὸν, τὸ σέ τινος λελωφηκέναι κακοῦ (4). Λόγους δὲ ἐμοὺς θαυμάζω μὲν ἥκιστα· κάλλους γὰρ ἀφεστᾶσιν. εὐδαιμονίζω δέ σε ταῦτα (5) περὶ αὐτῶν ψηφιζόμενον.

DEMETRIO.

Bonum tu quidem fratrem lugebis, quia & nos, quamvis non frater nobis esset: bonus enim amicus erat. Bonum vero factum, quod dolorem minueris, qui defuncto nihil profuturus vivum percellebat. Interim Deum, eloquentiae doctrinaeque tuae praesidem, exstitisse tibi medicum, persuasum habeo, ut non tristitiae potius, quam literis servires. Quod si tamen hoc a nobis tibi obtigit, lucrum meum puto, quod malo nonnihil sis levatus. Interim eloquentiam meam minime omnium admiror: abest enim ab elegantia: gratulor tamen illi, quando tu ita de illa judicas.

CCCXLV. ΣΕΛΕΥΚΙΩ. (1)

Εἰ μὲν ἐλάττω σοι πέμπειν εἶχε καλῶς, ἤδη ἂν ἐπέμπομεν. Ἐπεὶ δὲ δεῖ τι τῆς ὑμετέρας ἐπιθυμίας ἄξιον ὑμῖν ἐλθεῖν, ἐπειδὰν τοσαῦτα γίνηται, πέμψομεν. Τοῦ δὲ ταχέως φαῦλα λαβεῖν, τὸ βραδέως ἀμείνω μακρῷ που βέλτιον.

SELEUCIO.

Si quidem levia tibi mittere decuisset, jam utique misissem. Quoniam vero fas est, ut, quae desiderio vestro digna sint, ad vos veniant, si tanta interim nascantur, mittemus. Multum autem puto praestare, si quis meliora tardius, quam viliora citius accipiat.

CCCXLVI. ΚΛΗΜΑΤΙΩ.

Μικρὸν μὲν, οὐδὲ τὸ τοὺς ἄλλους περί σου παρ᾽ ἡμᾶς φέρειν λόγους, ὧν τοὺς μὲν ἠλπίζομεν, οἱ δὲ κρείττους ἦσαν ἐλπίδος. Μέγα δὲ καὶ μεῖζον, ὅτι βούλει καὶ κολοφῶνα (1) φασὶν Ἐγκύτιον τὸν καλὸν μετὰ πάσης εὐφημίας

CLEMATIO.

Leve quidem est, quod nec alii de te nuncios nobis afferunt, quorum alios quidem sperabamus, alii vero exspectatione majores erant. Magnum vero est, imo majus, quod volueris instar colophonis, quod ajunt, ut *Encytius* optimus

(6) Conf. 1. Cor. III. 6. (7) μοι abest ab *Ambros.* T. 73. (8) γνωρισμένοις, *idem.* (9) Malui hoc ex eodem *Ambros.* pro βοῆσαι, quod est in *Reg. max.* & *Voss.* (10) Quae sequuntur usque ad finem epistolae, ea absunt ab *Ambros.* (11) Sic scripsi ex emendatione recente *Vossiani*, ubi olim erat: ὃ πάρεστι.

EP. CCCXLIV. (1) Nisi omnes, & inter hos *Medic. A.* quoque obstarent codices, legere mallem καλῶς, sicut postea sequitur: καλῶς δὲ ἐποίησας. (2) Scilicet σε, quod saepe in ejusmodi loquendi formulis subintelligitur. (3) ὄντως, ὅπως μὴ τοῦ λυπεῖσθαι. forte recte *Benzel.* A. (4) λελωφηκέναι κακοῦ, *Voss.* & *Reg. max.* pro quibus *Medic.* simpliciter ἐκλελύσθαι. (5) *Reg. max.* & *Voss.* τὰ pro ταῦτα, quod *Vossiano* recens manus reddidit. *Medic. A.* habet τοιαῦτα, & quidem post περὶ αὐτῶν, fortasse rectius.

EP. CCCXLV. (1) Ita praeter *Voss.* & *Reg. max.* inscribitur in *Mutin.* A & C.

EP. CCCXLVI. (1) Alluditur ad proverbium: κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, de quo *Erasmus* Chiliad. p. 570.

(2) Ita

timus laudes tuas totam civitatem obeundo celebraret. Is enim omni alio aptior est, ad perspiciendas imperantis virtutes, ab adulatione vero alienus, & veritatis studiosus: valet praeterea eloquentia ad res praeclaras laudandas idonea. Idem huc veniens vix me allocutus est, cum de rebus tuis dissereret, addito voto, ut longum tibi esset imperium. Hoc vero votum illius erat, qui te fatigari, sed qui civitates non adfligi vellet. Idem quoque nunciavit tuum, quo in scripta mea ferris, desiderium, aegre etiam ferre se professus, quod petenti dare non possem, epistolam scribere jussit: neque ego contradixi. Ipse quidem a nobis detentus adhuc commoratur. Viri enim hujus causa cum patria contendimus. Voluit interim, ut frater suus te cum literis meis videret; & videbit omnino. Tu vero ob tres causas venientem ama; nempe ob fratrem, & mores, & meam hanc epistolam.

STRATEGIO.

Mihi & coenum illud multum, & frigus non mediocre tunc incidens, & cetera, quae molesta videbantur, levia erant te conspicienti, quamvis abituriens Medicis negotium facesserem. Eo malorum provectus eram, corpore adflictato. Nihilominus tolerantior eram, dolorum causam recogitans, quam si in lectulo haerens convaluissem, itinere scilicet mihi aestumatissimo perfunctus. Tunc igitur juvenis mihi adstitit, (meministi, credo,) pro se aliquid dicturus. Ille vero eorum, quibus egebat, potiri imbre prohibebatur, tu autem, quo minus adsisteres. Te vero dignum erat, nec beneficio inferius, quod manifestum faciebas, dolere tibi, quod ille esset prohibitus. Quoniam igitur medelam invenisti, quod nempe ex literis audire velles, quae ex sermonibus non poteras, juva, quaeso, juvenem, quoad fas erit, & literarum amantem, & orbum Parentibus.

ACACIO.

Recitata est tota oratio, coortusque est strepitus quidam & plausus; ille quoque, ad cujus laudem comparata erat, eam quocunque terrarum statuit mittendam. Adeo dono hoc est gavisus. Mihi quidem nec haec videntur exigua. Quod vero his erat majus, non obtigit. Hoc vero erat, in theatro te conspici, ea facientem, quae consuevisti, saltu quodam praegestiendo. Itaque ego ad *Eusebium*, quotiescunque plausus fiebant, conversus saepe dicebam: quid tandem futurum erat, si ille adesset? te quidem innuens. Sed illius quidem poenam a te repetam, ubi tu in perorando, ego vero in judicando

μίας ἐπιέναι (2) τὴν πόλιν. Ἰδεῖν τε γὰρ ἄρχοντος ἀρετὴν μᾶλλον ἑτέρου δεινὸς, καὶ πόῤῥω κολακείας, καὶ φίλος ἀληθείας. καὶ δὴ καὶ λόγου κέκληται δύναμιν εἰς ἔπαινον ἔργων καλῶν. ὃς ἥκων οὐκ ἔφθη μοι συμβαλὼν, καὶ διηγεῖτο τὰ σὰ, προστιθεὶς εὐχὴν, μακρὰν γενέσθαι σοι τὴν ἀρχήν. Τοῦτο δὲ ἦν, οὐ σὲ βουλομένου πονεῖν, ἀλλὰ μὴ πονεῖσθαι τὰς πόλεις. Ἐξήγγειλέ σοι καὶ τὸν πόθον, τὸν περὶ τὰ γράμματά μου, καὶ δεινὰ πεπονθέναι λέγων, ἐπειδήπερ οὐκ εἶχεν αἰτοῦντι δοῦναι (3), γράψαι ἐκέλευεν. ἐγὼ δὲ οὐκ ἀντέλεγον. Αὐτὸς μὲν οὖν ὑφ' ἡμῶν κατεχόμενος μένει. Τοῦ γὰρ ἀνδρὸς ἀμφισβητοῦμεν πρὸς τὴν πατρίδα, τὸν δὲ ἀδελφὸν ἐπεθύμησε μετ' ἐμῶν ἐντυχεῖν σοι γραμμάτων, καὶ ἐντεύξεται. Σὺ δὲ τριῶν ἕνεκα τὸν ἥκοντα φίλει. τοῦ τε ἀδελφοῦ λέγω, καὶ τοῦ τρόπου, καὶ τῶν γραμμάτων.

CCCXLVII. ΣΤΡΑΤΗΓΙΩι. (1).

Ἐμοὶ καὶ πηλὸς ἐκεῖνος ὁ πολὺς, καὶ ψύχος οὐ μέτριον τότε συμβὰν, καὶ τὰ δοκοῦντα χαλεπὰ, κοῦφα τὴν σὴν ὁρῶντι μορφὴν, καίτοι γε ἀπελθὼν πόνον παρέσχον τοῖς ἰατροῖς. Εἰς τοσοῦτον ἧκον κακῶν κεντουμένου μοι τοῦ σώματος. Ἀλλ' ὅμως ἡδίων ἦν τῇ προφάσει τῶν ἀλγημάτων, ἢ εἰ μένων ἐπὶ τῆς εὐνῆς (2) ὑγίαινον, ἐκλιπὼν τὸν ἐντιμότατόν ἐμοι δρόμον. Τότε οὖν, ὁ νέος (3) μὲν μοι παρειστήκει, μέμνησαι γὰρ, λέξειν ὑπὲρ αὐτοῦ τι μέλλων. ὄμβρῳ δὲ ὁ μὲν τυχεῖν, ὧν ἐχρῄζε, διεκωλύθη, σὺ δὲ ἀμῦναι· καλὸν δὲ ἦν σοι καὶ τῆς χάριτος οὐχ ἧττον, τὸ (4) γενέσθαι σε δῆλον, ὡς ἄχθοιο (5) τῷ κεκωλῦσθαι. Ἐπεὶ οὖν ἐξεῦρες ἴασιν ἀκοῦσαι διὰ γραμμάτων, ἃ διὰ φωνῆς οὐκ ἦν, βοήθει τὰ δίκαια νέῳ λόγων τε ἐραστῇ, καὶ γονέων ἐστερημένῳ.

CCCXLVIII. ΑΚΑΚΙΩι. (1)

Δέδεικται μὲν ἅπας ὁ λόγος, καί τις ἐγένετο θόρυβος καὶ κρότος. καὶ ὅτῳ κόσμος ἦν ὁ λόγος πέμπων αὐτὸν ἔγνωκε πολλαχοῦ τῆς γῆς. Οὕτως ἥσθη τῷ δώρῳ. ἐμοὶ δὲ μικρὰ μὲν οὐδὲ ταῦτα. Τὸ δὲ μεῖζον οὐκ ἐγένετο. Τοῦτο δὲ ἦν ἐν τῷ θεάτρῳ σε φαίνεσθαι, ποιοῦντα, ὅπερ εἰώθεις, προσεκπηδῶντα, ὥστε καὶ πρὸς τὸν Εὐσέβιον, ὁπότε γίγνοιτο βοὴ, πολλάκις ἐφθεγγόμην. Τί δ' ἂν ἦν ταῦτα ἐκείνου παρόντος, σὲ δὴ λέγων. Ἀλλὰ τούτων μὲν λήψομαι παρά σου δίκην, ἐπειδὰν αὐτὸς μὲν ᾖς ἐν τῷ λέγειν, ἐγὼ δὲ ἐν τῷ ψηφίζ-

(2) Ita *Voss.* μετιέναι *Reg. max.* (3) Scilicet literas, seu γράμματα, quam vocem manus recens in Cod. *Voss.* super phrasin αἰτοῦντι δοῦναι explicationis causa scripsit. Similiter *Matth.* V. 42. αἰτοῦντί σε δίδου.

EP. CCCXLVII. (1) *Andronico* inscribitur in *Medic.* B. (2) Ita *Medic.* A. & *Benzel.* A. quando *Voss.* & *Medic.* A. habent ἐν τῆς, sine sensu. (3) Sic iterum *Medic.* A. pro quo ὡς νέος duo illi alteri. (4) τὸν τὸ, *Medic.* male. (5) ἄχθοιό γε, videm

EP. CCCXLVIII. (1) Κλημεντίῳ inscribitur in *Medic.* B. Ἱερακλεῖ in Cod. D. *Marc.* 25. Nostrum praeter *Voss.* & *Reg. max.* tuetur *Medic.* A. & *Barocc.* 9.

φίζεσθαι. Τὸν δὲ Τιτιανὸν (2) ἴσθι ζῶντα ὡς ἂν εὔξαιο, καὶ θέοντα μᾶλλον ἀκέντητον, ἢ τὸν Ἱέρωνος ἵππον (3). φύσις δὲ ἀρίστη, προσλαβοῦσα πόνων ἐπιθυμίαν ὁπόσον τι γίγνεται τεκμαίρου. Τούτων δέ σοι καὶ Τυσκιανὸς ἄγγελος ἥξει, λόγων δημιουργός τε καὶ κριτὴς ἀγαθὸς, ὃς ἥκων ὡς αὐτὸν (4) δείλης ἀπαιτήσων τὸ σκέμμα ἀπέβη (5) θαυμάσας.

cando versabor. *Titianum* scias ita vivere, ut optaveris, & magis etiam sine calcaribus, quam illum *Hieronis* equum, currere. Ingenium vero egregium, & laboris praeterea cupidum, quantum sit futurum, ipse conjecturam facito. Horum nuncius etiam *Tuscianus* tibi veniet, idoneus dicendi artifex & judex. Hic cum sero jam vespere venisset, orationem ejusmodi aliquam ab ipso requirens, mirabundus discessit.

CCCXLIX. ΙΕΡΟΚΛΕΙ.

Πορευόμενος εἰς τι διδασκαλεῖον ἐνέτυχον Ἰουλιανῷ κινοῦντι Καλύκιον ἐπὶ τοὺς ὑπὲρ λόγων πόνους, ὃ ποιεῖν ἔφασκεν ὑπό σου κεκινημένος ἐξ ἐπιστολῆς. Ἐκαινόμην οὖν τῶν παρακλήσεων, καὶ συνεφηπτόμην συμβουλῆς, ἧς οὐδεπώποτε ἐπαυσάμην. Οἶμαι δὲ οὐ λίθον ἕψομεν (1). Ἀλλ' ἀκούων πολλάκις, ὡς διὰ δικαιοσύνην πατρὸς πένης εἴη, καὶ ὅτι μίαν ὁδὸν ἐπὶ πλοῦτον ἔχει τοὺς λόγους, δῆλός ἐστιν ἐπαινῶν τε ἡμᾶς καὶ πειθόμενος, καὶ οὐ πάνυ δεόμενος ἀκούειν, ὅτι λόγους αὐτῷ κτητέον. Δεῖ δὴ καί σε μὴ πάντα ἐπιτιμᾶν, ἀλλ' ἤδη καὶ συγχαίρειν, ὡς ἐπὶ προθυμίᾳ. καὶ γὰρ αὐτῷ τοῦτο φάρμακον εἰς προθυμίαν.

HIEROCLI.

In scholam aliquam progressus in *Julianum* incidi, *Calycium* ad literarum studium urgendum excitantem, quod se facere ajebat literis tuis adductum. In partes igitur admonitionum veniebam, consilioque illi meum jungebam, a quo nunquam destiti. Neque lapidem, puto, elixabimus. Ille potius saepe audiens, quod propter paternum justitiae studium pauper sit, literasque unum ad opes parandas adjumentum habeat, ostendit nunc quidem, quod & probet nos, & audiat, nec necesse habeat audire, de eruditione paranda sibi esse laborandum. Itaque fas est, ut & tu non amplius increpes hominem, sed nunc etiam gratuleris tanquam ad hoc alacri: nam & hoc illi ad alacritatem fuerit proficuum.

CCCL. ΕΚΔΙΚΙΩι.

Ἥκει (1) μετ' ἐμῶν γραμμάτων ὁ Διονύσιος. Πρότερον μὲν οὐκ ἐθάῤῥουν ἐπιστέλλειν, κατέχων τὸν Διονύσιον, καί τοι τὸν χρόνον ἡ τῶν γραφέων ἐποίει σπάνις. ἀλλ' ὅμως οὐκ εἶχον μὴ οὐκ αἰσχύνεσθαι τῷ χρόνῳ. Νῦν οὖν ἐπειδὴ ποθ' ὑπῆρξεν ἀποδοῦναι τὸν σοφιστὴν, ἔδοξεν οὐχ ἑλληνικὸν εἶναί μοι διὰ σιγῆς ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνο μετέχειν (2) ἀναιδείας, οὕτω τοῦτο πόῤῥω Μουσῶν ἑστάναι. Σὺ τοίνυν τὰ μὲν γράμματα ἀμείβου, καὶ ταῦτα κάλλος γραμμάτων κεκτημένος. διφθέρας (3) δὲ ἡμῖν μηδεμίας πέμπε. (4) ἐρᾷς γὰρ αὐτῶν, καὶ καλῶς ποιεῖς. Βαρὺ (5) δὲ ἐρῶντι κοινωνὸν λαμβάνειν τῶν παιδικῶν.

ECDICIO.

Venit cum literis meis *Dionysius*. Antea quidem scribere non audebam, detinens *Dionysium*; quamvis moram hanc scribarum injiceret penuria. Interim non poterat non morae me pudere. Nunc vero, quando contigit Sophistam me reddere, Graecanicum mihi non visum est esse, cum silentio eum reddere: sed illud quidem impudentiae aliquid habere, hoc autem alienum a Musis se prodere. Tu itaque literis aliquid repende, qui tantam literarum elegantiam possides. Membranam vero nobis nullam mitte. Amas enim eas, & recte facis. Amanti vero grave est, habere deliciarum participem.

CCCLI. ΑΝΑΤΟΛΙΩι.

Ἐπειδὴ σὺ μὲν φὴς ὡς ἥδιστα ἐπιτιμᾶσθαι, τῷ δὲ ἐπαινεῖν τοὺς ἀγαθοὺς ἔρως ἐμοὶ, καί σοι, καὶ ἐμαυτῷ χαριοῦμαι, τὰ μὲν ἐπαινῶν, τὰ δὲ ἐγκαλῶν. Δώσει δὲ ἀμφοῖν ἀφορμὴν, ἃ περὶ Τυσκιανὸν πέπρακταί σοι. Ὡς γὰρ ἀψάμενος τῆς ἀρχῆς ἐκάλεις τὸν ἄνδρα, καὶ πάρεδρον ἐποίεις, καὶ διῄει τὰς πόλεις ὁ λόγος τοῦ ἔργου. καὶ τόπος

ANATOLIO.

Quandoquidem ais, quam libentissime te reprehendi, mihi vero bonos laudare volupe est, & tibi & mihi gratificabor, alia quidem laudans, in alia vero animadvertens. Utrique vero rei occasionem dabunt ea, quae adversus *Tuscianum* acta sunt. Cum enim Magistratum ingressus vocares virum, tibique faceres adsessorem, fama rei omnes urbes pervagabatur, nec ullus

(a) *Acacii* hic erat filius, quod ex superiore quadam epistola constat. (3) *Pheronicus*, Hieronis equus, a *Pindaro* laudatur Olymp. ά. v. 29. sqq. ubi δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων dicitur. (4) *Barocc.* αὐτὸς αὐτὸν, *Voss.* & *Reg. max.* αὐτὸν *Medic.* A. (5) *Barocc.* ναυίβη, *Voss. Reg. max.* & *Medic.*

EP. CCCXLIX. (1) Proverbium est, de quo *Erasmus* in Chiliadibus p. 320 & 337.

EP. CCCL. (1) Σοι addunt *Reg. Parif.* 3073. & *Vatic.* B. refragantibus ceteris. (2) μετέχει *Medic.* A. male. Pendet enim τὸ μετέχειν ab antecedenti ἔδοξεν, aeque ac sequens ἑστάναι. (3) διφθέρας frequenter membranam significare, qua ad scribendum utebantur veteres, patet ex *Bernh. Montefalconii* Palaeographia Graeca p. 17. Atque hic significatus huic loco accommodatissimus videtur. De aliis leges *Salmasium* de Modo Usurarum p. 413. *Godofredum Olearium*, τὸν μακαρίτην, ad Philostratum p. 664. *J. G. Graevium* ad Hesiodum p. 64. & *Tiber. Hemsterhusium*, V. C. ad Pollucem p. 1214. (4) Post πέμπε addunt μηδαμῶς *Voss.* & *Reg. max.* quod, praeeunte *Medic.* A. omisi. (5) διὸ, *Reg. Parif.* 3073. & *Vatic.* B.

EP.

ullus erat locus, qui non illud creparet, quod nunc quidem justa paupertas mercedem reportet. Ille vocavit illum in *Pannoniam* ex *Phrygia*, eo quod ditescendi occasionem jam pridem nactus pro opibus cum laude decessit. Ego itaque in admirantium numero constitutus non solus hoc faciebam. Alii vero quaerebant, cur ita mirarer? Ideo, inquam, quod, ubi homines ingenuos eximii aliquid video praestare, cujusmodi vel Thetidis filius, vel Atheniensium urbs fecit, eaque cerno, quae exspectaveram, a plausu temperare mihi non possum. Propterea etiam ante, quam vocaveras, si quis, quem vocaturus sis, ex me quaesivisset, cum sane, quem vocasti, appellassem. Quaesiturus enim eras virum sagacem, disertum, laborum patientem, amandi gnarum, dicendi peritum, tacere scientem, qui denique in paupertatis consortio esse jam pridem didicerit. Haec omnia vero habet *Tuscianus* ille, qui, te mittente, ad nos venit. Jam quidem ea veniunt, quae amas: haec vero sunt criminationes. Postquam ille advenit, & magistratus leges exposuit, conspecto viro amicissimo gavisus sum. Audire vero cupiens, cur veniret, & hoc intellexi. Num vero jam ferre poteris veritatem coli? Nihil sacrum, ajunt. Quamvis enim *Tuscianus* negotii hujus rationem magnifice praedicaret, mihi quidem id omne *Tusciani* indole indignum videbatur; nec repugnantem non convici. Media hyeme allatae sunt tabulae, majus illi salarium, & majorem, si mavis, dignitatem adferentes. Bona quidem haec erant, sed vel sic & facultate tua & votis meis inferiora. *Tusciano* quidem nihil horum non magnum est. Hoc ipso vero nomine ad magnum aliquid provehi virum oportet, quia omnia, quae a te proficiscuntur, in magnis habet. Jam enim etiam cavillos ferat, Regia scilicet pecunia, nihil agens, nutritus. Neque enim ignoras, quo nomine viros ejusmodi appellare soleamus. Quod si ea, quibus dignus est, consequatur, ad salarium etiam dignitas accesserit. Laboret igitur, ô bone, & ne labor ille ignavia sit deterior, vide. Tu vero, si nescias, quo provehere ipsum oporteat, injuste quidem agis, vir justitiae alioquin adeo familiaris. Si vero ea, quae dicimus, fieri fas esse putas, ne cunctare, *Aeschylum* audiens, & ante eum *Hesiodum*. Neque hoc silentio praeterire possum. Videns ego hominem, una tantum chlamyde adversus frigus pugnantem, & cum imbre decertantem, lutoque se opponentem,

τόπος οὐδεὶς ἦν, ὃς οὐ τοῦτο εἶχεν, ὅτι νῦν πενία δικαία (1) κομίζεται τοὺς μισθούς. ὁ δεῖνα τὸν δεῖνα κέκληκεν εἰς Παιονίαν (2) ἀπὸ Φρυγίας. ὅτι καιρὸν εἰς πλοῦτον πάλαι λαβὼν ἀπῆλθεν ἔχων ἔπαινον ἀντὶ χρημάτων. Ὡς δὲ ἐν θαυμάζουσιν οὐ τοῦτο ἐποίουν μόνος, οἱ δὲ ἐζήτουν, ἀνθ' ὅτου (3); τοὺς γενναίους ἔφην, ἐπειδὰν εὕρω τι γενναῖον δρῶντας, οἷον ἢ τὸν Θέτιδος υἱὸν (4), ἢ τὴν Ἀθηναίων πόλιν, ἃ προσεδόκων (5), ὁρῶν, οὐκ ἀνίσταμαι πρὸς βοήν. ἐπεί τοι καὶ πρὸ τῆς κλήσεως εἴ τις ὃν καλέσεις, ἤρετό με, τοῦτον ἂν ὃν κέκληκας, εἶπον. Ἔμελλες γὰρ δήπου ζητήσειν ἀγχίνουν, ῥητορικὸν, εἰδότα πονεῖν, (6) εἰδότα φιλεῖν, εἰδότα λέγειν, ἐπιστάμενον σιγᾷν, πάλαι δὴ πεπαιδευμένον πενίᾳ (7) συνοικεῖν. Ταῦτα (8) δὲ ἡμῖν ὁ Τυσκιανὸς οὗτος, ὃς ἥκει ἡμῖν σοῦ πέμποντος. Ἤδη γὰρ εἴσεισιν, ὧν ἐρᾷς. Ταῦτα δέ εἰσιν ἐγκλήματα. Ὡς δ' οὖν ἧκε καὶ διηγήσατο τὴν ἀρχῆς τοὺς νόμους, ἥσθην μὲν ἄνδρα φίλον ἰδὼν, ἐφ' ᾧ (9) δὲ ἥκοι, (10) μαθεῖν ἐθέλων, ἤκουον. Ἆρ' ἂν ἀνάσχοιο τιμωμένης τῆς ἀληθείας; οὐδὲν ἱερὸν (11) φασι. Καί τοι Τυσκιανὸς ἐσέμνυνε τοῦ πράγματος τὴν φύσιν, ἐμοὶ δὲ ἐδόκει τῆς Τυσκιανοῦ φύσεως οὐκ ἄξιον εἶναι τὸ πρᾶγμα, καὶ μαχόμενον ἐξήλεγχον. Τοῦ χειμῶνος δὲ (12) μεσοῦντος δέλτος ἧκε φέρουσα αὐτῷ πλείω τροφὴν, εἰ δὲ βούλει, καὶ ἀξίωσιν. καλὰ μέν. ἀλλ' ἔτι τῆς σῆς δυνάμεως καὶ τῆς ἐμῆς ἐπιθυμίας (13) ἐλάττω. Τυσκιανῷ γὰρ οὐδὲν ὅ, τι τούτων οὐ μέγα. Δεῖ δή γε καὶ κατὰ ταυτό γε τοῦτο (14) πρός τι μέγα τὸν ἄνδρα προβῆναι, διότι πᾶν αὐτὸ τὸ παρά σου μέγα. Νῦν μὲν γὰρ κἂν σκῶμμα δέξαιτο, τρεφόμενος ἐκ βασιλέως (15) ἐν ἀργίᾳ, πάντως δὲ οὐκ ἀγνοεῖς, ὅ, τι τοὺς τοιούτους καλοῦμεν (16). Εἰ δ' ὧν ἄξιός ἐστι, τύχοι, σχῆμα προσέσται (17) τῇ τροφῇ. Ἐργαζέσθω οὖν, ὦ 'γαθὲ, καὶ ὅπως γε μὴ τὸ ἔργον χεῖρον ἔσται τῆς ἀργίας. Σὺ δ' εἰ μὲν οὐκ ἔγνωκας αὐτὸν, οἷ δεῖ προσάγειν, ἀδικεῖς, ἀνὴρ οὕτω συζῶν τῇ δίκῃ. Εἰ δ' οἴει δεῖν, ἃ φαμεν, ποιεῖν, μὴ μέλλε, πυθόμενος Αἰσχύλου, καὶ ἔτι πρότερον Ἡσιόδου. Καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γε παρήσω, τὸν ἄνδρα ἰδὼν μιᾷ χλαμύδι (18) καὶ πρὸς ψύχος μαχόμενον, καὶ πρὸς ὄμβρον ἀγωνιζόμενον, καὶ πρὸς πηλὸν ἀντιταττόμενον, ἠρώτων, εἰ καὶ τοῖς παιδίοις αὐθ' ἱματίων ἡ δόξα τοῦ πατρὸς εἴη. Τοῦ δ' ἐρυθριά-

EP. CCCLI. (1) Πενία δικαία, malui cum *Barocc.* 9. *Voss.* & *Reg. max.* pro quo *Medic.* A. habet δικαίως πενία κομίζεται τοὺς μισθούς. Scilicet est πενία δικαία, sicut est ἄδικος πλοῦτος, qua phrasi noster utitur alibi. (2) de *Paeonia* supra diximus. (3) Ita haec puto interpungenda, quae in codicibus male cum sequentibus eadem serie conjuncta inveni. (4) *Achillem* innuit. (5) Sic *Voss. Reg. max.* & *Medic.* ὃ προσεδόκων *Vatic.* A. ἃ προσεδόκων ὁρῶν *Ambros.* T. 5. & 73. (6) In *Voss.* & *Reg. max.* olim πονεῖν, quod etiam est in *Vatic.* Praestat πονεῖν reliquorum, quod & *Ambros.* T. 5. habet. (7) *Voss.* & *Reg. max.* pro πενίᾳ legunt παιδείᾳ, *Barocc.* vero πενίᾳ, recte; nam & hujus nomine noster *Tuscianum* ante laudaverat. *Salvinus* ex *Medic.* itidem scripsit παιδείᾳ, ita tamen ut supra vocem eandem poneret πενίᾳ, nescio utrum codice ipso praeeunte, an ex ingenio. *Horatius* alias *probam pauperiem sine dote quaero.* παιδείᾳ. *Benzel.* A. sed in margine ex alio codice πενίᾳ. recte. (8) ταῦτα δὲ ἡμῖν ὁ Τυσκιανὸς οὗτος. ὡς δὲ ἥκει ἡμῖν σοῦ πέμποντος, ἤδη γὰρ εἴσεισιν, ὧν ἐρᾷς. ταῦτα δ' ἐστὶν ἐγκλήματα. ὡς δ' οὖν ἧκε Ita haec emendata erant in margine *Benzel.* A. ex alio Codice, recte utique hoc sensu. *Talis vera nobis est Tuscianus. postquam vero ille, te mittente ad nos venit (jam sequuntur, quae cupis, criminationes nempe) postquam nempe ille advenit* &c. (9) *Medic.* & *Barocc.* ἐφ' ὅ, eodem sensu. (10) ἥκοι. *Barocc.* (11) Proverbialiter id dicitur de re nullius momenti. Vide *Erasmi* Chiliadas p. 133. (12) Addit ἤδη *Ambros.* T. 73. (13) προθυμίας, *Ambros.* T. 73. (14) Ita *Voss.* & *Reg. max.* at *Barocc.* & *Medic.* δεῖ δὴ καὶ κατ' αὐτό γε τοῦτο, & sic *Vatic.* A. *Ambros.* δεῖ δή γε καὶ κ. ἀ. (15) Regiae igitur munificentiae potius, quam muneri suo victum debebat Tuscianus. (16) κηφῆνας, *fuci*, Graecis appellantur, quod alia manus ad *Medic.* notaverat. Vide *Erasmum* p. 272. *Barocc.* legit: ὅτι τοὺς τοιούτους ἐγκαλοῦμεν. Secutus ego sum ceteros. (17) Alii πρόσεστι. (18) Haec alias χλαῖνα appellari solet. Vide de utraque voce *Salmasium* ad Scriptores Histor. Augustae Tom. IV. p. 385. & *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Ranas v. 1507.

(19) Id

θειάσαντος, καὶ σὺν γέλωτι μεμνημένου Λυσάνδρου τινὸς καὶ Διονυσίου μὲν δόντος, τοῦ δὲ οὐ λαβόντος (19), ἔφην αὐτὸν οὐκ εἰδέναι χαλεπὸν αὐτῷ παρασκευάζοντα τὸ γῆρας. Ἐκεῖνον μὲν οὖν ἀφίημι· σοὶ δὲ παραινῶ ποιῆσαι Τουσκιανῷ τὰ πράγματα βελτίω. Πρέπει γὰρ ἂν τῷ μὲν στέργειν τὴν πενίαν. Ἔστι δὲ (20) ῥᾶστον τοῖς ὑπάρχοις ὑμῖν τὴν τοῦ Διὸς μιμήσασθαι νεφέλην, ἀφ' ἧς ἐκεῖνος ὗσε Ῥοδίοις χρυσόν (21). Καὶ δὴ καὶ ὑμῶν βουλομένων, γένοιτο ἂν εὐπορία καθαρεύουσα ψόγου. Τοῦτο δὲ ἤδη πραττέσθω πρὶν ἀρχῆς τινος λαβέσθαι Τουσκιανόν, ὡς ἐν ἐκείνῳ γε λιμώττειν ἐθελήσει.

tem, interrogavi, num & liberis patris gloria pro vestibus sufficeret. Erubescente illo, & cum risu mentionem faciente *Lysandri* alicujus, & *Dionysii*, hujus quidem dantis, illius vero non accipientis, dixi, non videre ipsum, quam gravem sibi pariat senectutem. Illum igitur missum nunc faciam: te vero hortor, ut *Tusciano* melioris conditionis auctor sis. Deceat enim illum, amare paupertatem. Vobis vero Praefectis facillimum est, illam Jovis nubem imitari, ex qua Rhodiis ille aurum depluit. Et sane, si vos volueritis, copia adfluxerit a vituperio immunis. Hoc vero ante velim fiat, quam magistratum aliquem suscipiat *Tuscianus*, qui, quantum in ipso est, etiam esurire voluerit.

CCCLII. ΚΛΗΜΑΤΙΩι. (1)

Ὡς ἡδίστη γε ὑμῶν ἡ συνουσία, τῶν μὲν σῶν ἔργων, ἃ μετὰ τοῦ δικαίου πράττεις, ὁρωμένων. Ἰουλιανοῦ (2) δὲ τὴν αὐτοῦ διήγησιν ἔχοντος, ἃ καὶ αὐτὰ σὺν τῷ δικαίῳ πάντα ἐπράττετο. Καί μοι δοκεῖτε σὺ μὲν ἐοικέναι παλαιστῇ διὰ πόνων ἐπειγομένῳ πρὸς στέφανον, ὁ δὲ ἐν στεφάνῳ πάλαι. Καὶ δέδοικα δή, μὴ τὴν Αἴγυπτον οὗτος ἀφείς, εἰς ἣν πέμπεται μοχθήσων οὐκ ἐπὶ κέρδει, σοί γε καθήμενος διαλέγηται (3), πράγματα μὲν φεύγων, φίλοις δὲ χαίρων πλέον, ἢ πράγμασιν ἐντρέφει. Ἀλλὰ σὺ κίνει τε καὶ παρακάλει. Πιστεύω γάρ, τὴν περὶ τὰ πλοῖα ταύτην φροντίδα δείξειν (4) ἡμῖν τὸν ἄνδρα κυβερνήτην ἐθνῶν (5).

CLEMATIO.

Quam jucunda est consuetudo vestra, quando facta tua, quae justi servantissimus facis, conspiciuntur; *Julianus* autem sua recitat, quae & ipsa omnia ad justi normam sunt exacta. Videmini itaque vos mihi, tu quidem luctatori similis, per labores ad coronam contendenti, ille vero coronam jam pridem gestanti. Vereor equidem, ne ille, Aegypto relicta, in quam missus est labores exantlaturus, sine lucro, tibi adsidens, sermones conferat, negotia quidem fugiens, amicis autem magis, quam laboribus ali, delectatus. Tu vero excita eum, & adhortare. Credo enim illam pro navibus curam eum nobis gentium gubernatorem stituram esse.

CCCLIII. ΣΕΒΑΣΤΙΑΝΩι. (1)

Εἰ καὶ μὴ (2) πρότερον ἠπίστατο (3) τις τοὺς τρόπους Ἰουλιανοῦ, ἐξῆν γε τῷ παρόντι τὸν ἄνδρα ἰδεῖν. Ὅτε μὲν γὰρ ἦν ἐκ τοῦ τῶν Αἰγυπτίων λιμένος φέρεσθαι χρυσόν, οὐδεὶς ἑώρα τοῦτον. Ἐπεὶ δὲ τὰ κέρδη ἑτέρωσε τέτραπται, δεῖται δὲ ἀνδρὸς ὁ σῖτος ἀμισθὶ εἰσοίσοντος τὴν ἀρετήν, ἐνταῦθα ἐπαινεῖται καὶ πέμπεται (4). Καὶ τίς δὴ τοῦδε χρησιμώτερος, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Ἰουλιανὸς (5) δὲ τῷ (6) μὲν ἐρᾶν ἡσυχίας, καὶ τῷ μὴ κοῦφον ἄγειν γυναικὸς ἀφεστάναι καὶ παίδων ἐπείσθη (6) μένειν. Τοῦ δὲ μὴ δόξαι τοῖς ἀπείροις αὐτοῦ φεύγειν τὸν πόνον, διὰ τὸ μὴ

SEBASTIANO.

Etiamsi quis nec antea *Juliani* mores persuasos sibi haberet, ex praesenti tamen negotio virum cognoscere potuisset. Cum enim ex Aegyptiorum portu aurum referri poterat, nemo illum ibi videbat. Postquam autem lucra alio conversa sunt, annona vero viro indiget, virtutem sine mercede adhibente, commendatur ille & ablegatur. Et quis illo, ajunt, huic rei est aptior? cujusmodi & alia dicuntur. *Juliano* quidem & quietis amor, &, quod non leve putaret, ab uxore & liberis abesse, manere persuasit. Ne autem videretur hominibus, sui ignaris, laborem fugere, eo quod negotium hoc adgredi

(19) Id vult, quod *Plutarchus* in Vita Lysandri recitat Tom. I. Opp. p. 434. Dionysium tyrannum Lysandri filiabus exquisitas tunicas misisse, Lysandrum autem non accepisse, veritum, ne ex illis deformiores viderentur. (20) ἔνι δὲ *Barocc.* ἔστι δὲ ῥᾶστον. *Medic.* (21) Ad haec *Salvinus* notaverat ista: Angelus Politianus in Ambra: *Quemque Rhodos fulvis hausit de nubibus imbrem.* Hinc Rhodus Solis insula. *Antiphilus* epigr. in Rhodum lib. I. Antholog. Ὡς πάρος ἀέλιε, νῦν Καίσαρος ἁ Ῥόδος εἰμί. *Pindarus* Olymp. Od. VII. βλάστε μέν, ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς νᾶσος, ἔχει τέ μιν ὀξειᾶν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατήρ. & Epod. II. ἔνθα ποτὲ βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας χρυσέαις νιφάδεσσι πόλιν.

EP. CCCLII. (1) In *Benzel.* A. *Andronico* inscribitur. (2) *Julianum* hunc Imperatorem illum esse non crediderim. Vide nos infra ad ep. 503. (3) *Medic.* A. διαλέγεται. (4) Ita *Medic.* clare, *Voss.* autem, *Reg. max.* & *Vatic.* A. olim δείξει, nunc vero ex emendatione recente δείξειν. (5) Sic iterum *Medic.* A. & B. tum *Casanatens.* *Vossianus* autem ex emendatione verissima, cum antea ibi aeque ac in *Reg. max.* legeretur ἐχθρῶν, quod etiam *Vatic.* A. & B. habent.

EP. CCCLIII. (1) Habes hanc epistolam Latine inter illas *Zambicarii* lib. III. ep. 98. (2) μὴ exhibent *Voss.* & *Reg. max.* quod Zambicarius in suo codice non invenisse videtur: & rectius abest, nisi duplicem negationem admittendam esse censeas. (3) Ita *Reg. max.* at *Vatic.* A. & *Voss.* item *Ambros.* T. 73. ἠπίστω. (4) Καὶ τίς δὴ, haec una cum sequentibus usque ad finem epistolae desunt in *Ambros.* T. 73. (5) Sic scripsi cum *Vatic.* A. *Casanat.* & *Voss.* ex emendat. recente, quando *Reg. max.* habebat Ἰουλιανόν, quod certe non respondet sequenti ἐπείσθη. (6) Codices & hic & paulo post habent τὸ, quod non fert sequens ἐπείσθη, nisi velis hoc ipsum permutare cum ἔπεισθε, & sic etiam legere Ἰουλιανὸν, quod fere malim.

(7) Se-

li nollet, cum lacrymis quidem, sed vel sic rn naves illas onerandas suscepit. Cum autem illum contristatum viderem, te illi in memoriam revocavi, dixique: desine dolere; *Sebastianus* est in Aegypto. Ille vero continuò sub-, & levatum se sensit. Prae tristitia vero um est, ut nec illud recogitaret, se te una n Nilo esse visurum. Sis igitur instar omm homini & pauperi, & probo, & amico.

πεται ὅτι ὡς μὴ φιλούντων ἀμελεῖν. ἀλλ' ὅταν τοῦτο περὶ τῆς μητρὸς εἴπῃς, καὶ καθ' ἡμῶν ἐξέσται σοι. ἀλλ' ὦ πράττων μὲν, ὅσα ἐθέλεις, ἃ δ' ἑκὼν ὑπερβαίνεις, περὶ τούτων ἀπολογίαν μελετῶν, ἐννοήσας μὲν τοῦ νέου τὴν τῶν τρόπων ἀρετὴν, αἰσχυνθεὶς δὲ τὰς Κυρίνου δεήσεις, ἃς ἐποιεῖτο καθήμενος, ἀνὴρ, ὃν καὶ θεὸς ἂν αἰδεσθείη φανέντα, νομίσας δὲ καί ἐμε πατέρα τινὰ τοῦ μαθητοῦ, καὶ ταῦτα βούλεσθαι μὲν τὴν σὴν μητέρα, βούλεσθαι δὲ καὶ τὸν ἡμέτερον θεῖον, προσθείην δ' ἂν καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν, ταῦτα ἐνθυμηθεὶς, μὴ φροντίσῃς, ὅ, τι πρὸς ἡμᾶς ἐρεῖς, ἀλλ' ὅ, τι πράξας χαρεῖ.

tem. Relinquitur itaque, te nostrûm tanquam non amantium, negligentiorem esse. Hoc vero, ubi de matre dixeris, de nobis etiam dicere fas fuerit. At, ô bone, qui facis, quae lubet, illa autem, quae sciens volensque missa facis, excusatione mollire studes, recogita quaeso juvenis mores probissimos, reverere *Quirini* preces, quas apud nos commoratus faciebat, vir, cujus conspectum vel Deus revereatur, reputa etiam, & me quendam quasi discipuli esse parentem, eademque & matrem tuam, & avunculum nostrum, imo, quod addiderim, civitatem integram cupere. Haec, inquam, expendens, non cogita, quid ad nos dicere velis, sed quae faciens nobis sis gratificaturus.

CCCLXIX. ΒΑΣΣΩι. (1)

Ἐγὼ τὸν σὸν υἱὸν παρόντα μὲν καὶ ἐφίλουν καὶ ὠφέλουν. εἰς ἀπόντα (2) δὲ τόγε ἕτερον ποιῶ, καὶ φιλῶν οὐ πέπαυμαι. Δοκεῖς δέ μοι καὶ σὺ λόγους εὑρὼν ἐν αὐτῷ χάριν εἰδέναι τῷ δεδωκότι. Τούτου σημεῖον ἀμοιβαὶ παρὰ σοῦ (3) φοιτῶσιν ἀνδρί γε ἐλευθέρῳ μεγάλαι. Καλῶ δὲ ἀμοιβὰς τὰ γράμματα. προσθεῖναι δὲ ταύταις ἔξεστί σοι, καὶ δοῦναι μὲν δῶρον (4), ὃ σοι μὲν ῥᾴδιον (5) οὐδὲν, ἐμοὶ δὲ μεῖζον οὐδέν. Οἶσθά που Κυρῖνον. ὃν οἱ λόγοι μὲν εἰς σοφιστοῦ θρόνον ἐκάθιζον (6), ἡ τύχη δὲ εἰς ἀρχόντων ἤγαγεν. ἐκεῖνον λέγω τὸν Φιλίππῳ παρεδρεύοντα, (7) τὸν Λυκίαν θεραπεύσαντα (8), τὸν Παμφυλίαν σεσωκότα, τὸν κυβερνήσαντα Κύπρον. Τούτῳ παῖς ἐστιν Ὀνωράτος, ὃν εἰ καὶ ἐμὸν θείης, οὐκ ἀδικήσεις. Οὗτος ὁ νέος ἐγγέγραπται (9) μὲν τῷ σῷ χορῷ. (10) ᾄδει τε νῦν ἐν τῷ ἡμετέρῳ. καὶ ἔσται δὴ βελτίων εἰς ἐκεῖνον ἀπὸ τῶν ἐν τούτῳ μελῶν. Ἥξει δὲ οἶμαι τότε, ὅταν γράφειν μὲν ὀξύτατος ᾖ, λέγειν δὲ ἀγαθὸς, νεότης δὲ τοὺς γονεῖς μὴ φοβῇ. Ἄπεστι μὲν οὖν οὐ μόνος, μόνος δὲ ἴσως ὑπὸ καλῆς οὕτως (11) αἰτίας. ἣν αἰδεσθεὶς τίμησον ἐν τῷ καταλόγῳ τὸν νέον, χώραν δοὺς, ἣ περὶ πολλῶν αὐτὸν ἀποδείξει. Καί σοι παρ' ἡμῶν ἀντὶ τούτων, ὃ κεκτήμεθα μόνον, ὁμολογία τῆς χάριτος ἐν λόγοις μακροῖς.

BASSO.

Ego filium tuum praesentem & amavi & juvi: adversus absentem vero alterum facio, nec amare desino. Videris vero & tu, literas apud ipsum inveniens, mihi, illas olim instillanti, gratiam habere. In hujus rei argumentum munera a te adferuntur homini ingenuo magna. Praemia autem appello literas tuas. Illis vero addere aliquid, & tale mihi donum dare licuerit, quo nihil quidem tibi facilius, mihi autem nihil majus fuerit. Nosti *Quirinum*, quem dicendi facultas in Sophistae cathedram evexit, fortuna autem in imperantium ordinem transtulit. Illum, inquam, qui *Philippi* fuit adsessor, qui Lyciam administravit, Pamphyliam servavit, & Cyprum rexit. Huic filius est *Honoratus*, quem si & meum credideris, non erraveris. Hic adolescens tuo choro fuit adscriptus, jam vero in nostro canit, & ad illum quidem magis reddetur idoneus ex illis, quae apud nos sunt, modulationibus. Veniet vero, credo, tunc, ubi in scribendo exercitatissimus, dicendi vero peritissimus fuerit, nec praeterea adolescentia parentibus timorem injecerit. Abest igitur non solus, solus vero fortasse ob causam tam honestam. Eam probe reputans rationem juvenis habe in indice tuo, eum illi locum adsignans, qui eum aliis superiorem ostendat. Pro his id tibi a nobis veniet, quod unum possidemus, professio scilicet beneficii copiosis verbis edenda.

CCCLXX. ΜΟΔΕΣΤΩι. (1)

Ἆρ' ὅπερ (2) αὐτοὶ πεπόνθαμεν, τούτῳ καὶ αὐτὸς κατεσχέθης; ἡμεῖς ἑσπέρας προσιούσης (3), ὅτι δὴ βαδίζειν εἰώθειμεν (4) παρά σε, παρὰ μὲν τῶν ποδῶν ἀπαιτούμεθα τὴν ὁδὸν, ἰδεῖν δὲ οὐκ ἔχοντες ἀλγοῦμεν. Ἴσως δὴ καὶ αὐτῷ σοι ταυτὸ γίγνεται δύντος ἡλίου. Διδάσ-

MODESTO.

Num eo, quod nobis accidit, & ipse detentus es? Nos, nocte adventante, quo tempore te salutare consuevimus, a pedibus quidem viam repetimus, videre autem non valentes, dolemus. Fortasse & idem tibi, sole occidente, usu venit. Disco sane hoc tum ex

EP. CCCLXIX. (1) Latinam habes apud *Zambicarium* lib. III. ep. 256. ἀνεπίγραφος est in *Paris. Reg.* 3073. (2) Sic *Medic.* recte, *Reg. max.* εἰς ἀπόντα Cod. 3073. εἰς omittit. (3) σοὶ *Reg. max.* & *Voss.* (4) Omnem hanc phrasin *Medic.* ita conformat: ἔξεστί δέ σοι καὶ αὐτῷ δοῦναί μοι δῶρον, quam firmat etiam versio *Zambicarii*. Interim sequi malui *Reg. max.* & *Voss.* (5) ῥᾷον, *Medic.* (6) ἐκάθιζον abest a *Medic.* agnoscitur vero a *Zambicario*, & *Reg. max.* (7) παρεδρεύσαντα. *Medic.* quod rectius est ob eandem sequentium verborum formam. (8) Phrasin hanc unus habet *Reg. Paris.* 3073. & facile per cumulatas h. l. phrases similes excidere potuit. (9) ἐγγέγραπτο, *Medic.* Sed sic saltem scribendum fuerat ἐνεγέγραπτο. (10) De ordine militari accipio, sicut alterum illum de literario & musico. (11) οὕτως abest a *Reg. Paris.* 3073.

EP. CCCLXX. (1) Huic inscribitur in *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. *Anatolio* autem in *Medic.* B. C. (2) ἅπερ, *Medic.* C. (3) προσιούσης, *Medic.* A. i. e. *sera jam vespera.* (4) εἰώθαμεν, idem.

(5) Theo-

ex ceteris tuis moribus, tum ex criminationibus illis, quibus me, te comitantem, petebas. Dicebas scilicet, biduo te adflictum fuisse, consuetudine mea privatum. Accusatio illa melle mihi erat dulcior. Cum vero ego morbum causarer, qui caput vexat, diceremque, domi me desidere ista necessitate compulsum, alterum invenisti crimen, quod hoc tibi non significaverim. Ita scilicet, quae privati alias agunt adversus se invicem, tu imperans facis adversus subjectum. Scilicet dilectum ita scire diligere non minus, atque ita judicem agere, prout agis, ad demonstrandam virtutem valet. Ceterum labore Herculem, velocitate autem Perseum imitatus tu recte agis. Nos vero alas tuas obtestamur, ut te non solum ad Euphratem celeriter ducant, sed etiam ad Orontem, fluvium nostratem, velociter reducant.

δάκνομαι δὲ τοῦτο τῷ τε ἄλλῳ σου τρόπῳ, καὶ ταῖς αἰτίαις, αἷς με ἠτιῶ περιεπίμπρατέ σε. Ἔλεγες τοίνυν ἠδικῆσθαι δύ' ἡμέρας ἐκλιπόντος μου τὴν συνουσίαν. Καὶ ἦν ἡδίω μέλιτος (5) τὰ ἐγκλήματά μοι, κατηγοροῦντος δέ μου τοῦ νοσήματος, ὅ τὴν κεφαλὴν ὀχλεῖ, καὶ φάσκοντος οἴκοι μεῖναι διὰ τὴν ἐκεῖθεν ἀνάγκην, δευτέραν ἐξεῦρες αἰτίαν, τὸ μὴ τοῦτό σοι μηνῦσαι. Ταῦτα δὴ τὰ τῶν ἰδιωτῶν (6) πρὸς ἀλλήλους, ὁ ἄρχων πρὸς τὸν ἀρχόμενον. τὸ δὴ φιλούμενον οὕτως εἰδέναι φιλεῖν, τοῦ δικάζειν ὥσπερ δικάζεις, οὐ μεῖον εἰς ἀπόδειξιν ἀρετῆς. Ὅτι μὲν ἐν τῷ πόνῳ μὲν μιμῇ τὸν Ἡρακλέα, τῷ τάχει δὲ τὸν Περσέα, (7) καλῶς ποιεῖς. Ἀλλά σου δεόμεθα τῶν πτερῶν, μὴ μόνον ὑπὲρ τὸν Εὐφράτην σε ταχέως ἄγειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς Ὀρόντην (8), τὸν ἡμέτερον ποταμὸν, ἐπανάγειν ὀξέως.

THEMISTIO.

En, quod pridem machinatus es, nunc tibi perficitur! *Harpocrationis* linguam nobis surreptam nihil ea indigentibus dedisti, & nodum, Gordio illo solutu difficiliorem, solvisti, vel potius illius exemplo, qui solvere non poterat, scidisti. Quod si persuadendo consecutus esses, solvisse te dicerem, nunc, cum coëgeris, ajo te scidisse. Tu vero, credo, subrides, magnifice de viribus tuis sentiens, & omnia, quae volueris, rapis. Jupiter vero ille, praeses tuus, a quo ortus es, & ad quem abibis, cum illi terram & mare ad se trahere, eaque in sublimi suspensa relinquere in promtu esset, minatus quidem hoc est, sed non executus: tu autem sine catena illa, vel nutu manibus tenes, quicquid volueris. Dices quidem, te, urbem quippe tuam amantem, non facere injuriam. At hominem Aegyptium Thracicis ventis committens, quid facias, vide. Ceterum orationem ego tuam nactus, quantum legatione tua urbi profueris, exponentem, ac dein-

CCCLXXI. ΘΕΜΙΣΤΙΩι. (1)

Ἰδού σοι (2) τὸ πάλαι ῥαπτόμενον (3) ἐπὶ (4) τέλος ἥκει. Τὴν Ἁρποκρατίωνος (5) ἡμῖν ἀφελόμενος γλῶσσαν ἔδωκας τοῖς οὐδὲν δεομένοις, καὶ δεσμὸν χαλεπώτερον εἰς λύσιν τοῦ Γορδίου λέλυκας (6), μᾶλλον δὲ ἔτεμες κατ' ἐκεῖνον τὸν οὐ δυνηθέντα λῦσαι. Εἰ μέν γε (7) πείσας εἶχες, εἶπον ἂν σε λελυκέναι, νῦν δὲ, ἐβιάσω γὰρ, φημί σε τεμεῖν. Καὶ μειδιᾷς δὴ μέγα (8) φρονῶν ἐπὶ μεγάλῃ τῇ δυνάμει, καὶ πᾶν, ὅ, τι ἂν θέλοις (9), ἕλκεις. Ὁ Ζεὺς δὲ ἐκεῖνος, ὁ σὸς προστάτης, καὶ παρ' οὗ κατέβης, καὶ πρὸς ὃν ἄπει (10), προσέχειν ἂν γῆν καὶ θάλατταν ἀνασπάσαι, καὶ κρεμάσαντα ἀφεῖναι μετεώρους (11), ἠπείλησε μὲν, οὐκ ἔδρασε δέ. Σὺ δὲ ἄνευ σειρᾶς ἀπὸ νεύματος (12) ἐν χεροῖν ἔχεις, ὅ, τι ἂν δόξῃ. Τὴν μὲν οὖν σεαυτοῦ (13) φιλῶν φήσεις οὐκ ἀδικεῖν. Σῶμα δὲ Αἰγύπτιον (14) παραδιδοὺς Θρακίοις πνεύμασιν (15), ὅρα τί δράσεις. Λόγον (16) δέ σου λαβὼν,

(5) *Theocritus* Idyll. γ. in fine: ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόγχθοιο γένοιτο. *Homerus* Iliad. ά. 249. de Nestore: τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. (6) ἰδιῶται privatae sortis homines, civesque atque adeo subjectos inferunt. *Hesychius*: ἰδιῶται, πολῖται. *Aristophanes* Ranis v. 460. ξένοις & πολίταις opponit. Vide ibi *Ezech. Spanhemium*, & confer *Curas* meas in N. T. p. 659. sqq. (7) *Perseus*, si Poetarum fabulas audies, res magnas incredibili celeritate perfecit, quae causa est, cur Mercurii talaribus instructus fuisse dicatur. Vide inter ceteros *Apollodori* Bibliothecam lib. II. c. 4. (8) Orontes Coelesyriae fluvius est, qui praeter Antiochiam fluxit. Propterea *Libanius* ἡμέτερον appellat, quem alias Tom. II. Opp. p. 181. Enipeo & Nilo praefert.

EP. CCCLXXI. (1) Vide praestantissimi *Fabricii* nostri Biblioth. Graec. Vol. VIII. p. 52. & *Centuriam* meam epistolarum p. 9. ex *Barocc*. Verterat etiam & descripserat *Salvinus* ex *Medic.* B. (2) οὐ *Medic.* B. (3) Verbum hoc de molitionibus improbandis adhiberi solet. Sic *Themistocles*, si quidem ejus sit, ep. 3. καὶ ἐν μὲν ταῖς δημοσίοις συλλόγοις ὅπως κακόνερον ἐφ' ὑμῖν ῥάπτοιτο καὶ μηχανῷτο, κ. τ. λ. Auctor φράσεως videtur *Homerus* Iliad. σ. v. 367. ita canens: Οὐκ ὄφελον Τρώεσσι κοτεσσαμένη κακὰ ῥάψαι. Conf. *Erasmum* ad Adagium: *ne quid suo suat capiti*. De Latinis, id imitatis, lege *Taubmannum* ad Amphitruon. l. I. 211. (4) εἰς, *Medic.* B. (5) Vide nos supra ad ep. 367. (6) Proverbii hujus originem luculenter exposuit *Curtius* in limine libri III. ubi vide Interpretes. Compara *Plutarchum* in Vita Alexandri M. (7) Ita *Voss.* & *Reg. max.* εἰ μὲν γὰρ *Medic.* B. εἰ γὰρ *Barocc.* (8) μεγάλα *Voss. R. max.* & *Medic.* (9) ἐθέλῃς *Voss.* & *Reg. max.* ἐθέλοις, *Medic.* (10) καὶ προσάνει, *Medic.* male, ubi *Salvinus* malebat προσάνειε. Ceterum vide, an Libanius alludat ad *Joh.* XVI. 28. (11) Jupiter apud *Homerum* Iliad. θ'. v. 23.

> Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλοιμι ἐρύσσαι
> Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ' αὐτῇ τε θαλάσσῃ
> Σειρὴν μέν κεν ἔπειτα περὶ ῥίον Οὐλύμποιο
> Δησαίμην. τὰ δέ κ' αὖτε μετήορα πάντα γένοιτο.

(12) ἀπὸ νεύματος abest a *Medic.* (13) Scilicet γῆν, vel πατρίδα, vide *Lamb. Bos* de Ellipsi Gr. L. p. 23. vel πόλιν, quod malim. (14) *Harpocration* Rhetor fuerat Alexandrinus, CPolin nunc, annitente Themistio, translatus. (15) Ad Lyricum veterem alludit, quem *Horatius* imitatus est IV. 12. *Impellant animae lintea Thraciae.* (16) Vide Orat. III. Themistii ed. Harduini.

(17) ὅτι

λαβὼν, ὅς, ὅσα τῇ πρεσβείᾳ τὴν πόλιν ὤνησας, ἔδειξεν, εἶτα γνοὺς, ὡς μεταπέμποιο σοφιστὰς, μαθητὰς, ἔφην, ὁ καλὸς ζητεῖ Θεμίστιος. Τίς γὰρ ἔτι ῥήτωρ σοῦ τοιαῦτα δημιουργοῦντος; οὐχ οὕτως (17) ὁ Τηλέμαχος (18) ἐῴκει τῷ πατρὶ τὴν μορφὴν, ὡς σὺ τῷ Δημοσθένει τοὺς λόγους. οὓς πάλαι κεκτημένος ὀψέ ποτε ἐξήνεγκας. Τῇ τε οὖν ἄλλῃ δεῖ τὴν πρεσβείαν ἐπαινεῖν, καὶ ὅτι τούτοις ἔδωκεν ἀφορμὴν εἰς μέσον ἐλθεῖν. Ποίει δὴ πολλὰ τὰ καλὰ (19), καὶ πέμπε τοὺς λόγους, μὴ τοῖς ἄρχουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἷς ἄρχειν (20) μὲν οὐκ ἔστιν, ὦτα δὲ ἴσως.

deinde edoctus, quod accerseres sophistas, *Discipulos, dixi, elegans Themistius quaerit.* Quis enim amplius Rhetor erit, te talia effabricante? Telemachus certe Patris formam non tam exacte referebat, quam tu eloquentia tua *Demosthenem*, quam pridem in promtu habens nunc tandem publice demonstrasti. Legationem itaque tuam cum aliis nominibus laudare oportet, tum eo inprimis, quod eloquentiam tuam in lucem produxit. Perge itaque multa praeclara gerere, & mitte orationes tuas, non imperantibus solum, sed iis etiam, quibus imperium quidem, sed aures forte non desunt.

CCCLXII. ΙΟΥΛΙΑΝῼ. (1)

Διπλῆν ἀπήρησαι νίκην (2) τὴν μὲν ἐν ὅπλοις, τὴν δ' ἐν λόγοις. καὶ σοι (3) τρόπαιον ἕστηκε τὸ μὲν ἀπὸ τῶν βαρβάρων, τὸ δ' ἀπ' ἐμοῦ (4) τοῦ φίλου. τουτὶ δὲ τὸ τρόπαιον ἡδὺ τῷ κεκρατημένῳ (5). Πᾶσι γὰρ δὴ πατράσιν εὐχῆς μέρος παίδων (6) ἡττᾶσθαι, καὶ σὺ παρ' ἐμοῦ λαβὼν τὰς εἰς τὸ γράφειν ὁδοὺς, οἷς ἔλαβες τὸν δόντα παρήνεγκας. Περὶ δὲ τοῦ μέτρου (7) τῆς ἐπιστολῆς δεῖ δήπου με ἀπολογήσασθαι τῷ στρατηγῷ τὸν ῥήτορα, μᾶλλον δὲ τῷ (8) λέγειν οὐχ ἧττον ἢ μάχεσθαι μαθόντι (9). Ἐπειδή σε βασιλεὺς (10) ἐκάλεσεν εἰς κοινωνίαν ἀρχῆς, ᾠήθην δεῖν ἀφελεῖν τῆς παῤῥησίας, καὶ μὴ ποιεῖν ἃ πρὸ τοῦ πρὸς ἄνδρα τοσοῦτον γεγενημένον. Δεινὸν γὰρ, εἰ σκιαμαχοῦντες μὲν ἐν ταῖς τῶν λόγων (11) μελέταις εἰσόμεθα, πῶς Περικλεῖ καὶ Κίμωνι, καὶ Μιλτιάδῃ διαλεκτέον, ἐπὶ δὲ τῆς ἀληθείας (12) παροψόμεθα τὸν νόμον. Αὐτὸ γὰρ τοῦτο ὃ φὴς (13), ὡς αἱ τῶν στρατηγῶν ἐπιστολαὶ, βραχεῖαι διὰ τὸ πράττειν, ἔπεισέ με καὶ αὐτὸν (14) συστέλλειν τὰ γράμματα, εἰδότα, ὡς, ὅστις ὑπ' ἀσχολίας οὐκ ἔχει μακρὰ ἐπιστέλλειν, κἂν ὑπ' ἄλλου μακρὰ γράφοντος ἐνοχληθείη. Νῦν οὖν

JULIANO.

Duplicem reportasti victoriam, alteram quidem armis, alteram facultate dicendi: & tropaeum tibi alterum a barbaris, alterum a me, amico tuo, statutum est, quod ipsi etiam triumphato est jucundum. Omnibus enim Parentibus in votis est, a liberis superari, tuque, qui scribendi artem meis praeceptis debes, me, illorum auctorem, his ipsis vicisti. Nunc quidem brevitatis meae epistolae ratio Rhetori mihi, tibi Imperatori reddenda est, vel, potius illi, qui non minus dicendi, quam bella gerendi artem didicit. Postquam Imperator in societatem imperii te adsciverat, scribendi libertatem coërcendam nonnihil esse censui, neque idem, quod olim, apud virum, in tantam dignitatem evectum, licere mihi putavi. Nefas enim fuerit, in umbratilibus quidem exercitationibus dicendi scire, quomodo Periclem; Cimonem, & Miltiadem alloqui debeamus, leges vero has negligere, ubi res seria agitur. Idem enim, quod ipse ais, epistolas belli ducum ob negotiorum amplitudinem breves esse, adduxit me, ut literas breviores scriberem, non ignarum, quod, qui ob negotiorum curam fuse scribere prohibetur, idem etiam ab alio, diffuse scribente, interturbetur. Quando

(17) οὕτω sine ς *Medic.* ὅπως *Reg. max.* (18) Teste nempe *Homero* in Odyss. ά. v. 208. (19) Ita *Barocc.* malui olim legere καλά, atque id confirmant *Voss. Reg. max.* & *Medic.* (20) ἀρχή, *iidem*, quos modo appellavi.

EP. CCCLXXII. (1) Vide *Centuriam* meam epistolarum p. 110. ex *Barocc.* Eandem verterat *Salvinus* ex *Medic.* A. & *Boivinus* ex *Reg. max.* *Barocc.* nomini Ἰουλιανῷ addit Καίσαρι, *Medic.* B. autem τῷ Καισαρέᾳ. Initium hujus epistolae adfert *Ezech. Spanhemius* praefat. ad Opera Juliani p. 4. (2) Ita in ep. ad *Anatolium* noster ep. 394. 2: καὶ δύο νίκας ἡμῖν ὁ καλὸς Ἀνατόλιος ἀνῄρηται. (3) καί σοι, *Barocc.* ceteri, ut nos nunc. *Medic.* A. addit etiam μέν. (4) ἀπ' ἐμαυτοῦ φίλου. *Barocc.* (5) *Spanhemius* l. c. legit κεκτημένῳ, male. (6) Comparatio ab hoc loco minime aliena, cum Sophistae discipulos suos filiorum nomine appellare consueverint. Vide *Eunapium* in Juliano, & *Damascium* in vita Isidori apud Photium de Zenodoto; παιδικὰ τοῦ Πρόκλου καλεῖσθαι μόνος ἀξιωθείς. Noster quoque in his epistolis ita frequenter. Julianum vero in dicendi arte Libanii praeceptis usum esse, cum ex aliis, tum ex hoc loco manifestum est. (7) Julianus longas amabat epistolas, quod vel ex ejus ad Prohaeresium epistola II. p. 374. patet: ὑμῖν γὰρ πρέπει τοῖς σοφοῖς μακροὺς καὶ μεγάλους ποιεῖσθαι λόγους, ἡμῖν δὲ ἀρκεῖ πρὸς τὰ βραχέα αὐτοὺς ὑμᾶς. (8) τὸ λέγειν *Medic.* A. (9) Hanc militiae cum eloquentia & reliquis artibus conjunctionem cum alibi laudat Libanius, tum speciatim Orat. III. ad Julianum p. 183. Καὶ μόνος συνειληφὼς, ἃ τοὺς ἄλλους μεμερισμένα κοσμεῖ. καὶ ὤν ῥήτωρ, ὤν ὁπλίτης, ὤν δικαστὴς, ὤν σοφιστὴς, ὁ τελεστὴς, ὁ φιλόσοφος, ὁ μάντις δύναιτ' ἂν αὐτὸν αὐτοῦ θαυμάσαι. Καὶ γὰρ περιῆν τοῖς, οἷς περιῆν, καὶ λέγοιμι, οἷς λέγοις, ἐναλλάξ. (10) Est is Constantius, qui cum belli, in Galliis oborti, angustiis premeretur, quamvis Juliano alioquin minime omnium faveret, ab eo sibi timendum potius ratus, temporis tamen difficultatibus cessit, & in imperii societatem Julianum adscivit. Rem fuse & diligenter exponit *Ammianus* lib. XV. Haec causa, cur haec epistola in *Barocc.* *Caesaris* nomen referat. Hoc enim illis proprium erat, qui imperantibus in imperio erant successuri, sicut imperantes ipsi, Augusti, Imperatores, αὐτοκράτορες & βασιλεῖς audiebant. De hoc nominum discrimine lege *Ezech. Spanhemium* in Opere immortali de Usu & Praestantia Numismatum & ad Juliani Orationes p. 41. tum vero *Van der Muelen* in diss. de Ortu & Interitu Imperii Romani p. 198. sqq. (11) ἀγώνων *Voss.* & *Reg. max.* ceteri ut nos. De voce μελέτη Sophistis recepta alibi diximus. (12) ἀλήθεια hic opponitur declamationibus ejusmodi arte fictis, & ad exercitationem scholamque tantum aut delectandos auditores comparatis. (13) *Barocc.* ὃ φὴς, *Medic.* ὃ σὺ φὴς, *Voss.* & *Reg. max.* ὃ φὴς. Vide locum Juliani n. 6. modo allatum. (14) *Reg. max.* αὐτά.

(15) Ita

do vero longum me esse jubes, nunc quidem obsequar. Et primo quidem gratulor tibi, quod, arma tractans, dicendi studium non abjeceris, sed bella quidem geras, tanquam huic rei uni intentus, in literis autem verseris, tanquam a praeliis prorsus alienus. Deinde vero gratulor, quod effecisti, ut illum, qui imperii socium te esse voluit, consilii non poeniteret, sed eundem, & patruelem, & imperii consortem, & Dominum, & magistrum esse arbitratus, omnia, quae facis, ad laudem ejus comparas & hostibus cadentibus acclamas: quid de vobis erat futurum, si Imperator adesset? Atque ista quidem laudo, tum vero & illud, quod cum veste non etiam animum mutasti, nec, accedente potestate, memoriam amicorum amisisti. Multa, precor, fausta tibi eveniant, quod me, dotes tuas celebrantem, mendacem non fuisse demonstrasti, vel potius, quod mendacii me arguisti, qui nihil tam magnificum dixerim, quam tu praestitisti. Atque hi quidem mores vere tui sunt, & a nullo exemplo petiti. Cum enim reliqui una cum imperio divitiarum amorem recipiant, aliis illas consectari incipientibus, quas antea non desiderabant, aliis autem affectum hunc, antea impressum, amplificantibus; tu solus, in imperio constitutus, de patrimonio tuo amicis largitus es, aliis quidem domum, aliis mancipia, praedia aliis, aliis aurum: & privatus tu majoribus, quam nunc Rex, divitiis valebas. Neque vero amicorum numero me ipsum excludere existimes ideo, quod non sim inter eos, qui acceperunt. Caussam enim afferre possum, cur solus ego nihil acceperim. Tu urbes cum aliis abundare vis rebus, quibus felices evadant, tum inprimis dicendi efficacia, non ignarus, quod exstincta illa, barbaris similes reddamur. Verebaris igitur, ne opibus adfluens artem negligerem, & in paupertate me putabas detinendum, ut & ipse spartam meam retinerem. Ita me augurari praestat. Neque enim illud dixeris: *Amphiaraum aliquid & Capanea*, alterum vero illum *nullo loco numeroque esse*. Quod vero tu nihil nobis dederis, id quidem cura egregii publici effecit. Opibus itaque indigentes, verbis abun-

οὖν ἐπειδή με παρακαλεῖς εἰς μῆκος, ὑπακούσομαι. Καί σοι συγχαίρω πρῶτον μὲν, ὅτι τὰ ὅπλα ἔχων ἐν χεροῖν οὐκ ἐξέδυσας (15) τὴν περὶ λόγους σπουδὴν, ἀλλὰ μάχῃ μὲν ὡς οὐδὲν ἄλλο δρῶν, ζῇς δὲ ἐν βιβλίοις, ὡς ἀφεστηκὼς μάχης. Ἔπειθ᾽ ὅτι τῷ μεταδόντι τῆς ἀρχῆς οὐ παρέσχες μεταμέλον (16), ὅτι παρέδωκεν, ἀλλ᾽ ἡγούμενος (17) τὸν αὐτὸν ἀνεψιόν τε (18) εἶναί σοι καὶ συνάρχοντα (19), καὶ δεσπότην, καὶ διδάσκαλον, οἷς τε πράττεις ἐκεῖνον ἐπιφημίζεις, καὶ πρὸς τοὺς ἐναντίους (20) πίπτοντας λέγεις. τί δ᾽ ἂν ἐπάσχετε (21) βασιλέως φανέντος; Ταῦτα ἐπαινῶ, καὶ τὸ μὴ μετὰ τῆς ἐσθῆτος ἀμεῖψαι τὴν γνώμην, μηδ᾽ ὑπὸ τῆς ἐξουσίας ἐκβαλεῖν τὴν μνήμην τῶν φίλων. Καί σοι πολλὰ ἀγαθὰ γίνοιτο, ὅτι με τὸν ἐπαινοῦντα τὴν σὴν φύσιν οὐ ψεύστην ἀπέφηνας, μᾶλλον (22) δὲ, ὅτι ψεύστην ἀπέφηνας οὐδὲν εἰπόντα τοσοῦτον, ὁπόσον ἔδειξας. Ἐκεῖνό γε μὴν σὸν ἀληθῶς (23), καὶ ἐξ οὐδενὸς παραδείγματος ὁρμηθέν. Τῶν γὰρ ἄλλων ὁμοῦ τῇ βασιλείᾳ δεχομένων καὶ χρημάτων ἔρωτα, καὶ τῶν μὲν, εἰ καὶ μὴ πρότερον ἐπεθύμουν, ἀρχομένων ἐρᾷν, τῶν δ᾽ ἐπιτεινόντων προϋπάρχον τὸ πάθος, σὺ μόνος ἐν δυναστείᾳ καταστὰς τῶν πατρῴων (24) ἀπέστης τοῖς γνωρίμοις, τῷ μὲν οἰκίαν δοὺς, (25) τῷ δὲ ἀνδράποδα, γῆν ἑτέρῳ, χρυσίον ἄλλῳ, καὶ διεδείχθης ἰδιώτης μᾶλλον, ἢ βασιλεὺς εὔπορος (26). Καὶ μή με οἴου τῶν φίλων ἐξελαύνειν ἐμαυτὸν, ὅτι μὴ τῶν εἰληφότων εἷς καὶ αὐτός. Ἔχω γὰρ εἰπεῖν, ἀνθ᾽ ὅτου μόνος οὐκ ἔχω. Σὺ ταῖς πόλεσι τά τε ἄλλα βούλοι᾽ ἂν, δι᾽ ὧν εὐδαιμονοῦσι πόλεις, καὶ δὴ καὶ λόγων ἰσχὺν, εἰδὼς, ὅτι, τούτους ἂν σβέσῃ τις, εἰς ἴσον ἐρχόμεθα τοῖς βαρβάροις. Ἔδεισας οὖν, μὴ λαβόμενος εὐπορίας φύγω τὴν τέχνην, καὶ δεῖν ᾠήθης ἐν πενίᾳ με φυλάττειν, ὅπως (27) καὶ αὐτὸς φυλάττοιμι τὴν τάξιν. Οὕτω μοι μαντεύεσθαι βέλτιον. Οὐ γὰρ ἐκεῖνό γ᾽ ἂν εἴποις, ὡς ἄλφιτα μὲν Καπανεύς τε καὶ Ἀμφιάραος (28), ὁ δεῖνα δ᾽ οὔτ᾽ ἐν λόγῳ οὔτ᾽ ἐν ἀριθμῷ (29). Ἀλλ᾽ ἔστι τὸ μὴ δοῦναι κηδεμονίαν τῶν ὅλων (30). Τοιγαροῦν ἐν ἀπορίᾳ χρημά-

των

(15) Ita scripsi pro ἐξέλυσας, quod habet *Barocc. Voss.* & *Reg. max.* Ita *Plutarchus* phrasin hanc eodem sensu adhibet in *Pomp.* καὶ θηρία διαιτᾶν κυνηγοῦντα οὐκ ἐξέδυσε τὸ ἄγειν περὶ χαλινόν. *Medic* A. habet ἐξέβαλες. (16) vox rarius occurrens. Legitur tamen apud *Thucydidem* & alibi apud nostrum, teste *Phavorino* in Lexico. Μετάμελος ἄνθρωπος inquit, καὶ μετάμελος, ὁ μεταμέλεια. Λυθέντος οἱ μὲν παραχρῆμα μετάμελος ἐπῆλθεν αὐτῷ, κατέγνω τῶν πεπραγμένων. Lege *Thucydidem* VII. 55. p. 481. edit. Amstelodamensis recentissimae, ibique *Indicem*. (17) ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἀνεψιόν τε ἡγούμενος. (18) Erat enim filius è fratre Constantini M. Constantio. (19) Ita *Caesares*, qui erat *Julianus*, συμβασιλεύοντες & συνάρχοντες dicebantur, nonnunquam etiam βασιλέως nomen & βασιλείας possessio illis tribuebatur. Vide omnino *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Orationes p. 43. 44. & 290. ubi hoc Caesarum elogium ad verba Juliani, quibus se ait τῆς βασιλείας κοινωνὸς ἰδεῖν ex utraque antiquitate praeclare illustrat. (20) Legere olim malui ἐναντίους. Nunc nihil muto, cum in eadem lectione codices omnes consentiant. Sermo est de hostibus in praelio victis, quibus Julianus pejora ominabatur, si praesens foret Constantius. (21) ἐπάσχετε, *Barocc.* male, & invitis reliquis codd. (22) μᾶλλον δ. ὅ. ψ. ἀ. haec in *Reg. max.* margine leguntur ab eadem manu: in ipso vero contextu ceterorum codd. recte exstant, quibus adde *Ambros.* T. 5. & 73. (23) ἀληθῶς abest à *Medic.* A. (24) Ex his illustrari possunt ea, quae noster in Vita sua p. 42. commemorat de Juliano, qui Libanium se ipsum, ceteros vero opes suas amare dixerit: ἦσαν δὲ οὐδὲ, οἱ τῶν ἐν δυναμένοις, οὐκ οἰκίαν, οὐ γῆν, οὐκ ἀγρόν. Καὶ τὸ τοῦ Ἀριστοφάνους λόγος ἦν, ... ἐν ταῖς ἐκείνου εὑρέθη. (25) δοὺς *Voss.* & *Reg. max.* (26) Pro εὔπορος habet ἄπορος *Ambros.* T. 73. male. (27) ἵνα, *Medic.* A. (28) Proverbialis haec phrasis est, quam alibi legere non memini. Eam vero ita, ut hic vides, convertit *Boivinus*. Ego olim: *ad victum Capaneus & Amphiaraus. Salvinus* ita: *Farinam Capaneus & Amphiaraus. Capaneum* quidem alias veteres de amico fideli dixerunt, quia Capaneus in summis opibus frugaliter & parce vivens, amicorum erat studiosissimus. Ceterum in *Regio max.* post ὡς ἄλφιτα μὲν, στιγμὴ erat posita. (29) Hoc Apollinis in Aeginenses oraculum affert *Theocriti* Scholiastes: Ὑμεῖς δ᾽, ὦ Μεγαρεῖς, οὔτ᾽ ἐν λόγῳ, οὔτ᾽ ἐν ἀριθμῷ. Compara Erasmi Chiliadas p. 148. οὐ γὰρ ἐκεῖνο- ἐν ἀριθμῷ desunt in *Benzel.* A. (30) Ita *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. recte pro ἄλλων, quod habet *Barocc.* Publicae enim salutis caussa Julianus Libanio de opibus amplificandis non prospiciebat, ut hic tanto diligentius arti suae operam navaret.

τὸν πλουτοῦμεν (31) ῥημάτων. Τοῦτο δὲ τὸ σὸν, καὶ τὴν ἀρχὴν, ἣν ἄρχομεν, ἴσως οὐ καταισχύνομεν, ὥσπερ οὐδὲ (32) σὺ τὴν μεγάλην.

undamus. Hoc vero tuum est: nos autem eam, quam sustinemus, provinciam, forte non deturpamus, sicut nec tu illustrem illam tuam.

CCCLXXIII. ΠΑΥΛΩι.

Καὶ γὰρ ἦν εἰκὸς, ὦ φίλε Παῦλε, μὴ τὸν νόμον ἀνελεῖν, ὃν αὐτὸς ἔθηκεν ἐκεῖνος. Ἦν δὲ οὗτος ὁ νόμος, μεμνῆσθαι προστιθέναι τὸ (1) γράφειν. Οἷς δ' ἂν ἔλθῃ τι παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθὸν, οὐκ ἐκείνους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἱερεῦσιν εἰδέναι χάριν (2). Σὺ τοίνυν ἡμῖν ἐν ἱερεῦσι τεταγμένος μετέχεις ὧν ἐκείνοις εἰκός. Οὐ γὰρ (3) ἀγνοῶ τοῦθ', ὅτι ὥρμησας σπεύδοντα καὶ αὐτόν. (4) καὶ ὡς ὁ μὲν ὥρμητο γράφειν. σὺ δ' ἐπῄνεις τὴν ὁρμήν. Πιστεύω τοίνυν ἀμφοτέρους ἐμμένειν, οἷς πεποιήκατε, σὲ μὲν προτρέψειν, ἐκεῖνον δὲ, ἐπιστέλλειν.

PAULO.

Fas utique erat, *Paule* amicissime, non abrogare legem, quam ipse ille tulerat. Lex vero erat illa, meminisse, literae ut adjicerentur. Quibus enim boni quicquam a diis evenerit, non illis solum, sed & sacerdotibus gratiam eos habere oportere. Tu itaque inter sacerdotes constitutus ea accipis, quae illos fas est accipere. Neque enim ignoro, quod eum per se festinantem impulisti, quodque ille quidem ad scribendum fuerit promtus, tu autem impetum ejus adprobaveris. Credo itaque, utrumque vestrum in iis, quae fecistis, permansurum, ut tu quidem impellas, ille vero scribat.

CCCLXXIV. ΑΚΑΚΙΩι.

Πάνυ μοι φαίνῃ φιλόχρυσόν με νομίζειν, ὃς ἐκέλευες Ὀλυμπίῳ τὸ ὑπὲρ τῶν γάμων κομίζειν μοι στατῆρα γραμμάτων ἄνευ. Ὁ δὲ, ᾔδει γὰρ, τίς μὲν εἰς χρυσὸν ἐγὼ, τίς δ' εἰς γράμματα, μὴ δεχόμενος ἄμφω, καὶ τὸ χεῖρον ἀφῆκεν. ἔφερε μέντοι μοι παντὸς χρυσοῦ τιμιώτερον τὴν ὑπὲρ τοῦ γάμου διήγησιν. Ἡ δὲ ἦν τοιάδε τις. Ἔφασκέ σε τρέμειν μέλλοντα τὴν παῖδα (1) δείξειν. ἡδὺς ὁ τρόμος πατρί. καὶ ὃν ἐπελθεῖν εὔξατο. Φανεῖσαν τὴν κόρην ἐκπλῆξαι τοὺς θεατὰς, τῇ τε ἄλλῃ καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀμμάτων, ὥστ' εἶναι τοὺς λέγοντας. Ἀρτέμιδι ἰκέλη (2). Τοῦθ' ἥσθην ἀκούσας, ὅτι τῷ κάλλει τῆς ψυχῆς ἁμιλλᾶται τὸ σῶμα. καὶ ὁ μὲν ἡμῖν πατὴρ, πατὴρ τοιαύτης (3), ὁ δὲ μαθητὴς (4) ἡμῶν ἀνὴρ τοιαύτης. Μαθὼν δέ σε θορυβεῖσθαι τῇ περὶ τὰς τραπέζας φροντίδι, καὶ ταῖς ὑπὲρ ἰχθύων ἐπαγγελίαις, καὶ τὸν ἐπιπεσόντα χειμῶνα, καὶ ὡς ἐκ κυμάτων ἥρεις πλείους, ἢ παρὰ θαλάττης ἄλλος ἠρέμου, πῶς ἔχαιρον, οἴει, καὶ μετὰ πόσου τοῦ γέλωτος ἔλεγον, τῷ νυμφίῳ μὲν δεδόσθαι παρὰ τῆς μητρὸς γῆν (5) ἀτεχνῶς τὸ μέσον Κορίνθου καὶ Σικυῶνος (6) τῆς νύμφης δὲ ταύτην εὖ γενέσθαι μεγαλοψυχίᾳ σῇ (7). Παυσάσθω δὴ πενίας μεμνημένος Καλύκιος (8) ὁ Καλλίας (9), ἀμφο-

ACACIO.

Omnino auri me amantiorem habere videris, qui *Olympium* jusseris donum mihi nuptiale sine literis afferre. Ille vero, (norat enim, quomodo ego in aurum, & quomodo in literas sim adfectus) cum non utrumque acciperet, etiam alterum sequius dare omisit. Interim afferebat mihi narrationem de nuptiis, omni auro mihi chariorem. Haec vero ita erat comparata. Dicebat te timore fuisse perculsum, cum filiam in conspectum esses producturus. Jucundus Patri talis est timor, quemque sibi obvenire optaverat. Virginem autem conspectam in admirationem vertisse spectantes tum alias tum oculorum pulchritudine adeo, ut essent, qui dicerent: *Dianae est similis.* Gavisus ego sum, cum audirem, cum animi pulchritudine illam corporis certare, eumque, qui nobis instar patris est, illius talis patrem esse, discipulum vero nostrum illius maritum. Cumque intellexissem, turbatum te fuisse curis ad mensam adparandam spectantibus, piscium que exspectatione, praeterea vero audiissem tempestatem obortam, quodque ex procelloso mari plures, quam alius ex quieto & placido, acceperis, quantum me putas gavisum esse, & quanto cum risu dixisse, sponso quidem a matre datam esse terram, quae vere Corinthi & Sicyonis sit media; sponsae vero eam per tuam animi magnitudinem non esse factam? Desinat igitur de paupertate queri *Calycius*, Callias ille, utrinque terram

(31) In marg. *Voss.* εὐπορῶμεν, manu recente. (32) οὐδὲ male omittit *Reg. max.* quod ceteri habent, & praeter eos *Vatic.* 199.

EP. CCCLXXIII. (1) Legere mihi videbar τῷ, sed praetuli τό. Noster enim saepe alias literas urget, factis jungendas. (2) Compara *Matth.* VIII. 4. (3) καὶ *Reg. max.* γὰρ habent *Voss.* & *Vatic.* A. (4) *Homeri* phrasis *Iliad.* ϑ. v. 293.

EP. CCCLXXIV. (1) In *Reg. max.* & *Barocc.* 9. legitur τὸν παῖδα, quasi de filio *Acacii* noster loqueretur. At de filia potius sermo est, quae paulo post κόρη appellatur. Hanc scilicet *Acacius* nuptum dederat *Calycio*, Hieroclis filio. Vide infra ep. 383. ubi ad nomen *Hieroclis* Scholiastes Florentinus hunc ipsum *Calycii* patrem vocat. Habes emendationis meae fontem. τὴν παῖδα. *Benzel.* A. (2) Homerus Odyss. ρ. v. 37.

Ἀρτέμιδι ἰκέλη ἠὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ.

(3) Acacium vult, virginis patrem. (4) Calycium indicat suum discipulum, quod patet ex ep. 382. (5) Ita *Voss. Vatic.* & *Barocc.* γῆς *Reg. max.* male. (6) Proverbialiter de rebus magnis dicitur. Ita *Eustathius* ad Iliad. β'. versum adfert similem: εἴη μοι τὸ μέσον Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. Originem sententiae ex veteribus exponit *Erasmus* p. 731. (7) σοὶ. *Reg. max.* male. (8) Καλύκιος, *Reg. max.* *Hieroclis* filius, & filiae *Acacii* tunc maritus. (9) *Callias* ex amplo patrimonio laudatus a veteribus, quod tamen abligurierat. Vide *Perizonium* ad *Aeliani* Var. Hist. IV. 16.

(10) Ita

fum optimam nactus. Illi vero bini optimam elegerint copulam, & Dianam zonam solventem. Neque enim me latuerunt dolores matris filiae omnium, quas audivi, optimae. Quod enim partum inde est, noster est discipulus, alter ille quidem Hercules, & *Titiani* aemulus, qui recte quidem illuc venit, solemnium futurus particeps, recte vero etiam huc est rediturus, ut ea, quae antea, discat. Quandoquidem enim exiguo tempore magnus est factus, major, procedente illo, est futurus. Noli vero mirari, quod novi quid facio, discipulum quaerens. Nam & juvenis illius indoles nova & insolens est. Permoveatur itaque ille, nec *Calycius* cunctetur, juvenis patrem imitaturus, qui in foro judiciali multum aliquando poterit, si labores adhibeat, quorum finis est jucundissimus. Fas vero est, ut in artem hanc incumbat. Si enim, ubi processerit, praemia literarum est relaturus, hoc fine literas consectari necesse est. Si quid enim turpe sint, nunquam; sin vero praeclarum, semper sunt comparandae.

ἀμφοτέρωθεν ἔχων γῆν ἀρίστην. Τὼ δ' ἅμα καλὴν ἠρέσατο συζυγίαν (10) καὶ λυσίζωνον (11) Ἄρτεμιν. Οὐ γάρ με ἔλαθον ὠδῖνες μητρὸς ἀναμιχθείσης γάμῳ θυγατρὸς ἀρίστης (12), ὧν ἀκήκοα. Καὶ γὰρ τὸ τεχθὲν ἡμέτερος χορευτής. ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, Τιτιανοῦ (13) ζηλωτὴς, ὃς εἰκότως μὲν ἦλθεν ἐκεῖσε μεθέξων τῆς ἑορτῆς, εἰκότως δ' ἂν ἔλθοι δεῦρο ληψόμενος τὰ πρόσθεν. Καὶ γὰρ εἰ μέγας ἐν μικρῷ γεγένηται χρόνῳ, μείζων ἐν πλείονι φανεῖται. Μὴ θαυμάσῃς δὲ, εἰ καινόν τι ποιῶ, ζητῶν νέον. Καὶ γὰρ ἡ τοῦ νέου φύσις τῶν καινῶν. αὐτός τε οὖν κινείσθω, καὶ Καλύκιος (14) μὴ μελλέτω νανίσκος γε τὰ τοῦ πατρὸς μιμησόμενος, (15) ὃς ἴσχύ γε ἐν δικαστηρίοις κρατῶν, εἰ προσενέγκοι πόνους, ὧν τὸ πέρας ἡδονή. Δίκαιος δέ ἐστιν ἔχεσθαι τῆς τέχνης. καὶ γὰρ εἰ φθάσας ἔχοι (16) τῶν λόγων τὸ ἆθλον ἐπ' ἐκείνῳ γε θηρευέτω τοὺς λόγους. αἰσχρὸν (17) μὲν γὰρ ὄντας, οὐδεπώποτε κλητέον, καλὸν δὲ ὄντας, ἀεὶ κλητέον.

APELLIONI.

Tiberio huic magno quidem detrimento fuit inertia, majori vero adjumento id, quod tu Cilicibus imperas, qui non tam multa agentibus praesto es, quam iis, qui, quae justa sunt, eloquuntur. Mihi vero multis nominibus dignus studio est habendus. Neque enim *Philagrii* non meminisse fas est, qui hujus sororem duxit: hic vero ipse scholas nostras frequentavit, Rhetor futurus, si quis ipsi permisisset. At ante tempus, puto, fuit abstractus. Praeterea *Marcus*, consobrinus meus, & hic, sorores in matrimonio habent *Hesychii* filias. *Hesychii* autem filii sunt *Eutropius* & *Celsus*, quos maxime amo, & maxime mihi amicos habeo. Vide itaque, quam justis de causis curam me illius habere oporteat; neque habebis tu, quo te nobis excuses, si antiquum non obtineas, hoc vero est, nunquam esse negligentem. Ex illis autem, quae a te petet, juvenem optimum esse cognosces. Adeo nihil requiret, quod vel injustum sit, vel molestum.

CCCLXXV. ΑΠΕΛΛΙΩΝΙ. (1)

Τιβερίῳ τούτῳ μέγα μὲν ἐλάττωμα ἡ ἀπραγμοσύνη, βοήθεια δὲ μείζων, τό σε Κιλίκων ἄρχειν. ὃς οὐ τοῖς πολλὰ πράττουσι προσέχεις μᾶλλον, ἢ τοῖς, τί δίκαιον, (2) λέγουσιν. Ἐμοὶ δὲ πολλαχόθεν ἐστὶν ἄξιος σπουδῆς. Οὔτε γὰρ Φιλαγρίου (3) μὴ μεμνῆσθαι θεμιτὸν, ὃς ἀδελφῇ τουδὶ συνῴκει, αὐτὸς δὲ οὗτος ἐφοίτησεν ὡς (4) ἡμᾶς, καὶ ἦν ἂν ῥήτωρ, εἴ τις αὐτῷ (5) ἐπέτρεπεν. ἀλλ' οἶμαι προαφειλκύσθη (6). Ἔτι τοίνυν Μάρκος τε, οὑμὸς ἀνεψιὸς, καὶ οὗτος, ἀδελφὰς ἔχουσι γυναῖκας Ἡσυχίου θυγατέρας. Ἡσυχίου δὲ υἱεῖς Εὐτρόπιός τε καὶ Κέλσος, οὓς μάλιστα μὲν φιλῶ, μάλιστα δὲ φιλοῦντας ἔχω. Σκόπει τοίνυν, ὡς ἐμοί τε ἀνάγκη τουδὶ (7) φροντίζειν ἀπὸ τοσούτων δικαίων, σύ τε οὐχ ἕξεις, ὅ, τι πρὸς ἡμᾶς ἀπολογήσῃ μὴ τῷ σαυτοῦ τρόπῳ χρησάμενος. Οὗτος (8) ἐστὶ μηδαμοῦ ῥαθυμεῖν. Ἐξ αὐτῶν δὲ, ὧν σου δεήσεται, βέλτιστον (9) εὑρήσεις τὸν νανίσκον. Οὕτως οὐδὲν οἶδεν ἐπαγγέλλειν (10), οὔτ' ἄδικον, οὔτε βαρύ.

ACACIO.

Copiosam struxisti defensionem curae pro filia susceptae, nemine, credo, accusante. Olym-

CCCLXXVI. ΑΚΑΚΙΩ.

Μακρὰν ἀπολογίαν ἀπέτεινας ὑπὲρ τῆς περὶ τὴν παῖδα φροντίδος (1), οὐδενὸς οἶμαι διώκοντος. Ὁ γὰρ Ὀλύμ-

(10) Ita legit *Voss.* & *Reg. max.* at *Barocc.* ζυγίαν; non inconvenienter. Per eam vero intelligitur *Juno*, quam *pronubam* & *jugam* i. e. ζυγίαν appellari constat. (11) Hoc scilicet *Dianae* est cognomen, parturientibus propitiae. Vide Illustrem *Ezech. Spanhemium* ad *Aristophanis* Plutum v. 1154. (12) ἀρίστη, *Reg. max.* (13) *Acacii* filius, & Libanii itidem discipulus. (14) Καλύκιος, *Barocc.* (15) μιμησάμενος, *Reg. max.* (16) Sic scripsi cum *Reg. max.* ἔχει, *Barocc. Ambros.* T. 5. & *Vatic.* Δ. (17) αἰσχρὸν scilicet γε, quae phrasis nostro est frequens.

EP. CCCLXXV. (1) Ita *Reg. max.* & *Voss.* Ἀμπελίῳ in *Medic.* A. *Casanat.* & *Zambicarii* Lat. versione, quae tamen inter editas non exstat. Supra exhibui aliam *Ampelio* inscriptam, cujus initium est: Μέμνημαι τῶν λόγων, ep. 208. (2) τὸ δίκαιον, *Medic.* A. (3) Sic *Casanat. Voss.* & *Medic.* A. Φιλαγρίῳ, *Reg. max.* Mox μοι pro μὴ *Voss.* (4) Habes lectionem priorum duorum codicum, pro qua posteriores illi habent καὶ, male. (5) αὐτόν *Medic.* A. & *Casanat.* (6) Sic iidem, quos modo dixi, προαφειλκύσθη *Voss.* & *Reg. max.* (7) τοῦτον *Medic.* & *Casanat.* (8) Sic scribo cum iisdem, pro οὕτως, ceterorum, ut pronomen referatur ad τρόπῳ. (9) βέλτιον, *Casanatens.* (10) οἶδεν ἐπαγγέλλειν, *Casanat.*

EP. CCCLXXVI. (1) Compara cum his ep. 374.

(2) Φι-

λύμπιος οὐ κατήγορος ἦν, ἀλλ' ἄγγελος τοῦ τρόμου σὺν ἡδονῇ. Σὺ δὲ πολλοὺς μὲν τοιούτους φοβηθείης (2) φόβους, φοβηθείης δὲ κἀκεῖνον ὑπὲρ τῶν υἱέων καὶ τοῦ κηδεστοῦ. ὅν φὴς καί σοι δι' ἡμᾶς γεγονέναι πολλάκις μέλλοντας ἀγωνιεῖσθαι (3). Τὴν δὲ ὑπὲρ τοῦ θέρους βουλὴν, μεταβαλὼν, (4), ἐπαινῶ. Καλυκίῳ τε γὰρ οὐκ εἶχε καλῶς οὕτως ὀξέως ἐκπηδᾷν (5) τοῦ θαλάμου. Τιτιανῷ δὲ πλησίον ὁ διδάσκαλος αὐτὸς ὁ πατήρ. Σὺ μὲν οὖν ἔκρυψας τὴν αἰτίαν, ἐγὼ δὲ κηρύττω, τὴν σὴν ἐκείνην ἐκβαλὼν, ἥ φησι κίνδυνον ἂν γενέσθαι τῷ νέῳ, θέατρά τε καὶ πολυανθρωπίαν. ἄλλος μὲν γὰρ ἴσως τούτοις ἂν διεφθάρη. Τιτιανῷ δὲ κρείττων ἡ φύσις τῆς ἀπ' ἐκείνων βλάβης. ἀλλ' ἀγαθῇ (6) τύχῃ μενέτω, καὶ πληρούσθω λόγων ἀρχαίων (7) ἡγεμόνι τῷ γονεῖ (8) χρώμενος.

Olympius enim non erat accusator, sed tremoris cum voluptate nuncius. Tu vero multos ejusmodi, velim, timores sentias; sentias vero etiam pro filiis & genero eundem, quem tibi saepius obortum esse ais pro nobis, ad publicas recitationes prodituris. Consilium tuum de aestate, mutata nunc sententia, probo. *Calycium* enim tam propere thalamo nuptiali excedere non deceret. *Titiano* vero praesens est praeceptor Pater ipse. Tu quidem causam occultasti, ego vero praedico, rejecta tua illa altera, quae juveni theatra hominumque turbam periculi plena fore adserit. Alius fortasse istis quidem corrumperetur. *Titiano* vero praestantior est indoles, quam ut illa noxae esse possint. Interim felicibus auspiciis maneat, veterumque doctrina imbuatur, duce usus Parente.

CCCLXXVII. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΩι. (1)

Ἔμελλές ποτε καὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς (2) γεύεσθαι (3) πόνων, καὶ ὡς οὐ πάσῃ μηχανῇ τὸ ἄρχειν φυγών. Καὶ νῦν ζώνη, καὶ στρατιῶται καὶ ὄχλος περὶ (4) θύρας, καὶ ἀγρυπνίαι, καὶ φροντίδες, ἡ πολλὴ δὲ ἐκείνη ῥᾳστώνη, καὶ τὸ ἀργεῖν ἐκκεχώρηκε. Φοβοῦμαι δὲ οὐδὲν, μὴ τῶν μεγίστων πρῶτον ἁψάμενος ἰλιγγιάσῃς ἡμῖν. Ἡ γὰρ δὴ φύσις ἡ σὴ καὶ μελέτης χωρὶς ἐπίσταται κατορθοῦν, ὥστε σε πιστεύω ταχέως μὲν θαυμαστὸν ἐν τοῖς παροῦσι φανεῖσθαι, ταχέως δὲ περὶ ταῦτα ἀρετῇ πρός τι λαμπρότερον ἥξειν. ἐφ' ᾧ δὲ αὐτός τε μάλιστα ἤσθην, σύ τ' ἂν ὑπερφυῶς (5) εὐφραίνοιο, τοῦτό ἐστιν. Ὅσοι τὸν λόγον ἐδέξαντο τοῦ πράγματος, τοσοῦτοι καὶ ἡδονὴν (6) μετὰ τοῦ λόγου. Καὶ τῶν περὶ τοῦ σε φασκόντων φιλεῖν οὐδεὶς ἠλέγχθη φάσκων μὲν, ἥκιστα δὲ φιλῶν. Ἀλλὰ τὸ πάλαι τοῦτο, ἄξιος Ἀρισταίνετος, διὰ πάσης ἐχώρει τῆς πόλεως. Καὶ δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐθαυμάζετο μελίττης σοφώτερον (7) συνθεὶς τὸ τῆς ἀρχῆς κηρίον. Εἰ μὲν οὖν ἐξῆν μοι καὶ αὐτῷ παρά σε τρέχειν (8), ἐπετόμην ἄν. Νῦν δὲ, ᾧ βαδίζειν ὑπῆρχεν, ἥκει Διάνιος, ὁ σὸς μὲν συγγενὴς, ἐμὸς δὲ ἑταῖρος, πολλάκις μὲν ὑπό σου κεκλημένος πρότερον, νῦν δέ γε ὑπὸ τοῦ καιροῦ. Τὸ γάρ

ARISTAENETO.

Degustaturus aliquando & imperandi labores eras, tanquam qui non omni tua arte magistratum effugeris. Nunc itaque baltheus, & militares copiae, & turbae ad fores sunt, vigiliae item & curae: insignis vero illa vivendi facilitas & otium periit. Nihil autem vereor, ne maximis negotiis nunc primum admotus vertiginem patiaris. Ingenium enim tuum etiam sine molestia opera expedire potest negotia, ut credam, te brevi in praesenti officio admirationi fore, brevi vero, virtute tua hic probata, ad aliquod illustrius provectum iri. De quo vero & ego inprimis gavisus sum, & tu vel maxime laetaberis, illud est. Quicunque hujus rei nuncium acceperunt, iidem cum nuncio voluptatem senserunt. Nec quisquam eorum, qui te amare se antea professi sunt, talis visus est, qui diceret quidem, sed minime omnium amaret. Sed vetus illud: *dignus est Aristaenetus*, per totam urbem ferebatur. Ipse quoque Imperator admirationi erat, qui ape sapientius imperii favum conderet. Quod si igitur & mihi ad te excurrere liceret, advolarem. Nunc vero, cui proficisci licuit, venit *Dianius*, cognatus quidem tuus, mihi autem amicus, a te quidem saepe antea, nunc autem ab opportunitate vocatus. Quod enim Bithyniae tu praees, id hominem invitat, longo

(2) φοβηθείης, bis *Voss.* qui mox: ὃ φὴς καὶ σοὶ. (3) Verbum hoc de Rhetorum declamationibus saepe adhibetur. Vide *Philostratum* in Vitis Sophistarum l. 20. §. 2. p. 514. & *Cresollium* in Theatro p. 256. (4) Ita *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. ubi *Salvinus* legere malebat μὴ μεταβαλὼν, propter sequens verbum ἐπαινῶ. Sed mutatione non opus fuerit modo illud μεταβαλὼν ad Libanium referatur. Hic enim ep. 374. Titiani reditum urserat. Ad haec rescripserat *Acacius*, se eum domi per aestatem detenturum. Hoc itaque consilium probat nunc Libanius, olim aliter sentiens. Eadem phrasi infra utitur noster ep. 429. οὐδ' ὅτι σε μὴ μεταβαλὼν ἐπαινῶ (5) ἐκπηδᾶν Medic. A. (6) ἀγαθῇ τε Medic. A. (7) λόγων ἀρχαίων, *Voss.* (8) λόγῳ, *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. in quo postremo tamen ad oram a recentiore manu legitur γονεῖ, quod & *Vatic.* B. habet. Vox λόγῳ nata videtur ex antecedente λόγων. Patris vero, tanquam magistri, ante fit mentio.

EP. CCCLXXVII. (1) Vide *Richardi* epp. p. 16. sqq. ex *Lambecio*, Gr. & Lat. Latinam etiam habes apud *Zambicarium* lib. III. ep. 317. (2) ἐν ἀρχῇ *Vatic.* A. B. & *Medic.* A. ceteri, ut *Reg. max.* & *Voss.* ἐν ἀρχαῖς. (3) γεύεσθαι *Reg. max.* sed ita, ut ab eadem manu τὸ υ literae ε immineret. Reliqui habent γεύσασθαι una cum *Bodlejano*, & hoc rectius est. Magistratum, quo functus est Aristaenetus, *Ammianus* lib. XVII. c. 7. p. 167. his verbis indicat: *Inter quos* Aristaenetus *affectatam recens dioecesin curans vicaria potestate* (scil. *Nicomediae*) *quam* Constantius *ad honorem uxoris* Eusebiae *Pietatis cognominaverat*, &c. (4) ἐπὶ *Ambros.* T. 73. (5) Sic habet *Medic.* A. αὐτός τ' *Voss.* & *Reg. max.* utrumque deest apud *Richardum* & in *Bodlejano* quoque. (6) ἡδονὴν, *Casanat.* in contextu, sed idem in margine, quod hic legis. (7) Formula videtur proverbialis. *Zambicarius* nullo sensu ita: *& ipsum principem omnes admirati sunt, serius sapientiorem sibi conjungens, perinde atque regni fanum. Quod si & mihi & ei currendi ad ea facultas fuisset.* Atque in his verbis ibi tota epistola desinit. (8) προτρέχειν *Voss.* & *Reg. max.* ceteri ut nos.

(9) οἰ-

longo jam tempore a domo propter curiae metum & paupertatem absentem. Si enim commorantem hic invenissent, ipse vero publico munere fungi non potuisset, supererat hominem in vincula conjici. Tolerabilior igitur illi visa est peregrina tellus cum libertate, quam cum dedecore patria. Absentiam quidem a matre aegre ferebat, matrem tamen in hac spe metuque adspicere non sustinebat. Vita interim apud nos acta, & matrem, & te, & omnes nos ornavit, temperantiae & mansuetudini, &c, ut venerandum se omnibus praeberet, studens. Quodque omnium maximum est, nihil eorum, quae nobis debebat, negligens, odium sibi ab altera parte nullum conflavit. Propterea confidenter dixi, tui eum esse generis, nec prosapia sua deteriorem. Excipe igitur propinquum, qui multos sibi amicos moribus suis hic conciliavit: & delibera, quam viam insistere nostrum oporteat, utrum praestet domi manere, an ad nos reverti, an denique in magna urbe, victum ex causis agendis quaerendo, commorari.

ALCIMO.

Dimittimus ad vos *Dianium*, qui & nobis, quos hic est consectatus, decus attulit, & Bithynis vobis, ex quibus est oriundus. Tu vero, scio, conspiciens virum, illorum recordaberis temporum, quibus jucundiora ego nec ante, nec postea vidi, eorumque, quae hic a me acta sunt, nihil ignorabis. Neque enim aliis interfuit, ab aliis remotus: sed ea novit omnia, quae scire par est eum, qui eandem habitat domum, adeo, ut mater mea res meas non magis, quam ille, cognitas habeat. Quae igitur ad literas pertinentia audiveris, ea tibi forte non fuerint ingrata: corpus autem, exigua admodum tranquillitate fruens, saepissime infestatur. Et saepe in votis habui, ut ex vita abirem. Ad eam scilicet felicitatem perveni: bene enim me ominari par est. Ceterum *Dianio*, libertatis cupido, omni modo succurre. Juvare autem ipsum potes, non minus per tuos, quam per totam gentem. Haec vero tibi facultas est non ex eo, quod multa possides, sed, quod, cum possis possidere, nolis. Quomodo vero, cum liber sit, libertatem desiderat? In curia esse diviti quidem honorificum, pauperi autem servitutis instar esse existimat. Eas vero habet opes, quae ipsum quidem non cogunt abjecti quicquam facere, sumtus autem impendere non patiuntur. Veretur itaque ne peregri-

γάρ σε Βιθυνίας κρατεῖν κατάγει τὸν ἄνδρα, πολὺν δὴ χρόνον φυγόντα τὴν οἰκίαν (9), διὰ τὸ φοβεῖσθαι βουλὴν καὶ πενίαν. Εἰ γὰρ ἐλάβοντο ἐπιδημοῦντος, τοῦ δὲ ἐν δυνάμει λειτουργεῖν, λοιπὸν ἦν δεδέσθαι. Ἔδοξεν οὖν αὐτῷ μετριώτερον εἶναι γῆ ξένη μετ' ἐλευθερίας, ἢ πατρὶς μετ' ἀτιμίας. Καὶ τῷ μὲν ἀφεστάναι τῆς μητρὸς ἤλγει. τὴν μητέρα τε ἰδεῖν ἐπὶ τοιαύταις ἐλπίσιν ὤκνει. Τῷ μέντοι παρ' ἡμῖν βίῳ καὶ τὴν μητέρα καί σε, καὶ πάντας ἡμᾶς κεκόσμηκε, μετὰ σωφροσύνης τε καὶ πραότητος, καὶ τοῦ παρέχειν αὐτὸν αἰδέσιμον διάγων, καὶ τὸ μέγιστον, τῶν πρὸς ἡμᾶς δικαίων οὐδὲν διαφθείρας, οὐκ ἐπεσπάσατο μῖσος παρὰ τῆς ἑτέρας (10) μερίδος. Τοιγαροῦν θαρρῶν ἔλεγον, ὡς κοινωνεῖ σοι (11) τοῦ γένους, καὶ οὐκ ἐδόκει χείρων (12) εἶναι τοῦ αἵματος. Δέχου δὴ τὸν οἰκεῖον, πολλοὺς τῇδε διὰ τὸν τρόπον κτησάμενον φίλους. καὶ βούλευσαι περὶ τοῦ τίνα χρὴ (13) τοῦτον (14) ὁδὸν ἐλθεῖν, εἴτ' οἴκοι μένειν, εἴθ' ὡς ἡμᾶς ἀναστρέφειν, εἴτε ζῆν ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει, ποιούμενον (15) τὸν βίον ἀπὸ τῶν δικῶν.

CCCLXXVIII. ΑΛΚΙΜΩι. (1)

Ἀποπέμπομεν ὑμῖν Διάνιον, (2) ἡμῖν τε (3), οἷς ἠκολούθησε τῇδε, δόξαν περιθέντα καὶ ὑμῖν τοῖς Βιθυνοῖς, ἐξ ὧν ἔφυ. Σὺ δὲ, οἶδα ὅτι τὸν ἄνδρα ἰδὼν χρόνον τε ἐκεῖνον εἰς μνήμην ἥξεις. ὃν οὔτε πρότερον, οὔθ' ὕστερον ἥδιον εἶδον ἐγὼ, καὶ τῶν ἐνταῦθά μοι πεπραγμένων ἀγνοήσεις οὐδέν. Οὐ γὰρ τοῖς μὲν παρεγένετο, τῶν δὲ ἀπελείφθη. ἀλλὰ (4) τοσαῦτα ἔγνω, ὅσα εἰκὸς τὸν τὴν αὐτὴν οἰκοῦντα οἰκίαν. ὥστ' εἰ πλείω τῶν ἐμῶν ἡ μήτηρ οἶδεν, ἢ οὗτος. Τὰ μὲν οὖν περὶ τοὺς λόγους ἀκούων ἴσως οὐκ ἀνιάσῃ. τὸ σῶμα δέ μοι μικρᾶς πάνυ τυχὸν εἰρήνης τὰ πολλὰ πολεμεῖται. καὶ πολλάκις γε ἐγγενόμην (5) ἐκείνων τῶν εὐχῶν ἀπελθεῖν. Ἐγὼ μὲν οὖν εἰς τοῦτο εὐδαιμονίας ἥκω. δεῖ γὰρ εὐφήμως εἰπεῖν. Διανίῳ δὲ ἐλευθερίας ἐπιθυμοῦντι βοήθησον πάσῃ τέχνῃ. δύνασαι δὲ εὖ ποιεῖν, ὅσον περ ἐν τοῖς σαυτοῦ (6), τοσοῦτον ἐν τῷ ἔθνει. ἡ δέ σοι δύναμις οὐκ ἀπὸ τοῦ πολλὰ κεκτῆσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ παρὸν κτήσασθαι μὴ βουληθῆναι. Πῶς οὖν ἐλεύθερος ὢν ἐλευθερίας ἐπιθυμεῖ; τὸ βουλεύειν πλουσίῳ μὲν ἡγεῖται καλὸν, πένητι δὲ δουλείαν. Ἔστι δὲ αὐτῷ τοσαῦτα, ὅσα αὐτὸν ταπεινὸν μὲν οὐδὲν ἀναγκάζει ποιεῖν, χορηγεῖν (7) δὲ οὐκ ἐᾷ. Φοβεῖται οὖν, μὴ ζητήσῃ τὴν ξένην οἴκαδε ἐπανιών. Τοῦ δὲ μὴ τοῦτο γενέ-

(9) οἰκίαν, scilicet γῆν, *patriam*: *Medic. A.* (10) ἑκατέρας *Voss.* & *Reg. max.* reliquis nostrum illud exhibentibus. Libanius enim *Dianii* in se favorem opponit aliorum simultati vel invidiae. (11) κοινωνεῖς *Bodiejan.* & *Richard.* ex *Lambecio*, qui tamen testatur in Cod. *Caesareo Vindobon.* nostrum illud legi, quod & reliqui recte habent. (12) χεῖρον, *Richard.* male, & invitis codd. aliis. (13) δεῖ *Ambros.* T. 73. (14) τὸ νῦν, *Vatic.* A. (15) πολὺν ποιούμενον *Vatic.* A. unus.

EP. CCCLXXVIII. (1) Sic *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. Κωνάτῳ, *Mutinens.* C. *Alenio*, apud *Zambicarium* lib. III. ep. 312. ubi tamen in Cod. MS. ejusdem versionis, legitur *Alcynio*. (2) τὸν Διάνιον, *Casanat.* Διάνιον, *Mutin.* C. male. (3) ὑμῖν τε sicut ante ὑμῖν, male. *Medic.* A. (4) *Medic.* A. & *Casanat.* quod praestat illi *Reg. max.* & *Voss.* ἀλλ' οὐ, qui non rectius mox: ἔγνω. (5) ἐγγενόμην *Voss.* sed ita ut alia manus τοῦ, superscripserit ο. (6) Hoc ex *Medic.* & *Casanat.* praetuli illi, ἐν τῷ, quod habent *Voss.* & *Reg. max.* (7) Verbum hoc de iis sumtibus speciatim adhibetur, qui ludis publice edendis impenduntur. Hoc vero illis, qui muneribus publicis fungebantur, solemne ad auram popularem captandam fuisse, ex variis nostri epistolis apparet.

(8) Vide

γενέσθαι μελήσει μὲν Ἀρισταινέτῳ (8), μελέτω δὲ καὶ (9) σοι. Τυχόντος μὲν τῆς ἀδείας, ἡμεῖς ὑμᾶς ἐπαινεσόμεθα. μὴ τυχόντα (10) δὲ, ὅπως ἡμῖν ἀποστελεῖτε, (11) φροντίζετε (12).

grinam quaerat terram domum revertens. Ne vero hoc fiat, *Aristaenetus* curabit, tu vero itidem curato. Si rebus ejus commode prospiciatur, laudabimus vos: sin minus, facietis, ut eundem nobis remittatis.

CCCLXXIX. ΘΕΜΙΣΤΙΩι. (1)

Διανίῳ μήτηρ τέ ἐστι καὶ πατρὶς, ἣν οἶσθα. Τῇ μὲν οὖν μητρὶ καλούσῃ μὴ πείθεσθαι οὐκ εἶχεν. ἡ πατρὶς δὲ ἡδὺ μὲν αὐτῷ, διότι πατρίς. φοβερὸν δὲ, διὰ τὸ προσδέχεσθαι λειτουργιῶν ἀνάγκας ἐν πενίᾳ. Ἐπεὶ οὖν τῇ τε μητρὶ δεῖ χαρίσασθαι, καὶ αὐτὸν μὴ κακῶς παθεῖν, ἔδοξέ μοι δεῖν, ὡς σε πρῶτον τὸν ἄνδρα ἐλθεῖν. Εἶτ' ἐκεῖθεν τὴν τῆς Ἀθηνᾶς (2) προσλαβόντα ῥοπὴν οὕτως ἤδη πανταχῇ χωρεῖν. Μετὰ γὰρ δὴ ταύτης τῆς θεοῦ καὶ τὴν Στύγα ἂν διαφύγοι (3). Δίκαιος δ' ἂν εἴης, χεῖρα ὀρέξαι. πρῶτον μὲν, ὅτι πλεῖστα ἀνθρώπων δεομένοις ἐβοήθησας, οἷς οὐδὲν ἦν πρὸς σε δίκαιον, πλὴν αὐτοῦ τοῦ δεῖσθαι. ἔπειθ' ὅτι τοὺς ἡμετέρους ὁμιλητὰς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν σοι, μὴ οὐ καὶ σοὺς εἶναι. τρίτον, εἰ δὲ βούλει, πρῶτον, Ἀρισταινέτου συγγενὴς οὗτος· οὐκ αἰσχύνων τὸ γένος, αἰδέσιμος δὲ σὺ μὲν ἐκείνῳ, σοὶ δὲ ἐκεῖνος. ᾧ χαριζόμενος ἐκ τοῦ φιλεῖν ἐμὲ χάρισαι καὶ τῇ περὶ τοῦτον εὐνοίᾳ. Ἄνευ δὲ τῶν ἄλλων εὖ ποιεῖς ἄνδρα, παρ' ᾧ πολλοὺς τῶν σαυτοῦ λόγων εὑρήσεις, οὐκ ἐν πήρᾳ (4) γε τούτους, οὐδὲ ἐν βιβλίοις, ἀλλ' ἐν μνήμῃ καὶ τῇ ψυχῇ κειμένους, τούς τε ἄλλους, καὶ δι' ὧν ἔδειξας, ὅτι σὺ ἐγένου πρεσβευτής. Τὸν δὲ λόγον τοῦτον (5) Δομέτιος (6) μὲν ἡμῖν ὡς οὐκ εἰδόσιν ἐκόμιζεν, εὗρε δὲ εἰδότας οὐ χεῖρον ἢ ὁ πατήρ. Εἴποιμι δ' ἂν αὐτὸν καὶ ἐμαυτοῦ παῖδα, πολλαχόθεν (7) ἀδελφὸν (8) ὄντα τῶν ἐμῶν. Ἀληθῆ τε γὰρ ἐρῶ καὶ οὐκ ἀηδῆ Θεμιστίῳ.

THEMISTIO.

Dianio & mater est, & patria, quam nosti. Matri igitur vocanti non obtemperare non potuit. Patria vero ipsi dulcis est, quia patria: tristis autem, quia metum incutit, ne publico munere fungi cogatur in paupertate. Quoniam igitur & matri gratificari, & ipsum non adfligi fas est, consultum mihi visum est, ut ad te primum se conferret, deinde vero, Minervae ope adscita, ad alia quaecunque loca discederet. Cum illa enim dea vel Styga ipsam effugerit. Fas vero fuerit, manum ut illi porrigas. Primum quidem quod tu prae ceteris succurristi precantibus, quibus non aliud jus erat, quam illud ipsum, quod precarentur: deinde, quod amicos nostros non potes non & tuos vocare: tertium vero, vel si mavis, primum, quod *Aristaeneti* est cognatus, nec genti suae dedecori; ille vero te in pretio habet, sicut tu illum. Huic itaque gratificaturus ex tuo in me amore, gratificare etiam ista tua in hunc benevolentia. Praeter cetera vero illi viro beneficum te praestabis, apud quem multum eloquentiae tuae invenerīs, quae non quidem in facculo, neque in libris, sed in memoria & animo haeret, varii quidem generis, sed illius quoque, qua ostendisti, legationem te obiisse. Hanc enim orationem *Dometius* nobis, tanquam ignaris ejus, attulit, invenit autem non minus gnaros, quam ipsum auctorem. Eam & filiam meam dixerim, quae se passim mearum orationum sororem ostendat. Vera enim sic dixero, nec injucunda *Themistio*.

CCCLXXX. ΘΑΛΑΣΣΙΩι.

Ἐγὼ τοῖς σοῖς ἐγκαλῶ μὲν οὐδέν. χάριν δὲ οἶδα πολλήν. οὐ γὰρ μόνον ὧν ἐπαγγέλλομεν, τυγχάνομεν, ἀλλὰ κἂν διαλείπωμεν ἐπιτάττοντες, ἀδικεῖσθαί φασιν, ὅτι μηδὲν ὑπηρετοῦσι. Σὲ μέντοι καὶ οἱ σοὶ καὶ αὐτὸς αἰτιῶμαι, ὅτι δὴ τοῦ συνεῖναι καὶ τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς φίλοις προτέραν ἔθου δυνάμεώς τινος ἐλπίδα. καίτοι φασὶν οὐκ ἀργῶς σε τοῖς ἐκεῖ προσφέρεσθαι. Οὐδὲ γὰρ εἰς γέλωτα καὶ ῥᾳστώνην καὶ σκώμματα καὶ ὕπνον ἀναλίσκειν τὸν χρόνον, ἀλλὰ καὶ πονεῖν, καὶ νήφειν, καὶ ἐγρηγορέναι,

THALASSIO.

aeque ac peregrinis, qui, qualis hac in parte essem, nosse cupiebant. Orationum quidem non malarum me esse artificem omnes profitebantur: alterum vero illud explorabatur. Et nonnullis quidem hac ex parte non inferior, aliis vero etiam melior videbar; adeo, ut intra paucos dies discipulorum meorum numerus quinquaginta efficeret. Ne prandere quidem mihi vacabat, sed ad vesperam usque erat laborandum. Inter cetera mirabantur multi, quod ventri adeo moderari didicerim. Venit provinciae rector, & oratione excepi virum, brevi quidem illa, (hic enim puto salutantium mos est) sed quae & ipsi & ceteris probabatur. At noster ille aemulus (cum enim sic voco, ut ille se) dicturum se minatus est. Sed ostentatio erat haec promissio. Cum inter haec ego viderem paedagogos ex eo multum posse, quod venales haberent adolescentes, ordinemque in museis intercidisse, civibus meis suasor eram, ne illa neglectui haberent, sed indignarentur potius & coërcerent. Hinc non levis contra delinquentes orta est iracundia. At noster ille aemulus se illis patrocinaturum minabatur. Sed & hoc promissum ostentatio erat. Moritur *Zenobius*. Monodian ego a sepulchro reversus pronuncio, & paulo post longiore oratione magistrum laudo: visusque ille est non exiguam mercedem retulisse. Rivalis vero noster dicturum se promisit, si sibi pater moreretur. Hic vero adhuc est superstes. His ita gestis illi, qui graviter se impudentes fore statuerant (erant autem tres, splendidis coenis illecti) remissiores nonnihil fuerunt. Ego vero quiete indigebam. At patruo nihil videbatur sufficere. Inter hos, nihil mihi indulgentes, etiam *Quirinus* erat, filium apud nos habens, idemque tui adversus me, meique adversus te imitator. Declamationem igitur quandam ex fictitiis illis instituo. At illi exsultabant, quippe his innutriti: meque cum in media oratione essem, rogabant, ut pari arte contrariam caussam agerem. Scripsi itaque, & celerrime recitavi. Haec vero oratio superiori illi erat affinis, resque adversariorum mire turbabantur. Tum ille veritus, ne spoliaretur, prodit, tanquam defectiones cohibiturus. At illas ipse excitavit, quae, si tacuissent, non contigissent. In ipso enim exordio, ut permitterem sibi perorationem anticipare, postulavit. *Quirino* vero

(11) μετ' ουν *Medic.* A. (12) συνεκεχώρητο, *Richard.* male. (13) Sic *Richardus* & *Barocc.* καὶ ἐθαυμάζ. μετὰ, *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. (14) Deest καὶ apud *Richard.* quod ceteri habent. (15) στρατηγὸν *Richardus* male pro nomine proprio habuit, de *Strategio* forte cogitans, cujus frequens apud nostrum est mentio. Hoc loco indicat, vel urbis, vel provinciae rectorem. Vide quae de hac voce in *Curis* ad N. T. passim dixi. Adde *Ezech. Spanhemium* ad *Juliani* Orationes p. 76. & de Numismatibus Tom. I. p. 444. & *Tom.* II. p. 181. & 696. *Valesium* ad *Harpocrat.* hac voce, & ad *Eusebium* p. 46. & 148. itemque ad *Ammian. Marcellinum.* (16) Quae sequuntur, desunt usque ad finem epistolae in *Ambros.* T. 73. (17) Tales plures variisque in locis habuisse nostrum ex Vita ejus apparet. (18) *Declamationem* quoque vertere possis, & forte rectius. (19) Per μουσεῖα intelligo scholas inferiores, quas *classes* hodie appellamus, vel loca, in quibus privatim instituebantur tirones. (20) ἐπιδείξειν αὐτῶν, *Richard.* male, & invitis reliquis omnibus. (21) Monodiae ejusmodi plures in variorum obitum inter Libanii orationes exstant, inter quas haec in *Zenodotum* desideratur, sicut & altera illa oratio, de qua mox. De voce ipsa in superioribus diximus. (22) αὐτοῦ *Richard.* (23) Vertere etiam poteras: *docere inceperunt*, tanquam aemulaturi Libanium. Vide *Lamb. Bos* Observat. Miscellan. p. 78. (24) μιμούμενον, *Richard.* (25) De hac voce in superioribus. (26) ἀπῆλθον, *Richard.* ceteri nostrum illud habent rectius. Pro γράψας *Medic.* A. male ἐγγράψας. (27) ὑποστάσεις *Richard. Caesar.* & reliqui ἀποστάσεις, rectissime. Adversarius enim ille prohibere volebat, ne discipuli a se deficerent. Itaque nec cum *Holstenio* legeram ὑποσχέσεις. (28) Quae sequuntur usque ad, τοῦτο ἔδωκε, desunt in *Medic.* A.

(29) Haec

vero ipsum transilire haud patiente, ipse sibi hoc sumsit: & ab illo die sedet solus. Sacramenta vero, & necessitas quaevis, & vincula, & quaecunque adolescentes coercitura sperabantur, conculcari & diffluere coeperunt. Post haec literae adferuntur ab Imperatore, reverti me jubentes. Illis vero & capitis & renum dolor, me non posse, respondit. His ita dispositis, orationem *de bona indole* recito. Sermonis ea erat forma, quae tibi est in deliciis. Oratio haec alterum quoque diem poscebat, ejusque particeps erat *Clematius*. Quis fuerit super eo motus, meum non est dicere. Illud vero & meum erat dicere, & clamabatur, *Aristaenetum* & horum esse magistrum, & aliarum rerum, in quas laus cadere possit.

THEMISTOCLI.

Iterum apud vos est sapiens *Olympius*: iterum colloquia illa & dialogi, & sermones convivales, digni, qui in literas referantur. Adsunt Sophista de eloquentia, Grammaticus de Poetis, tu vero & *Themistius* de Philosophicis argumentis disserentes. *Olympius* inter omnes copiose & pure hic fluit, suaque verborum elegantia convivas a dapibus avocat, auscultationemque mensa ipsa jucundiorem efficit. Fortasse & mei eritis memores, fortasse etiam honorifice. Absentem enim laudabitis, & praesentes non offendetis.

THEMISTIO.

Renunciavit nobis *Clematius*, esse, qui more suo adversus te ferociant, nec verbis ullo modo parcant. Me vero haec illorum consuetudo non solata est magis, quam quod ab opere adeo indigno nolint desistere. Angebar itaque, neque gaudebam, quamvis extra teli jactum existens. Quod vero amico adesse non possem, etiam dolebam. Nunc tamen non multum a vobis abesse mihi videor, veniente ad vos optimo *Olympio*, qui & judicare optime, & sententiam libere ferre, & injuria adficientem vincere, & injuria adfectis opitulari didicit. Nostras vero res idem amplificavit, vobisque, quae praestiterit, edisseret.

PHILIPPO.

Qui magnum aliquod beneficium a Diis accepit, deinde autem exiguum se accepisse putat, in eos, qui id contulerunt, est injurius. Tu quidem Musarum magis es, quam ille, cui laurum

ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας κάθηται μόνος. ὅρκοι δὲ, καὶ ἀνάγκαι πᾶσαι, καὶ δεσμοὶ, καὶ ὅσα ἐπιστεύετο τηρήσειν τοὺς νέους, ἐπατεῖτο καὶ μετέρρει. Ἐπὶ τούτοις γράμματα βασιλέως ἀφικνεῖται κελεύοντά με ἀναστρέφειν. πρὸς ἃ ἀπεκρίνατο τότε τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν νεφρῶν νόσημα, ὡς οὐκ ἂν δυναίμην. Τοῦτο δὲ οὕτω θέμενος δείκνυμι λόγον περὶ εὐφυΐας. (29) τύπος δὲ τῆς διαλέξεως τὰ σὰ παιδικά. Καὶ δευτέρας ἐδέησεν ἡμέρας, ἧς ἐκοινώνει Κλημάτιος. τὴν μὲν οὖν ἐπ' αὐτῷ κίνησιν οὐκ ἐμὸν εἰπεῖν. Ἐκεῖνο δὲ ἐμὸν ἦν εἰπεῖν, καὶ ἐβοᾶτο, ὅτι τούτων μέν τοι διδάσκαλος Ἀρισταίνετος. καὶ δὴ καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἂν ἔπαινον δέχηται.

CCCCVIII. ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΙ. (1)

Πάλιν ὁ σοφὸς παρ' ὑμῖν Ὀλύμπιος. πάλιν ἐκεῖναι σύλλογοι καὶ διάλογοι (2), καὶ συμπόσια συγγραφῆς ἄξια. σοφιστὴς ὑπὲρ ῥητορικῆς τι λέγων. γραμματιστὴς (3) ὑπὲρ τῶν ποιητῶν. σὺ (4) καὶ Θεμίστιος ἐκ φιλοσοφίας. Ὀλύμπιος περὶ πάντων πολύς τε ῥέων (5) καὶ καθαρός. καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων ἀφέλκων τοὺς δαιτυμόνας τῆς θοίνης. καὶ ποιῶν ἡδίω τῆς τραπέζης τὴν ἀκρόασιν (6), ἐμοῦ δὲ ἴσως μεμνήσεσθε, καὶ τάχ' ἴσως ἐπ' ἀμείνοσιν. Ἀπόντα γὰρ ἐπαινέσεσθε, καὶ τοὺς παρόντας οὐκ ἀνιάσετε.

CCCCIX. ΘΕΜΙΣΤΙΩι.

Ἀπήγγειλεν ἡμῖν Κλημάτιος τοὺς εἰωθότας τι θρασύνεσθαί τινας κατά σου, καὶ μηδενὸς φείδεσθαι ῥήματος. ἐμὲ δὲ, οὐ τὸ τοῦ πράγματος εἰωθὸς παρεμυθεῖτο μᾶλλον, ἢ τὸ μηδὲ παύσασθαι ἐθέλειν πρᾶγμα οὕτως ἄδικον. Ἐθυμούμην οὖν, οὐδὲ ἔχαιρον ἔξω βελῶν ὤν. ἀλλ' ὅτι μὴ φίλῳ παρῆν, ἤλγουν. Ἡγοῦμαι μέντοι τανῦν, οὐ σφόδρα ὑμῶν ἀποστατεῖν, ἥκοντος ὑμῖν Ὀλυμπίου τοῦ καλοῦ, δικάσαι τε ἀγαθοῦ, καὶ ἐλευθέρως θέσθαι ψῆφον, καὶ νικῆσαι τὸν ἀδικοῦντα, καὶ μετὰ τῶν ὑβρισμένων γενέσθαι. τὰ δ' ἡμέτερα μεγάλα τε ἐποίησε, καὶ μηνύσει πρὸς ὑμᾶς, ἃ πεποίηκεν.

CCCCX. ΦΙΛΙΠΠΩι. (1)

Ὁ μέγα τι λαβὼν παρὰ θεῶν ἀγαθὸν, εἶτα μικρὸν εἰληφέναι νομίζων, ἀδικεῖ τοὺς δεδωκότας. Σὺ δὲ εἶ (2) ἐκ Μουσῶν μᾶλλον, ἢ ᾧ δάφνην ἔδοσαν. (3) ταύ-

τας

(29) Haec hodie non exstat.

EP. CCCCVIII. (1) Huic inscribitur in *Voss.* & *Reg. max.* ἀνεπίγραφος autem est in *Reg. Paris.* 3073. (2) σύλλογοι de sermonibus inter plures, διάλογοι, de illis inter binos habitis, dici videntur. (3) De discrimine inter γραμματικοὺς & γραμματιστὰς lege *Wowerium* de Polymathia cap. IV. p. 34. (4) σοὶ, *Reg. Paris.* 3073. (5) πολὺ ῥέων, *Voss.* vitiose. (6) ἀκρόασις alias declamationem quoque publicam infert. Vide *Cresollii* Theatrum lib. III. c. 4.

EP. CCCCX. (1) Vid. *Centuriam* meam p. 188. ex *Bodlejan.* *Celso* inscribitur in *Mutinens.* D. At *Philippo* in versione Latina *Zambicarii*, quae est inter ineditas. (2) εἶ addidi ex *Voss.* & *Reg. max.* (3) *Hesiodum* innuit. Hic enim in Θεογονίᾳ v. 29. ita de se:

> Ὣς ἔφασαν κοῦραι μεγάλου Διὸς ἀρτιέπειαι,
> Καί μοι σκῆπτρον ἔδον δάφνης ἐριθηλέος ὄζον
> Δρέψασθαι θηητόν.

τους δὲ σαυτὸν εἰς τοὺς οὐ μέγα λαβόντας. Ἀλλ' ἀντιφθέγγεταί σοι πᾶς ἀνὴρ καὶ πάντα ἔθνη, κἂν εἴπῃς, ποιητήν σέ τις ἀκήκοε (4). Μάχεται δὲ οὐδείς. Ἡμῖν δὲ ἀνταγωνισταὶ πλείονες, ἢ ὅσαι μυῖαι κατὰ σταθμὸν ποιμνήϊον ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ (5). Ὃν δὲ φημὶ σοφιστὴν ἀγνοεῖν προσποιῇ, πάλαι πρῶτον αὐτὸν ἐψηφισμένων (6) σοφιστῶν.

rum dederunt, & vel sic illis te annumeras, qui nihil magnum acceperunt. Contradicunt autem tibi homines singuli & gentes omnes, &, si loquaris, Poëtam te aliquis audiverit: nemo vero repugnat. Nobis autem adversarii sunt plures, quam muscae in stabulo pecuario verno tempore volitant. Quem vero Sophistam appello, eum ignorare te simulas, cum tamen jam pridem inter eos, qui Sophistae habentur, sit princeps.

CCCCXI. ΤΑΤΙΑΝῼ. (1)

Ἐπειδὴ πάλαι τῆς βοηθείας ἦρξω, καθ' ἣν ἐκομισάμην τὴν ἐμαυτοῦ (2), βραχὺς ἀρκέσει μοι λόγος. Πείθοντι μὲν γὰρ μακρῶν ἂν ἔδει. κινοῦντι δὲ τὸν πεπεισμένον, οὐδὲν ἂν δέοι πολλῶν. χεῖρα ὄρεξον, ὦ ἄριστε. τήρησον τὴν σαυτοῦ γνώμην. δὸς διὰ τέλους τὴν χάριν. μή με περιίδῃς ἀπωσμένον. Ἀτυχοῦντος θείου καὶ πενομένων ἀδελφῶν, καὶ μητρὸς ὑπὸ γήρως κειμένης. μηδὲ ἐμὲ μὲν ἑλκόμενον εἰς γῆν ξένην, ἐκείνοις δὲ πικρὰν τὴν πατρίδα γινομένην. ποιεῖ δέ σοι τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν λόγους εὐσχήμονας, τὰ ἐμὰ κακά. ἥτε γὰρ κεφαλή μοι κατείληπται νοσήματι, δι' ὃ πλεῖον οἴνου πίνω (3) φάρμακον, οἵ τε νεφροὶ τῇ κλίνῃ δεδώκασιν ἡμᾶς, ἃ δὲ ἥδιστον ποιεῖ τὸ ζῆν, τούτων ἀποκεκλείσμεθα. Μάρτυς δὲ ἡμῖν τῶν παθῶν ὁ παλαίσας τοῖς πάθεσιν Ὀλύμπιος. ὁ σός τε ἑταῖρος, καὶ Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος. οὗ δεδεήμεθα λαβέσθαι σου τῶν γονάτων καὶ ἐπιδακρῦσαι (4), καὶ μηδὲν ἱκετείας εἶδος ἀφεῖναι. Τούτοις σε παρακαλῶ. πρὸς δὲ ἄλλον οὐδὲν ἂν γράψαιμι τοιοῦτον, λογιζόμενος, ὡς ἐθελήσας μὲν ἀρκέσεις (5) καὶ μόνος, οὐ βουληθέντος δέ σου καὶ τἄλλα μάταια (6).

TATIANO.

Quoniam pridem opem mihi ferre adgressus es, per quam & patriam meam recuperavi, pauca mihi verba sufficient. Persuasuro enim mihi pluribus opus erat: at persuasum excitans non multis indiget. Manum mihi porrige, ò optime, pristinam mentem tuam tuere, & beneficium fac sit perpetuum: noli mihi dare repulsam: patruo infeliciter agente, fratribus cum paupertate luctantibus, matre denique prae senio decumbente. Ne desere me, inquam, in peregrinam terram pertrahendum, ex quo illis quidem patria amara redditur. Calamitates potius meae meam apud te causam decenter agant. Nam & caput meum morbo vexatur, ex quo medicina frequentius, quam vino, utor, renes autem lecto me adfigunt; quae denique vitam jucundissimam reddere possint, illis me video exclusum. Horum malorum testis mihi est *Olympius*, cum morbis his colluctatus, tibique non minus quam *Hippocrati*, & *Platoni* amicus. Eum precati sumus, ut prehensis genibus tuis illacrymaretur, & nullum supplicandi genus omitteret. Hisce te deprecor. Ad alium vero nihil hujusmodi unquam scripserim, existimans, te, si haec volueris, sufficere unum; si nolueris, inania omnia alia esse futura.

CCCCXII. ΚΑΛΛΙΟΠΙῼ. (1)

Τὰ μὲν ἄλλα ἡ πατρὶς ἡμῖν ἀμείνων τῆς ἀλλοτρίας, σὺ δὲ αὐτὴν οὐκ ἐᾷς πάντα εἶναι τῆς ἀλλοτρίας ἀμείνω. Γραμμάτων γὰρ ἃ παρὰ σοῦ πλεῖστα ἔπεμπες, ἐπειδὴ δεῦρ' ἥκομεν, ἐφθόνησας (2), δίκαιος ὢν νῦν (3) πέμπειν, εἰ καὶ πρότερον ἐτύγχανες σιγήσας, καὶ τὸ σχετλιώτερον, ἄλλοι μὲν εἶχον λαβόντες, καὶ ἐδείκνυσαν ἡμῖν. Ἐγὼ δὲ ἠναγκαζόμην τοῦ μὴ λαβεῖν αἰτίαν λέ-

CALLIOPIO.

Patria terra nobis alioquin praestat peregrina, quo minus autem per omnia ista sit melior, tu prohibes. Literas enim tuas, quas plurimas olim mittebas, ex quo huc venimus, invidisti, quem nunc scribere fas erat, si vel maxime antea tacuisses, praecipue cum, quod iniquius est, alii a te literas acceperint, nobisque ostenderint. Ego vero simul adigebar, ut causam dicerem, cur non acceperim, quam,

(4) Ita nunc haec accipio, atque adeo aliter, quam olim. Noster Philippum a carminis facultate laudaturus, tantam eam esse ait, ut se prodat, simulac loquatur. (5) Alluditur ad *Homerum* Iliad. β. v. 469.

Ἠΰτε μυιάων ἀδινάων ἔθνεα πολλὰ
Αἵ τε κατὰ σταθμὸν ποιμνήϊον ἠλάσκουσιν
Ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ·

Vide ibi *Eustathium*. (6) Ita *Bodlejan.* & *Reg max.* ἐψηφισμένος, *Voss.* ex emendatione recente. ἐψηφισμένον legi potest in *Ambros.* T. 75. & *Vatic.* B.

EP. CCCCXI. (1) Sic *Reg. max.* Δατιανῷ *Voss. Mutin.* A. *Medic.* A. & *Vatic.* A. B. Καλλιοπίῳ, *Medic.* B. (2) Subintelligo γῆν, vel πατρίδα, quarum vocum ellipsis est frequens. (3) Deest οἴνου in *Medic.* A. ab alia tamen manu in margine additum. (4) ἐπιδακρῦσαι, *Medic.* A. (5) ἀρκέσαις *idem.* (6) Sic scribo cum *Medic.* A. & B. quae & *Vatic.* B. habet in margine a manu recente. δέ γε τὰ ἄλλα *Reg. max.* δέ γε μάταια τὰ ἄλλα, *Voss.* ex emendatione.

EP. CCCCXII. (1) Vide *Centuriam* meam p. 272. ex *Bodlejano*. Μαξίμῳ inscribitur in *Medic.* B. at *Calliopio* in *Voss. Reg. max.* & *Bodlejano*. (2) ἐφθόνησεν, *Medic.* A. (3) νῦν, omittit idem.

(4) Allu-

quam, omnem licet lapidem movens, invenire non potui. Tibi enim maximam dicendi facultatem esse sciebam, mihi vero nullius in te admissi criminis eram conscius, nisi in eo forte aegre tibi fecerim, quod, solemnem orationem habiturus, honorificam nominis tui mentionem feci. Sed id quidem amicum ingenuum decebat. Fidem non habeo nunciantibus, te nos reprehendere, non, quod ab omni ego vitio immunis, sed quod tu cordatus es, atque adeo civium vitia tecturus potius, quam retecturus videris. Argumentum autem mei in te animi ex ipsa quoque tristitia cape, quae quod literas a te nullas accepi, mihi oborta est. Necesse enim est, ut amor tristitiam antecedat. Quis vero non amet linguam, quae maximis rebus enarrandis sufficiat? Imperator enim, id scias velim, urbes quidem victoriis suis tuetur, tu vero orationibus tuis tueris victorias. Itaque nec penitus literis sumus destituti. Epistola enim ad omnes scripta privatam nostram ignominiam solatur.

λέγειν, ὃν πάντα (4) κινῶν, εὑρεῖν (5) οὐκ εἶχον. Σύ τε γὰρ εὐπορίαν εἰς λόγους συνῄδειν, ἐμαυτῷ τε εἰς σε φαῦλον οὐδὲν, πλὴν εἰ τοῦτό (6) σε ἠδίκησεν, ὅτι μέλλων διεξιέναι λόγον ἐπεισέφρησα (7) τὸ σὸν ὄνομα σὺν εὐφημίᾳ. καὶ μὴν κἀκεῖνο φιλοῦντος καθαρῶς. Ἀπιστῶ τοῖς ἀγγέλλουσιν, ὡς ἄρα ἡμᾶς ψέγοις, οὐχ ὅτι ἡμεῖς οὐ κακοί, ἀλλ' ὅτι σὺ γενναῖος. καὶ πολιτῶν φαυλότητα κρύψαις ἂν μᾶλλον, ἢ διακαλύψαις. Ποιοῦ δὲ σημεῖον τῆς περί σε γνώμης, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ μὴ λαμβάνειν γράμματα λύπην. Ἔρωτα γὰρ ἀνάγκη τῆς λύπης ἡγεῖσθαι. Τίς δ' οὐκ ἂν ἐρασθείη γλώττης ἱκανῆς ἀρθῆναι πρὸς μέγεθος ἔργων; ὡς, εὖ ἴσθι, σώζει μὲν ὁ βασιλεὺς ταῖς νίκαις τὰς πόλεις, σώζεις δὲ σὺ τῷ λόγῳ τὰς νίκας, καὶ οὐ πάντη ἄρα τῶν (8) γραμμάτων ἀπεστερήμεθα. ἀλλ' ἡ πρὸς τὸ κοινὸν ἐπιστολὴ τὴν ἐν τοῖς ἰδίοις ἀτιμίαν παραμυθεῖται.

JOVIANO.

Sentis ne te tibi ipsi adversari, eidemque & bene & male eadem opera facere, nec parum odio habere, quem valde amare profiteris? Multas enim orationum mearum te scire, & memoria tenere, ac memoriter recitare, & sermonibus familiaribus ubique miscere, cupidis ingerere, invitis autem obtrudere, id quidem amantem fortean arguit. *Fortean* autem illud ideo dixi, quod poëmata non bona lucro cedant Poëtis, si occultentur. Ponam tamen, id omne amicum prodere. Quando vero me patria expellere conaris, quam multo labore recuperavi, molirisque omnia ut male mihi sit, eos vero, qui me dimiserunt, accusas, tanquam deceptos, gratiamque destruis, &, quod tibi jucundum est, curas, meum vero commodum evertis; haec, inquam, amantis nomen non patiuntur. Ac vereor sane, ne mores illa tuos suspectos reddant; quamvis *Clematius* in elogio, tibi collato, hoc studium tuum commemorarit, accusatorem potius se praestare, nesciens. Cumque ego ostenderem, illum iniqua

CCCCXIII. ΙΟΒΙΑΝῼ. (1).

Ἆρ' αἰσθάνῃ σαυτῷ μαχόμενος, καὶ τὸν αὐτὸν εὖ ποιῶν τε ὁμοῦ καὶ κακῶς, καὶ μισῶν οὐ μικρῶς, ὃν πάνυ φάσκεις φιλεῖν; τὸ μὲν γὰρ πολλούς τε εἰδέναι τῶν ἡμετέρων λόγων, καὶ μνήμῃ τηρεῖν, καὶ λέγειν ἀπὸ στόματος, καὶ ἐπεισάγειν παντὶ συλλόγῳ, καὶ βουλομένοις διηγεῖσθαι, καὶ μὴ βουλομένους ἐνοχλεῖν, ταῦτα (2) μὲν ἴσως φιλοῦντος. Τὸ δὲ ἴσως εἴρηταί μοι, διὰ τὸ τὰ μὴ καλὰ ποιήματα κέρδος εἶναι τοῖς ποιηταῖς εἰ κρύπτοιτο. Ἀλλ' ὅμως ἔστω τοῦτο φιλοῦντος. Ὅταν δέ με ἐκβάλλῃς τῆς πατρίδος (3), ἣν πολλοῖς ἀπείληφα (4) πόνοις, καὶ περιτείχεις, ὅπως ἐγώ τι (5) πάθοιμι, καὶ τοῖς ἀφηκόσιν ἐγκαλῇς ὡς ἐξηπατημένοις (6), καὶ λύῃς τὴν χάριν καὶ τὸ σαυτοῦ θεραπεύῃς ἡδὺ (7), καὶ τοὐμὸν (8) διαφθείρῃς συμφέρον. Ταῦτα δὲ οὐ δέχεται τὸ τοῦ φιλοῦντος πρόσρημα. καὶ δέδοικα δή, μή σοι διαβάλῃ τὸν τρόπον, καί τοι Κλημάτιος ἐν ἐπαίνῳ, τῷ περὶ σοῦ, ταύτην ἀπήγγειλε τὴν σπουδήν, κατήγορος δὲ ὢν οὐκ ἠπίστατο. δεικνύντος δέ μου ὅτι τὰ ἀδικήματα θαυμάζοι,

(4) Alludit ad proverbium illud: πάντα λίθον κινεῖν, *omnem lapidem movere*, i. e. omnem industriam adhibere, cui affine est alterum, πάντα κάλων σείειν, *omnem rudentem movere*. quo usus est *Euripides* Medea v. 278. & alias. Vide Schol. ad Aristophan. Equit. v. 753. ibique Casauboni & Kusteri notas. Eodem usus est *Apollonius* ep. VII. p. 387. πάντα φασὶ δεῖν τὸν ἔμπορον κάλων σείειν. ἐμοὶ δὲ εἶν οὐδ᾽ ἄλλον τρυπᾷν ἐν Θέμιδος εἴναι, ubi, quod obiter moneo, a *Godofr. Oleario*, τῷ μακαρίτῃ, neglectum, τὸ τρυπᾷν οὐδ᾽ ἄλλον itidem proverbiale, respondet Latino *terebrare salinum*, quo *Persius* usus est Satyra V. ad quam vide *Casaubonum*. (5) ἐμοῖν. *Benzel.* A. recte. *dicere non poteram*. (6) Ita *Bodlejan.* & *Ambros.* T. 5. τοῦτον, *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. (7) ἐπεισήνεγκα, *Reg. max.* (8) τῶν *Medic.* A.

EP. CCCCXIII. (1) Sic in *Reg. max.* & *Medic.* A. & C. at in *Medic.* B. Ἀιδεσίῳ. Ceterum in *Reg. max.* primi hujus epistolae versus usque ad verba: ἐπεισάγειν παντὶ in extrema pagina descripti & una cum nomine Ἰοβιανῷ inducti sunt: reliqua vero usque ad finem epistolae in eadem & sequente manu recente addita leguntur. In *Voss.* post verba: παντὶ συλλόγῳ haec legis: καὶ βουλομένοις τοῦτο ἔπαθον, καὶ ταῦτα πρὸς φίλον. ἀλλ' οἶμαι [illegible] τὸ ἔγκλημα, [illegible] τῶν οἰκοι γραμμάτων, εἰ γραμμάτων ἐρῶ, ἀπαλλάττομαι. Facile patet, haec ex alia epistola intempestive esse infarta, sicut & sequentia prorsus desunt. Haec epistola in *Vatic.* A. exstat pagina secunda illius folii versu antepenultimo. Versu penultimo vero incipit epistola 29. libri V. & sequuntur reliquae epistolae ejusdem libri, quarum ultima est 110. una cum quinque prioribus epistolis libri VI. Hae omnes desiderantur in codice *Vossiano*, ex quo sedecim folia exciderunt. Et tum demum sequitur epistola, quam hic habes, ad *Seleucum*, quae sexta est libri VI tum in *Voss.* tum in *Vatic.* A. Imo etiam in *Vatic.* B. omnes illae, quas dixi in *Voss.* deesse, leguntur, eadem plane serie, quamvis ibi epistolarum libri aliter sint divisi. (2) *Medic.* A. & *Vatic.* A. recte, pro παντὶ *Reg. max.* (3) τῆς ἀρχῆς *Benzel.* A. cum supra scripto τιμῆς. male. loquitur enim de patria sua. (4) Sic *Benzel.* A. recte. & *Medic.* A. *Reg. max.* ἐπείληφα. (5) τι addidi ex *Medic.* A. ὅπως ἐγὼ πάθοιμι. *Benzel.* A. (6) ἐξηπατημένοις *Reg. max.* (7) ἡδὺ, *Medic.* A. & *Vatic.* A. (8) Sic idem & *Vatic.* A. pro τὸ μὲν, quod est in *Reg. max.*

ζοι, κάλει, φησὶν, ὅ, τι ταῦτα ἐθέλεις, ὡς ἡμῖν γε ἀρέσκει καὶ πεπράξεται. Καί ἐμοὶ τοίνυν, ἔφην, ἐξέστω, μὴ νομίζειν ὑμᾶς (9) φίλους, μηδὲ εἰς ταυτὸν ἰέναι (10). Ταῦτα ἀκούσας ἔφη λήξειν. Παύσαι (11) δὴ καὶ σὺ τῆς φιλονεικίας, καὶ φρόνησον ἑλληνικόν τι. Πρέποι δ' ἂν ἥκοντος Ὀλυμπίου, τοῦ φέροντος ὑμῖν (12) ἐπὶ τῆς ψυχῆς πάντα ἑλληνικά (13).

niqua admirari, voca haec, inquit, quocunque nomine velis: quod interim nobis placet, id fiet. Mihi itaque, dixi, licuerit, amicos vos non esse, nec concordes, existimare. His auditis se desiturum esse dixit. Desiste itaque & tu ab acri illo studio, & statue, quod Graecos decet. Atque id quidem te decuerit, adveniente *Olympio*, qui nihil non Graecanicum animo impressum nobis adfert.

CCCCXIV. ΣΕΛΕΥΚΩι. (1)

Ὁμολογῶν ἀδικεῖν τῷ μὴ γράψαι σαυτὸν ἀφήρησας τὸ κατηγορεῖν ἔχειν (2). ἐγὼ γὰρ ἤδη γίνομαι τῶν ἀμυνομένων, οὐ τῶν ἠδικηκότων, εἴγε τὸ ἀμύνασθαι νόμῳ δέδοται, πρὸς δὲ (3) καὶ οὕτω σε κινήσειν ἔμελλον (4) εἰς (5) τὰ γράμματα, σιγήσας. Εἰ γὰρ (6) ἔγραφον οὐκ ἐπιστέλλοντι, σὺ μὲν ἐτρύφας ἂν, ἐγὼ δὲ, ὧν ἐπεθύμουν, ἠπόρουν. νῦν δέ σε τῷ μὴ γράψαι κακῶν, τῇ ἐμαυτοῦ σιγῇ τὴν σὴν ἔπαυσα. Βεβαρβαρῶσθαι (7) δὲ ὅταν λέγῃς, εἰρωνεύῃ σαφῶς, καὶ καταψεύδῃ τῆς Ἀθηνᾶς (8), ἣν δή σοι (9) παρεῖναι πείθομαι. Ὥσπερ οὖν τεττίγων οὐκ ἂν ἀνασχοίμην (10) λεγόντων, ὅτι ἄρα γένοιντο βάρβαροι, οὓς αὐτὸ τοῦτό γε τέττιγας ἐποίησε τὸ θαυμάσαι μουσικὴν (11), οὕτως οὐδὲ Σέλευκος (12) πείσει με, φάσκων, αὐτῷ χείρω γεγονέναι τὴν φωνήν. Σὺ γὰρ δὴ καὶ πονῶν εἰς λόγους, καὶ μὴ πονῶν, ἐπτέρωσαι τοῖς λόγοις. Δῶρον, οἶμαι, τοῦτο παρὰ τῆς φύσεως ἔχων, ῥεῖν (13) ἀεὶ, καὶ μετὰ κάλλους γε τοῦτο ποιεῖν. Μαρτύριον δὲ τὰ γράμματα αὐτὰ πάσῃ γεγραμμένα τέχνῃ.

SELEUCO.

Peccasse te, quod non scripseris, confessus, te ipsum jure me accusandi privasti. Inter eos enim ego jam sum qui injuriam propulsant, non, qui faciunt, cum prius illud per leges liceat. Praeterea vero silentio meo ad scribendum te permovere volebam. Si enim ad te, non scribentem, scripsissem, tu quidem genio indulsisses, ego vero illis, quae cupiebam, vel sic caruissem. Nunc vero, intermissa literarum scriptione, te offendens meo silentio finem tuo feci. Quando barbarum te factum esse ais, manifeste jocaris, & Minervam dissimulas, quam fane adesse tibi persuasissimum habeo. Sicut igitur cicadas non ferrem, dicentes, se factas esse barbaras, quas Musicae admiratio cicadas fecit; ita nec *Seleucus* mihi persuaserit, professus, vocem sibi factam esse deteriorem. Tu enim, sive cum labore, sive sine eo, dicas, eloquentiae alis instructus ferris. Quod quidem donum a natura, puto, habes, ex tempore dicere semper & quidem eleganter. Testimonium rei praebent ipsae tuae literae, omni arte conscriptae.

CCCCXV. ΜΗΤΕΡΙΩι.

Ἐγὼ τοῦ φιλεῖν μέν σε, καὶ προσέτι γε θαυμάζειν οὔτε ἐπαυσάμην, οὔτε ἂν παυσαίμην. Ἐγένετο δέ τις ὄκνος μοι τάχ' ἴσως οὐκ ἄλογος, δι' ὃν ᾤμην γράφων ἐνοχλήσειν, ὅθεν οὐκ ἠξίουν γράφειν. Κληματίου δὲ ἐξελθόντος αὐτῷ τῷ φιλεῖν καὶ τὸ γράφειν προστίθημι, μεμνημένος μὲν τῆς ὑμετέρας, μεμνημένος δέ σου καὶ

METERIO.

Equidem amare te, imo & admirari nunquam desii, nec desiturus sum unquam. Interim incessit me torpor quidam forte non ineptus, qui molestus tibi scribendo futurus videbar, ut scribere proinde non auderem. *Clematis* vero hinc proficiscente, amori in te meo literas quoque addo, memor scilicet & urbis vestrae, memor vero & tui & morum tuorum, &

(9) Ita *Medic.* A. & *Vatic.* A. pro ἡμᾶς *Regii max.* (10) Hoc malui, cum eodem *Medic.* & *Vatic.* A. (11) ἄγε *Vatic.* A. (12) Sic *Medic.* A. & *Vatic.* B. ἡμῖν, male *Reg. max.* (13) ἑλλήνων καλά, *Vatic.* A. & B.

EP. CCCCXIV. (1) Vid. *Centuriam* meam p. 32. ex *Bodlejan.* *Seleuco* inscribitur in versione Latina *Zambicarii*, quae tamen non est inter editas, in plerisque codd. *Voss. Bodlej. Ambros. Medic.* A. & *Mutin.* A. at in *Reg. max.* Δωροθέῳ, & in *Reg. Paris.* 3280. Ἰαμβλίχῳ. (2) *Reg. max.* τῆς κατηγορίας ἔχειν. *Medic.* A. κατήγορον ἔχειν. Nostrum praeter *Bodlejan.* habet cod. 3280. rectius. (3) πρός δε, *Reg. max.* Illud πρὸς, absolute positum, significat *insuper, praeterea*, subintellecta voce τούτοις. quod recte monet *Lamb. Bos* de Ellipsi Gr. Linguae p. 131. Sic *Xenophon* Cyropaed. II. 9. πρὸς δὲ τούτοις. (4) ἔμελλον, *in animo habebam.* Vide *Stolbergium* ad Sophoclis Ajacem p. 206. (5) ὡς *Medic.* A. (6) δὲ pro γὰρ, *Reg. max.* & *Medic.* (7) Verbo hoc eodem sensu usus est *Euripides* in Orestra. vs. 485: βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις, ad quae verba allusisse mihi videtur Apollonius ep. 34. ἐβαρβαρώθην οὐ χρόνιος ὢν ἀφ' Ἑλλάδος, ἀλλὰ χρόνιος ὢν ἐν Ἑλλάδι. (8) *Bodlejanus* quidem legit ἀληθείας, male, & repugnantibus reliquis omnibus. Phrasis haec etiam alibi apud nostrum legitur, quam & sequens verbum παρεῖναι adstruit, quod Minervae instar deae competit. (9) Ita *Bodlej. Medic.* & *Ambros.* T. 5. rectius, quam *Voss.* & *Reg. max.* δὴ σοι. (10) Sic *Bodlej.* ἀνεχοίμην, *Reg. max.* & *Medic.* (11) τέττιγες secundum veteres Lexicographos dicuntur ἀπὸ τοῦ τερετίζειν, h. e. μουσικῶς φωνεῖν, eaedemque μουσικώτατα ζῶα appellantur. Hinc & natum proverbium: τέττιγος εὐφωνότερος, & *Theocritus* in Idyll. I. v. 148. ait: τέττιγος ἐπεὶ τύγε φέρτερον ᾄδεις. Noster alias ad mythologiam de cicadis alludit Tom. II. Opp. p. 640. ὃ γὰρ ὑπὸ τεττίγων μεμυθολόγηται, (sic lego pro μεμυθολόγηται) λιμῷ τελευτῆσαί τινας ἀνθρώπους ἔρωτι ᾠδῆς ἐπειδὴ γενέσθαι τέττιγας τιμῇ Μουσῶν. Cicadarum cantum jucundum nonnullis accidisse patet ex Diogene Laërtio III. 7. ubi vide notas Menagii. (12) Σελεύκος, *Medic.* (13) Verbum hoc de extemporaneo sermone proprie usurpatur. Id patet ex prooemio Philostrati ad Vitas Sophistarum p. 482. edit. Lipf. σχεδίου δὲ πηγὰς λόγου οἱ μὲν ἐκ Περικλέους πρώτου ῥυῆναί φασιν, ὅθεν καὶ μέγας ὁ Περικλῆς ἐνομίσθη τὴν γλῶτταν. οἱ δὲ ἀπὸ Βυζαντίου Πύθωνος, ὃν Δημοσθένης μόνος Ἀθηναίων ἀνασχεῖν φησι θρασυνόμενον καὶ πολὺν ῥέοντα.

EP.

& tui in res divinas studii, ex quo vobis omnibus confidentioribus esse licuit. Tu enim & morbis, & turbis, & molestiis, & tristitiae, & periculis certam praestas medicinam, & ubi adflictus aliquis ad te cucurrerit, tempestas omnis conquiescit. Similiter me, nunc cum morbo conflictantem ideo, quod tecum esse non possum, praesens ut sim, vehementer optare novit *Clematius*. Age itaque, & ipse scribe, &, suspicionibus objectis, antiquum obtine.

καὶ τοῦ σοῦ τρόπου, καὶ τῆς σῆς εἰς τὸ θεῖον (1) σπουδῆς, ἀφ' ἧς ἅπασιν ὑμῖν ὑπῆρχε θαῤῥεῖν. Σὺ γὰρ καὶ νόσου, καὶ ταραχῆς, καὶ πραγμάτων, καὶ λύπης καὶ κινδύνων ἱκανὸν φάρμακον, καὶ δρόμος ἐπὶ σὲ τῷ πιεζομένῳ, καὶ ὁ χειμὼν ἔληγεν. ἐπεὶ καὶ νῦν ἐν τῷ νοσεῖν μὲν ἂν παρὰ τὸ μὴ συνεῖναι σοὶ συγγενέσθαι ὡς εὔχομαι, Κλημάτιος οἶδεν. Ἄγε δὴ καὶ αὐτὸς ἐπίστελλε, καὶ τὰς ὑποψίας ἀφεὶς ἔχου τοῦ ἀρχαίου (2).

OLYMPIO.

Ministris non fidis in literarum negotio uti videor, quando alias super alias mittens, tanquam nihil scribens, accusor. Tu vero, quod non accepisti, aegre ferens, recte quidem id conqueri videris; quod vero non tam mihi id exprobras, quam apud patruum me accusas, eo ipso acerbius te vindicas. Nosti enim, quantopere ille mihi sit colendus, & quantopere ille nolit me praeter meritum accusari. Tu vero fortasse Gorgona mihi objiciens, exiguum aliquid tibi videris fecisse. Fac itaque, ut & hoc sciat, me tibi scripsisse, &, qui deteriora illi significaveris, in melioribus narrandis ne sis ignavior. Praeterea vero hoc scias, quod literarum frequentia multis causis possit cohiberi, nempe & morbo, & negotiis, tum vero, quod, qui ad vos proficiscuntur, literas se perferre velle dicunt potius, quam volunt. Tui vero meminisse, teque apud nos ipsos admirari nunquam non commendatum nobis habuimus. Idem etiam de amicis persuasum mihi habeo, quod scilicet, etiamsi non scribant, amare tamen non desinant.

CCCCXVI. ΟΛΥΜΠΙΩ.

Ἔοικα ἀγνώμοσι καὶ δολίοις χρῆσθαι περὶ τὰ γράμματα, εἰ πολλὰ (1) ἐπὶ πολλοῖς ἀποστείλας, ὡς οὐδ' ὁτιοῦν ἐπιστείλας ἐγκέκλημαι. Σὺ δ' ἀλγῶν μὲν τῷ μὴ λαβεῖν, ὀρθῶς δοκεῖς τὸ λαλεῖν (2), τὸ δ' ἀφεῖσθαι ἐγκαλεῖν ἐμοὶ παρὰ τῷ θείῳ με διώκειν, ταυτὶ δὴ πικρῶς ἀμυνομένῳ. Οἶσθα γάρ, ὡς ἐμοί τε ἐκεῖνος αἰδέσιμος, ἐμέ τε ἐκεῖνος οὐκ ἂν ἀδίκως ἐγκαλεῖσθαι ἐθέλοι. Σὺ δ' ἴσως ἐπενεγκών μοι τὴν Γοργόνα (3) μικρὸν οἴει πεποιηκέναι. Πράττε οὖν, ὅπως καὶ τοῦτο εἴσεται, ὅτι σοὶ ἐπέστειλα, καὶ μὴ τὰ φαυλότερα μηνύων ἀργὸς γένῃ πρὸς τὰ βελτίω. Καὶ μὴν κἀκεῖνο ἴσθι, ὡς ἡ μὲν πυκνότης τῶν γραμμάτων πολλοῖς ἂν κωλυθείη, καὶ νόσῳ καὶ ἀσχολίᾳ, καὶ τῷ τοὺς ὡς ὑμᾶς ἰόντας φάσκειν ἐθέλειν γράμματα φέρειν μᾶλλον, ἢ θέλειν. Τὸ δὲ μεμνῆσθαί σου καὶ θαυμάζειν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ τοῦτο οὐκ ἔστιν, ὅτε οὐ τετιμήκαμεν. ὃ δὴ καὶ περὶ τῶν φίλων ἐγὼ πέπεισμαι. ὅτι κἂν μὴ γράφωσι, τὸ φιλεῖν γε οὐκ ἀφῄρηκασι.

ARAXIO.

Luppio dixerat, se mihi literas a te adferre, nondum autem reddidit; reddet tamen. Nunc itaque tanquam accepturi gaudemus, mox vero gaudebimus de acceptis. Fortunam ex iis, quae de te constituit, miratus non minus mores tuos, quam illam, mirari debeo. Illa enim res tuas perpetuo in melius provehit, tu vero res amicorum tutas praestas, & quos nondum ita evectus, hos dignitate quoque auctus amas. Multi vero, ubi honoribus mactantur, olim sibi familiares instar vestium detritarum abjiciunt. *Gymnasius* vero, te una nobiscum laudans, & verbis & opere admirationem praefert. Quamvis

CCCCXVII. ΑΡΑΞΙΩ.

Λουππίων (1) εἰπὼν ὅτι μοι φέρει γράμματα παρὰ σοῦ, δέδωκεν οὔπω. δώσει δέ. Νῦν μὲν οὖν ὡς ληψόμενοι χαίρομεν. τότε δὲ αὐτῇ τῇ λήψει. Τὴν τύχην δέ, οἷς περί σου βεβούλευται, θαυμάσας, τὸν σὸν οὐχ ἧττον τρόπον ἢ κείνην ἔχω θαυμάσαι. Ἡ μὲν γὰρ ἀεὶ τὰ σὰ πρὸς τὰ βελτίω κινεῖ, σὺ δὲ τὰ πρὸς τοὺς φίλους ἐν βεβαίῳ τηρεῖς. καὶ οὓς ὅτι οὔπω τοσοῦτος ἦσθα, τούτους ηὐξημένος ἀγαπᾷς. Οἱ πολλοὶ δὲ ἐν τῷ γενέσθαι μεγάλοι τοὺς πάλαι γνωρίμους ἀποῤῥίπτουσιν, ὥσπερ τῶν ἱματίων τὰ σαπρά (2). Γυμνάσιος δὲ μεθ' ἡμῶν

EP. CCCCXV. (1) Legendum videri poterat: εἰς τὸν θεῖον, *in patruum*. Interim invitis codd. nihil mutandum esse statui, inprimis cum phrasis sequens rerum divinarum studium praecipuum fiduciae, quae in hominibus est, fundamentum pronunciare recte videatur. Ceterum θεῖος de *Deo* adhiberi, idoneis veterum locis evicit *Cudworthus* in Systemate intellectuali hujus Universi p. 263. edit. Anglican. (2) In *Voss.* & *Reg. max.* sequitur epistola ad *Basilium*: ὦ χρηστὸν ἑταῖρον, κ. τ. λ. quam infra inter *Basilii* & *Libanii* mutuas adferemus.

EP. CCCCXVI. (1) Εἰς πολλά, *Ambros* T. 73. male. (2) Super τὸ λαλεῖν in *Voss.* a manu recente scriptum erat ἀγανακτεῖν. (3) Locutio proverbialis de timore, qui alicui incutitur. Respicitur autem ad Poëtarum fabulas de torvo Gorgonum, Phorci filiarum, Medusae, Sthenus & Euryales vultu. Ita noster in Vita sua p. 48. τῆς Γοργοῦς φοβερώτερα dicit. Lege de *Gorgonibus* illis *Massiaci*, Abbatis, dissertationem singularem in Historia Academiae Inscriptionum Tom. III. Part. II. p. 51. sqq. & *Jo. Clerici* dissertat. de Statua salina §. 7. quae Commentario ejus in Genesin inserta est.

EP. CCCCXVII. (1) Ita *Voss. Reg. max.* & *Barocc.* 9. Λουπίων, *Ambros.* T. 73. Λουππίων, *Ambros.* T. 5. & V. 445. (2) σαπρὰ h. l. dicuntur vestes *detritae*, *lacerae* &c. quae alias σαθρὰ frequentius vocantur. Ita *Lucianus* σαθρὰ ὑποδήματα dicit in Necyomant. p. 337. & in Cataplo p. 437. Vide *Ludolph. Kusterum* ad Aristophanis Plutum v. 814. qui tamen eadem opera ostendit, alibi etiam σαπρὰ dici vestimenta, vasa, & similia, quae vetustate vel usu ita attrita, & confecta sunt, ut facile rumpi, vel frangi, vel lacerari possint. Quae quidem observatio hoc nostri loco firmatur. Confer, quae in *Curis* meis ad N. T. de hac voce dixi.

(3) μοι

μῶν (3) σε ἐπαινέσας τῷ λόγῳ καὶ ἔργῳ τὸ θαυμάζειν δικαιώσει. Ἔχων γὰρ, εἴπερ ἐβύλετο, παρ' ἡμῖν τὴν αὐτῦ καρπῦσθαι τέχνην, ἐν ᾗ δὴ νιφάδες ἐοίκασι χειμερίῃσιν (4), ὑπό σοι μικρὰ κερδαίνειν, ἢ τὸν Κινύραν (5) ἑτέρωθι βύλοιτ' ἂν παρελθεῖν. Καὶ νῦν αὐτὸν ὑμῖν (6) ἐπανάγει μὲν καὶ τὸ τὴν πόλιν ποθεῖν, καλήν τε νὴ τὺς θεὺς, καὶ μεγάλην, καὶ καθαρὰν πραγμάτων καὶ δακρύων, ὃ παρ' ἑτέροις πολύ. Κέκληται δὲ ὑπὸ τῆς σῆς ἀρχῆς πλέον, ἐπεὶ τήν γε πόλιν αὐτὴν ἤδη τις ἀφεὶς ἐν ἄλλων ἀρχαῖς, ᾤχετο ἀποδράς. ὥσπερ οἶμαι τὰς Ἀθήνας ἐπὶ τῶν τριάκοντα (7). Σημεῖον δὲ μέγιστον ἀρχῆς ἐννόμου μὲν τὸ συῤῥεῖν (8) ἐκεῖσε πολλὺς, τῆς δὲ ἐναντίας αἱ φυγαί. Μέγιστον ὖν ἐγκώμιον κατὰ σῦ Γυμνάσιος ἐκ Συρίας παρ' Ἀράξιον τρέχων. Ἐγὼ δὲ ταυτὰ μὲν ἐκείνῳ βύλομαι, δύναμαι δὲ ὐκ ἴσα. Τὰς γὰρ ἀνάγκας οἶσθα τῶν ἐν τῷ διδάσκειν δεθέντων.

vis enim, si vellet, apud nos ex arte sua fructum capere posset, ubi *nivalia sunt hybernis simillima*; sub te tamen parva lucrari; quam Cinyram alibi superare mavult. Eum itaque ad vos modo reducit etiam illud, quod urbem vestram amat, elegantem, per Deos, magnamque, & a turbis atque lacrymis, quarum alibi magna est seges, immunem. Magis tamen a tuo advocatur regimine, quando quis ipsam illam urbem, sub aliorum magistratu relinquens, procul abeundo erat fugiturus. Quod Athenis sub triginta illis accidisse puto. Luculentissimum scilicet legitimi imperii argumentum est multorum confluxus, sicut contrarii, fugae. Maximum itaque tui encomium praestat *Gymnasius*, ex Syria ad *Araxium* festinans. Ego quidem eadem cum ipso facere vellem, sed eadem non possum. Nosti enim eorum vincula, qui docendi officio sunt alligati.

CCCCXVIII. ἈΡΙΣΤΑΙΝΈΤῼ.

ARISTAENETO.

Λεόντιος ἑσπέρας ἰδών μυ τὸν ἀδελφὸν, καὶ φήσας σε ἐπεσταλκέναι μοι δι' αὐτῦ, τῆς ὑστεραίας θεατὴς ἦν ἁρμάτων ἁμιλλητηρίων, ἐμῦ δὲ ἐπελέληστο. Γυμνασίυ δὲ ἐπιγενομένυ, καὶ μὴ λαβόντα ἐκεῖνα γράφειν ἔδει. Τίς γὰρ ἂν ἦν ἐκείνῳ λόγος, ἢ ἐμοὶ δι' ἐκεῖνον (1). Τύτῳ τοίνυν πρὸς τοῖς ἔμπροσθεν ἐκείνοις ἐγὼ μὲν οἶδα καὶ τῶν νῦν χάριν. Αὐτὸς γὰρ ἦν ὅπερ (2) ἔμπροσθεν. Δεῖ δὲ καὶ ὑμᾶς εἰδέναι δημοσίᾳ. Τὴν γὰρ πόλιν ὑμῖν ἀπέφηνε θαυμαστὴν ἐκ τῦ αὐτῦ τρόπυ, τῷ κοινῷ δόξαν προσθείς. Ἔφυγέ τε γὰρ, ὓς ἔδει φυγεῖν. ἐχρήσατό τε, οἷς μὴ χρώμενος ἂν ἠδίκει. Δυνάμεως δὲ, ἧς ἤλπιζέ τε καὶ δικαίαν παρὰ τῆς τύχης ἐγέλασεν, ὐκ ἐταράχθη. κομίζει δέ σοι καὶ ὗτος διήγησιν πραγμάτων, ὥσπερ ἐκεῖνος Κλημάτιος. ἐφ' οἷς δέομαί σε μηδὲν ἀλγῆσαι, ἵνα μὴ, πάνυ μοι φίλος ὢν, ἀνόμοιος ᾖ (3) τῷ φίλῳ. ὡς ἐμοί γε πάσης ἐφάνη γαλήνης πρᾳότερα (4), τὰ παρασχήσοντά μοι δόξαν ὅτι λυπήσει. Τὰ μὲν ὖν τῶν πολιτῶν, πλὴν τῦ Κοκκυλίωνος (5), ἡμέτερα, καὶ νέοι καὶ γέροντες, καὶ τῶν γε ξένων ὅσοι γαστρὸς ἐγκρατεῖς. Τῶν δὲ τὰς δίκας λέγειν μὲν ὐ δυναμένων, εἰς δὲ τὺς λέγοντας εἰσβιαζομένων, ὓς τὸ τὺς ἀμείνυς λοιδορεῖν, ἄλλο δὲ ὐδὲν ἂν ποιήσει γνωρίμυς, ὗτοι μισθὸν τῦ δειπνεῖν τοῖς ἑστιῶσι παρέχυσι, τὴν ἐπὶ τοῖς φληνάφοις βοήν. Ὁ δὲ σὸς ἐκεῖνος ἑταῖρος ὁ παλαιὸς τὰ μὲν ἄλλα ἴσως ὐ κακός. Ἰσοκράτυς δὲ ὐκ ἀκύει, κολακεύεσθαι (6) γὰρ ἐθέλει. Τύτυ δὲ ἡμεῖς εἰ-

δέ

Leontius vesperi fratrem meum conspiciens, teque ad me per se scripsisse nuncians postero die certaminis curulis spectator fuit, mei autem oblitus est. Adveniente interim *Gymnasio*, mihi, literas illas nondum nacto, fuit scribendum. Quae enim illi erat ratio, eadem quoque mihi propter illum. Huic itaque praeter olim praestita de praesentibus quoque gratiam habeo. Ipse enim fuit, qui olim: at idem & vos publice scire par est. Urbem enim moribus suis mirandam vobis praestitit, decus concilians communitati. Fugit enim eos, quos fugere decebat, usus vero illis est familiariter, quibus non usus peccasset. Potentiam vero, quam sperabat, & justa a fortuna nactus, risit, non autem turbatus est. Jam idem, sicut & *Clematius*, de rebus hic gestis narrabit. Ex his nihil velim doleas, ne, qui mihi prorsus amicus es, amico videaris dissimilis. Adeo malacia omni mitiora mihi visa sunt, quae molestiam mihi creatura videbantur. Quod ad cives quidem attinet, nostra sunt, praeter *Coccylionem*, omnia, & juvenes & senes, & ex peregrinis omnes, qui ventri moderantur. Qui vero caussas quidem perorare non didicerunt, oratoribus autem se intrudunt, (quos meliores calumniari, aliud vero nihil celebres facit,) illi quidem coena se excipientibus convivii mercedem rependunt, nugis applaudentes. Tuus vero ille jam pridem amicus, cetera quidem fortasse non malus est, *Isocrati* vero non est dicto audiens; vult enim adulari. Hujus vero rei nos quidem nosti esse imperitos. Deinde nostros ait verbis se praedicare, moribus autem, in quibus blanditiae

(3) μεθ' ἡμῶν addidi ex *Voss.* & *Reg. max.* quamvis in *Barocc.* deficiens. (4) Alluditur ad *Homeri* Iliad. γ. v. 222. Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν. (5) *Cinyrae* opes pridem in proverbium abiisse vel ex *Erasmo* constat p. 214. (6) ὑμῖν deest in *Barocc.* (7) De his exponit *Thucydides*, & alii. (8) σύρειν, *Barocc.* male.

EP. CCCCXVIII. (1) Obscuriora haec sunt, & ita, ni fallor, accipienda, quod, quae caussa Leontium prohibuerit, quo minus redderet sibi Aristaeneti epistolam, eadem effecerit, quo minus ad illam responderet. (2) Sic *Reg. max.* & *Voss.* in quo tamen posteriore manus recens emendavit ὥσπερ. (3) ᾖ *Reg. max.* cum superscripto εἰ, quod *Voss.* unum habet. (4) Locutio proverbialis. (5) Nescio, utrum nomen viri proprium sit, quem Libanius sibi habuerit adversantem, an fictum potius sit ex proverbio: πανυργότερος κόκκυγος, *coccyge astutior*, de quo *Erasmus* p. 603. (6) *Isocrates* in adulatores subinde invehitur. Fortasse tamen noster ad illa speciatim respicit, quae in Oratione ad Nicoclem leguntur p. 20. edit. Wolfianae: δοκίμαζε μὴ τὺς τέχνῃ κολακεύοντας, ἀλλὰ τὺς μετ' εὐνοίας θεραπεύοντας, ἵνα μὴ πλέον οἱ πονηροὶ τῶν χρηστῶν ἔχωσιν. Vel ad illa Orat. ad Demonicum, p. 8. Μίσει τὺς κολακεύοντας, ὥσπερ τὺς ἐξαπατῶντας. ἀμφότεροι γὰρ πιστευθέντες τὺς πιστεύοντας ἀδικῦσι.

EP.

tine sunt, quaedam facit, quae nunquam laudaveris. Id vero & ipsi & ceteri habent facetum, quod eorum, quae faciunt, ipsos pudeat. Fecisse enim, quando fecerunt, negant. Haec quidem a nobis habeas. Si vero minima etiam nosse libenter volueris, *Gymnasium* nihil horum ignorantem, ad manus habes.

θα ὡς ἀμαθοῦς. Εἶτά φησι λόγῳ μὲν ἐπαινεῖν τοὺς ἡμετέρους, τρόποις δὲ, ἐν οἷς θωπεῦσαι, καί τινα, ὧν οὐκ ἂν ἐπαινέσαις, ποιεῖ. Χάριν δὲ καὶ τούτου καὶ τῶν ἄλλων, τὸ οἷς ποιοῦσιν αἰσχύνεσθαι. Ποιοῦντες γὰρ ἐξαρνοῦνται. Ταυτὶ μὲν σοι παρ' ἡμῶν. εἰ δ' ἄχει τὸ σμικρότατον ἡδέως ἂν εἰδείης, τὸν οὐδὲν ἀγνοοῦντα Γυμνάσιον ἐγγὺς ἔχεις.

CLEMATIO.

Significaturum te mihi pollicitus es, quo loco res tuas stare sentias: at nihil tu scribis; cum tamen scire nos oporteret, sive eodem loco adhuc sint, sive incrementum ceperint. Sic enim aut gratulaturi tibi eramus, aut bona vota facturi. Enimvero ad literas mittendas tardiorem, ad postulandas vero proniorem esse credo: cum tamen ad dona largienda promtus, ad accipienda vero ignavus sis. At & scribe, & *Spectatum* te propediem visurum esse existima. Cum illo, per Deos precor, abi in Italiam, ut & tuis & nostris rebus eo ipso nomine recte consulatur.

CCCCXIX. ΚΛΗΜΑΤΙῼ.

Ὑπέσχου μοι δηλώσειν, εἰ τύχης σοι τὴν οἴκοι εὑρίσκοιο ὄντα. γράφεις δὲ οὐδέν. καίτοι χρῆν, εἴ τ' ἐπὶ τὸ πρότερον ἕστηκεν, εἴ τ' ἐπ' ἀμείνω μεθέστηκε, μὴ ἡμᾶς ἀγνοεῖν. ἢ γὰρ συνήσθημεν, ἢ συνηυξάμεθα ἄν. Ἀλλ' οἶμαι γράμματα πέμψαι μὲν, εἶ ῥάθυμος, ἀπαιτῆσαι δὲ σφοδρός. Καίτοι δῶρα δοῦναι μὲν ἕτοιμος εἶ, λαβεῖν δὲ ἀργότατος. Ἀλλ' ἐπίστειλόν τι, καὶ τὸν Σπεκτᾶτον ἡγοῦ τάχιστα ὄψεσθαι. μεθ' οὗ βάδιζε πρὸς θεῶν εἰς Ἰταλίαν, ὡς σοί τε βελτίω τὰ πράγματα γένοιτο, καὶ ἡμῖν ἐκ τῶν αὐτῶν.

ANDRONICO.

Consilio tibi opus est adversus patrui insidias. Nam & in epistolis patruus vocetur, ut appareat, quae, talis cum sit, faciat. Timendum utique nobis hoc tempore est a potentia ejus: neque enim ea recte utitur: sed ita, ut tu aeque ac ego fugere debeamus. Quod si animus fert Romam videre, Romam: si Graeciam magis volupe est, in Graeciam. Fugam vero hanc, noli turpem putare: dedecus enim in illum redundat, qui timorem incussit. Ego autem, si laedar, patienter fero. Ubi vero occasio tulerit, ulciscar utrumque. Genus autem ultionis, quod capere soleam, non ignoras. Interim etiam nunc recte judicanti dare poenas videtur. Praeter enim odium, quo bonorum quisque eum prosequitur, cum iis studiose versatur, qui nunquam non ineptiunt. *Demosthenes* utique diceret, illa eum sua sponte facere, quae alius illi imprecetur. Inimicus est fratris filio, & hujus quoque praeceptori. Amicus autem est *Pausaniae* paedicatori, & *Alcibiade* quidem visus sibi sapientior factis *Siconem* imitatur. Quid interim in *Aristophanem* fecerit, inquire, praeterea vero, quid facere decreveris, scribe. Si qua spes sit, fore, ut ibi manens nihil laedaris, mane: hoc enim altero praestat.

CCCCXX. ΑΝΔΡΟΝΙΚῼ. (1).

Βουλῆς σοι δεῖ πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν, τὴν παρὰ τοῦ θείου. Καλείσθω γὰρ κἂν ταῖς ἐπιστολαῖς θεῖος, ὅπως φαίνηται, τίς ὢν, τίνα ἔργα ἐργάζεται. Δεῖ δεῖσαι τῆς ἐκείνου δυνάμεως τὸν χρόνον, οὐ γὰρ αὐτῇ χρῆται δικαίως. ἀλλ' ἐπί σοι καί ἐμοὶ φυγεῖν. Εἰ μὲν σοι γνώμη Ῥώμην ἰδεῖν εἰς Ῥώμην. εἰ δὲ τὴν Ἑλλάδα ἥδιον, εἰς Ἑλλάδα (2), καὶ μὴ αἰσχύνου φεύγων. τὸ γὰρ αἰσχρὸν εἰς τὸν φοβήσαντα ἔρχεται. ἐγὼ δὲ οἴσω βαλλόμενος. κἂν ἔλθῃ ποτὲ καιρὸς, ὑπὲρ ἀμφοῖν λήψεται (3) δίκας. Τὸν δὲ τρόπον, ᾧ δίκας εἴωθα λαμβάνειν, οὐκ ἀγνοεῖς. Καίτοι καὶ νῦν ὀρθῶς κρίνοντι δίδωσι δίκας. Ἀπὸ γὰρ τοῦ μίσους, ὃ μισεῖται παρὰ τῶν ἀγαθῶν, πρὸ τῶν οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ σολοικισάντων ποιεῖται σπουδήν. Εἴποι ἂν οὖν ὁ Δημοσθένης, ὅτι, ἃ καταρῷτ' ἄν τις αὐτῷ, ταῦτα ἐκ προαιρέσεως ποιεῖ. Ἐχθρὸς μὲν ἐστιν ἀδελφοῦ παιδὶ, καὶ τῷ τούτου διδασκάλῳ. φίλος δὲ Παυσανίᾳ τῷ πόρνῳ (4), καὶ φρονεῖ μὲν μεῖζον Ἀλκιβιάδου, ποιεῖ δὲ τὰ Σίκωνος (5). Ὅτι δὲ οὗτος ἔδρα τὸν Ἀριστοφάνην, ἐρῶ. πρὸς ταῦτα ἐφ' ὅτι ὁρμήσεις, ἐπίστειλον. καὶ δὴ καὶ εἴτις ἐλπὶς ὑποφαίνοιτο μηδὲν ἔσεσθαι μένοντι κακὸν, μένε. τουτὶ γὰρ ἐκείνου κάλλιον.

SILANO.

Puto tibi consultores esse multo ceteris prae-

CCCCXXI. ΣΙΛΑΝῼ.

Οἶμαι μέν σοι συμβούλους εἶναι, πολὺ πάντων ἀν-
θρώ-

EP. CCCCXX. (1) Epistolam hanc Latine habes inter *Zambicarianas* III. 278. (2) Compara hanc loquendi rationem cum Paulina illa *Rom.* XII. 7. (3) Ita *Voss.* & *Reg. max.* Videri poterat legendum λήψονται. Sed τὸ λήψεται referri etiam potest ad vocem καιρὸς, ut tempus ipsum, tanquam ultor injuriae futurus indicetur. (4) De hac vocis notione vide quae scripsi Vol. II. *Curarum* mearum ad N. T. p. 274. (5) Proverbialis videtur formula, quam tamen alibi legere non memini. Suspectum porro mihi est *Siconis* nomen, quamvis codices illud, & *Zambicarii* quoque versio referat. Malim equidem id permutare cum *Sinonis* illo, quem astutia sua in Ilio capiendo provehendoque equi Trojani negotio celebrem fecit. Vide *Virgilium* Aeneid. II.

EP.

θρώπων (1) ἀμείνους, οἷς πειθόμενος οὐδὲν οὐδέποτε σαυτὸν ἐμέμψω. Εἰ δέ σοι δεῖ καὶ ἀνθρώπου φωνῆς, τὰ μὲν πολλὰ Γυμνασίου πεύσῃ λέγοντος, παρ' ἡμῶν δὲ τοσοῦτον εἰρήσεται, ὅτι Γυμνασίῳ συνήσθημεν ἐπανιόντι.

praestantiores, quibus fidicto audiens fueris; nunquam te cujusquam poenituerit. Quod si vero & alius hominis voce egeas, multa ex *Gymnasio* referente audies; a nobis vero hoc tantum dicetur; quod *Gymnasio* revertenti maximopere simus laetati.

CCCCXXII. ΘΕΜΙΣΤΙΩ.

Θαυμάζω τὸ μήτε διὰ Κλεάρχου σε γράψαι τι, μήθ' ἡνίκα παρ' ὑμῶν (1) Ἰφικλῆς ὡς ἡμᾶς ἤρχετο. Εἰ μὲν (2) οὖν ῥᾳθυμίᾳ τοῦτ' ἐγένετο, καὶ γράμματα ἐλπίζειν ἀεί ἐστι. προθυμήσῃ γάρ ποτε· εἰ δ' ἀπ' ἄλλης αἰτίας, ἐχούσης τι δυσχερὲς, δήλωσον, ὡς μή σε ἐνοχλοίην τῷ γράφειν. Ὃ γὰρ οὐκ ἂν ἡδέως ἐπιστείλαις, οὐδ' ἂν (3) ἡδέως λάβοιμι.

THEMISTIO.

Miror, te nec per *Clearchum* quicquam scripsisse, nec, cum a vobis *Iphicles* ad nos veniret. Quod si igitur negligentia quadam hoc factum est, literas nos exspectare semper licebit: eris enim aliquando propensior; si vero alia de causa; quae sinistri aliquid habeat, expone eam, ne scribendo tibi sim molestus. Quicquid enim non libenter scripseris, id nec ego legero libenter.

CCCCXXIII. ΑΝΑΤΟΛΙΩ.

Παρεκαθήμην (1) τῷ θείῳ, καὶ διελεγόμην, καί τις ἐπιστὰς ἔδωκεν ἐπιστολὴν ἐκείνῳ. καὶ τὸ δοθὲν εἷλκέ μου τὼ ὀφθαλμὼ πρὸς αὐτό. καὶ τὸ σὸν ὄνομα ἐφαίνετο. Ἠρόμην οὖν αὐτὸν, ποῦ δὲ τὰ πρός ἐμε γράμματα; νομίζων, οὐκ (2) ἂν σε ἑτέροις γράφοντα μνήμην ἡμῶν μὴ λαβεῖν. Ὁ δὲ ποῖα ἔφη γράμματα; σοὶ γὰρ ἔρχεται δι' ἡμῶν οὐδέν. Ἐνεθυμούμην οὖν, ὅτι πλάσμα ἦν ἅπαν ἐκεῖνο, καὶ ὁ σὸς ἔρως λόγος ἦν, οὐκ ἔρως. Εἰ γὰρ δὴ φὴς, ὅτι αὐτὸν, οὐκ ἐπιστέλλας, ἔπαυσα ἐγὼ, τούτῳ δηλώσεις αὐτῷ, τὸ μὴ πολὺν ἐν σοὶ γενέσθαι τὸν θεόν (3). Εἰ γὰρ ἦν, ὃ πολλάκις ἔλεγες, πολύς τε καὶ ἰσχυρὸς, οὐκ ἄν ποτ' ἐκινήθη φαύλῃ προφάσει. Νῦν οὖν ἄνω ποταμῶν (4). Σὺ μὲν ὑπερορᾷς, ἐγὼ δὲ ἐρῶ. καὶ μεταπεσόντος ὀστράκου (5) φεύγεις. ἐγὼ δὲ ὁ διώκων εἰμί. παραμυθεῖταί δέ με τό μετὰ πολλῶν μὲν ἐθνῶν, πολλῶν δὲ πόλεων (6), πλείστων δὲ ἀνθρώπων ὑβρίζεσθαι. Εἰ γὰρ οἱ μὲν εὔχονταί σε λαβεῖν ἡνίοχον, σὺ δ', ἐξὸν ἄρχειν, οὐκ ἐθέλεις, ἀλλὰ μᾶλλον τρυφᾷν ἢ πονεῖν, καὶ καθεύδειν (7), ἢ εὖ ποιεῖν. πῶς οὐ πάντα μικρά σοι νενόμισται; Ἀλλὰ γὰρ οὐ καλῶς ἔοικα ῥητορεύειν, εἰ δυσχεράνων σου τὴν ὑπεροψίαν, ἀφ' ὧν ἔσται μείζων, λέγω. Τοῦτον γὰρ τὸ φάσκειν εἰς σε κεχηνέναι τοσούτους. Ἵν' οὖν μὴ τοῦτό γε, ᾖ, μάνθανε, ὡς οὐ πᾶσιν ἀρέσκεις. Οἷς γὰρ αἱ τῶν ἄλλων συμφοραὶ πρόσοδοι, κἂν ἀποτεμόντες σε φάγοιεν

ANATOLIO.

Adsidebam ego patruo cum eo colloquens: superveniens aliquis ei epistolam reddebat: Reddita oculos meos ad se trahebat, tuumque apparebat nomen. Interrogabam eum: ubi vero literae ad me? ratus scilicet, te, ad alios scribentem, nostri non potuisse non meminisse. Ille vero: quae tandem literae? ad te enim per nos nihil venit literarum. Cogitabam itaque, tuum illud omne ficti aliquid, amoremque tuum non amorem, sed verba, fuisse. Si dixeris, me, non scribentem, illius finem fecisse, hoc ipso ostenderis, Deum illum non multum apud te fuisse. Si enim fuisset, quod saepe dixisti, & multus, & fortis, nunquam sane vano praetextu fuisset commotus. Itaque nunc ego *adversus flumen*. Tu despicis me, ego vero amo: tu, conversa testula, reus es, ego accuso. Id interim me solatur, quod gentes multas, multas urbes, hominesque plurimos contumeliae hujus habeam socios. Si enim illi rectorem te habere cupiunt, tu vero, cum imperare possis, nolis, sed deliciari magis, quam laborare, & dormire potius, quam bene facere, cur tibi non itidem omnia parvi habeantur? Enimvero non videor eloquentiam meam rectè collocare, quando supercilium tuum aegre ferens, ea dico, quibus augeri possit. Tale enim est, dum tibi tot inhiare homines dico. Ne quid vero ejusmodi fiat, scito, te non omnibus placere. Quibus enim aliorum calamitates emolumento sunt, illi te in frusta sectum cum voluptate

EP. CCCCXXI. (1) Vox haec per compendium in *Voss.* ita scripta est, ut ἄλλων legi possit, id quod praestare videtur.

EP. CCCCXXII. (1) Ita recte *Voss.* In *Reg. max.* legitur ἡμῶν cum τοῦ ὑ imminenti. (2) *Voss.* olim ὁ μὲν, addita tamen à manu vetere emendatione certissima εἰ μέν. (3) *Voss.* pro quo *Reg. max.* primum οὐκ, deinde οὐδ' sine ἄν.

EP. CCCCXXIII. (1) παρεκαθεζόμην. *Medic.* A. male. (2) ὡς οὐκ *Barocc.* 9. (3) *Amorem* intelligit. (4) ἔχω ἄνω ποταμῶν. *Barocc.* Fortasse legendum: ἐγὼ ἄνω ποταμῶν. Proverbii hujus, apud veteres frequentati, rationem edisserit *Zenobius* II. 56. ubi *Schottum* velim conferri, p. 41. Adde *Erasmi* Chiliadas p. 291. De iis adhibetur, quae praepostere geruntur. (5) Hoc alias proverbialiter dicitur: ὀστράκου περιστροφή. de quo *Erasmus* l. c. p. 261. (6) πολλῶν δὲ πόλεων in *Reg. max.* a recente manu leguntur, quae germana esse reliqui omnes, *Voss. Vatic.* A. *Medic. Barocc.* & *Ambros.* T. 5. in contextu ea exhibentes, evincunt. (7) καὶ καθεύδειν abest a *Medic.* male, cum καθεύδειν illud respondeat antecedenti τρυφᾷν.

(8) Dictum

ptate vorarent. Neque fortasse id mirum; lupi enim canes oderunt.

γοιεν ἂν ἡδέως, θαυμαστὸν, δὲ ἴσως οὐδέν. Καὶ γὰρ οἱ λύκοι μισοῦσι τοὺς κύνας (8).

FLORENTIO.

Paululum ego tecum, propter operam in literis tradendis occupatam, versatus damno me adfectum ajo, quod non jam olim in numero fuerim tibi maxime familiarium. Nunc itaque amicitiam tuam per literas aucupor, non quidem, ut ex potentia tua fructum capiam, mercatoris enim hoc esset, non autem hominis amicitiae studiosi; sed ne mihi probus & honestus vir elabatur. Imo in laudes quoque tuas effundar, quamvis dicere non possim: hic, talis vir, mihi est amicus. Probe enim scias, vulgo quidem te ex aliis rebus felicem videri, ex genere, inquam, divitiis, & dignitate, in quam es evectus. Ego quidem nec illa contemno; ex eo vero inprimis beatum te praedico, quod tibi in his moderari didiceris, hoc ipso magna celebritate potitus. Difficile enim est, hominem eo, quo tu es, loco constitutum, omnes habere laudatores. Qui enim potentia valet, eundem multos offendere necesse est. Ego interim in hunc usque diem laudum tuarum fui auditor: inter alios vero nec fui, nec futurus sum unquam. Optans itaque, ut perpetuo sis bonus, idem strenuo *Spectato* opto. Vos enim vobis invicem estis, quales adversus se Hercules & Theseus erant. quod alteri est, id utrique bonum est. Tuae vero probitatis sit, literas quoque literis rependere. Quod si tamen hoc fuerit molestius, amare tamen velle laborem non parit. Quare, si, dum amas, non scribas, id quidem sufficerit.

CCCCXXIV. ΦΛΩΡΕΝΤΙΩ.

Ἐγώ σοι μακρὰ συγγενόμενος διὰ τὴν ἐν λόγοις ἀσχολίαν, ζημίᾳ τε μὴ πάλαι σοι τῶν πάνυ συνήθων γέγονα, βεβλάφθαι φημί. καὶ νῦν ἀπὸ γραμμάτων τὴν φιλίαν θηρεύω, οὐχ ὅπως σου καρπωσαίμην τὴν δύναμιν. ἐμπόρου γὰρ τοῦτό γε, καὶ οὐ φιλίας ἐπιθυμοῦντος, ἀλλ' ἵνα μή με καλὸς κἀγαθὸς ἀνὴρ διαφύγῃ. κἂν τοῖς ἐπαίνοις τοῖς περί σου καταδύωμαι, μὴ ἔχων λέγειν, ὅτι οὗτος ὁ τοιοῦτός ἐμοὶ φίλος. Εὖ γὰρ ἴσθι, τοῖς μὲν πολλοῖς ἀπὸ τῶν ἄλλων εὐδαίμων εἶναι δοκεῖς, γένους δὲ λέγω, καὶ πλούτου, καὶ τάξεως, ἐφ' ἣν σὺ βέβηκας. Ἐγὼ δὲ οὐδὲ ταῦτα μὲν ἀτιμάζω, μακαρίζω δὲ τὸ, καὶ ἐν τούτοις εἰδέναι σωφρονεῖν, καὶ πολλῆς εὐφημίας τυγχάνειν. Χαλεπὸν γὰρ οἷσπερ (1) σὺ τεταγμένον, πάντας ἐπαινέτας λαβεῖν. Ἀνάγκη γὰρ τὸν ἐν δυνάμει καὶ λυπεῖν τινας. ἀλλ' ἐγὼ μέχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας ἐπαίνων μὲν σῶν ἀκροατὴς γέγονα, τῶν δὲ ἑτέρων οὔτε ἐγενόμην, μήτε γενοίμην. Εὐχόμενος δέ σε μένειν ἀγαθὸν, καὶ τῷ καλῷ Σπεκτάτῳ συνεύχομαι. πρὸς γὰρ ἀλλήλους ὑμεῖς, ὥσπερ Ἡρακλῆς καὶ Θησεὺς πρὸς ἀλλήλους (2), ὥσθ' ὅτι ἂν θατέρῳ καλὸν ᾖ, τοῦτ' ἀμφοῖν ἐστι. Γενέσθω δή σοι τῆς καλοκαγαθίας, τὸ καὶ τῶν γραμμάτων ἀντιδοῦναι γράμματα (3). Εἰ δὲ τοῦτο ἐπίπονον, ἀλλὰ τόγε φιλεῖν ἐθέλειν, πόνον οὐκ ἔχει. ὥστ' ἂν φιλῶν (4) μὴ γράφῃς, ἀρκέσει (5).

OLYMPIO.

Ὁ μὲν δαίμων οὐ καλῶς ὑπὲρ τῶν σῶν ἐβουλεύσατο. σὺ δὲ, οἶμαι, καλῶς. Ὁ μὲν γὰρ ἀφήρηταί σε Θεμίστιον (2), ὃν ἐγώ ποτε ταῖς Ἰσοκράτους (3) παραινέσεσιν ἔθρεψα. Σὺ δὲ οὐ κατέκλυσεν (4) ἡ συμφορά. μόνος δὲ ἐν τοῖς Φιλοσοφίας νόμοις, ἀνδρείᾳ χρώμενος πρὸς τὴν τύχην. Ἔστι δὲ, οἶμαι, τοῦ μέχρι νῦν ἐνηνοχότος τὸ κακὸν, τὸ μὴ γενέσθαι μετὰ ταῦτα πρὸς τὸ πάθος μαλακόν. αἰσχρὸν γὰρ, εὐθὺς οὐ προσαχθέντα (5), προϊόντος ἐνδοῦναι (6) τοῦ χρόνου. Τὸν δὲ Ἰάμβλιχον ἔγνως μὲν ἐλθὼν ὡς ἡμᾶς, ἀγαθόν. εὖ ποίει δὲ νῦν, ὡς ἄνδρα ἀγαθόν. μεγίστη δὲ εὐεργεσία, φίλον τε σαυτοῦ νομίσαι, καὶ δεῖξαι τοῖς ἄλλοις, ὅτι αὐτὸν ἡγοῖο φίλον. Πάντως δὲ τὸν ἐξ ἐκείνων παρὰ σοὶ δεῖ κεκρίσθαι τίμιον, τὸν ἐκ τῶν φιλοσόφων παρὰ τῷ φιλοσοφοῦντι. Αὐτὸς μὲν οὖν ταῖς τῶν πατέρων ἀρεταῖς σεμνύνεται, μεῖζον δέ ἐστιν αὐτῷ τοῦ φῦναι ἐκ τοιούτων τὸ γενέσθαι τούτων ἄξιον. Καὶ γὰρ, εἰ μὴ λόγων, ὅσων ἐπεθύμει (7), μετέσχεν, ὀρφανίᾳ κωλυθεὶς, ἥγε φύσις καὶ τὸ τῶν ἠθῶν γενναῖον φιλοσοφίᾳ πρέποντα.

THEMISTIO.

Fortuna quidem non bene rebus tuis consuluit, tu vero, puto, bene. Illa enim *Themistium* tibi abstulit, quem ego olim *Isocratis* praeceptis instruxi: te autem non submersit calamitas, qui Philosophiae praeceptis insistas; animique robur fortunae opponas. Qui vero malum huc usque tulit, eum puto etiam inposterum mollem adversus calamitatem praestare se non debere. Turpe enim fuerit, qui non statim frangitur, eum, procedente tempore, malis cedere. Ceterum *Jamblichum* hunc, cum ad nos venires, bonum esse cognovisti. Eidem igitur, tanquam viro bono, benevolum te praebe. Maximum vero beneficium fuerit, si inter amicos tuos numeres, aliisque ostendas, amicum a te haberi. Omnino vero vir ex talibus ortus, honore tibi dignus videri debet, philosophanti scilicet, ex Philosophis natus. Ipse igitur patriis virtutibus gloriatur; id vero habet praeclarius, quod, ex talibus natus, iisdem quoque dignus evaserit. Quamvis etiam ex literis tantum, quantum desiderabat, non perceperit, orbitate sua prohibitus; indoles tamen ejus, & morum praestantia philosophiam decent.

CCCCXCII. ΒΑΡΒΑΤΙΩΝΙ.

Ἅπαν ἡμῶν τὸ γένος διὰ σοῦ, καὶ (1) κλᾶταί τι χρηστὸν, καὶ διαφεύγει τι (2) κακόν. Ἰάμβλιχος δὲ ἡμῶν ἐν τῷ γένει κατὰ Πίνδαρον ἀστὴρ ἀρίζηλος (3), σώφρων, ἐπιεικὴς, εἰδὼς αἰδεῖσθαι, λόγων ἐπιθυμητὴς, χρημάτων κρείττων, οὐκ εἰδὼς, ἢν εὖ πάθῃ, τὴν μνήμης ἐκβαλεῖν τὴν χάριν ὥστε, εἰ πάντα αὐτῷ γένοιο, περὶ τὸ ἄριστον ἡμῶν ἔσῃ πρόθυμος. Καὶ ταῦτα ἐγὼ γράφω νῦν, οὐχ ὅπως ἄρξῃ τὸν νεανίσκον ὠφελεῖν. πάλαι γὰρ δὴ τοῦτο ποιεῖς. ἀλλ' ὅπως, ὧν τε ἦρξω πάλαι, τούτοις ἐμμένοις καὶ ἐμοὶ συνησθῇς, ὅτι μοι τούτου φροντὶς, οὗ μὴ φροντίζων ἠδίκουν ἄν.

BARBATIONI.

Tota quidem nostra gens tua ope prosperis rebus utitur, & malis liberatur. *Jamblichus* vero in nostra gente stella est, secundum *Pindarum*, insignis, temperans, aequus, qui revereri alios norit, literarum cupidus, opibus superior, quique beneficium, si quod acceperit, animo excidere nunquam patiatur. Itaque, si in omnibus ipsi fueris gratificatus, benevolum te in nostrorum optimum praestiteris. Haec quidem ego nunc scribo, non ut juvare adolescentem incipias: hoc enim jam pridem facis; sed ut, quae dudum facere coepisti, in iis perseveres, mihique gratuleris, qui illius curam habeam, quem si negligerem, injurius forem.

CCCCXCIII. ΙΟΒΙΝΩι καὶ ΟΛΥΜΠΙΩι.

Ταύτην τὴν ἐπιστολὴν οὐκ αὐτὸς ἐδεήθην Ἰαμβλίχου κομίζειν ὑμῖν, ἀλλ' αὐτὸς ἐδεήθη μου πέμπειν ὑμῖν. Ὡς γὰρ ἀπαίρειν μέλλων, κελεύσας ἐπιστεῖλαι τοῖς φίλοις, εἶχε πειθόμενον. Τῶν μὲν ἄλλων οὐδενὸς ὀνόματι πρὸς ἡμᾶς ἐμνήσθη, τὸν Ὀλύμπιον δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν εἰπὼν

JOVINO & OLYMPIO.

Epistolam hanc ut ad vos perferret *Jamblichus*, non ego petii, sed ipse, ut mitterem, voluit. Cum enim a nobis abiturus ad amicos scribere me juberet, audientem me sibi habuit. Ex ceteris nullum quidem nominatim appellavit: *Olympium* vero, fratremque ejus, literarum amantissimos, commemoranti; si ad hos, dixit,

EP. CCCCXCI. (1) Deest inscriptio in *Medic.* A. (2) Filium itaque sibi cognominem habuit *Themistius*. Plures illi liberos fuisse patet ex Constantii Imp. epistola, qua Senatui eum commendat, p. 22. (3) *Isocratis* praeceptis veteres juvenum animos, quod hodienum recte fit, formasse non minus h. l. quam alias docemur. Noster quidem in epistolis suis ad eum saepe provocat. (4) *κατέκλασεν*, *Medic.* A. alterum illud habet *Reg. max.* & *Voss.* (5) *προσαχθέντα*, *Medic.* (6) *ἐνδοῦναι* scilicet *μαλακόν τι*, vel *μαλακοὺς τι εἶναι*, est, remissiorem vel molliorem ansam alicui praebere, qua phrasi *Euripidis* Helena vs. 515. & *Herodotus* in Thalia c. 105. utuntur. Compara *Ludolph. Kusterum* ad Aristophan. Plutum vs. 488. p. 9. & *Lamb. Bos* Animadvers. ad Scriptores Graecos p. 100. (7) *ἐπεθυμεῖ*, *Medic.*

EP. CCCCXCII. (1) *Διὰ σοῦ καὶ* omittit *Ambros.* T. 73. (2) τι illud ex eodem adjeci. (3) Pindarus Olymp. β. v. 101.

Ἀστὴρ ἀρίζηλος ἐτυμώτατον ἀνδρὶ φέγγος.

EP.

dixit, literas attulero; omnia mihi prospere cesserint. Tria igitur habebam, de quibus gauderem. Primum quidem, vos tali fama frui; deinde, vos, viros bonos, mihi esse amicos; denique vero, cognatum hunc & amicum bonos viros non ignorare.

εἰπὼν τοὺς φιλομούσους (1), εἰ τούτοις ἔφη φέροιμι γράμματα, πάντα ἕξει μοι καλῶς. Τρεῖς οὖν εἶχον εἰς ἡδονὴν ἀφορμάς. τὸ ὑμᾶς ἐν τούτῳ δόξης εἶναι, τό, τε ἐμοὶ φίλους μὲν ὑμᾶς εἶναι τοὺς ἀγαθούς. συγγενῆ δὲ τοῦτον καὶ φίλον οὐκ ἀγνοοῦντα τοὺς ἀγαθούς.

ANATOLIO.

Tua omnino est illa epistola; adeo, si vel nomen ejus, qui miserat, non fuisset inscriptum, scriptorem tamen ex illis, quae scripta erant, cognovissem. Tu enim contumeliis indulges, multa vero hujusmodi referebat epistola. Hoc equidem miror, quod nec per negotiorum molem a tibi consuetis avocari possis. Nihil autem sani te scripsisse, ostendam. Primum enim ais, mihi uni ex omnibus te non scribere ideo, quod iratus ego verbis te ferirem. Jam vero non statim necesse erat, ut ita ageres, ideo quod literas non acceperas. Ratio vero erat, nec minus conveniens, ut ipse ego, literas non acceptas aegre ferens, silerem. Id enim nolim cogites, quod alias scripsi, contemtum mei patienter ferens; sed id potius, quod contemtum tristitia, tristitiam vero non praeter rem silentium comitetur. Hac itaque ratione convictus es, idque vel maxime. Quando porro adulatorem me vocas, te ipsum adulatoris amantem esse prodis. Si enim adulari turpe est, ego vero vitio hoc laboro, tu porro me aliis praefers, hominem improbum amare te profiteris. Quod si praeterea verum est, improbum esse, qui hominibus, quibus est dissimilis, gaudet, illustris ille Praefectus ut improbus a nobis conspicitur. Mirum autem mihi foret, si tu quidem, ut ad imperium adspirares, adulatione non sis usus, ego vero, qui nec imperare, nec ex vobis ditescere cupiam, mihi ipsi turpem notam inurerem, qui, ne adulator fierem; pauper esse maluerim, cum adulandi peritus magnas mihi opes comparare potuissem. Jam vero ego a divitiis aeque ac ab assentatione procul absum, neque, quod non dives sum, indignor, sed, quod nemini sum obnoxius, glorior. Itaque ea me aversari dico, quae re ipsa fugio. Qui proinde adsentator non sim, indignor omnino, cum *Lasthene*, talem me esse audiens, qualis non sum. Tu vero laudum studiosus es, & recte quidem: multum enim ad virtutis studium acuendum pondus habent. Dum vero eas contemnere te simulas, non recte agis, fraude quippe usus. Sed nec illud perspicis, quod fallere eum coneris, quem capere nunquam possis. Si enim ego *Phaedrum* ignoro, matrem etiam ignoro. Tu me porro, omissis

CCCCXCIV. 2. ΑΝΑΤΟΛΙΩι.

Σή τοι (1) σαφῶς ἡ ἐπιστολή, ὥστ' εἰ καὶ τοὔνομα τοῦ πέμψαντος μὴ ἐνεγέγραπτο (2), πάντως ἂν εὗρον ἐκ τῆς ἐπισταλμένων τὸν γεγραφότα. Σύ τε γὰρ ὑβριστής, ἥ τε (3) ἐπιστολὴ πολὺ τοῦτο εἶχεν. ᾧ (4) καὶ θαυμάζω τὸ μηδ' ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν πραγμάτων (5) ἀποστῆναί σε τῶν εἰωθότων. ὡς δὲ οὐδὲν ὑγιὲς ἐπέσταλκας, ἐπιδείξω. Πρῶτον μὲν γὰρ ἔφης, διὰ τοῦτό μοι μόνῳ τῶν πάντων οὐ γράψαι, τοῦ (6) θυμωθέντα με πλῆξαί σε λόγοις. τοῦτο δὲ οὐκ ἦν εὐθὺς ἀναγκαῖον τῷ μὴ λαβόντι ποιεῖν. ἀλλ' εἶχε λόγον, καὶ οὐκ ἦν ἔξω τοῦ εἰκότος, τῷ μὴ λαβεῖν ἀλγήσαντα σιγῆσαι. Μὴ γάρ, εἰ ἐπέστειλα, πρᾴως ἐνεγκεῖν τὸ παρεωρᾶσθαι, σκόπει. ἀλλ' ὅτι τῷ μὲν ἠμελημένῳ τὸ λυπηθῆναι, τῇ λύπῃ δὲ ἠκολούθησεν ἂν οὐκ ἀλόγως ἡ σιγή. Τούτῳ μὲν οὖν ἐξηλέγχθης τῷ τρόπῳ (7), καὶ μάλα λαμπρῶς. Κόλακα δέ με προσειπὼν σαυτὸν ἀποφαίνεις κόλακος ἐραστήν. Εἰ γὰρ τὸ κολακεύειν αἰσχρόν, τοῦτο δὲ ἐν ἐμοί, σὺ δέ με πρὸ τῶν πολλῶν ποιῇ, πονηροῦ τινος ἐρᾶν ὁμολογεῖς. Καὶ εἰ τοῦτό γε ἀληθές, ὅτι πονηρός, ὅστις (8) χαίρει τούτοις, οἷς οὐκ ἔοικε, πονηρὸς ἡμῖν ὁ σεμνὸς ὕπαρχος ἀναφαίνεται. Θαυμάζω δέ, εἰ σὺ μέν, ὅπως λάβῃς τὴν ἀρχήν, οὐκ ἐκολάκευσας, ἐγὼ δὲ οὐδὲν δεόμενος οὔτ' ἄρχειν, οὔτε παρ' ὑμῶν (9) πλουτεῖν, ἐμαυτὸν κατῄσχυνον, ὃς ὅπως μὴ γενοίμην κόλαξ, πένης ἐδεξάμην εἶναι, ὡς κολακεύειν γε ἐπισταμένῳ πολὺς ἂν εἰργάσατο πλοῦτος. Νῦν δ' ἴσον ἀπέχομεν εὐπορίας καὶ κολακείας, καὶ οὐκ ἄχθομαι τῷ μὴ πλουτεῖν, ἀλλὰ φιλοτιμοῦμαι τῷ μὴ δουλεύειν (10). Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα λέγω φεύγειν, ἃ δὴ καὶ φεύγω τοῖς ἔργοις. καὶ οὐκ εἰμὶ μὲν κόλαξ, ἀγανακτῶ δὲ ἀκούων ὅπερ οὐκ (11) εἰμί, κατὰ τὸν Λασθένην (12). Σὺ δὲ ἐπαίνων μὲν ἐπιθυμεῖς, καὶ καλῶς ποιεῖς. μεγάλη γὰρ εἰς ἄσκησιν ἀρετῆς ἀνάγκη. προσποιούμενος δὲ καταφρονεῖν οὐ καλῶς ποιεῖς ἐξαπατῶν. ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνο καλῶς ὁρᾷς, ἀπατᾶν ἐπιχειρῶν, ὃν οὐκ ἔχεις ἁρπάσαι. Εἰ

EP. CCCCXCIII. (1) Φιλόμουσοι h. l. *literarum amantes* sunt, alias autem *artis Musicae studiosi*. Vide elegantissimi *Petri Burmanni* praefationem ad Phileleutheri Lipsiensis Emendationes in Menandri & Philemonis reliquias p. 21.

EP. CCCCXCIV. (1) Solum σὴ *Medic.* B. habet. (2) Ita *Reg. max. Voss. Barocc.* & *Medic.* ἐνεγέγραπτο; *Mutin.* C. & *Ambros.* T. 231 & 573. (3) ὁ δὲ *Medic.* (4) ὃ, idem & *Barocc.* (5) γεγενημένων, *Medic.* lapsu librariis familiari. (6) Sic *Reg. max.* & *Voss.* σὺ, *Medic.* (7) Sic *Medic.* & *Barocc.* λόγῳ, *Voss.* & *Reg. max.* (8) ὅτι, *iidem.* At praestat nostrum ex *Barocc.* & *Medic.* (9) ἡμῶν *iidem*, male: noster enim de imperantibus loquitur, quibus pecuniae parandae causa adulari nunquam consueverat. (10) Ad verba illa τῷ μὴ δουλεύειν, in margine *Ambrosiani* T. 5. & *Vatic.* 937. haec legis: γρ. τῷ μηδὲν ἔχειν. Sed id quidem cum antecedenti τῷ μὴ πλουτεῖν permutari forte poterat, ad alteram vero phrasin non quadrat, cum noster satis innuat, sibi τὸ κολακεύειν idem esse, quod δουλεύειν. (11) οὐκ omittunt *Barocc.* & *Medic.* rectius vero habent *Reg. max.* & *Voss.* (12) Non video admodum, quid sibi noster velit. Forte Lasthenem illum innuit, quem Olynthum urbem prodidisse, auctor est *Herodotus*.

(13) εἰ

Εἰ γὰρ (13) ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ, καὶ τὴν μητέρα ἀγνοῶ (14). Εἶτά με παρακελεύῃ τὸ ἐπαινεῖν ἀφέντα ἔχεσθαι τοῦ ἐγκαλεῖν. Εἰ μὲν οὖν οὐδὲν ἀδικοῦντι πείθεις ἐγκαλεῖν, οὐδὲν ἕτερον ποιεῖς, ἢ συκοφαντεῖν. Εἰ δὲ ὡς ἀληθῶς ἀδικοῦντι, σαυτὸν πεῖσον, μὴ ἀδικεῖν μᾶλλον ἢ ἡμᾶς ἐγκαλεῖν. Πολὺ γὰρ βέλτιον, καθαρεύειν ὑποψίας, ἢ, ταύτῃ χρώμενον, ζητεῖν, ὅστις κατηγορήσει τοῦ πράγματος. Ἀλλ' οὐκ ἐπαινῶ τοὺς οὐκ (15) ἀγαθοὺς ἐν ἴσῳ τοῖς ἀγαθοῖς. καὶ διὰ τοῦτο φεύγεις τοὺς παρ' ἡμῶν ἐπαίνους. Ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἐκεῖνος ἐπῃνέθη (16), πολλοὶ δὲ παντελῆ μὲν οὐκ ἔχοιεν τὴν ἀρετὴν, ἓν δέ τι μόριον, ὃ μὴ τιμᾷν ἐπαίνοις ἄδικον. Εἰ δ' οὖν τις καὶ τῶν φαυλοτέρων ἐπῃνέθη, τέχνῃ πρὸς ἀρετὴν ἐκλήθη. Θαυμαζόμενος γὰρ ἀπὸ τῶν οὐκ ὄντων ὡς ὄντων αὐτῷ, καὶ γενέσθαι τοιοῦτος ἐπιθυμήσειεν (17) ἄν. Σὺ δὲ χαλεπός τις εἶ, καὶ τοὺς καθεύδοντας, καὶ τοὺς ἐγρηγορότας κακίζων. καίτοι, εἰ μὲν Δάρδανος ἠδίκει κοιμώμενος (18), ὁ μὴ κοιμώμενος ἔξω μέμψεως. εἰ δὲ τὴν ἀγρυπνίαν τούτου ψέγεις, τί μὴ τὸν ὕπνον ἐπαινεῖς ἐκείνου; ἀλλ' οὔτ' ἐκεῖνος ἠδίκει κοιμώμενος μεθ' ἡμέραν ἀπὸ τῶν ἐν νυκτὶ φροντισμάτων. οὗτός τε κρατῶν ὕπνου, στεφάνων, οὐκ αἰτίας ἄξιος. ὁρᾷς, ὡς οὐκ ἐμὲ τὸ πλουτεῖν, ἔστω γὰρ, ἀπέφηνε χείρω, σὺ δ' ὑπὸ τῆς ἐξουσίας ἐπήρθης συκοφαντεῖν. Παραινῶ δή σοι, τούτου μὲν ἀποστῆναι, τοῦ δ' ἀκριβῶς ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀρχῆς ἔχεσθαι. Καί τοι τινὲς κατηγοροῦσί σου τὴν τοῦ Φοίνικος τραγῳδοῦντες (19) πρᾶσιν. καὶ ὅσοι τὰς δίκας οἴχονται φεύγοντες ὑπὸ τῶν ὑβρισμάτων. ἀλλ' ἐγὼ τοὺς μὲν οὐδὲν λέγοντας δεικνύω. σοῦ δ' εἰ μὴ παύσῃ τοιαῦτα ποιῶν, φανοῦμαι κατήγορος.

omissis laudibus, ad reprehensionem vis converti. Dum vero me ad hominem, qui nihil me laeserit, reprehendendum excitas, nihil utique aliud agis, quam sycophantam. Sin vere laeseris, te potius moneto, ne amplius laedas, quam me, ut in te animadvertam. Praestat enim, a suspicione esse immunem, quam, illâ utentem, quaerere aliquem, qui vitii hujus dicam scribat. Atqui ego nunquam non bonos aeque ac bonos laudavero: quae causa est, cur laudes nostras averseris. Talis quidem bonus jure merito laudetur; cum autem multi virtute non omni ex parte, sed ex aliqua saltem valeant, hanc laudibus non prosequi, indignum fuerit facinus. Quod si vero ignobiliorum aliquis laudatur, arte quadam ad virtutis studium incitatur. Quando enim ex iis, quae non habet, tanquam habeat, laudatur, talis ut fiat, fortasse desideraverit. Tu vero durior es, qui & dormitantes & experrectos vituperes. Quamvis enim Dardanus dormiens peccaverit, vel sic tamen non dormiens culpa vacaverit. Tu vero, quando vigilantiam hujus culpas, cur non & illius somnum laudas? Enimvero nec ille peccabat ex nocturnis curis de die dormiens; iste vero, somno non captus, coronis, non criminatione dignus habendus. Vides utique, divitias, sit enim ita, me non fecisse deteriorem, te autem ex dignieate ad calumniandum esse provectum. Admonitum itaque te velim, ut ab hoc abstineas, contra vero in eo sis, ut imperio curate fungaris. Sunt enim, qui te accusant, vehementer querentes, quod Phoenicem illum vendideris. Sunt etiam multi, qui injuria affecti a causis in foro actis recedunt. Hos vero ego nihil dicere ostendere soleo; tui ipsius, si quidem talia facere non desinas, accusator futurus.

CCCCXCIV. b. ἙΟΡΤΙῼ.

Ἔτι (1) σοι γράφομεν ἀπόντι. χρῆν δέ σε εἶναι παρ' ἡμῖν, καὶ μὴ ταῖς ἐπιστολαῖς ὁρᾷν μόνον τοῦ παιδὸς τοὺς λόγους, ἀλλὰ πᾶσιν εἴδεσιν, ὁπόσα λόγων. Πολλῶν δ' ἂν ἐπριάμην εἰδέναι σε τὸν παρ' ἡμᾶς ἥκοντα Θεμίστιον. οὕτω γὰρ ἂν ἐθαύμασας ἐμέ τε τὸν μεταβαλόντα, κἀκεῖνον τὸν μεταστάντα.

HEORTIO.

Scribimus tibi adhuc absenti. Te vero nobis praesentem esse oportebat, nec ex epistolis tantum, sed ex omnibus, quot sunt, dicendi generibus, filii tui eloquentiam perspicere. Multo vero aere redemissem, ut videre potuisses ad nos adventantem *Themistium*. Sic enim miraturus eras & me mutatum, & illum alio translatum.

CCCCXCV. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤῼ.

Εἴχομέν σε ἐλέγχειν ἐκείνως ἐπεσταλκότα (1). καὶ οὐ,

ARISTAENETO.

Habebamus, cur de te quereremur, ita scribente,

(13) εἰ ἢ γὰρ, *Medic.* (14) Alludit ad illud *Platonis* in Phaedro sub initium, ubi Socrates ita: ὦ Φαῖδρε, εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι. Mens nostri haec est, se *Anatolii* virtutumque ejus non magis immemorem esse posse, quam matris suae; tantum abest, ut reprehendere possit, quod ille volebat. Hinc patet, oon opus esse voce Πλάτωνος, quam unus *Mediceus* post verbum ἀγνοῶ exhibet. Illa mihi ex margine in contextum prave recepta videtur, ad quam scilicet aliquis fortasse notaverat ad Platonem in Phaedro hic respici. Neque enim video, qui Libanius ad Platonis matrem hic provocare potuerit, etiamsi de patria Platonis, quod *Salvinus* volebat, acceperis. καὶ τὴν μητέρα ἀγνοῶ τοῦ Πλάτωνος. *Benzel.* A. (15) οὐκ omittit *Barocc.* & *Medic.* habet autem *Reg. max.* sensui convenienter. (16) ἀλλὰ —— ἐπῃνέθη desunt in *Barocc.* & *Medic.* quae recte habet *Reg. max.* quamvis etiam hic forte aliquid desit. (17) Sic malui cum *Mediceo* pro aliorum illo: ἐπεθύμησεν. (18) Quae post vocem κοιμώμενος sequuntur, ea in *Mediceo*, si apographo *Salvini* fides est, usque ad verbum ἠδίκει desiderantur. Scilicet librarii negligentioris oculi ex eadem voce in eandem paulo post sequentem, omissis interjectis, inciderunt. (19) Ita clare & recte *Medic.* & *Benzel.* A. At *Voss. Barocc.* & *Ambros.* T. 5. τραγῳδοῦντος, quod in *Reg. maximo* recens manus recte per τραγῳδοῦντες emendavit.

EP. CCCCXCIV. (1) Ita *Voss.* ἔτι, *Reg. max.* nunc quidem, sed olim ὅτι, utrumque male.

EP. CCCCXCV. (1) Respicit epistolam 475.

(2) Agno-

bente, & criminante, non, quod non frequentes, sed quod non longas acciperes literas. Ne vero ex exigua scintilla contentio oriatur, hosque invicem literis petamus potius, quam delectemus, liceat tibi Lacedaemonum mores imitari, mihi vero non recte accusare. Habe hanc victoriam a nobis, qui non vincimur inviti. Quod vero libros nobis promiseris, meum est commonefacere, quodque non dederis, tuum est confiteri. Cum enim in urbe magna, magno illo morbo superato, orationem tibi praelegerem ad laudes filiae *Strategii* comparatam, veterem quendam librum eleganter scriptum conspicientes mirabamur, & de eo disserebamus, quanta olim fuerit scripturae elegantia, qualem hodie desideremus. Hic tu in me intuens, bujusmodi codicum studio te vehementer duci, & talem aliquem ex paterna haereditate possidere, mihique Nicaea missurum esse ajebas. Postea Philippum te praestitisti Atheniensibus aliqua promittentem. Agros quidem pro nobis aliis dare didicisti. nobis autem libros dare non nosti. Cur vero ita, forte dixeris. Num vero & hic cum Philippo te comparare licuerit? *Aristaenetus* amicis codices non dat, ne apud Graecos differatur. Itaque hoc tibi iterum dico: nisi tu de illis miseris, nec de nostris accipies, in quibus itidem canos inveneris. Neque enim ego ad Iolai exemplum ex sene juvenesco. Leges non adeo parvi facio.

οὐ, τὸ μὴ πολλάκις λαβεῖν, ἀλλὰ τὸ μὴ μακρὰς, αἰτιώμενος. Ἵνα δὲ μὴ πόλεμος ἐκ μικρᾶς σπινθῆρος ἀφθῇ (2), καὶ βαλλώμεθα ἀλλήλους γράμμασιν ἀντὶ τοῦ τέρπειν ἐπιστολαῖς, διδόσθω σοι μὲν τιμᾶν τὰ τῆς Λακεδαίμονος (3). ἐμὲ δὲ οὐκ ὀρθῶς ἐγκαλεῖν. Καὶ νίκα τὴν νίκην ταύτην, ἡττημένων ἡμῶν ἑκόντων. Βιβλία δὲ ὅτι μὲν ὑπέσχου μοι, ἐμὸν ἀναμνῆσαι (4), ὅτι δὲ οὐκ ἔδωκας, σὸν εἰπεῖν. Ὅτε γὰρ ἐν τῇ μεγάλῃ (5) τὴν νόσον τὴν μεγάλην διαφυγὼν ἀναγινώσκων (6) σοι λόγον ἔπαινον τῆς Στρατηγίου θυγατρὸς (7), βιβλίον τι παλαιὸν εἰς κάλλος γεγραμμένον (8) ἐθαυμάσαμεν ἰδόντες. καὶ διελέχθημεν ὡς ἦν ποτε κάλλος γραμμάτων, νῦν δὲ οὐκ ἔστιν. Ἐνδὼν δή μοι σὺ, τῶν τοιούτων ἐπιθυμίαν τε ἔχειν ἔφης πολλὴν καὶ κτῆμα πατρῷον, καὶ πέμψειν ἀπὸ τῆς Νικαίας. Εἶτα ἐγένου Φίλιππος ὑπισχνούμενος Ἀθηναίοις. ἀγροὺς μὲν ὑπὲρ ἡμῶν ἄλλοις οἶσθα δοῦναι, βιβλία δὲ ἡμῖν οὐκ οἶσθα. Διὰ τί δὴ, λέγοις ἄν. ἢ κἀνταῦθα τὸν Φίλιππόν μοι καιρὸς εἰπεῖν, οὐ δίδωσιν Ἀρισταίνετος βιβλία τοῖς φίλοις, ἵνα μὴ διαβληθῇ πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Πάλιν δή σοι λέγω ταῦτα, ὡς ἂν μὴ πέμψῃς ἐκείνων, οὐ λήψῃ τούτων, ἐν οἷς καὶ αὐτοῖς εὑρήσεις πολιάς (9). Οὐ γὰρ κατὰ τὸν Ἰόλεων (10) ἐκ γέροντος ἐγὼ νέος. οὐχ οὕτω μοι φαῦλον οἱ νόμοι.

OLYMPIO.

Quando multa tibi tristia post susceptum magistratum accidisse nuncias, ea vero, quibus afflictus sis, non recitas, omne malorum genus suspicari nos fecisti. Itaque nihil est molesti, quod non ego animo versans, ne istud sit, abominer, simul autem, ne quicquam tale tibi acciderit, non verear. Quod si itaque nossem, cur de fortuna conquereris, in illud ipsum sermonem meum converterem. Dum vero graviora tibi accidisse summatim audio, ut malo illo omnino sis fortior, te adhortor, recte id, quod vulgo dicitur habere se existimans, tristitiam calamitatibus medicinam non praestare. Interim sapienter mihi constituisse videris, Nicaeam te recipere. Solatio autem, cui non simile est aliud, fuerit, cum *Aristaeneto* versari, vultumque ejus intueri, sermonesque audire, & jocante eo laetari, serio vero agente admoneri. Utere itaque medicina bene inventa. Quod si vero & nostrae literae medicinae loco esse possint, praeter priores has & alteras accipies.

CCCCXCVI. ΟΛΥΜΠΙΩι. (1)

Τὸ μὲν (2) προσπεσεῖν σοι πολλὰ λυπηρὰ μετὰ τὴν ἀρχὴν λέγων, αὐτὰ (3) δὲ οἷς ἐλυπήθης, οὐκ εἰπὼν, πᾶν εἶδος κακῶν ἠνάγκασας ἐννοεῖν. ὡς οὐκ ἔστιν ἐφ' ὅ, τι δυσχερὲς τὴν ψυχὴν οὐκ ἄγων, ἀπεύχομαι μὲν μηδὲν εἶναι (4) τούτων, φοβοῦμαι δὲ μὴ τούτων ἐστὶ τι. εἰ μὲν οὖν ᾔδειν, καθ' ὃ μέμφῃ τὸν δαίμονα, πρὸς τοῦτ' ἂν ἐποιούμην τὸν λόγον. ἐπεὶ δὲ ἁπλῶς, ὡς εἴης ἐν χαλεποῖς, ἀκήκοα, παραινῶ σοι πάντως (5) ἀνδρειότερον εἶναι κακοῦ. τὸ πανταχοῦ λεγόμενον ἡγούμενος (6) εὖ ἔχειν, ὡς οὐκ ἔστιν ἴασις συμφορῶν (7) ἡ λύπη. Καλῶς δέ μοι δοκεῖς καὶ τοῦτο βεβουλεῦσθαι καταφυγεῖν εἰς Νίκαιαν. παραμύθιον γὰρ, οἷον οὐκ ἄλλο, ζῆν σὺν Ἀρισταινέτῳ (8), καὶ μορφὴν ἐκείνην ὁρᾶν, καὶ λόγων ἀκούειν ἐκείνου, καὶ παίζοντος ἥδεσθαι (9), καὶ σπουδάζοντος νουθετεῖσθαι. Χρῶ τοίνυν τῷ καλῶς εὑρημένῳ φαρμάκῳ. Εἰ δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα γράμματα φάρμακον, ἕξεις ἐπὶ τῷ προτέρῳ τὸ δεύτερον.

ARI- CCCCXCVII.

(2) Agnoscis proverbium, Latinis potissimum frequentatum. (3) *Lacones* brevitatis in dicendo studiosi erant, ex quo epistola brevior Laconica appellari solet. (4) Vide ep. 475. in calce. (5) CPolin forte innuit. (6) Legere malum ἀνεγίνωσκον. (7) Orationem hanc funebrem *Libanius* ipse, *Strategii* quippe studiosissimus, habuisse videtur. (8) De veterum calligraphis lege eruditissimum *Montefalconium* p. 34. sqq. Palaeographiae Graec. (9) Orationes suas intelligit, quae & ipsae sapiant antiquitatem. (10) *Iolaum*, jam decrepitum, juvenili aetati restitutum, Herculis precibus, fuisse, veteres, interque hos *Ovidius*, fabulantur.

EP. CCCCXCVI. (1) Ἀντιγόνῳ est in *Medic.* A. & B. (2) ὃ μὲν *Medic.* A. at B. cum nostro consentit. (3) αὐτὸς, *Medic* uterque: praestat alterum *Regii max.* (4) εἰδέναι, *Reg. max.* εἶναι, *Medic.* uterque; recte quidem, quod vel ex verbo ἐστὶ τι, quod proxime sequitur, apparet. (5) πάντας *Medic.* A. non inepte: πάντῃ, *Medic.* B quod ferri possit, si subintelligas κατὰ. (6) Sic *Medic.* B. [illegible], *Medic.* A. *Reg. max.* & *Voss.* (7) συμφορᾶς, *Medic.* A. at B. cum nostra *Regii max.* lectione conspirat. (8) *Nicaeam* enim urbem habitabat Aristaenetus. (9) Ita scripsi cum *Medic.* B. quando A. *Voss.* & *Reg. max.* legunt ἀνιᾶσθαι, quod ferri non potest, nisi negandi particula accesserit.

CCCCXCVII. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤῼ.

Καλή γε ἡ συνωρὶς (1), σὺ καὶ Δομέτιος ὁ χρηστός. ζεύγνυσι δὲ ὑμᾶς ἡνίοχος ἀγαθὸς, μίαν ψῆφον ὑπὲρ ἀμφοῖν θέμενος. Ὁ γάρ σε καλῶν ἐπὶ κοινωνίᾳ τῶν πόνων, τοῦτον οὗτος ἐπὶ τοῖς ἴσοις. Ἀλλὰ σὺ μὲν οὔτε μελετήσας καθῆσθαι, μένεις. ὁ δ' ἔρχεται κουφιῶν τὸν ἄρχοντα. Μακάριος μὲν ὑφ' οὗ κέκληται. ποίησον δὲ κἀκεῖνον εὐδαίμονα τῇ παρ' αὐτοῦ φορᾷ. Ἔστι δὲ ἡ φορὰ νόμων ἐμπειρία, λόγων δεινότης, δικαιοσύνη τρόπων. Σὺ τοίνυν τῷ μὲν συνησθέμενος οἷον λήψεται, τῷ δὲ παρ' οἷον ἔρχεται, τὸν ἄνδρα ποιοῦ φίλον, ὥστε καί σοι συνησθῆναι τοῦ κτήματος.

ARISTAENETO.

Egregia amicorum biga estis, tu nempe & humanissimus *Dometius*. jungit vero vos auriga optimus, idem de utroque ferens judicium. Qui enim te in laborum societatem vocavit, idem hunc admovit similibus. Tu quidem, qui non cogitaveras ibi persistere, manes; hic vero venit imperantem levaturus. Felix ille quidem est, qui a tali sit vocatus. Tu vero & hunc felicem reddito ex illis, quas habet, dotibus. Illae autem sunt legum scientia, dicendi facultas, morumque aequitas. Tu itaque illi quidem gratulatus, qualem habiturus est, huic, eum ad quem venit, amicum reddito, ut tibi etiam de bono hoc gratulari possimus.

CCCCXCVIII. ΑΝΑΤΟΛΙῼ.

Τί χρή με ποιῆσαι; Φὴς μὲν γὰρ αἰτιῶν ἐπιθυμεῖν. πράττεις δὲ ἐπαίνων ἄξια. καὶ πρὸς μὲν τὸν ἐπαινοῦντα χαλεπὸς (1) εἶ. ψέγειν δὲ οὐ δίδως. Τοῦτο τοίνυν πόσης (2) εὐφημίας οἴει. Κέκληται Δομέτιος ἐπὶ τῷ συμφράξασθαι τῶν φροντίδων, ἀνὴρ ἄχρηστος ἄρχοντι πονηρῷ. καὶ πολλὰ μέν ἐστί μοι λέγειν, εἰ λέγειν ἐθέλοιμι περὶ τῶν τοῦδε καλῶν. φοβοῦμαι δὲ, μή σοι γένηται σκώμματος ἀφορμὴ, τὸ πρὸς σὲ λέγειν, ἃ καλῶς εἰδὼς κέκληκας. Οὐ γὰρ ἀγνοῶν ἐκάλεις. Ἀλλ' ἐκεῖνό γε οὐκ οἶσθα, μάνθανε δή. λόγοις τοῖς μὲν ἄλλων ἐβοήθησε, τοὺς δὲ ἡμετέρους ἐθαύμασε. τὸ μὲν αἰδοῖ φιλίας ποιῶν, τὸ δὲ ἐπιστήμῃ λόγων. ὥσθ' ἡμῖν αὐτὸν ἀμφοτέροις (3) εἶναι, τὴν μὲν οὐ κινήσαντα (4), τοὺς δὲ τιμήσαντα.

ANATOLIO.

Quid tandem faciendum mihi est? Reprehensiones enim amare te ais, facis vero laudibus digna: &, cum adversus laudantem morosum te praebes, culpandi tamen occasionem non suppeditas. Qua vero laude hoc ipsum dignum esse censes? *Dometius* ad curarum societatem vocatus est, vir male imperanti inutilis. Multa mihi forent dicenda, si de egregiis ejus dotibus vellem exponere. Vereor autem, ne occasio tibi nascatur mihi illudendi, si ea tibi dixero, quorum gnarus ipse hominem vocasti. Neque enim ignorans eum vocasti. At illud quidem non nosti, quod discere te ex me velim. Aliorum quidem orationibus subvenit; nostras vero etiam admiratus est: hoc quidem amicitiae studio, id autem ex literarum peritia faciens. Itaque eundem nobis ex utraque parte se praestat, illud quidem non mutans, has vero maximi faciens.

CCCCXCIX. ΕΥΣΕΒΙῼ.

Οἱ (1) παῖδές σοι (2) φύσεως τε ἀγαθῆς καὶ προθυμίας ἀμείνονος. Ἤδη δέ τι καὶ δεῖγμα ἐξήνεγκαν νέοι ἐχόντων ὦτα (3). ὅτι δὲ ταυτόν ἐστι, ἐμοὶ μὲν ἀκριβῶς εἰπεῖν οὐ καλόν. ἐκείνοις δὲ μὴ τοῦτο ποιεῖν αἰσχρόν. Παρεὶς δὲ τὸ παρακαλεῖν ἡμᾶς ὑπὲρ αὐτῶν, τιμῶντος ἔργον ἐποίησας, τῇ σιγῇ μαρτυρήσας, ὡς ἅπαν τὸ προσῆκον ἔχουσιν.

EUSEBIO.

Filii tui & bonae sunt indolis, & alacritatis melioris. Jam vero & specimine quodam ostenderunt, juvenes se esse auribus instructos. Quodnam vero illud sit, me quidem curatius edisserere non decet: illis vero hoc non facere turpe fuerit. Ceterum quando tu nos pro illis non deprecatus es, id fecisti, quod erat praeclare judicantis. Silentio enim tuo testatus es, habere eos, quae ipsis conveniunt.

D. ΛΑΥΡΑΚΙῼ. (1)

Σὺ μὲν ἐπῄνεις τοὺς ἐμοὺς λόγους (2), οἱ δ' ἄλλοι τὸν

LAURACIO.

Tu quidem orationes nostras laudasti, alii vero

EP. CCCCXCVII. (1) *Par nobile fratrum* συνωρίδα de hominum pari frequenter dici ostendunt *Wesselingius* in Probabilibus p. 115. sqq. & *G. Arnaldus* p. 45. Speciminis Animadversionum.

EP. CCCCXCVIII. (1) καλὸς, *Medic.* B. ubi vero *Salvinus* recte vidit legendum esse χαλεπὸς, quod in *Voss.* & *Reg. max.* exstat. (2) πάνυ, *Medic.* (3) ἀμφότερον, *idem.* (4) Sic *Medic.* recte: κινήσαντα, alter uterque. Ceterum inter *Zambicarii* illas lib. II. ep. 1. exstat epistola ad Anatolium, cujus idem est initium, argumentum vero diversissimum. Ita enim habet: *Quid mihi faciendum sit, nequaquam intelligere possum: laudari etenim a me non pateris: & tamen, quae dignissima laude sint, continuo facis. Ceterum cum id mihi ingenium sit, ut non minus honesta laudem, quam turpia vituperem* &c. Eam infra integram exhibebo inter *Latinas* nostri, quas Graece huc dum reperire datum non fuit.

EP. CCCCXCIX. (1) Ita *Voss.* & *Ambros.* T. 73. At *Reg. max.* olim οἱ. (2) σου, *Vatic.* B. (3) h. e. tales, qui praecepta literarum audire velint & possint. Sic alias *nasum habere* dicitur homo indolis sagacioris. Conf. *Matth.* XI. 15.

EP. D. (1) Ita *Reg. max.* & *Voss.* Λαυρακίῳ, *Vatic.* B. ubi tamen manus recentissima correxit Μαυρικίῳ. Λαβεριῳ *Ambros.* N. 2. *Lauracii* nomen rectius puto. (2) πάνυ, *Ambros.* N. 2.

(3) νέοι,

vero tuum in orationes studium. Quem igitur cum voluptate audivisti, eidem petenti gratias refer. Gratia vero legibus non repugnat; itaque non denegaveris. *Eusebius* ipse quidem meus in literis commilito fuit: ejus vero filii meas frequentant scholas. His igitur bene ego facio, ea suppeditans, quae accipere a me quisquam possit. Horum vero patri beneficium, si volueris, exhiberi a te possit. Beneficium autem fuerit, si intelligant omnes, te illum amicum nobis esse scire.

τὴν σὴν εἰς λόγους ἐπιθυμίαν. Οὗ τοίνυν ἡδέως ἠκροῶ, τούτῳ δὸς αἰτοῦντι χάριν. ἡ δὲ χάρις οὐκ ἔξω τῶν νόμων, ὥστε οὐκ ἀρνήσῃ. Εὐσέβιος αὐτὸς μὲν ἐμοὶ συμφοιτητής. οἱ δὲ τοῦδε (3) παῖδες φοιτῶσιν εἰς (4) ἐμέ. Τούτους μὲν οὖν αὐτὸς εὖ ποιῶ, διδοὺς, ἃ παρ' ἐμοῦ λάβοι τις ἄν. Τῷ δὲ τούτων πατρὶ παρὰ σοῦ γένοιτ' ἄν, εἰ βουληθείης, εὖ παθεῖν. Ἔστι δὲ εὐεργεσία, γνῶναι πάντας, ὅτι αὐτὸν ἡμέτερον ἑταῖρον οἶσθα.

ARISTAINETO.

Pudore suffusus sum ex iis, quae de feris illis scripsisti. Visus enim es non tam ex eo, quod gratificari nobis non posses, contristatus, quam, quod non posses, jocandi materiem nactus. Jam vero fuit, qui, te potuisse, ex joco illo tuo, tanquam argumento quodam, confecerit. Accidit autem, ut epistola illa per patrui manus ad nos veniret, viri quidem jocari minime omnium scientis, te vero commoda occasione id facere credentis. Jam vero, necessitate urgente, occasio haec locum non invenit. Tempus autem erat, ut cognatus tuus haec in Bithynia procuraret, occasionem tibi faciens ostendendi, quod res amicorum tuis non postponas. At praetextum quendam negligentiae tuae quaesivisse mihi videris. Ita vero nos adversus vos non agimus. Misimus enim vobis, quae montes nostri alunt. Tu vero, si ad beneficium dandum minus es promtus, ad rependendum tamen piger esse noli.

DI. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΩι.

Ἠσχύνθην, οἷς ἔγραψας περὶ τῶν θηρίων (1). Οὐ γὰρ ἐφάνης, ὅτι σοι μὴ χαρίσασθαι παρῆν ἡμῖν, ἀνιώμενος, ποιούμενος δὲ μᾶλλον τὴν ἀπορίαν παιδιάν. Ἤδη δέ τις οὐδ' ἀπορεῖν σε ἔφη, σημείῳ τῇ παιδιᾷ χρώμενος. Συνέβη δὲ τὴν ἐπιστολὴν διὰ τῶν τοῦ θείου χειρῶν εἰς ἡμᾶς ἐλθεῖν, ἀνδρὸς αὐτοῦ μὲν ἥκιστα παίζειν εἰδότος, σὲ δὲ νομίζοντος μετὰ τοῦ καιροῦ τοῦτο ποιεῖν. ἀλλὰ νῦν γε οὐ καιρὸς ἐν ἐπειγούσῃ τῇ χρείᾳ. Τὸ δὲ τὸν συγγενῆ σοι ταῦτα λειτουργεῖν ἐν Βιθυνίᾳ καιρὸς ἦν, διδοὺς σοι δεικνύειν, ὅτι τῶν οἰκείων οὐ ποιῇ τὸ τῶν φίλων δεύτερον· ἀλλ' οἶμαι πρόφασιν ἥρπασας εἰς ῥᾳθυμίαν. οὐ μὴν ἡμεῖς γε εἰς ὑμᾶς. Πεπόμφαμεν δὲ ὑμῖν, ὧν ἡμῖν τὸ ὄρος τρέφει. Σὺ δ' εἰ μὴ καὶ δοῦναι χάριν ἕτοιμος, ἀλλ' ἀμείψασθαι μὴ φάνηθι κακός (2).

ALCIMO.

Accepi tuam per *Thoracem* epistolam. Cumque ille se praeter eam alias mihi literas daturum diceret, ex quibus discerem, quid factu opus sit, vix quidem ad me accedit, tantum abest, ut etiam tunc reddat. Ubi itaque eas accepero, talis tibi videbor, qualem me speras. Ut urbs vestra ursas nobis procuret, velim. Ea vero a te petens, quae a civitate fieri nobis velimus, fortasse non ago inepte. Audientem enim tibi habes urbem recte facientem. Cogita vero, idem & nobis & vobis plausum esse pariturum; nobis quidem, quod omnem operam impendimus, ut acciperemus; vobis vero, quod sine invidia dedistis. Jucundum praeterea fuerit, si quis, ursam illam mira praestare videns, & unde sit, quaerens, a Bithynis eam esse audiat.

DII. ΑΛΚΙΜΩι.

Ἔλαβόν σου διὰ Θώρακος ἐπιστολήν. γράμματα δὲ ἐπ' ἐκείνῃ δώσειν εἰπὼν, ἀφ' ὧν ἂν ἦν μοι μαθεῖν, ὅ, τι δεῖ σοι πραχθῆναι, μόλις μὲν ἐντυγχάνει, δίδωσι δὲ οὐδὲ τότε. Ἐκεῖνα μὲν οὖν ἢν λάβω, φανοῦμαί σοι τοιοῦτος, οἷον ἐλπίζεις. Τῶν ἄρκτων δ' ἡμῖν ἡ πόλις ὑμῶν μεταδότω. σοὶ δὲ διαλεγόμενος, περὶ ὧν δεῖ γενέσθαι παρὰ τοῦ κοινοῦ, τάχ' ἴσως οὐχ ἁμαρτάνω. Πειθομένην γὰρ ἔχεις καλῶς ποιοῦσαν τὴν πόλιν. Ἐνθυμοῦ δὲ, ὅτι τὸ αὐτὸ καὶ ἡμῖν καὶ ὑμῖν οἴσει κρότον. ἡμῖν μὲν, ὡς σπουδῇ χρησαμένοις τοῦ λαβεῖν. ὑμῖν δὲ, ὡς ἄνευ φθόνου δεδωκόσιν. Ἡδὺ δέ που τὸ, τῆς ἄρκτου θαυμαστὰ ἐργαζομένης τὸν ἐρόμενον, πόθεν δὲ αὐτὴ, παρὰ Βιθυνῶν ἀκοῦσαι.

JULIANO.

Benignum te in urbes futurum esse, probe sciebam. Ea enim tua est indoles. Gavisus vero sum, cum audirem, & stimulum tibi esse adver-

DIII. ΙΟΥΛΙΑΝΩι. (1)

Ὅτι (2) μὲν πρᾴως προσοιχθήσῃ ταῖς πόλεσιν, εὖ ᾔδειν. Φύσει γὰρ δὴ σὺ τοιοῦτος. Ἥσθην δὲ ἀκούσας, ὅτι

(3) τούτου, *Voss.* (4) Forte rectius legeris ὡς, ita enim saepe noster.

EP. DI. (1) Ex his intelligitur, nostrum ab *Aristaeneto* per literas petisse, ut feras sibi bestias procuraret. Illis enim ad ludos publice edendos uti solebant, qui publico munere fungentes populo gratificari volebant. Exemplis hujusmodi abundant nostri epistolae. Compara hanc in rem epistolam proxime sequentem. (2) κακὸς h. l. *segnem* & *ignavum* ad aliquid praestandum infert, sicut ἀγαθὸς ex adversa parte *alacrem*, *promtumque* significat.

EP. DIII. (1) Cave putes, ad *Julianum* Imp. hanc scriptam esse epistolam. Ad eum enim alia ratione scribere solet. Porro pro Antiochia ursas ab eo petit noster, eamque Juliani hujus patriam appellat. Jam vero Imperator *Constantinopolin* patriam agnoscebat. Confer paulo post ep. 514. Quis denique sit hic *Julianus*, non aeque patet. Fortasse fuerit ille legionum tribunus, cujus meminit *Ammianus Marcellinus* lib. XXV. c. 6. p. 431. (2) Sic *Voss.* In *Reg. max.* olim legebatur ὅτι, quod postea recte in ὅτι fuit conversum.

ὅλη σοι καὶ κέντρον ἐστὶν ἐπὶ τοὺς κέντρου δεομένους. ἤγγειλε δὲ Κληματίος, ᾧ καὶ αὐτῷ κέντρον ὀξύ. Χαίρειν οὖν μοι συνέβαινε τῷ, τόντε ἐπαινούμενον εἶναι πολίτην ἐμόν, καὶ τοὺς ὠφελημένους ἂν εἴπω καὶ τούτους πολίτας, ἄρα σοι δόξω λέγειν ὀρθῶς. Εἶπε γὰρ κἀκείνων ὡς οἶσθα πρὸς ἐμέ. Πάντως δὲ οἶσθα, περὶ ὧν ἐπέστειλας ἡμῖν, ὥστε γίγνεσθαι, ἃ γέγονεν. οὐ δι' ἡμῶν. οὐ γὰρ ἀφαιρήσομαι Σπεκτάτον, ὧν ἐσπούδασε τὴν δόξαν. ἐπῄνεσα μέντοι τὴν σπουδήν. καὶ τοῦτό σοι παρ' ἐμοῦ, τὸ μαθεῖν ἐκεῖνον, ὅτι σοι βοηθῶν ἀμφοτέροις χαρίζεται. χάρισαι δὲ καὶ αὐτὸς ἡμῖν, τὸ φανῆναι παρ' ἡμῖν ἄρκτους ἐκεῖθεν, ἐπειδὴ κἀκείνοις ἔδειξας ἐνθένδε παρδάλεις, ὅπως τοὺς μὲν ἀρχομένους διὰ τῆς πατρίδος εὐφραίνῃς, τὴν δὲ σαυτοῦ διὰ τῶν παρ' ἐκείνοις.

versus eos, qui stimulo indigent. Renunciavit id *Clematius*, cui & ipsi acutus est stimulus. Gaudium igitur mihi natum est ex eo, quod & laudatus ille civis sit meus, &, si opem nactos itidem cives meos dixero, tibi quidem recte dixisse omnino videar. Ea enim illorum, quae nosti, ad me dixit. Nosti vero omnino, quae nobis scripseris, ut ea proinde praestentur, quae facta sunt: non quidem per nos; neque enim *Spectatum* privavero illorum, quae perfecit, gloria. Laudavi potius studium: atque id tibi a me scribitur, ut discat ille, quod, quando tibi opem tulit, utrique gratum fecerit. Jam vero & ipse illam nobis fac gratiam, ut inde ursae ad nos veniant, quandoquidem & illis hinc pantherarum copiam fecisti. Sic fiet, ut subjectos patriae tuae bonis, patriam vero illorum bonis exhilares.

DIV. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Χρηστὸς γε ὁ Λεόντιος, καὶ τῶν εὐφημιῶν, αἷς αὐτὸν ἐκόσμεις, οὐκ ἀνάξιος. καίτοι μικρὰ μέν μοι συγγεγένηται διὰ τὸ πλῆθος τῶν πραγμάτων. Εὖ γὰρ ἴσθι, τῆς περὶ τοὺς νέους ἀσχολίας οὐκ ἐλάττους ἡμῖν αἱ περὶ τοὺς ἄρχοντας, ἃς ἀηδῶς μὲν ὑπομένομεν, φυγεῖν δὲ οὐκ ἔχομεν τοὺς δεομένους αἰδούμενοι. Τὸν δ' οὖν Λεοντίου τρόπον οὐδ' οὕτως ἠγνοήσαμεν ἀλλ' εὕρομεν τὸ τῆς ἐπιστολῆς ἐν τῷ φέροντι. Πυθόμενος δέ, οἷς ψηφίζῃ περὶ ἡμῶν, πείθεται μὲν ἀγαθῷ, εἰ (1) πείθεται δὲ περὶ τούτου, τοῦτο δὲ οὐκ οἶδα.

DEMETRIO.

Humanissimus est *Leontius*, & laudibus illis, quibus eum ornasti, non indignus; quamvis ob negotiorum multitudinem rarius mecum sit versatus. Scias enim, velim, occupatos nos non minus in juvenibus, quam imperantibus esse, ea opera, quam illibenter quidem sustinemus, suffugere autem per nostrum 10 petentes studium, non possumus. Interim *Leontii* mores vel sic non ignoravimus, sed id, quod epistola tua nunciabat, in reddente deprehendimus. Fidem vero habens tuo de nobis judicio, bono quidem viro fidem habet; num vero etiam in hoc negotio fidem tibi habeat, id quidem ignoro.

DV. ΒΑΚΧΙΩι.

Οὐ παύσῃ ποτὲ τὰ μικρὰ μεγάλα νομίζων, καὶ πολλοῦ τινος ἄξια τὰ μηδενός; ἀλλ' ἂν φθέγξωμαί τι σεμνόν, εὐθὺς τοῦτο παρά σοι. καὶ ζητεῖς καὶ ποθεῖς, καὶ τὸ μήπω λαβεῖν ἐγκαλεῖς. Ἀεὶ μὲν οὖν μοι φαύλων ἐρᾷν ἐφαίνου τῶν ἡμετέρων ἐρῶν, νῦν δ' οὐχ ἥκιστα σπουδάζων περὶ μικρά. Γνώσῃ δ' ἣν λάβῃς, λήψῃ δὲ οὐκ εἰς μακράν. ὡς οὐ κλέος εἰς ὑμᾶς ἀφῖχθαι λέγεις, σκιὰ λόγου (1) μᾶλλόν ἐστιν, ἢ λόγος.

BACCHIO.

Nunquamne desines parva maximi facere, & quae nihili sunt in magno pretio habere? Imo vero, si quid praeclarius dixero, id protinus a te perfertur; id quaeris & desideras, &, quod non acceperis, criminaris. Semper itaque viliora amare mihi videris, dum nostra amas, & nunc quoque non minus exiguorum studio teneri. Videbis id, ubi acceperis, accipies autem brevi; & tunc nihil eximii ad vos pervenisse dices: umbra enim potius orationis est, quam oratio.

DVI. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΩι.

Ἤδειν μὲν πρότερον καὶ τὸν ἐμαυτοῦ πολίτην, Μαριάδην, ἤ, εἰ βούλει γε, Ἀριστείδην. οὕτω γὰρ αὐτὸν καλεῖς, καὶ καλῶς καλεῖς. Νῦν δὲ αὐτῷ πολὺ πλέον συνήδομαι, ὅτι ὢν ἀγαθὸς καὶ εἶναι δοκεῖ πανταχοῦ. Τόπος γὰρ οὐδείς, ὃς οὐκ οἶδέ τε αὐτοῦ τὴν πενίαν, καὶ ἰδὼν οὐ τεθαύμακεν. Οὐκ ἄρα μεγάλη μόνον ἡμῶν ἡ πόλις, ἀλλ' ἤδη καὶ μήτηρ ἀνδρῶν, ἴσως δὲ (1) καὶ ῥητό-

ARISTAENETO.

Jam antea quidem cognitum habebam etiam hunc civem meum, *Mariadem*, aut, si mavis, *Aristidem*. Ita enim eum vocas, & recte vocas. Jam vero illi multo magis gratulor, quod, cum bonus sit, talis etiam ubique esse videatur. Nullus enim est locus, qui non noverit paupertatem ejus, visamque non sit admiratus. Itaque non magna solum urbs nostra est, sed etiam mater viro-

EP. DIV. (1) εἰ addidi ex *Voss.*

EP. DV. (1) *Umbram rei* Graeci appellant, quae talis non est, qualis esse debebat. Hinc σκιὰ φίλου, ἔρως; &c. Vide *Erasmum* p. 233.

EP. DVI. (1) Ita *Reg. max.* at in *Voss.* inductum est, & loco ejus μὲν positum.

(2) *Ari-*

virorum, fortaſſe etiam Rhetorum, omnino vero juſti amantium. Hoc tu quoque teſtaris, qui eum *Ariſtidem* appelles.

SABINO.

Expedita ſunt, quae tibi moleſta erant, & *Mariadae* quidem opera. Malis his jam compoſitis epiſtolam accepi. Interrogabam equidem tunc, quomodo auxilium ferri deberet: ille vero reſpondit, nihil opus eſſe auxilio, imo vero laetandi adeſſe tempus. Gaviſus itaque ſum, & epiſtolam hanc ſcripſi.

JAMBLICHO.

Famem illam & frigus verbis ita amplificaſti, ut legens ego & riguerim & eſurierim Te vero & haec, & aſperiora quoque ferre oportet, tanquam ex philoſophante familia natum: praemia enim, ad quae moleſta illa tendunt, duris illis ſunt majora. In haec itaque reſpiciens praeſentibus angi te nolim. *Hierocles* quidem conſiliis jam ante obtemperare oportebat; nunc autem illa ſequi prorſus neceſſe eſt. Fauſtis igitur omnibus abi, &, quicquid Dii dederint, recipiens, cum gaudio revertere.

HIEROCLI.

Bono homini non malum dediſti conſilium. Tu itaque id, quod convenientiſſimum eſt, vidiſti, ille vero non ſprevit. Teſtatur potius, recte te juvenem dimiſiſſe, qui efficere non potueris, ut apud vos permaneret.

CLEMATIO.

In Aegyptum proficiſcitur optimus *Auxentius*: per Palaeſtinam vero iter faciens initia magiſtratus tui ſpectabit, procul dubio egregia. Quae enim pollicitus nobis es de imperio cum paupertate obeundo, ea nunquam irrita facies. Virtutis vero tuae praemium erit illius, qui hanc epiſtolam reddit, lingua. Ea enim, quae admiratur, praedicare etiam didicit.

SEBASTIANO.

Demonſtraſti itaque, te magiſtratu etiam egregie fungi poſſe. Praeſens vero negotium ſuffecerit ad virtutem tuam probandam. *Auxentius* odio proſequens odio digna, admirans etiam, quae non admirari nefas, relictis uxore & liberis, lucroque, quod ex cauſis agendis capere poterat, proficiſcitur hinc, praefecturae

τόρων, πάντως δὲ δικαίων, καὶ σὺ μαρτυρεῖς ὁ τὸν Ἀριστείδην (2) εἰπών.

DVII. ΣΑΒΙΝΩι.

Λέλυταί σοι τὰ δυσχερῆ, καὶ λέλυται τοῖς Μαριάδου πόνοις. καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἤδη τῶν δεινῶν πεπαυμένων ἐλάμβανον. ὥστ᾽ ἐγὼ μὲν ὧν (1) ἠρώτων, πῶς ὧν χρὴ βοηθεῖν; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, δεῖν μὲν οὐδὲν βοηθείας. εἶναι δὲ τὸν καιρὸν ἡδονῆς. Ἔχαιρόν τε ὧν καὶ ἐπέστελλον.

DVIII. ΙΑΜΒΛΙΧΩι.

Οὕτως ἐξῆρας τῷ λόγῳ τόν τε λιμὸν καὶ τὸ ψῦχος, ὥστ᾽ ἀναγινώσκων ἐῤῥίγωσά τε καὶ ἐπείνασα. Σὲ δὲ καὶ ταῦτα καὶ ἔτι χαλεπώτερα δεῖ φέρειν, ἀπὸ τῆς φιλοσοφούσης οἰκίας γεγονότα (1). καὶ τὰ ἆθλα δὲ, ὑπὲρ ὧν τὰ δυσχερῆ, μείζω τῶν δυσχερῶν, ὥστ᾽ εἰς ἐκεῖνα βλέποντα μὴ τοῖς παροῦσιν ἀνιῶ. Τοῖς δὲ Ἱεροκλέους λόγοις οὐδὲ πρότερον μὲν ἀπειθεῖν ἔδει. Νῦν δὲ ἀνάγκη πείθεσθαι. τύχῃ γοῦν ἀγαθῇ χώρει, καὶ δεξάμενος, ὅτι ἂν διδῶσιν οἱ θεοὶ, χαίρων ἐπάνηθι.

DIX. ΙΕΡΟΚΛΕΙ.

Ἀγαθῷ οὐ κακῶς συνεβούλευσας, ὅθεν σὺ μὲν εὗρες τὸ δέον. ὁ δὲ οὐκ ἠτίμασε. Μαρτυρεῖ δὲ, ὡς ὀρθῶς τὸν νεανίσκον ἔπεμψας, ὁ μὴ δυνηθεὶς εἰς τὸ μεῖναι βοηθῆσαι.

DX. ΚΛΗΜΑΤΙΩι. (1)

Πορεύεται μὲν ὁ καλὸς Αὐξέντιος ἐπ᾽ Αἰγύπτου. διὰ δὲ τῆς Παλαιστίνης ἰὼν, ἔσται (2) τῆς σῆς ἀρχῆς προοιμίων θεατής. Δῆλον γὰρ ὅτι καλῶν. Ἃ γὰρ συνέθου πρὸς ἡμᾶς περὶ τοῦ μετὰ πενίας ἄρξειν, οὐδέποτε ψεύσεις. Μισθὸς δέ σοι τῆς ἀρετῆς ἡ γλῶττα τοῦ φέροντος τὴν ἐπιστολὴν, ὃς, ἐπειδὰν τι θαυμάσῃ, καὶ κηρύττειν ἐπίσταται.

DXI. ΣΕΒΑΣΤΙΑΝΩι.

Ἔδειξας μὲν οὖν, ὡς εἴης ἀγαθὸς καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς. Ἀρκεῖ δὲ καὶ τὸ παρὸν, δηλῶσαι τὴν σὴν ἀρετήν. Αὐξέντιος μισῶν, ἃ μισεῖν ἄξιον, καὶ θαυμάζων, ἃ μὴ θαυμάζειν ἀδίκημα, παῖδας ἀφεὶς καὶ γυναῖκα, καὶ τὴν ἐκ τῶν δικῶν πρόσοδον, ἔρχεται τὴν σὴν ὀψόμενος στρα-

(2) *Ariſtidem* appellaverat *Mariadem* Ariſtaenetus, quod *Ariſtidi* illi Athenienſium eſſet ſimilis, quem non *juſtitia* ſolum, ſed & *paupertas* illuſtrem fecit. Vide *Aelianum* Var. Hiſtor. X. 15. & XI. 9. ex recentioribus vero *Baelium* in Dictionario, ſuo loco.

EP. DVII. (1) ὧν abeſt a *Voſſ.*

EP. DVIII. (1) *Jamblichus* ſcilicet hic eſt *Himerii* filius, *Sopatri* nepos, & procul dubio Philoſophi Chalcidenſis cognatus. Vide ſupra ep. 487. & aliquot ſequentes.

EP. DX. (1) Nomen hoc in *Reg. max.* a recente, in *Voſſiano* vero ab eadem antiqua manu ſcriptum legitur. (2) Διὰ inſerit *Voſſ.*

στρατηγίας (1). μαρτυρεῖ δὴ διὰ τῆς ὁδοῦ, πάντων εἶναί σε διὰ πάντων ἄριστον. Ὁ γὰρ οὐδ' ἂν τύραννον κολακεύσας (2), εἰδώς τε ὅτι μέμφοιτο περὶ τούτου, καὶ βοῆσαι δῆλον ὡς ὑπὸ τῶν ἐν σοὶ καλῶν ἐπὶ Νεῖλον (3) κέκληται. Φιλοτιμησάμενος δὴ πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τοῦ ῥήτορος, ἀπόδος ἡμῖν ὅτι τάχιστα τὸν ῥήτορα (4).

rae tuae conditionem spectaturus. Ipso vero hoc itinere testatur, te omnium per omnia esse optimum. Ille vero qui nec tyranno adulari unquam possit, si quid sciat reprehensione dignum, aperte utique profitebitur, se ab egregiis tuis dotibus ad Nilum esse vocatum. Tu itaque, de Rhetoris hujus adventu apud Aegyptios gloriatus, quam celerrime Rhetorem nobis redde.

DXII. ΚΛΗΜΑΤΙῼ.

Φίρμος τουτοὶ μέλει μὲν τῇ μητρί μου, μέλει δὲ καί ἐμοὶ διὰ τὴν μητέρα. καί σοι δ' ἂν εἰκότως ἀμφοῖν ἕνεκα μέλοι. Ἔστι δὲ ὁ Φίρμος εὐγενής τε καὶ πένης ὑπὸ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ κακῶν εἰς πενίαν ἐλθών. Φέρων δὲ τὴν πενίαν, καὶ χρημάτων οὐκ ἐπιθυμῶν, ἐπιθυμεῖ γνῶναί σε τοῦθ', ὅτι ἡμῖν αὐτοῦ μέλει.

CLEMATIO.

Firmus hic curae est matri meae, curae vero etiam mihi est propter matrem: recteque & tibi utriusque nomine esse debet. Est vero *Firmus* ille vir & ingenuus, & pauper, ad paupertatem ex calamitatibus, in Palaestina exantlatis, redactus. Paupertatem vero illam ferens, & divitiarum non cupidus, cupit, ut cognitum habeas, se nobis curae esse.

DXIII. ΑΛΚΙΜῼ.

Ἕως ἂν ᾖς καὶ σώζῃ τῇ Βιθυνίᾳ, καὶ δι' ἀνδρῶν ἐστι τῷ ἔθνει κρατεῖν. Οὐ γὰρ ἂν ἄλλοι γε δείξειαν ἕτερον Ἄλκιμον. Τοῖς δὲ περὶ τῶν ἄρκτων γράμμασιν ἑορτὴν ἐποίησας τῇ πόλει. Μεγάλα γὰρ ἀκούοντες ἀπιστεῖν οὐκ εἶχον, σοῦ λέγοντος. ἀλλ' ἐγγύς τε καθεστήκεισαν τοῦ ὁρᾶν. Ἡγοῦμαι δέ σοι τὰς παρδάλεις ἥκειν, ἡνίκα πρὸς ἡμᾶς τὰ περὶ ἐκείνων γράμματα. Πάλαι γὰρ δὴ πλέουσιν. καὶ, ὡς εἰκάζειν ἐστὶν, ἐχρήσαντο πλῷ (1). Τερπόμενος δὲ τοῖς ἐνθένδε, τέρπε τοὺς ἐκεῖθεν ἡμᾶς, μεμνημένος, ἦν τῶν προτέρων αἱ νῦν κυνηγέσεις, ὡς ὁ σὸς λόγος, χαλεπώτεραι.

ALCIMO.

Quoad tu superstes fueris, & Bithyniae conserveris, toti genti viris illustribus superare alias licebit. Neque enim alii alium *Alcimum* exhibere unquam poterunt. Ceterum literis tuis de ursis illis urbi nostrae gaudia fecisti. Praeclara enim audientes, tibi dicenti non potuerunt non fidem habere, sed, ut viderent, propius accesserunt. Arbitror autem pantheras ad te venisse, cum tuae ad nos de illis literae veniebant. Pridem enim mari sunt commissae, & secundis ventis usas esse ominari licet. His igitur ex nostris delectatus tu recrea nos vestris, recordatus, quod praesentes illae cynegetis, ut tu loqui amas, asperiores se prioribus illis praebeant.

DXIV. ΙΟΥΛΙΑΝῼ. (1)

Ὧν ἐδεήθης ἔχων, ἃ δώσειν ἔφης, ἀπόστελλε, καὶ χαρίζου τῇ πατρίδι τοῖς ἐρχομένοις ἐκ τῆς πατρίδος (2) κεχαρισμένα. Λόγος δὲ παρ' ἡμᾶς ἀφῖκται, θαυμαστὰ παρ' ὑμῖν τὰς ἄρκτους ἐργάζεσθαι, καὶ εἶναι τοσαύτας, ὥστε καὶ ἐκπέμπειν ἔχειν. καίτοι μίαν οὖσαν, πάντως ἂν σύγε τῶν σῶν πολιτῶν τὴν μίαν ταύτην ἐποίησας, συγγνώμην ἔχων, καὶ παρ' αὐτῶν ἐκείνων οὓς ἀφῄρου μᾶλλον δὲ ἔπαινον, οὐ συγγνώμην, εἰ τιμῶν ἐφαίνου τὴν σαυτοῦ. Λογίζου δὲ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἐν ᾗ πᾶσα μὲν ἤθροισται πόλις ἐπὶ τὴν θέαν, ἄρκτος δὲ βοῇ ἐκκαλεῖται, ζητεῖ δὲ ὁ θεωρὸς, παρ' ὅτου τὸ θηρίον. σὲ δὲ ἀκούει, καὶ πρὸς ἕτερον λέγει, καὶ γίγνῃ τῷ λειτουργοῦντι τὸν ἔπαινον κοινός.

JULIANO.

Cum habeas, quae desideraveras, mitte, quae daturum te ajebas: & grata praesta patriae, illis, qui ex patria veniunt, gratificatus. Fama ad nos perlata est, ursas apud vos mira praestare, & tam copiosas esse, ut peregre etiam mitti possint. Quod si igitur vel una tantum in promtu esset, vel unam illam tu civibus tuis omnino commodares, veniam etiam ab illis, quibus abstuleris, nacturus, vel laudem potius, non veniam, quia patriae tuae honorem hunc haberes. Recogita vero diem illum, quo tota urbs ad spectandum congregabitur, ursa vero magno clamore evocabitur. Tum spectator aliquis quaeret, a quo bestia illa venerit: nomen vero tuum audiet, idemque alteri dicet. Laudem itaque communem habebis cum eo, qui spectaculum hoc editurus est.

DXV. DIO.

EP. DXI. (1) Στρατηγίας notio h. l. ex illa vocis στρατηγοῦ repetenda est, de qua in superioribus diximus. (2) εἰδώς τε —— βοῆσαι in *Voss.* quidem exstant, sed postliminio deleta. (3) Hinc patet, *Sebastianum* hunc in Aegypto Praefecti munere esse functum. Confer epist. 434. (4) I. e. *Auxentium* qui causis in foro agendis vacavit, quod commemorato ante πρόσοδος ἐκ τῶν δικῶν infert.

EP. DXIII. (1) Vocem πλῷ alias etiam de itinere terrestri adhiberi, constat ex iis, quae *Ludolphus Kusterus* ad Suidam Tom. III. p. 132. est commentatus.

EP. DXIV. (1) *Julianus* hic diversus est ab Imperatore, vide, quae scripsimus ad ep. 503. cujus idem fere est argumentum. (2) Pantheras scilicet acceperat Antiochia. Vide ep. 503.

EP.

DIOMEDI.

Quemadmodum, si quid mali in *Diophanto* deprehenderem, omnino id tibi significarem, ut eum corrigeres, & ad mores emendandos adduceres; ita, cum nunc mores optimos probet, & literis strenue operetur, ipse te doceo, eum ex utraque parte esse egregium, ut tu quidem eum laudes, propter quem inter felices Parentes locum tueris.

DXV. ΔΙΟΜΗΔΕΙ. (1).

Ὥσπερ, εἴτι φαῦλον ἑώρων Διοφάντῳ, πάντως ἂν σε ἐδίδασκον, ὅπως αὐτῷ προσάγῃς ἐπανόρθωσιν, καὶ ποιῇς βελτίω τοὺς τρόπους, οὕτως ἐπειδὴ νῦν (2) βέλτιστός ἐστι τοὺς τρόπους, ἐῤῥωμένος δὲ εἰς τοὺς λόγους, αὐτός τε διδάσκω τοῦτο, ὡς ἐστιν ἀμφότερα ἀγαθὸς, ὅπως αὐτὸν ἐπαινῇς, δι᾽ ὃν εἰς εὐδαιμόνων πατέρων τελεῖς χορόν.

HIERACIO.

Filii tui filius is est, quem avus esse velit, literarum amans, non corporum; a jactantia alienus, modestiae studiosus, placens mihi, & amicis deditissimus. Haec comperta de eo habens tacere non potui. Juvenes enim decori rationem non habentes, accusare, recta vero tuentes laudare didici. *Diophantum* itaque hunc inter eos, qui, quae decet, faciunt, inveniens, nefas esse putavi, jucundum avo non adferre nuncium.

DXVI. ΙΕΡΑΚΙῼ.

Ὁ τοῦ παιδός σου παῖς τοιοῦτός ἐστιν, οἷον εὔξαιτο ἂν ὁ πάππος, λόγων ἐραστὴς, σωμάτων οὐκ ἐραστής. θράσους ἀφεστηκὼς, ἐπιεικείᾳ φίλος, ἀρέσκων ἐμοὶ, τῶν ἑταίρων ἐξημμένος. Ταῦτα αὐτῷ συνειδὼς σιγᾷν οὐκ εἶχον. ἐγὼ γὰρ οἶδα μὲν κατηγορῆσαι νέων, ἔξω κόσμου φερομένων, οἶδα δὲ ἐπαινέσαι μένοντας ἐν τῷ τεταγμένῳ (1). Τὸν οὖν Διόφαντον (2) τοῦτον ἕνα τῶν, ἃ χρὴ, ποιούντων εὑρὼν, ἡγησάμην ἄδικον, μὴ τῷ πάππῳ τὴν ἀκοὴν εὐφρᾶναι (3).

CLEMATIO.

Misimus haec, non petituri beneficium, sed promissa postulaturi. Is enim tu es, qui adfirmavit, te majora etiam, quam possis, ad publicum illud munus collaturum esse. *Clematius* vero multa, quae non promittit, praestat, promissa autem omnino implet. Duo igitur momenta viris illis opem ferunt; alterum quidem, ut argentum mature accipiant; alterum, ut vestem non magno pretio emant. Ceterum, qualis sit *Olympius*, ex eo aestima, quod te per ipsum adloquor. Neque enim tantum bonum ipsi eram conciliaturus, nisi probusque & studio aliquo dignus esset. Est vero civis quidem meus, multis autem civibus adversus me melior: velimque omnino, ut illi bene sit, ubicunque versetur. Tu itaque benigne eum excipiens, & literis in Italiam comitatus, ostende, quod, qui nos amant, aliquem ex amore fructum capiant.

DXVII. ΚΛΗΜΑΤΙῼ.

Ἐπέμψαμεν οὐκ αἰτήσοντες χάριν, ἀλλ᾽ ἀπαιτήσοντες ὑπόσχεσιν. Σὺ γὰρ ἐκεῖνος, ὁ φήσας, μείζω τῶν δυνατῶν (1) εἰς τὴν λειτουργίαν εἰσοίσειν. Κλημάτιος δὲ πολλὰ μὲν, ὧν οὐκ ἐπαγγέλλεται, ποιεῖ, πάντως δὲ ἐπαγγελίαν ἐπιτελεῖ. Δύο τοίνυν βοηθεῖ τοῖς ἀνδράσι. τὸ μὲν, ὅπως ταχέως τἀργύριον λάβοιεν, τὸ δὲ, ὅπως μὴ πολλοῦ τὴν ἐσθῆτα πρίαιντο. Ὅστις δὲ ἐστιν Ὀλύμπιος, ἀπ᾽ αὐτοῦ γνῶθι τοῦ δι᾽ αὐτοῦ σέ με προσειπεῖν. οὐ ἂν (2) τοσοῦτον προυξένουν ἀγαθὸν, μὴ καλῷ κἀγαθῷ καὶ τινος ἀξίῳ σπουδῆς. Ἔστι δὲ πολίτης μὲν ἐμὸς, πολλῶν δὲ βελτίων εἰς ἐμὲ πολιτῶν. καὶ βουλοίμην ἂν αὐτῷ τόπον πάντα εὐφροσύνην φέρειν. Σὺ τοίνυν ἡδέως αὐτὸν ἰδὼν, καὶ μετὰ γραμμάτων ἐπ᾽ Ἰταλίας πέμψας, δεῖξον, ὅτι τοῖς ἡμᾶς φιλοῦσιν ἔστι τις φίλτρου καρπός.

MYGDONIO.

Olympii hujus curam ubique habeo. Nam & ut civem amo, & ut amicum redamo. Prudens praeterea est, & suavis, literarum etiam existimator non summus quidem, nec tamen malus. Pro Rhetore miles factus est, cogente paupertate: sed nec sic ex paupere dives evasit, qui adulari non possit, morum vero suorum amatorem non invenerit. Tu vero talem te

DXVIII. ΜΥΓΔΟΝΙῼ.

Ὀλυμπίου τουτουὶ πανταχόθεν κήδομαι. καὶ γὰρ ὡς πολίτην φιλῶ, καὶ ὡς φίλον ἀντιφιλῶ. καὶ νοῦν ἔχει, καὶ χάριν. καὶ λόγων κριτὴς, οὐκ ἄκρος μὲν, οὐ φαῦλος δέ. Γέγονε δὲ στρατιώτης ἀντὶ ῥήτορος πενίᾳ βιασθείς. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐν τούτῳ μέντοι πλούσιος ἀντὶ πένητος γεγένηται, κολακεῦσαι μὲν οὐ δυνηθεὶς, ἐραστὴν δὲ τῶν αὐτοῦ τρόπων

EP. DXV. (1) Est ille *Hieracii* filius, quod ex sequente epistola patebit. (2) νῦν deest in *Voss.*

EP. DXVI. (1) Τεταγμένον h. l. est, quod cuique convenit, personamque ejus decet. Significatus hic pendet ex altero vocis τάξις, de quo in *Curis* meis ad *Hebr.* II. 5. dixi. Τοῖς μένουσιν ἐν τῷ τεταγμένῳ opponuntur homines ἄτακτοι, vel ἀτάκτως περιπατοῦντες. Vide nos ibidem ad 2 *Thessal.* III. 6. & 1. ep. V. 14. (2) Vide epistolam proxime superiorem. (3) Ita & *Voss.* & *Reg. max.* Scribendum videri poterat: μὴ τὸν πάππον τῇ ἀκοῇ τέρψαι

EP. DXVII. (1) Vertere etiam posses: *plura quam ceteri Optimates.* (2) Legendum videtur: ᾧ οὐκ ἄν, id quod in versione expressi.

που οὐχ' εὑρών. Ἀλλ' οὗτος αὐτῷ σὺ γενοῦ (1). καὶ πρῶτον μὲν αὐτῷ χάρισαι, τὸ μὴ τὸ μῆκος τῆς ἀπουσίας ἔγκλημα αὐτῷ καταστῆναι. ἔπειτα τῶν σοὶ μὲν ῥᾳστων, τούτῳ δὲ χρησίμων γενέσθω τι. Τῆς τε γὰρ παρὰ Μουσωνίῳ δυνάμεως δίκαιον ἀπολαύειν ἐμὲ, τοῦτόν τε τῆς ἐμῆς περὶ σοῦ.

te illi exhibe. Et primum quidem id ipsi praesta, ne absentia longior crimini vertatur; deinde vero nonnihil ipsi eorum confer, quae tibi facilia sint, illi vero commodum adferant. Fas enim est, ut illis ego fruar, quae tu potes apud *Musonium*; hic vero fruatur illis, quae ego apud te possum.

DXIX. ΜΟΥΣΩΝΙΩ.

Καί σοι δεδόσθαι νομίζω τὴν ἐμὴν ἐπιστολὴν, καὶ σὴν ἀφίξεσθαί μοι (1). καὶ πρὶν λαβεῖν, ὅτι λήψομαι πιστεύων, ἥδομαι. Μὴ οὖν θαυμαστὸν ποιοῦ, εἰ μήπω μαθὼν, ἣν ἔσχες ἐπὶ τῇ προτέρᾳ γνώμην, ἐπέθηκα δευτέραν. Πέπεικα γὰρ ἐμαυτὸν, ἃ μάλιστα βούλομαι, καὶ ἴσως τε οὐχ ὡς μαντεύομαι. Λογίζομαι γὰρ, ὡς εἴης μὲν ἥμερος, εἴης τε λόγων ἐραστής τε καὶ ποιητής. Πολλὰ δή σοι πεπόνηται βοηθοῦντι πολλοῖς, ἄλλοις τε (2) καὶ μάλιστά γε δὴ τοῖς περὶ τοὺς λόγους, ὧν τοὺς μὲν ἀγαθοὺς εὑρὼν, ἐλάμπρυνας, τοὺς δὲ οὐ τοιούτους ἠλέησας. τὸ μὲν κρίσει ποιήσας ὀρθῇ, τὸ δὲ φύσεως χρηστότητι. Τὸν οὖν πρᾷόν τε καὶ λέγειν ἕτοιμον, καὶ πράττειν ἄοκνον τινα εἶχε λόγον ἀνδρὶ θαῤῥήσαντι μὴ μεταδοῦναι γραμμάτων; ἄλλως τε καὶ Μυγδονίου τοῦ καλοῦ παρακαλοῦντος ἐγγύθεν, μᾶλλον δὲ οὐ κινοῦντος, ἀλλ' ἐπαινοῦντος ὡρμημένον. Ταῦτά με πεποίηκε μαντικὸν εἰς τὴν ἐκεῖθεν ἐπιστολήν. καὶ ἃ λαβὼν ἔπραττον ἂν εἰκότως, ἐλπίζων ἀξιῶ ποιεῖν. ἄλλοις ἤδη προξενεῖν ἐπιχειρῶ τὴν οἰκείαν ῥοπὴν, ἧς πρῶτος Ὀλύμπιος ἀπολαύσεται. Λέγειν γὰρ οὕτω βέλτιον. ὁ δ' Ὀλύμπιος οὗτος, μετὰ μὲν πολλῶν, πολίτης ἐμὸς, παρὰ πολλοὺς (3) δὲ φίλος. καὶ ἐδέξατο ταυτὸ διδασκαλεῖον ἡμᾶς παῖδας ὄντας. ἔπειτα τύχῃ τινὶ τῶν λόγων ἐξωσθεὶς γίγνεται στρατιώτης, οὐδὲ οὕτως εὐτυχής. Οὐκοῦν εἰς τήνδε τὴν ἡμέραν γέγονται κέρδους, τούτων δὴ τῶν ὀξέως ποιούντων τὸν στρατιώτην εὐδαίμονα ὥστ', εἰ μὴ ἠπίστατο πενίαν φέρειν, κἂν ἴσως ἐχρήσατο τῷ παρ' ἡμῖν ποταμῷ. Διατρίψας δὲ τῇδε καὶ χρόνον ἀνηλωκὼς, φοβούμενος προσετίθει τῇ μελλήσει. Ἐγὼ δὲ αὐτὸν ἀνέστησα θαῤῥύνας τε καὶ βοήσας ἐν μέσοις, ὡς δίκην μὲν οὐ δώσει, λήψεται δέ τι καλόν. Σὺ τοίνυν κύριός με τελεῖν εἰς συμμορίαν μάντεως (4).

MUSONIO.

Et tibi meam epistolam redditam esse existimo, & tuam mihi redditum iri. Credens vero ante, quam accipio, me accepturum, laetor. Ne itaque mirum tibi videatur, quod, cum nescirem, quid de superiore illa sentias, alteram hanc submisi. Ea enim mihi persuasi, quae vehementissime cupio, fortasse vero aliter res habet, quam auguror. Existimo enim, te esse benignum, orationumque & amantem & artificem. Multam praeterea operam impendisti provehendis multis, tum aliis, tum iis, qui eloquentiae student. Eorum enim alios, quos egregios esse videbas, coluisti, alios, aliter comparatos, miseratus es. Alterum recto de rebus judicio, alterum indolis tuae benignitati debetur. Causam igitur habebam, cur virum mansuetum, ad dicendum promtum, ad faciendum impigrum, literis compellare auderem. Accedit, quod & optimus *Mygdonius* ad hoc me excitarit, vel potius non tam permoverit, quam mea sponte currentem probarit. Haec quidem fecerunt, ut epistolam tuam instar vatis praeciperem. Quae igitur facturus eram, si eam accepissem, ea facere audeo, dum spero. Benevolentiam enim tuam aliis etiam conciliare adgredior, cujus fructum *Olympius* primus capiet. Ita enim loqui praestat. *Olympius* vero hic cum multis aliis civis meus est, prae multis vero amicus. Eadem schola nos pueros cepit. Postea calamitate quadam a literis ille abstractus, militiae se dedit, sed nec ita felicior. In hunc enim usque diem nihil lucratus est, ex iis, quae militem felicem reddere celeriter possunt: adeo ut, nisi paupertatem ferre didicisset, fortasse in fluvium nostrum praecipitem se dedisset. Commoratus vero apud nos, multoque tempore consumto, prae timore moram fecit. Ego vero ipsum excitavi, animum addens, & inter medios alios clamans, poenam ipsum non esse daturum, sed commodum potius percepturum. Tu itaque efficere potes, ut augurum classi adscribar.

DXX. ΒΑΚΧΙΩ.

Οὐ γὰρ οἶσθ', ὅτι καὶ ἑτέραν πεποιήμεθα μελέτην, ἢ πάντως ἂν ἤτεις ἐπὶ τῇ προτέρᾳ τὴν δευτέραν (1). Τοιοῦτος γὰρ δὴ πρὸς ἡμᾶς, ἂν, ὅτι εἰπὼν, ἀκούσῃς, πρὶν, ὅπως εἶπον, μαθεῖν, εὐθὺς (2), ἂν

BACCHIO.

Non nosti scilicet, & aliam nos declamationem habuisse: alioquin enim etiam illam praeter superiorem omnino desiderasses. Talis enim adversus nos es, ut, simulac audiveris, me publice dixisse, ante etiam, quam, quomodo dixerim,

EP. DXVIII. (1) Sic *Reg. max.* συγγνοῦ, *Voss.*

EP. DXIX. (1) Epistola haec inter superiores exstat, ep. 492. (2) ἄλλοις τε deest in *Ambros.* T. 73. (3) Ita codex uterque: malim πρὸ πολλῶν, nisi πρὸ πολλοῦ subintellecto χρόνου per jampridem vertendum fuerit. (4) Ita supra ep. 515. εἰς συμμορίαν χορὸν τελεῖν.

EP. DXX. (1) Confer ep. 505. superiorem. (2) Deesse hic aliquid videtur, v. c. ζητεῖς, vel αἰτεῖς.

(3) Ita

rim, audiveris, ea, quorum cupidus es, statim desideres. Ut igitur & illam habeas, utramque mox mittemus. *Mox* vero illud duos mihi menses significat. Tanta scilicet est librariorum copia, ut non dicam, penuria. Quod si igitur non accipies, dicam mihi scribes. Si vero tarde accipies, pro nobis nobiscum causam rei in crimen voca.

DEMETRIO.

Tu quidem epistolam tuam mihi misisti, ut evinceres, plura me tibi, quam quidem haberes, tribuisse, Graecorum te principem vocando. At eadem illa illustre fert testimonium, quod nihil aliud, quam, quod dixi, dicere mihi licuerit. Si enim elegantissimus *Demetrius* longum admodum tempus dispexisset, qua tandem ratione se Graecorum caput esse ostenderet, nihil praestantius, quam talia scribendo, fuisset inventurus. Adeo coacervatas sententias dictionemque, epistolis propriam refert, nec quidquam habet, quod non spiret elegantiam, adeo, ut nunc magis, quam olim, summum te esse profitear. Quod si vel sic denuo me confutare adgrediaris, scias velim, te iterum causam meam esse acturum. Quod vero discipulus meus & auditor es, (talem enim te ipsum vocas,) eo quod orationibus meis uteris familiariter, id quidem ut jucundissimum mihi accidit, ita tibi in reprehensionem vertitur, qui me non eodem loco, communicatis orationibus tuis, esse jubeas. Ut igitur & disertus & justus habearis, mitte nobis tua, tuumque me jube esse discipulum.

JAMBLICHO.

De incolis Ancyranis nihil ejusmodi cognitum habebam. Imo vero illi, si qui alii, peregrinos amarunt, hoc uno illis molesti, quod abiturientes detinebant. Quoniam vero tibi quidem fidem non possum non habere, ipsos autem bonos esse persuasum mihi habeo, urbem mores suos propter calamitates mutasse, necesse est. Illi quidem, feliciori sorte usi, pristinos mores facile induerint. Te vero triste iter facere novi. Interim tuum est, & nosse haec ferre, vel, si hoc difficilius fuerit, tacere. Illud quidem majus est, sed nec hoc exiguum. Ceterum abstinere te velim a querelis, quod volans tu literas non accipias. Ea enim, quae non decet, culpans, ipse culpae redderis obnoxius. Nos vero nunc tibi non tarde

ἂν ἐρᾷς. Ὡς οὖν καὶ ταύτην ἢ τ·· χύ·τ (3), πέμψομεν ἀμφοτέρας αὐτίκα. τὸ δ' αὐτίκα παρ' ἡμῖν δύο μῆνες. τοσαύτη τις ἀφθονία (4) γραφέων (5), ἵνα μὴ λέγω σπάνις. Μὴ λαμβάνων μὲν οὖν, ἐγκάλει. βραδέως δὲ εἰ λάβοις, ἀνθ' ἡμῶν μεθ' ἡμῶν αἰτιῶ τὸ αἴτιον.

DXXI. ΔΗΜΗΤΡΙΩ.

Σὺ μὲν ἐπ' ἐλέγχῳ τὴν ἐπιστολὴν ἔπεμψας, ὡς ἄρα μείζω σοι τῶν ὄντων ἔδωκα, πρῶτον Ἑλλήνων εἰπών. ἡ δὲ λαμπρὰν ἥκει (1) φέρουσα μαρτυρίαν, ὡς οὐδ' ἄλλο τι χρῆν, ἢ τοῦθ', ὅπερ εἶπον, εἰπεῖν (2). Εἰ γὰρ δὴ πάνυ πολὺν ἐσκόπει χρόνον ὁ καλὸς Δημήτριος, πῶς ἂν αὑτὸν δείξειεν Ἑλλήνων κεφάλαιον (3), οὐκ ἂν ἄμεινον ἐξεῦρεν, ἢ τοιαῦτα γράφειν. Οὕτω τά τε ἐνθυμήματα πυκνά, καὶ λέξις, ἣν ἐπιστολὴ ποθεῖ, καὶ οὐκ ἔστιν, ὅπου τὸ κάλλος οὐκ ἔστιν, ὥστε νῦν πλέον ἢ πρότερον, ὡς εἴης ἄκρος, λέγω. κἂν πάλιν ἐπιχειρῇς ἐλέγχειν, εὖ ἴσθι, συναγορεύσεις (4) πάλιν. ὁ δὲ φοιτητὴς καὶ ὁ συνουσιαστὴς (5), ταυτὶ γὰρ σαυτὸν ὀνομάζεις, τὸ τοῖς ἐμοῖς συνεῖναι λόγοις, χαρίεντα μέν, κατηγορήματα δέ, τοῦ μὴ καὶ ἡμᾶς ἐν ἴσῃ τάξει ποιοῦντος ἀπὸ τοῦ μεταδοῦναι λόγων. Ἵν' οὖν πρὸς τῷ δεινὸς εἰπεῖν εἴης καὶ δίκαιος, πέμπε τὰ σαυτοῦ, καὶ ποίει καί με (6) σὸν φοιτητήν.

DXXII. ΙΑΜΒΛΙΧΩ.

Οὐ ταῦτα συνῄδειν τοῖς οἰκοῦσι τὴν Ἄγκυραν, ἀλλ', εἴπερ τινές, ξένους ἐφίλησαν, ἑνὶ λυπήσαντες μόνον, τῷ κατέχειν ἀπιόντας. Ἐπεὶ οὖν σοι μὲν ἀπιστεῖν οὐκ ἔχω, τοὺς δὲ ἠπιστάμην ἀγαθούς, οἶμαι τὴν πόλιν ὑπὸ συμφορῶν μεταβεβληκέναι τοὺς τρόπους. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν εὖ πράξαντες ἀνακτήσαντο τοὺς τρόπους (1), σὺ δ', ὅτι μὲν ὁδὸν πορεύῃ λυπηράν, οἶδα. Δεῖ δέ σε φέρειν τε εἰδέναι, κἂν μὴ τοῦτο ῥᾴδιον ᾖ, σιγᾶν εἰδέναι (2). Μεῖζον μὲν γὰρ ἐκεῖνο, μικρὸν δὲ οὐδὲ τοῦτο. Καὶ τοῦ γε πᾶσιν ἐγκαλεῖν, ὅτι μὴ πετόμενος γράμματα λαμβάνεις, ἀφείσθω. Μεμφόμενος γάρ, ἃ μὴ προσῆκεν, ἐν μέμψει γίνῃ. Ἡμεῖς δέ σοι νῦν οὐ τὴν δι' ἅρματος (3) ἐπιστέλλομεν, ἀλλ' ἄρτι δόντες τῷ παι-

δὶ

(3) Ita scriptum est in *Reg. max.* & *Voss.* quoque. Sensum hiantem in versione quomodocunque expressi. (4) ... ita loquitur noster. (5) γραφεῖς & λογογράφεις vocantur *librarii*, seu *amanuenses*. Vide eruditissimum *Montefalconium* in Palaeographia Graeca p. 35.

EP. DXXI. (1) Ἥκει, *Voss.* (2) Rhetor erat *Demetrius*: vide ep. 442. (3) κεφάλαιον id, quod in *rebus*, vel *personis*, praecipuum est, Graecis vocatur. Vide *Curas* nostras ad *Hebr.* VIII. 1. (4) Ita *Voss.* ex emendatione recente, antea enim & ibi & in *Reg. max.* legebatur συνηγορήσειν. Emendatam hanc lectionem firmat *Medic.* A. quam & res ipsa requirit. Id enim vult *Libanius*, quicquid inposterum scripturus sit *Demetrius*, id omne suum de ipso judicium praeclarum esse confirmaturum. (5) συνουσιαστὴς auditorem & discipulum significat, sicut συνουσία nostro passim docentium & discentium congressum infert. Ita συνουσίαι μελέτης & διατριβαὶ scholas, in quibus declamatur, & praecepta artis eloquentiae traduntur, appellantur a *Philostrato* de Vitis Sophistarum lib. I. c. 23. §. 2. (6) καί μοι, *Medic.* A.

EP. DXXII. (1) Ἀλλ' ἐκ. μ. ἔ. πρ. ἀ. τ. τρ. parentheseos notam referunt, fortasse ideo, quod ab ipso *Libanio* non sunt profecta. (2) Similes veterum sententias lege in notis *Gatakeri* ad M. Antoninum IV. 49. Tales etiam in sacris exstare constat. (3) Alluditur ad proverbium: δι' ἅρματος ἀστράψῃ. quod de iis, quae tarde fiunt, dici monuit *Suidas* Tom. I. p. 332. sicut proverbii originem edisserit *Strabo* IX. p. 404.

(4) Haec

δί σοι γεγράμματα, ταῦτα εὐθὺς Ὀλυμπίῳ δεδώκαμεν (4), ὃν οἶσθά τε, καὶ εἰδὼς εὖ ποιεῖς (5), εἰς ὅ, τι ἂν ἔχῃς (6).

de scribimus. Cum enim filio tuo jam literas dederimus, praesentes has statim tradidimus Olympio, quem & nosti, & cognitum beneficiis ornas, quoad potes.

DXXIII. ΦΙΛΑΓΡΙῼ.

Καὶ ὡς ἄνδρα χρηστὸν, καὶ ὡς ἔμπειρον λόγων, καὶ ὡς ὀξὺν στρατιώτην (1), καὶ ὡς ἡμέτερον φίλον ἡδέως τε, ὄψει τὸν Διονύσιον, καὶ χαίροντα ἀποπέμψεις. Μαντεύομαι γὰρ θαῤῥῶν.

PHILAGRIO.

Ut virum & humanum, & literarum peritum, & fortem militem, & ut amicum denique nostrum libenter videbis hunc *Dionysium*, gaudentemque dimittes. Ita enim ominor confidenter.

DXXIV. ΕΛΠΙΔΙῼ.

Εὐδαιμόνει, τῷ σαυτοῦ βίῳ τὸν σὸν πατέρα ποιῶν εὐδαίμονα.

ELPIDIO.

Feliciter age; vitaque tua patrem tuum redde felicem.

DXXV. ΒΑΣΙΛΕΙ ΙΟΥΛΙΑΝῼ.

Ἔπεμψά σοι τὸν λόγον μικρὸν ὑπὲρ μεγάλων πραγμάτων. Τοῦ δὲ καὶ μείζω γενέσθαι λόγον, σὺ δήπου κύριος, εἰ δοίης, ἀφ᾽ ὧν ἂν γένοιτο μείζων. Δοὺς μὲν οὖν δηλώσεις, ὅτι με τεχνίτην ἐγκωμίων ἡγῇ. Μὴ δοὺς δὲ, δώσεις ἑτέρα ὑποπτεύειν.

JULIANO IMPERATORI.

Misi ad te orationem parvam de rebus maximis. Ut major illa evadat, tu quidem potes efficere, si ea suppeditaveris, unde major fieri possit. Quod si igitur ea dederis, ostendes, te me putare encomiorum artificem. Si non dederis, facies, ut alia suspicer.

DXXVI. ΔΩΡΟΘΕῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ. (1)

Ἀναπέτασον τὰς σαυτοῦ θύρας τῷ νέῳ τούτῳ διδοὺς χάριν ἐμοὶ, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ πόλει, καὶ τῇ Λαοδικέων.

DOROTHEO EPISCOPO.

Aperi fores tuas adolescenti huic, gratificaturus & mihi, & urbi tum nostrae, tum Laodicensium.

DXXVII. ΑΓΑΠΗΤῼ. (1)

Τὸν ἑταῖρον ἡμῶν εἰ τὰ εἰκότα τιμήσαις, καὶ ἡμῖν ἂν εἴης κεχαρισμένος.

AGAPETO.

Si amicum nostrum convenienter exceperis, & nobis gratum feceris.

DXXVIII. ΙΟΥΛΙΑΝῼ. (1)

Μὴ παύσῃ ὑβρίζων με καὶ ταῦτα, καὶ ἔτι μείζω.

JULIANO.

Ne desinas & in his, & in aliis majoribus in me esse contumeliosus.

DXXIX. ΕΥΘΑΛΙῼ.

Εἴ τις ὑμῖν λόγος τοῦ κηδεστοῦ, ἔλθετε (1) αὐτὸν ὀψό-

EUTHALIO.

Si quam generi habetis rationem, venite cum

(4) Haec ita quoque accipi possunt, quod Libanius paulo ante filio tradiderit literas Jamblicho inscriptas, quibus nunc illas per Olympium submittat. (5) ποιῇς *Vatic.* B. ex emendatione recente, forte non improbanda. (6) ἔχεις, *Mutin.* A. Post hanc epistolam in *Voss.* constituitur finis libri VI. epistolarum, & vel sic tamen notae numericae epistolarum per errorem continuantur. Consentit prorsus *Vatic.* A. nisi quod septem priores, quae sequuntur, epistolae, numeris prorsus carent.

EP. XXIII. (1) Sic *Reg. max.* & *Voss.* in quodam Cod. videbatur legi ξὺν στρατιώτην, pro ξυστρατιώτην Attico more. sed quia reliquis substantivis suum epitheton adest, ὀξὺν & hanc ob caulam praestat.

EP. DXXVI. (1) Episcopi nomen diserte additur in *Voss. Vatic.* A. B. & *Mutinensi* A. omittitur vero in *Reg. max.* Si recte additum est, non fuerit distinguendus a *Dorotheo* Tyri Episcopo, sub cujus nomine commentatio de LXX Domini discipulis &c. falso circumfertur. Nec obstant temporis rationes, cum sub Juliano Imperatore centenario major martyrio functus dicatur. Confer *Fabricii* nostri Biblioth. Graec. lib. V. c. 4. p. 145.

EP. DXXVII. (1) Ἀγαπήτῳ, *Reg. max.* Ἀγαπητῷ, *Mutin.* A. & *Vatic.* B.

EP. DXXVIII. (1) Utrum haec ad *Julianum* Imp. sicut illa 525, an ad alium cognominem, ad quem & aliae nostri exstant, scripta censeri debeat, non admodum liquet.

EP. DXXIX. (1) Ἔλθετε, *Voss.* ἔλθοιτε *Reg. max.* & *Mutin.* A.

(1) For-

cum visuri, abitum parantem: sed id quam celerrime. Festinatione enim est opus.

ὀψόμενοι, μέλλοντα ἀπαίρειν. ἀλλ' ὅτι τάχιστα. Δεῖ γὰρ, δεῖ (2) τάχους (3).

DEMETRIO.

Aschelius eadem opera & durissima & jucundissima omnium mihi nunciavit. De lapsu enim illo locutus, quo audito ipse ego tanquam percussus concidebam, statim subjecit, Deorum tamen aliquem virginem in manus susceptam sustinuisse, donec in terram, tanquam in lectum deponeret. Quemadmodum vero ego laetabar, quod hac in parte nihil grave accidisset; ita dolebam, famulum ita contritum esse, ut salvus esse non possit. Haec mecum locutus *Aschelius*, laudatisque agris ad eos retinendos, non autem vendendos cohortatus, abiit. Ubi terrarum nunc quidem degat, nescio. Tibi vero filiisque tuis salus a Diis perpetua praestetur. Horae rebus eorum adsint, & omnia feliciter succedant. Tu vero velim mittas mihi & literas, & regionis vestrae fructus. Ego quidem duas misi orationes, quarum altera cum *Herodoto*, altera cum *Aristide*, disputo. Has statim mitti velim ad *Palladium*: nam praesens eas expetiit. Manifestum vero est, ita futurum, ut & tuae sint illae.

DXXX. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Ὁ μὲν Ἀσχόλιος τὰ πάντων δεινότατά τε καὶ ἥδιστα πρὸς ἡμᾶς ἀγγείλας, εἰπὼν γὰρ περὶ τοῦ πτώματος, ἐφ' ᾧ καὶ αὐτὸς πληγεὶς ἔπεσον, εὐθὺς ἐπέθηκεν, ὅτι ἀλλὰ Θεῶν μέν τις ἀντέσχε τῇ χειρὶ φερομένην τὴν παρθένον, ἕως εἰς τὴν γῆν κατέστησεν ὥσπερ εἰς εὐνήν. Ὥσπερ δὲ ἐνταῦθα τῷ μηδὲν συμβῆναι δυσχερὲς ἡδόμην, οὕτω τῷ τὸν οἰκέτην συντετρῖφθαι, καὶ μὴ ἂν σωθῆναι δύνασθαι (1). Τοιαῦτα διαλεχθεὶς Ἀσχόλιος, καὶ τοὺς ἀγροὺς ἐπαινέσας, καὶ παραινέσας ἔχειν, ἀλλὰ μὴ πωλεῖν, ἀπῆλθε. Καὶ νῦν ὅπη γῆς ἐστιν, οὐκ οἶδα. Σοὶ δὲ καὶ παισὶ τοῖς σοῖς εἴη μὲν ἐκ Θεῶν σωτηρία. Φέροιεν δὲ Ὧραι τὰ αὐτῶν. πάντα δὲ ἐξ οὐρίων θέοι. πέμποις δὲ καὶ ἡμῖν καὶ γράμματα, καὶ τὰ παρὰ τῆς χώρας. Ἐγὼ δὲ δύο λόγους (2), ὧν ἐν μὲν τῷ πρὸς Ἡρόδοτον, ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἀριστείδην (3) μάχομαι, πέπομφα. τούτους εὐθὺς δεῖ γενέσθαι Παλλαδίου. καὶ γὰρ ᾔτησε παρών. οὐκ ἄδηλον δὲ ὡς τοῦτο ποιήσει καὶ σοὺς εἶναι τοὺς λόγους.

PALLADIO.

Itaque non tam orationes desiderabas, quam ut eas desiderare videreris, studebas. Propterea nec unum diem famulum tuum hic relinquere sustinebas. Ego vero nec petenti mitto. Patet enim, te, ubi me videris, amoris praetextu objurgaturum esse.

DXXXI. ΠΑΛΛΑΔΙΩι.

Οὐκ ἄρα τῶν λόγων ἐπεθύμεις, ἀλλὰ τοῦ δοκεῖν ἐπιθυμεῖν τῶν λόγων. Οὔκουν ἐτόλμησας οἰκέτην τῇδε καταλιπεῖν ἡμέραν μίαν. ἀλλ' ἐγὼ καὶ μηδὲν δεομένῳ πέμπω (1). Δῆλον γὰρ ὡς αὖθις ἐντυχὼν ἔρωτι πλαττόμενος, ἐπετίμας ἄν.

MODESTO.

Si optimatum aedes obire possem, ipse forte in potentiorum numero essem. Nunc vero nihil possum. Hujus interim nihil me pudet, cui cecinisse aeque sufficit ac lusciniae. Ceterum multas ad te literas mitti debere non exi-

DXXXII. ΜΟΔΕΣΤΩι. (1)

Εἰ περὶ τὰς τῶν δυνατῶν ἠπιστάμην στρέφεσθαι θύρας, (2) ἦν ἂν καὶ αὐτὸς τῶν δυνατῶν. Νῦν δέ εἰμι μὲν ἀσθενής. Αἰσχύνομαι δὲ οὐδαμῶς, ἀλλ' ἀρκεῖ μοι (3) τὸ ᾄδειν, ὥσπερ τῇ ἀηδόνι (4). Γράμματα δέ σοι πέμπειν πολλὰ

(2) Fortasse scribendum erat δὴ, nisi verbum δεῖ efficaciae causa repetitum censeas. (3) Post haec verba in codice *Vossiano*, & ipso quidem contextu ab eadem vetere manu ista legis: Λιβανίου, Σοφιστοῦ ἐπιστολαί. Δημητρίῳ. Similiter in *Vatic.* A. eadem inscriptio, uncialibus literis exarata, novum librum incipere indicat, quemadmodum & epistolae novis numerorum notis insigniuntur. Idem fit in *Vatic.* B. mutato tamen libri numero. Hodie enim, facta litura, liber *quartus* vocatur, qui olim forte *septimus* fuit. In praecedente enim libro tertio epistola, quae hodie est ϛϙδ a pagina secunda incipit, & in superiore margine apertissima exstant vestigia harum vocum: βιβλίον ζ, cujus numeri omnes erasi & mutati sunt: nonnulli tamen, v. e. ζ adhuc legi possunt, qui optime cum *Voss.* & *Vatic.* A. consentiunt. Iste vero liber, qui in *Vatic.* B. hodie *quartus* dicitur, plane diversum epistolarum ordinem servat, ab illo, quem in *Voss.* agnoscis. *Mutinensis* A. hic itidem ita: τέλος βιβλίου ϛ Λιβανίου Σοφιστοῦ ἐπιστολαί. Δημητρίῳ. Huic autem quae inscripta est epistola, ita habet.

EP. DXXX. (1) Post haec integri fere versus lacuna apparet in *Vatic.* B. facto etiam in margine indicio: λείπει, *deficit*. (2) Hujusmodi orationes proprie μελέται, *declamationes*, appellantur, quas *Photius* Cod. XC. πλασματικοὺς καὶ γυμναστικοὺς λόγους vocat. Tales in Tomo I. Operum Libanii Morelliano leguntur, inter quas neutra; hic quidem commemorata, exstat. (3) Est ille *Aristides*, Adrianensis Rhetor, de quo alias.

EP. DXXXI. (1) Vide epistolam proxime superiorem.

EP. DXXXII. (1) Vide *Centuriam* meam ep. XIII. (2) Sophistarum nempe & aliorum mos erat, ut Optimates crebris salutationibus demereri conarentur. In eos passim hoc nomine noster animadvertit. (3) Rescripsi μοι ex *Voss. Reg. max. Medic.* B. & *Goliano*, pro μὴν, quod *Baroce.* habet, & ego olim cum altero illo permutandum conjiciebam. (4) Lusciniae ea est canendi & facultas & voluptas, ut ea illi ad vitam & felicitatem sufficere videatur, cum illi statis temporibus continuo indulgeat. Sic *Plinius* X. 29. ait: *Lusciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus*, &c. Forte allusit noster ad proverbium quo dicitur: *lusciniae deest cantio*; vel ipsa phrasis, qua utitur, proverbii olim locum obtinuit. Praeterea vero, qui facundiae nomine celebres erant, ἀηδόνων nomine insigniri solebant. Sic *Dio Chrysostomus* ἀηδὼν σοφιστῶν appellari meruit, & *Euripides*, teste *Laertio* I. 2. Socratem σοφιστὴν ἀηδόνα μουσῶν dixit Confer *Cresollium* de Vitis Sophistarum I. 9.

(5) Αυ-

λὰ οὐκ ᾠήθην δεῖν, πολλὰ μὲν πράττοντι πράγματα, πολλὰ δὲ δεχομένῳ γράμματα. Τοῖς γάρ τοι βαρυνομένοις τῶν πλοίων οὐ δεῖ προστιθέναι φορτία. Ἐπεὶ δὲ πλῆθος ἐπιθυμεῖς, Λυδὸν εἰς πεδίον ἴσθι προκαλούμενος (5). Τῆς μὲν οὖν ἐπιστολῆς, ἣν πρὸς Ἀκάκιον ἔπεμψας, οἶδά σοι χάριν. Ἐδείκνυ γάρ σε ἐσπουδακότα καὶ βουλόμενον ἔργον ἰδεῖν, ἄλλος (6) δ' ἂν ἀφοσιωσάμενος (7) ἀπαλλάγη. Περὶ δὲ τῆς στοᾶς σοι σκεπτέον, ὅπως εὔφημόν τι λέγοιτο περὶ αὐτῆς, καὶ μὴ δοκῶν τῷ Διονύσῳ χαρίζεσθαι τὸν πατέρα λυποίης τοῦ Διονύσου τὸν Δία (8).

existimavi, multis scilicet negotiis districtum, & multis literis oneratum. Navibus enim onustis plus oneris imponere non decet. Quoniam vero copiam requiris, scito, Lydum te ad pugnam provocare. Pro epistola, quam ad *Acacium* scripsisti, gratias tibi habeo. Ea enim solertem te & rem ipsam videndi cupidum arguit, quando alius officio leviter functus acquievisset. De porticu vero tibi prospiciendum est, ut bona de ea verba dicantur, & ne, dum Bacchum demereri videris, Bacchi patrem, Jovem offendas.

DXXXIII. ΕΥΦΗΜΙΩι. (1)

Μή με νομίσης Εὔριπον (2). Ἐγὼ γάρ τοι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον οὔτε μέμφεσθαι (3) δυναίμην ἄν, οὔτε μὴ φιλεῖν. Ποιῶ δὲ ἐκεῖνο μὲν, ὡς ἀμελούμενος, τοῦτο δὲ ὡς ἀνεψιὸς, μᾶλλον δὲ, εἰ βούλει, πατὴρ, καὶ πατὴρ ἤπιος, εἰδὼς ἐνεγκεῖν νέους (4) σκιρτήματα. Καλὸν γὰρ οὕτως εἰπεῖν. Ἐννοῶν γὰρ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων τὴν τάξιν, ἧς οὗτος διάδοχος, πάντα τρόπον οἶμαι δεῖν βοηθεῖν τῷ τῆς οἰκίας σχήματι. καὶ βουλοίμην ἂν ἐκλάμπειν ἐν τῇ πόλει τὸν τοῦ θείου μοι παῖδα. Νῦν δέ μοι καὶ (5) δύναμις ἡ ποιοῦσα πάρεστιν οὐ μικρά. Τὴν γὰρ σὴν ἀρχὴν ἐμαυτοῦ δύναμιν ἡγούμενος ἴσως οὐκ ἀδικῶ. Δεῖ δέ σε προσδοκᾷν αἰτίας τε ἀεὶ κατ' αὐτοῦ, καὶ παρακλήσεις ὑπὲρ αὐτοῦ.

EUPHEMIO.

Noli me Euripum putare. Ego enim hominem illum nec accusare unquam, nec non amare possum. Alterum quidem facio, tanquam neglectus, alterum vero, ut cognatus, vel, si mavis, ut pater, & mitis quidem pater, qui ludos pueriles ferre didicerit. Ita enim rem omnem appellaverim. Quando enim majorum nostrorum seriem, ex qua ille ortus est, reputo, familiae illius splendori omni modo consulendum esse existimo, velimque vehementer, patrui mei filium in urbe illa eminere. Jam vero id quidem praestandi non parva mihi facultas suppetit. Tuum enim imperium meam potestatem esse existimans, fortasse non pecco. Te vero semper & querelas contra eum, & preces pro eo supplices exspectare oportet.

DXXXIV. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Οὐχ ἧττον ὑμῶν τῆς ὑμετέρας ἀπολαύομεν διὰ τοὺς πυκνοὺς τουτουσὶ διακόνους (1). καί μοι δοκεῖς ἄχθεσθαι καὶ πρὸς τὰ δένδρα ταῦτα τὰ ἀγλαόκαρπα, ὅτι σοι μὴ ἐθέλοι δεῦρο κομισθέντα βεβριθομένων τῶν κλάδων, ἐναρμοσθέντα τῇ γῇ, ταυτὸν ποιεῖν. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν τικτέτω παρ' ὑμῖν. πάντως καὶ ἡμῶν ὁ τόκος. Περὶ δὲ τοῖν λόγοιν νῦν ᾐσθόμην, ὡς οὐδὲν ἔγραφον σαφές (2). Διορθοῦμαι δή. κτῆμα μὲν ἔστω Παλλαδίου. Σὺ δὲ ἢ δοὺς ἐκγράψῃ λαβὼν, ἢ δώσεις, ἐπειδὰν ἐκγράψῃ.

DEMETRIO.

Nos non minus, quam vos per frequentes ejusmodi famulos ex regione vestra fructum capimus. Tu vero arboribus illis fertilissimis succensere mihi videris, quod huc translatae fructibusque onustae terraeque insitae non idem praestare velint. Enimvero pariant illae apud vos: nam vel sic noster erit proventus. Ceterum de duabus illis orationibus nihil me clare scripsisse nunc demum intellexi. Itaque nunc definio. Sint illae *Palladii*. Tu vero, sive jam dederis, receptas describi facies, vel dabis, ubi describi curaveris.

DXXXV. EU-

(5) Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖ proverbialiter is dicitur, qui alterum ad id praestandum lacessit, quod sponte sua & non provocatus agit. Lydi enim olim, impetu quasi quodam ad bellum capessendum ferri videbantur, adeo, ut ferocitatem eorum non alia ratione Cyrus domare sibi posse videretur, quam si omne voluptatum genus illis non sectandum solum permitteret, sed etiam injungeret. Vide *Herodotum* I. 155. & *Justinum* I. 7. Ex quo effectum est, ut mollities eorum itidem in proverbium abiret, mollesque dicerentur λυδοπαθεῖς, quam in rem vide *Barnesium* ad Anacreontem p. 306. Ceterum affinis huic proverbio est ea dicendi formula, qua *Plato* in Theaeteto utitur: ἱππέας εἰς πεδίον προκαλεῖς, Σωκράτην εἰς λόγους. Adde *Lucianum* in Ἀναβιοῦσι Tom. I. Opp. Ceterum in *Goliano* prave pro ἴσθι scriptum erat ἴθι. (6) ἄλλως, *Golian.* (7) Verbum hoc sacris est proprium, quibus cum homines quod ad speciem magis, atque adeo leviter, defungi soleant, idem ad negotium quodvis, perfunctorie tractatum, transferri coepit. Pertinet huc *Platonis* locus, qui exstat p. 7. προθύμως συμβουλεύω, μηδὲ ἀφοσιωσάμενος μόνον ἐπακοῦσαι. *Varinus* in Lexico ἀφοσιώσασθαι ita exponit: ὅπως δήποτε ἀποδοῦναι καὶ διαχρήσασθαι τὸ ὀφειλόμενον, & vocem ἀφοσιούμενοι: ἐν ὑποκρίσει θωπεύοντες, τιμῶντες. Confer *Valesium* ad notas Maussaci in Harpocrationem p. 259. (8) Proverbialiter hoc dictum videtur in eos, qui alteri gratificatus alterum offendit.

EP. DXXXIII. (1) Latinam habes inter illas *Zambicarii* III. 262. Ibi vero *Modesto* inscribitur, sicut *Euphemio* in *Reg. max. & Medic. A.* (2) Εὔριπος homo inconstans & moribus nunc his, nunc illis utens dicitur. Vide *Erasmum* p. 345. Origo procul dubio ex reciproco rapidissimoque fluctuum aestu repetenda est, quam in rem *Plato* p. 36. ἄνω κάτω ὡς ἐν Εὐρίπῳ φέρεται. (3) οὔτε μὴ μέμφεσθαι. Ita *Benzel. A.* recte. *neque non culpare.* (4) νέου *Benzel. A.* (5) καὶ abest a *Medic.*

EP. DXXXIV. (1) Fructus arborum, a Demetrio sibi missos indicat. Tales vero desideraverat noster ep. 530. (2) Lege eandem, quam modo dixi, epistolam in calce.

EP.

EUPHEMIO.

De eximii *Thalassii* pristina adversus nos amicitia, deque laboribus, quos nostri causa, ut salvus essem magna illa procella oborta, saepe tecum differere memini. Ibi tu altum clamabas; virum miratus, eundemque amicum & patronum tuum ob ea, quae mihi praestiterat, vocabas. Hunc ego subtristem & in foro sedentem conspicatus, maximopere turbatus sum. Adlocutus itaque hominem interrogavi, unde talis evaserit. Ille vero tacebat. Silentio ego hoc multo magis percellebar. Postea, illo relicto, ad alium aliquem cognatum conversus, rem omnem didici, quae illum quidem merito adflixit, per te autem jure amoveri debet. Poenae quidem, facinore hoc promeritae, mentio forte fieri non debet. Ita habet praesens negotium. Scribo vero ad te, ipso non conscio, partim ut tibi bene faciendi occasionem suppeditem, partim, ut memor esse videar illius, qui saepe temporibus, divino auxilio indigentibus, manum porrexit. Ita puto etiam Herculem Minervae fuisse memorem, cujus auspiciis Stygem effugit, ad Cerberum delatus. Nisi enim adfuisset Dea & juvisset, fortasse; sed mitto reliqua Herculem reveritus. Nonne igitur hominem illum & saevum, & refractarium & imperio tuo indignum & reputare & odisse oportet? Eurybatus ille, vel Phrynondas, vel potius homo, qui unus omnes, pravitate sua infames, Aeacos prae se credere jubeat, gratiamque accusatione & criminatione sua rependat, satis intelligit, quod occisorem se praestiterit, quando criminum cumulum impegit, nihil autem evincere potuit. Ille quidem tuum protendet gladium, qui sycophantas alios jam confodit, aliosque inposterum confodiet, in lucro suo id omne ponens, quicquid justitiae praetextu in damnum familiae *Thalassii* perfecerit. Omnes quidem ait testari sua posse, omnes jubet comprehendere. Artes vero hae feliciter illi cesserunt. Agri sunt desolati, fruges perditae, praediorum curatores in montes se recipiunt: quique in nostrum invidia flagrant, affectum animi prodentes, Mysorum praedam faciunt facultates viri, cujus beneficio saepe periculis sunt liberati. Quod si vel fabros, vel aliquid hujusmodi in communem usum conferri oporteat, ex *Thalassii* facultatibus supra dimidium exigitur. Putant enim, virum penitus oppressum jacere. Huic vero causae hujus initia meliorem famam pepererunt, & secutura

DXXXV. ΕΥΦΗΜΙΩι. (1)

Καὶ περὶ τῆς ἄνωθεν (2) πρὸς ἡμᾶς τοῦ θαυμαστοῦ Θαλασσίου φιλίας, καὶ περὶ τῶν πόνων, οὓς ὑπέμεινεν, ὅπως σωθείην, ὅτε ὁ σκηπτὸς ἐκεῖνος ἐκεκίνητο, πολλάκις οἶδα πρός σε διαλεχθείς. ἐφ' ᾧ μέγα τι ἐβόησας (3) τὸν ἄνδρα θαυμάσας, καὶ σαυτοῦ φίλον τε καὶ εὐεργέτην ἐκάλεις ἐκ τῶν πρὸς ἐμέ. Τοῦτον ἰδὼν ἐγὼ σκυθρωπὸν (4), ἐν ἀγορᾷ καθήμενον, ἐταράχθην, καὶ προσελθὼν ἠρώτων, ὅθεν ἡμῖν τοιοῦτό ἐστιν (5). ὁ δὲ ἐσίγα. Τῇ σιγῇ δὲ αὐτὸς ἐταραττόμην πλέον. Ἔπειτα τὸν μὲν ἀφείς, ἐπ' ἄλλον δέ τινα τῶν συνήθων ἐλθὼν, πράγματα ἔμαθον, ἃ τὸν μὲν εἰκότως ἐλύπησεν, ὑπὸ σοῦ δὲ δικαίως ἂν κωλυθείη. Τιμωρίας γὰρ ἴσως τῆς ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις οὐκ ἔξεστι μνησθῆναι. Τοιαῦτα τὰ παρόντα. Γράφω δέ (6) σοι, τὸν μὲν λαθὼν, βουλόμενος δέ σοί τε ἔργων καλῶν ἀφορμὰς παρέχειν, αὐτός τε φαίνεσθαι μεμνημένος τοῦ χεῖρα ὀρέξαντος ἐν καιροῖς θεοῦ τινος χρῄζουσιν. Οἶμαι δὲ καὶ τὸν Ἡρακλέα τῆς Ἀθηνᾶς μεμνημένον διατελεῖν, ὅτι δι' αὐτὴν (7) ἐξέφυγεν, ὥς φησιν Ὅμηρος (8), τὴν Στύγα, ἥκων ἐπὶ τὸν Κέρβερον. Εἰ δὲ μὴ παρῆν ἡ θεὸς καὶ ἐβοήθει, τάχα ἂν, ἀλλ' ἀφίημι τὸ λοιπὸν (9) Ἡρακλέους τιμῇ. Τί οὖν; δεῖ σε καὶ δεινὸν, καὶ περιέργον, καὶ τῆς σῆς ἀρχῆς ἀνάξιον, καὶ νομίσαι, καὶ μισῆσαι. ὁ Εὐρύβατος ἐκεῖνος ἢ Φρυνώνδας (10) μᾶλλον δὲ πάντας τοὺς ἐπὶ πονηρίᾳ (11) βεβοημένους Αἰακοὺς (12) ἀποφήνας, καὶ τὰς χάριτας (13) κατηγορίᾳ καὶ γραφῇ, οἶδε μὲν, ὅτι θανατῶντος ἔργον ἐποίησε, πλῆθος μὲν αἰτιῶν ἐπενεγκὼν, ἔχων δὲ ἔλεγχον οὐδέν. Τό, τε σὸν ὀρέξεται (14) ξίφος, ὃ διὰ τῶν συκοφαντῶν ἦλθέ τι ἤδη καὶ πορεύσεται, νομίζων τι κερδανεῖν, ὅ, τι ἂν ἐπὶ προφάσει τῆς δίκης κακώσῃ Θαλασσίου τὸν οἶκον. Πάντας μὲν φησι δύνασθαι μαρτυρεῖν, πάντας δὲ κελεύει συλλαμβάνειν. καὶ δὴ (15) καὶ τὸ τῆς τέχνης αὐτῷ κεχώρηκεν εἰς ἔργον. Ἔρημοι μὲν ἀγροὶ, καρποὶ δὲ ἀπολώλασιν. ἐπιμεληταὶ δὲ χωρίων εἰς ὄρη φεύγουσιν. Οἱ δὲ ἔχοντες φθόνον εἰς τὸν ἄνδρα γυμνοῦσι τὸ πάθος, καὶ Μυσῶν λείαν πεποιήκασι (16) τὰ τούτου. δι' ὃν (17) ἐκ κινδύνων ἐλύθησαν πολλάκις. κἂν δέῃ τέκτονας ἤ τι τοιοῦτον εἰς τὴν κοινὴν εἰσενεχθῆναι χρείαν, ἐκ τῶν Θαλασσίου τῆς φορᾶς ὑπὲρ ἥμισυ γίνεται. Νομίζουσι γὰρ κεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον. Τῷ δὲ τάτε πρῶτα

EP. DXXXV. (1) *Euphemio* inscribitur in *Voss.* a manu vetere, in *Reg. max.* autem a recente: itemque in *Barocc. Anatolio* in *Medic.* B. & *Themistio* in *Florentino* S. Marci. *Acacio* in *Benzel.* A. (2) de hoc vocis significatu vide *Curas* nostras ad *Luc.* I. 3. (3) ἐβόησας, *Barocc.* (4) Confer nos ad *Matth.* VI. 16. (5) τοιοῦτόν ἐστιν, *Voss.* quod malim. (6) νῦν, *Medic.* (7) δι' αὐτῆς. *Benzel.* A. (8) *Homerus* Odyss. λ. v. 625. (9) Quae sequuntur, desunt in *Barocc.* usque ad finem epistolae. Illa tamen huc pertinere praeter codices ceteros ipsa epistolae series evincit. (10) Non dubito, alludere nostrum ad *Aeschinis* illud contra Ctesiphontem: ὅτε γὰρ Φρυνώνδας ἦν ἐπονομάζω, ὅτι ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρὸν τοιοῦτος μεγάλος καὶ γένος ἐγένετο; vel ad *Lucianum* in Pseudomante Tom. I. Opp. p. 749. ubi τοὺς ἐπὶ κακίᾳ διαβοήτους commemorans Cercopas, Eurybatum, Phrynondam & alios appellat. Confer *Erasmum* p. 308. (11) πονηρίας, *Medic.* male. (12) Aeacus a justitiae studio apud veteres celebratur. Jam noster ait, pessimos quosque homines Aeacos videri posse & probos, si cum homine illo nequam comparentur. (13) Ita *Reg. max.* ἀμοιβάς, *Voss.* (14) τὸ γοῦν σὸν ὀρέξει. *Benzel.* A. recte. (15) καὶ δὴ, *Reg. max.* & *Voss.* sequi ego malui *Medicum.* (16) Proverbium, de quo alibi. (17) δι' ὃν ἐκ κινδύνων. *Benzel.* A. rectius δι' ὅ.

(18) μέγα,

τα τῆς δίκης δόξαν ἤνεγκε τὴν ἀμείνω· καὶ τὰ λοιπὰ, θεοῦ διδόντος, συνέσται τῷ προοιμίῳ. Καί τις αὐτὸν ὄψεται τοὺς νῦν ὑβρίζοντας μετιόντα. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως με ἐξέφυγε, καὶ ταῦτα εἰδότα φυλάττεσθαι μὴ μεγάλα (18) λέγειν. Σὺ δὲ, ὡς ἂν ἐμοῦ ταῦτα πάσχοντος, ἀλγήσας, καὶ προσέτι γε σαυτὸν μετ' ἐμοῦ ταῦτα πάσχειν νομίσας, μέμψαι μὲν τὰ τετολμημένα, δεῖξον δὲ, ὡς ὁ μὴ σωφρονῶν δώσει δίκην. κόσμησον δὲ σαυτῷ τὴν ἀρχὴν τοῖς ὑπὲρ Θαλασσίου καὶ τῶν τούτου πραγμάτων ὀργαῖς.

tura quoque, Deo largiente, prooemio respondebunt. Et videbit eum aliquis homines in se injurios superantem. At nescio, quomodo hoc mihi exciderit, praesertim cum a magniloquentia abstinere didicerim. Tu vero, tanquam ipse ego haec paterer, dolens, imo vero te ipsum juxta mecum pati arbitratus iniqua haec ausa improba, & ostende, quod petulans quisque poenas dare debeat. Magistratum vero tuum orna indignatione in *Thalassii*, rerumque ejus gratiam suscepta.

DXXXVI. ΘΕΜΙΣΤΙΩι.

THEMISTIO.

Οἶδα, ὡς ἠθύμησας οὐκ ἐντυχὼν Ἀκακίῳ, τῶν τε ἄλλων εἵνεκα, καὶ ὅτι ἡμῖν οὐκ ἔπραξας, ὧν ᾔδεις σφόδρα ἐπιθυμοῦντας. ἀλλὰ οὐδὲ ὁ δεύτερος ἡμῖν φαίνεται πλοῦς. ὁ δὲ ἦν Μαξίμῳ, δοθῆναι τὴν ἐπιστολήν. Δίδασκε οὖν, ὦ 'γαθὲ, τὴν περὶ γράμματα τύχην. ὅπως ἢ τὸν λαβόντα μὲν οὐχ ὁμολογοῦντα δὲ μεμφώμεθα, ἢ παυσώμεθά σε χάριν αἰτοῦντες, ὡς ἀπημελημένοι (1).

Novi, molestum tibi fuisse, quod *Acacium* adloqui non potueris, cum aliis ex caussis, tum, quod ea non praestitisti nobis, quorum cupidissimos nos esse sciebas. Sed nec alteri consilio locus fuisse videtur. Hoc vero erat, epistola *Maximo* data. Doce igitur nos, ô bone, quid epistolae illi acciderit, ut vel de eo, quod accepisse se non profitetur, conqueramur, vel gratiam a te petere, tanquam insuper habiti, desinamus.

DXXXVII. ΑΚΑΚΙΩι.

ACACIO.

Ἐν μὲν τοῖς προτέροις γράμμασιν, ὅτι τε εἰκότως ἂν παρὰ σοῦ λαμβάνοιμι χάριτας, ἐδείκνυον καὶ παρεκάλουν ἐπὶ τὸ, Μάξιμον ἄνδρα βέλτιστόν τε καὶ φίλον ἡμῖν εὖ ποιεῖν. καὶ πιστεύω γε πολλῶν αὐτὸν ἤδη τετυχηκέναι, νῦν δέ μοι πρᾶγμα, πάλαι μὲν σπουδῆς ἠξιωμένον, τέλος δὲ οὔπω λαβὸν ἐπὶ πέρας ἄγειν. Ἔστι δὲ κατὰ τοῦτο, τὸ τὴν οἰκίαν εὖ πράττειν τὴν Μαξίμου. Εἰ μὲν οὖν μὴ ῥήτωρ ἦν ὁ κομίζων τὴν ἐπιστολὴν, αὐτὸς ἂν διηγούμην. Ἐπεὶ δὲ τῷ λέγειν δύνασθαι καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν Εὐσέβιος προσεκτήσατο, τί ἄν τις μηκύνοι πρεσβύτῃ τοιούτῳ χρώμενος; τοσοῦτο μέν τοι προσθείην ἂν, ὡς οὔτε ἔξω τῶν νόμων οὐδὲν ἐπαγγέλλομεν, πλείω τε εἰσόμεθα χάριν, τῶν τὰ ἄδικα παρὰ τῶν ἀδίκων αἰτούντων.

In superioribus meis literis ostendi, fas esse me beneficiis a te adfici, hortatus te insuper, ut *Maximum*, virum optimum, nobisque amicum, adjuvares. Nec dubito, multa eum jam esse consecutum, nunc autem negotium, jam pridem omni studio curatum, sed ad exitum non provectum, ad finem vergere. Eo vero id etiam continetur, ut *Maximi* familiae bene sit. Nisi igitur Rhetor esset, qui literas has reddit, ipse rem exponerem. Quoniam vero praeter eloquentiae artem reliquam, quae huc spectat, facultatem possidet *Eusebius*, cur tandem longior sit, qui ejusmodi utatur interprete? Id vero addidero, quod nihil legibus contrarium postulamus, quodque majorem habebimus gratiam, quam illi, qui a viris, injustitiae studiosis, injusta poscunt.

DXXXVIII. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

DEMETRIO.

Ἤδη καὶ ἡμῖν τὰ τῆς ὀπωρίας (1) περιέρχεται (2). καὶ ἔστιν ὀπώρα. Λύωμεν οὖν, εἰ δοκεῖ τοῖς γεωργοῖς, τοὺς δρόμους. τὴν δ' ὑπὲρ τῶν ἀγρῶν συμβουλὴν καὶ ἐπαινῶ καὶ δέχομαι. καὶ πειρασώμεθα (3) τῶν μὲν μὴ ἀποστῆναι, τὰ δὲ προσλαβεῖν.

Jam aestas nobis processit, & agitur autumnus. Expediamus igitur, si ita videtur, cursum agricolis. Ceterum consilium illud de agris probo, & amplector. Operam itaque demus, ut alios quidem non amittamus, alios vero accipiamus.

DXXXIX. ΜΟΔΕΣΤΩι.

MODESTO.

Ἀκούεις (1) ἃ φησιν ὁ λαβὼν τὴν ἐπιστολὴν, ὅτι καθη-

Audis, quae dicit, qui hanc epistolam a me acce-

(18) μέγα, *Medic.*

EP. DXXXVI. (1) Ita *Reg. max. Voss.* & *Medic.* B. At in *Vatic.* B. recens manus praeter rem in καταμεμελημένοι convertit.

EP. DXXXVIII. (1) ὀπωρία aestivam anni partem eamque inclinantem & fructibus maturandis propiorem denotat. Confer *Graevii* Lectiones ad Hesiodum p. 8. qui & p. 7. de ὀπωρινοῖς καρποῖς exponit, de quibus etiam Interpretes ad Diogenem Laërtium II. 32. legi possunt. (2) Ita *Reg. max.* περιέρχεται, *Voss.* (3) πειρώμεθα, *Voss.*

EP. DXXXIX. (1) Ἀκούσεις, *Voss.*

(2) Olym-

accepit. Conqueritur ille de servis negligentioribus: te vero, ut quae acciderunt, corrigas, precatur. Malus aliquis genius negotio huic se ingessit, qui juveni huic felicem exitum invidet. Tu vero, ô optime, quique, quod dici solet, ad Deum proxime accedis, nulli, quaeso, per Jovem, difficultati cede. Adeo nos praeter damnum ignominiam ferre non poterimus, si somnolentia nostra omnia perdidisse videamur: praesertim, cum ubique rumor vagetur, te hujus negotii curam suscepisse. Praeterea res omnis molestia mihi vacare videtur. Neque enim novum accipere beneficium debemus, sed jam dato non excidere. Id vero paucis admodum literis effici potest. Quod si vero res vel Olympionicarum labores superet, certe non prima tu vice molestias nostra causa devorabis.

καλήγορεῖ μὲν τῶν οἰκετῶν ἐῤῥαθυμηκότων, σὲ δὲ ἀξιοῖ τὸ συμβὰν ἐπανορθῶσαι. Πονηρὸς δὲ ἄρα δαίμων ἥψατο τοῦ πράγματος, καὶ φθονεῖ τῷ νεανίσκῳ τοῦ τέλους. Ἀλλ', ὦ 'γαθὲ, κατὰ τὸ ἔπος καὶ πρὸς δαίμονά πως, καὶ μηδενὶ δυσκόλῳ, πρὸς Διὸς, εἴξῃς. ὡς ἡμῖν ἄνευ τῆς βλάβης, οὐδὲ τὸ τῆς αἰσχύνης εἶσιν φέρειν, εἰ δόξαιμεν ὕπνῳ τὸ πᾶν διεφθαρκέναι. καὶ ταῦτα λόγου πανταχῇ περιφοιτηκότος, ὡς ἔδωκας ἑαυτὸν τῇ περὶ ταῦτα προνοίᾳ. Οἶμαι μὲν οὖν καὶ πόνον ἀπεῖναι τοῦ πράγματος. Οὐ γὰρ δευτέραν δεῖ λαβεῖν, ἀλλὰ μὴ τῆς δοθείσης ἐκπεσεῖν. ὃ γένοιτ' ἂν ὀλίγοις κομιδῇ γράμμασιν. εἰ δ' οὖν καὶ τῶν Ὀλυμπιονίκων ἐπιπονώτερον ἆθλον (2), οὐ νῦν πρῶτον ὑπὲρ ἡμῶν πονήσεις.

PRISCIANO.

Cum alii alia interrogarent eos, qui a vobis ad nos adventarunt, quae scilicet Arcadum, quae Amphictyonum res sint? ubi degat *Philippus?* ego quidem, tua enim mihi semper curae sunt, id unum discere volui, an non praesentium temporum difficultas virtutem tuam fregerit? Multis itaque multa tragice exaggerantibus, fuisse v. c. qui Baccharum illa, quibus omnia ex petris fluunt, a te requirerent, aliis Ajacem, ejusque labores commemorantibus, nemo erat, qui diceret: *Ajax autem non amplius sustinuit*; sed potius, quod *Priscianus* omnia pertulerit, currens, adhortans, obediens, suggerens, persuadens, contradicens, imperantium quidem desideriis satisfaciens, subjectos autem non redigens ad angustias. Ex his omnibus duo tibi ajunt nata esse, paupertatem & gloriam. Nobis itaque optima spes sufficit, fore scilicet, ut Rex beneficium tibi rependat, ubi re bene gesta, Persisque profligato fuerit reversus. Sed haec quidem Numen perficiat. Ceterum *Seleucus* hic gener est *Calliopii*, a *Zenobio* accusati, & operam, quam juvenibus formandis impendo, mihi leviorem praestantis. Venit autem, mittente *Elpidio*, ut rebus suis consulat. Probe autem gnarus, nisi ipsi benevolum te praebeas, praestare, ut revertatur, quam ut maneat, per has literas ut ipsi faveas, efficere conatur. Ego vero etiam *Calliopio*, patri hujus, beneficium praestare vehementer velim, cujus fructum ex ejus io spurium illum meum studio percipiam. Uterque enim *Arrhabium* instituunt.

DXL. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι.

"Ἄλλων ἄλλ' ἐρωτώντων τοὺς ἐκεῖθεν ἀφιγμένους, τί τὰ τῶν Ἀρκάδων (1); τί τὰ τῶν Ἀμφικτυόνων (2); ποῦ πάρεστι Φίλιππος (3); ἐγὼ, τὸ γὰρ σὸν ἀεὶ φροντίζω, τοῦθ' ἓν ἠξίουν μανθάνειν, εἰ μή σοι τὴν ἀρετὴν ἤλεγξε τὸ μέγεθος τοῦ καιροῦ; Πολλῶν δὲ πολλὰ τραγῳδούντων, καὶ ὡς ἦσαν οἱ παρά σου ζητοῦντες τὰ τῶν Βακχῶν αἷς ἐκ πετρῶν πάντα ῥεῖ (4), καὶ μεμνημένων, τοῦ Αἴαντος, καὶ τῶν πόνων, ἐν οἷς ἦν οὐδεὶς ὁ λέγων. Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε (5). ἀλλ' ὅτι πάντα Πρισκιανὸς ἤνεγκε θέων, παρακελευόμενος, ὑπακούων, ἐκπορίζων, πείθων, ἀντιλέγων, τοῖς μὲν ἄρχουσι πληρῶν ἐπιθυμίας, τοὺς δ' ἀρχομένους εἰς ἀνάγκας οὐκ ἄγων (6). Καί σοί φασιν ἐκ τούτων δύο γενέσθαι πενίαν καὶ δόξαν, ἀλλ' ἡμῖν ἐλπίδας ἀρκεῖν ἀγαθὰς, ὡς τοῦ βασιλέως ἀποδώσοντος χάριν, ἐπειδὰν εὖ πράξας τὸ Πέρσαις (7) ἀπελθὼν ἀναστρέψῃ. Ταῦτα μὲν ἐν τελοίη θεός. Σέλευκος δὲ οὑτοσὶ κηδεστὴς μέν ἐστι Καλλιοπίου τοῦ γραφέντος μὲν τοῖς Ζηνοβίου λόγοις, κουφίζοντος δέ μοι τὸ περὶ τοὺς νέους ἄχθος. Ἥκει δὲ, πέμποντος Ἐλπιδίου, συνοίσων τι τοῖς ἔργοις. Εἰδὼς δὲ, ὡς, ἂν μὴ πρὸς αὐτὸν ἡμέρως ἔχῃς, ἀπελθεῖν αὐτῷ κρεῖττον ἢ μένειν, ὅπως ἥμερος ᾖς, πράττει διὰ τῶν γραμμάτων. Ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν καὶ Καλλιοπίῳ, τῷ τούτου πατρὶ, καταθέσθαι χάριν, ἣν ἐν τοῖς περὶ τὸν νόθον τὸν ἐμὸν ἀπολήψομαι σπουδαῖς. Πλάττουσι (8) γὰρ τὸν Ἀῤῥάβιον ἄμφω.

APO- DXLI.

(2) Olympionicarum labores de difficillimis quibusque proverbialiter dicti videntur; sicut Ὀλυμπικὴ σάλπιγξ, *buccina Olympica* de dictione acri & vehemente, qualem *Polemonem* fuisse *Philostratus* tradit. *Plato* alias & *Plutarchus Olympionicarum vitam* eam appellant, quae sit felicissima. Lege *Torrentium* ad Horatium Odar. I. 5. 6.

EP. DXL. (1) Indicari videntur ii, qui *Arcadum more* aliis, non sibi laborant, suppetias ferentes. Spectat huc proverbium Ἀρκάδας μιμούμενοι, de quo *Erasmus* p. 405. (2) i. e. quid illi, qui res aliorum suis consiliis temperant, respectu habito ad adagium: Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον i. e. conventus Graecorum praestantissimorum ab Amphictyone, olim in salutem publicam vocatus. Vid. eundem p. 247. & quae de hoc conventu commentati sunt *Tourrelius* ad Demosthenis Philipp. p. 290. sqq. & *Valesius* in Historia Academiae Inscriptionum Tom. III. Part. II. p. 191. & Tom. VII. p. 641. edit. Amstelodam. (3) *Philippum* de Juliano tunc imperium administrante, acceperim. (4) Bacchus ex petra torcular fecit, teste *Nonno* Dionysiac. XII. p. 346. Ibidem lib. XLV. p. 1176. sub finem libri de petra a Bassaride, Baccha, percussa, ita! Οἶνον ἐρευγομένη κεραὴ παφλάζοντι πέτρῃ. Conf. *Huetium* Alnetan. Quaest. lib. II. 18. (5) *Homer.* Iliad. ό. v. 727. (6) Priscianus scilicet Rhetor erat, CPolin a Juliano vocatus. Vide supra ep. 61. & sqq. (7) Hinc patet, *Julianum* ejusque ultimam adversus Persas expeditionem innui. (8) *Reg. max.* male πράττουσι. Sensus est: uterque enim in formando seu erudiendo *Arrhabio*, tanquam discipulo, occupantur. Conf. infra ep. 591.

DXLI. ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΩι.

Βασιανὸς καὶ ἡ τούτου τηθὶς (1) συγγενεῖς τε ἄμφω μοι καὶ τιμῆς ἀξίω, καὶ ὅ, τι ἂν ὑπάρξαι αὐτοῖς, ὑμῶν (2) κελευόντων, κέρδος ἐμόν. Γίγνεται δὴ καὶ ταυτὶ τὰ γράμματα βουληθέντων ἐκείνων. Μέγιστον γὰρ τουτονί φασι μὲν αὐτοῖς εἶναι χρήσιμον, ἔσεσθαι δὲ πιστεύουσιν ἐν ἀσφαλείᾳ, τῆς σῆς εὐνοίας εἰ τυγχάνοι. Ταύτην δὲ ἔχειν μὲν ἤδη Μέγιστος ἔφη, βούλεται δὲ αὐξηθῆναι δι' ἐμοῦ. Σὺ γάρ που τὸν σὸν ἔρωτα περὶ ἐμοῦ λαθεῖν οὐκ ἐᾷς. ἐρῶν δὲ πᾶν ἂν ποιῆσαι δοκεῖς. Ἄγε δή, πεῖθε τὸν ἄνθρωπον, ὡς οὐ κακῶς ἤλπισεν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐπιστολῆς εἰς διπλάσιον ἥκει τὸ τῆς βοηθείας.

APOLLINARIO.

Basianum ejusque amitam inter cognatos meos & in pretio habeo, &, quicquid illis nutu vestro obtigerit, id in lucro pono. His itaque volentibus hanc scribo epistolam. *Megistum* enim hunc multum sibi prodesse ajunt, ejusque rebus satis prospectum esse existimant, si tuo favore frui licuerit. De illo quidem sibi jam constare ait *Megistus*, per me vero auctum eundem cupit. Tu enim amorem in me tuum nusquam pateris esse obscurum. Quem vero amas, in eum omnia fecisse videris. Age itaque, & fac, vir ille intelligat, non vanam fuisse spem suam, sed epistolae hujus ope duplicatum sibi esse auxilium.

DXLII. ΣΩΠΑΤΡΩι.

Ἔστω καὶ τοῦτο, ὃ δεόμεθα, τῶν πολλῶν (1), ἃ πράττεις. Οὐκ ἀγνοῶ γάρ, ὡς οὐδ' ἀναπνεῖν ἔστιν ὑμῖν τοῖς ὀλίγοις, ἀντὶ τῶν πολλῶν ἠναγκασμένοις εἶναι. Νόμιζε δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν ἐπὶ τὰ αὐτὰ θεῖν (2). Ἀλλ' οἶμαι ταῦτα μὲν οὕτως ἔδει γενέσθαι. Τῷ φέροντι δὲ τὴν ἐπιστολὴν ὑπαρξάτω τῆς σῆς προνοίας μεταλαβεῖν, ὅπως με φαίνοιο τιμῶν καὶ ἐν ἀσχολίαις τηλικαύταις.

SOPATRO.

Hoc, quod petimus, etiam sit inter multa illa, quae facis. Neque enim ignoro, quod paucis vobis vix respirare liceat, qui multorum loco esse debetis. Crede vero, urbem etiam nostram idem agere. Sed ita quidem, puto, haec agi debuerunt. Ceterum illi, qui epistolam hanc reddit, cura tua frui liceat, ut in tanta negotiorum varietate mei rationem habuisse videaris.

DXLIII. ΦΑΥΣΤΙΛΙΑΝΩι. (1)

Οὔπω συγγεγόναμεν ἀλλήλοις. ἀλλ' ὅμως ἐξ ὧν ἀκούομεν περὶ ἀλλήλων, εἰκότως ἂν θαρροίημεν ἀλλήλοις. Ἐγὼ δὲ τοῦ φιλεῖν σε σημεῖον ἐκφέρω, τὸ καὶ χάριν αἰτεῖν. Σὺ δ' εἰ πρὸς τῷ (2) δοῦναι τὴν χάριν καὶ ἐπιτάξαις, δύ' ἔσῃ χάριτας δεδωκώς. Τὸν ἄνθρωπον τοῦτον εὖ ποιεῖν ἠρξάμην πάλαι (3), λόγους ὑπὲρ αὐτοῦ καλοὺς ἀκούσας παρὰ Γαυδεντίου τοῦ καλοῦ. Νῦν οὖν αὐτὸν ἠρόμην, τί ποιῶν μάλιστ' ἂν αὐτῷ βοηθοίην. Ὁ δ' ἔφησεν, εἰ σε βοηθὸν αὐτῷ ποιοίην. Πέμπω δὴ τὴν ἐπιστολήν, πράξουσαν τὴν συμμαχίαν, καὶ πιστεύω δυνήσεσθαι.

FAUSTILIANO.

Nondum sumus invicem collocuti: ex iis tamen, quae de nobis invicem audivimus, mutuam nobis fiduciam recte tribuerimus: Ego vero amoris in te mei argumentum id haberi velim, quod beneficium a te petere audeo. Tu vero, si, beneficium exhibens, aliquid etiam fieri jubeas, duplici me affeceris. Hominem hunc jam olim ornare aggressus sum, ex quo praeclara quaevis de eodem ex optimo *Gaudentio* audivi. Nunc vero eundem interrogavi, qua potissimum in re auxilio esse possim. Ille vero respondit, si te sibi facerem adjutorem. Propterea mitto hanc epistolam, ut opem tuam ipsi conciliet, speroque eam id esse effecturam.

DXLIV. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι.

Οἶσθά που Μαιόνιον τὸν βιβλιογράφον (1), καὶ ὅτι μοι βιβλιογράφων ἀμελεῖν οὐκ ἔνι, καὶ τοῦτο οἶσθα. Τὸν δὴ φέροντα τὴν ἐπιστολὴν ἐγὼ μὲν οὐ γιγνώσκω. Μαιόνιος δὲ ποιεῖται περὶ πολλοῦ. Πονηρὸς δέ τις βλά-

PRISCIANO.

Nosti, credo, *Maeonium*, librarium illum; nec minus nosti, me librariorum incuriosum non esse oportere. Jam illum quidem, qui hanc epistolam reddit, non habeo cognitum. *Maeonius* vero illum maximi facit. Hunc porro homo pessi-

EP. DXLI. (1) Τηθὶς *Reg. max.* τηθὶς *Mutin.* A. τηθεὶς, *Vatic.* A. (2) Ex tribus vocibus ὑπάρξαι αὐτοῖς ὑμῶν in *Voss.* & *Reg. max.* non nisi priores duae syllabae verbi ὑπάρξαι exstant, relicta lacuna, quam manus recens in *Voss.* ita, ut hic legis, explevit, suffragante *Mutin.* A.

EP. DXLII. (1) Haec in *Vatic.* B. ita: δεόμεθα τοῖς τῶν πολλῶν ἠναγκασμένοις, quae tamen ex proxime sequentibus male huc translata esse liquet. (2) ἐπὶ τὴν αὐτὴν θεῖν. *Vatic.* B. At in nostra lectione *Voss. Reg. max.* & *Vatic.* A. consentiunt, ut taceam, eadem phrasi nostrum saepius uti. Similis illi est φέροντι ep. 547. εἰς ταυτὸν ἥκειν.

EP. DXLIII. (1) *Reg. max.* & *Voss.* φαυστιλλιανῷ, *Vatic.* A. φαυστιλλίῳ *Medic.* B. recte *Faustilianum* appellari constabit ex ep. 550. (2) τὸ *Medic.* male. (3) Vocem πάλαι, sublata distinctionis nota, ad vocem λόγους refert *Medic.* Quod ad sensum nihil admodum interest: malim tamen nostrum.

EP. DXLIV. (1) Librarii βιβλιογράφοι dicti sunt. Vide *Montefalconii* Palaeographiam Graecam p. 353. Alias γραφεῖς, λογογράφοι, & καλλιγράφοι. *Maeonium* talem fuisse ex h. l. patet. Alia ejusmodi nomina passim adfert *Montefalconius.*

(2) ἐν

peſſimus damno adfecit, & fuga ſe proripuit. Propterea venit idem, petiturus, ut, quae juſta ſunt, conſequatur. Tuo itaque in illum ſtudio ſcriptorum codicum elegantiae conſulturus iram tuam in hominem injurium prode.

βλάψας ἄνθρωπος ἀποδρὰς ᾤχετο. καὶ νῦν οὗτος ἀφῖκται, τῶν δικαίων ἀξιῶν τυχεῖν. Ὡς οὖν ἐν (2) τῇ πρὸς τοῦτον σπουδῇ βοηθήσων τῷ κάλλει τῶν βιβλίων δεῖξον ὀργὴν ἐπὶ τὸν ἠδικηκότα.

ITALICIANO.

Spectatus optimum ſe adverſus nos praeſtat, & ad matrem tantas laudes, taleſque cohortationes ſcribit, ut nihil mihi fecerit reliquum. Nam quibus ipſe praeſens utor, ea per literas ſuggerit, & quod praeſtat, non meliora ſcribit in iis quae a tuis, diverſa autem quae a ſuis adferuntur, (ita enim deceptores agunt) ſed eundem ſe in omnibus epiſtolis praeſtat. Bene itaque cauſam hanc adminiſtrat. Neceſſe enim eſt, ut avia haec audiens gaudeat, gaudens autem in matrimonium conſentiat. Te vero ea puto facere debere, quae ut faceres, auctor exſtiti. Adeo nihil inveniri poteſt, quod ad praeſentem cauſam propius faciat.

DXLV. ΙΤΑΛΙΚΙΑΝΩι.

Σπεκτάτος ἀνὴρ ἀγαθὸς εἰς ἡμᾶς γίγνεται, καὶ γράφει πρὸς τὴν μητέρα τοιούτους μὲν ἐπαίνους, τοιαύτας δὲ παρακλήσεις, ὥστ᾽ οὐδέν μοι πλέον ἀφῆκεν. Ἀλλ᾽ οἷς αὐτὸς χρῶμαι παρών, ταῦτ᾽ ἔπεμπεν ἐν ἐπιστολαῖς. καὶ τὸ ἔτι κάλλιον, οὐ γὰρ ἀμείνω μὲν ἐν ταῖς ὑπὸ τῶν σῶν κομιζομέναις ἔγραφεν, οὐ τοιαῦτα δὲ ἐν ταῖς ὑπὸ τῶν αὐτοῦ (1), τοῦτο δὴ τὸ τῶν ἐξαπατώντων, ἀλλ᾽ ἔστιν αὐτὸς διὰ πάσης ἐπιστολῆς. Καλῶς οὖν ἡμῖν οἰκοδομεῖ τὸ πρᾶγμα. χαίρειν γὰρ ἀνάγκη τὴν τίτθην, (2) τοιαῦτα ἀκούσασαν, χαίρουσαν δὲ καὶ ζεῦξαι εἰκός (3). Σὲ δὲ οἶμαι δεῖν ποιεῖν, ἃ παρῄνεις ποιεῖν. ὡς οὐκ ἔσθ᾽ ὅ, τι ἂν εὑρεθείη (4) βέλτιστον εἰς τὴν παροῦσαν σπουδήν.

PALLADIO.

Circa meridiem puer codices illos tuos attulit mihi, poſtero die declamaturo. Amici epulis his interfuturi vocati jam erant. Bonum itaque omen interpretabar a viro, orationum artifice, orationes mihi adferri, orationem habituro. Imo optima quaeque ipſe ſpero, Deus vero novit eventura. Ubi igitur ex hac palaeſtra reverſi fuerimus, ad *Ariſtidis* illas & tuas convertemur, decertationum illarum judices futuri. Ceterum *Ariſtidis* ille codex temporis injuria male habitus etiam prima ejus complecti videri poterat, non autem habere nobis ex Syllaba quadam videtur, quam quaerens non videris. Ego vero Therſiten inventurum me ſperans, Therſiten quaerere nondum deſii. *Adrianus* memoria tua non quidem exeidit, ſed vel ſic in manibus tuis haeret: in iis vero manſit, ut ſemper tuis mihi opus eſſet, tuque haberes, quo me demerearis. Ita vero minus recte te oſtentas. Multa enim in *Antimachi* ſcriniis latent, ut, ſi quotidie quaedam nobis mittas, nunquam tamen data illa non datis plura ſint futura. De oratione illa tua, ea, quae fas eſt, ſtatuam, ſententiamque non juratus feram.

DXLVI. ΠΑΛΛΑΔΙΩι.

Περὶ δείλην πρωΐαν (1) ἦλθεν ὁ παῖς κομίζων τὰ βιβλία (2) μέλλοντί μοι τῆς ὑστεραίας ἐρεῖν. καὶ οἱ δαιτυμόνες ἐκέκληντο. χρηστὸν οὖν μοι τί δηλοῦν ἐδόκει τὸ παρ᾽ ἀνδρὸς λόγους ἐργαζομένου (3) λόγους ἀφῖχθαι, δείξοντι λόγους. καὶ μέ τις ἀμείνων ἐλπὶς ἔχει. Θεὸς δὲ οἶδε τὸ μέλλον. Ἢν οὖν ἀπέλθωμεν ἐκ τοῦ ἄθλου, τῶν Ἀριστείδου (4) τε καὶ τῶν σῶν ἑξόμεθα, καὶ κρινοῦμεν τὰ παλαίσματα (5). καίτοι τὸ Ἀριστείδου φέρει σαπρὸν ὑπὸ τοῦ χρόνου, καὶ τὰ πρῶτα δοκεῖν εἴσω ἔχειν, οὐκ ἔχειν οὕτως ἡμῖν τις συλλαβὴ φαίνεται, τὴν δὲ ζητῶν οὐκ ὄψει (6). ἀλλὰ δοκῶν εὑρηκέναι τὸν Θερσίτην (7) ἐγώ, τοῦ ζητεῖν ἔτι τὸν Θερσίτην οὐκ ἀπηλλάγην. Ἀδριανὸς (8) δέ σε οὐ διαπέφευγε μέν, ἀλλ᾽ ἐκεῖνος ἐν τῇ σῇ κεῖται χειρί. κατέμεινε δέ, ὅπως ἀεὶ σοῦ δεοίμεθα, καὶ ἔχῃς ὅτι χαρίζοιο. καίτοι τοῦτο οὐκ ὀρθῶς κεκόμψευται (9). Πολλὰ γὰρ ἐν Ἀντιμάχοιο (10). κἂν πέμπῃς καθημέραν οὐδέποτε τὰ δοθέντα τῶν οὐ δοθέντων ἔσται πλείω. Περὶ δὲ τοῦ λόγου σου τὰ δίκαια ψηφιοῦμαι, καὶ ταῦτα δικάζων ἀνώμοτος.

GE-

DXLVII.

(2) ἐν deeſt in *Voſſ.*

EP. DXLV. (1) Malim legere ἐν ταῖς ὑπὸ τῶν αὐτοῦ. (2) Haec alias τίτθη dicitur, de qua voce *Euſtathium* ad Homerum diligenter & paſſim memini commentari. (3) Hinc patet, de matrimonio tunc actum eſſe, quod *Italicianus* enntraheret. (4) Sic ſcripſi pro εὑρεθείη, quod erat in *Reg. max.* Ita paulo ante pro ἃ παρῄνεις in *Voſſ.* male: ἀνεὶς ὤν.

EP. DXLVI. (1) Phraſi hac *tempus meridianum*, ſeu ſextam diei naturalis horam indicari oſtendit *Euſtathius* ad Iliad ξ. p. 1193. Idem patet ex *Philoſtrato* in Vita Apollonii lib. III. c. 23. & lib. VIII, c. 9. ubi conferri velim *Olearium* τ. μακαρίων. (2) Codices illi *Ariſtidis* & ipſius *Palladii* orationes quaſdam exhibebant, quod ex ſequentibus patet. (3) Rhetor ſcilicet erat *Palladius*, quod patet ex ep. 178. & 183. (4) Rhetor ille *Adrianenſis*. (5) Fieri poteſt, ut *Palladius* contra aliquem Ariſtidis ſermonem dixerit, quem Rhetorum & Sophiſtarum morem fuiſſe aliquoties monuimus. (6) Vereor ne haec periodus male ſit a librariis habita, quamvis *Voſſ.* & *Reg. max.* per omnia conſentiant. Adeo nihil hic extrico. Id fortaſſe vult, codicem illum Ariſtidis vetuſtate ſua legentis oculos fallere. (7) Fortaſſe Palladius ſe reſpectu orationis ſuae cum Therſite deformi comparaverat. (8) *Adrianus*, Rhetor, *Ariſtidis* quondam aemulus, intelligitur, cujus orationes noſter fortaſſe a Palladio mitti ſibi volebat. (9) De verbo hoc legi velim *Gatakerum* ad Antoninum IV. 51. (10) Proverbialiter id dictum puto de iis, qui his vel illis rebus abundant.

DXLVII. ΓΕΡΟΝΤΙΩ. (1)

Ὅτι μὲν καὶ φιλεῖς, καὶ ποθεῖς, καὶ ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν, εὖ ποιεῖς, Αἰγύπτου δὲ μὴ καταβόα, μηδ' ὅπως ἀπαλλάξῃ τῆς ἀρχῆς, ζήτει. Εἰ γὰρ οἷς ὑπῆρξεν ἐν ἰδιώτου σχήματι, Νεῖλόν τε ἰδεῖν καὶ τὰ Νείλου, καὶ Αἴγυπτον καὶ τὰ Αἰγύπτου, μακαρίους καλοῦμεν, ποῦ τὸν ἄρχοντα τῶν τούτων θετέον, ᾧ μετὰ θεραπείας μὲν μεγάλης ἔστιν ἐπιέναι καὶ γῆν, καὶ πόλεις, καὶ λιμένας, καὶ ποταμοὺς (2), καὶ διώρυχας, καὶ στόματα, πανταχοῦ δὲ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ καὶ προνοίας ἐγκαταλείπειν ἀποδείξεις. Ἀλλὰ μὴν ὅ γε δῆμος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας, κἂν ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν (3) ἄρχοντα ἀγαθὸν περιφέροι. Σὺ δὲ τοιοῦτος, φρενῶν τε ἐπὶ πλεῖστον ἥκων καὶ λόγων, καὶ νόμων, καὶ τοῦ τῶν καλῶν ἐπιθυμεῖν, ὥστ' ἔγωγε πιστεύω πάντα τὰ πρὸ τοῦ σμικρὰ φανεῖσθαι, πρὸς τὰ διὰ σοῦ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐσόμενα ἀγαθά. Εἰ δὲ τὸ μὴ ἡμᾶς ὁρᾶν ἀνιᾷ, νόμιζε μὲν καὶ ἡμᾶς εἰς ταυτὸν ἥκειν. Παραμυθοῦ δὲ καλλίστῳ φίλῳ τὴν ἀπουσίαν ἡμῶν. Καλλίων δὲ φίλος Εὐδαίμων ὁ ποιητὴς (4), οὐχ ἧττον τοῦτο εἰδὼς ἢ κάλλος ποιημάτων. Οὗτός σοι καὶ τὰ ἔργα τῆς ἀρχῆς ἀθάνατα καταστήσει.

GERONTIO.

Quod & amas & desideras tum nos, tum urbem nostram, recte facis. In Aegyptum vero noli invehi, neque, ut ab imperio immunis reddaris, operam dato. Quod si enim eos, quibus in privata vivendi forte, & Nilum, & praeclara Nili, tum vero Aegyptum & Aegypti bona videre licuit, felices vocamus, quo tandem loco Praefectum eorum ponemus, cui magno cum famulitio & regionem illam, & urbes, & portus, & fluvios, & fossas, & ostia obire, ubique vero virtutis prudentiaeque suae documenta statuere licet. Atqui populus Alexandrinus vel oculis bonum imperantem gestet. Talis vero tu es, qui consilio non minus, quam literarum legumque peritia, & rerum optimarum studio vales. Quare equidem persuasum mihi habeo, superiora omnia parva visum iri prae iis commodis, quae tua ope Aegyptiis adferentur. Quod si vero nostro conspectu non frui molestum tibi accidit, idem nobis usu venire crede. Interim absentiam nostram meliore amico solari tibi licebit. Melior autem ille amicus est *Eudaemon* Poeta, non minus hujus rei peritus, quam elegantiorum carminum artifex. Idem tibi magistratus tui gesta immortalia reddat.

DXLVIII. ΕΥΔΑΙΜΟΝΙ.

Ὁ παρὰ σοῦ μὲν ἐμοὶ γράμματα ἐνεγκὼν, σοὶ δὲ καθ' ἡμῶν αἰτίας ἀντὶ τῶν παρ' ἡμῶν γραμμάτων. Εἰκάζω γὰρ, κακὸς διάκονος ἦν, καὶ οὐκ ἐχρῆτο γνώμῃ βουλομένου γράμματα λαβεῖν, ἀλλὰ δοκοῦντος ἐθέλειν λαβεῖν. Μὴ οὖν ἔστω πιστὸς ἐν ταῖς κατηγορίαις, ἀλλ' ὁ χρόνος τῆς ἡμετέρας φιλίας μεῖζον ἰσχυέτω τῶν ἐκείνου ῥημάτων. Σὺ δὲ οὐκ ἂν φαίην θαυμάζειν, εἰ, ποιητὴς ὢν (1), ἔπειτα Αἰγύπτου λαβόμενος, ἐπελάθου τῆς περὶ τὸν Βόσπορον τρυφῆς, ἐπεὶ καὶ Κασάνδραν εἴ τις ἤγαγεν εἰς Δελφοὺς, καὶ παρήγαγεν εἰς τὸ μαντικὸν χωρίον, δοκεῖ μοι μηδὲν ἂν ἔτι τῶν ἐν Ἰλίῳ λαμπρῶν προτέρων ποιήσασθαι τῶν ἐν Δελφοῖς καλῶν (2). Νῦν δὲ δή τι καὶ πλέον προσγέγονεν. Ἄρχει Γερόντιος Αἰγυπτίων, λόγους ἔχων τε καὶ τιμῶν τοὺς ἔχοντας. Τοῦτο δ' ἐστὶ διπλοῦν σοι γεγονέναι τὸν δασμόν. Οὐδὲ γὰρ εἰ τὰ Τέλληνος ᾄδοι τις, οἷός τε ἔσται πρὸς αὐτόν σε μεταστῆσαι (3).

EUDAEMONI.

Qui meas tibi literas erat allaturus, pro literis nostris accusandi me occasionem tibi praebuit. Suspicor enim, malum eum fuisse ministrum, qui constitutum apud animum non habuerit, literas accipere, sed accipere se velle simularit. Fidem igitur me accusans non inveniat: imo vero longa illa, quae inter nos viguit, amicitia, verbis ejus sit potior. Te vero mirari me non dixerim, si, poëta cum sis, in Aegyptum postea delatus, deliciarum ad Bosporum sis oblitus. Nam &, si quis Cassandram Delphos duxisset, & ad fatidicam regionem detulisset, ea quidem nihil eorum, quae praeclara Ilium habet, illis, quae Delphis egregia sunt, praelatura fuisse mihi videtur. Jam vero ad haec aliquid amplius accessit. *Gerontius* praeest Aegyptiis, qui & literis valet, & favet literatis. Ita vero duplicem tu facis messem. Proinde nec qui Tellenis utatur carminibus, te quidem ad se revocare potis fuerit.

DXLIX. A M-

EP. DXLVII. (1) Ita *Voss.* & *Reg. max.* Ἀνατολίῳ, *Vatic.* 543. & *Benzel.* A. ἀνατίνεμῳ est in *Medic.* A. (2) Malui hoc ex *Medic.* pro πελάγων *Regii max.* Alias enim *Nilus* intelligi debebat, cujus jam ante facta est mentio. Pro λιμένας *Voss.* λίμνας in *Reg. max.* (3) *Voss. Reg. max.* & *Medic* & *Benzel.* A. at in *Voss.* recens manus maluit κεφαλῶν. Et sic sane *Plato* lib. X. de Republ. καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται, ὥστε μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι. Nihil tamen h. l. mutandum puto. *Oculis ferre, gestare* &c. praeter *Terentium* alii dixerunt, insignem amorem indicaturi. Lege *Erasmum* p. 46. & 736. (4) Confer epistolam proxime sequentem.

EP. DXLVIII. (1) Vide epistolam proxime superiorem. (2) Comparatio haec rectius intelligetur ex illis, quae praeter *Lycophronem* Mythologi veteres de Cassandra tradiderunt. (3) Ita extremam hanc sententiam exhibet *Medic.* C. recte quidem, nisi quod τις post ᾄδοι omittit. Mendose *Reg. max.* & *Voss.* ita: Οὐδὲ γὰρ Τελλῆνος αἰδοῖ τις οἷος τε πρὸς αὐτόν σε μεταστῆσαι. Et sic *Voss.* quoque, qui tamen post οἷος τε recte addit ἔσται. Pro ᾄδοι τις *Vatic.* B. male αἰδοῖ τις. Alludit noster ad proverbium: ᾄδει τὰ Τέλληνος, nempe παίγνια, *Tellenis nugas canit*, quod de versificatore nugace & mordace adhibetur. Vide *Erasmum* p. 335. & *Fabricium* nostrum lib. II. Biblioth. Graec. c. 15. §. 60.

AMPHILOCHIO.

Nisi illa facerem, injurius forem: faciens autem laudem non admodum promereor. Nam & tu, si filios negligeres, haberes, qui dicam tibi scriberent: curam vero eorum habens, non quaeres, qui te admirentur. Ceterum non pauca faciunt, ut Patrem me illis praestem: praecipuum vero id est, quod ad literarum studia sunt nati.

DXLIX. ΑΜΦΙΛΟΧΙῼ. (1)

Εἰ μὴ ταῦτα ἐποίουν, ἠδίκουν ἄν. ποιῶν δὲ οὐκ ἂν εἰκότως ἐπαινοίμην. Ἐπεὶ καὶ σὺ τῶν μὲν υἱέων ἀμελῶν εἶχες ἂν κατηγόρους. Ἐπιμελούμενος δὲ, μὴ ζήτει τοὺς θαυμασομένους. Ἐμὲ δὲ τούτοις οὐκ ὀλίγα ποιεῖ πατέρα, ὧν κεφάλαιον τὸ πρὸς λόγους εὖ πεφυκέναι.

THEMISTIO.

Romanus celer quidem est ad pecuniam mutuo accipiendam, tardus vero ad reddendam. Atque id quidem indoles ejus ita fert, leges autem alia ipsum doceant, quas contemnere ipsi non licebit, te quidem ratas eas esse jubente. Chirographum hoc ejus *Faustilianus* affert, ut non penitus illi liceat esse impudenti. Hunc vero curae tibi esse oportet, qui & *Severi* sit cognatus, (de quo scripturus ego, nosti, quam multa habeam scribenda,) quique praeterea *Severi* mores imitari conetur. Illorum vero haec est ratio. Injuria afficere alios nesciunt, affici vero se ab aliis non patiuntur. His itaque & praesentibus & absentibus opem ferre oportet. Imperantium enim quisque, qui laudum studio ducitur, (id vero tibi cordi esse persuasum habeo,) bonis inserviendo laudem vel maxime consequatur. At non solum juvare illum, ipso opere fas est, sed & ad nos scribere, quae illis praestiteris. Quamvis enim nec ipsi illa sint tacituri, ex te tamen eadem percipere omnium mihi fuerit jucundissimum.

DL. ΘΕΜΙΣΤΙῼ.

Ῥωμανὸς ὀξὺς μέν ἐστι δανείσασθαι, βραδὺς δὲ ἀποδοῦναι. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῆς ἐκείνου φύσεως, οἱ νόμοι δὲ αὐτὸν ἕτερα διδασκέτωσαν, ὧν οὐκ ἂν καταφρονοίη, σοῦ βεβαιοῦντος τοὺς νόμους. Βιβλίδιον (1) δὲ τουτὶ κομίζει Φαυστιλιανὸς, ὥστε μὴ εἶναι ἀναισχυντεῖν ἐκείνῳ. Τούτῳ δέ γε εἶναι δεῖ παρὰ σοῦ (2) τινα φροντίδα, Σευήρου τε ὄντι συγγενεῖ, (περὶ οὗ γράφων οἶσθα ὁπόσα εἶχον γράφειν,) καὶ πειρωμένῳ τὸν Σευήρου μιμεῖσθαι τρόπον. Οὗτος δέ ἐστι. ἀδικεῖν μὲν οὐκ ἐπίστανται, πάσχειν δὲ κακῶς οὐκ ἀνέχονται. Τούτους καὶ παρόντας καὶ ἀπόντας εὖ ποιεῖν, ὡς ὅστις ἄρχων ἐπαίνων ἐπιθυμεῖ, (τὴν τούτων δὲ ἐπιθυμίαν εἶναι πιστεύω παρά σοι,) μάλιστ' ἂν τυγχάνοι τῶν ἐπαίνων τῷ ἀγαθῷ βοηθῶν (3). Δεῖ δὲ μὴ μόνον ἔργῳ βοηθεῖν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐπιστέλλειν, ἅττα εἰς αὐτοὺς πέπρακται (4). Σιγήσονται μὲν γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνοι. τῶν δὲ ἡδίστων ἐμοὶ τὸ καὶ παρὰ σοῦ μανθάνειν.

ANATOLIO.

Quam audax perpetratum est facinus non ad Istrum, versus Scythiam, neque in extrema Libya, sed in Phoenicia, regione omnium humanissima, legibus salvis, magistratibus imperio fungentibus, Imperatore, omnis ut abesset violentia, vitam in armis traducente. *Lucianus* quidam, (fungitur is humili quodam munere, & ab aliquot agricolis tributa exigit,) perinde ac si Dionysius esset, Siciliae tyrannus, aut Gelon ille, (Gelon, inquam, cujus maxima fuit potentia,) in hujusce *Eustathii* thorum grassatus est, inopis quidem illius, & inopem habentis uxorem. Eum vero castitas uxoris suae solabatur, quam exstincta patria (Nico-

DLI. ΑΝΑΤΟΛΙῼ. (1)

Οἷα τετόλμηται οὐ περὶ τὸν Ἴστρον ἐγγὺς Σκυθῶν, οὐδὲ ἐν τοῖς ἐσχάτοις Λιβύης, ἀλλ' ἐν Φοινίκῃ, τῷ πάντων ἡμερωτάτῳ χωρίῳ, νόμων ὄντων, ἀρχόντων ἐφεστηκότων, ζῶντος βασιλέως ἐν ὅπλοις, ὅπως ἂν (2) ἅπαν ἀπείη βίαιον. Λουκιανός τις, ἄνθρωπος ἐπὶ μικροῦ τινος σχήματος χρήματα εἰσπράττων γεωργούς τινας, ὥσπερ (3) Διονύσιος ὢν, ὁ Σικελίας δεσπότης (4), ἢ Γέλων (5) ἐκεῖνος, Γέλων, ὁ τὴν μεγάλην δύναμιν ἔχων, ἐκώμασεν εἰς τὸν γάμον Εὐσταθίου τουτουὶ, πένητος μὲν, καὶ πένητι συνοικοῦντος, παραμυθεῖτο δ' αὐτὸν ἡ σωφροσύνη τῆς γυναικὸς, ἣν, ἀπολωλυίας αὐ-

EP. DXLIX. (1) *Amphilochius* hic videri poterat Episcopus ille *Iconiensis*, Basilio M. & Gregorio Nazianzeno familiaris, idemque ad summam senectutem provectus, qui A. C. 395. obiisse credatur. Id tamen obstat, quod filiorum ejus, quos curae Libanii procul dubio commendaverat, mentionem hic fieri videmus, sicut & infra ep. 584. & 585. Jam vero *Amphilochius* ex Monacho tandem aetate jam adultior Praesul evasit, si fides Vitae ejus, quam Combefisius Amphilochii operibus subjecit, in qua nec familiae ejus ullum vestigium exstat. Infra tamen ep. 1225. Amphilochio Episcopo inscribitur, qui proinde a nostro hoc diversus est.

EP. DL. (1) Βιβλίδιον h. l. chirographum debitoris infert, quod alias χειρόγραφον hodie appellatur. Vide *Salmasium* de Modo Usurarum p. 420, & alias. In *Medic.* A. legitur βιβλίον. (2) Ita *Medic.* A. at *Reg. max.* σοὶ cum superscripto υ. (3) τοῖς ἀγαθοῖς βοηθῶν. *Medic.* (4) πέπρακται, *idem.*

EP. DLI. (1) *Latine* exstat apud *Zambicarium* lib. III. ep. 259. & a *Boivinis* quoque erat conversa. (2) ἂν habet *Barocc.* 9. a *Reg. max.* & *Medic.* A. omissum. (3) ὥσπερ ὤν, *Medic.* (4) *Dionysii* hujus immania aliquot flagitia & sacrilegia recitat *Aelianus* Var. Hist. I. 20. (5) De *Gelone* praeter *Scaligerum* ad Eusebium, p. 100. lege, quos excitat *Perizonius* ad Aeliani Var. Histor. IV. 15.

(6) Ita

αὐτῷ τὴν πατρίδος (6) ἔστι δὲ Νικομηδεὺς, ἄγεται. προῖκα (7) δὲ εἰσέφερεν ἡ γυνὴ τὸν τρόπον. Ἀλλ' ὁ μὲν, Ἐλπιδίου κελεύοντος, ᾤχετο, ἄξων ἀνθρώπους, ὡς ὑφέξοντας λόγον. Λυκιανὸς δὲ τὴν ἄνθρωπον (8) ἀδίκοις ἰδὼν ὄμμασι (9) πλησίον οἰκοῦσαν προσπέμψαι (10) μὲν καὶ μνησθῆναι πρὸς αὐτὴν ἔρωτος οὐκ ἐτόλμησεν. Ἤδει γὰρ οὐ πείσων, τὴν θυγατέρα δ' ἐκέλευε χρῆσθαι (11) τῇ γυναικί. καὶ ἦσαν ἐν συνηθείᾳ, καὶ πολλάκις ἦλθε παρ' ἐκείνην ἡ τούτου θυγάτηρ, εἰδυῖα ὅτου χάριν ταῦτα ἐπράττετο. Καὶ γὰρ ταῦτα (12) ἐπαίδευε τὴν θυγατέρα. καλεῖ δήποτε κἀκείνη ταύτην (13) παρ' αὐτὴν (14), ἀξιοῦσα τῶν ἴσων τυχεῖν. ἡ δὲ, ὧν γὰρ ἀφειστήκει τοῖς ἔργοις, οὐδὲ ὑποπτεύειν ἠξίου, καὶ ὑπήκουσε, καὶ ἦν εἴσω θυρῶν, μᾶλλον δὲ ἐν δικτύῳ. Κατακλείσας γὰρ αὐτὴν ὁ ὑβριστὴς (15) ἐκεῖνος ἐν δωματίῳ, καὶ φήσας δεῖν προσκυνεῖν τὴν τύχην, εἰ τὸν βίον ἐκ χειρῶν ποιουμένη συγκατακλίνοιτο τῷ δοῦναι δυναμένῳ (16), ἐπειδὴ καλῶς εὕρισκεν ὡπλισμένην τῇ σωφροσύνῃ (17), καὶ οὔθ' ὑπισχνούμενος ἔπειθεν, οὔτ' ἀπειλῶν κατέπληττε, χεῖρας προσῆγε καὶ ἰσχύν. ἡ δὲ ἀπεωθεῖτο, καὶ ὁ τρόπος αὐτὴν ἐποίει μείζω τῆς φύσεως δεικνύναι. ξίφος ἐνταῦθα ἐγύμνωσε Λυκιανὸς, ὦ θεοί· ἡ δὲ (18) τοῦτ' ἐπήνεσε μόνον, εἰ ἀποθανεῖται πρὸ αἰσχροῦ τινος. ὡς δ' ἔγνω (19) καὶ τῆς ψυχῆς ἀφισταμένην, οἰκέτας καλεῖ, καὶ σχοινία κομίζειν ἐκέλευεν. ἡ δ' ἦν ἐπὶ κλίνης ἐν (20) δεσμοῖς, καὶ βοώσης ἐκείνης ὑβρίζετο τὸ σῶμα. Εἰ μὲν οὖν ταῦτα εἰργασμένος εἰς φρέαρ ἐνέβαλε τὴν ἠδικημένην, ὥσπερ ἐν Λεύκτροις οἱ Λάκωνες (21), ἃς ἐβιάσαντο, πονηρὸς μὲν ἂν ἦν τῇ μοιχείᾳ, πειρώμενος δὲ ἀφανίζειν τὸ πραχθὲν (22) ἐδόκει ἂν φοβεῖσθαι (23) τοὺς νόμους, νῦν δὲ, ὥσπερ ἐνδεικνύμενος, ὅτι κἂν σὺ, κἂν Μόδεστος, κἂν Ἐλπίδιος, κἂν ἅπαντες γνῶσιν ἄνθρωποι τὸ ἀδίκημα, δέος οὐδὲν, ἐκπέμπει τὴν ἄνθρωπον καταγελῶν. ἡ δὲ πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ γὰρ εὐθὺς ἀφῖκτο κατὰ τύχην, εἰποῦσα τὸ πᾶν, ἐδεῖτο αὐτὴν ἀποκτεῖναι, μηδὲ γὰρ ἂν ἀτυχησάσῃ (24) τὰ τοιαῦτα ζῆν ἔχειν καλῶς. Ὁ δὲ τὴν μὲν παρέδωκεν, οἳ (25) φυλάξουσιν, ὅπως μὴ αὑτὴν ἀποσφάξῃ, δεῦρο δὲ ἧκεν, εἰδὼς ὅτι

(Nicomedienfis autem eft) fibi fociavit: attulitque in dotem mores mulier. Abierat hic, *Elpidii* juffu, homines accerfitum, qui rationes redderent. Lucianus vero, oculis nequam vicinam intuitus mulierem, fectari quidem, fuumque ei amorem profiteri aufus non eft. Sciebat enim, fe haud perfuafurum. Filiam autem juffit cum ea confuetudinem inire: & erat inter eas familiaritas, ventitabatque apud eam hujus filia, non ignara, quo confilio ifta agerentur. His enim artibus filiam ille inftruebat. Poftulat aliquando, ut par pari referatur; & viciffim apud fe vocat. Illa (nam a quibus factitandis aliena erat, ea ne fufpicari quidem fas putabat) & paruit, & intra fores verfabatur, vel potius intra retia. Mulierem enim cubiculo protervus ille includit, & venerari fortunam jubet, fi quae victum manibus quaeritaret, fecum, aliunde eum fuppeditaturo, concumberet. Mox, ubi pudicitia probe munitam offendit, ita, ut nec promiffis flecti, nec minis poffet perterreri, tum & manus & vim adhibet. Repellit eum mulier, facitque fanctitas morum, ut naturae fuae viribus majora edat. Ibi enfem, proh Dii immortales! nudat Lucianus. Hoc vero illi optatiffimum, modo detur, antequam ullo flagitio polluta fit, mori. Hic, ubi vitam ab illa negligi fenfit, conclamat famulos, reftes afferri jubet. Jacebat illa in vinculis, lecto affixa: vociferantis autem corpori procaciter illudebatur. Quod fi his perpetratis in puteum eam dediffet praecipitem, quae injuriam fuerat paffa, (ut Leuctris Lacedaemonii eas, quas violaverant,) ob adulterium quidem fuiffet reus: at, conatus facti delere veftigia, faltem vifus fuiffet leges revereri. Nunc, quafi velit oftendere, etiamfi & tibi, & *Modefto*, & *Elpidio*, & omnibus mortalibus notum illud facinus fiat, nihil tamen fibi effe pertimefcendum, mulierem irrifam dimittit. Haec marito (is enim cafu quodam fubito advenerat) rem omnem cum aperuiffet, interfici fe ab eo flagitabat: nec enim poffe fibi vitam honeftam effe poft ejusmodi infortunium. At hic tradidit cuftodibus, qui caverent, ne mortem fibi confcifceret: atque huc fe ipfe contulit, rogavitque me, (cum fciret, & charam mihi fuiffe Nicome-

(6) Ita fcripfi cum *Voff.* & *Zambicarii* verfione pro πόλεως, quod eft in *Barocc. Ambrof. Medic.* & *Reg. max.* in cujus tamen margine fcriptum erat: γρ. τῆς πατρίδος. Scilicet Euftathius Nicomediae natus erat, quam terrae motu everfam fuiffe ex fuperioribus aliquot epiftolis conftat. (7) Sic codices, quos dixi, omnes, praeter *Barocc.* unum, qui legit χείμαια. Προὶξ dotem fignificat, vide *Salmafium* de Modo Ufurarum p. 141. & 151. item p. 171. ubi de phrafi: προῖκα ἐκφέρεσθαι. (8) ἡ ἄνθρωπος, *femina*, etiam apud Pfeudo-Phalarid. ep. 78. (9) ἄδικα ὄμματα, funt oculi libidinis aeftum prodentes, ficut χεῖρες ἄδικοι *manus violentae*. Hinc ἄρξαι χειρῶν ἀδίκων, de qua phrafi *Salmafius* in Obfervat. ad Jus Atticum p. 270. (10) Ita *Reg. max.* & *Medic.* προσπέμψαι, *Barocc.* (11) φιλιοῦσθαι, *Voff.* manu recente. (12) Τοιαῦτα γὰρ, *Medic.* (13) πρὸς ταύτην οἴκοι, *Reg. max.* (14) παρ' αὐτὴν, *Medic.* (15) ὑβριστὴς homo eft intemperanter libidinofus. Vide *Kufterum* ad Ariftophanis Nubes vs. 1064. *Maximus Tyrius* diff. X. ἔρωτα ὑβριστὴν vocat. Memini, *Adrian. Beverlandum* in Otiis fuis Oxomenfibus MSS. cap. 3. hanc vocis notionem diligentius edifferere, ubi de Gigantibus quos Jofephus ὑβριστὰς vocat, commentatur. (16) *Bonvinius* haec ita verterat: *Si, adulterum paffa, vitam ab illius manibus, qui poterat dare, falvam receptura effet.* Minus quidem recte. Id vult Libanius phrafi illa ποιεῖσθαι βίον ἐκ χειρῶν, quod *Ephef.* IV. 28. dicitur: μᾶλλον δὲ κοπιάτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν χερσί. (17) σωφροσύνη *caftitatem* fignificat, ficut σώφρων faepe hominem *continentem & pudicum.* Vide *Gatakerum* ad M. Antoninum III. 2. ubi σώφρονες ὀφθαλμοί, quibus nofter fupra opponit ὄμματα ἄδικα. Conf. *Curas* noftras ad 1 *Tim.* II. 9. (18) ἣ γὰρ, *Medic.* (19) εἶδε *idem.* (20) ἐν *Medic.* pro ἐπὶ, quod alii habent. (21) Recitant rem *Xenophon* lib. VI. & *Diodorus Siculus* lib. XV. (22) πραχθὲν, *Ambrof.* T. 73. (23) Ita codd. omnes, quanquam in *Reg. max.* etiam φοβεῖν legi poffit. (24) ἀτυχούσῃ. *Reg. max.* invitis ceteris. (25) Sic *Voff.* & *Ambrof.* recte, οἳ, *Reg. max.* et *Medic.* pro quo *Salvinus* legere malebat τοῖς.

(26) τὸ

comoediam, dum ftaret, & defleri everfam) ut certiorem facerem, & per literas incitarem *Modeftum*, apud quem adulterum effet accufaturus. Ego vero ipfum mitto ad te, ratus, illinc quidem effe laboris multum, hinc vero parem diligentiam, laboris nihil. At, ô continentiae eximiae vir, ô juftiffime, qui & uxorem in contubernio habes, & prolem nutris legitimam, oftendito, non deeffe, qui ejusmodi audaciam coërceat.

ὅτι Νικομήδειαν καὶ ὕσαν ἐφίλει, καὶ κομιδῆ δακρύων, ἐδεῖτό μου καὶ διδάξαι, καὶ παροξῦναι διὰ γραμμάτων Μόδεστον, ὡς ἐκεῖ γραψόμενος τὸν μοιχόν. Ἐγὼ δὲ αὐτὸν πέμπω παρά σε, νομίσας, τὸ μὲν ἔχειν πολὺν πόνον, τὸ δὲ ἴσην τὴν ἀκρίβειαν ἄνευ πόνου. Ἀλλ' ὦ σωφρονέστατε καὶ δικαιότατε, καὶ γυναικὶ συνοικῶν, καὶ παῖδας γνησίους τρέφων, δεῖξον, ὡς ἔστιν ὁ κωλύσων ταῦτα (26) τολμᾶσθαι.

APOLINARIO & GEMELLO.

Qua injuria fit affectus *Euftathius*, & cur ultionem fumturus veniat, ex literis, ad Parentem veftrum fcriptis, intelligetis. Vos vero ita agere decet, ut appareat, & odio vos profequi facinoris auctorem, & adflicti vices miferari, cooftetque, quales futuri fitis imperaotes, ex iis, quae facitis, cum Patre imperante verfantes.

DLII. ΑΠΟΛΙΝΑΡΙῼ καὶ ΓΕΜΕΛΛῼ.

Ἃ (1) μὲν ἠδικημένος Εὐστάθιος ἥκει δίκην ληψόμενος ἐκ τῶν πρὸς τὸν πατέρα (2) ὑμῶν εἴσεσθε γραμμάτων, ὑμᾶς δὲ δεῖ φανῆναι καὶ τὸν ἀδικηκότα μισοῦντας, καὶ τὸν πεπονθότα (3) ἐλεοῦντας, καὶ τίνες ἂν ἄρχοντες γένοισθε, δι' ὧν πράττετε συζῶντες ἄρχοντι τῷ πατρί.

AGROECIO & EUSEBIO.

Si quidem illa ita habent, fatum quod Sapientes ajunt, prae Diis ipfis valet. Ego vero veftram ibi locorum calamitatem expendens, &, quod res veftrae, abfentibus, qui opem ferre poffint, deteriores fiant, maxime dolui. Propterea etiam confultum putavi, ut huc veniretis: fic enim illa finem habitura. Exorta vero rerum quaedam converfio oftendit, praeftare, fi tumultu hoc non mifceamini. Puto tamen & illum compofitum iri, & reditum vobis fore integrum.

DLIII. ΑΓΡΟΙΚΙῼ (1) καὶ ΕΥΣΕΒΙῼ.

Εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ θεῶν ἀνάγκη κρείττων (2), ὡς ὁ τῶν σοφῶν λόγος. Ἐγὼ δέ, ἐνθυμούμενος τήν τε ὑμετέραν ἐκεῖ κακοπάθειαν, καὶ ὡς ταῦτά γε ὑμῖν ἐπὶ τὰ χείρω φέρεται, τῶν βοηθησάντων ἂν ἀπόντων, ἠθύμουν. Καὶ διὰ ταῦτα ᾤμην δεῖν ὑμᾶς ἐλθεῖν, ὅτι τούτων ἔσται πέρας. Πραγμάτων δέ τις ἐπιγενόμενος κύκλος ἐδίδαξεν, ὡς ἄρα κρεῖττον ἦν ἔξω τοῦ κυδοιμοῦ μένειν. ἀλλ' οἶμαι καὶ τοῦτον στήσεσθαι, καὶ ὑμῖν ἐπάνοδον ἔσεσθαι.

EUSEBIO.

Quo jure quis eum redarguerit, qui ignem fugit? quae enim hic viget contentio, ab igne nihil differt. Sive enim indole urgente, five rebus ipfis ita poftulantibus, pudor abiit omnis, nemo veretur quicquam, finguli vero fe mordent invicem, mihi autem invidiam conciliant. Frater quoque meus a malis, quae haec circumftant, non eft immunis. Quamvis enim negotia publica nondum tractet, mentio tamen ejus in fermone, de his rebus habi-

DLIV. ΕΥΣΕΒΙῼ.

Τί (1) ἄν τις αἰτιῷτο φεύγοντα πῦρ (2); πυρὸς γὰρ οὐδὲν ἡ τῶν ἐνταῦθα διαφέρει φιλονεικία. Εἴτε τῆς φύσεως (3) ἀναγκούσης (4), εἴτε τῶν πραγμάτων βιαζομένων οἴχεται μὲν αἰδὼς, αἰσχύνεται δὲ οὐδείς, δάκνουσι δὲ ἀλλήλους, φθόνον δέ ἐμοὶ συνάγουσιν. Ὁ δὲ ἀδελφός (5) μοι τῶν περὶ ταῦτα κακῶν οὐκ ἔστιν ἐλεύθερος, ἀλλ' οὔπω μὲν λειτουργεῖ, τὴν μνήμην δὲ οὐ διέφυγεν ἐν τῷ περὶ τούτων λόγῳ. Δυσχερείαν δὲ τὴν

(26) τὰ τοιαῦτα, *Ambrof.* T. 231. Ceterum epiftola haec tum a *Zambicario*, interprete, tum a *Sommerfeldio*, editore, male admodum eft habita. Sic v. c. in initio pro *Nicomedienfis* legis *Nicodemus*, & in fine, pro, *ô modeftiffime*, habes; *ô modefti funt*. Omitto alia.

EP. DLII. (1) Ὃ *Ambrof.* T. 73. (2) Is eft *Anatolius*, ad quem antecedens epiftola data eft. (3) Ita *Voff.* pro πεπονθότα, quod eft in *Reg. max.*

EP. DLIII. (1) Γροικίῳ in *Reg. max.* omiffa fcilicet prima nominis litera, quae & in aliis nominibus propriis omnibus omittitur. Ἀγροικίῳ clare legitur in *Voff. Mutin.* A. & *Vatic.* A. B. (2) Stoicos ita fenfiffe conftat. Vide *Stobaeum* Serm. LX. Ex recentioribus argumentum hoc expofuerunt *Pfannerus* in Syftemate Theologiae Gentilis c. VIII. §. 16. *Menagius* ad Laërtium I. 77. *Ezech. Spanhemius* ad Callimachum p. 418. & *Radulph. Cudworthus* in Syftemate Intellectuali p. 5. edit. Anglic. Alii tamen ex ipfis Gentilibus idem negarunt. Vide *Conr. Rittershuf.* ad *Oppiani* Halieut. β. vs. 8.

EP. DLIV. (1) Ita *Barocc.* ex quo epiftolam hanc in *Centuria* mea p. 25. edidi, & *Medic.* A. clare. In *Reg. max.* olim τί δ' ἄν, ubi tamen δ illud, relicta apoftrophi nota, erafum eft. Τί ἂν habent *Voff. Ambrof.* item T. 5. & 73. & 231. nec non *Mutin.* A. & *Vindobonenf.* membranae. (2) Alludit forte ad *Platonis* locum de Republ. lib. 8. fumum fugientes in ignem faepe incidere adferentis. (3) Ita *Medic.* A. & *Reg. max.* fed omiffo ἢ. εἴτε τῆς φύσεως, *Barocc.* (4) ἀναγκούσης, *Reg. max.* (5) Hic eft frater Libanii junior, cujus ipfe meminit in Vita fua p. 62.

τὴν πόλιν, βλέπω δὲ ἑτέρωσε, καὶ ταῦτα γήρως γεγευμένος (6). Τοιαῦτα τοῦ παρόντος ἀπολαύομεν καιροῦ.

habito, facta est. Succenseo itaque civitati, & de alia cogito, idque senio jam vicinus. Atque ista quidem hoc tempore nobis obveniunt.

DLV. ΑΝΑΤΟΛΙΩι.

Ἡρωδιανῷ δέδοται παρ' ἡμῶν χρόνος βραχὺς, ὅπως, ἣν ἔχει γῆν βραχεῖαν, ἐλθὼν ἴδῃ. Δεῖ δὲ αὐτῷ τῶν ἐν Φοινίκῃ μικρῶν, ἐπειδὴ τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης ἔτ' ἐκείνων μικρότερα. Τὸ γὰρ οὓς οὐ προσῆκεν εἶναι μεγάλους, ἐταπείνωσε τὰ τῶν εἰκότως ἂν ὄντων μεγάλων. Γενέσθω δὴ τοῖς Φοίνιξιν αἴσθησις (1), ὅτι σοὶ καὶ τούτου καὶ τῶν τούτου μέλει. Καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν μικρῶν γένοιτ' ἂν ἴσως τι κέρδος, ὅταν εὔνοιαν ἄρχοντος λάβῃ.

ANATOLIO.

Herodiano breve tempus a nobis concessum est, ut terram, quam parvam possidet, profectus videat. Opus vero ei est exiguis illis, quae in Phoenicia habet, quia, quae ab arte sua lucratur, illis etiam sunt minora. Quos enim magnos esse non oportebat, illi res eorum, qui jure merito magni esse debebant, minores fecerunt. Experiantur igitur Phoenices, quod tibi & ipse & res ejus curae sint. Nam & ex exiguis lucri aliquid illi forte nascetur, si imperantis benevolentia fruatur.

DLVI. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Φλαβιανὸς (1) οὑτοσὶ τὸ μὲν γένος ἐστὶ Βιθυνός. εἶσθα δὲ, ὅπως ἔχω πρὸς Βιθυνούς. Μουσῶν δὲ τῶν Ἀθήνησι μετέσχε. τὸν νοῦν δὲ ὢν ὀξὺς, χρηστός ἐστι τὸν τρόπον. Μικρὰ δέ μοι συγγενόμενος εἰς τοὺς φίλους ἐγγέγραπται. τοσοῦτον ἴσχυσε τοῖς μικροῖς. Ἔρχεται δή σέ τε ὀψόμενος, καὶ Φοινίκην, τὴν μὲν εὖ πράττουσαν, σὲ δὲ ὑπὲρ αὐτῆς πονοῦντα. Πέμπε οὖν αὐτὸν αὖθις ὡς ἡμᾶς, γνόντα σου καὶ τὴν ἡμερότητα, καὶ τὴν δικαιότητα.

EIDEM.

Flavianus hic gente quidem Bithynus est: nosti vero, qualis ego sim in Bithynos. Athenis porro literis mecum operatus est: &, cum ingenio velox sit, moribus se praestat optimum. Itaque cum parvo tempore mecum esset versatus, amicis meis adscriptus est: tantum exiguo etiam tempore efficere potuit. Venit itaque & te & Phoeniciam visurus, hanc quidem felicissimam, te vero pro salute ejus excubantem. Mitte igitur eum ad nos, ubi & benignitatem tuam & justitiae studium expertus didicerit.

DLVII. ΙΤΑΛΙΚΙΑΝΩι. (1)

Σὸν τὸ κέρδος, εἴ τι δόξεις εὖ ποιεῖν τὸν οἶκον τῆς πάντα ἐμοὶ τὰ κάλλιστα προσειπεῖν ἀξίας Βασιανῆς. Ὅπως τοίνυν χρήσῃ τῷ καιρῷ, καὶ γένῃ βελτίων εἰς Ῥουφῖνον ἢ βούλεται. Ἥκει (2) δὲ γῆν τὴν οὖσαν αὐτοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας ὀψόμενος καὶ καταστήσων, εἴ τι τετάρακται. Τὰ τοιαῦτα δὲ τῆς παρ' ἀρχόντων δέοιτ' ἂν εὐνοίας, ἣν ἀεὶ σὺ περὶ τούσδε φυλάξας, νῦν οἶδ' ὅτι λαμπρότερον δείξεις.

ITALICIANO.

Tuum erit lucrum, si videaris bene facere familiae *Basianae*, quam optimis quibusque nominibus a me appellari fas est. Itaque commoda hac occasione utere, & meliorem te praestes *Rufino*, quam ipse te esse cupit. Venit autem agros, quos in Asia habent, visurus, &, si quid turbatum sit, in ordinem redacturus. Talia vero haec sunt, quae imperantium favore indigent, quem cum semper in eos probaveris, nunc te ampliorem largiturum esse confido.

DLVIII. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι.

Ἀλλ' εἰ καὶ τῆς χειρῶν σου τὸν Πλάτωνα ἐξέβαλεν ἥτε ἀρχὴ (1), καὶ τὰ πανταχόθεν ἕλκοντα, τήνγε ψυχὴν ὁ Πλάτων οἰκεῖ τὴν σήν. ὅθεν ἡμῖν μύθους καὶ λόγους τοιούτους φέρεις. ἀλλ' ἰδοὺ πάλιν σύ τε καὶ Μίκκαλος εἷς γεγένησθον, τοῦ Ἡφαίστου τοῦθ' ἡμᾶς ἐργασαμένου. Καὶ περιστήσεταί γε ὑμᾶς ταῦτα ὥσπερ εἰκὸς ἕνα ὄντας, ἥξουσιν οἱ τίλ-

PRISCIANO.

Enimvero, quamvis magistratus, quo fungeris, & varia alia negotia *Platonem* tibi ex manibus excusserint, *Plato* tamen animo infixus haeret. Propterea enim commentationes ejusmodi & sermones nobis feris. Tu porro & *Miccalus* concordes iterum facti estis, Vulcano id nobis largiente. Idem vero, quod vos, ut par erat, estis unanimes, insidias vobis parabit: ve-

(6) τὸ γεύεσθαι saepe moraliter & tralate usurpatur. Vide *Erasmi Schmidii* notas ad *Matth.* XVI. 28. & ad *Pindari* Pythionic. IX. p. 337. tum vero *Ludolphum Kusterum* ad Aristophanis Ranas vs. 465. Urbs, cui hic indignatur noster, Antiochia esse videtur. In ea enim vitam egit, aetate jam provectus.

EP. DLV. (1) Eodem sensu *Themistocles* in epistolis p. 32. editionis Schoetgenianae dicit, αἴσθησιν παρέχειν, *manifestum facere.*

EP. DLVI. (1) Φλαυιανὸς, *Vatic.* A.

EP. DLVII. (1) Ἰταλικοῦ *Vatic.* B. male. (2) ἥκει, *Voss.*

EP. DLVIII. (1) *Priscianus* alias Rhetor erat, postea ad negotia publica tractanda admotus. Vide supra ep. 51. & seqq.

(2) Ex-

venient enim, qui vellicent. Sed tibi quidem hic metus curandus fuerit, *Miccalus* vero apud nos nec pilum habet.

FORTUNATIANO.

Nos quidem vere in solitudine versamur, te absente; imo vero miseriores illis sumus, qui in solitudine versantur. Hi enim nec malis, nec melioribus familiariter utuntur; nos autem, quem habere fas erat, desideramus, in illos vero incidimus, a quibus longissimè remotos esse praestaret. Ille quoque, qui unus erat solatio, solatio ipse indiget. *Rufinus*, valde jam ante a Numine adflictus, ad extremas angustias redactus est, adeo, ut eundem nunc ridentem videas, nunc flentem, dum ad sermones, qui perpetuo feruntur, mentem suam convertit. Una est medela, calamitatibus his superior, si nempe tu conspiciendum te praebeas, & more tuo philosopheris.

EUDOXIO.

Non audax facinus est scribere, imo vero id non facere, vitii aliquid habet. Tu vero, si nihil alioquin compellat, saluta saltem; sin compellat, scribe; persuasum tibi habens, quod & te & fratrem bonos viros esse existimem, nec utrumque vestrûm ope mea, si quam ferre possim, sim privaturus.

MAXIMO.

Eudoxius patrem parum lugere dicitur; idque ideo, quod tu illi orbitatis sensum ademeris, multis illis egregiisque factis, quae non minus nobis, quam praesentibus, percipere licuit, cum ipse, quem juvisti, per longas literas id nobis significarit. Quae igitur a nobis proficisci possunt, accipis, plausum nempe, & laudes, &, quod nemo haec omnia ignorat. Majora vero his praemia reportare te oportet, quae scilicet Dii ipsi bonis rependere solent. Ante quidem adhortari te me debere existimabam, jam vero minime. Militum enim duces video ante susceptum pugnae negotium praeliaturos verbis excitare, postea vero acquiescere, existimantes, facta ipsa ad reliqua eos esse cohortatura. Tu vero adolescentem hunc jam pridem beneficiis ornas: jam vero videbis eundem, cum Parente nomen, mores vero cum fratre communes habentem.

C Y-

τίλλοντες. ἀλλά σοι μὲν οὗτος φόβος, ὁ Μίκκαλος δὲ ἡμῖν οὐκ ἐν ἐξουσίᾳ τριχῶν (2).

DLIX. ΦΟΡΤΟΥΝΑΤΙΑΝΩι (1)

Ἡμεῖς ὡς ἀληθῶς ἐν ἐρημίᾳ, σοῦγε ἀπόντος, μᾶλλον δὲ ἐν φαυλοτέρᾳ τῆς γε (2) ἐν ἐρημίᾳ. οἱ μὲν γε οὔτε χείροσιν, οὔτε βελτίοσιν ὁμιλοῦσιν, ἡμεῖς δὲ, ὃν μὲν ἐχρῆν ἔχειν, ζητοῦμεν, ὧν δὲ κέρδος ἦν ἀπηλλάχθαι, τούτοις περιτυγχάνομεν. ὃς δ' ἦν μόνος εἰς παραμυθίαν, παραμυθίας δεῖται. Ῥουφῖνος, ὁ πολλὰ δὴ πρὸ τοῦ δαιμονίου πεπληγμένος, οὗτος νῦν ἐκκρέμαται τῆς ἀγχόνης (3). καὶ τὸν αὐτὸν ἴδοις ἂν νῦν μὲν γελῶντα, νῦν δὲ κλαίοντα. πρὸς τὸν ἀεὶ φοιτῶντα λόγον τὴν γνώμην τρεπόμενον. Ἓν δὴ φάρμακον ἰσχυρότερον τῶν κακῶν, εἰ σὺ φανείης καὶ φιλοσοφοίης (4) τὰ εἰωθότα.

DLX. ΕΥΔΟΞΙΩι.

Οὐ τὸ ἐπιστεῖλαι θρασὺ, ἀλλὰ τὸ μὴ τοῦτο ποιῆσαι μέμψιν ἔχει. σὺ δὲ, κἂν μηδὲν ἄλλο κατεπείγῃ, προσαγόρευε, κἂν κατεπείγῃ, γράφε. θαῤῥῶν, ὡς ἐγὼ σέ τε καὶ τὸν ἀδελφὸν ἄνδρας τε ἡγοῦμαι χρηστοὺς, καὶ τῆς παρ' ἐμαυτοῦ βοηθείας, εἴτι δυναίμην, οὐκ ἀποστερήσω.

DLXI. ΜΑΞΙΜΩι. (1)

Μικρὰ (2) πενθῆσαι λέγεται Εὐδόξιος τὸν πατέρα. τούτου δὲ αἴτιον, εἶναί σε τῆς ὀρφανίας αὐτῷ τὴν αἴσθησιν ἀφελόντα, πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἔργοις, ἃ τῶν παρόντων οὐ χεῖρον ἡμῖν ὑπῆρξε μαθεῖν, αὐτοῦ τοῦ σεσωσμένου μηνύοντος ἐν ἐπιστολῇ μακρᾷ. Τὰ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν ἤδη κομίζῃ, κρότον καὶ ἐπαίνους, καὶ τὸ μηδένα ταῦτα ἀγνοεῖν. Εἰκὸς δέ σοι καὶ τοὺς μείζους ἐσεσθαι μισθοὺς, οὓς εἰώθασι διδόναι τοῖς ἀγαθοῖς οἱ θεοί. Παρακαλεῖν δέ σε πρότερον μὲν ᾤμην δεῖν, νῦν δὲ οὐκέτι. Καὶ γὰρ τοὺς στρατηγοὺς ὁρῶ πρὸ μὲν τῶν ἔργων λόγῳ κινοῦντας τοὺς μαχομένους, ἔπειτα ἀρκεῖν ἡγουμένους, αὐτὰ τὰ εἰργασμένα παρακαλέσαι πρὸς τὰ λοιπά. Τοῦτον δὲ τὸν νεανίσκον πάλαι μὲν εὖ ποιεῖς. νῦν δὲ ὄψει κοινοῦντα τῷ μὲν πατρὶ τοῦ ὀνόματος, τῷ δὲ ἀδελφῷ τοῦ τρόπου (3).

DLXII.

(2) Extremam *Miccali* paupertatem, si quid video, proverbialiter innuit. Ceterum extrema illa sententia inde a verbis: καὶ φοβερόντων &c. desunt in *Ambros.* T. 73.

EP. DLIX. (1) Φορτουνατιανῷ, *Vatic.* A. (2) μὲν, *Medic.* C. (3) Phrasis videtur proverbialis, quam alibi legere non memini. (4) Ita *Ambros.* T. 73. φιλοσοφοίη *Reg. max.* & *Voss.*

EP. DLXI. (1) Huic inscribunt *Voss. Reg. max.* & *Medic.* B. at Κλημεντίῳ *Vatic.* 943. (2) πικρὰ, *acerbe*, habet *Medic.* repugnantibus ceteris, & adversante sermonis serie. Statim enim causa mitigati doloris affertur, nempe *Maximi* in Eudoxium studium. (3) Hanc epistolam in *Reg. max. Voss.* & *Medic.* excipit ea, quae *Basilio* inscribitur: Καὶ πῶς ἂν ἐπιλαθοίμεθα τῆς ἱερᾶς ἐκείνης, κ. τ. λ. Eam infra inter amoebaeas *Basilii* & nostri exhibebimus.

EP.

DLXII. ΚΥΡΙΛΛΩι.

Οὐλπιανοῦ (1) καὶ ὡς πολίτου, καὶ ὡς ἑταίρου, καὶ ὡς χρηστοῦ πάντων οὕνεκα κήδομαι. Τούτου δὲ κηδόμενος οὐκ ἔστιν ἀμελῶς ἔχειν περὶ τὸν τούτου κηδεστὴν, ὃς εὖ πεπονθέναι μὲν ὑπὸ σοῦ πολλά φησι, καὶ οὐκ ἀρνεῖται (2). Δέδοικα (3) δὲ νῦν, μὴ κακόν τι λάβῃ, πονηρίᾳ μὲν οὐ κεχρημένος, μέμψει δέ πως χώραν δεδωκώς. Σὺ δὲ πανταχόθεν μὲν ἐπαινῇ, μάλιστα δὲ τῷ συγγνώμην νέμειν εἰδέναι. πάντως δὲ εἰ καὶ μὴ ὧδε ἐπεφύκεις, ἀλλ' ἤδεις καὶ θυμῷ χαρίσασθαι, κρείττων ἂν ἐγένου τῆς φύσεως, εἰς ἐμὴν βλέπων ἐπιστολήν.

CYRILLO.

Ulpianum & ut civem, & ut amicum, & ut virum per omnia bonum commendatum mihi habeo. Eum vero curans non possum generum illius negligere, qui multis se beneficiis a te ornatum esse ait, nec inficiatur. Jam autem vereor, ne male mulctetur, quamvis malo quidem animo nihil patrarit, culpae tamen alicui locum fecerit. Tu vero ut in ceteris omnibus laudaris, ita inprimis ideo, quod veniam facere didicisti. Quod si vero tu ea indole non esses, sed irae aliquid dare nosses, vinceres utique indolem tuam, habita quadam meae epistolae ratione.

DLXIII. ΠΑΛΛΑΔΙΩι.

Ὥσπερ ὑπὲρ ἀδίκου τινὸς ᾐσχυνόμην ἂν ἐπιστέλλειν πρὸς σὲ, τὸν ὑπὲρ τοῦ δικαίου ζῶντα, οὕτω νῦν δικαίως μεμφθῆναι μέλλων αἰσχρὸν ἡγούμην ἐκστῆναι. Ἀκάκιος (1) ἕνα με νομίζει τῶν εὐκαταφρονήτων, καὶ τῷ πρὸς ἄλλους, καὶ τῷ πρὸς ἐμὲ προσφέρεται τρόπῳ. Ξύλα τ' οὖν λαβὼν φυλάττειν τῆς παρακαταθήκης (2) αὐτὸν ποιεῖ δεσπότην, ἔτος τουτὶ τέταρτον, ἀεὶ μὲν ὑπισχνούμενος ἀποδώσειν, οὐκ ἔστι δὲ, ὅτε οὐ ψευσάμενος. ἐμὲ δὲ δύο ἀνθ' ἑνὸς ἀδικεῖ, τῷ τε ἀποστερεῖν, καὶ τῷ χρήσασθαι δικασταῖς ἀναγκάσαι. χρῶμαι δὲ τῷ τι ἐνταῦθά καί σοι, τὸ μὲν πείσας πέμψαι στρατιώτην, σοῦ δὲ δεόμενος, μὴ τῆς ἀνάγκης αὐτὸν ἐξελέσθαι τῇ τῶν σοι διακονιῶν προφάσει.

PALLADIO.

Sicut me puderet, in caussa injusta ad te scribere, qui justi tuendi caussa vivas; ita nunc caussae justae mentionem facturus turpe ducerem tergiversari. *Acacius* ex iis me putat esse, qui facile possit contemni: hos enim mores & adversus alios & adversus me probat. Hic enim ligna quaedam conservanda acceperat, jam vero depositi hujus se dominum per hoc quadriennium constituit, semper quidem se redditurum pollicitus, nunquam vero non mentitus. Duplicem itaque mihi infert injuriam, hinc meis me privans, hinc Judicum opem implorare cogens. Ad hanc itaque caussam & illius & tua opera utor, illum quidem solicitans, ut militem eo mittat, te vero precatus, ne eum, tibi se inservire caussatum, ab hac coactione liberum praestes.

DLXIV. ΦΟΥΡΤΟΥΝΑΤΙΑΝΩι.

Ἐξ ἡμισείας ἔχειν ἔοικας ἀγαθοὺς οἰκέτας, οἳ τὰ μὲν παρά σου γράμματα καλῶς ἴσασιν, οἷς δοῦναι δεῖ, τὰ δὲ παρ' ἐκείνων ὥς τέ σοι φέρειν οὐδ' ἂν (1) ἀναγκαζόμενοι λάβοιεν. Ἔγωγέ τοι πρὸς τὴν προτέραν ἐπιστολὴν εὐθὺς ἀντεπιστείλας ἐκέλευον λαμβάνειν, ὁ δὲ μέλλειν ἔφασκεν ἔτι, καὶ μηδὲν κατεπείγειν. πάντως δὲ οὐχ οὕτως ἔσεσθαι κακὸς, ὡς ἐμὲ μὲν ἀργὸν ἐθελῆσαι δεῖξαι, σὲ δὲ ἀνιᾶσαι. Τοιαῦτα ἐκείνου λέγοντος ἧκεν ἐπιστολὴ δευτέρα, Κέλσου μέσου (2) τῶν ἐπιστολῶν ἥκοντος. περὶ μὲν γὰρ ἐκείνης ἤκουε παρ' ἐμοῦ. ταύτην δὲ ἐνεχείριζεν αὐτὸς ἐν βαλανείῳ περὶ μεσημβρίαν. Τοιαῦτα γάρ μοι νομοθετεῖ τῆς κεφαλῆς ἡ νόσος. Θαυμάζω δὲ, εἰ τὸ τῶν νέων ἀποκεχρῆσθαι (3) με νῦν ὀνομάζεις σχολὴν, ὥσπερ οὐκ ἐννοῶν, ὅτι τοῦτ' αὐτὸ τοὺς ἄλλους ἡμῖν ἐπάγει τὸ τὰ τῶν νέων ἡσυχάζειν (4). Οὐδὲ γὰρ εἰς ἐ-

κεί-

FORTUNATIANO.

Ex dimidia tantum parte bonos habere servos videris, qui literas quidem tuas recte reddere didicerint iis, quibus fas est reddere, horum autem illas ad te perferendas ne coacti quidem accipiant. Ego scilicet ad superiorem tuam epistolam statim rescribens meam jussi accipere; ille vero commoraturum se adhuc esse, & nihil omnino urgere ajebat, se, addens, tam improbum omnino non fore, ut me ignavum esse ostenderet, te vero contristaret. Haec illo dicente, altera supervenit epistola, *Celso* literis his interveniente. De priore enim illa ex me audiverat: alteram autem in balneo circa meridiem ipse mihi tradidit. Hanc enim mihi legem morbus ex capite tulit. Ceterum miror, quod vacationem appellas, quando jam a juvenibus liber sum, tanquam non recogitans, ipsum illud, quod juvenes otiantur, alios ad me adducere. Neque enim

ad

EP. DLXII. (1) Οὐλπιανῷ *Medic.* B. Ὀλυμπιανῷ, *Medic.* C. uterque male. (2) Sic *Joh.* I. 20. καὶ ὡμολόγησε, καὶ οὐκ ἠρνήσατο. (3) δέδοικε, *Medic.* B. forte rectius, ut metus ille non ad *Libanium*, sed ad *Ulpianum* referatur.

EP. DLXIII. (1) *Acacium* hunc alium esse necesse est a Rhetore illo, ad quem plures nostri exstant epistolae. In hunc enim nec argumentum epistolae ipsum, nec mores, de quibus queritur noster, cadunt. (2) Vox suspecta nonnullis visa est: vide *Curas* nostras ad 1 *Tim.* VI. 20. & 2. ep. I. 14.

EP. DLXIV. (1) Ἂν addidi ex *Barocc.* 9. in *Voss. Reg. max.* & *Medic.* A. desideratum. Scilicet facile illud ob initium sequentis verbi ἀναγκαζόμενοι excidere potuit. (2) μέσον, *Barocc.* ceteri, ut nos. (3) ἀποκεχεῖσθαι *Barocc.* male, ex familiari ῆ & χ permutatione. (4) Eo scilicet tempore hanc epistolam scripsit noster, quo a praelectionibus vacabat. Id vero per aestatem fieri solitum, complures nostri epistolae testantur.

(5) ἐν

ad illos nobis converti convenit; sed vel currere, vel malum videri necesse est. Quemadmodum igitur alter scopulorum, quorum *Homerus* meminit, perpetua in vertice caligine tegitur, ita mihi perpetuo negotiorum moles incumbit. Quod si vero tibi arbores pro nobis sufficiunt, apud te ipsum expende, an recte tibi sufficiant. Sin Medi etiam platanus amicis est inferior, id velim re ipsa ostendas.

ἐκείνους ἐστὶν ἡμῖν ἀναχωρεῖν (5), ἀλλ' ἀνάγκη τρέχειν, ἢ πονηρὸν εἶναι δοκεῖν. Ὥσπερ οὖν ἅτερος τοῖν σκοπέλοιν, οὗ Ὅμηρος ἐμνήσθη (6), καλύπτεται τὴν κορυφὴν διηνεκεῖ νεφέλῃ, οὕτως ἐμοὶ πραγμάτων ὄχλος ἀεί. Σοὶ δ' εἰ μὲν αὐθ' ἡμῶν ἀρκεῖ τὰ δένδρα σκόπει πρὸς σεαυτὸν (7), εἰ καλῶς ἀρκεῖ (8). Εἰ δὲ καὶ ἡ τοῦ Μήδου (9) πλάτανος δευτέρα τῶν φίλων, ἔργῳ δεῖξον.

ACACIO.

Si mihi Croesi divitias, Gygis aurum, & praeterea Midae Phrygii, cujus regionem & nunc beneficiis ornas, & olim ornasti, (non miraberis vero, puto, quod nunc ornare te dicam, qui Ancyrae praesis, sciasque, unde nomen illa habeat) si, inquam, omnes eorum divitias in unum congestas mihi misisses, multa illa eo uno, quod nunc dedisti, majora non fuissent. Adeo omnia mihi leviora sunt illis, quae *Maximo* exhibuisti. Fac vero, ò optime, ne futurum tempus deterius sit illis, quae adhuc illi sunt praestita. Neque enim in ingratum conferes beneficium, sed in clamantem & praedicantem ea, quae acceperit. Itaque nec tacuit apud nos vel suum ad te aditum, vel ea, quibus, admissus a te, potitus est. Imo vero ita suavis est, ut, longam mittens epistolam, una voce illam omnem pertexeret, ego vero a risu temperare mihi non potuerim. Longissimam enim eam fecit repetitis phrasibus: *honoratus sum, honoratum me sensi, honore dignus sum habitus.* Summatim literae illae *Jovis Corinthum* planissime referebant. Quemadmodum itaque ingratus quisque merito odio habendus est, ita, quomodo fieri potest, ut qui beneficiorum memoriam sibi commendatissimam habet, illi non plurima, sicut terrae pinguiori semina, conferantur. Probo te, quod non statim post collatum illud beneficium scripsisti. Nihil enim certi ad ea, quae petieram, respondere absonum fuisset; ea vero, quae fecisses, statim enarrare te pudebat. Postquam autem, quae nobis praestinisti, ex me audivisti, age, scribe omnino, & nos recrea.

DLXV. ΑΚΑΚΙΩι.

Εἴ μοι τὰ Κροίσου χρήματα καὶ χρυσὸν τὸν τοῦ (1) Γύγου, καὶ ἔτι τὰ τοῦ Μίδου τοῦ Φρυγὸς, οὗ τὴν χώραν νῦν τε εὖ ποιεῖς, καὶ πρότερον ἐποίεις, (οὐ θαυμάσεις δὲ οἶμαι τὸ καὶ νῦν εὖ ποιεῖν Ἀγκύρας (2) τε ἄρχων, καὶ εἰδὼς, ὅθεν αὐτῇ τοὔνομα (3),) εἰ οὖν μοι πάντα τὰ ἐκείνων λαβὼν ποθὲν ἐπεπόμφεις πλοῦτον, οὐκ ἂν ἦν μείζω τοῦ νῦν δοθέντος τὰ πολλὰ ἐκεῖνα. οὕτως ἐμοὶ πάντα ἐλάττω τῶν εἰς Μάξιμον γεγενημένων. Ἀλλ' ὅπως, ὦ ἄριστε, μὴ χείρων ἔσται τῶν ἤδη πεπραγμένων ὁ μετὰ ταῦτα χρόνος. Οὐδὲ γὰρ εἰς ἀχάριστον κατατέθεισαι τὴν χάριν, ἀλλ' εἰς βοῶντα καὶ κηρύττοντα, ἃ λάβοι. Οὔκουν ἐσίγησε πρὸς ἡμᾶς οὔτε τὴν παρά σοι εἴσοδον, οὔθ' ὧν ἔτυχεν, εἰσελθών. ἀλλ' οὕτως ἐστὶ χρηστὸς, ὥστε μακρὰν μὲν ἔπεμψεν ἐπιστολὴν, δι' ἑνὸς δὲ ῥήματος πᾶσαν ἦλθεν ὑφαίνων, ὥστε με καὶ πρὸς γέλωτα ὑπενεχθῆναι. Διὰ γὰρ τοῦ τετίμημαι, καὶ ἐτιμήθην, καὶ τιμῆς ἠξίωμαι, τὸ μῆκος ἐξειργάσατο. καὶ ἦν ὁ Διὸς Κόρινθος (4) ἀτεχνῶς τὰ γράμματα. Εἰ οὖν, ὅστις (5) ἀχάριστος, μισοῖτ' ἂν εἰκότως, ὅτῳ μέλει τοῦ μεμνῆσθαι χάριτος, πῶς οὐχ ὅτι πλείστας τῷ τοιούτῳ δοτέον, ὥσπερ πιείρᾳ γῇ (6) σπέρματα. Ἐπῄνεσα δέ σου τὸ, δόντα τὴν χάριν, μηδὲ εὐθὺς (7) ἐπιστεῖλαι. τὸ, τε γὰρ μηδὲν ἀποκρίνασθαι, περὶ ὧν ἠξίουν, ἄλογον, εἰπεῖν τε ὃ πεποιήκεις, ᾐσχύνου. Ἀλλ' ἐπειδὴ παρ' ἐμοῦ τά σοι πεπραγμένα πρὸς ἡμᾶς ἀκήκοας, ἴθι (8) καὶ γράφε διὰ πάντων, καὶ εὔφραινε.

ANA- DLXVI.

(5) ἀναχωρεῖν. *Medic.* (6) *Homerus* Odyss. μ. vs. 73.

Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει
Ὀξείῃ κορυφῇ, νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε
Κυανέη, τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ, κ. τ. λ.

Ceterum, quae inde a voce ὥσπερ usque ad finem epistolae leguntur, illa initium faciunt alius epistolae in *Ambros.* T. 73. (7) ἑαυτὸν, *Reg. max.* & *Medic.* (8) Alluditur ad illa *Platonis* in limine Phaedri: τὰ μὲν οὖν χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν, οἱ δ' ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι. (9) Μήδου, *Medic.* & *Benzel.* A. ceteri Μίδου. Jam quidem *Midae horti* non minus quam *divitiae* proverbio celebrantur. Vide *Erasmum* p. 191. Praestat tamen Μήδου. Xerxes enim innuitur, qui platanum vehementer amavit. Vide *Aelianum* Var. Hist. II. 14.

EP. DLXV. (1) Τὸν τοῦ, *Barocc.* 9. τοῦ; *Reg. max.* & *Voss.* cui voci in *Ambros.* T. 5. superscribitur τόν. (2) *Ancyra* Galatiae erat urbs, magnae Phrygiae contermina. Huic itaque praefectus tunc *Acacius* Phrygiam ornare dici poterat. *Stephanus* de Urbibus & Populis p. 13. ita: Ἄγκυρα, πόλις Γαλατίας. οἱ δὲ Φρυγίας αὐτὴν ἀναγράφουσιν. Ἔοικε δ' εἶναι Φρυγίας, διὰ τὸ ἀμφοτέρων εἶναι. Γαλατῶν γὰρ ὅσα ὅμορός ἐστι τῇ μεγάλῃ Φρυγίᾳ Conf. *Cellarii* Geograph. Antiquam lib. III. c. 4. p. 146. & 175. (3) Ab anchoris navium appellatam testatur *Stephanus* l. c. ipsam appellationis occasionem eadem opera edisserens. Confer ibi Interpretes. (4) Proverbialiter id dici solet in eos, qui semper eadem dicunt, aut faciunt. Originem proverbii exponit *Aristophanis* Scholiastes ad Ranas v. 442. Adde *Erasmum* p. 678. (5) ὁ οὕτως, *Ambros.* T. 73. male, sicut idem non rectius a verbis antecedentibus, οὕτως ἐστὶ χρηστὸς, novam orditur epistolam. (6) Ita *Theophrastus* Histor. Plantar. VIII. 6. πίειραν χώραν καὶ ἀγαθὴν vocat. (7) μηδὲ εὐθύς. *Benzel.* A. (8) ἴδε, *Ambros.* T. 5. male. Familiaris nostro haec phrasis est, quando alium ad faciendum aliquid cohortatur. ἴθι, καὶ γράφε, καὶ διὰ πάντων εὔφραινε. recte. *Benzel.* A.

DLXVI. ΑΝΑΤΟΛΙΩι.

Ἱλαρῖνος οὑτοσὶ τὸ μὲν γένος Ἕλλην ἀπὸ τῆς Εὐβοίας, δικῶν δὲ οὐκ ἄπειρος, ἐμοῦ δὲ ἐρᾷ, καὶ πρὶν ἰδεῖν. Ἐπὶ δὲ τὴν τῶν νόμων μητέρα (1) ἥκει τὸ Σωκράτους μιμούμενος, νομίζων, ἁπάσῃ ἡλικίᾳ πρέπειν, τὸ καλῶν τι μανθάνειν (2). Τοῦτον ἕνα ποίησαι τῶν περὶ σαυτόν. κἂν προσίῃ, δέχου μεθ' ἡδονῆς. κἂν ὀκνῇ, μετάπεμπε. Εἰς τε γὰρ ἄνδρα χρηστὸν τὰ τοιαῦτα ποιήσεις, καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ δώσεις ἡμῖν χάριν, οἷς χαριζόμενος οἴει κερδαίνειν.

ANATOLIO.

Hilarinus hic gente quidem Graecus est ex Euboea, causas vero agendi non imperitus, mei denique amans etiam ante, quam vidisset. Is nunc ad legum matrem venit, Socratis mores imitatus, & existimans, omnem aetatem decere boni aliquid discere. Illum quaeso ex tuis esse jube. Quod si itaque ad te salutandum accesserit, cum voluptate recipe, verecundantem vero accerse. Nam id quidem viro optimo praestabis, & eadem opera nobis quoque gratum facies, quibus gratificari in lucro ponis.

DLXVII. ΔΟΜΝΙΩΝΙ. (1)

Ἰδοὺ καὶ τὴν Ἑλλάδα πρὸς σαυτὸν κεκίνηκας, καὶ μετὰ τῶν νέων σχεδόν τι καὶ γέροντας εἰς Φοινίκην ἀναπέπεικας τρέχειν. Ἱλαρῖνος δὲ οὑτοσὶ πρότερον μὲν ἐπεθύμει τῶν ἐμῶν λαβεῖν, κωλυθεὶς δὲ τῇ τύχῃ τῶν σῶν ἔρχεται μεθέξων. Δεῖ δή σε τοιοῦτον περὶ αὐτὸν γενέσθαι, οἷος ἂν ἦν ἐγώ, τῶν ἐμῶν εἰ μετεῖχε διατριβῶν (2). Λέγω δὲ οὐ περὶ τῆς εὐνοίας, ᾗ πανταχοῦ φαίνῃ χρώμενος, ἀλλ' ὅπως πολλὰ ἐν οὐ πολλῷ μάθοι χρόνῳ. τοῖς γὰρ ὀψὲ πρὸς τὰς μαθήσεις ἐρχομένοις, καὶ σκώμματα ὑπομένουσι (3), τοῦτ' εἶναι προσήκει παρὰ τῶν διδασκάλων γέρας, ἀθρόαν μετάδοσιν καὶ προθυμίαν τάχος ἐμποιοῦσαν τῇ τέχνῃ.

DOMNIONI.

Ecce! Graeciam quoque ad te perducis, & una cum juvenibus fere etiam senes in Phoeniciam proficisci facis. *Hilarinus* quidem hic ante ex mea disciplina proficere cupiebat, fortuna vero prohibitus, venit tuae futurus particeps. Talem igitur in eum te esse oportet, qualis ego eram futurus, si meis scholis uteretur. Loquor autem non de benevolentia, qua semper videris uti, sed, ut efficias, multa non multo tempore discat. Iis enim, qui sero ad discendum accedunt, & dicteria sustinent, hoc a magistris praemium dari oportet, ut copiosior & promtior institutio artem celerius instillet.

DLXVIII. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Ὁ τὰ μέρη τῶν ἀγρῶν ἀποδόμενος ἐκεῖνος, ὅτε μὲν ἡμεῖς ἠξιοῦμεν ὠνεῖσθαι, Θετταλίαν ἔφασκε καὶ Βοιωτίαν πωλεῖν (1), καὶ ἦν οὐδὲν ἐν τῇ τιμῇ μέτριον, ὥστε ἐφεύγομεν. Ἐπεὶ δὲ ὁ δεῖνα ἔδει πρίασθαι, καὶ τὸ μικρὸν ἡγήσατο μέγα, βλάψας μὲν αὐτὸς αὑτόν, θεὶς δὲ ἐφ' ἡμῖν νόμον. μνησθῆναι γὰρ ἴσως οὐκ ἔστι πλείστων, ἢ τοῦ παραδείγματος ἀκούειν ἀνάγκη. Δοκεῖ οὖν μοι χρῆναι χρήσασθαι μὲν μερισμῷ τὸ νῦν, τοῦ μὴ τὸ πᾶν ἀντὶ τοῦ μέρους εἶναι τῷ πριαμένῳ. τιμὴν δὲ τὴν πείθουσαν ὁ διδοὺς εἰ φανείη, πωλεῖν (2). ὁ γὰρ κοινωνὸς παραινεῖ.

DEMETRIO.

Qui agrorum suorum partem venditurus tunc erat, cum nos eam emere statueremus, Thessaliam & Boeotiam vendere se putabat, pretiumque adeo iniquum statuebat, ut nos quidem abstineremus. Postquam vero alter ille emere volebat, parvum etiam pretium magnum esse putavit, ipse quidem sibi ipsi nocens, nobis vero emendi legem imponens. Plurium enim forte meminisse non opus, sed exemplo obedire necesse est. Necesse itaque mihi videtur, nunc quidem partitione uti, ne emens totum pro parte accipiat; & si quis pretium requisitum solvere voluerit, vendere: ita enim hujus rei socius jubet.

DLXIX. FLA-

EP. DLXVI. (1) *Berytum* innuit, Phoeniciae, cui *Anatolius* erat praefectus, urbem. Illa vero legum studiis inprimis celebrabatur. Hinc *Zachariae Mityl.* μήτηρ νόμων, Justiniano vero in Constitutionibus *legum nutrix* & *mater juris studiorum* vocatur. Lege hanc in rem plura apud *Menagium* in Amoenitatibus Juris Civilis c. 24. *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Orationes p. 36. *Pet. Baelium* in Dictionario Tom. I. p. 570. edit. secundae, & *Jac. Hasaeum* in Dissert. de Schola Berytensi, quae in Nova Collectione librorum rariorum Fascic. V. p. 1. seq. exstat. (2) Socrates aetate jam provectus fidibus tractandis operam dans, illudenti respondit: κρεῖττόν ἐστιν ὀψιμαθῆ μᾶλλον ἢ ἀμαθῆ διαβεβιῶσθαι. Vide *Menagium* ad Diogenem Laërtium, p. 87.

EP. DLXVII. (1) Ita *Voss.* & *Reg. max.* Ἀνατολίῳ autem *Medic.* C. prave quidem, cum superior illa *Anatolio* sit inscripta, in qua illi idem hic *Hilarinus* commendatur. (2) Eodem sensu *Apollonius* ep. V. ait, doctrinam Epicuri de voluptate non indigere amplius τοῦ ἐν τῷ νῦν, ἀλλὰ τοῦ ἐκείνων διατριβῶν. (3) ὀψιμαθεῖς enim scommatibus aliorum sunt obnoxii, quod *Socratis* exemplum, epistola superiore allatum, probat. Pro καὶ, quod erat in *Reg. max.* scripsi τοῦ cum *Voss.*

EP. DLXVIII. (1) Proverbialiter utrumque in eos dictum videtur, qui iniquum rebus vendendis pretium statuebant. (2) Sic scripsi pro πωλεῖν. Ceterum fateor, me magnam hujus epistolae partem vix satis intelligendo adsequi.

F L A V I A N O.

Quodcunque ex animo mei amante proficiscitur, id parvum non existimo. Ego itaque studium tuum magis, quam, quae missa mihi sunt, respiciens, hoc nomine etiam illa, quae missa mihi sunt, in magnis habeo. Columbis itaque illis delectatus sum, capreae vero illacrymatus, qui ex literis tuis mira speraissem. Confectam vero conspicatus, & vel aestu consumtam vel a ducentibus perditam, quicquid potui conviciorum, in eos conjeci. Ceterum pro victoria illa, quam mihi significasti, gratiam habeo illi, quem cognominem habes. Ipse vero, ubi ad nos venerit, & pugnam, & quomodo hostes in fugam converterit, enarrabit. Quod si praeterea captivos triumphans duxerit, Cleone apud nos major erit.

DLXIX. ΦΛΑΒΙΑΝΩι. (1)

Πᾶν ὅ, τι περ (2) ἀπὸ φιλούσης γίγνηται γνώμης, οὐ μικρὸν ἡγοῦμαί γε ἐμοί. Σοῦ δὲ ἐγὼ τὴν σπουδὴν πρὸ τῶν πεμφθέντων σκοπῶν ταύτῃ κρίνω καὶ τὰ πεμφθέντα μεγάλα. Ταῖς μὲν οὖν περιστεραῖς ἥσθην, τὴν δορκάδα δὲ ἐδάκρυσα, θαυμαστὰ μὲν ἐλπίσας ἀπὸ τῶν γεγραμμένων. Ἰδὼν δὲ τεθνηκυῖαν (3) ἤτοι τοῦ καύματος ἠπτηθεῖσαν, ἢ προδοθεῖσαν ὑπὸ τῶν ἀγόντων, ὅ, τι τοίνυν (4) ἐπῆλθεν (5), ἐμεμψάμην. Τῆς δὲ νίκης, ἧς ἐμήνυσας, χάριν ἔχω τῷ ὁμωνύμῳ. καὶ αὐτός γε διδάξειεν (6) ἐλθὼν τήν τε μάχην, καὶ ὅπως ἐτρέψατο τοὺς ἐναντίους. εἰ δὲ καὶ αἰχμαλώτους δείξει, μείζων ἔσται παρ' ἡμῖν τοῦ Κλέωνος (7).

M A X I M O.

Tua in *Carterium* ira & Musis & Diis omnibus, literarum Praesidibus, gratum fecisti, quibus desertis, cum eorum antea particeps fuisset, arma emit, Martemque confectatus, pro Rhetore miles evasit. At, ô felicissime vir, respice, quaeso, praesens tempus, quod militum quidem fortunas auxit, nostras vero attrivit. Imo vero tua ipsius fidem tibi faciant, addiderim vero & mea. Ex quo factum est, ut homines multo nobis deteriores laudare coacti simus, a potentia eorum non minus quam imprudentia metuentes. His igitur de causis *Carterium* nihil insolens fecisse, quando ad utiliora se convertit, arbitratus, tuum in Mercurium studium praeterlapsi temporis finibus circumscribe. Reliqua vero inposterum humanitatem potius quam asperitatem spirent, ut & ego a criminatione sim immunis. Neque enim immemor esse videris promissorum, quae nobis fecisti: ego vero sententiam tuam movisse videor, atque adeo pravis suspicionibus laedor. Tu vero hoc omne e medio tolle, & ostende, & me non malignum esse, & te a mendacio alienum.

DLXX. ΜΑΞΙΜΩι.

EP. DCXI. (1) Post οὐκοῦν *Reg. max.* habet αὐτὴν, quo non opus est: ideo in *Barocc.* 9. *Medic.* B. *Mutin.* C. *Voss.* & *Ambros.* T. 5. omittitur. (2) ἀγκὼν γλυκὺς phrasis proverbialis est & εὐδαίμων de labore molesto, sed necessario. Id patet ex sermonis serie. Proverbii origo a variis varie redditur. Vide ex veteribus *Eustathium* ad Iliad. ψ. v. 702. cujus observata a Scholiasta Homeri, quem ἀνέκδοτον habeo, & cujus specimen *Hornejus* edidit, in summam redacta video. Ex recentioribus inspice *Erasmum* p. 164. Non dubito equidem, nostrum respexisse ad illud *Platonis* in Phaedro: γλυκὺς ἀγκὼν, ὦ Φαῖδρε, λέληθέ σε, ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐκλήθη. (3) τὴν τε, *Reg. max.* sed a manu recente, male. (4) δὴ malui cum *Reg. max.* & *Goliano* pro δὲ aliorum. (5) ἀναπλεῖς, *Medic.* B. male. (6) ἀπολαύσῃ, *Reg. max.* (7) De hac sententia in superioribus. (8) ὧν οἱ π. ἀ. μ. desunt male in *Medic.* (9) τὴν τῶν, *Golian.* (10) δέδοικας, *Medic.* vitiose. Quae inde a verbis: σὺ μὲν οὖν usque ad finem heic leguntur, ea absunt ab *Ambros.* T. 73. (11) Ita κόπτεσθαι ἐρωτώμενος, quod discipulis frequens est adversus doctores, ait *Plutarchus* Tom. I. Vitarum p. 81. ubi lege notas *August. Bryani.*

EP. DCXII. (1) Vide *Centuriam* meam p. 55. & *Zambicarii* illas lib. III. ep. 299. cujus versionem Latinam pessimam exhibui in praefat. ad *Centuriam* p. 10. Inter cetera ibi inscribitur *Policerneo*, pro quo exemplum ejusdem versionis MS. *Ambrosianum* recte *Polychronio* habet, quod & in *Voss. Medic.* B. & *Barocc.* clare legitur. (2) γραμμάτων, *Medic.* male. (3) τὰ *Barocc.* mendose. (4) ὑπεσχημένον, *Medic.* (5) Αἱ Χάρητος ὑποσχέσεις proverbialiter de illis dicuntur hominibus, qui promissis faciles & liberales, factis autem parci sunt & pigri. Hic enim mos fuisse dicitur Charetis, Ducis Atheniensis. Vide *Suidam*, & Collectionem Proverbiorum, quam sub *Plutarchi* nomine ex MS. Mediceo repraesentavit *Jac. Gronovius* in praefat. ad Tom. X. Antiquitt. Graecarum p. 6. Ibi scilicet haec legis: αἱ Χάρητος ὑποσχέσεις, ἐπὶ τῶν προχείρως ἐπαγγελλομένων. Χάρης γὰρ, στρατηγὸς Ἀθηναῖος, προχείρως πολλὰ ἐπηγγέλλετο. Adde *Erasmum* p. 471. Contra haec pagani promissis Jovis multum tribui volebant, quod patet ex proverbiis: ἐν τῇ Διὸς δέλτῳ ὁ μάρτυς, Διὸς ψῆφος, &c.

EP.

JULIANO.

Si, quod promeritus eras, tibi obtigisset, jampridem illi imperio admotus fuisses; jam vero in ampliore, quam haec est, dignitate versareris. At fortunae, credo, volupe est, praestantioribus minora, deterioribus vero majora conferre. Ita vero perpetuo agit, tanquam verita, ne potestatis suae obliviscamur. Me vero libenter & dicere, & auditorem te habere, (tripudiare enim me dicente didicisti) non ignoras. Interim negotiorum copia multas ad te literas scribere non permisit. Multi enim sunt, quibus opem me ferre oportet: ille vero, relicta multorum potentia, ad meam, imprudenti affectu ducti, impotentiam se recipiunt, ficulnum auxilium pro Hermione expetentes. Necesse vero est, ut me illis dem. Quid enim facias? Parum porro roganti bus prosum: interim tempus consumitur; & literae vobis, non quot vultis mittuntur.

DCXIII. ΙΟΥΛΙΑΝΩι. (1)

Εἴ τι (2) τῶν δικαίων ἐγίγνετο, πάλαι μὲν ἐπ' ἐκείνης ἂν ἦσθα τῆς ἀρχῆς, νῦν δὲ ἐπὶ μείζονος, ἢ κατ' ἐκείνην, ἐξουσίας. Ἀλλ' οἶμαι, τέρπεται ἡ τύχη (3) τοῖς μὲν ἀμείνοσιν ἐλάττω διδοῦσα, τοῖς δὲ φαυλοτέροις μείζω. καὶ διατελεῖ δὴ τοῦτο ποιοῦσα, καθάπερ φοβουμένη, μὴ τῆς ἰσχύος αὐτῆς ἐπιλαθώμεθα. Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν ἡδέως καὶ λέγω, καὶ τῆς σῆς ἀκοῆς τυγχάνω, καὶ γὰρ οἶσθα πηδᾷν λέγοντος, οὐκ ἀγνοεῖς. πλῆθος δὲ ἐπιστολῶν τὸ τῶν πραγμάτων πλῆθος οὐκ ἀφῆκε γενέσθαι. Πολλοὶ μὲν γάρ, οἷς δεῖ βοηθεῖν, οἱ δ' ὑπερπηδῶντες πολλῶν δυνάμεις ἐπὶ τὴν ἐμὴν καταφεύγουσιν ἀσθένειαν, ἀτόπῳ κεχρημένοι πάθει, συκίνην αὐθ' Ἑρμίονος (4) ζητοῦντες ἐπικουρίαν. Ἐμοὶ δὲ ἀνάγκη παρέχειν ἐμαυτόν. Τί γὰρ ἄν τις καὶ ποιῇ. ἔπειτα (5) μικρὰ δεομένους μὲν ὠφελῶ, χρόνος δ' ἀναλίσκεται. γράμματα δὲ ὑμῖν (6), οὐχ ὅσα βούλεσθε, γίγνεται.

OBODIANO.

Ad levandum ex humero malum auxilium tibi a Medicis nostris & consiliis & medicaminibus praestatur. Utraque enim desiderasti. Utrum vero reverti praestet, an moram aliquam facere, res ipsae ostendent. Voce vero nihil opus est. Quod si enim biga tibi a Rege veniat, & voceris, manifestum est, tibi eo eundum esse, si quidem iter facere tibi licuerit. Si vero id non eveniat, patriam te respicere oportet, *Demosthenis* interim solatio animo mederi non desines, sive in Thraciam eas, sive huc revertaris, eo nempe, quando ait, ea, quae a Diis obveniunt, fortiter ferenda esse.

DCXIV. ΟΒΟΔΙΑΝΩι.

Ἡ μὲν πρὸς τὸν ὦμον (1) καὶ διὰ λόγων, καὶ διὰ φαρμάκων ἥκει σοι βοήθεια παρὰ τῶν ἡμετέρων ἰατρῶν. Αὐτὸς γὰρ ἄμφω μετεπέμπου. Περὶ δὲ τοῦ, πότερον ἐπανελθεῖν βέλτιον, ἢ προσθεῖναι τὸ μέρος, τὰ πράγματα συμβουλεύσει. φωνῆς δὲ οὐδὲν δεῖ. Ζεῦγος μὲν γὰρ εἰ γένοιτό σοι (2) παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ καλῇ, δῆλον, ὡς ἐκεῖσε δεήσει τρέχειν, εἴπερ ἐξείη κινεῖσθαι. Μὴ δοθέντος δέ, πρὸς τὴν πατρίδα βλέπειν ἀνάγκη. Τῷ μέντοι Δημοσθένους (3) ἐπῳδῇ μὴ παύσῃ τὴν ψυχὴν ἰώμενος, ἐάν τε εἰς Θρᾴκην ἴῃς, ἐάν τε ἐπανίῃς, ᾗ (4) φησι δεῖν γενναίως τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ φέρειν.

CELSO.

Nosti procul dubio adolescentem hunc: neque enim ignoraveris eos, qui literis apud nos operantur. Hunc quidem ob meliora in Ciliciam venire fas erat. Jam autem venit sororem suam luctuus, tristitiamque suam lacrymis testaturus. Ut itaque nec abeat a vobis, te non salutato, neque occasionem te conveniendi quaerat, hanc illi epistolam dedi. Tu vero illum, non, ubi voluerit, secundum *Homeri* illud, dimitte, sed dimitte, etiamsi manere apud vos voluerit.

DCXV. ΚΕΛΣΩι.

Οἶσθά που τουτονὶ τὸν νεανίσκον. Οὐ γὰρ ἠγνόεις τοὺς παρ' ἡμῖν ἐπιδεδωκότας εἰς λόγους. Ἔδει μὲν ἂν αὐτὸν ἐπὶ βελτίοσιν εἰς Κιλικίαν ἐλθεῖν. Νῦν δὲ ἥκει πενθήσων τὴν ἀδελφήν, καὶ δάκρυσι τιμήσων τὸ πάθος. Ἵν' οὖν μήτ' ἀπέλθῃ παρ' ὑμῶν, πρὶν ἐντυχεῖν σοι, μήτε ζητοῖ δι' ὅτου (1) ἄν σοι συγγένοιτο, δέδωκα τὴν ἐπιστολήν. Σὺ δ' αὐτὸν μὴ καθ' Ὅμηρον (2), ὅταν ἐθέλῃ, πέμπειν, ἀλλὰ πέμπε, κἂν ἐθέλῃ μένειν.

EP. DCXIII. (1) Ad alium haec epistola spectat *Julianum*, ad quem plures nostri exstant; non autem ad Imperatorem. Vide *Indicem*. (2) In *Voss.* male εἰ. (3) Similis huic illa *Horatii* phrasis est Odar. III. 29. vs. 49.

Fortuna saevo laeta negotio Ludum insolentem ludere pertinax, &c.

(4) Lege de hoc proverbio *Erasmum* p. 619. (5) ἐπὶ τὰ *Reg. max.* & *Voss.* olim, qui nunc ex emendatione recente habet ἔπειτα, quod & *Medic.* exhibet. (6) Sic scripsi pro ἡμῖν, quod codices habent, sensus autem aversatur.

EP. DCXIV. (1) Vide epistolam 610. (2) σὰ, *Voss.* (3) *Demosthenes* in Orat. de Corona p. 316. ita: Δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα, φέρειν δ' ἅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως. (4) Ita recte *Vatic.* B. pro ἃ quod est in *Reg. max.* & *Voss.* Respicitur scilicet antecedens ἐπῳδή.

EP. DCXV. (1) *Reg. max.* & *Voss.* una voce διότου. (2) Alludit forte ad Odyss. ο. vs. 39. collatis v. 44. & 49.

DCXVI. ΥΠΕΡΕΧΙΩι.

Ἰοὺ, ἰοὺ, ποσάκις τὴν κεφαλὴν ἐκίνησας, καὶ πρὸς αὐτὸν εἶπες ἐπ' ἐρημίας ἢ νυκτὸς, ἠμέλημαι, καταπεφρόνημαι, μεταβέβληται τὰ πάντα. Καὶ τούτου σοι πίστις ἦν, τὸ πλῆθος μὲν εἶναι τῶν δι' ὑμῶν ἐπὶ Θρᾴκης δραμόντων. ἐλθεῖν δέ σοι μήτε μικρὰν, μήτε μείζω παρ' ἡμῶν ἐπιστολήν. ἐμὲ δὲ πολλοὶ μὲν ᾔτησαν, ἔδωκα δὲ οὐδενί. διὸ δὲ, φράσω. Πάντας ᾔδειν ἐθελήσοντας παρά σοι καταλύειν καὶ τρυφᾶν. Σὺ δ' οὐ δεχόμενος μὲν (1) ἐδόκεις ἂν ἀδικεῖν. εἰ δὲ καθήμενος ἐξένιζες πλείους τῶν φύλλων (2), ὀχληρὸν ἂν ἦν, οὐχ οὕτω κατὰ τὴν δαπάνην, ἀλλ' ὅτι τὰ τῶν ἀγρῶν ἔχρην ὀλιγωρεῖσθαι. καὶ ἅμα τοὺς ἀνθρώπους ᾔδειν ἐσθίοντας μὲν ἡδέως, μεμνῆσθαι δὲ ξενίας οὐκ εἰδότας. ἀλλ' ἡγουμένους ἀνδρεῖον, ἂν εἴπωσι κακῶς τοὺς ὑποδεξαμένους. Οὔκουν, ἀποστήσας σου τὴν ἐμαυτοῦ ψυχὴν, ἐσίγων, ἀλλ', ὅπως μηδενός σοι γενοίμην μήτ' ἀηδοῦς αἴτιος, μήτε κακοῦ μέλλειν (3) ἠξίουν. Ἐπεὶ δ' οὖν ἐλαβόμην Μικάλου (4), τοῦτο δὲ ἐστιν ἐμαυτοῦ, γράφω. λύων τε τὴν αἰτίαν, καὶ ἀναμιμνήσκων σε τῶν παλαιῶν μαντευμάτων, ἐν οἷς προὔλεγον, ὡς ἥξει (5) χρόνος ἀπαιτῶν λόγους, καὶ λύων ζώνας (6). σοὶ δ' ἐκείνων τε μὴ διαμαρτεῖν ὑπῆρξε, καὶ τοῖς (7) παροῦσιν ἐστί τις χώρα (8). Βουλοίμην δ' ἂν εἰδέναι, τίς σοι γνώμη, καὶ τί σαυτῷ (9) χρήσασθαι διανοῇ (10).

HYPERECHIO.

Hem! hem! quoties caput movisti, & ad te ipsum vel solus, vel noctu, dixisti: neglectus sum, contemtus sum, conversa denique sunt omnia. Hujus scilicet rei id habebas argumentum, quod, multis per vos in Thraciam proficiscentibus, nulla tamen vel brevis vel longior epistola nostra ad te adferatur. Jam multi quidem a me petierunt: dedi autem nemini. Caussam rei aperiam. Noveram, omnes apud te commoraturos & deliciaturos esse. Hos si non recepisses, injurius visus fuisses; si vero desidens plures, quam quidem folia arborum sunt, hospitio excepisses, id tibi non tam ob impensas, quam quod res agraria negligi debuisset, molestum erat futurum. Noveram praeterea, homines convivari quidem, sed hospitii vix meminisse didicisse; imo vero praeclarum existimare, si hospites suos proscindant. Tacui igitur non, quod animum a te averterim, sed, ne vel molestiae vel noxae tibi auctor existerem, cunctandum esse putabam. Jam *Miccalum*, hoc est, me ipsum nactus scribo, tum culpam expungens, tum vetera tibi vaticinia in animum revocans, quibus ominabar, venturum tempus, quod & sermones postulet, & cingulum solvat. Tibi vero illis non excidisse contigit, iisdemque adhuc praesentibus locus est. Velim autem scire, quae tibi sedeat sententia, & quid in rem tuam convertendum statuas.

DCXVII. ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΩι.

Οὐδὲν οἶμαι δεῖν προοιμιάζεσθαι, χάριν αἰτοῦντα παρὰ φίλου. Οὐκοῦν εὐθὺς, ὃ δεῖ σε ποιεῖν, ἐρῶ. Μέγιστος οὑτοσὶ πρότερον μὲν ἦν τῶν διακονούντων Χρυσηΐδι. νῦν δὲ ταυτὸ Βασσιανῇ (1) πληροῖ. κἂν ἀφέλῃ τις αὐτὸν τὰ πράγματα, ἔβλαψεν. Ἔστω. τοίνυν ἐπὶ τοῖς πράγμασι. τοῦτο γὰρ ἐγὼ μὲν δέομαι. σὺ δὲ δύναι κύριος. Πάντως δὲ ἀφθονία βουλευμάτων πάλαι μὲν ποθουμένη, νῦν δὲ ἥκουσα. Σὺ δή μοι τὸν Μέγιστον ἐκκλέψας ἄφες. εἰ δὲ Ἀρκαδία τοῦτο (2) καὶ μέγα. μήτοι τὸν δεύτερον φύγῃς πλοῦν. ἀλλ' ἐν τοῖς κομίζουσιν ἀπ' Αἰγύπτου σῖτον τετάχθω. καί σοι χάριν εἰσόμεθα καὶ τοῦδε. Ὁπότερον δ' ἂν δύναι γνοὺς, ἐν γράμμασιν ὁμολόγει, καὶ πίστις τοῦ μέλλοντος ἐπιστολὴ γενέσθω.

APOLINARIO.

Non puto prooemio mihi opus esse, beneficium ab amico petituro. Ea igitur, quae facere te decet, sine mora dicam. *Megistus* hic primum quidem Chryseidis res administrabat; nunc vero idem officium Bassianae praestat. Si quis vero id ei ademerit, quod agat; fraudi illi fuerit. Habeat igitur, quod agat. Hoc enim est, quod ego precor; tu vero largiri potes. Consiliorum quidem copia olim desiderabatur, nunc autem adest. Tu itaque *Megistum* mihi suffuratus, dimitte. Quod si Arcadiam & magnum aliquid petere videor, alteram, quaeso, navigationem ne subterfuge: sed fac, ut inter eos numeretur, qui ex Aegypto frumentum asportant. Nam & pro hoc gratiam tibi habebimus. Utrum horum largiri nobis statueris, per literas significa, & epistola tua fidem futurorum faciat.

DCXVIII. ΕΟΡΤΙΩι.

Ἔπεμψα τὸν ἀδελφὸν ἱκετεύσοντα τὸν παρ' ὑμῖν ὑπὲρ ἐμοῦ

HEORTIO.

Fratrem misi, Deo, qui apud vos est, pro me

EP. DCXVI. (1) Μὲν abest a *Medic.* B. quod *Reg. max.* & *Voss.* habent. (2) Ita *Reg. max.* at *Medic.* φίλων. (3) μέλλον, *Voss.* (4) Μικάλου, *Medic.* (5) Sic *Medic.* ἥξοι, *Reg. max.* (6) ζώνην h. l. de *dignitate* seu *munere* aliquo putem accipiendum, sicut *Suidas* per ἀξίωμα explicat. Sic Latini *cingulum honoris* dicunt; Graeci vero passim ἀφαιρεῖσθαι τὴν ζώνην τῆς ἀρχῆς, διαλύεσθαι, λύειν &c. Vide *Cotelerium* ad Tom. I. Monumentorum Ecclesiae Graec. p. 753. Videtur *Hyperechius* in eo fuisse, ut a dignitate quadam decederet, & ad alia se converteret. (7) *Reg. max.* & *Voss.* καίτοι, sed in *Voss.* super ν scriptum est ι. (8) Ita *Reg. max.* at *Medic.* simpliciter, non sine mutilato sensu: καὶ τοῖς παροῦσι. (9) Sic *Reg. max.* τί σαυτοῦ, *Medic.* pro quo tamen *Salvinius* nostrum illud reponendum judicavit (10) διανοῇ *Voss.* sed ita ut supra, legatur ει.

EP. DCXVII. (1) Βασσιανοῖ, *Reg. max.* (2) Formula proverbialis, de qua in superioribus dixi, quemadmodum & de proxime sequente illa.

EP.

me supplicaturum. Tu vero precanti sociam operam praesta, si valetudo mea tibi cordi est.

SATURNINO.

Malum mihi in capite haeret, quod vitam quidem acerbam, mortem vero in votis esse facit. Medicorum illud artem elusit, & non nisi Deo cesserit. Eo igitur fine fratrem meum missum ad Dei statuam adducito, & de ceteris quoque prospicito.

PARTHENIO.

Si loco moveri possem, ipse ego vobis in magna urbe adessem. Eam enim ita vocari Deus voluit. Quia vero illis, quas nosti, difficultatibus detineor, maneo quidem, sed spero, fore, ut vaticinio quodam, fratre pro me libante, te vero comprecante, potiar.

DEMETRIO.

Haec vero etiam exacta esse miratus sum. Nam & reliquas adversitates, & vini quoque illam, quae dolia omnia pervasit, sciebam. Nam vinum vespertinum cum die illucente apud nos corruptum est. Itaque, quo illud argento apud vos vendi possit, id placebit nobis, nec tam reddidisse te nobis, quam donasse, putabimus. Emtori vero etiam persuadebimus, ne juvet agricolas, si quid defraudare cupiant.

BACCHIO.

Illi quidem, qui, quae in Dianae honorem praestitisti, viderunt, feliciores sunt. Nos tamen itidem narratis sumus delectati, & non eandem quidem, quam illi, non multo tamen minorem, voluptatem sensimus. Nam, qui literas tibi reddit, idem de illis, quae facta sunt, mihi exposuit: unde scilicet tu deae simulacrum deduxeris, quanta item cum magnificentia & quibus armis instructum: omnemque illum apparatum tuis deberi sumtibus. Sacrificiorum idem meminit, & suis argenteae, & cervae, pompaeque enarravit elegantiam, & convivarum multitudinem, longumque in loco illo dierum spatium. Et, quod praestantissimum est, elegantissimum *Demetrium* eloquentiae dapes illis ajebat addidisse. Itaque tripudiabam ego, tibique illum Dianae cultum gratulabar. Tu vero Sacerdo-

ἐμοῦ θεόν (1). κοινώνησον δὴ τῆς ἱκετείας, εἴ τί σοι μέλει τοῦ ἐῤῥῶσθαί με.

DCXIX. ΣΑΤΟΡΝΙΝΩι.

Ἐν τῇ κεφαλῇ μοι κατοικεῖ πάθος. ὃ ποιεῖ τὸ μὲν ζῆν βαρὺ, τὴν τελευτὴν δὲ ἐν εὐχαῖς. Τοῦτο τὰ μὲν τῶν ἰατρῶν ἐξήλεγξε φάρμακα. μόνῳ δ' ἂν εἴξαι (1) τῷ θεῷ. Κατὰ τοῦτο δὴ τὸν ἀδελφὸν ἀπεσταλμένον προσάγε τῷ ἀγάλματι (2), καὶ τὰ ἄλλα συμπροθυμοῦ.

DCXX. ΠΑΡΘΕΝΙΩι.

Εἰ μὲν ἦν κινεῖσθαι κύριος, αὐτὸς ἂν ὑμῖν ἧκον εἰς τὴν μεγάλην πόλιν. Δίδωσι γὰρ αὐτὴν οὕτω καλεῖν ὁ θεός. Ἐπεὶ δὲ ἀνάγκαις, ἃς οἶσθα, κατείλημμαι, μένω μὲν, πιστεύω δὲ τεύξεσθαι μαντείας, σπένδοντός (1) τε ὑπὲρ ἡμῶν ἀδελφοῦ, καὶ σοῦ συνευχομένου.

DCXXI. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Ἀλλ' ὅτι καὶ ταῦτα εἰσεπράχθη, τεθαύμακα. τάς τε γὰρ ἄλλας ἠπιστάμην δυσχερείας, καὶ τὴν περὶ τὸν οἶνον τύχην, ἣ πάντας ἐπῆλθε πίθους. Ὁ δέ τοι τῆς ἑσπέρας οἶνος, ἅμα ἡμέρᾳ, διέφθαρται παρ' ἡμῖν, ὥσθ' ὅσῳ ἂν ἀργύριον γένηται παρ' ὑμῖν, στέρξομεν, καὶ οὐκ ἀποδιδόναι μᾶλλον ἢ δωρεῖσθαί σε νομιοῦμεν. Πείσομεν δὲ καὶ τὸν ἐωνημένον μὴ βοηθεῖν τοῖς γεωργοῖς, ἢν ἐθέλωσιν ἀποστερεῖν.

DCXXII. ΒΑΚΧΙΩι. (1)

Οἱ μὲν ἰδόντες εὐδαιμονέστεροι τὰ περὶ τὴν Ἄρτεμίν σοι πεφιλοτιμημένα. Γεγόναμεν δὲ καὶ αὐτοὶ τοῖς ἠγγελμένοις ἡδίους, καὶ οὐκ ἴσον μὲν ἐκείνοις, οὐ πολὺ δὲ ἔλαττον εἴχομεν. Ὁ γάρ σοι τὰ γράμματα φέρων, οὗτος ἐκόμιζέ μοι τῶν πεποιημένων τὸν λόγον. ὅθεν μὲν σὺ τὴν θεὸν ἦγες, καὶ ἐν ὅτῳ σχήματι, ὅπως δὲ ὡπλισμένην. σὸν δὲ εἶναι τὴν σκευὴν ἀνάλωμα. καὶ τῶν ἱερείων ἐμνήσθη, τοῦτε ἀργυροῦ συὸς, καὶ τῆς ἐλάφου, πομπῆς τε διηγήσατο κόσμον, πλῆθός τε δαιτυμόνων, καὶ πλῆθος ἡμερῶν ἐν τόπῳ (2), καὶ τὸ κάλλιστον, προσθεῖναι γὰρ ἔφησε τὴν ἀπὸ τῶν λόγων τὸν καλὸν Δημήτριον (3) ἑστίασιν. ὥστε με σκιρτήμασιν ἔχεσθαι καὶ συνήδεσθαί σοι τῆς περὶ τὴν Ἄρτεμιν θεραπείας. Ἀλλὰ σύ τε παισί τε παραδοίης τὴν ἱερωσύνην, τῆς τε τῶν

θεῶν

EP. DCXVIII. (1) *Aesculapium* forte, vel *Apollinem* intelligit. Constat scilicet, aegrotantes & de valetudine solicitos in Aesculapii templo obdormire, & ex somniis vaticinia captare consuevisse. Hanc μαντείαν noster ep. 620. innuit. Confer *Aristidis* sacros sermones.

EP. DCXIX. (1) Sic *Reg. max.* ex emendatione recente, quando idem olim habebat εἴξει, quod & in *Voss.* & *Vatic.* A. legitur. (2) ἄγαλμα Deastri alicujus *simulacrum* infert. Vide *Ellisii* Fortuita Sacra p. 112.

EP. DCXX. (1) Sic recte *Voss.* at *Reg. max.* σπένδοντος. De vaticiniis illis, per somnia pro aegrotis captatis dixi ad ep. 618.

EP. DCXXII. (1) Eum inter Dianae Sacerdotes fuisse tota epistola testatur. (2) Quomodo haec omnia ad Dianae cultum spectent, ex illis apparebit, quae *Ezech. Spanhemius* ad *Callimachi* hymnum in Dianam est commentatus. (3) *Demetrius* quidam, quod obiter moneo, in Actis Apostolicis XIX. 24. ut ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδι commemoratur. XIX. 24.

(4) Sic

θεῶν (4) ἐπανόδῳ (5), γῇ τε καὶ θαλάττῃ πάντα ἀπολαύοι τὸν χρόνον.

dotium hoc filiis tuis post te relinque, Deorumque accessu & terra & mare omni tempore fruatur.

DCXXIII. ΠΟΛΥΧΡΟΝΙῼ. (1)

Ἀπειρήκαμεν τοὺς ἐκεῖθεν ἀφικνουμένους ἐρωτῶντες, πότε ἀφίξεσθε (2)· καὶ γὰρ ἐξαπατῶντες οἱ πλείους, ὡς ἡμᾶς εὐφρανοῦντες, αὐτίκα φασίν. Εἶθ' ἡμεῖς προσκείμεθα τοῖς εἰσιοῦσι, καὶ γιγνόμεθα τῆς ὁδοῦ χαλεπώτεροι τοῖς κεκομμένοις. Ὑμεῖς (3) δὲ ἄρα λαβόμενοι θαλάττης πολλὰ βοσκούσης (4) ἡδίω τὰ κύματα τῆς ἠπείρου κρίνετε (5). Ἢν οὖν ποτε ὑμᾶς (6) ἐνταῦθα λάβωμεν (7), γραφὴν (8) ἀποίσομεν, ἡ δὲ ἤπειρος δικάσει.

POLYCHRONIO.

Defatigati sumus eos, qui a vobis adventant, interrogando: quando sitis redituri? Plerique enim eorum, fallentes nos, tanquam voluptatem allaturi, propediem id futurum respondent. Itaque nos urgemus adventantes, majoremque defatigatis molestiam, quam iter ipsum, facessimus. Vos interim mare, quod multa pascit, ingressi fluctus ejus terra jucundiores habetis. Ubi itaque vos aliquando hic locorum habebimus, dicam vobis scribemus, terra vero continens judicabit.

DCXXIV. ΒΑΚΧΙῼ. (1)

Ὅνπερ ἐγὼ τρόπον, τοῦτον ὁ ἄρχων μετέσχε τῆς παρ' ὑμῖν ἑορτῆς. οὐδὲ γὰρ ἠγνόησεν, ὧν ᾔδειν ἐγώ. ἀλλὰ καὶ περὶ (2) τῶν ὅπλων καὶ τῶν τεθυμένων, καὶ τῆς ἄλλης δαπάνης, καὶ τῆς διὰ πάντων ἀκούων λαμπρότητος, οὕτως ἥσθη τε καὶ συνήσθη τῷ τε ἱερεῖ καὶ τῇ πόλει, ὥστε ἔφησε τῶν πεπραγμένων πρὸς αὐτὸν μεμνῆσθαι τὸν βασιλέα. μάλιστα δὲ αὐτὸν εὔφρανεν, ὅτι εἷς ὢν ἤρκεσας εἰς τὴν τοῦ ἀγάλματος κλοπήν (3). Διομήδει δὲ ἄρα καὶ Ὀδυσσέως ἔδει (4). Καί σε ἐπέγειρε δι' ἐμοῦ, πρὸς τὸ, τὸν νεὼν ὀρθοῦν, πάλαι μὲν πᾶσι κηρύξας κομίζεσθαι τὰ αὑτῶν. Ἕτοιμος δὲ ὤν, ὅ, τι ἂν κηρύσσῃς, ἠδικημένον τὸν τόπον καὶ βοήσεσθαι καὶ βοηθήσειν.

BACCHIO.

Qua ego ratione, eadem & Praefectus solemnium, apud vos celebratorum, factus est particeps. Neque enim ignoravit ea, quae mihi erant cognita. Imo vero de armis, sacrificiis, ceterisque sumtibus, & singulari illa per omnia magnificentia audiens, & Sacerdote & urbe ita gavisus, iisdemque gratulatus est, ut diceret, gestorum mentionem ipsum Regem apud se fecisse. Id vero inprimis illum delectavit, quod unus tu ad simulacri illius rapinam suffeceris. Ipsi tamen Diomedi Ulysse opus erat. Itaque te per me excitavit, ut templum instaurares, qui jampridem omnibus, ut sua recipiant, publice edixeris. Cum enim idoneus & promtus tu sis, fore, ut, quicquid jusseris, locus injuria adfectus cum plausu recipiat & juvet.

DCXXV. ΛΕΟΝΤΙῼ.

Μένανδρον τὸν χρηστὸν, ἥκοντα παρ' ὑμῶν καὶ βουλόμενον λέγειν, ὅσα ἐξ ἀέρος εἰς τὴν γῆν ἐπράχθη, πρὸς τὸν περὶ (1) σοῦ μετέστησα λόγον, καὶ ἡδόμεθα ἀμφότεροι. Καλὰ γὰρ ἦν τὰ λεγόμενα, καὶ μάλα (2) ἄξια τοῦ τε γένους, καὶ τῆς παιδείας, καὶ τῶν ἐλπίδων. Οὔκουν ἐπ' ἀμείνω σε παρακαλεῖν ἔχοιμ' ἄν, ἀλλ', ἂν μέ-

LEONTIO.

Menandrum praestantissimum, a vobis adventantem, atque ea, quae ex aëre terrae evenerint, enarraturum, ad sermonem de te faciendum deduxi, non sine utriusque voluptate. Quae enim dicebantur, praeclara erant, dignaque omnino & gente tua, & doctrina, & exspectatione amplissima. Itaque non habeo, cur ad meliora te excitem, sed, si idem semper

(4) Sic *Reg. max.* θεῶν *Voss.* (5) Ἐπάνοδος haec Graecis alias ἐπιφάνεια seu *apparitio* vocatur, quam a Dis exspectabant, & sacrificiis ceteroque cultu conciliatam gloriabantur. Lege hanc in rem laudatum *Spanhemium* in egregio opere de usu & praestantia Numismatum Tom. I. p. 426. sqq. *Huetium* in Alnetanis Quaestionibus lib. II. c. 12. *Montacutium* in Originibus Ecclesiast. I. p. 239. *Stephan. le Moine* ad Varia Sacra p. 279. & *Valesium* ad Maussacum in Harpocrationem p. 336.

EP. DCXXIII. (1) Huic inscribunt *Reg. max.* & *Voss.* plerique vero alii *Hesychio*, nominatim *Barocc.* 9. *Medic.* B. D. E. *Mutinens.* C. D. & *Ambros.* T. 231. ac V. 445. (2) ἀφίξεσθε, *Barocc.* & *Reg. max.* at Cod. *Ambros.* T. 5. & 231. ἀφίξεσθαι. (3) ὑμεῖς *Reg. max.* refragantibus ceteris, & sensu ipso. (4) Ad pisces aliosque maris incolas respicit noster hoc maris epitheto, quod veteri cuidam Poëtae, cujus non memini, videtur deberi. (5) κρίνατε, *Ambros.* T. 231. (6) ἡμᾶς, *idem* male. (7) λάβοιμεν, *Reg. max.* nostrum habet *Barocc.* & *Ambros.* T. 5. (8) i. e. κατηγορίαν, ut scholion *Ambros.* T. 231. explicat, sicut sequens δικάσει per κρινεῖ.

EP. DCXXIV. (1) Confer ep. 622. (2) περὶ, *Voss.* (3) Non satis intelligo, quid sibi velit. Fortasse illud Dianae simulacrum apud Christianorum quendam, vel alium quemcunque latuit, a Bacchio vindicatum. (4) Ad *Homerum* respicit Iliad. κ' vs. 242. tradentem, quod Diomedes, Trojanorum castra invasurus, Ulyssem socium sibi prae aliis elegerit.

> Εἰ μὲν δὴ, inquit Diomedes, ἕταρόν γε κελεύετέ μ' αὐτὸν ἑλέσθαι,
> Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;

EP. DCXXV. (1) *Voss.* παρὰ. (2) μάλιστα, *idem.*

per maneas, suffecerit. Fas vero est, ut, virtute tua in primis his demonstrata, multis magistratibus defungaris. In his vero forte is erit, qui ad nos pertineat.

C E L S O.

Mensis, quem agimus, multis scatet laboribus. Nuptiae vero tales vel occupationes vel curas non patiuntur. Qui vero illum excipit, quamvis otium faciat, ex veteri tamen more Hymenaeum non admittit. Tertius itaque mensis nos habebit, a timore quidem immunis, forte etiam a laboribus liber futurus.

E I D E M.

Nihil mirum est, si quis Atticam amaverit. Regio enim est natura sua jucundissima tum illis, qui viderunt, tum, qui non viderunt. Patres vero existimant, filios suos vel eruditionis copiam, vel saltem existimationem ex illis sibi inde esse reportaturos. *Acacium* vero, eo quod veneror virum, etiamsi filium suum eo mitteret, laudarem. Quia vero eundem amo, eum filium non misisse, mallem. Qui enim ibi sunt doctores, eorum alii ex senio molli somno, in rerum omnium abundantia capiendo, indigent; aliis vero fortasse magistris opus est, qui doceant, ad causas agendas doctrinam non arma requiri. Jam vero illi milites nobis pro Rhetoribus exhibent: & multos ego vidi, qui cicatrices nobis ex vulneribus, in Lyceo acceptis, retulerint. In horum tamen numero forte non fuerit *Titianus*. Interim nec decet, illorum, qui haec talia consectantur, videri commilitonem. Utrisque igitur, & mihi, & illis, opem ferre tu possis; mihi quidem, si non patiaris, ut alii ex meis laboribus decus sibi concilient; illis vero, ne multum temporis in re forte levi perdant. Ita enim loqui praestat. Praeterea vero hominem ab itinere illo averte, &, ut ad nos redeat, effice. Veniat autem, si voluerit, doctrinam suam amplificaturus; vel, si malit, ea, quam habet, usurus. Praefectus enim juvenem omni benevolentia prosequetur. Sapientum vero esse puto, occasione uti. Atque haec quidem curae tuae commendata habeas. *Alexandrum* vero nostrum novo libera vinculo. Ante enim, quam respiravit, denuo adfligitur; & alteram quidem procellam effugit, cum altera vero colluctatur. Tanta enim ejusmodi hominem conferre, non multo levius est impensa, quae in publicum fit balneum. In omnibus igitur his homini opem feras, ut nihil sit, quod juvenem adfligat.

E I-

μείης ὅμοιος, ἀρκέσει. Δεῖ δέ σε τῇ περὶ τὰ πρῶτα ἀρετῇ διὰ πολλῶν ἀφικέσθαι τῶν ἀρχῶν. ἐν δὲ ταῖς πολλαῖς ἴσως καὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα.

DCXXVI. Κ Ε Λ Σ Ω.

Οὑτοσὶ μὲν ὁ μὴν γέμει πραγμάτων. γάμος δὲ οὐκ ἀνέχεται τοιούτων (1) τῶν δρόμων, οὐδὲ φροντίδων. ὁ δὲ ἐπὶ τούτῳ (2), κἂν ὑπάρχῃ σχολὴ, νόμῳ τινὶ παλαιῷ τὸν Ὑμέναιον οὐ δέχεται (3). Δέξεται τοίνυν ἡμᾶς ὁ τρίτος, φόβου μὲν ὢν καθαρὸς, ἐσόμενος δὲ ἴσως καὶ πόνων.

DCXXVII. Τ Ω Α Υ Τ Ω. (1)

Οὐδὲν θαυμαστὸν, εἴ τις ἠράσθη τῆς Ἀττικῆς. Φύσει γὰρ φίλτατον τὸ χωρίον τοῖς τε ἰδοῦσι (2), τοῖς τε οὔπω. Καὶ νομίζουσιν οἱ πατέρες ἢ λόγους αὐτοῖς ἐκεῖθεν τοὺς υἱεῖς κομιεῖν (3), ἢ δόξαν γε τοῦ λόγους ἔχειν. Ἀκάκιον δὲ, διότι μὲν αἰδοῦμαι, κἂν πέμψαντα τὸν υἱὸν ἐπῄνουν. Διότι δὲ φιλῶ, βουλοίμην ἂν μὴ πέμψαι τὸν παῖδα (4). Τῶν γὰρ αὐτόθι διδασκάλων οἱ μὲν διὰ γῆρας δέοιντ' ἂν τοῦ καθεύδειν μαλακῶς ἐπὶ πλησμονῇ. τοῖς δὲ ἴσως δεῖ διδασκάλων, οἳ τοῦτο πρῶτον αὐτοὺς παιδεύσουσι, λόγοις κρίνεσθαι, καὶ μὴ ὅπλοις. Νῦν δὴ ἡμῖν στρατιώτας ἀντὶ ῥητόρων ἐκπέμπουσι. καὶ πολλοὺς εἶδον οὐλὰς ἐκφέροντας ἀπὸ τῶν ἐν Λυκείῳ (5) τραυμάτων, ὧν ἴσως μὲν οὐκ ἂν ἐγένετο Τιτιανός (6), ἔστι δὲ οὐδὲ συμφοιτητὴν τῶν τοιαῦτα λογιζομένων δόξαι καλόν. Ἀμφοτέροις οὖν ἴσθι βεβοηθηκὼς, καὶ ἐμοὶ, καὶ ἐκείνοις. Ἐμοὶ μὲν, οὐκ ἐάσας ἄλλους τοῖς ἐμοῖς κοσμηθῆναι πόνοις. ἐκείνοις δὲ, τὸ μὴ πολὺν αὐτοῖς ἀναλωθῆναι χρόνον, ἴσως ὑπὲρ μικρῶν. οὕτω γὰρ εἰπεῖν βέλτιον. Πρόσθες δὴ τῷ τὴν ὁδὸν ἐκείνην κωλῦσαι τὸ τὴν ὡς ἡμᾶς ἐπεῖξαι. Ἐρχέσθω δὲ, εἰ μὲν βούλεται, προσληψόμενος λόγον. Εἰ δὲ ἐθέλει, χρησόμενος, οἷς ἔχει (7). Πάντως ὅγε ἄρχων πάσῃ δέξεται τὸν νεανίσκον εὐνοίᾳ. Σωφρονέστατον δὲ οἶμαι καρπώσασθαι καιρόν. Τούτων μὲν οὖν οὐκ ἀμελήσεις. Τὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἡμῖν ἀπάλλαττε δεσμοῦ δευτέρου. Πρὶν γὰρ ἀναπνεῦσαι πιέζεται. καὶ κῦμα τὸ μὲν διαπέφευγε, τῷ δὲ παλαίει. Τὸ γάρ τοι προσφέρειν τὸν τηλικοῦτον οὐ πολὺ κουφότερον τῆς περὶ τὸ κοινὸν βαλανεῖον δαπάνης. Ποιοῦ δὴ τὴν βοήθειαν διὰ πάντων. καὶ μηδὲν τῶν ἐκεῖθεν ταραττέτω τὸν νέον.

DCXXVIII.

EP. DCXXVI. (1) Τούτων, *Voss.* (2) Sic *Reg. max.* τούτων *Voss.* sed ita, ut supra ὁ scriptum sit ὁ. (3) Talis igitur fuerit mensis qui nuptiis infaustus haberetur.

EP. DCXXVII. (1) Vide *Zambicarium* lib. III. ep. 99. (2) Sic *Athenae* vocabantur λιπαραί. Vide *Ezech. Spanhemium* ad *Aristophanis* Nubes v. 298. & *Ludolphum Kusterum* ad Acharnens. v. 640. super autem eruditissimum *Petrum Wesselingium* in Probabilibus p. 42. sqq. (3) *Athenaeus* XV. 13. Ἀθηναίους ait πάντων τῶν καλλίστων εἰσηγητὰς τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ γενομένους. Similiter Atheniensium urbs *Demostheni* ψυχὴ τῆς ὅλης Ἑλλάδος, *Thucydidi* παίδευσις Ἑλλάδος, & *Diodoro* πάντων ἀνθρώπων κοινὸν παιδευτήριον audit. Adde insigne ejusdem elogium, quod *Libanius* habet Tom. II. Opp. p. 176. (4) *Athenas* itaque literarum causa miserat filium. (5) Λύκειον gymnasium illud primum dictum est, in quo *Aristoteles* suos Athenis docebat. Vide *Diogenem Laërtium* V. 2. ibique Interpretes, & potissimum *Menagium*. (6) Est ille *Acacii* filius, olim *Libanii* disciplina usus, quod ex superioribus epistolis constat. Cum hoc autem & alios missos esse Athenas sequentia ostendunt. In *Voss.* male τε γνώς. (7) Id suadere videtur, ut *Titianus* muneri alicui admoveri se curet, artemque suam in usum transferat.

DCXXVIII. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Ἔδωκεν ἡ ἀρχή σοι πλεονεκτῆσαι ἡμῶν, καὶ προεντυχεῖν τῷ καλῷ Φορτουνατιανῷ. Ἡμῶν γὰρ ἔτ' ἐν μαντείαις ὄντων, καὶ ἄλλην ἄλλου λέγοντος ἡμέραν, εἰς ἣν αὐτὸν εἰκὸς φανεῖσθαι, σὺ τὸν ἄνδρα εἶχές τε καὶ εἱστίας. Ἀνθειστία δέ σε κἀκεῖνος, ὡς εἰκὸς, εἶχε (1) καλλίονι θοίνῃ, τοῖς περὶ τοῦ βασιλέως λόγοις, ἐν οἷς ἦν, ὅτι καί σε φιλεῖ, καὶ ἡμῶν οὐκ ἀμνημονεῖ. Κατηγορούμενος δὲ ἐπὶ τῷ μὴ γράψαι, καὶ παρὰ τούτῳ (2), καὶ ἔτι πρότερον παρὰ τοῖς πρέσβεσιν, οἶσθα γὰρ, ἃ πρὸς ἑκατέρους εἶπεν, οὔπω δύναμαι καταγνῶναι τῆς ἐμαυτοῦ σιωπῆς, οὐδ' ὡς ἦν μοι κάλλιον ἐπεσταλκότα εἶναι πεισθῆναι. Τῆς γὰρ νῦν οὔσης αἰτίας, ἡ τότ' ἂν γενομένη χαλεπωτέρα τ' ἂν ἦν, καὶ οὐκ ἐῶσα τὸν φθέγγοντα ἀντιβλέπειν τῷ διώκοντι. Πρότερον μὲν οὖν τὸ τῆς βασιλείας μέγεθος ὀκνεῖν ἐποίει γράφειν. Νῦν δὲ δὴ καὶ τὸ κάλλος τῶν βασιλέως (3) ἐπιστολῶν διπλοῦν ποιεῖ τὸν φόβον. Καὶ γὰρ εἰ τὰ ἄλλα παρ' ἡμῖν, ἀλλ' οὐ τό γε φῶς, ὅσον ἐν τοῖς ἐκείνου. μάλιστα γὰρ ὧν ἴσμεν ἰσχὺν ἀνὴρ συνεκέρασε σαφηνείᾳ (4).

EIDEM.

Dignitas tua effecit, ut praevaleres nobis, & optimo *Fortunatiano* prior utereris. Cum enim nos bonis omnibus adhuc utentes alii aliam statueremus diem, qua ille a nobis fortasse sit conspiciendus, tu quidem virum & habebas apud te, & convivio excipiebas. Idem vero & te vicissim, ut par erat, excipiebat, dapibus tamen melioribus, factis scilicet de Rege sermonibus. In his erat, quod & te amet, & nostri non sit immemor. Quando vero ego de omisso scribendi officio & ab illo, & a legatis antea, accusor (nosti enim, quae ad utrumque dixerit) nondum quidem silentium meum damnare possum, nec persuaderi mihi patior, praestitisse, si scripsissem. Illâ enim, quae mihi nunc est, causa, ista, quam tunc habebam, gravior erat, quae non patiebatur, ut reus ego in accusantis venirem conspectum. Primum itaque Imperii Regii amplitudo faciebat, ut scribere non auderem. Jam vero elegantia epistolarum Imperatoris duplicem mihi timorem incutit. Etsi enim cetera habuero, lumen tamen, quod in ejus literis emicat, desidero. Omnium enim quos scimus optime dicendi vim perspicuitate temperat.

DCXXIX. ΤΩι ΑΥΤΩι. (1)

Εἰ μὲν ἠγνόεις Θεόφιλον, ἐδίδασκον ἄν σε, ὅτι οὗτος ἐν καιρῷ παρέχοντι παροινεῖν μέτριος ἦν. Ἐπεὶ δὲ καὶ (2) οἶσθα, καὶ διὰ τοῦτ' εὖ ποιεῖς, διδάσκειν μὲν, ἢ παρακαλεῖν οὐδὲν ἂν σε δεοίμην. Ἐπαινῶ δὲ, ὅτι τὸν ἄνδρα τῆς προνοίας ἄξιον (3) ἡγῇ.

EIDEM.

Si quidem ignorares *Theophilum*, docerem te, cum illo etiam tempore, qui petulantiae occasionem dabat, modestiam probasse. Quoniam vero & nosti illum, & propterea officiis demereris, non est, quod te doceam, vel cohorter. Laudo vero te, qui virum illum cura tua dignum censeas.

DCXXX. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Τὸν Ἱεροφάντην (1) ἡμῖν ἐκ τῆς κλίνης ἀνέστησεν ὁ καιρὸς, καὶ τοσοῦτον ἄρα ἐστὶ θεὸς μένος ἐμπνείων (2), ὥσθ' ὁ πρὶν φερόμενος ὁ γέρων ἐβάκχευσεν (3) ἄμεινον τῶν ἐρρωμένων καὶ νέων. Ἀπὸ τῆς αὐτῆς δὴ προθυμίας τε καὶ ῥώμης καὶ παρ' ὑμᾶς τρέχει. βίβλους (4), τὰς παρ' ἡμῖν, οὐκ ὀρθῶς ἐχούσας, ἐκ τῶν παρ' ὑμῖν ἐπανορθώσων. Ἐγὼ δὲ οὐχ ἵνα οὗτος κερδάνῃ τι παρὰ τῶν γραμμάτων ἔγραψα. πολλαχόθεν γὰρ αὐτῷ τιμῆς ἀφορμαί. ἀλλ' ἵν' ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν ἱερῶν πονοῦσι καὶ αὐτὸς ἀριθμῶμαι.

EIDEM.

Hierophantam nobis tandem tempus ex lecto restituit, & tantum valet Deus, animum adspirans, ut qui antea senex portabatur, idem magis, quam robusti & juvenes, tripudiarit. Eadem itaque promtitudine & robore simili etiam ad vos excurrit, codices nostrates, mendose scriptos, ex vestratibus illis emendaturus. Ego vero non eo haec scripsi, ut quicquam ex literis meis lucraretur; ampla enim illi aliunde honoris nascitur occasio: sed, ut & ipse inter eos, qui pro sacris militant, numerer.

DCXXXI. ACA-

EP. DCXXVIII. (1) Sic *Reg. max.* εἶχε *Voss.* sed cum punctis infra literas positis. Malim εἰ καὶ. (2) *Voss.* τούτῳ sed ita, ut supra υ circumflexus appareat, & supra ω litera ο. (3) *Julianum* Imperatorem innuit, sicut & in limine epistolae. (4) Eae, quae adhuc exstant, *Juliani* epistolae, nostri de illis judicium confirmant.

EP. DCXXIX. (1) Sic *Reg. max.* & *Voss.* at Διοφάντῳ *Medic.* D. (2) καὶ abest a *Medic.* (3) Ita *Reg. max.* & *Medic.* τῆς ποινίας ἄξιον, *Voss.* eodem sensu, & fortasse rectius.

EP. DCXXX. (1) *Hierophanta* dignitatis est nomen, & sacrorum antistitem infert. Vide *Jac. Gothofredum* ad Codicem Theodosian. Tom. VI. p. 279. *Ezech. Spanhemium* de usu & praestantia Numismatum Tom. II. p. 84. & *Pet. Zornium* in Bibliotheca Antiquario Exegetica Tom. I. p. 55. Hierophantae hujusmodi nomen pronunciare nefas habebatur. Ostendit illud ex *Eunapio* in vita *Maximi*, & *Luciano* in Lexiphane *Valesius* ad Eusebium p. 272. b. (2) Phrasis est *Homerica*, v. c. *Iliad.* κ' vs. 482.

Ὣς φάτο. τῷ δ' ἔμπνευσε μένος γλαυκῶπις Ἀθήνη.

(3) Exponit hanc vocem *Zornius* l. c. p. 948. (4) De libris ad sacra pertinentibus id acceperis.

EP.

ACACIO.

Qui ore me adloquantur, mittis, epistolis autem compellare negligis, cum tamen per literas delectare me possis. Si igitur animum in nos mutasti, rei causam expone. Si vero idem adhuc es, ne id, quod majus est, mihi invideas. *Titianum* vero nostrum potius fore, quam illorum, qui ex Callirrhoë bibunt, novi. Scire autem velim, utrum haec ex tua, an ejus sententia fiant. Lacrymatus enim est hinc abiturus. Verosimile vero est, eundem etiam apud te mei fuisse memorem.

DCXXXI. ΑΚΑΚΙῼ.

Τοὺς μὲν (1) ἀπὸ γλώττης με προσειρηκότας πέμπεις, τὰς δ' ἐν ἐπιστολαῖς προσρήσεις ἐκλέλοιπας, καὶ ταῦτα θέλγειν δυνάμενος ἐξ ἐπιστολῶν. Εἰ μὲν οὖν ἕτερος γέγονας, ἀνθ' ὅτου φράσον. εἰ δ' ὁ αὐτὸς μεμένηκας, μὴ φθόνει τοῦ μείζονος. Τιτιανὸς (2) δὲ ὅτι μὲν ἡμῶν ἔσται μᾶλλον, ἢ τῶν ἐκ τῆς Καλλιρρόης πινόντων (3), οἶδα. Βουλοίμην δ' ἂν μαθεῖν, εἴτε σὴ τοῦτο ψῆφος (4), εἴτε ἐκείνου. καὶ γὰρ ἐδάκρυσεν, ἐνθένδε ἀπαίρων. Εἰκὸς δὲ, ὅτι καὶ παρὰ σοὶ μνημονεύσας ἐμοῦ.

DIOPHANTO.

Accipe discipulorum nostrorum optimum, ejusque indolem ex desiderio, quo ducitur, aestima. Cum enim ea valeat doctrina, quae ad causas in foro agendas pelliciat, idem vero etiam necessarii ejus cupiant, studiorum tamen Philosophicorum decus ea, quam inde sperare poterat, dignitate praestantius judicavit. Dispicienti vero illi, quomodo negotium hoc adgredi optime possit, Aegyptum & *Diophantum* indicavimus, illam quidem, quae, ex quo homines sunt & Nilus, praeclarum hoc bonum sinu fovit; hunc autem, qui ceteros omnes sapientia vincat. Ipsum itaque hoc desiderium commendat juvenem; commendo vero & ego, qui apud te aliquid posse mihi videar. Tu vero verbis blandis & sereno vultu hominem illis sacris initia, quae illorum gnaris coelum aperiunt.

DCXXXII. ΔΙΟΦΑΝΤῼ.

Δέχου τῶν ἡμετέρων ἑταίρων τὸν ἄριστον, οὗ τὴν φύσιν ἐκ τῆς νῦν ἐπιθυμίας κρῖνε. Τῶν γὰρ ὄντων αὐτῷ λόγων, ἐπὶ τὸ δίκας λέγειν αὐτὸν ἀγόντων, καὶ τῶν οἰκείων ταῦτα συνευχομένων, τὸ φιλοσοφίας κάλλος ἄμεινον ἡγήσατο τῆς ἐκεῖθεν ἰσχύος. σκοποῦντι δὲ, πόθεν ἂν ὡς ἀληθῶς τὸ πρᾶγμα λάβοιτο, μηνύομεν ἡμεῖς Αἴγυπτόν τε καὶ Διόφαντον (1), τὴν μὲν ἐξ ὅτου ἄνθρωποί τε καὶ Νεῖλος, τὸ καλὸν τοῦτο τρέφουσαν, τὸν δ', ὅσον οὐκ ἄλλος, σοφίας κεκλημένον. Συνίστησι μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ὁ ἔρως τὸν νεανίσκον. συνίστημι δὲ κἀγὼ, πιστεύων τι δύνασθαι παρὰ σοί. Σὺ δὲ εὐμενεῖ τε λόγῳ καὶ προσώπῳ φαιδρῷ μετάδος τῆς τελετῆς, ἣ τὸν οὐρανὸν τοῖς μετασχοῦσιν ἀνοίγει.

AMMONIO.

Menecrates hic domo huc venit, institutione mea continenter usurus, morborum vero multitudo effecit, ut rarius mecum versari posset. Hoc ipso vero meam in se benevolentiam adeo non detrivit, ut, quibus ipsum praeter institutionem juvare possim, ad ea promtum me praestem. Maximum vero, quod dare illi unquam possim, eo, quod nunc facio, continetur. Literae enim hae, tuam ipsi benevolentiam conciliantes, multorum commodorum fontes esse poterunt. Hominem itaque, eloquentiae quidem studiosum, sed tantum, quantum fas erat, comparare prohibitum, ope tua dignare.

DCXXXIII. ΑΜΜΩΝΙῼ.

Μενεκράτης οὗτος ἦλθε μὲν οἴκαθεν, ὡς μεταχήσων μοι συνεχῶς, νοσημάτων δὲ πλῆθος ὀλίγην ἐποίησεν αὐτῷ τὴν συνουσίαν, οὐ μὴν τήν γε παρ' ἡμῶν εὔνοιαν εἰς αὐτὸν τοῦτο ἤμβλυνεν, ἀλλ' ὅτι ἂν ἔξω τοῦ λόγων ἐξῇ βοηθεῖν, ἕτοιμον ἐμαυτὸν παρέχω. μέγιστον δὲ ὧν δοίην ἄν, ὃ νυνὶ ποιῶ. Ταυτὶ γὰρ αὐτῷ τὰ γράμματα πολλῶν ἀγαθῶν ἀρχὴ, τὴν σὴν προξενοῦντα ῥοπήν. ὡς οὖν ἐπιθυμήσαντα μὲν ῥητορικῶν, κωλυθέντα δὲ, ὅσον ἄξιον, λαβεῖν, ἄνεχε ταῖς παρὰ σαυτοῦ βοηθείαις.

CELSO.

Diogenem hunc non ignoras, tanquam civem nostratem. Hoc autem non unum est, quo nobis jungitur; sed aliquando etiam certamen,

DCXXXIV. ΚΕΛΣῼ.

Οὐκ ἀγνοεῖς τουτονὶ Διογένη (1), ὄντα πολίτην ἡμέτερον. τῷ δ' οὐ τοῦτο μόνον πρὸς ἡμᾶς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἄλλον

EP. DCXXXI. (1) Ita *Reg. max.* & *Voss.* cum mox sequente με. At μὲν omittunt, & in locum τοῦ με substituunt *Bodlejanus*, & D. *Marci* 25. (2) *Acacii* filius. (3) Athenienses doctores intelligit, ad quos mitti tunc debebat *Titianus*, quod constat ex ep. 627. Scilicet Callirrhoe fons erat agri Attici, reliquis praestantior. Lege de eo *Valesium* ad Harpocrationem v. λουτροφόρος. (4) Loquitur de consilio Athenas adeundi.

EP. DCXXXII. (1) *Diophantus* hic videri poterat *Alexandrinus* ille esse, cujus nomen ex Mathematicis potissimum disciplinis, quas libri adhuc superstites testantur, illustre est. Hunc enim, ad quem *Libanius* scribit, & in Aegypto versatum, & philosophiae operatum fuisse haec ipsa docet epistola. Praeterea & hoc accedit, quod non facile inveneris *Diophantum* aliquem ad quem ea rectius referri possit. Est quidem inter *Diophantos*, quos praestantissimus *Fabricius* noster in Bibliotheca Graeca lib. IV. c. 22. p. 15. recitat, Sophista aliquis Arabs, *Eunapio* laudatus, & *Proaeresii* Sophistae encomiastes, atque adeo *Libanio* nostro aequalis. Sed ad eum quidem spectare non potest, qui nec in Aegypto degerit, nec Philosophum egerit. Quod si itaque *Alexandrinus* ille intelligendus fuerit, de aetate ejus, adhuc incerta, satis constiterit.

EP. DCXXXIV. (1) Διογένην, *Vatic.* B. male.

(2) Zo-

ἆθλον ὑπέστη ποτὲ προσόμοιον τῷ Ζωπύρῳ (2). Μὴ καταφρόνει δὲ μήτε τῶν πολέμων, οὓς πολεμοῦσιν οἱ σοφισταὶ μήτε τῶν ἐν αὐτοῖς ἀριστευόντων νέων, ὧν ὁ Διογένης οὗτος. Ἔδοξε γὰρ ἡμῖν δάκνειν ποτὲ μετὰ παιδιᾶς Ἀκάκιον (3). ἡ δὲ ἦν ἀπόστασις μαθητοῦ πεπλασμένη, ζητοῦσα δὴ τὸν ὡς ἄριστα ὑποκρινόμενον τὸ δρᾶμα. βελτίων δὲ οὐδεὶς ἐδόκει τοῦ Διογένους. ὁ δὲ ἐφάνη καλλίων, ἢ προσεδοκήθη (4). καὶ γὰρ ἐπιστεύθη ταχέως, καὶ ῥημάτων ἤκουσε τῶν ἐκ κολακείας. καὶ παρέπεμπον μὲν ὡς ἂν μαθητὴν ὀχούμενον. ἀπεπήδα δὲ περὶ τὰς θύρας ὡς τοὺς ἡμετέρους, οἳ ἐκάθηντο θέατρον αὐτῷ. καὶ οὕτως ἀντὶ τῆς Βαβυλῶνος εἴχομεν ἀφορμὴν εἰς γέλωτα, καὶ οὐδὲ ὁ θεῖος ἡμῖν ἐνταῦθα ἠδύνατο μὴ γελᾷν. Σκόπει οὖν, ὅπως αὐτῷ τὸν μισθὸν ἀποδώσεις τῆς τόλμης ἐπὶ τὸν ἀποστεροῦντα χρέος τοῦς βοηθήσας.

men, Zopyri illi ſimile, ſuſtinuit. Tu vero ne contemtim habeas vel pugnas, quas pugnant Sophiſtae, vel, qui in iis eminent, juvenes, ex quorum numero eſt hic *Diogenes*. Viſus ille nobis aliquando eſt facete pungere *Acacium*. Scilicet fingenda erat diſcipuli a nobis diſceſſio, opus vero erat tali, qui perſonam hanc ageret calliditſime: nemo porro *Diogene* hoc rei videbatur aptior. Agebat idem melius, quam quidem ſperabatur. Nam & fides ipſi facile habebatur, & verba adulationis plena audiebat, & procedentem diſcipuli inſtar comitabatur. Cum autem ad fores perventum eſſet, illico ad noſtros ſe conferebat, qui illum erant audituri. Ita vero pro Babylone ridendi materiem nacti ſumus, nec patruus quoque noſter a riſu ſibi temperare poterat. Vide itaque, ut audacioris hujus facinoris praemium ipſi rependas, auxilio adverſus eum, qui debitum ipſi negat, praeſtito.

DCXXXV. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Ὁ νόμος τοὺς ἰατροὺς μίαν ἀπαιτεῖ λειτουργίαν, τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης. Φίλων δὲ πρὸς τὸ βουλευτήριον ὑπὸ τῶν Ῥώσον (1) οἰκούντων ἕλκεται πάλαι πολλοὺς ἐκ νοσημάτων ἀναστήσας. Εἰ μὲν οὖν ἀγνοοῦσιν ὡς ἰατρὸς ὁ Φίλων (2), μαθόντες πανέσθωσαν. εἰ δὲ εἰδότες βιάζονται, Φίλων μὲν ἴσως ἀσθενὴς, ἰσχυρὸς δὲ ὁ νόμος (3).

EIDEM.

Leges quidem unum hoc in publicum miniſterium a Medicis poſtulant, quod ab arte praeſtant. *Philo* autem a *Rhoſi* incolis in ſenatum abripitur, qui pridem multos a morbis liberos praeſtitit. Quod ſi igitur ignorant, *Philonem* Medicum eſſe, rem edocti deſiſtant. Si vero rem probe ſcientes compellere pergant, infirmus forte erit *Philo*, lex vero validiſſima.

DCXXXVI. ΗΣΥΧΙΩι.

Ὅτι μὲν οὐχ ἧττον τῶν ἱερέων ὑμῶν ἐπιθυμῶ τοὺς νεὼς κομίσασθαι τὸ κάλλος, οἶσθά που μᾶλλον ἑτέρων (1). οὐ μήτοι βουλοίμην ἂν, οἰκιῶν καθαιρουμένων γενέσθαι τοῦθ', ὃ γένοιτ' ἂν καὶ μενουσῶν ἐκείνων, ὅπως τὰ μὲν ὄντα ἑστήκῃ, τὰ δὲ κείμενα ἀνίστηται. καὶ μὴ τὰ μὲν κοσμῶμεν, τὰ δὲ λωβώμεθα τὰς πόλεις. Τῆς δὲ οἰκίας Θεοδούλου κατηγορῆσαι μὲν πρόχειρον, φείσασθαι δὲ ἄξιον οὔσης καλῆς τε καὶ μεγάλης, καὶ ποιούσης ἑτέρων (2) καλλίω τὴν ἡμετέραν. ἄλλως θ' ὅτι Θεόδουλος οὐχ ὕβρει καὶ παροινίᾳ διέσπα τὸ ἱερὸν, ἀλλ' ὄντων τῶν πωλούντων ἐώνητο τιθεὶς τὰς τιμὰς, πρᾶγμα ποιῶν, ὃ πᾶσιν ἐξῆν τοῖς δυναμένοις ὠνεῖσθαι. Λέγουσι δὲ οἱ πάντα εἰδότες τὰ Θεοδούλου πολλάκις αὐτὸν ἐωνῆσθαι τὰ αὐτὰ, καὶ ᾤοντο δεῖν χρῆναι δικαστηρίῳ (3). Γνοὺς δὲ ἐγὼ, δικαστὰς ὑμῶν αὐτοῖς οὐκ ἐπέ-

HESYCHIO.

Me quidem non minus, quam vos, ſacerdotes, optare, ut templa decus ſuum habeant, tibi magis, quam aliis, conſtat. Nollem tamen id fieri, deſtructis aedibus, quod etiam ſalvis illis, fieri poteſt, ut, quae ſunt, conſiſtant, quae vero in ruinis jacent, inſtaurentur, neque nos hinc ornemus urbes, hinc deformemus. *Theoduli* domum accuſare facile eſt: eidem vero parcere decet, cum & pulchra ſit & ampla, noſtramque urbem ceteris praeſtantiorem reddat. Accedit his, quod *Theodulus* non ex petulantia & contumelia templum illud diripuit, ſed, cum eſſent, qui venderent, perſoluto pretio emerit, atque id fecerit, quod facere licebat omnibus, qui eadem emere poſſent. Qui vero res *Theoduli* omnes perſpectas habent, illi eum ajunt ſaepius eadem emiſſe, cauſamque hanc in forum producendam eſſe putarunt. Ego itaque re cognita non paſſus

(2) Zopyrus hic Dario, Babylonios fruſtra oppugnanti, urbem tradidit, ſimulata a Dario defectione ab hoſtibus receptus & copiarum dux conſtitutus. Auctor eſt *Herodotus* lib. IV. Rem ipſam ſingularibus diſſertationibus *Darrius* & *Wichmanshauſenius*, expenderunt. Quo autem fine Zopyri exemplum h. l. adferatur, e epiſtola ipſa intelliges. (3) *Acacius* & *Libanius*, uterque Rhetores, ſe invicem aemulabantur. (4) Sic ſcripſi pro: ὁ προσεδοκεῖτο. (5) quam nempe Zopyri illa ſimulatio Dario dedebat.

EP. DCXXXV. (1) *Rhoſus* Ciliciae fuit opidum, ad ſinum Iſſicum ſitum, auctore *Strabone* lib. XIV. qui Ῥωσὸν appellat. *Ptolemaeus* V. 15. Ῥῶσσον, *Stephanus* vero Ῥῶσον. Vide ibi Interpretes, & inprimis *Thomam de Pinedo* p. 579. (2) *Philo* hic addendus eſt duobus illis ὁμωνύμοις itidem Medicis, alteri *Tarſenſi*, quem *Galenus* aliique laudant, alteri, a *Plutarcho* commemorato. Vide *Fabricii* noſtri Bibliothecam Graecam lib. VI. cap. 9. vel *Vol.* XIII. p. 367. (3) Per leges enim hujusmodi homines a civilibus muneribus erant immunes, quod alias oſtendimus. Vide interim *Jac. Gothofredum* ad Codicem Theodoſ. Tom. V. p. 25.

EP. DCXXXVI. (1) Ἑταίρων, *Reg. max.* male: noſtrum habet *Voſſ.* (2) ἑταίρων iterum *Reg. max.* (3) Emerat itaque *Theodulus* domum illam, ſacris olim uſibus deſtinatam, quam nunc quidem priſtino uſui vindicare, cum emtoris damno, volebat.

(4) Ita

passus sum, ut judices, vobis meliores requirere. Illud itaque vos puto decreturos, ex quo constet, vos & Deum revereri, & urbem non vilipendere. Si quid igitur moderatius statuatur, scribite ad nos, ut laudare vos possimus.

πέπεμφα ζητεῖν ἀμείνους, αἰδῶς ὑμᾶς (4) βουλεύσεσθαι τι τοιοῦτον, ᾧ καὶ τοῦ Θεοῦ φροντίζοντες φανεῖσθε καὶ τῆς πόλεως οὐ καταμελοῦντες. ἢν οὖν τι γένηται μέτριον, ἐπιστέλλετε πρὸς ἡμᾶς, ἵνα ὑμᾶς ἐπαινῶμεν.

JULIANO.

Quamvis tu ad nos non scribas, vel sic tamen pascimur literis tuis. Quandocunque enim, tales aliquem accepisse, intelligimus, nos adsumus statim, & vel precantes, vel ab invitis extorquentes, legimus. Commodum igitur non minus nostrum est, quam illorum, honor vero illis est proprius. Interim & nos honoris, quia & amoris tui, sumus cupidissimi. Manifestum enim est, te, si quo nos honore affeceris, id non sine amore esse facturum.

DCXXXVII. ΙΟΥΛΙΑΝΩι. (1)

Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρὸς ἡμᾶς ἐπιστέλλεις, ἡμεῖς γε τοῖς σοῖς ἑστιώμεθα γράμμασιν. Ὅταν γάρ, ὅτι τις ἔλαβε, μάθωμεν, εὐθὺς ἡμεῖς πλησίον, καὶ ἢ πείσαντες, ἢ κρατήσαντες ἀκόντων, ἀνέγνωμεν. Τὸ μὲν οὖν κέρδος οὐχ ἧττον ἡμῶν, ἢ κείνων, τὸ τιμῆσθαι δὲ παρ' ἐκείνοις μόνοις. Ἐρῶμεν δὲ αὐτοὶ τιμῆς, ἐπειδὴ καὶ φίλτρου τοῦ παρά σοι. Δῆλον γὰρ ὡς εἰ τιμήσεις (2), οὐκ ἄνευ γε τοῦ φιλεῖν (3) τοῦτο ποιήσεις.

RUFINO.

Cur itaque non magis apud Bosphorum haesisti, qui in Cilicia id eras facturus? Scilicet ad *Celsum*, non vero ad nos, reverteris. Quamvis enim omnia ex eo me sperarem intellecturum; qui & judicare de rebus potest, & fallere non didicit, omnem tamen illam voluptatem non eram percepturus, qua ex te fruebar, equo una tecum vectus, cum meus ille parvus insidias tibi strueret, calcibus petiturus. Tu vero simul & cavebas tibi, & res tuas exponebas, Ulyssem narratione tua imitatus. Nam & Cyclopem, caedem alterius machinantem, te effugiturum fuisse puto, ea quamvis arte usum, ut hospitio exciperet, quos interimere statuerat. Id vero intercedit discriminis, quod ille quidem, invito Cyclope, vitam servavit oculo excusso, tu vero saltu quodam latronis conatus elusisti, & custodem usque ad montes habuisti, qui gladium pro te famulisque tuis acuebat. Putabam igitur, caput meum eadem medicamenta esse nacturum. Tu vero amico alteri praesens es; alterum vero negligis, nec tempora tua inter utrumque partiris. Vellem itaque, ut parvus ille equus meam vocem nonnihil intelligeret, ad exemplum illius, quem habebat Achilles. Eum enim irritaturus, tibique asperiorem redditurus eram, docendo, quantopere sim offensus. Quamvis autem id facere mihi non liceat, ipse tamen ille pro consueta sibi ferocia poenas de te sumet.

DCXXXVIII. ΡΟΥΦΙΝΩι.

Τί οὖν οὐκέτι περὶ τὸν Βόσπορον ἐκαθίζου, μέλλων τε τοῦτο ποιήσειν ἐν Κιλικίᾳ; Κέλσῳ μὲν γὰρ ἐπανήκεις, ἡμῖν δὲ οὔπω. καίτοι πάντα μὲν ἤλπιζον ἀκούσεσθαι παρὰ τοῦ δοκιμάζειν τε δυναμένου, καὶ φενακίζειν οὐκ εἰδότος, πᾶσαν δὲ ἐκείνην οὐκ ἀπολήψεσθαι τὴν εὐφροσύνην, ἣν εἶχον παρὰ σοῦ, μετὰ σοῦ τὸν ἵππον ἐλαύνων, ὅτε σοὶ μὲν οὑμὸς ὁ μικρὸς ἐπεβούλευε λακτίσαι θέλων. σὺ δ' ὁμοῦ τε ἐφυλάττου, καὶ διηγοῦ τῶν σαυτοῦ τῇ διηγήσει τὸν Ὀδυσσέα μιμούμενος. Καὶ γὰρ δὴ καὶ Κύκλωπα διαπεφεύγεις οἶμαί τινα, κτεῖναι βουλόμενον, καὶ τοῦτο ἔχοντα τέχνην ξενίζειν, εἶτα φονεύειν. Διαφέρει δὲ τοσοῦτον, ὅτι ἐκεῖνος μὲν ἄκοντος (1) ἐσώθη τοῦ Κύκλωπος, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκόψας αὐτῷ (2), σὺ δὲ ὀρχήσει τὸν τρόπον ἐνίκησας τοῦ λῃστοῦ, καὶ φύλακα μέχρι τῶν ὀρῶν εἶχες, τὸν ἀκονῶντα ξίφος ἐπὶ σὲ καὶ τοὺς οἰκέτας. Ὤμην οὖν μοι τὴν κεφαλὴν (3) τῶν αὐτῶν ἀπολαύσεσθαι φαρμάκων σὺ δὲ φίλῳ μὲν σύνει φίλου δὲ ἀμελεῖς, καὶ οὐκ ἐμέρισας τὸν χρόνον. ἐβουλόμην μὲν (4) τὸν ἵππον τὸν μικρὸν μικρὰ τῆς ἐμῆς συνεῖναι φωνῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν Ἀχιλλέως (5), ὅπως αὐτὸν παροξύναιμι, καὶ ποιήσαιμί σοι χαλεπώτερον, διδάξας, ὅσα ἠδίκημαι. Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ τοῦτό ἐστι μοι, τῷ γε εἰωθότι θυμῷ λήψεται παρά σοι δίκην.

DEMETRIO.

Quodnam illud sit debitum, quod me negas ex-

DCXXXIX. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Τὸ μὲν ὀφείλημα τί ποτέ ἐστιν, ὃ φὴς οὐκ ἀποδοῦναί με,

(4) Ita *Voss.* pro ἂν, quod est in *Reg. max.*

EP. DCXXXVII. (1) Ita *Reg. max.* & *Voss.* sed Ἀνδρονίκῳ, *Vatic.* 84. Nobiscum faciunt *Medic.* B. & *Coislinianus* quoque, nunc *Regius*, teste Catalogo Bibliothecae Coislinianae Tom. II. p. 516. Dubium interim est, utrum ad *Julianum* Imp. an cognominem illi alium epistola haec spectet. Posterius tamen veri videtur similius. (2) εἰ τε τιμήσεις. *Benzel.* A. (3) Pro φιλεῖν quod habent *Medic.* B. *Ambros.* T. 231. *Vatic.* 84. & *Benzel.* A. θεοῦ legit *Voss.* & *Reg. max.* quae tamen vox locum hic non habet, nisi amorem Deum appellari existimes, quod a nostro alias fieri memini.

EP. DCXXXVIII. (1) Vid. *Homerum* Iliad. *l.* v. 380. Ceterum facile patet *Libanium* joci causa illud *Ulyssis* a Polyphemo periculum cum eo hic comparare, quod Rufino tunc ex equi ferocientis calcibus imminebat. (2) Ita in *Reg. max.* est emendatum, pro quo olim videtur scriptum fuisse ἀκούοντος, quod hodienum exstat in *Vatic.* A. & *Voss.* (3) Dolores ex capite innuit noster, de quibus frequentissime queritur. (4) μοι *Voss.* (5) *Xanthum* vult, quem Achilles alloquitur, sibique respondentem habet apud *Homerum* Iliad. *τ.* v. 400. sqq.

με, οὐκ οἶδα τὸ δὲ τῆς κεφαλῆς κακὸν ἀρχαῖον ὄν, (εἴκοσι γὰρ ἔτη γεγονὼς ἐπλήγην, ἔστι δὲ ἐκεῖθεν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι (1),) νῦν γέγονε περιβόητον ταῖς παρὰ τῶν θεῶν βοηθείαις. Τὰ γὰρ ἐκ τῶν ἱερῶν φοιτῶντα (2) τοῖς σώμασιν ἔχοντά τι καὶ τοῦ παραδόξου, πολὺν ἐφ' ἑαυτοῖς κινεῖ τὸν λόγον. Σὺ δὲ μὴ μόνον μοι συναλγεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν προβαλόντα σοι τὸν ἆθλον δαίμονα πεῖθειν φθέγξασθαί τι καὶ περὶ ἡμῶν. Δίκαιος δὲ ἐστι μισθὸν δυοῖν δοῦναι λόγοιν, ὧν καὶ Ζηνόβιος ἐμνήσθη μετ' εὐφημίας. Οὕτως ἄρα αὐτῶν ὁ δαίμων συνεφήπτετο. Βουλοίμην δ' ἂν καὶ αὐτὸς τοῖς σοῖς λόγοις τιμῆσαι τὸν θεόν. Τοῦτο δ' ἂν ποιοίην ἀναγιγνώσκων. Πέμπε οὖν καὶ δίδασκε γείτονα πόλιν, ὅστις ἐστὶν οὗτος, ὁ τὴν ὑμετέραν ἀνέχων.

exsolvisse, ignoro. Illud vero ex capite malum ut inveteratum est (viginti enim annos natus eo adflictus sum, inde vero octo & viginti anni excurrerunt) ita nunc ex divina, quam expertus sum, ope celebre evasit. Quae enim ex templis remedia adhibentur corporibus, miraculi aliquid habentia, multorum in se sermones convertunt. Tu vero non solum mecum dole sed & Numen, quod certamen illud tibi proposuit, permove, ut de nobis aliquid pronunciet. Fas vero est, mercedem duarum orationum dare; quarum & *Zenobius* cum laude meminit: adeo Numen hic suppetias tulit. Velim vero & ipse tuis orationibus Deum venerari. Hoc autem fecero eas legens. Mitte itaque eas, & vicinam urbem doce, quantus sit ille, qui vestram tuetur.

DCXL. ΑΡΕΙΟΝΙ.

Ἡδέως εἶδόν σου τοὺς υἱεῖς, τὸν μὲν ὑπὲρ λόγων ἥκοντα, τὸν δὲ τὸν ἀδελφὸν ἐπὶ λόγους ἄγοντα. Παντὶ μὲν γὰρ οἶμαι τὸ πρᾶγμα καλὸν, ὑμῖν δὲ ἤδη καὶ ἀναγκαῖον. Εἰ δὴ τὴν γενομένην ὑμῖν (1) δόξαν ἐκ τῆς Ἀγαθίου (2) σοφίας φυλάττειν μὲν οὐ πρέπον, διαφθείρειν δὲ οὐχ ὅσιον. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ δι' Ἀγκύραν, ᾗ πολλὰς ὀφείλω χάριτας, καὶ διά σε, καὶ διὰ τὸν θεῖον τοῦ νέου, πάσῃ μὲν προθυμίᾳ, πάσῃ δὲ παρακλήσει χρήσομαι. Δεῖ δὲ καὶ τὸν σὸν υἱὸν τῶν κινούντων με μᾶλλον ἢ τῶν κινεῖσθαι δεομένων γενέσθαι. Πείθομαι δὲ, ὡς ἔσται τῶν ἐπιθυμούντων. Ὅ, τι γὰρ οὐκ εἴων θαυμάζεσθαι λόγους καιρὸς παρελήλυθε, τό, τε ὄνομα τῷ παιδὶ παντὸς ἰσχυρότερον προτρεπτικοῦ.

ARIONI.

Libenter vidi filios tuos, alterum quidem literarum causa huc venientem, alterum vero, fratrem ad literas discendas huc ducentem. Artem enim hanc ut omnibus convenientem, ita vobis etiam necessariam esse existimo. Quod si jam eam, quam ex *Agathiae* sapientia nacti estis, famam servare vobis non convenit, conculcare tamen eandem fuerit nefas. Ego vero & propter Ancyram, cui multa debere me profiteor, & propter te, & propter juvenis patruum omnem industriam, omnemque cohortationem adhibebo. Filium vero tuum ex iis esse oportet, qui me potius excitent, quam a me excitari debeant. Credo vero, eum fore inter cupidissimos. Tempus enim illud, quod literas admirari non patiebatur, praeteriit, nomen vero ipsum filio tuo omni incitamento alio erit praestantius.

DCXLI. ΠΑΝΚΡΑΤΙΩΙ.

Ἕνεκα μὲν λόγων ἐξ Ἐλευσῖνος (1) εἰς Ἐλευσῖνα πέπομφας τὸν ἑταῖρον. Ταὐτὰ (2) γὰρ οἶμαι μυστήρια, καὶ λόγοις οὐ καινοῖς (3) ἐνθήξεται. Τὴν δ' ἀποδημίαν αὐτῷ πεποίηκε δόξα τις περὶ Σύρων, οὐ σοφιστοῦ δύναμις. Δοκεῖ γάρ πως ἡ πρὸς τὸ ἔθνος ὁμιλία δύνασθαι ψυχὰς ἀκονᾶν, καὶ ποιεῖν ἐπιτηδείους χρῆσθαι πράγμασιν. Ἢν οὖν ὀξύτερος ὁ νέος ἐπανέλθῃ, τὴν πόλιν αἰτιάσεται μᾶλλον, ἢ τὸν (4) ὧν ἀπέλαυεν οἴκοι, τούτων ἐν ξένῃ μεταδόντα.

PANCRATIO.

Tu quidem discipulum Eleusine Eleusinem literarum causa misisti. Eadem enim credo esse mysteria, nec novis ille dicendi praeceptis instruetur. Ut vero inde abiret, Syrorum fama, non Sophistae praestantia effecit. *Illa* enim cum gente consuetudo ingenia acuere, & ad tractanda negotia aptiora nonnihil reddere videtur. Quod si igitur adolescens exercitatior reversus fuerit, id quidem urbi potius acceptum feret, quam mihi, qui, quae in patria habuit, in peregrina regione ipsi suppeditarim.

DCXLII. A L-

EP. DCXXXIX. (1) Itaque haec scribens *Libanius* octo & quadraginta annos erat natus. (2) Ad ep. 618. jam ostendimus, paganos ex templis Aesculapii medicinam morbis adhibendam repetere consuevisse. Id sibi quoque nunc contingere volebat *Libanius*.

EP. DCXL. (1) Sic scripsi pro ἡμῖν, quod erat in *Reg. max.* Nostrum habet *Voss.* (2) Quis hic sit *Agathias*, non dixerim. Certe non est *Myrinaeus* ille, Historiographus & epigrammatophorus, Christianus nempe, & nostro duobus Saeculis posterior. Nostrum hunc vel *Phrygem* vel *Galatam*, & literarum nomine illustrem fuisse necesse est, cum *Ancyrae* statim fiat mentio, ex qua *Arionis* filius ad Libanium venerat. Jam vero illius regionis homines ex sapientia *Agathiae* decus nactos esse noster testatur.

EP. DCXLI. (1) Eleusis, urbs Athenis olim vicina, celebris erat a sacris, quae Cereri ibi solemniter habebantur, *Eleusinia* vel *Thesmophoria* appellata. Cum his sacris, seu mysteriis, quae vocat, literarum studia comparaturus noster, illum locum, in quo antea *Pancratii* discipulus eloquentiae operatus erat, vocat *Eleusinen*. (2) Sic scripsi cum *Voss.* pro ταῦτα *Regii max.* (3) Sic itidem *Voss.* ex emendatione pro κοινοῖς *Regii max.* ex lapsu librariis admodum familiari. (4) Haec, quae usque ad finem legis, repraesentavi ex *Voss.* & *Vatic.* A. emendatis, pro quibus, mendose & sine sensu *Reg. max.* ita: ἢ νῦν, ὧν ἀπέλαυσεν οἴκοι, τούτων ἐν ξένῃ μεταδόντα.

EP.

ALBANIO.

Dolore me non affecisti silentio tuo. Illis enim, ex quibus aliorum sermonibus celebraris, me recreasti. Nuncii hujus rei sunt plures, nullus vero talis, qualis est, quod ad manum quidem infelicior, civis noster, vestram vero urbem patria non deteriorem expertus. In amplo enim loco collocatus, idoneus etiam ad explorandas hominis in Republica versantis vires, cum & ipse eadem agat omnia & observavit, & exposuit. Nihil vero erat, de quo non gaudere vehementer possem. Nam & facultates vestras incrementum cepisse ajebat, &, quod praestantius est, ex justis titulis. Te porro fratremque tuum ex perorandi arte celebrem esse, urbemque in vos, post patruum vestrum, intueri, spe vero etiam illustrius aliquid praecipi. Denique etiam, causa aliqua vocante, in Thraciam abiisse, & re ex voto confecta reversum esse. Haec itemque alia multa eademque praeclara narrabat mihi, nec narrare desinet. Neque enim id permittam. Imo, ubi omnia dicendo fuerit persecurus, ad eadem ipsum reverti faciam. Jucunda enim mihi est narratio. Facit enim, ut cogitem, quod Patrem non culpes, qui eo te miserit, quo misit. Hujus vero rei & aliud habeo argumentum. Neque enim amicorum filiis, a quibus laesum te putares, usurus familiariter fuisses. Ceterum epistolam tuam legens, te non publica tantum curare, sed libris etiam incumbere intellexi. Magis vero eo gaudebam, quod agris quoque paternis accessionem feceris.

DCXLII. ΑΛΒΑΝΙῼ.

Οὐκ ἐλύπεις με πρὸς με σιγῶν. ἐκ γὰρ ὧν ἐν ἄλλοις λόγων εὐδοκιμεῖς, εὔφρανες (1). Ἄγγελοι δὲ τύτυ πολλοὶ μὲν, ἐδεὶς δὲ, αἷος ὁ περὶ μὲν τὴν χεῖρα ἀτυχήσας πολίτης ἡμέτερος (2), τὴν δὲ ὑμετέραν ἐ χείρω τῆς οἰκείας εὑρών. οἷα γὰρ ἐν μακρᾷ καθέδρᾳ, καὶ προσέτι δεινὸς ὢν ἐξετάσαι πολιτευομένου δύναμιν, ὡς ἂν ἐν τοῖς αὐτοῖς ζῶν πάντα μὲν συνέλεξε, πάντα δὲ ἐμήνυσεν. Οὐδὲν δὲ ἦν ἐφ᾽ ᾧ μὴ πάνυ χαίρειν παρῆν. Τήν τε γὰρ ἐσίαν ὑμῖν ἔφασκεν ἐπιδεδωκέναι, ἢ τὸ ἔτι κάλλιον ἐκ δικαίων ἀφορμῶν. τέ τε ἐκ τῦ λέγειν εὐδοκιμέντων εἶναι καί σε ἢ τὸν ἀδελφὸν, βλέπειν τε εἰς ὑμᾶς τὴν πόλιν μετὰ τὸν ὑμέτερον (3) θεῖον, ἔν τε ταῖς ἐλπίσιν εἶναί τι λαμπρότερον, ἀλλὰ ἢ ὡς ᾤχυ δίκης καλέσης εἰς Θρᾴκην, ἢ ὡς ἀπήλλαξας κατὰ νῦν, ἢ ἄλλα πολλὰ καὶ καλὰ διηγεῖτο μοι, καὶ ἐδὲ παύσεταί γε διηγέμενος. ἐ γὰρ ἐάσω. Ἀλλ᾽ ὅταν πάντα διεξέλθῃ, πάλιν αὐτὸν ἐπανάξω πρὸς ταῦτα (4). γλυκεῖα γὰρ ἡ διήγησις. Καὶ γὰρ ἐννοεῖν μοι δίδωσιν, ὡς ἐδὲ μέμφῃ τὸν πατέρα πέμψαντά σε, οἴπερ ἐξέπεμψε. Τύτυ δὲ καὶ ἑτέρα μοι πίστις. Οὐ γὰρ ἂν φίλων παισὶν, ὑφ᾽ ὧν ᾤυ βεβλάφθαι, προσέχεις. Ἀναγινώσκων δὴ τὴν ἐπιστολὴν, ἑώρων μὲν, ὡς ἐ μόνον τὰ κοινὰ πράττεις, ἀλλὰ ἢ τῶν βιβλίων ἔχῃ. Πλέον δὲ ἥδόμην, ὅτι ἢ προσέθηκας τοῖς πατρῴοις ἀγροῖς.

HYPERECHIO.

Cum & tibi & Patri tuo antea essem gratulatus, huic quidem, quod tantam adversus te magnanimitatem probaret, tibi autem, quod Patri adeo te probasses, ut, ipso adhuc superstite, omnium facultatum dominus constituereris; ex istis, quae postea facta sunt, te quidem, non item illum, laudandum censeo. Tu enim & praeceptorum nostrorum memor, & rem ipsam jurato examini subjiciens, idoneus es, qui patriae inservias, & sic laudem aeque ac potestatem consequaris, ac, quod his majus est, ea, quae debentur, familiae praestes. Ille vero te ablegat, ut facultates in mare projicias. Si enim nec ibi multo plura habiturus es, quam impendi debeant; nec domi quicquam lucreris, alibi impensas faciens, nonne ex illius, qui eas dedit, decreto facultatum tuarum jacturam facere debebis? Permove itaque illum, ne vaccam, quae in proverbio est, imitetur, neque lac emulsum elatis cal-

DCXLIII. ΥΠΕΡΕΧΙῼ. (1)

Συνηθὴς σοί τε ἢ τῷ σῷ (2) πατρὶ, τῷ μὲν τῆς εἰς σὲ (3) μεγαλοψυχίας, σοὶ δὲ τῦ τὸν πατέρα ἀρέσκειν, ὥστ᾽ ἐκείνυ ζῶντος πάντων καταστῆναι κύριον, ἐν τοῖς δευτέροις σε μὲν ὁμοίως ἐπαινεῖν ἔχω, τὸν δὲ ὐκέτι. Σὺ μὲν (4) γὰρ τῶν τε ἡμετέρων μεμνημένος λόγων, ἢ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζων ὀρθῶς οἷος εἶ τῇ πατρίδι λειτυργεῖν (5), ἐξ ὧν δόξα τε ἢ δύναμις γένοιτ᾽ ἂν, ἢ περὶ τύτων γε (6) τὸ τὰ δίκαια πρὸς τὴν οἰκίαν ποιεῖν. ὁ δέ σε πέμψει ῥίψοντα (7) τὰ ὄντα εἰς τὴν θάλατταν. Εἰ γὰρ μήτ᾽ ἐκεῖ μέγα τι πρὸς τὴν δαπάνην ἕξεις, οἴκοι τ᾽ ὐκ ἰσχύσεις (8) ἑτέρωθι δαπανώμενος, πῶς ὐκ ἀπολεῖταί σοι τὰ χρήματα τῇ ψήφῳ τῦ δεδωκότος; Πεῖθε ἂν αὐτὸν μὴ τὴν ἐν τῇ παροιμίᾳ μιμεῖσθαι βῦν, μηδ᾽ ὃ ἠμέλχθη γάλα λακτίσαντα ἐκχέαι. Πρὸς γὰρ (9) τῇ περὶ τὰ χρήματα

EP. DCXLII. (1) Ἐύφρανας *Voss.* sed ita ut supra αι scriptum esset α. (2) Sic scripsi pro ὑμέτερος, quod erat in *Voss.* & *Reg. max.* Is enim, de quo loquitur noster, ab *Albanio* atque adeo ex loco peregrino reversus erat, eundemque laudaverat. (3) Sic *Reg. max.* ἡμέτερον, *Voss.* (4) πάντα legere malim.

EP. DCXLIII. (1) Vide *Centuriam* meam ep. LXVIII. ex *Barocc.* (2) σῷ abest a *Medic.* B. sed est in *Medic.* A. ut & in ceteris, *Reg. max. Voss.* & *Barocc.* (3) Ita codd. quos modo dixi, si exceperis *Reg. max.* qui habet ἐμε, male. Libanius enim non de se, sed de *Hyperechio* ejusque Parente loquitur, utrumque ex iis laudans, quae in se invicem praestiterint. (4) μὲν abest a *Barocc.* (5) λειτυργεῖν quodcunque publici in civitate muneris genus denotat, unde & *Gabriel Philadelphensis* de Sacramento divinae Liturgiae p. 57. in opusculis a *Rich. Simone* editis verbum hoc derivat a λιτὸς, quod idem explicat per δημόσιος, & ἔργον, *opus*, ut λειτυργία sit δημοσία πρᾶξις. Grammatici plerumque exponunt per ὑπηρετεῖν, διακονεῖν, ὑπυργεῖν. Neque tamen de servili ministerio semper accipi debet, cum de singulis SS. Trinitatis personis a Scriptoribus Ecclesiasticis adhibeatur. Vide *Coteleriuum* ad Patres Apostolicos p. 91. 92. (6) Pro γε habet σε *Medic.* A. (7) ῥίψοντα, *Barocc.* (8) ἰσχύσεις scribo cum *Barocc.* ἰσχύσῃς habet *Reg. max.* ἰσχύσας *Medic.* A. (9) γὰρ omittit *Medic.* A.

(10) Ma-

ματα βλάβῃ καὶ εἰς τὴν πόλιν ζημιώσῃ (10). Εἰ μέν τοι πολιτεύσαιο τοῖς καθ' ἡμέραν παρὰ τοῖς ἄρχουσιν ἀγῶσιν (11), ἀμείνων ἔσῃ καὶ τὸ νῦν ἐπαινούμενον ῥεῦμα πλέον ἐργάσῃ. Πράξας δὲ, ἃ κείνῳ δοκεῖ, τὸ μὲν οὐσίας οὐ μικρὸν ἀφαιρήσεις, ἐν ἀργίᾳ δὲ καὶ ὕπνῳ τὸν λοιπὸν βιώσῃ χρόνον, τὰ μὲν τῶν πέλας ὁρῶν αὐξόμενα, σοὶ δὲ πλὴν ὀνόματος κενοῦ γεγενημένον οὐδέν. Πρόσαγε δὴ πάσας μὲν πείρας, πάσας τε δεήσεις τῷ πατρὶ, καὶ μὴ Καδμείαν νίκην ἐπίτρεπε νικᾷν ἐκείνῳ (12). Γιγνέσθω (13) δὲ μετά σου καὶ ἡ μήτηρ. Ἀκούω δὲ αὐτὴν νοῦν ἔχειν, καὶ τὸ μηδὲ ἐμοὶ τὴν βουλὴν ἀρέσκειν τὴν ἐκείνου λεγέσθω. Ἴσως γὰρ νουθετούμενος λύσει δόγμα πονηρὸν, ὅπερ μοι δοκεῖ πρὸς τὴν ἀπραγμοσύνην τὴν αὐτοῦ (14) κεκυρωκέναι νῦν. Ἅ τε γὰρ ἐν ὄρεσι καὶ θήρᾳ τὰ πολλὰ διάγων μισεῖ τοὺς ἐκ τῶν ἐπ' ἀγορᾶς ἄθλων ἱδρῶτας. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ταῦτα φευγέτω, σοὶ δ' ἐπιτρέπῃ (15) παλαίειν. Νῦν γὰρ οὐ Μάξιμον (16) οἶμαι πολιτεύεσθαι δεῖν, τὸν τῶν ἀγρῶν φίλον, ἀλλ' Ὑπερέχιον τὸν τοῦ Μαξίμου, τὸν θορύβους ἐπιστάμενον φέρειν. Ἐγὼ μὲν ταῦτα παραινῶ καί φημι λυσιτελήσειν (17) ὑμῖν. Ληρεῖν δ' εἰ δόξαιμι νῦν, ἀλλ' ὕστερόν γε ἐπαινέσεσθε τὴν γνώμην, ἣ τὸν μὲν σύμβουλον κοσμήσει, τὸν ἐπαινοῦντα δὲ οὐκ ὀνήσει (18).

calcibus profundat. Praeter enim facultatum jacturam, etiam quod ad civitatem mulctaberis. Si autem verseris in causis perorandis, quae apud Magistratus quotidie aguntur, praestantior evades, atque illud, quod jam laudatur, dicendi flumen amplificabis. Si contra ea feceris, quae ipse suasit, opes quidem tuas non parum minues, praeterea vero otio & somno, quod superest, vitae spatium traduces, & vicinorum quidem facultates augeri, tuis vero praeter sterile nomen nihil accessisse videbis. Omnibus igitur machinis precibusque omnibus adorire Patrem, nec permitte, ut Cadmeam victoriam obtineat. Matrem vero etiam in auxilium voca. Eam ego prudentem esse audio, cui proinde, quod & mihi consilium illud displiceat, dici velim. Forte enim admonitus ille sententiam pessimam mutabit, quam nunc per otium, cui indulget, ratam habuisse videtur. Cum enim ipse in montibus & venatione utplurimum vitam agat, sudores, qui cum pugnis forensibus conjuncti sunt, aversatur. Sed ille quidem haec fugiat, tibi vero certamen adire permittat. Hoc enim tempore *Maximum*, vitae rusticae studiosum, reipublicae inservire nolim; at *Hyperechium* velim, *Maximi* filium, eumque turbarum patientem. Haec quidem ego suadeo, vobisque profutura existimo. Quod si vero nugari vobis nunc videar, inposterum sane sententiam meam probabitis ipsi, quod consilii quidem auctori laudem, laudanti autem tibi commodum nullum adferet.

DCXLIV. ΑΚΑΚΙῼ. (1)

Ἐμοὶ μὲν ἤρκει καὶ (2) τὰ πρῶτα δι' ὧν τότε οἶκον διεφύλαξας Μαξίμῳ, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τιμῶν οὐ μικρῶν ἠξίωσας (3). Σὺ δὲ κατὰ τοὺς ἀγαθοὺς τῶν δρομέων ἀμείνων εἶ προϊὼν, ὑπὲρ ὧν ἔγραψαν μὲν ἐκεῖνοι (4), μεμήνυκε δὲ Φιλοκλῆς, τήν τε ὅλην σου πρόνοιαν (5) εἰς αὐτοὺς ἀπαγγέλλων, καὶ ὡς κοινωνήσει τῷ νεανίσκῳ (6) παρά σοι τραπέζης. πυκνὸν δὲ ἔφασκε τοῦτ' εἶναι, φράσαι δ' ἐκεῖνον πρὸς αὐτόν. Ἐγὼ δὲ ἀκού-

ACACIO.

Mibi quidem etiam priora illa satis videbantur, quod & familiam *Maximo* integram & salvam praestitisti, & filium ejus non parum ornasti. Tu autem, cursorum optimorum exemplo, facto progressu, es alacrior. Illa quidem ipsi ad me perscripserunt, *Philocles* autem indem significavit, omne tuum in illos studium praedicans, & quod mensa tua una cum juvene frui soleat, nuncians. Frequens autem hoc esse, ipsumque sibi id praedicare ajebat. Ego vero

(10) Malui hoc pro ζημιώσει, quod olim ex *Barocc.* exhibui. Habent enim *Medic. Reg. max.* & *Voss.* Sensus est, Hyperechium nec ea praestiturum, quae urbi debeat. (11) ἀγῶνες hic sunt *causae forenses*, quas ἀγῶνας πολιτικοὺς appellare solebant. De his vide, quae ex utraque lingua commentatur *Ezech. Spanhemius* ad Orationes Juliani p. 11. ubi etiam ostendit, Oratores ipsos, qui causas ejusmodi agebant, dictos fuisse λόγους ἀγωνιστάς. *Longino* περὶ ὕψους Sect. 1. vocantur ἄνδρες πολιτικοί, h. e. vertente *Tollio*, *Viri, qui in foro judiciisque versantur.* Ad quem locum eruditi Interpretes, *Langbaenius*, *Faber* & *Tollius*, de discrimine, quod inter Oratores ejusmodi πολιτικοὺς & σοφιστὰς intercedit, erudite commentantur. Idem argumentum prior excussit *Cresollius* in Theatro Rhetorum & Sophistarum lib. I. c. 3. ostendens, πολιτικοὺς generatim dictos esse cives reliquis sapientiores; deinde vero idem nomen tulisse Philosophos, qui sententias, ad rem civilem accommodatas suggesserint; denique vero certos oratores civiles a θρόνῳ, quae πολιτικὸν dicta sit, idem nomen commune cum ceteris habuisse. Hinc & Athenis propria his πολιτικοῖς λόγοις tractandis schola fuit, πολιτικοῦ θρόνου nomine appellata, cujus saepe meminit *Philostratus*. Talis igitur orator civilis sive πολιτικὸς fuerat hactenus *Hyperechius*, quem contra Parentis consilia in eodem vitae genere confirmare annititur *Libanius*. (12) *Cadmea victoria* in proverbio est, de quo praeter *Erasmum* p. 375. vide *Casp. Barthium* ad Zachariam Scholasticum p. 252. (13) γινέσθω, *Medic.* A. (14) αὐτοῦ, *Barocc.* (15) Sic *Barocc.* at *Reg. max.* & *Medic.* ἐπιτρέπω male: forte legendum ἐπιτρεπέτω, ut ante φευγέτω. (16) *Cod. Medic.* D. hoc habet scholion: Μάξιμος οὗτός ἐστιν ὁ Τύριος φιλόσοφος, ὃς καὶ τὸν παλιμπρόδοτον καὶ θεοστυγῆ Ἰουλιανὸν λέγεται τελέσαι τοῖς τῶν Ἑλληνικῶν φλυαρίας καὶ λήρου. Fallitur autem Scholiastes, quisquis est. Alius enim hic est *Maximus*, Hyperechii Pater, a Maximo Philosopho, de quo alibi etiam in his epistolis fit mentio. (17) λυσιτελεῖν *Barocc.* (18) ὀνήσεται, *Vatic.* A.

EP. DCXLIV. (1) Vide *Centuriam* meam ep. LXIX. ex *Baroccian.* (2) καὶ ex *Reg. max.* & *Medic.* A. nunc addidi. (3) Compara epistolam proxime superiorem, quae ad *Hyperechium*, *Maximi* filium, data est. Videtur autem *Acacius* effecisse, ut *Hyperechius* in illis, in quibus olim fuerat, persisteret ex *Libanii* consilio, vel sortem suam alia ratione amplificatam videret. (4) ἐκεῖνοι. *Medic.* Intelligit vero *Maximum*, & *Hyperechium*. (5) Ante εἰς habet καὶ *Barocc.* quo tamen non opus est, sicut & in ceteris desideratur. (6) Id malui nunc cum *Reg. max.* & *Medic. Benzel.* A. pro illis *Barocciani*: καὶ ὡς κοινωνοίη ὁ νεανίσκος. Sermo enim est de *Philocle*, qui una cum *Hyperechio* cibum apud Acacium capere consueverit.

(7) Ita

vero de coenis & post honorem & cum honore illi exhibito audiens, ex consuetudine illa *Hyperechium* sapientiae incrementa capere arbitrabar. Ex tuo enim acumine non minus in eos, qui tecum versantur, prudentia redundat, quam ab oscitantibus somnus in eos, qui oscitantes vident, derivatur. Vereor autem, ne ipsis illis, quae facta esse gaudeo, timor mihi incutiatur. Cum his enim beneficiis nullum est, quod putem, comparandum, quamvis diversa tempora diversos mihi benefactores praestiterint. Sed quamdiu videbam, rependere me tibi haec forte posse, omnino gaudebam. Ex quo autem & plura & majora in me contulisti, quam quibus compensandis par essem, nonnihil timoris animum subit, fore, ut instar debitoris vagari me oporteat, solvere nescii. Quod autem maxime mirum est, ne ipsum quidem hunc timorem adimi mihi velim, sed & sentio eundem, & crescere cupio. Vehementer enim cupio, ut homines mihi amicissimi beneficiis cumulentur. Sed inveni tamen in his angustiis aliquod solatii genus. Mitis est *Acacius* & benignus, si gratiam pro beneficiis accipiat; sin minus, debitorem non confundet, exprobrans ea, quae dederit. Sed sufficiet illi, quod homini non malo beneficium praestiterit.

ἀκύων τὰ δεῖπνα καὶ μετὰ τὴν τιμὴν (7) καὶ περὶ τῆς τιμῆς, ἐνόμιζον, ὡς βελτίων τὴν διάνοιαν ἀπὸ τῆς συνουσίας Ὑπερέχιος ἐγίνετο (8). Ῥεῖ γὰρ ἐκ τῶν σῶν φρενῶν ἐπὶ τοὺς ὁμιλοῦντας σύνεσις, ὥσπερ ἀπὸ τῶν χασμωμένων (9) ἐπὶ τοὺς ὁρῶντας ὕπνος. Κινδυνεύω δὲ, εἰς χαίρω γιγνομένοις (10) διὰ ταῦτα φοβεῖσθαι. Ταῖς μὲν γὰρ εὐεργεσίαις ταύταις οὐκ ἔστιν ἃς ἂν ἄλλας (11) παραβάλλοιμι, (12) καίτοι πολλοὶ καιροὶ πολλούς μοι πεποιήκασιν εὐεργέτας. Ἀλλ' ἕως μὲν ἑώρων, ὡς τάχ' ἂν σε ἀμειψαίμην, καθαρῶς ἡδόμην. Ἐπεὶ δὲ πλείω καὶ μείζω δίδως ἢ ὥστε με ἀντεισενεγκεῖν ἔχειν, ἤδη τι συνεισέρχεται καὶ δέος, εἰ δεήσει με χρήστην (13) ὄντα περινοστεῖν ἀδυνατοῦντα τὸ χρέος ἐκτῖσαι. Τὸ δὲ πάντων ἀτοπώτατον· οὐδὲ γὰρ λυθῆναι τοῦτον ἑλοίμην ἂν ἐμοὶ τὸν φόβον, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν καὶ δέδοικα, καὶ μείζω γίνεσθαι βούλομαι. Βουλοίμην γὰρ ἂν εὖ πάσχειν τοὺς ἐμοὶ φιλτάτους. Ἀλλ' εὗρον γὰρ ἐν τοῖς ἀπόροις παραμυθίαν τινά. Πρᾶός ἐστιν Ἀκάκιος, καὶ χρηστὸς κἂν μὲν ἀπολάβῃ· εἰ δὲ μὴ τὸν ὀφείλοντά γε οὐκ ἐλέγξει βοῶν, ἃ δέδωκεν. Ἀποχρήσει δὲ αὐτῷ τὸ μὴ πονηρῷ δεδωκέναι τὴν χάριν.

ALEXANDRAE.

Sicut olim reliqua omnia mihi molesta erant, si unum exceperis; (nosti vero tu unum illud: quandocunque enim veniens tecum versabar, id tibi volupe erat) ita nunc, ceteris omnibus laetatus, eo uno adfligor, quod vos non iterum huc veneritis. Cum enim audirem, praestantissimum *Seleucum* dignitate illa auctum esse, sperabam, fore, ut ille sequeretur Regem, tu vero ipsum, atque adeo ego viderem foeminam Diis, ut ait *Homerus*, simillimam. Dum his excidens angebar, mihi in consuetis exercitationibus versanti senex quidam adfuit, dixitque, a quibus veniret, & quod mancipia doni loco adferret. Mihi vero donum illud non visum est novum. Multa enim vestra apud nos exstant, &, qui spurio meo praefuit, adhuc *Seleuci* ille vocatur. Putabam vero, donum illud comitari debere aliquid, dono ipso praestantius, literas tuas. Cum vero mancipia adducerentur, literae autem non apparerent, donum illud vel sic accepi. Tanta vero non erat voluptas, quanta erat futura,

DCXLV. ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ. (1)

Ὥσπερ πᾶσι πράγμασι πλὴν ἑνὸς, πέρυσιν ἠχθόμην, (σὺ δὲ οἶσθα τοῦτο τὸ ἕν. ὁπόθεν γὰρ ἔλθοιμι παρά σε, καὶ διαλεγοίμην, ἑορτὴν ἦγες.) οὕτω νῦν πᾶσι χαίρων ὑφ' ἑνὸς ἀνιῶμαι, τοῦ μὴ πάλιν ὑμᾶς ἀφῖχθαι. καίτοι τὸν γενναῖον Σέλευκον ἀκούων κεκομίσθαι τὴν ζώνην, ἤλπιζον τὸν μὲν ὄψεσθαι τῷ βασιλεῖ, σὲ δὲ ἐκείνῳ, καὶ πάλιν αὐτὸς ὄψεσθαι τὴν ταῖς θεαῖς, ὡς Ὅμηρος (2) ἔφησεν, ἐοικυῖαν γυναῖκα. Ὡς δὲ ἐκείνων ἁμαρτὼν ἠθύμουν, γέρων τις ἐπιστὰς τὰς συνήθεις μοι ποιουμένῳ διατριβὰς εἶπέ τε, παρ' ὧν ἥκοι, καὶ ὅτι ἄγοι ἀνδράποδα δῶρον. ἐμοὶ δὲ τὸ μὲν δῶρον οὐκ ἐφάνη καινόν. πολλὰ γὰρ παρ' ἡμῖν ὑμέτερα. καὶ ὅγε τὸν νόθον (3) μοι παιδαγωγῶν (4) ἔτι καὶ νῦν ὁ Σελεύκου καλεῖται. Ὤμην δὲ, ὅτι δεῖ προσεῖναι τῷ δώρῳ κάλλιον αὐτοῦ τοῦ δώρου, γράμματα σά. Ὡς δὲ τὰ μὲν ἀνδράποδα εἰσήγετο, γράμματα δὲ οὐκ ἐφαίνετο, τὸ μὲν δῶρον καὶ οὕτως ἐλάμβανον. Ἡδονὴ δὲ οὐκ ἦν, ὅσηπερ ἂν ἦν, εἰ καὶ τὰ γράμματα προσῆν.

Σὺ

(7) Ita *Barocc.* & *Medic.* quod praestat illis *Regii max.* μετὰ τῆς τιμῆς. (8) Sic *Reg. max.* & *Medic.* ἐγένετο, *Barocc.* (9) Alludit ad proverbium: ἄλλος χανόντος μετέχανεν ἕτερος, *oscitante uno oscitat & alter*, quod Graeci ad expressam animo similitudinem accommodarunt. Vide *Erasmi* Chiliadas p. 517. (10) γενομένοις, *Barocc.* (11) ἄλλοις, *Medic.* male. (12) παραβάλλοιμι, *Reg. max.* & *Medic.* pro περιβάλλοιμι, quod *Bodlejanus* quidam habet. Error natus est ex familiari librariis τοῦ παρὰ, & περὶ permutatione. Exempla habes apud *Cotelerium* ad Tom. III. Monumentorum Eccles. Graec. p. 534. & in notis ad Justini Mart. Apolog. I. p. 131. ed. Grabianae. (13) χρήστης & *foeneratorem* sive δανειστὴν, & *creditorem*, sive δεδανεικότα denotat. Vide *Kusterum* ad *Aristophanis* Nubes v. 239. & *Valesium* ad Maussaci notas in Harpocrationem p. 339.

EP. DCXLV. (1) Sic *Vatic.* A. & *Mutin.* A. Ἀλεξάνδρῳ *Reg. max.* male. Ex ipsa enim epistola patet, eam ad foeminam, & *Seleuci* quidem, ut videtur, uxorem esse scriptam. (2) *Homerus* Iliad. τ' v. 282. (3) Intelligit filium ex illegitima uxore susceptum, de quo noster alibi in sequentibus epistolis. Mortem hujus luget in Vita sua Tom. II. Opp. p. 82. Confer *Eunapium* in Vita Libanii. (4) Sic scripsi pro παιδαγωγὸν, quod est in *Reg. max.*

(5) *Vess.*

Σὺ δ' εἰ ῥάθυμος ἡμῖν γέγονας ἐπὶ τῷ τόκῳ, τήν τε θυγατέρα κέλευε γράφειν, καὶ βοηθεῖν τῇ μητρί. Θεοὶ δέ μοι δοῖεν καὶ περὶ (5) σῶν υἱέων καὶ ταῦτα ἐπιστεῖλαι.

ra, si & literae adfuissent. Quod si tu ex partu ignavior facta es, filiam scribere, matremque adjuvare jube. Dii vero faxint, ut & de filiis tuis ejusmodi aliquid scribere possim.

DCXLVI. ΑΕΤΙΩι.

Ἐν ταῖς παραμυθίαις, ἃς ἔσχεν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας Ὀβοδιανὸς (1), κάμνων τὸν ὦμον, καὶ τὴν μετά σου συνουσίαν ἠρίθμει, μέγα μέρος αὐτῇ νέμων. Τήν τε γὰρ ἡμερότητα πολλὴν ἔφασκεν εἶναι, τούς τε λόγους οὐκ ἐλάττους τῶν φαρμάκων, οἷς τῆς τε λύπης ἀφῄρεις, ἐλπίδας τε βελτίους ἐνεποίεις. ἀλλὰ καὶ τὸ τοῖς ἐπαίνοις, οὓς τε ἐκεῖνος ἐποιεῖτο κατ' ἐμοῦ, χαίρειν σε, προστιθέναι τε (2) πλείους αὐτόν, καὶ ταῦτα ἔλεγεν αὐτῷ τὰ παρόντα κουφίσαι. τοῦτε Ἀέτιον (3) ὁσάκις εἴποι, τὸν καλὸν προσετίθηκε. Ἀγκύρᾳ τε συνηδόμενος καὶ τῇ ἡμετέρᾳ, τῇ μὲν ὡς παιδευσάσῃ, τῇ δὲ ὡς ἐνεγκούσῃ. Ἐγὼ δὲ τούτοις τε ἐτερπόμην τὴν ψυχήν, καὶ ἅμα ἐλογιζόμην, ὅτι πάλιν νέων ἐκεῖθεν δεῦρο ἰόντων αὐτὸς ἡγῇ τοῖς πατράσιν (4) ἄμεινον πράττειν, γράψας μὲν οὐδὲν δι' αὐτῶν, οὐκ ὀλίγα δὲ συμβεβλημένος εἰς τὸ ταύτην (5) ἐλθεῖν.

AËTIO.

Inter solatia illa, quae *Obodianus*, ex humero laborans, apud vos expertus est, consuetudinem, quae tecum sibi fuerit, numerans, multum huic tribuebat. Comitatem enim tuam maximam ajebat esse, sermones autem medicamentis non inferiores, quibus & tristitiam sibi levaveris, & meliora sperare jusseris. Idem vero & hoc malum sibi mitigasse dicebat, quod tu laudibus, quibus me cumulaverit ipse, & gavisus sis, & addideris alias. Quoties vero *Aetium* appellabat, boni cognomen addebat, & Ancyrae, & nostrae urbi gratulatus, alteri, quae educarit, alteri, quae in lucem ediderit. Ego vero & his vehementer delectabar, & simul cogitabam, fore, ut, si juvenes iterum inde ad nos venerint, patribus eorum praeclara quaevis exhibuisse videaris: nihil quidem per illos scribens, non pauca vero conferens, ut huc proficiscantur.

DCXLVII. ΑΚΑΚΙΩι.

Ἀλλὰ τί με ἐβούλου ποιεῖν πρὸς αὐτῆς τῆς Ἀθηνᾶς (1); Τιτιανοῦ (2) μὲν ἑτέρωσε πεμπομένου, τῆς δὲ σῆς ψήφου, δι' ἣν ἔμπροσθεν ἐπιδώκαμεν (3), κινουμένης, ἢ κινουμένης μὲν οὐδαμοῦ (4), δοκούσης δέ, χρεῶν ἔδει με καὶ στεφανοῦσθαι, καὶ χαριστήρια θεοῖς ἀναπέμπειν (5), καὶ ποιεῖν, οἷά περ, ἡνίκα μοι τὸ πρῶτον ἧκεν ὁ νέος. Δικαίως μέν τ' ἂν τότε ἠθύμεις, καὶ γραφὴν ἀπέφερες (6) ὕβρεως, ὡς μικρῶν τῶν σῶν παρ' ἐμοὶ κεκριμένων. νῦν δ' εἰκότως ἂν ἐκ τῆς ἐμῆς λύπης ἔχαιρες, ἣν ἐγὼ λυπούμενος ῥῆμα μὲν οὐδὲν ἐξέβαλον πικρόν, ἐννοῶν δέ, ὅτι τῶν Φωκεῦσι πεπονημένων Φίλιππος (7) ἂν εἶχε τὴν δόξαν, οὐ διῆγον ἡδέως. Ταύτην δὴ τὴν ἀθυμίαν πρῶτα λύει Κέλσου (8) γράμματα, μηνύοντα λελύσθαι τὸ δόγμα. καὶ ἐγεγόνειν ῥᾴων. Ἔπειτ' ἄλλος τις ἤγγειλεν ὅμοια, καὶ τρίτος, καὶ μυρίοι. Τὰ γὰρ μεγάλα τῶν ἀγαθῶν πολλοὺς ἔχει τοὺς ἀγγέ-

ACACIO.

Verum, quid me, per ipsam Minervam precor, facere volebas? *Titiano* quidem alio misso, tuo vero suffragio, per quod olim increvimus, sublato, vel minime quidem sublato; at tolli viso, plaudere me oportebat, & coronis ornari, ac Diis sacrificia offerre, ea denique facere, quae, cum filius tuus ad me primum veniret, faciebam. Tunc quidem merito hoc aegre tulisses, meque illatae injuriae postulasses, tanquam parvi tua facientem. Jam vero merito gaudium ceperis ex mea tristitia, qua adfectus ego nihil locutus sum acerbius. Recogitans autem, Philippum ex laboribus, quos Phocenses exantlaverant, honores tulisse, tristior eram. Hunc animi moerorem *Celsi* literae primum excusserunt significantes, mutatam esse sententiam. Itaque levatum me sentiebam. Similia postea narravit alius, & tertius, aliique sexcenti. Praeclara enim bona multos nanciscuntur nuncios. *Rufinus* denique

(5) *Voss.* παρὰ, male, in quo saepe παρὰ & περὶ alieno loco ponuntur.

EP. DCXLVI. (1) *Medic.* B. ὁ Βοδιανὸς male. Duae nostri ad Obodianum exstant in superioribus epistolae, in quibus ejusdem ex humero mali fit mentio. Vid. ep. 610. (2) *Medic.* B. ita: χαίρειν σε προστιθέναι πλείους. (3) Sic recte *Medic.* pro Ἀκάκιον, quod est in *Reg. max.* Aëtio enim inscripta est epistola, quem ab *Obodiano* laudatum valde fuisse noster modo dixerat. (4) In *Reg. max.* scriptum est πᾶσιν, in *Voss.* autem vox eadem exstat, sed cum addito compendii scriptionis indicio. Itaque scribendum putavi πατράσιν. Sensus est *Aëtium* laudibus in Libanium collatis effecturum, ut juvenes plures ad ipsum proficiscantur, hoc ipso vero Patribus ipsorum recte esse consulturum. (5) scilicet ὁδόν.

EP. DCXLVII. (1) Sic *Reg. max.* at *Medic.* A. & *Ambros.* T. 73. φιλίας, forte rectius. (2) Est ille *Acacii* filius, quem Pater Athenas erat missurus, dissuadente *Libanio*; quod testatur ep. 627. *Celso* inscripta. (3) Sic *Medic.* & *Reg. max.* pro ἐπιδώκαμεν *Barocc.* 9. (4) οὐ *Benzel.* A. Sic verie ex eo cod. An, postquam Titianus alio missus est, tuaque de nobis benignior sententia mutata, vel non mutata quidem penitus, mutata saltem visa est, tripudiare me, coronis cingi, & diis gratias persolvere, atque ea denique facere, quae filio tuo primum adventante, feci, oportuit? (5) *Medic.* & *Reg. max.* at *Barocc.* ἀναπέμπειν, eodem sensu. (6) Ita Codd. quos dixi, omnes: forte rectius legetur, ἐπέφερες. (7) Vide *Diodorum Siculum* lib. XIV. p. 541. (8) Huic scilicet causam hanc agendam commiserat noster ep. 627.

(9) Ad

que optimus colophonem impósuit. Praefectum enim a juvene oratione cohonestatum esse dicebat. Idem enim erat, ac si ipse cohonestarer hujus quidem rebus gestis, illius autem verbis. Uterque enim mei sunt discipuli, laudatus nempe ille, & auctor panegyrici. His nunciis recreatus, & videbam Rhetorem, &, quas dabat, epistolas legebam, quemque utraque mihi praestabat honorem, Gygis divitiis potiorem habui. Qui vero in balneis versantur Marathonomachi, omnem quidem comoediam superantes, dici non potest, quantum risum moverint. Ceterum unum mihi falso dicere videbaris, negans, facultatem tibi adesse juvenes erudiendi. Fuit enim tibi illa, nec labores forenses sustulerunt. Utrinque tu vales, *Rhetor* scilicet *bonus*, & *fortis athleta*. At a cathedrae laboribus tibi, puto, metuisti. Argumento sunt ea, quae scribis, orationesque tuae, quae Sophistarum illas occultant, si non occultantur ipsae, aut si quidem illae occultentur, certe illis, quas jam misisti, & in lucem protulisti, omnia omnium superas. Spero autem, fore, ut etiam per filium tuum multos Rhetoras confundas: adeo enim ille acutum cernit & instar amnis defluit, ut existimaverim, eum statim ad causas agendas convertere se debere, ne praeterlapsam occasionem aliquando quaeramus.

ἀγγέλλεις. Ῥουφῖνος δὲ ὁ καλὸς τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκε. κεκοσμῆσθαι γὰρ ὑπὸ τοῦ νεανίσκου λόγῳ τὸν ἄρχοντα ἔφησε. Τοῦτο δ' ἦν καί ἐμὲ κεκοσμῆσθαι τοῦ μὲν τοῖς ἔργοις, τοῦ δὲ τοῖς λόγοις. ἄμφω γάρ ἐμὰ θρέμματα, ὅ τε ἐπαινούμενος, ὅ, τε τὸν ἔπαινον ἐργαζόμενος. Τοιαύταις τερπόμενος ἀκοαῖς εἶδόν τε τὸν ῥήτορα καὶ τὰς ἐπιστολὰς δόντος ἀνέγνων, καὶ τὴν ἐπ' ἀμφοτέροις τιμὴν ὑπὲρ τὸν Γύγου χρυσὸν ἦγον. Οἵγε μὴν ἐν τοῖς βαλανείοις Μαραθωνομάχοι (9), πᾶσαν παρελθόντες κωμῳδίαν, οὐδέ ἐστιν εἰπεῖν, ὁπόσον ἤνεγκαν γέλωτος. Ἓν μόνον ἐδόκεις (10) μοι ψεύδεσθαι, τὸ (11) φάσκειν οὐ γενέσθαι σοι δύναμιν, ἀφ' ἧς ἂν εἶχες συνεῖναι νέοις. Ἐγένετο γάρ, καὶ οὐκ ἐκώλυσαν αἱ γραφαί. ἀλλ' ἀμφότερον σύγε ῥήτωρ τ' ἀγαθός, κρατερός τ' αἰχμητής (12). Ἀλλ' οἶμαι τοῦ θρόνου τοὺς πόνους ἔδεισας. μαρτυρεῖ δὲ ἃ γράφεις, καὶ οἱ τὰ τῶν σοφιστῶν κρύψαντες, εἰκ' ἂν μηκέτι κρύπτοιντο, λόγοι, καὶ κρυπτομένων δὲ ἐκείνων, τοῖς ἤδη πεμπομένοις τε καὶ φαινομένοις πάντα τὰ πάντων ἐλέγχεις. Ἐλπίζω δέ, ὅτι καὶ διὰ τοῦ παιδὸς πολλοὺς ἡμῖν ἐλέγξεις ῥήτορας, οὕτως ὀξὺ βλέποντος καὶ ῥέοντος, ὥστ' ᾠήθην δεῖν εὐθὺς ἀποδόντα παλαίειν, ἵνα (13) μὴ παρελθόντα καιρὸν ζητῶμεν.

CELSO.

Non processit Rex hinc profectus, antequam mecum colloqueretur, quanquam parum aberat, quin tacitus me praeteriret, oris habitu & morbo & annis mihi immutato. Cum autem patruus, idemque ipsi cognominis significaret quis essem, mirum in modum, equo insidens, fuit commotus, dextraque prehensa non dimisit, salesque ac jocos facetissimos & rosis jucundiores in me jecit, nec ipsum a facetiis abstinentem. Ipse vero utroque erat admiran-

DCXLVIII. ΚΕΛΣΩι. (1)

Οὐκ ἔφθησεν (2) ἀφεὶς (3) ὁ βασιλεύς, καὶ συνέμιξέν ἐμοι (4), καὶ μικροῦ μὲν σιγῇ παρέδραμεν, ἠλλοιωμένῳ (5) μοι τοῦ προσώπου καὶ νόσῳ καὶ χρόνῳ. Φράσαντος δὲ τοῦ θείου τε καὶ ὁμωνύμου πρὸς αὐτόν, ὅς εἴην, κίνησίν τε ἐκινήθη (6) θαυμαστὴν ἐπὶ τοῦ ἵππου, καὶ τῆς δεξιᾶς λαβόμενος οὐ μεθίει, σκώμμασί τε χαριεστάτοις καὶ ῥόδων ἡδίοσιν ἔπαιζέ με (7) καὶ αὐτὸν οὐκ ἀπεχόμενον τοῦ σκώπτειν (8). Ὁ δὲ ἀμφοτέροις ἦν θαυμα-

(9) Ad pugnatores Marathonios Scriptores Attici frequenter provocant. Vide *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Nubes v. 982. Ceterum, quae hinc usque ad finem epistolae leguntur, ea desunt in *Ambros.* T. 73. (10) ἐδόκει, *Medic.* male. (11) Ita quidem Codd. malim tamen τῷ. (12) Alludit ad *Homer.* Iliad. γ. vs. 179.

Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθός, κρατερός τ' αἰχμητής.

In *Medic.* male κρατερός. (13) ὅπως, *Reg. max.*

EP. DCXLVIII. (1) Vide *Centuriam* meam ep. VIII. ex *Barocc.* (2) *Reg. max.* & *Medic.* A. ἔφθη σε; sed *Barocc.* & *Coislinian.* apud Montefalconium p. 516. Catalogi Coislin. rectius ἔφθησεν. (3) ἀφεὶς deest in *Coislin.* & *Medic.*. (4) Tota haec epistola lucem accipit ex *Ammiano* lib. XXIII. 2. ubi Julianus in Persas expeditionem suscepturus Antiochiam transiisse narratur. (5) ἠλλοιωμένῳ *Ambros.* T. 5. (6) Efficax loquendi ratio Hebraeis, Graecis & Latinis recepta, adeoque minus recte a *Camerario* & aliis pro Hebraismo habita, ubi in N. T. tabulis occurrit. Ideo *Salmasius* de Lingua Hellenistica p. 139. formam hanc loquendi non magis Syriacam quam Graecam esse ait, quanquam p. 402. eam a Phoeniciis ad Atticos transiisse existimet. Lege plura apud Rittershusium ad *Oppiani* Halieut. IV. v. 263. *Vechnerum* in Hellenolexia. I. 22. p. 151. Vorstium Part. II. Philol. Sacr. p. 198. *Stolbergium* ad Sophoclis Ajacem p. 794. & novissime M. Christiani Sigismundi Georgii Vindicias N. T. ab Hebraismis p. 200. *Eustathius* ad Iliad. β. vs. 788. τὸ δ' ἀγορὰς ἀγορεύειν Ἀττικόν ἐστι.

(7) Non dubium mihi est, *Libanium* respexisse ad *Aristophanis* Nubes vs. 1333.

Παῖζε πολλοῖς τοῖς ῥόδοις.

(8) *Reg. max.* & *Medic.* pro quo olim scripseram τῶν σκωμμάτων ex mendosis *Barocciani* τοῦ σκώπτειν. De emphasi & origine verbi σκώπτειν lege *Sam. Bochartum* Parte II. Hierozoici p. 410. Ceterum noster tum alibi, tum in Vita sua p. 41. illam Juliani in sermone familiari ἀστειότητα laudat. Ibidem ait: ὁ δεῦρο δὲ ἰδὼν πρὸς τοῦτο κἀκεῖνος ἀνέμιξεν, εἰ ἐμέ τι ἴδοι πρὸς ἀκοὴν λέγοντος. Confer Tom. II. Orat. IV. p. 152.

μαςὸς, οἷς τε ἔλεγεν, οἷς τε ἠνείχετο. Μικρὰ δὲ αὐτὸν ἀναπαύσας, καὶ τὴν πόλιν ἁμίλλαις ἵππων (9) εὐφράνας ἐκέλευέ με λέγειν. Καὶ εἶπον (10) παρακληθεὶς οὐκ ἐνοχλήσας, ὁ δὲ ἐτέρπετο βεβαιῶν μοι (11) τὸ προοίμιον. Ἔφην γὰρ αὐτὸν (12) ἐν προοιμίῳ (13) πάντα τἀμὰ καλὰ νομίζειν ὑπὸ τοῦ ἔρωτ. καὶ οὕτως ἐξέβη (14). Σὺ δὲ καὶ αὐτὸς μὲν εἶ τ̃ εἰπόντων (15) καὶ ψήφου τετυχηκότων, ἐγγύθεν σοι τ̃ θεῶν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ βοηθούντων, καὶ παρεχόντων πρὸς τὸ θάλπος ἀνδρείαν. Τοσοῦτον δὲ ἀπέχεις πέμψαι μοι τ̃ λόγον, ὥστ' οὐδ', ὅτι εἴρηκας, ἐμήνυσας, (16) ἀλλὰ πρὸς μὲν Ὀλύμπιον (17) εἰρωνευόμενος (18) ἔφης ἐμέσαι (19), πρὸς δὲ ἡμᾶς οὐδὲ τοῦτο.

mirandus, sive quae diceret, sive, quae dici in se pateretur, spectares. Cum autem requievisset nonnihil, & civitatem ludis equestribus exhilarasset, dicere me jussit. Invitatus itaque, non vero me ipsum obtrudens, dixi. Delectatus ille prooemium meum firmabat. Dixeram enim in prooemio, eum prae amore mei mea omnia putare eximia. Atque ita quidem evenit. Tu vero itidem ex iis es, qui dixerunt, & suffragia tulerunt, Diis ex ara propius te juvantibus, & ad dicendi fervorem animi praesentiam suppeditantibus. Tantum vero abest, ut orationem illam mihi miseris, ut nec, perorasse te, significaveris. Sed ad *Olympium* quidem jocatus, vomuisse te dixisti, ad nos vero ne hoc quidem.

DCXLIX. ΠΑΠΠΩι. (1)

Χαίρω σου γράμματα λαμβάνων, οὐκ αὐτὸ τοῦτο μόνον, ὅτι πρᾶγμα ἥδιστον γράμματα φίλου, ἀλλ' ὅτι μοι καὶ σημεῖον γίγνεται τοῦ καθαρὰν εἶναι πολεμίων τὴν χώραν. Τοσοῦτόν ἐστιν Ἰουλιανὸς ἐλπιζόμενος. Οἱ δὲ πρὶν, καὶ (2) ὁρώμενοι θρασυτέρους ἐποίουν τοὺς ἐναντίους. Τῆς παρούσης δὲ ἀσφαλείας ἄξιος ἀπολαύειν Πάππος ὁ καλὸς, ὅπως αὐτὸν μήποτε ἐπιλείποι τὸ μειδιᾶν, εἰωθὸς ἐπανθεῖν τῷ προσώπῳ. Πέρσαι (3) μὲν οὕτω πράξουσιν, ὡς εἰκὸς ἀνθρώπους θεοῖς πολεμοῦντας (4), οἱ τὰ αὐτῶν ἕκαστος ὅπλα λαβόντες (5) αὐτίκα αὐτοῖς συνεπιθήσονται, καὶ διδάξουσι φεύγειν. Ὁ δὲ υἱός σοι βούλεται γενέσθαι ῥήτωρ, καὶ τῆς ἐπιθυμίας οὐ χείρων ἡ φύσις. Ἐπίσταται δὲ καὶ τὸ αἰδεῖσθαι. Τοῦτο δὲ ὅστις οἶδε τῶν νέων, ἐφέλκεταί (6) με, καὶ πλέον ἑτέρου λαμβάνει. Γράφε δὴ πρὸς ἐκεῖνον, ἐμμένειν τοῖς τρόποις, καὶ πρὸς ἡμᾶς οὐδὲν ἂν σοι παρακλήσεως δέοι (7).

PAPPO.

Gaudeo, quotiescunque literas a te accipio, non ideo solum, quod amici literae sunt jucundissimae, sed quod & argumento mihi sunt, regionem vestram ab inimicis esse liberatam. Tantum potest Julianus exspectatus. Alii olim, etiam conspecti, hostes faciebant audaciores. Dignus vero erat optimus *Pappus*, qui praesenti securitate frueretur, ne scilicet unquam risus eum destitueret, quo vultus ejus renidere consuevit. Persae quidem ita rem gerent, ut fas est homines, contra Deos pugnantes. Eorum enim singuli, sumtis armis, confestim eos adorientur, fugamque capessere jubebunt. Ceterum filius tuus Rhetor fieri cupit, nec ingenium ejus cupiditate est inferius. Modestus vero etiam esse didicit. Quicunque vero juvenum id novit, allicit me, & plura quam alius quisque accipit. Scribe itaque ad illum, ut hos mores inposterum probet: apud nos autem nullo opus erit incitamento.

DCL. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Οἷον ἔχων ἐν χεροῖν ἀγαθὸν, οὐκ ἐχρώμην. Εὐκαρπίωνα γὰρ τὸν καλὸν πολλαὶ μὲν πολλάκις δεῦρ' ἤγα-

DEMETRIO.

Quantum in manibus habebam bonum, quo non usus sum! Optimum enim *Eucarpionem* variae variis temporibus necessitates huc voca-

(9) Ludi equestres alias dicebantur ἅμιλλαι ἱππικαὶ & ἅμιλλαι simpliciter, quod constat testimonio Scholiastae ad Sophoclis Electram v. 868. ἁμίλλας ἱππικὰς Julianus ipse appellat Orat. I. p. 30. ad quem locum vide sis *Ezech. Spanhemium* p. 257. (10) Exstat haec Oratio Tomo II. Opp. Libanii p. 173. Conf. *Fabricium* nostrum Tom. VII. Biblioth. Graec. p. 390. (11) βοηθεῖν μοι, *Medic.* Nostrum illud malui, cum *Reg. max.* & *Barocc.* Illa enim phrasis nostro admodum est familiaris. (12) αὐτῷ *Medic.* sicut paulo post νομίζειν. (13) Verba haec sunt: ἐπέχετο δέ μοι μόνῳ θαῤῥεῖν ἐξ ἀνάγκης, ὥσπερ τι τοιοῦτον ἐτόλμησα, ὅτι κατὰ τὴν ῥώμην τ̃ λόγου, οὐδ' ὡς μᾶλλον ἑτέρου λαβόντι τὴν νίκην, ἀλλ' ὅτι τὰ τ̃ ἐρωμένου, ὁποῖα ποτ' ἂν ᾖ, καλὰ φαίνεται τοῖς ἐρῶσι. (14) ἐξέβαιν. *Medic.* (15) Haec *Celsi*, Rhetoris, oratio laudatur a Libanio Orat. X. in Necem Juliani p. 300. qui locus nostro lucem affundit, inter cetera tradens, Celsum panegyricum illum habuisse Juliano, τεθνεῶτι σε καὶ παρεστηκότι τῷ βωμῷ. (16) Pro ἐμήνυσας *Barocciani*, ἔγραψας *Reg. max.* ἔλεξας, *Medic.* (17) Hic est, cujus, ut amici certissimi, meminit Libanius in Vita sua p. 41. (18) εἴρωνα eum vocarunt Graeci, qui ita sit facetus, ut de se semper iocra modum loquens, potius sibi ea bona demat, quibus est praeditus, quam alieni quicquam tribuat. Ita *Casaubonus* ad Theophrasti Characteres p. 100. (19) Ita *Galaton* apud *Aelianum* Var. Hist. XIII. 22. τ̃ μὲν Ὅμηρον αὐτὸν ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους dicit.

EP. DCXLIX. (1) Vix crediderim, *Pappum* hunc esse *Alexandrinum* illum, quamvis temporis rationes non admodum obstent. Vixit enim is sub *Theodosio.* Vide plura apud praestantissimum *Fabricium* nostrum Vol. VIII. Biblioth. Graec. p. 202. (2) καὶ habeo ex *Medic.* B. io *Reg. max.* & *Voss.* male omissum. (3) His enim Julianus tunc quidem bellum illaturus erat, quod ex antecedentibus epistolis patet. (4) *Act.* V. 33. μὴ θεομάχοι εὑρεθῆτε & XXIII. 9. μὴ θεομαχῶμεν. (5) Alludit ad *Homerum,* Diis sua singulis arma tribuentem. (6) ἀφέλκεται, *Medic.* (7) Post hanc epistolam in Cod. *Vatic.* A. qui alias cum *Reg. max.* consentit, legitur initium epistolae *Juliano* Imp. inscriptae: Ἔπεμψά σοι τὸν λόγον μικρὸν ὑπὲρ μεγάλου, nec plura. Illa vero in eodem codice supra sub finem libri VI. erat descripta eo in loco, in quo nos quoque eam supra exhibuimus. Deinde proxime sequitur illa, quam hic habes, ad *Demetrium.*

EP.

vocarunt. Ego vero ex capite laborans, cum arte ejus jampridem melius habere potuissem, parum cum ipso sum collocutus, adeo, ut nec opem ejus implorare sustinuerim. Sed hoc quidem meae olim fuit simplicitatis; vel, si mavis, infelicitatis. Jam vero penitius cognovit morbum, rationemque ejus indagavit, neque curatius expensa docuit, quibus adhibitis medicamentis vel penitus cessaturus sit, vel levius vexaturus. Levaminis hujus non contemnendum sub ipsum initium experimentum cepimus. Quod cum laudarem ego, & gratum me profiterer, sciat hoc, inquit, etiam *Demetrius*, sophista. Id vero dicebat, probe gnarus, tantam te sibi, quantam aegrotans ego, gratiam habiturum. Tuum vero est & gratias illi agere, &, ut de efficacioribus etiam cogitet, persuadere. Non minus enim hic, quam in bello ingenti & diuturno multis opus est consiliis. Te itaque auctore consilium perscribat, ad quod respicientes nos praeceptis ejus convenienter, corpus curemus.

ἤγαγον ἀνάγκαι. τὴν κεφαλὴν δ' ἐγὼ νοσῶν, καὶ δυνάμενος πάλαι διὰ τῆς περὶ τῶνδε ῥᾷστα τέχνης (1), μικρὰ μὲν αὐτῷ διελέχθην, οὐ μὴν μέχρι τοῦ καὶ ζητῆσαι βοήθειαν προῆλθον. Ταυτὶ μὲν τῆς (2) περὶ εὐηθείας ἦν, εἰ βούλει γε, δυστυχίας. Ἀλλὰ νῦν ἤκουσέ τε ἀκριβέστερον περὶ τοῦ πάθους, καὶ τήν τε φύσιν, ἥτις ἦν, ἐξεῦρε, καὶ δι' ὧν ἢ στήσεται τελέως (3), ἢ κουφότερον ἀνάσει, ἔφρασε σκεψάμενος. Καὶ πεῖράν γε τῆς ἐπικουρίας εὐθὺς ἐν προοιμίοις ἐλαμβάνομεν οὐκ ἀγεννῆ. Ὡς δὲ ἐπῄνουν (4) τε καὶ χάριν ὡμολόγουν, γνώτω τοίνυν, ἔφη, καὶ Δημήτριος ὁ σοφιστής. Τοῦτο δὲ ἦν εἰδότος, ὅτι τοσαύτην χάριν (5), ὅσηνπερ ὁ κάμνων, εἴσῃ. Σὸν (6) δ' ὁμοῦ τε τὴν χάριν ὁμολογεῖν καὶ κινεῖν ἐπί τι σοφώτερον. Οἷα γὰρ ἐν μεγάλῳ πολέμῳ, καὶ μῆκος ἔχοντι πολλῶν δεῖ τῶν ἐπιτεχνήσεων. Βιβλίον (7) οὖν ποιησάτω σοῦ πείθοντος, ὅπως εἰς ἐκεῖνο βλέποντες οὕτως ἄγωμεν τὸ σῶμα, πειθόμενοι τῷ νόμῳ.

ANATOLIO.

DCLI. ΑΝΑΤΟΛΙΩι.

Nobis quidem Numine propitio uti & Deorum, Musarum inprimis Praesidis, & illius, qui Parnassum tenet, ope frui liceat. Rex enim eo etiam accessurus dicitur, iter difficile expeditius sibi fore arbitratus, si aras sibi conciliet. Me vero & itineris, & precum, & sacrorum socium esse, vultumque Regis, quo purpuram ornat, intueri oportebat. Fortuna vero minime hoc consultum habuit, sed ita me, ut nunquam antea, adflixit. De eo plura dicerem, nisi eximium *Olympium*, meliorem epistola interpretem, haberes, qui & aderat nobis, & collacrymatus est, & ope sua adfuit. Is novit omnia. Hic vero ille est, quem, me quidem commendante, amicis tuis adscribere facilis sustinebas, & ad te perduci volebas. Novit hoc etiam vitis, sub qua deambulantes sermones miscebamus, tantum ex ea, quantum ex tecto, alii, habentes. *Olympius* itaque multum me convicio quasi urgebat, ut se tibi sisterem. Ego vero mille malis prohibebar. Quoniam autem jacturam hanc non fert, audiens inprimis, quod, qui parum etiam tecum versatur, sapientior recedat, alterum adhibuit praesidium, literas nempe meas mei loco. Has vero illi dare minime cunctari poteram. Tuum vero fuerit efficere, ut altera haec navigatio priori illa non sit deterior. Sic enim facies, ut & ipse gaudeat, & literae meae aliquo loco habeantur.

Ἡμῖν (1) μὲν εἴη καλλιερεῖσθαι (2) καὶ τυγχάνειν τῶν θεῶν, τούτου τε τοῦ Μουσῶν ἡγεμόνος, καὶ τοῦ τὸ ὄρος λαχόντος. Λέγεται γὰρ δὴ βασιλεὺς ἀναβήσεσθαι κἀκεῖσε, τὴν χαλεπὴν ὁδὸν ῥᾳδίαν ἡγούμενος, εἰ προξενοίη βωμόν (3). Ἐμὲ δὲ ἔδει μὲν κοινωνεῖν καὶ ὁδοῦ, καὶ εὐχῶν, καὶ ἱερῶν καὶ βλέπειν εἰς τὸ τοῦ βασιλέως γένειον, ὃ κοσμεῖ τὴν πορφύραν. Τῇ τύχῃ δὲ οὐ ταῦτα ἔδοξεν, ἀλλά με πληγὴν οἵαν οὐ πρότερον, ἔπληξε. Καὶ δῆλον ἂν περὶ αὐτῆς, εἰ μὴ τὸν ἀμείνω τῆς ἐπιστολῆς ἑρμηνέα τὸν χρηστὸν εἶχες Ὀλύμπιον, ὃς καὶ παρῆν ἡμῖν, καὶ συνεδάκρυσε, καὶ χεῖρα ὤρεγε. καὶ πάντα οἶδεν. Οὗτος δέ ἐστιν ἐκεῖνος, ὃν ἐπαινοῦντός ἐμου ἐγγράφειν ἕτοιμος εἰς τοὺς φίλους ἦσθα. καὶ προσάγειν τὸν ἄνδρα ἐκέλευσας. Καὶ ταῦτα οἶδε καὶ ἡ ἄμπελος, ὑφ' ἣν περιπατοῦντες ἐποιούμεθα τοὺς λόγους, ἔχοντες παρ' αὐτῆς ὁπόσον ἄν τις (4) ἐξ ὀροφῆς. Ὁ μὲν οὖν Ὀλύμπιος ἐνέκειτό μοι βοῶν εἰσάγειν αὐτόν. ἐγὼ δὲ ὑπὸ κακῶν μυρίων εἰργόμην. Ἐπεὶ δὲ οὐ φέρει τὴν ζημίαν, ἀκούων, ὡς ὁ μικρά σοι συγγενόμενος ἀπέρχεται φρονιμώτερος τὸν δεύτερον ἐζήτησε πλοῦν, γράμματά μου (5) ἀντ' ἐμοῦ, καὶ οὐκ ἔμελλον δήπου μὴ δώσειν. Σὸν δ' ἂν εἴη τὸν δεύτερον αὐτῷ τοῦ κρείττονος μὴ χείρω καταστῆσαι πλοῦν. ὅπως οὗτός τε χαίρῃ, καὶ τὰ γράμματά μου τιμῷτο.

JU- DCLII.

EP. DCL. (1) Necesse itaque est, *Eucarpionem* hunc medendi artem fecisse. (2) τὸ addidi ex *Medic.* B. in *Reg. max.* desideratum. (3) ταχέως *Benzel.* uterque. Sed in altero ad marginem est; τελέως. (4) Sic *Benzel.* uterque. non ὥστε ἐπῄνουν. (5) Ante vocem χάριν *Medic.* habet εἶναι, quod rectius a *Reg. max.* abest. Pro eo vero in *Voss.* recte legitur αὐτῷ. (6) Sic scripsi cum *Medic.* pro σὺ, quod est in *Reg. max.* & *Voss.* Potest tamen & illud locum habere, si τὸ ὁμολογεῖν pro imperativo habeas. (7) βιβλίον consilium Medicum h. l. significat, quod argumentum epistolae testatur.

EP. DCLI. (1) Sic in *Reg. max.* at in *Voss.* ὑμῖν. Praetulerim fere ἡμῖν. Sequentia enim ostendunt, Julianum ad sacra facienda templum, nescio quod, adiisse. Ejus itaque & suorum preces ratas esse volebat Libanius. (2) καλλιερεῖσθαι de illis dicitur, qui voto suo potiti sacra Diis laeti faciebant. Vide v. c. *Aristophanis* Plutum v. 1182. (3) Scilicet in illa adversus Persas expeditione constitutus Julianus Diis hinc inde sacra faciebat. Vide Libanii Orationem de Nece Juliani p. 300. (4) In *Voss.* αὐτῆς, sed ita ut nostra lectio supra scripta esset. (5) ἐμοῦ, *Voss.*

EP.

DCLII. ΙΟΥΛΙΑΝΩι. (1)

Κατήγαγεν ἡμᾶς εἰς τὴν τιμὴν (2) ὁ χρηστὸς Σαλούστιος, ἧς ἔτυχεν ἐξεληλακὼς, ὁ σκαιὸς Ἐλπίδιος. Ἃ γὰρ ἐκεῖνος ὑβρίζων ἀφείλετο, ταῦθ' οὗτος, παύσας τὴν ὕβριν, ἀπέδωκε. Τὸ μὲν οὖν ἥμισυ τῆς τροφῆς ἐνταῦθα φέρομεν (3), θάτερον δὲ ἐκ Φοινίκης ἐκέλευεν ἔχειν, ἐνθυμηθεὶς, οἶμαι, τοῦθ', ὅτι, σοῦ τῆς Φοινίκης ἄρχοντος, καλῶς μοι τὸ πρᾶγμα κείσεται. Βεβαίωσον τοίνυν τῷ φίλῳ τὰς ἐλπίδας.

JULIANO.

Restituit nobis salarium humanissimus *Salustius*, quo nos privaverat improbus *Elpidius*. Quae enim ille per injuriam abstulit, ea hic quidem, injuriam amolitus, reddidit. Dimidiam itaque salarii partem hinc accipimus, alteram vero ex Phoenicia exspectare jussit, existimans, ut puto, te Phoeniciam administrante, negotium hoc feliciter mihi esse cessurum. Fac itaque, ut amicus spe sua non fraudetur.

DCLIII. ΑΤΑΡΒΙΩι. (1)

Ἔμελλον αἰτιάσεσθαί σου τὴν πρὸς ἐμὲ σιωπὴν, ἔπειτ' ἐνεθυμήθην, ὅτι ταῖς αὐταῖς αἰτίαις καὶ ἐμαυτὸν αἱρήσω. Κοινὸν γὰρ ἀμφοῖν οἶμαι τὸ τῆς σιγῆς, ἣν ἐποίησε δήπου μακρὰν τὸ (2) μὴ γράψαι μὲν εὐθὺς, αἰσχυνθῆναι δὲ ὕστερον, τῷ μὴ πρὶν ἐπεσταλκέναι. Πάσχομεν δέ τι τοιοῦτον καὶ ἐπὶ τῶν ἀρρωστούντων, εἰ μὴ κατ' ἀρχὰς εἰσέλθοιμεν παρ' αὐτοὺς (3), ἑτέρας προστίθεμεν ἡμέρας, εἶτ' ἄλλας. Εἶτ' ἀναστὰς ὁ κάμνων ἔφθη, πρὶν παρ' ἡμῶν τὸ εἰκὸς γενέσθαι. Καὶ νῦν δὴ κακῷ τὸ κακὸν φασι (4), τῷ μὴ γράφειν, τὸ μὴ γεγραφέναι. Ἀλλ' εὖ ποιῶν Πατρώϊος (5) μῆκος ἀτοπίας ἔστησεν, ἀνάγκην μοι πεισθεὶς γραμμάτων. Ὁ δὲ Πατρώϊνος οὗτος ὅτι μὲν καὶ γένους ἕνεκα καὶ τῆς ἄλλης τάξεως ἐν πρώτοις ἐστὶ τῶν τῆς σῆς ἀρχῆς ἀπολαυόντων, αὐτὸς ἂν (6) πρὸς ἄλλους εἴποις. Ἀλλ' ἐμός γε ἑταῖρος ἐκ παιδὸς ὡς οὐχ ἕτερος, καὶ συμφοιτητὴς, ἀδελφῶν ἀμείνων, χαίρων τε, ὁπότε τι τέκοιμι γενναῖον, καὶ πρόθυμον ὄντα ἐπαινῶν, καί που καὶ ναρκῶντα ἐπεγείρων. Οἶδα δὲ αὐτὸν καὶ σωφροσύνης ἐγκώμια πρός με διεξελθόντα, καὶ περὶ τῶν ἡδοναῖς δουλευόντων κατηγορίας (7) ἀποτείναντα. Καὶ πολλὴν δὴ γῆν ἐπελθὼν ἐγὼ τὸν ἄνδρα τῆς μνήμης οὐδεπώποτε ἐξέβαλον, ἔχων δὲ (8) τὴν πατρίδα καὶ τοὺς οἰκείους, οὔπω πάντ' ἔχειν ἡγούμην τὰ ποθούμενα, Πατρώϊνον οὐχ ὁρῶν, καὶ ἐκάλουν δὴ δι' ἐπιστολῶν, ἐξ οὗπερ ἦλθον. Ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπεθύμει μὲν ἐλθεῖν, ἐμποδισμάτων δὲ ἄλλοτ' ἄλλων εἰργόντων τὸν μὲν ἔμπροσθεν χρόνον οὐχ ἧκε (9), βιαιοτέρῳ δὲ χρησάμενος τῷ ἔρωτι δρόμον ἔδραμε (10) βραδέως ὀφειλόμενόν μοι πάλαι. Τοῦτο δὲ αὐτῷ θορύβους τινὰς ἐνήνοχεν, ὡς ἂν ἠμεληκότι μὲν τῶν τῆς πατρίδος κοινῶν, δόντι δ' αὑτὸν τρυφῇ. Προσελθὼν δή μοι περίφοβος ἔλεγέ τε, ὡς

ATARBIO.

In eo eram, ut silentium adversus me tuum tibi exprobrarem; mox autem cogitavi, me ejusdem criminis memet esse postulaturum. Commune enim utrique nostrum est silentium, idque ex eo diuturnum factum est, quia non statim alter alteri rescripsimus, deinde vero pudore sumus suffusi, quod non citius responderimus. Idem usu venire solet amicis aegrotantibus, quos si non statim sub initium morbi invisimus, subinde alios & iterum alios morae dies addimus, donec aegrotus, lecto surgens, ante prodeat, quam, quod par erat, sit praestitum. Atque sic malo, quod ajunt, malum jungitur, quando nec scribimus nec scripsimus. Sed bonum factum, quod *Patroinus* rei non probandae finem fecit, imposita mihi ad te scribendi necessitate. *Patroinum* vero hunc & generis nobilitate, & aliis vitae ornamentis primum inter eos, qui tuo imperio fruuntur, habendum esse, ipse, credo, ad alios dixeris. Idem vero inde a puero amicus mihi prae ceteris fuit, & commilito, fratribus ipsis praestantior, qui gaudebat, quoties praeclari aliquid perficerem, & nunc alacrem me collaudabat, nunc excitabat languentem. Memini enim, eundem mihi temperantiae laudes edisserere, & in eos acriter invehi, qui voluptatibus indulgeant. Ego quidem, varias regiones postea pervagatus, hujus viri memoriam animo nunquam passus sum excidere; in patriam vero, & ad necessarios meos reversus, nondum me omnia, quae desiderabam, possidere putavi, quod *Patroinum* non haberem praesentem. Propterea per literas eum invitavi, simulac huc veni. Ipse quoque ad me iturus erat, variis tamen impedimentis passim objectis primum quidem non venit, deinde autem vehementiorem amoris impetum secutus iter tardius ad me ingressus est, quod jam pridem facere debebat. Hoc vero turbas illi quasdam concitavit, tanquam qui publica patriae commoda negligeret, & luxui se daret. Accedens igitur ad me plenus timoris, irasci te nun-

EP. DCLII. (1) Epistola haec ad Julianum Imp. non spectat, sed ad alium ei cognominem, de quo in *Indice* plura dicentur. (2) τιμὴν *salarium* h. l. inferre, ex sequentibus patet. Eadem vero vocis hujus notio etiam alias apud nostrum occurrit. Confer, quae scripsi in *Curis* ad 1 *Tim.* V. 17. διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν. (3) φέρομεν, *Voss.*

EP. DCLIII. (1) Vide *Centuriam* meam ep. LXVI. ex *Barocc.* ubi *Atarbio* aeque ac in *Reg. max.* & *Voss.* inscribitur. *Bodlejanus* alius Δαυνίῳ nomen refert. *Gennadio* adscribit *Benzel.* A. In *Medic.* A. est ἀνεπίγραφος. (2) τῷ *Reg. max.* male. (3) αὐτοῖς, *idem.* (4) Lege de hoc proverbio *Erasmi* & aliorum Chiliadas p. 479. & 650. (5) πατρώϊνος. *Benzel.* A. & sic semper in hac epistola. (6) καὶ αὐτὸς, *Bodlejanus* quidam. (7) κατηγορίαν, *Barocc.* (8) ἔχων τε, *idem*, invitis ceteris, quos dixi. (9) οὐχ ἧκε scripsi cum *Medic.* & *Bodlejano* uno, pro quo ex *Barocc.* olim εἶναι exhibebam, quod & in *Reg. max.* legitur. Sensus ipse ἧκε illud per librarii incuriam ex εἶναι natum esse, credere jubet. (10) Habes hic iterum Atticam illam dicendi rationem, de qua diximus ad ep. 648. not. 6.

(11) Sic

nunciavit, &, ut sibi succurrerem, petiit. Ego vero ipsi pollicitus sum, quod & indolem tuam & amorem in te meum scirem. Mihi enim gratificaturus potius, & criminis veniam facturus, quam poenam exacturus videris. Quae etiam causa est, cur ab iis, qui juxta Euphratem tuo imperio subjecti erant, non fueris dimissus. Et liberorum tuorum senectutem prius attigisse videris, quam Magistratus gerendi officio libereris. His incantamentis fascinasti urbes, neque cives solum, sed & copiarum praefectos, & centuriones, & milites gregarios, aliosque, quocunque officii genere instructi apud vos versentur. Ego itaque haec spe praecipio, & haec mihi promitto, te nempe propitium fore. Tu autem ipse id fac testatum, nec ab ira solum desiste, sed & illud adde, ut viri hujus majorem, quam olim, rationem habeas.

ὡς ὀργίζοιο, καὶ ἐδεῖτο βοηθεῖν. Ἐγὼ δὲ ὑπεσχόμην τήν τε σὴν φύσιν εἰδὼς, καὶ τὴν πρὸς ἐμαυτὸν φιλίαν. Ἐμοί τε γὰρ ἂν χαρίζοιο, καὶ συγγνώμην ἂν δοίης μᾶλλον (11), ἢ λάβοις (12) δίκην. ὑφ' ὧ δὴ καὶ περὶ (13) τὸν Εὐφράτην ὑπὸ τῶν ἀρχομένων ἐδέθης. Καὶ πρότερον εἰς γῆρας ὄψει τοὺς υἱεῖς ἥκοντας, ἢ τῶν ἀρχῶν (14) ἀπαλλάξῃ. Τούτοις φαρμάκοις ἐγοήτευσας (15) τὰς πόλεις, καὶ οὐ τοὺς οἰκήτοράς γε μόνον, ἀλλὰ καὶ στρατηγοὺς, καὶ ταξιάρχους (16) καὶ στρατιώτας, καὶ τοὺς ἐν ὅτῳ δὴ σχήματι παρ' ὑμᾶς πορευομένους. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτ' ἐλπίζω, καὶ ταῦτ' ἐπηγγειλάμην, ὡς πρᾷος ἔσῃ. Σὺ δέ μοι μάρτυς γενοῦ, καὶ τῷ λῆξαι τῆς ὀργῆς πρόσθες τὸ, καὶ προνοίας τὸν ἄνδρα μείζονος ἢ πρότερον ἀξιοῦν.

CELSO.

Τοιαύτας ἔδει σε παρ' ἄλλων ἐπιστολὰς ὑπὲρ τοιούτων δέχεσθαι (1), σὺ δ' ἀποδρὰς τὴν τῶν παιδευόντων τάξιν (2) εἰς τὴν τῶν ἀρχόντων εἰσῆλθες, εἶτ' ἐκεῖνο (3) μὲν σὺν ἐπιστήμῃ πράττεις, ὡς οὐκ ἂν ἡμᾶς, εἴ τις ἐκεῖσε ἦγεν. Εἰ δ' ἐνταῦθα ἐτύγχανες ὢν, κἀνταῦθα ἂν ἐκράτεις, οὕτως εὐτράπελόν τι χρῆμα τὴν σὴν φύσιν ὁ θεὸς ἐτεκτήνατο. καὶ μόνος, ὧν ἴσμεν, οὐχ ὅτι ῥαθυμεῖς, ἀλλ' ὅτι μὴ δάκνῃς, ἐγκαλεῖ. Σὲ δὲ μηδὲν μεταβαλλέτω, μηδὲ λυπείτω μᾶλλον ψέγων (4) ἀνὴρ μεθύων, ἢ Ὅμηρος ἐπαινῶν εὐφραινέτω, καὶ μετὰ τοῦ ποιητοῦ πάντες Κίλικες, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων (5) Ἀντικλῆς ὁ ῥήτωρ, οὗ τὴν ψῆφον ἰσχυροτέραν νομιστέον ἀμφοτέρων τῶν ἠπείρων (6). Σὲ μὲν οὕτω δεῖ φρονεῖν, ὁ δὲ νέος οὐδὲν ἐλαττόνων, ἢ σὺ πρότερον, τεύξεται.

CELSO.

Tales ab aliis epistolas pro talibus te accipere fas erat. Tu vero deserto docentium ordine imperantium illum ingressus es. Id vero sciens volensque facis, quod nos non eramus facturi, si quis eo nos raperet. Quod si tu in hoc vitae genere mansisses; etiam hic principatum tenuisses: adeo venustum ingenium Deus tibi est largitus. Unus ille, quem quidem scimus, incusat te, non quod torpeas, sed quod non mordeas. Te vero nihil in transversum agat: nec vir ebriosus contumeliis suis te magis contristet, quam *Homerus* laudans recreet, & cum Poëta illo, Cilices omnes; prae reliquis autem *Anticles* Rhetor, cujus suffragium utraque continente praestantius tibi videri oportet. Ita quidem sentire te fas est; adolescens vero ille non minus, quam tu olim, nostris potietur.

DCXCIV. ΑΤΑΡΒΙΩι.

Τύραννος οὑτοσὶ καὶ ἀνὴρ χρηστὸς, καὶ ἰατρὸς ἀγαθὸς, καὶ ἡμῖν φίλος, καὶ τῶν διὰ τὴν τέχνην (1) ἐν βασιλείοις οὐκ ὀλίγον δὴ χρόνον βεβιωκότων. Ἠδίκησε δὲ ἄλλον μὲν οὐδένα οὐδεπώποτε ἀνθρώπων, αὐτὸν δὲ νῦν πιστεύσας ἀνθρώπῳ δεινῷ γοητεῦσαι λόγοις, καὶ πεῖσαι τὸν ἀκούοντα δοῦναι χάριν, ἐκείνῳ μὲν συμφέρουσαν, αὐτῷ δὲ βλαβεράν. Νῦν οὖν ἥκει διορθωσόμενος, ἃ μὴ καλῶς πέπρακται, καὶ λῦσαι τὸ ἡμαρτημένον. λύσει δὲ οὐκ

ATARBIO.

Tyrannus hic & vir bonus est, & peritus Medicus, nobisque amicus, & ex illis, qui ex arte sua in Regum aulis non parvo tempore vixerunt. Idem vero neminem unquam laesit: jam autem se credidit homini, qui verbis allicere, & audientem permovere potuit, ut faceret, quod ipsi quidem proficuum, huic vero noxium erat. Is itaque venit nunc, ea, quae prave acta sunt, emendaturus, &, quae peccavit, correcturus. Corriget autem non sine Minerva. Minerva autem opem feret, & justi, &

EP. DCXCII. (1) Id malui cum *Voss.* pro λόγων *Reg. max.* (2) Τατιανὸς in *Reg. max.* & *Voss.* A. non dubito, *Titianum* scribendum esse. Hic enim erat *Acacii* filius, isque optimae indolis, quem noster saepe in his laudat epistolis. Taceo, paulo post recte ita scribi.

EP. DCXCIII. (1) Haec est nostri sententia, ejusmodi epistolam, qualem nunc a se accipiat Sophista, ab aliis ut Sophistam, accipere Celsum, atque adeo in aliis instruendis versari debuisse. (2) Sophista enim antehac fuerat, quod ex superioribus constat epistolis. (3) ἐκεῖνος, *Voss.* (4) Vox ψέγων abest a *Reg. max.* exstat vero in *Voss.* & a sequente ἐπαινῶν requiritur. (5) ἄλλων Κιλίκων, *Voss.* (6) ἠπείρων, *Voss.* sed cum ᾶ super ε. *Asia* & *Europa* heic intelligitur.

EP. DCXCIV. (1) Sic *Voss.* τέχνην, *Reg. max.*

(2) ἐμὲ;

& mea causa. Tu vero, vir optime, urgentem necessitatem expende, & corpus *Tyranni*, & hyemem spectans. Neque enim hoc tempore & in hac conditione subterfugisset, nisi majus fugisset malum. Illum itaque ad nos reverti jubeto gaudentem, & a tristitia juxta Euphratem liberatum. Eam enim sat gravem simplicitatis suae poenam dedit. Quod si contemtim habebitur, tristitiam quidem abjiciet; sed ea ratione, quae nec nos, nec te, deceat. Jacebit enim alicubi, mortem tanquam vita ejusmodi leviorem, consciscendam sibi arbitratus.

οὐκ ἄνευ τῆς Ἀθηνᾶς. ἡ δὲ Ἀθηνᾶ συλλήψεται καὶ τοῦ δικαίου καὶ ἐμοῦ (2) χάριν. Ἐνθυμοῦ δὲ, ὦ ἄριστε, τὴν περιεστηκυῖαν ἀνάγκην, εἰς τε τὸ σῶμα τοῦ Τυράννου, καὶ τὸν χειμῶνα βλέπων. Οὐ γὰρ ἂν νῦν τε καὶ οὕτως ἔχων (3) διαπέφευγε μὴ μείζω φεύγων κακόν. Ὅπως οὖν αὐτὸν ἡμῖν ἀποπέμψῃς χαίροντα, τὴν λύπην ἀποθέμενον περὶ (4) τὸν Εὐφράτην, ἣν τῆς ἀφελείας ἱκανὴν ἔτισε δίκην, ὡς, εἰ περιοφθείη, τὴν μὲν λύπην ἀποθήσεται, τρόπον δὲ οὔθ' ἡμῖν οὔτε σοὶ πρέποντα. Κείσεται γὰρ αὐτοῦ που, κουφοτέραν τοῦ ζῆν (5) προελέσθαι τὴν τελευτὴν ἡγησάμενος.

DEMETRIO.

Secunda, ajunt, meliora sunt, vel, si mavis, prosperiora. Res enim ita cecidit, ut destinabatur, neque cerva pro virgine apparuit. Vivimus vero de aliis laetati, de aliis vero minus, idque propter annonae penuriam. Oratio quidem mea publicae festivitati adhuc destinatur, quae occultari quidem malit, a Rege vero in medium producitur, & fortasse publice apparebit. Eum enim superiorem esse oportet. Quae vero ego de igne illo, iisque, quae hinc consecuta sunt, cum lacrymis dixi, ea tibi jam misi. Cum vero tu arte valeas, & in veterum scriptis egregie sis versatus, non damnabis eum, qui hac ratione lessum fecerit.

DCXCV. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Δευτέρων φασὶν ἀμεινόνων (1), ἢ εἰ βούλει γε εὐτυχεστέρων. Ταύτῃ γὰρ κατῆρεν, ᾗπερ ἐπέμπετο, καὶ οὐκ ἔλαφος ἀντὶ παρθένου (2). Διάγομεν δὲ τὰ μὲν χαίροντες, τὰ δὲ οὐχ οὕτω διὰ τὴν τῆς ἀγορᾶς πενίαν (3). Λόγος δὲ ὁ μὲν εἰς τὴν πανήγυριν ἔτι μέλλει (4), κρύπτεσθαι μὲν ἐθέλων, ἑλκόμενος δὲ εἰς μέσον παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ ἴσως φανεῖται. Δεῖ γὰρ ἐκεῖνον κρατεῖν. Ἃ δ' ἐπὶ τῷ πυρὶ (5) καὶ εἰς ἔδρασεν, ἅμα δάκρυσιν ἐφθεγξάμην, ἀπέσταλκά σοι. τέχνης δὲ γέμων, καὶ τῶν τοῖς πρεσβυτέροις πεποιημένων, οὐ δήπου καταγνώσῃ τοῦ τὰ τοιαῦτα θρηνοῦντος.

BASSIANO.

Tu prior attulisti solatium, quod & festum gaudium dicere possis, uxorem scilicet bonam, elegantem, & conspicuam; his vero alius & divitias addiderit. Ceterum silentii mei causam si veritati praeferas, recte feceris. Quod si enim rogatus epistolam clare recusassem, peccassem ego; jam, quando nemo eam desideravit, & tu, qui non acceperis, & ego, qui non scripserim, injuria sumus adfecti. Miror vero ego, quod, qui agro bene culto & sementem feceris, & spicas exspectes, aliis quidem de agro illo scripseris, mihi vero minime, quem tamen magis, quam alios, de eo qui nascetur, laborare oportebit. At forte verecundatus es. Ego vero voluissem te, nisi haec acta fuissent, nos, natu majores, revereri. Jam vero gratulamur tibi, qui prope absis, ut pater appellari possis. Fac itaque, ut te cum filiolo conspiciamus. Accedat vero etiam ille, qui nuptias carmine celebravit, ut praeter priorem illam mercedem majorem etiam accipiat, oratio-

DCXCVI. ΒΑΣΣΙΑΝΩι.

Αὐτὸς ἔφθης εἰπὼν τὴν παραμυθίαν, ἣν εἰκότως ἂν προσείποις καὶ ἑορτὴν, γυναῖκα ἀγαθήν τε καὶ καλὴν καὶ μεγάλην, ἄλλος δ' ἂν καὶ τὸν πλοῦτον προσέθηκε. Τῆς δ' ἐμῆς σιγῆς τὴν αἰτίαν (1) πρόσθεν ἀληθείας ἄγων ὀρθῶς ἂν ποιῇς (2). Εἰ μὲν γὰρ αἰτηθεὶς ἐπιστολὴν ὤκνουν, αὐτὸς ἂν ἠδίκουν, οὐδενὸς δὲ αἰτοῦντος ἠδίκημαι μετὰ σοῦ, τοῦ μὴ λαβόντος, ὁ μὴ γράψας ἐγώ. Θαυμάζω δὲ, ὅτι γεωργήσας καλῶς καὶ σπείρας καὶ προσδοκῶν τὸν στάχυν, ἄλλοις μὲν ἐπέστειλας τὰ περὶ τὴν ἄρουραν, ἐμοὶ δὲ οὔ, ὃν δήσει πλείω τῶν ἄλλων περὶ τὸν ἐσόμενον πονεῖν (3). ἀλλ' ἴσως ᾐδέσθης. ἐγὼ δὲ σε ἠξίουν, εἰ μὴ ταῦτα ἐπέπρακτό σοι, τοὺς πρεσβυτέρους αἰδεῖσθαι ἡμᾶς. Νῦν δέ σοι συγχαίρομεν ἐγγὺς ὄντι τῆς τῶν πατέρων προσηγορίας. Φάνηθι τοίνυν ἡμῖν μετὰ τοῦ παιδίου. Παρακολουθείτω δὴ καὶ ὁ τῷ γάμῳ τὸ ᾆσμα πεποιηκὼς, ἵν' ἐπὶ τῷ προτέρῳ μι-

(2) ἐμοῦ, *Voss.* (3) Post ἔχων in *Reg. max. Vatic.* A. *Voss.* & *Mutin.* A. lacuna erat, quam *Vatic.* B. per διαπέφευγε μὴ μείζω supplet. (4) περὶ, *Voss.* (5) ζῶν, *Voss.*

EP. DCXCV. (1) Proverbium est, de quo videbis *Erasmi* & aliorum Chiliadas p. 627. (2) Et hujus proverbii originem tradit idem p. 592. (3) Famem Antiochiae grassantem intelligit, de qua supra ad ep. 687. not. 2. diximus. (4) Fortasse intelligitur προσφωνητικὸς ad Julianum, quae oratio exstat Tom. II. Operum Libanii num. V. (5) Innui videtur Monodia in templum Apollinis Daphnaei, quod in suburbio Antiocheno flammis erat exustum, dicta, quae legitur ibidem num. VI.

EP. DCXCVI. (1) Post αἰτίαν in *Reg. max. Voss. Mutin.* A. & *Vatic.* A. spatium est vacuum quatuor circiter vocibus recipiendis idoneum. In *Vatic.* B. legitur αἰτίαν πρόσθεν ἀληθείας ἄγων, quod in contextum retuli, quamvis non admodum appareat, quid sibi noster velit: nisi ita accipiendam hanc phrasin censeas, quod Bassianus causam silentii, quam dederat Libanius, pro verissima habuerit. (2) ποιεῖ *Voss.* (3) De uxore *Bassiani* loquitur, partum minante, quod ex sequentibus patet. Quod si illa filium enixura erat, hunc a se instituendum aliquando Libanius auguratur.

(4) *Theo-*

μισθῷ καὶ τὸν μείζω λάβῃ, λόγους μετὰ τὸν χιτῶνα. Πάντως οὐκ ἀντερεῖ σοι Θεοδώρα (4) χάριν οὕτως αἰτοῦσι δικαίαν τε καὶ αὐτῇ κατὰ νοῦν.

rationes nempe post tunicam. *Theodora* quidem non denegabit tibi hanc gratiam, quae & recte petitur, & ipsi jucunda est.

DCXCVII. ΚΕΛΣΩι.

Ἰδοὺ καὶ κηδεστής ἐστί μοι τῶν Ἰυστινιανοῦ παίδων ὁ πρεσβύτερος. Ἔστι γάρ μοι καὶ θυγάτηρ, ἐπειδήπερ ἐστὶ Κυνηγίῳ (1), ὃς τὸν ἀδελφὸν τὸν αὐτοῦ μιμησάμενος οὐ χείρων εἰς ἐμὲ τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν ἀνεφάνη. Ἵν' οὖν κἀκεῖνος καὶ Λητόϊος ἴδωσιν, ὡς οὐ ῥᾴθυμον ἄρα φιλεῖ, τὸν διὰ σοῦ τὸν παῖδα ληψόμενον, βουλοίμην ἂν εὖ παθεῖν. Ἔστι γὰρ τοῖς νέοις ἐν Κιλικίᾳ καὶ γῆ καὶ τἄλλα ἃ τῶν εὐδαιμόνων ἐστί. Περὶ τούτων καὶ ζήτει καὶ ἐρώτα, καὶ μάνθανε, καὶ ποίει δῆλον, ὡς, εἰ βιάζοιτό τις, οὐκ ἐπιτρέψεις. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν κοινὸν Κιλικίας, καὶ τοῦ τῆς ἀρχῆς νόμου. Προσέστω δὲ τῷ νόμῳ φροντὶς ἑτέρα (2) συγγενείᾳ πρέπουσα. καὶ ὧν ἂν ἠξίωσας Μάρκον, εἰ παρ' ὑμῖν ἐτύγχανε γεωργῶν, τούτων χρῶ περὶ τὰ τῶνδε κλήματα (3).

CELSO.

Ecce, ex *Justiniani* filiis natu major gener meus factus est. Nam & filia mihi est, quia *Cynegio* est, qui fratrem suum imitatus, non deterior fratribus meis in me fuit. Ut itaque & ille & *Letoius* sciant, se hominem non malum amare, velim utique, ut filius ejus tua ope feliciter res agat. Juvenes enim illi in Cilicia & agros & alia habent, quae homines felices reddere possunt. De his quaere & interroga, & edoctus ostende, te non passurum, ut quisquam illos laedat. Sed hoc quidem Cilicia omnis & imperandi leges sibi commune habent. His vero legibus accedat etiam provida cura, qualis cognationem decet. Quibuscunque igitur *Marcum* dignaturus eras, si apud vos agros coleret, eadem adversus horum agros praesta.

DCXCVIII. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Ἀνήρ τις τῶν ἐπιεικῶν ἐδεήθη μου δεηθῆναί σου καὶ χάριν αἰτῆσαι τοῦ πρέποντος οὐκ ἔξω, ταμίαν τινὰ κοινῶν χρημάτων (1) Παπιριανὸν ὅπως βλέποις ἡδέως. Ἐγὼ δὲ ἐκεῖνον μὲν οὐκ εἶδον. Εἰ δέ σοι καὶ ἐν τούτῳ καὶ ἡ τῶν τρόπων ὁμοιότης εἴργασται τὴν φιλίαν, χρηστὸς ἂν εἴη. Εἰ οὖν μὴ φαῦλος ὁ ταμίας, ὅπερ εἰκάζω, τυγχανέτω τινὸς ἀγαθοῦ.

EIDEM.

Vir quidam humanissimus petiit a me, ut te solicitarem, beneficiumque aliquod te non indignum expeterem, hoc scilicet, ut *Papirianum*, aerario publico praefectum, benigne exciperes. Ego quidem illum non vidi. Quod si vero etiam huic morum similitudo amicitiam tuam conciliarit, omnino & ipse bonus fuerit. Si itaque non malus fuerit ille aerarii praefectus, quod ominor, beneficii quicquam illi imperti.

DCXCIX. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Εὐστόχιον οἶσθά που τὸν ἐκ Παλαιστίνης τὸν νόμων τε πλήρη καὶ τῇ τῶν λόγων ῥώμῃ βοηθοῦντα τοῖς νόμοις. ὃς πολλοῦ μὲν ἄξιος Ἀπελλίωνι γεγένηται, πλείονος δὲ Μακεδονίῳ τῷ γέροντι. Δραμὼν μὲν ὑπὲρ τοῦδε πρὸς τὴν μεγάλην πόλιν (1), πανταχοῦ δὲ ἐκείνῳ συμπονῶν. πεπόνηται δὲ αὐτῷ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν πολλά τε καὶ οὐ σμικρά. κἂν κελεύσῃ τι, δεῖ με εὐθὺς ὑπουργεῖν, ἢ κακὸν εἶναι δοκεῖν. Νῦν τοίνυν βούλεται Γερόντιον τὴν βουλὴν διαφυγεῖν, εἴ τι φαίνοιτο λέγων. Φησὶ δὲ αὐτὸν ἐρρῶσθαι πρὸς τὸν ἀγῶνα, καὶ ἐγὼ πείθομαι. Σαυτὸν οὖν παρασχὼν εὔνουν, ποίησόν με μὴ πάντα ὀφείλειν Εὐστοχίῳ τῷ καλῷ.

EIDEM.

Eustochium nosti, illum ex Palaestina, qui & peritissimus legum est, & dicendi facultate legibus patrocinatur. Idem *Apellioni* multum, *Macedonio* autem seni magis inserviit: pro altero enim in magnam urbem iter fecit, alteri vero ubique est opitulatus: Multam quoque nec parvam operam nobis impendit. Si quid igitur fieri voluerit, me vel statim audientem esse, vel improbum videri oportet. Jam quidem cupit, ut *Gerontius* curiam subterfugiat, si quidem dicendo valere videatur. Ait vero eum in causis agendis aliquid posse; idque & ipse mihi persuasum habeo. Benevolum itaque te illi praebens, effice, ut optimo *Eustochio* non omnia videar debere.

DCC. MAXI-

(4) *Theodoram* Bassiani conjugem fuisse crediderim. In *Reg. max.* male legitur Θεοδώρης. Nostrum illud habent *Voss.* & *Vatic.* A. B.

EP. DCXCVII. (1) Sic scripsi pro Κυνηγίῳ *Regii max.* *Cynegii* enim nomen ex aliis nostri epistolis constat. (2) Sic *Voss.* φροντὶς ἐφ' ἑτέρᾳ, *Reg. max.* (3) Ita *Reg. max.* χρήματα, *Voss.*

EP. DCXCVIII. (1) Spectant huc, quae eruditissimus *Montefalconius* in Bibliotheca Coisliniana p. 493. ex Lexico Graeco MS. affert ubi ταμίαι dicuntur Athenis fuisse ἄρχοντες ἀπὸ πεντακοσιομεδίμνων κληρωτοί, οἳ τὰ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν ἀκροπόλει χρήματα ἱερά τε καὶ δημόσια καὶ αὐτὸ τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ καὶ τὸν κόσμον φυλάττουσι. Alias *Procuratores* in provinciis ταμίαι sunt vocati. Vide B. *Godofred. Olearium* ad Apollonii ep. 30. p. 393.

EP. DCXCIX. (1) *Constantinopolin* vel *Romam* intelligit.

MAXIMO.

Amicorum nostrorum numero etiam optimum hunc *Pompejanum* infere, qui jam olim mihi familiaris nunc filios apud me habet, patris, ut alia taceam, amantes. Illi hoc cum maxime egerunt, ut has a me literas haberent, sollicitantes quippe & precantes, quia verentur, ne pater hac in parte aliis sit inferior. Proba itaque utrosque, nempe & illos, qui me permoverunt, & me, qui audiens fui, virumque illum majore, quam antea, dignitate macta.

DCC. ΜΑΞΙΜΩι.

Ἔγγραφε τῷ καταλόγῳ τῶν ἡμετέρων (1) φίλων καὶ τὸν χρηστὸν Πομπηϊανὸν, ὄντα μὲν ἐμοὶ πάλαι συνήθη, νῦν δ᾽ ἔχοντα παῖδας παρ᾽ ἐμοὶ τάτε ἄλλα καὶ φιλοπάτορας. Αὐτῶν νῦν ἔργον γέγονε καὶ ταυτὶ τὰ γράμματα, κινούντων τε καὶ παρακαλούντων, δεδιότων, μὴ ταύτῃ γε αὐτοῖς ὁ πατὴρ ἔλαττον ἑτέρων ἔχῃ. Ἀμφοτέρους οὖν ἐπαινέσας καὶ τοὺς ἐπεγείραντας, καὶ τὸν ὑπακούσαντα μᾶλλον ἢ πρότερον ἐν τιμῇ τὸν ἄνδρα ποιοῦ.

EIDEM.

Si te optimi Modesti discipulum vocavero, neutrum ignominia notavero. Tu enim virum praestantissimum imitari videberis, ille vero hominem te, qui imitari potuerit, insignem fecit. Atque haec quidem ut grata mihi sunt, ita multo gratius, quod Rex a facta hac electione celebratur, quamvis multi fuerint, qui pocham promeruisse *Modestum* contenderent. Ille vero, his auditis, re porro ipsa examinata, eum, quem, antequam huc veniret, improbum esse censuerat, postquam huc venit, probum expertus, ante illi subiratus, Praefectum constituit, parvi pendens, aegre id quosdam laturos, simul vero eos, qui jampridem cum ipso fuerunt, ad virtutis studium excitans, docensque, se etiam ex illis, qui prave egerint, expuncturum, qui virum, hosti olim opitulantem, sed probum, in eam dignitatem evexerit. Magnus vero ille Atrei filius, Semideorum dux, & Homeri voce celebratus, facta verbis inferiora praestans, Palamedem interfecit. Modo autem veritas principatum obtinet, eademque una cum Rege imperat, hinc certis argumentis, hinc conjecturis detecta. Comitare itaque Praefectum solemnibus tripudiis, & beatam praedica urbem, quae illum recipiet. Ille vero proficiscetur, Galatas tuos, inter felices numerans, ut ampla in te praeconia undiquaque conferantur. Jovis vero oculus illi quidem etiam reliqua provideat, & variis magistratibus gestis in hujus thronum evehat.

DCCI. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Εἴ σε καλοίην (1) τοῦ καλοῦ Μοδέστου μαθητὴν, οὐδέτερον ἂν αἰσχύνοιμι. Σύ τε (2) γὰρ τῷ κρατίστῳ δόξεις ἀκολουθεῖν, ἐκεῖνός τε τὸν γενναῖον τὸν μιμησάμενον ἀπείργασται. Ἐμοὶ δὲ καὶ ταῦτα μὲν ἡδέα, πολλῷ (3) δὲ ἥδιον τὸ τὸν βασιλέα τῇ τοῦ αἱρεθέντος φύσει κοσμεῖσθαι. καίτοι πολλοὶ μὲν οἱ πειρώμενοι πείθειν, ὡς εἴη δίκης ὁ Μόδεστος ἄξιος. Ὁ δὲ τοῦ μὲν ἀκούσας, εἰς δὲ τὰ πράγματα βλέψας, καὶ νομίζων μὲν, πρὶν ἥκειν δεῦρο, κακὸν, εὑρὼν δὲ ἥκοντα (4) ἀγαθὸν, πρὸς ὃν εἶχε χαλεπῶς, τοῦτον ὕπαρχον ἀποφαίνει, βραχὺ φροντίσας τῶν ἀθυμησόντων, καὶ ἅμα παιδεύων τοὺς αὐτῷ πάλαι συνόντας ἀσκεῖν ἀρετὴν, δεικνὺς, ὅτι κἂν τούτων (5) τινας ἐκβάλῃ (6) πονηρευομένους, εἰ δὴ (7) τὸν τῷ πολεμίῳ διακονοῦντα χρηστὸν ὄντα καὶ νῦν εἰς σχῆμα (8) κατέστησεν. Ὁ δὲ Ἀτρέως ἐκεῖνος (9) ὁ μέγας, ὁ τῶν ἡμιθέων ἡγούμενος, καὶ τῆς Ὁμήρου τυχὼν φωνῆς ἀσθενέστερα λόγου ποιήσας ἔργα τὸν Παλαμήδην ἀπέκτεινεν (10). Ἀλλὰ νῦν τῆς ἀληθείας τὸ κράτος. καὶ μετὰ τοῦ βασιλέως καὶ αὐτὴ βασιλεύει, τὰ μὲν λογισμοῖς, τὰ δὲ μαντείαις εὑρισκομένη (11). Παράπεμπε δὴ τὸν ἄρχοντα χοροὺς ἱστὰς, καὶ μακάριζε τὴν δεξομένην πόλιν. Ὁ δὲ πορεύσεται (12) τοὺς σοὺς Γαλάτας μακαρίζων, πανταχόθεν σοι μακρᾶς ἐγειρομένης εὐφημίας. Διὸς δὲ ὄμμα τούτῳ δὲ τὰ λοιπὰ προσθήσει (13) καὶ, δι᾽ (14) ἀρχῶν ἐπὶ τὸν τοῦδε θρόνον κομίσειεν.

HYPERECHIO.

Unum te ex illis esse existimo, qui nunc ideo

DCII. ΥΠΕΡΕΧΙΩι.

Ἕνα σε τίθεμαι τῶν νῦν ἑορταζόντων ἐπὶ τῷ τοῦ γενναίου

EP. DCC. (1) Malim ὑμετέρων.

EP. DCCI. (1) Ita *Reg. max.* & *Medic.* A. recte. Ὅτι σε καλῶ, *Voss.* & *Mutin.* A. (2) ὅτε, *Medic.* male. (3) πολλοῦ, *Mutinens.* (4) Sic *Reg. max.* ex emendatione. Antea enim legebatur ἥκον. *Voss.* & *Vatic.* A. ἥκον. Nostram lectionem tuentur *Vatic.* B. & *Medic.* A. (5) τούτῳ, *Mutin.* A. (6) ἐκβάλοι, *Voss.* cum addito ἂν & *Mutin.* A. sine ἂν. (7) Pro εἰ δὴ in *Reg. max.* & *Voss.* male ἴδῃ cum στιγμῇ. Rectius *Medic.* & *Medic.* εἰ δὴ. *Voss.* habet ἐκεῖ post ἴδῃ. Quod ad rem ipsam attinet, *Modestus* Comes Orientis fuerat temporibus *Constantii* Augusti, eo vero mortuo apud Julianum accusatus, quod Constantii partes adversus ipsum studiosius & diutius, quam par erat, fovisset. Sed vel sic tamen Julianus eum, cum in Orientem venisset, & absolvit, & Praefectum urbis CPolitanae esse jussit. Lege hanc in rem *Valesii* notas ad Ammianum lib. XXX. c. 4. p. 591. ubi & ad hanc & sequentem nostri epistolam provocat. Fieri potuit, ut *Modestus*, ad paganam superstitionem dilapsus Juliani gratiam sibi conciliaret. Vide infra ad epist. 714. (8) χρῆμα, *Mutin.* male. (9) *Agamemnonem* innuit ab Homero celebratum. (10) Palamedem innuit, Ulyssis arte circumventum & praeter fas neci datum. Vide *Ovidium* XIII. Metamorphos. vs. 55. sqq. (11) εὑρισκομένη, *Mutin* A. (12) Sic scripsi cum *Medic.* & *Mutin* pro πορεύεται, quod est in *Reg. max.* (13) προσθήσει *Medic.* προσθείη σοι, *Mutin.* (14) δι᾽ in *Reg. max.* desideratum addidi ex *Medic.*

ναῖον Μόδεστον (1), ὅστις ἐστὶ, καὶ νομίζεσθαι. Πρότερόν τε γὰρ αὐτοῦ τῆς δυνάμεως ἀπέλαυσας ἐγγραφεὶς, εἰς ὅσπερ ἐβούλου. Νῦν τε οἶμαί σε τοὺς ἐν τῇ βουλῇ βαρεῖς οὐ φοβήσεσθαι, τούτου τοὺς μὲν πείθοντος, τοὺς δὲ ἀναγκάζοντος τοῖς δικαίοις ἐμμένειν. ὥστ' οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἰ καὶ κοινωνὸν αὐτῷ τῆς πορείας ἕλοιο, καὶ καταστῆσαι σεαυτὸν (2), εἰς τὸ γνωρίζεσθαι τοῖς ἐκεῖ. Οὓς γὰρ ἂν ἐν ἄλλῳ καιρῷ θεραπεύειν εἶχες ἀνάγκην (3), τούτοις ἐξέσται σοι νῦν ἐλευθέρως ὁμιλῆσαι. Πρᾶγμα δὲ ἀπὸ καλῆς ἀρξάμενον τῆς ἀρχῆς, εἴωθεν αὔξεσθαι ῥᾳδίως, καθάπερ τὰ τῶν δένδρων ἰσχυρῶς ἐρριζωμένα. Ὄντων δὲ οὐδὲ τούτων μικρῶν ἔτι μείζω προσδόκα παρὰ τῆς τοῦ Μοδέστου καὶ φιλίας καὶ τύχης. Ἐπιμελήσεται γὰρ τοῦ καί σε μείζω γενέσθαι, τὰ μὲν αὐτὸν παρακαλῶν, τὰ δὲ ὑπ' ἐμοῦ κινούμενος. Δώσει δέ μοι καὶ τεθνεῶτι χάριν, τὸ σοί τι χαρίζεσθαι, πολλοῖς μὲν ἔργοις, πολλοῖς δὲ λόγοις, οὐκ ὀλίγοις δὲ ὅρκοις μεμαθηκὼς, ὅτι μοι τὰ σὰ τῶν ἐμῶν οὐ δεύτερα.

deo laetantur, quod eximius *Modestus*, qualis est, talis etiam habeatur. Nam & antea, quid possit, expertus es, inter illos, inter quos voluisti, cooptatus. Jam vero puto fore, ut, qui in Senatu sunt difficiliores, ab iis tibi non timeas, quandoquidem ille alios suadendo adducit, alios vero cogit, ut, quae fas est, praestent. Itaque nec mirer, si te illi itineris socium praebeas, teque ipsum etiam iis, qui ibi sunt, noscendum sistas. Quos enim aliis temporibus venerari te oportuit; cum illis liberius nunc versari licebit. Quarum vero rerum felix fuit initium, illae incrementum facillime capere solent, arborum instar, quae altas radices fixerunt. Cumque superiora illa non parva sint, ampliora adhuc ab amicitia & fortuna *Modesti* exspecta. Operam enim dabit, ut & tu evadas illustrior, partem sua sponte ductus, partem a me excitatus. Mihi vero etiam mortuo gratum faciet, si tibi fuerit gratificatus, qui ex multis meis tum factis tum verbis, crebroque jure jurando res tuas a me meis non postponi, didicerit.

DCCIII. ΘΕΜΙΣΤΙῼ.

Οὔτε Σπεκτάτον ὡς ἠδικηκότα με εἶδον, οὐδὲν γὰρ περὶ σοῦ γράψαιμι τοιοῦτον, ὃ κεκρύφθαι βουλοίμην ἄν, εἴτε τι καὶ ἥμαρτεν οὗτος, αὐτήν γε ὤφειλον δίκην, ὁπόσην ἔλαβες γράφων. Διδάσκεις γάρ με περὶ τῶν σαυτοῦ τρόπων, ὡς οὐ δυνηθέντα μαθεῖν ἐν οὕτω πολλῷ χρόνῳ δώδεκα ἔτεσιν (1) οἶμαι. Καίτοι τοῦτό γε μὴ ὅτι τῶν παρά σοί τις γραφέντων οἰκετῶν, ἀλλ' οὐδ' ἂν Ἴστρος ἐκεῖνος, ὁ παρὰ τῶν βαρβάρων, ἔπαθεν. ἀλλ' ἐσπούδασας ὡς ἔοικε, τὸν εἰ μηδὲν ἄλλο μετά σου πολλὰ δὴ λελουμένον, Μελιτίδου δεῖξαι (2) φαυλότερον. Ἐγὼ δέ σε καὶ νῦν καὶ πάλαι φιλοσοφεῖν ἡγοῦμαι, καὶ νῦν μὲν ἴσως πλείω συγγράφειν. τὰ δὲ τῷ βίῳ προσήκοντα καὶ πρόσθεν τετηρηκέναι, καὶ γενέσθαι γε μείζω βάσανον τῆς παρούσης ἐκείνην. Οὐ γὰρ ἴσον ἔξω πραγμάτων ὄντα τοῖς νόμοις Πλάτωνος ἐμμένειν, καὶ πολλῶν ἐνοχλούντων μηδαμοῦ βιασθῆναι. Μαθητὰς δὲ πολλοὺς ἀριθμῶν πολλοὺς εὐδαίμονας λέγεις, οἷς ἔστι μὲν τὴν ἀλήθειαν λαβεῖν, ἔστι δὲ μετ' ἐκείνης εἰς εὐγλωττίαν ἐπιδοῦναι. Ἄμφω δὴ γὰρ πάρεστί σοι, τὰ Πλάτωνος γενναῖά τε διδάξαι καὶ γλώττῃ καλῇ (3). Ταῦτ' οὐκ ἀγνοοῦμεν, οὔτε σιγῶμεν. Ἀλλ' ὅσοι παρ' ἡμῖν εἰς λόγους ἦλθον, καὶ τούτων λόγων ἀκούσαντες ἀπῆλθον. Παῦσαι δὴ τοιούτων ἐπιστολῶν, καὶ νόμιζέ με γεγηρακέναι μὲν, παραφρονεῖν δὲ οὔπω.

THEMISTIO.

Neque *Spectatum* tanquam in me injurium vidi, (neque enim ejusmodi aliquid de te scripserim, quod celari alios velim,) & si quid ille peccasset, tantam utique poenam luere deberem, quantam tu in literis sumsisti. Tuos enim mores me doces, tanquam qui perspicere eos tam longo tempore, annis, puto, duodecim, non potuerim. Id vero, nec domesticorum tuorum, a te accusatorum, cuiquam, nec cuidam juxta Istrum, qui barbaros adluit, usu unquam venerit. Enimvero operam videris dedisse, ut eum, qui, si omnia alia abessent, frequenter saltem balneo tecum usus est, Melitide stultiorem esse ostenderes. Ego vero te & nunc & olim philosophari, nunc autem forte plura in literas referre existimo, ea quoque, quae fas sit, etiam in prioris vitae genere observasse, ex quo magis quam ex praesenti explorari potueris. Neque enim aequale est, si quis a negotiis tractandis liber *Platonis* leges observet, & multis vexantibus nequaquam succumbat. Multos vero discipulos enumerans, multos felices simul innuis, quibus & veritatem cognoscere, & una cum ea facundiae incrementum capere licet. Utrumque enim in promtu habes, ut nempe egregia *Platonis* praecepta, idque diserta lingua, exponas. Haec quidem nec ignoramus nos, nec tacemus. At quicunque literarum causa ad nos accesserunt, illi, iisdem perceptis, abierunt. Parce itaque ejusmodi literis, meque consenuisse quidem, at nondum desipere existima.

DCCIV. A L-

EP. DCCII. (1) *Modestus* enim ab omni culpa per Julianum absolutus & Praefectus urbis Constantinopolitanae creatus erat: vide epist. superiorem. (2) Sic *Voss.* καταστῆσαι αὐτὸν *Reg. max.* & *Barocc.* 56. (3) Eadem phrasi S. *Lucas* utitur XIV. 18.

EP. DCCIII. (1) Illud innuit tempus, quo *Themistium* sibi familiarem habuerit. (2) Proverbium est, de quo alibi diximus. (3) Themistium noster ut Philosophum, inprimis Platonicum, & Rhetorem laudat. Utrumque vero ex scriptis ejus, quae aetatem tulerunt, intelligas.

EP.

A L B A N I O.

Et literis tuis gaudeo, & multo magis iis, quae facis. Audio enim te & facultates tuas tueri, & libenter publicis muneribus fungi, & eloquentiae opinionem tibi conciliare. Ne itaque grave tibi esto & tuis & meis rebus inposterum consulere. Hoc ipsum enim te quidem inter cives potentem faciet, illorum vero filios ad me perducet.

D E M E T R I O.

Non solum eo amantem te mei ostendisti, quod ad utrumque, quae tibi allata sunt, allici te passus es, anceps scilicet, in quod primum oculos conjiceres; sed & tuum de oratione mea judicium amorem prodit. Illi enim elegantia deest, tu vero eam cum Pelope & Ganymede comparas. Ex iis itaque es, qui simos, & adunco naso homines, & nigros laudant, h. e. ex illis momentis, quorum causa ab homine non amante reprehenderentur. Verum & illis, & tibi ignoscendum. Tales enim Deus facit. Interim non ante persuaseris, rem ita habere, quam amare desieris. Hoc vero nunquam facies, itaque nec unquam persuadebis.

H I E R A C I.

Miratus sum, quod accusandum me putaris, qui ad te non scripserim, Regis vero ad te literas venisse nulla ex parte mihi acceptum tuleris: quamvis ego eas, quas tu scripsisti mihi, literas ostenderim, idque quatuor vicibus faciens clamarim, Troada aeque ac Alexandrum male mulctari, idemque post illum Deo ipsi eventurum, nisi Sacerdoti ex legis praescripto suppetias tulerimus. Haec nunc quidem *Elpidio*, nunc vero Regi omnium optimo exponens effeci, ut literae tibi convenientes venerint. Hoc vero non eo dico, ac si Rex hanc mihi gratiam fecerit. Imo vero & cognitum te habet, & magni facit, & videre voluit. Interim ex negotiorum mole etiam amans obscuriore in amatum amore facile feratur. Itaque monitore opus est, qui res in memoriam revocet, quod & ipse feci. Accidit vero, ut qui te ad nos vocavit, postea vocasse se nunciaret. Et tum quidem rem ipsam laudabamus, scribere autem non poteramus. Neque vero reprehensione dignum erat, si quis terram omnem & mare consiliis suis temperans invitus parum aliquid neglexerit. Tu vero & mihi ignosce, qui haec non illico audiverim, neque existima, declamandi studio adeo nos teneri, ut propterea amicos negligendos esse statuamus, siquidem vires utrique parti juvandae non sufficerint. Enimvero nunquam optimi *Hieracis* res neglexerimus, nugas nostras *Miltiadis* aut *Themistoclis* rebus impendentes.

A N-

DCCIV. Α Λ Β Α Ν Ι Ω.

Καὶ τοῖς γράμμασί σου χαίρω, καὶ πολὺ πρότερον, οἷς ποιεῖς. Ἀκούω γάρ σε καὶ τὴν οὐσίαν συνέχειν, καὶ λειτουργεῖν ἡδέως, καὶ τὴν τοῦ δύνασθαι λέγειν δόξαν συλλέγειν. Μὴ τοίνυν ἀποκάμῃς, σαυτόν τε ὠφελῶν καί ἐμέ. Τὸ γὰρ αὐτό σε μὲν ἐν τοῖς πολίταις καταστήσει δυνατὸν, ἄξει δὲ ὡς ἐμὲ τοὺς ἐκείνων υἱεῖς.

DCCV. Δ Η Μ Η Τ Ρ Ι Ω. (1)

Οὐ μόνον τῷ πρὸς ἑκάτερον ἕλκεσθαι τῶν κομισθέντων (2) ἔδειξας τὸν ἐραστὴν ἀπορῶν, ὁποτέρῳ δεῖ προτέρῳ δοῦναι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ λόγου ψῆφος παθὸς ἦν ἐρωτικόν. τῷ μέν γε κάλλος οὐκ ἔπεστι, σὺ δ' αὐτὸν (3) τὰ ἀμφὶ Πέλοπα καὶ Γανυμήδην ποιεῖς (4). καὶ γέγονας ἐκείνων δὴ τῶν τοὺς σιμοὺς καὶ γρυποὺς, καὶ μέλανας ἐπαινούντων, ἐξ αὐτῶν, ὧν ἂν ψεχθεῖεν ὑπ' ἀνδρὸς οὐκ ἐρῶντος. ἀλλ' ἐκείνοις τε συγγνώμη, καί σοι. Τοιαῦτα γὰρ ὁ θεὸς ἐργάζεται. οὐ μέντοι πείσαις ἂν, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, πρὶν ἂν ἐρῶν παύσῃ. Τοῦτο δὲ οὐδέποτε ποιήσεις, ὥστε οὐδέποτε πείσεις.

DCCVI. Ι Ε Ρ Α Κ Ι.

Ἐθαύμασα, ὅπως τὸ μὲν μὴ (1) ἐπιστολαί με πρός σε κατηγορίας ἄξιον ἡγήσω· τὸ δὲ ἐλθεῖν σοι τὴν Βασιλέως ἐπιστολὴν, οὐδὲν ἐφ' ἡμᾶς ἄγεις. καίτοι δεικνὺς ἐγὼ τὰ πρὸς ἐμέ σοι γεγραμμένα, καὶ τοῦτο πεποιηκὼς τετράκις, καὶ βοῶν, ὡς δεινὰ μὲν ἂν ἡ Τρῳὰς, δεινὰ δὲ Ἀλέξανδρος πάθοι, καὶ μετὰ τοῦτον γε ὁ θεὸς (2) εἰ μὴ τὸν ἱερέα τοῖς ἐκ τοῦ νόμου κοσμήσαιμεν. Τοιαῦτα νῦν μὲν πρὸς Ἐλπίδιον λέγων, νῦν δὲ πρὸς τὸν πάντα ἄριστον Βασιλέα τά σοι πρέποντα συμπαρεσκεύασα γράμματα ἐλθεῖν. Λέγω δὲ, οὐχ ὡς ἐμοὶ ταύτην δόντος τοῦ Βασιλέως τὴν χάριν, ἀλλά σε μὲν καὶ εὖ οἶδε καὶ τιμᾷ καὶ ἰδεῖν ἤθελεν. ἐν δ' αὖ πλήθει πραγμάτων καὶ ἐραστὴς ἂν ἀμβλύτερος εἰς ἐρώμενον εἴη. Δεῖ δὴ τοῦγε κινοῦντος καὶ οὐκ ἐῶντος ἀμνημονεῖν, ὃ καὶ ἐμοὶ πέπρακται. Συνέβη δέ πως, τόν σε καλοῦντα πρὸς ἡμᾶς ὕστερον, ὅτι κέκληκεν, εἰπεῖν, ἡνίκα τὸ μὲν ἔργον ἐπῃνοῦμεν, ἐπιστέλλειν δὲ οὐκ εἴχομεν. Ἐπιτιμᾶν δ' οὐκ ἦν, εἴτις ὑπὲρ γῆς ἁπάσης καὶ θαλάττης βουλευόμενος ὑπερέβη τι σμικρὸν ἄκων. Δὸς δὴ καὶ αὐτός μοι συγγνώμην τῷ μὴ παραχρῆμα ἀκούσαντι, καὶ μὴ νόμιζε, οὕτω σφόδρα παρ' ἡμῖν τιμᾶσθαι τὰς μελέτας, ὥσθ' ἕνεκα αὐτῶν αἱρεῖσθαι τοὺς φίλους ἀδικεῖν, εἴγε (3) ἐλάττους ἦμεν, ἢ ἀρκεῖν ἀμφοτέροις. ἀλλ' οὐκ ἂν ἠμελήσαμεν Ἱέρακος τοῦ καλοῦ περὶ Μιλτιάδην ἢ Θεμιστοκλέα ληροῦντες (4).

DCCVII,

EP. DCCV. (1) Huic inscribunt *Voss.* & *Reg. max.* In *Medicco* A. vero est ἀνεπίγραφος. (2) κομισθέντων *Voss.* (3) αὐτὸν *Medic.* (4) Ad Pelopis divitias, & Ganymedis formam a veteribus celebratam respicit.

EP. DCCVI. (1) Μὴ deest in *Barocc.* 9. & *Medic.* quod rectius legitur in *Reg. max.* & *Voss.* (2) θεὸς, *Medic.* A. (3) ὡς εἴγε, *Medic.* qui & ἢ mox sequens omittit. (4) Rebus scilicet gestis Miltiadis aut Themistoclis enarrandis Sophistarum more occupati.

DCCVII. ΑΝΤΙΠΑΤΡΩι. (1)

Ἔοικας ἀνδρὸς πονηροῦ γραμμάτων ἐπιθυμεῖν, εἴτε διὰ χρόνου μῆκος (2) ἐπιλέλησμαι φίλου, εἴθ' ὑπό τινος εὐπραξίας (3) τοῦτο ἔπαθον. Καὶ θαυμάζω γε, ὅπως οὐ κέρδος ἡγήσῃ τοῦ τὰ τοιαῦτα νοοῦντος ἀπηλλάχθαι. Ἐγὼ δὲ τῆς μὲν κοινῆς εὐτυχίας ἔχω τὸ μέρος, ἀρχόμενος ὑπὸ Βασιλέως ἀρίστου, τοῖς δὲ ἰδίοις οὐδένα παρελήλυθα τῶν γειτόνων. οὔτε γὰρ οἰκοδομῶ λαμπρῶς, οὔτε γῆν ἐκτήμαι πολλὴν, οὔθ' ὑπὸ ῥαβδούχων (4) περιπέμπομαι παιόντων τε καὶ φοβούντων (5), οὔθ' ὑπισχνοῦμαι μεγάλα, οὐδ' ἐχθρὸν ἠμυνάμην. τίνα τοίνυν ὄγκον ἐνεργακὼς ὑβρίζεις. τίς μηνυτὴς, ἢ τίς μάντεων τοῦτον ἔφρασέ σοι τὸν ὄγκον (6); εἴσειμι παρὰ τὸν βασιλέα καλούμενος, ἄλλως δ' οὐδαμῶς. Τοῦτο δὲ οὐ συνεχῶς. εἰσελθὼν δὲ ἀκούω λέγοντος. καὶ γάρ ἐστι σειρὴν (7), καὶ ὅ, τι φθέγξαιτο, συγγράμματος τοῦτο οὐ χεῖρον. Ἀμείνων γινόμενος τὴν γνώμην ἄπειμι παρακληθεὶς εἰς λόγους τοῖς τοῦ Βασιλέως λόγοις. οὗτοι τῶν εἰσόδων οἱ καρποί. Τὸ δὲ, τὸν δεῖνα μὲν, ὦ Βασιλεῦ, παῦσον ἄρχοντα, ὁ δεῖνα δὲ ἀρξάτω. καὶ, τῷ μὲν γενέσθω τιμὴ, τὸν δὲ ἔκβαλε τῶν ὄντων, ταῦτα δὴ τὰ ἐπὶ τοῦ τῆς Πραξίλλης Ἀδώνιδος οἴχεται (8). Καὶ νῦν ὡς ἀληθῶς εἰς ἔργον ἥκει τὸ τοῦ κρατοῦντος ὄνομα. Οὐ μὴν, ἀλλ' εἰ καὶ σφόδρα τὶς ἦν τῶν γε τοιούτων ἐξουσία, τῶν φευγόντων ἂν ἐγενόμην τὸν ὄγκον, ὥσπερ τι φορτίον οὐ φορητόν (9). Πιστεύοις δ' ἄν μοι δικαίως, εἰ μὴ, ὅπερ αἰτιᾷ, πέπονθας, καὶ ἐπιλέλησαί μου τοῦ τρόπου. Καὶ μὴν κἀκεῖνό γε ἄτοπον, εὔχεσθαι μὲν ζῆν ἐν τοῖς αὐτοῖς πράγμασι, καινὰ δὲ ποιεῖν, καὶ οἷα οὔπω πρότερον. Ἀνάμνησον γὰρ, μή τι σοῦ γράμμα πρὸ τοῦδε πρὸς ἡμᾶς ἧκεν εἰς Συρίαν (10); ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις. Οὐκοῦν νῦν γράψας, μὴ γράφων πρότερον, ἕτερος γέγονας (11), καὶ αἰτῶν παρὰ τῶν θεῶν ὁ αὐτὸς εἶναι τέμνεις ἄλλην ὁδὸν ἑκὼν (12), ἡδίω μὲν ἐμοὶ, ταῖς δὲ σαῖς εὐχαῖς μαχομένην. ἀλλὰ ταύτην μὲν ἰὼν καὶ γράφων μὴ παύσαιο. Βουλοίμην δ' ἄν σε (13) καὶ περὶ ἡμῶν ἐπι-

κερό-

ANTIPATRO.

Desiderare videris literas hominis improbi, sive ex longo temporis spatio oblitus ego sim amici, sive id ex felicitate quadam usu mihi venerit. Miror equidem, quod in lucro non ponas ab homine ita adfecto liberari. Communis equidem prosperitatis particeps sum, qui Imperatoris optimi imperio fruar: rebus interim domesticis vicinorum neminem supero. Neque enim aedes habito magnificas, nec agros multos possideo, neque a lictoribus, ferientibus & terrentibus, comitatus incedo, nec ampla polliceor, neque de inimico vindictam sumo. Quem igitur fastum mihi contumeliose exprobras? quis index, quisve vates hunc tibi fastum indicavit? Regem quidem adeo, sed vocatus; alias nunquam: neque id perpetuo. Ingressus vero dicentem audio. Sirenis enim instar est, &, quicquid loquitur, scripta commentatione non est inferius. Prudentior ita factus abeo, ipsis Imperatoris sermonibus ad orationes excitatus. Hos habeo aditus mei fructus. Illae vero voces: illum, ò Rex, de magistratu deturba; ille vero alter imperet: itemque, huic honorem habeto, illum vero facultatibus suis exue; hae, inquam, voces ad illum Praxillae Adonidem sunt relegatae. Ita nunc imperantis nomen cum opere ipso vere conjungitur. Enimvero, si vel maxime aliqua mihi in his rebus esset facultas, ex iis ego essem, qui fastum, tanquam onus non ferendum, fugiunt. Merito autem fidem mihi habueris, nisi ipsi tibi, quod mihi exprobras, acciderit, morisque mei sis oblitus. Absonum vero & illud foret, optare quidem, in iisdem vivere negotiis, & nova tamen, ac qualia nunquam antea, moliri. In memoriam, quaeso, mihi revoca, num qua tua epistola olim ad nos in Syriam venerit. Id vero facere nunquam poteris. Nonne itaque tu, nunc scribens, qui non scripseris antea, alius factus es, nonne Deos, ut idem sis, precatus sponte tua aliam insistis viam, mihi quidem jucundiorem, sed votis tuis adversam. Perge vero eadem via, & scribere non desine. Velim

vero

EP. DCCVII. (1) Huic inscribitur in *Reg. max. Voss. Barocc.* 9. & *Benzel.* B. nomen vero in *Medic.* A. omittitur. in *Benzel.* A. *Anatolio.* In margine *Regii max.* manu antiqua hoc elogium scriptum exstat: ὦ πάνυ καλῶς. (2) πλῆθος legit *Barocc.* & *Ambros.* T. 5. ceteri vero rectius, ut nos. (3) Quae hinc usque ad vocem νοοῦντος leguntur, ea desunt in *Medic.* relicta lacuna. ἀνεργξίας. *Benzel.* A. male. (4) Id innuit, se non amplo magistratu fungi, atque adeo lictoribus secures & fasces praeferentibus cingi. Hos enim homines a Latinis *lictores*, a Graecis ῥαβδούχους appellatos fuisse constat. Lege inter ceteros *Ezech. Spanhemium* de Usu & praestantia Numismatum Tom. II. p. 110. (5) Ita *Medic.* & *Barocc.* σοβούντων, *Reg. max. Golianus* & *Benzel.* B. non inconvenienter. φοβούντων. *Benzel.* A. quod praestat. (6) De hac & aliis vocis ὄγκος notionibus lege *Gatakerum* in Adversariis cap. III. & *Jo. Henr. Majum*, τὸν μακαρίτην, in Observatt. Sacr. lib. IV. p. 56. &, si placet, *Curas* nostras ad *Hebr.* XII. 1. (7) *Juliani* suavem eloquentiam indicat. Ita *Eustathius* in limine commentarii ad Iliad. α. Homeri carmina σειρῆνας appellat. Non inconvenienter *Bochartus* in Hierozoico vocem σειρὴν ex Hebr. *Schir* derivat, quod & *Salvino* in notis ad illum Eustathii locum placuit. Vide eas in novissima Homeri & Eustathii editione a Cl. *Alex. Polito* cum versione Latina curata. Constat praeterea proverbium Σειρῆνων ὑπακουσθέντος, de quo *Erasmus* p. 233. Nonnulla huc pertinentia etiam apud *Ezech. Spanhemium* de Usu & praestantia Numism. Tom. I. p. 252. sqq. inveneris. (8) Proverbialiter id dicitur de sermonibus ineptis, quales *Praxilla*, poëtria Sicyonia in carminibus suis tribuit Adonidi. Hinc ajunt: ἠλιθιώτερος Πραξίλλης Ἀδώνιδος ἐστὶ ὁ Πραξίλλης τοῦ Ἀδώνιδος. *Benzel.* B. habet vero *Benzel* A. ut edidimus. Vide Erasmum p. 405. (9) Phrasin utramque confer cum *Hebr.* XII. 1. & *Act.* XV. 10. (10) μή τι σου κ. τ. λ. ita leguntur in *Barocc. Gol.* & *Reg. max.* quae ita exhibet *Medic.* A. μηδένα γράμματα πρὸ τοῦδε π. ἡ. ἧκεν εἰς Συρίαν; sensus idem est, sed aliter expressus. Sub initium tamen legi debet, μή τις σοῦ. (11) Ita *Voss.* recte. At *Barocc. Medic.* A. & *Vatic.* A. B. item *Golianus*, reliquis omissis: οὐκοῦν ἕτερος γέγονας. (12) ἐμοὶ pro ἑκὼν, *Barocc.* (13) Post σε *Voss.* ita: ὥσπερ ὑμεῖς περὶ τοῦ πράδου, ἵνα μὴ ἐγγράφῃς, non inepte. Desunt tamen in ceteris omnibus.

(14) Sic

vero etiam, ut aequiorem silentii nostri caussam quaeras, &c, si literas non acceperis, famulis potius, tanquam negligentibus, id imputes, quam, amicum improbum evasisse, credas, qui Sacerdotium tibi obtingere cupiebat quidem, sed praevertente fuit inferior, hoc ipso jure suo uso, quod praeverterit.

THEODORO.

Memoriam mei servans honorem mihi habuisti; oculorum vero infirmitatem non penitus conjectura es adsecutus. Quamvis enim nullum corporibus membrum satis mihi valeat, illi tamen magis, quam cetera, deficiunt, &c, si non in literas majusculas incidant, lectorem aliquem poscunt. Tu vero habes codices & multos, & pulchros, talesque qui ita adfectis inservire possint. Ego autem talibus nondum sum dignus: novi etiam, molestum me tibi esse & veniam peto. Quando vero tu misisti, unum id egregium habuerunt, quod a te & cum literis tuis adferrentur. Alias enim tuum non essent donum. Revertitur itaque in idem conclave, cum ceteris egregiis reponendum, ut fascinum a bonis amoliantur.

CAJANO.

Ego vero tuus sum, ut nihil sit mirum, si & tu sis meus. Id tamen persuaderi mihi non patiar, originem imperii tui mihi deberi. Illud enim ex Phoenicia revertens afferebas, ideoque alteri adsessor datus motum tuorum suavitate alios tibi magis, quam illex, conciliabas. Nunc itaque Phoenicia praemium eorum, quae te docuit, reportat, cum eximium te esse jusserit, nunc autem a discipulo & servetur & ornetur. Salutem vero & ornamentum appello, non, quod omnia facere illis liceat, amico scilicet eodemque Phoenice res administrante; sed, quod audio, te in pretio habere, quos decet, & punire, quos oportet, atque id primum ab amicis exigere, ne legibus adversentur, quia, qui in magistratu constitutus, sibi olim familiares contra leges peccare patiatur, noxiam utrisque gratiam faciat, &c, dum amicitiae rationem habere videatur, se ipsum pariter atque illos odio prosequi non intelligat. Nimiae itaque tarditatis famam postulasti, si illa quidem nobis nescientibus scribere tibi visus es. Imo vero epistolam tuam illa jam pridem antevertit, Dei scilicet, ejusque alati officio fungens, neque forum solum implevit, sed & Regiam aulam ingressa & Regi & vati voluptatem attulit. Ille vero gaudens, sicut laetantem decet,

κατέρχει ζητῶν αἰτίαν, καὶ, ὅταν γράμματα μὴ λάβῃς, μᾶλλον τοῖς διακονοῦσιν (14) ὡς ἠμεληκόσιν ἐγκαλεῖν, ἢ τὸν φίλον εὐθὺς νομίζειν γεγονέναι κακὸν, ὃς ἐβουλήθη μέν σοι τὴν ἱερωσύνην γενέσθαι, τοῦ φθάσαντος δὲ ἡττήθη, τοῦτ' αὐτὸ δίκαιον ἔχοντος τὸ προειληφέναι.

DCCVIII. ΘΕΟΔΩΡΩι. (1)

Τῇ μὲν μνήμῃ τετίμηκάς με. τῆς δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἀσθενείας οὐ μάλα ἐστοχάσω. Ἔῤῥωται μὲν γὰρ οὐδέν μοι μέρος τοῦ σώματος, οἱ δὲ πλέον ἢ τἆλλα ἀπειρήκασι, κἂν μὴ μεγάλων λάβωνται γραμμάτων, ζητοῦσι τὸν ἀναγνωσόμενον. Σοὶ δ' ἔστι μὲν βιβλία πολλά; καὶ καλά, καὶ οἷα βοηθεῖν τοῖς οὕτω διακειμένοις. Ἐγὼ δὲ οὔπω τῶν τοιούτων ἄξιος. καὶ οἶδα ἐνοχλήσας, καὶ συγγνώμην αἰτῶ. ὡς εἴγε ἔπεμψας, ἓν μόνον εἶχε καλὸν, τὸ παρὰ σοῦ τε καὶ μετὰ σῶν κεκομίσθαι γραμμάτων. ὡς τῇ γε ἄλλῃ τὸ δῶρον οὐ σόν. Ἥκει οὖν αὖθις εἰς ταὐτὸ ταμιεῖον μετὰ τῶν καλῶν κεισόμενον, ὅπως βασκανίας ἀπελαύνῃ τὸ καλῶν.

DCCIX. ΓΑΙΑΝΩι.

Καὶ γὰρ ἐγὼ κτῆμα σὸν, ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ καὶ σὺ κτῆμα ἡμῶν. Ἐκεῖνο μέντοι οὐκέτι πείθομαι, τὴν περὶ τὸ ἄρχειν ἀρχὴν παρ' ἡμῶν γενέσθαι (1) σοι. Κομίζων γὰρ αὐτὴν ἐκ Φοινίκων (2) ἀφίξο, καὶ διὰ τοῦτο ἑτέρῳ παρεδρεύων μεῖζον ἴυγγος (3) ἴσχυσας τῷ τρόπῳ. Καὶ νῦν Φοινίκη μισθὸς, ὧν ἐδίδαξε, κομίζεται, ποιήσασά τε γενναῖον, καὶ παρὰ τοῦ μαθητοῦ σωζομένη τε καὶ θεραπευομένη. σωτηρίαν δὲ καλῶ καὶ θεραπείαν, οὐ τὸ ἐξεῖναι πάντα ποιεῖν, ὡς ἂν ἑταίρου καὶ Φοίνικος ἄρχοντος. Ἀλλ' ὅτι σε ἀκούω καὶ τιμᾷν, οὓς δεῖ, καὶ κολάζειν, οὓς χρὴ, καὶ τοῦτο πρῶτον ἀπαιτοῦντα τοὺς φίλους, τὸ μὴ ἀπειθεῖν τοῖς νόμοις, ὡς ὅστις ἐν ἀρχῇ τοῖς πάλαι συνήθεσι δίδωσι παρανομεῖν, βλαβερὰν ἀμφοτέροις χαρίζεται χάριν, καὶ δοκῶν αἰδεῖσθαι φιλίαν, αὑτόν τε κἀκείνους μισῶν οὐκ οἶδε. Πολλὴν δὲ ἄρα βραδυτῆτα κατέγνως τῆς φήμης, εἰ ἀγνοοῦσι ταῦτα ᾠήθης γράφειν. Ἡ δὲ πάλαι σου τὴν ἐπιστολὴν ἔφθη, θεοῦ τε πρᾶγμα ποιοῦσα καὶ ὑποπτέρου (4). καὶ οὐ τὴν ἀγορὰν γε μόνον ἐνέπλησεν αὐτῆς, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς τὸ βασίλειον εἰσῆλθεν, ἡδονὴν φέρουσα τῷ Βασιλεῖ καὶ μάντει (5). ὁ δὲ (6) χαίρων ἐφθέγξατό τε, οἷα τὸν ἡδόμενον

(14) Sic *Barocc. Voss.* & *Ambros.* T. 5. διακόνοις *Medic.* & *Vatic.* B. διακονοῦσι, *Reg. max.*

EP. DCCVIII. (1) Θεοδώρῳ, *Reg. max.* & *Vatic.* B. Θεοδώρῳ, *Voss. Vatic.* A. & *Mutin.* A. Prius praestare ex epistola ipsa manifestum puto.

EP. DCCIX. (1) Ita hodie *Reg. max.* ex emendatione, cum olim legeretur γενέσθαί σοι, quod & in *Voss.* exstat. (2) Φοινίκης, *Voss.* (3) Alludit forte ad *Pindari* illud Nem. IV. vs. 56. ἴυγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ. Vide ibi scholia: ἴυγξ εἶδος ὀρνέου ἐρωτικοῦ & adde sequentia, quibus phraseos hujus origo ex mythologia exponitur. Adde *Erasmum* p. 50 & 51. Sensus est, *Cajanum* quasi praestigiis quibusdam alios in amorem sui perduxisse. (4) Mercurium, Deorum interpretem, eumque alis instructum, intelligit. (5) Per *vatem* se ipsum intelligit *Libanius*, qui id omne exspectatione praeceperit, & instar vatis praedixerit. (6) ὁ δὲ, *Voss.* pro ὅτε *Regii max.* Rex vero intelligitur.

μένου εἰκός. καὶ τί που καὶ ἡμεῖς παρόντες ἠκούσαμεν καὶ συνήσθημεν τε, καὶ συνεισενέγκαμεν κρότον, ὃν ἐκεῖνός τε οἶδε, καὶ σὺ δήπου τεκμαίρῃ.

cet, retulit. Nos quoque praesentes nonnihi eorum audivisse, & laetatos esse, plausumque cum ceteris edidisse, & ille novit, & tu forte conjectura adsequeris.

DCCX. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Ὤμην σε ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τῶν περικεχυμένων πραγμάτων οὐχ ὁμοίως ἀγαθὸν ἐπιστέλλειν εἶναι. σὺ δὲ ἄρα καὶ τοῦτο πράττεις, κἀκεῖνο ἐφύλαξας. Ἐμὲ γοῦν τὸν οὐδὲν ἄλλο ἢ γράφοντα νενίκηκας τῷ πλήθει. τὸ δέ γε κάλλος ἴσον. καὶ μικρός μοι σῖτος ἅπας καὶ χρυσὸς πρὸς τὴν ὥραν τῶν γραμμάτων, ἐν οἷς ἡμᾶς ἀναγκάζεις μὴ σιγᾶν, ὡς δόξοντας (1) χρημάτων ἕνεκα ἐπεσταλκέναι, εἰ ἅμα τῷ τὰ χρήματα ἔχειν, ἀποστησόμεθα τοῦ γράφειν. Αἰσθάνομαι (2) δὲ, ὅτι γελᾷς ὑπὸ σαυτῷ (3), με λαβὼν καὶ γεγονὼς κύριος παίζειν τε καὶ τιμὰς τάττειν πυρῶν καὶ κριθῶν (4). Ἀλλ' εὖ ἴσθι, μᾶλλον ἔσῃ μου κύριος αὐτίκα, καὶ δώσεις (5) τι μεῖζον ὁ τὰ παρόντα θαυμάσας, τότε. σύ τε ἐμοῦ λέγοντος ἀκούσῃ καθήμενος, οὗ σοι πρέπει. καὶ ἐγώ σου (6) τὰς ἔριδας τὰς ἐν ταῖς δίκαις ῥεούσῃ φωνῇ διαλύοντος. Καὶ ἐπαινεσόμεθα, σὺ μὲν εὐνοίᾳ τἀμὰ, ἐγὼ δὲ ἀληθείᾳ τὰ σά.

EIDEM.

Putabam te, praefectura fungentem, & negotiis circumfusum, non aeque alacrem ad literas scribendas futurum. Tu vero & alterum illud facis, & hoc observas. Propterea me, nulli rei, nisi scribendo, intentum literarum copia vicisti. Elegantia vero est eadem: & victus omnis aurumque omne parvi a me fit, si cum literarum tuarum elegantia comparetur, quibus nos cogis quasi, ne sileamus, tanquam qui videri possimus lucri causa scripsisse, si a scribendo abstinuerimus, simulac pecuniam acceperimus. Video autem, ridere te in sinu, qui me tuum habeas, & jocari mecum, triticique ac hordei mensuram statuere possis. At, scias velim, propediem magis in me dominaberis, quique praesentia magni fecisti, majora tum dabis. Tu scilicet eo, qui tibi competit, loco sedens me perorantem audies; ego vero te, forenses causas voce diserta definientem. Et tu quidem pro benevolentia tua mea, ego vero tua, rei veritate adductus, laudabo.

DCCXI. ΙΑΜΒΛΙΧΩι.

Παῖς (1) ᾔτει μοι γράμματα προσελθών. ἐγὼ δὲ ὤκνησα μὲν, ἔδωκα δέ. Ἐποίει δὲ τὸν μὲν ὄκνον, ὅτι σὺ τῶν Ἐρεχθειδῶν (2) εἰλημμένος καὶ ἀκροπόλεως ἐκείνης, καὶ ἀνδρῶν, καὶ τόπων καὶ θεῶν, ἐδόκεις μοι τῶν προτέρων παιδικῶν ὑπὸ τῶν δευτέρων καταφρονεῖν. δοῦναι δὲ ἔπειθε, μᾶλλον δὲ ἠνάγκαζε τὸ ἐρᾷν. κωλύει γὰρ οὐδὲν ἐρᾷν τι (3) πρὸς ἕτερον ἀπηρτημένος. Ἐγὼ δὲ κἂν ὑβριζόμενος ἤλεγξα τὴν παροιμίαν οὐδ' οὕτω λύων τὸν ἔρωτα (4). Δεόμεθα δὴ σου τὸ σὸν γένος ἀναμεῖναι μὲν τὸν Βοηδρομιῶνα (5), καὶ μετασχεῖν τοῖν θεοῖν. ἀλλὰ κἂν ἄλλη τις τελετὴ καλῇ (6), τρέχειν, καὶ γενέσθαι (7) τοῖς δαίμοσι διὰ μυστηρίων ἑταίρους, νομίσαι δὲ καὶ τοῦτο ἱερὸν, τὸ τὸν πατρῷον οἶκον ἐπανελθόντα συνέχειν, καὶ συνεῖναι μὲν τοῖς ζῶσι τῶν οἰκείων, τιμᾷν δὲ τοὺς οἰχομένους. Εἰ δὲ δεινὴ κατέχειν ἡ τῆς Ἑλλάδος γῆ, πάλιν δεόμεθά σου σπεῖραι (8) παῖδας Ἀθήνησι, καὶ τὸ γένος ἡμῖν ἐκτεῖναι. Πάντως δὲ ἡ πόλις γέμει τῶν ἀπὸ

JAMBLICHO.

Famulus accedens literas poscebat. Ego tergiversabar quidem, dabam tamen. Cunctari me id jubebat, quod tu ad Erechtidas illos, urbemque principem, & viros, & locos, & Deos profectus priores illas delicias prae his posterioribus contemtius habere videbaris. Amor vero in te meus dare literas non tam suasit quam coëgit. Nihil enim impedit amare aliquem, qui aliud quid elegerit. Ego itaque, quamvis laesus, confutavi proverbium, qui nec sic ab amore discesserim. Precamur igitur te, ut liberos tuos per Augustum commorari ibi & Diis frui patiaris. Imo vero, si quod festum aliud vocet, excurrant eo, & Diis per mysteriorum celebritatem potiantur, id vero etiam sacrum putent, si familiam paternam congregatam conspiciant, & cum illis, quos ex necessariis habent superstites, degant, defunctos autem venerentur. Si vero Graecia ad detinendum te idonea est, iterum te precamur, ut Athenis liberos seras, gentemque amplifices. Urbs autem illa Codri posteris

EP. DCCX. (1) Sic *Voss.* pro *δόξαντας Regii max.* (2) Idem *Voss.* ex emendatione pro *αἰσθομαι* hujus. (3) Phrasis proverbialis, similis illi Homericae Odyss. X. vs. 411.

Ἐν θυμῷ γρηῦ χαῖρε.

Conf. *Erasmi* & aliorum Chiliadas p. 674. (4) Videtur Cajanus effecisse, ut Libanio stipendium suum augeretur. (5) *δώσεις, Voss.* (6) *σοι, idem.*

EP. DCCXI. (1) Ὁ παῖς, *Voss.* (2) Athenienses intelligit, ab Erechtheo, Rege, ita appellatos. (3) I. e. *τινός.* In *Voss.* tamen *τῷ.* (4) *ὕβρις ἔρωτος λύσις, injuria solvis amorem*, quod Graecorum epigrammata ajunt. Vide *Erasmum* p. 49. (5) *Βοηδρομιὼν* Atheniensium a variis variis mensibus nostratibus respondere existimatur, de quo Graecarum Antiquitatum Scriptores exponunt. Vide *Jo. Philip. Pfeifferum* lib. I. c. 41. & *Tourrelium* in Notis ad Demosthenis Philippicas. p. 258. Hic speciatim mensis a solemni quodam festo appellatur, quod in memoriam illius diei agi solebat, quo Xuthus Atheniensibus oppugnatis opem tulerat. Hinc patet, cur noster Deorum festorumque faciat mentionem. (6) Sic *Voss. καλεῖ, Reg. max.* (7) *γίγνεσθαι, Voss.* (8) *σπεῖραι, idem.*

(9) Co-

ſteris abundat. Idem vero hoc & filios tibi pariet, & amicos explorandi copiam faciet. Qui enim vere te amant, perpetuo te amabunt: alios vero videbis avolantes. Tu autem, vir ingenue, & ex talibus orte, priora illa potius conſectare. Juſtum enim illud eſt. Quod ſi vero aliud placeat magis, & hic celeriter omnia fiant.

JULIANO.

Quantopere damnavi iter illud, (erat enim moleſtiſſimum,) tantopere quoque me ipſum, & multo quidem magis, qui cito ſim reverſus, nec ad ipſam ſtationem proceſſerim, neque id mihi dederim, ut, illuceſcente ſole, divinum caput viderem. Neque enim urbs ipſa, infelix quippe, ſolari me poterat. Infelicitatem vero appello, non annonae caritatem, ſed, quod improba, & mala, & ingrata judicatur ac videtur illi, qui imperium tam amplum, majorem vero prudentiam poſſideat. Quousque igitur *Alcimus* mihi praeſens erat, habebam, qui ſermones meos audiret, quibus & me ipſum culpabam, & honorem a te mihi praeſtitum, ediſſerebam. Ut vero ille diſceſſit, lacunar amicum mihi eſſe juſſi, quod ego, in lecto ſupinus reſpiciens, nunc, inquiebam, vocabat me Imperator: nunc ingreſſus ego conſidebam; id enim mihi concedebat: nunc pro civitate contendebam; nam & hoc licebat mihi, ut pro iis, qui Regem offenderant, ad Regem dicerem. Ille quidem vincebat, jure accuſans, & valens eloquentia. Ego vero in contrarium nitens neque odio eram, neque expellebar. His dapibus me ipſum paſco, & Deos precor, ut primum quidem te hoſtibus faciant ſuperiorem, deinde vero talem te nobis, qualem olim, ſpectandum praebeant. Habeo vero & tertium votorum momentum, quod illi quidem audierunt, ad te vero ego non dixero. Sed nec illud dicere me oportebat, quod non ſum dicturus. Satis enim tu ingenioſus es ad tertium illud ex eo conjectandum, quod optans ego celem, quid tandem optarim. Et vereor ſane, ne contrarium petas. Interim nunc quidem trajice fluvios, & amne vehementior in ſagittarios irrue; poſtea vero de illis cogita, de quibus cogitaſſe te ajebas. Me vero recreare ne graveris, quibus licet, abſentem. Ego enim epiſtolas mittam, tuas illas ex media pugna provocaturus, eo quod perſuaſum mihi habeo, tui eſſe ingenii, & caſtrametari ſimul & ferire, & literas ſcribere. Ita nempe

ἀπὸ Κόδρου (9). τὸ δ' αὐτό σοι καὶ υἱοὺς οἴσει, καὶ βάσανον φίλων. Οἱ μὲν γὰρ ὄντως ἀγαπῶντες μενοῦσι φιλοῦντες, τοὺς δὲ ἀποπετομένους ὄψει. Ἀλλ', ὦ γενναῖε, καὶ ἐκ τοιούτων, μάλιστα μὲν τὰ πρότερα ποίει. δίκαιον γάρ. εἰ δὲ θάτερα νικήσει, κἀνταῦθά τι προσέστω τάχους.

DCCXII. ΙΟΥΛΙΑΝΩι. (1)

Ὅσα κατηγόρησα τῆς ὁδοῦ, καὶ γὰρ ἦν χαλεπὴ, τοσαῦτα ἐμαυτοῦ, καὶ ἔτι πλείω ταχέως ἀναστρέψας, ἀλλ' οὐκ ἐπ' αὐτὸν ἐλθὼν τὸν σταθμὸν, καὶ δοὺς ἐμαυτῷ τὸ καὶ (2) τῆς ὑστεραίας ἅμα τῷ ἡλίῳ τὴν θείαν κεφαλὴν ἰδεῖν. Καὶ γὰρ οὐδ' ἡ πόλις με εἶχε παραμυθεῖσθαι, πράττουσα κακῶς. λέγω δὲ κακοπραγίαν οὐ τὴν τῶν ὠνίων σπάνιν, ἀλλ' ὅτι πονηρὰ καὶ κακὴ, καὶ ἀχάριστος κέκριται (3) καὶ δοκεῖ τῷ τηλικαύτην μὲν ἀρχὴν, πλείω δὲ φρόνησιν κεκτημένῳ. Ἕως μὲν οὖν Ἄλκιμός (4) μοι παρῆν, εἶχον τὸν δεχόμενον τοὺς λόγους, ἐν οἷς ἐμαυτόν τε ᾐτιώμην, καὶ περὶ τῆς εἰς ἐμαυτὸν παρὰ σοῦ διεξῄειν τιμῆς. Ὡς δὲ ἐκεῖνος ἀπῆρε, τὴν ὀροφὴν (5) ἐποιούμην ἀντὶ τοῦ φίλου, πρὸς ἣν ἀναβλέπων κείμενος ἐπὶ τῆς κλίνης, νῦν, ἔλεγον, ὁ Βασιλεὺς ἐκάλει. νῦν εἰσιὼν ἐκαθήμην, καὶ γὰρ τοῦτο ἐδίδου. νῦν ὑπὲρ τῆς πόλεως ἠγωνιζόμην, καὶ γὰρ τοῦτο ἐξῆν ὑπὲρ τῶν Βασιλέα λελυπηκότων πρὸς Βασιλέα λέγειν. Ὁ δ' ἐκράτει μὲν δίκαιά τε ἐγκαλῶν καὶ δυνάμενος εἰπεῖν. Ἐγὼ δὲ φιλονεικῶν οὔτε ἐμισούμην, οὔτε ἐξεβαλλόμην. Τούτοις ἐμαυτὸν εὐωχῶ, καὶ αἰτῶ παρὰ τῶν θεῶν, πρῶτον μέν σε ποιῆσαι κρείττω τῶν πολεμίων, ἔπειθ' ἡμῖν ἐνταῦθα δεῖξαι, καθάπερ ἔμπροσθεν. Ἔστι τι καὶ τρίτον ἐν ταῖς εὐχαῖς, ὃ ἐκεῖνοι μὲν ἀκηκόασι, πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐρῶ (6). ἔδει δὲ ἄρα μηδὲ τοῦτ' (7) εἰπεῖν, τὸ, ὡς οὐκ ἐρῶ. Δεινὸς γὰρ σύγε τὸ τρίτον τοῦτο εὑρεῖν ἀπὸ τοῦ τὸν εὐχόμενόν ἐμε κρύπτειν, ὅπερ ηὐξάμην. καὶ δέδοικα δὴ, μὴ τοὐναντίον αἰτήσῃς (8). Ἀλλὰ νῦν μὲν διάβαινε τοὺς ποταμοὺς, καὶ ποταμοῦ φοβερώτερος ἔμπιπτε τοῖς τοξόταις (9). μετὰ ταῦτα δὲ βουλεύσῃ περὶ ὧν βεβουλεῦσθαι φής. Ἐμὲ δὲ εὐφραίνων μὴ κάμῃς, οἷς ἔξεστι τὸν ἀπόντα. ὡς ἔγωγε ἐπιστελῶ προκαλούμενος γράμματα τὰ σὰ ἀπὸ μέσης τῆς μάχης, πιστεύων, ὅτι καὶ ταῦτ' ἂν εἴη τῆς σῆς φύσεως τάττειν τε ὁμοῦ στρατὸν, καὶ

(9) Codrus, Rex Athenienſium, ex morte, cui ſe ſponte pro patria objecit, illuſtris, teſtante proverbio, Κόδρου εὐγενέστερος. Vide praeter *Eraſmum* p. 533. & 196. *Jo. Harduinum* ad Themiſtium p. 504. Vult itaque, ut ex nobiliſſimis Codri poſteris uxorem ducat.

(5) Itaque rem in medio relinquit. (6) Proverbialis videtur locutio. (7) *Mysorum praeda* proverbialiter illi dicuntur, qui omnium vexationibus ita patent, ut, cum impune ad hostes ferant, singuli sibi quidvis in illos licere arbitrentur. Adhibuit φράσιν *Aristoteles* l. 1. Rhetoricorum, ortumque dicitur a Mysis, vicinorum injurias acerbissimas quondam expertis. Conf. *Erasmi* Chiliadas p. 693. (8) τελευτῶντος, *Medic.* A. male. (9) I. e. ἐπὶ τοῦτον. Sic *Herodotus* lib. I. p. 15. σῶμα ἀνθρώπου dixit pro ἄνθρωπος. Conf. *Curae* nostras ad *Matth.* XXIV. 30. Vel ex hac phrasi patet, τὸ σῶμα non semper, nisi hominem denotat, servum aut mancipium inferre. Vide *Thom. Gatakerum* in diss. de stylo N. T. c. X. p. 65. Ex altera parte *Alex. Morne* fallitur in Notis ad *Hebr.* X. 5. scribens: σῶμα pro servo *nunquam legi, nec lectum puto.* Σῶμα enim de *servo* & *serva* dici demonstrarunt *Isaacus Casaubonus* ad Athenaeum p. 360. & *Menagius* ad Diogenem l. p. 112. Relinquitur itaque, nunc de servo, nunc de libero homine dici, quamvis interdum alterutra significatio addito epitheto ἐλεύθερος, vel δοῦλος, determinari soleat. Sic *Aeneas* c. 8. Poliorcet. & *Polybius* passim σώματα ἐλεύθερα commemorat. Ad utrumque sexum per Atticismum accommodari eandem vocem, ostendit *Ezech. Spanhemius*, ad Aristophanis Plutum vs. 6. (10) Idem persuasum erat Judaeis, Christianos vexantibus, quod praedixit Servator noster *Joh.* XVI. 2. verbis non dissimilibus. (11) Ita scripsi olim cum *Barocc.* monuique, in alio Cod. *Bodlejano* legi: τοῖς τῶν περὶ ταῖς τοῖς θεοῖς τιμὰς μένειν. Similiter nonnihil *Reg. max.* τοῦ περὶ τὰς τῶν θεῶν τιμὰς τίμιον, pro quibus *Medic.* & *Benzel.* A. τοῦ περὶ ταῦτα τιμᾶν τοὺς θεούς. Nostram lectionem & sensui & Graecae linguae magis respondere quisque per se intelligit. (12) ποιείσθω, *Reg. max.* male. (13) *Marsyae mors* de supplicii genere immani & crudeli dicitur. Marsyas enim, sua fidibus canendi peritia nimium confisus, cum Apollinem in certamen provocaret, illas temeritatis poenas dedit, ut excoriatus diem obiret. Vide *Erasmi* Chiliadas p. 154. & *Salmasii* Exercitatt. in Solinum p. 584. De eodem Marsya leges quoque *Isaac. Casaubonum* p. 54. de Poësi Satyrica, edit. Crenianae, & *Langbaenium* ad Longinum Sect. III. n. 24. (14) παραχέτω olim ex *Barocc.* exhibui, simul vero πασχέτω me legere malle professus sum. Jam nihil dubitavi id in contextum inferre, quod praeter *Reg. max.* habent *Voss.* & *Medic.* nec minus in versione sua *Zambicarius.* (15) δίκαιος γάρ, εἰ παρὸν scripsi cum *Medic.* & *Reg. max.* pro quibus *Barocc.* δίκαιον γὰρ ἀποδόντα ἀπηλλάχθαι, εἰ παρὸν· δίκαιος γάρ, εἰ παρὸν, ἀποδιδόντα ἀπηλλάχθαι, χρημάτων ἐστὶν ἥττων, καὶ πάντα ἂν ὑπομένειεν, ὅπως ἔχῃ χρυσίον. *Benzel.* A. fortasse rectius, hoc sensu: *fas enim est, ut pecunia, siquidem habeat, reddita dimittatur. si vero tenax est, omnia perpetietur, ut aurum lucretur.* ita vero ante χρημάτων legendum fuerit: εἰ δὲ. (16) χρημάτων ἥττων ille dicitur, qui avaritiae indulget. Similiter Graeci ἥττων ὀργῆς &c. dicunt. (17) ὑπομένειεν, *Medic.* male. (18) Christianos intelligit, qualis erat *Orion.* (19) De Marco hoc accipe scholion quod in Cod. *Medic.* D. ad hanc epistolam ita legitur: οὗτός ἐστι Μάρκος ὁ Ἀρεθουσίων ἐπίσκοπος, περὶ οὗ πολλὰ διέξεισι καὶ ὁ Θεολόγος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἰουλιανοῦ στηλιτευτικῶν, διηγεῖται δὲ ταυτὰ περὶ τούτου καὶ ὁ Σωζόμενος Ἑρμείας, ὁ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν συγγράψας. Ταύτην ἐν ὑποθέσει ἴσως σκώπτει ἐνταῦθα ὁ Λιβάνιος. Idem scholion legitur in *Vatic.* 481. quod brevius in *Barocc.* 9. ita habet: τὴν ἱστορίαν τοῦ Ἀρεθουσίων ἐγχειρισθέντος Μάρκου τοῦ Χριστιανοῦ ἐνταῦθα ὁ τοῖς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς ἐκκεκομμένος Λιβάνιος τῇ διαβολῇ παρεμβάλλει. Compara cum his, quae de tota hac causa plura recitant *Theodoretus* Histor. Eccles. III. c. 7. & *Sozomenus* lib. V. c. 10. tum vero *Gregor. Nazianz.* Invectiv. I. in Julian. p. 88. sqq. nec omitte, quae *Jo. Clericus* ad illustrandam hanc epistolam affert in Bibliotheca Vetere & Nova Tomo III. p. 366. (20) Παισὶν ἐν παισὶν μετέωρος ἀνατεινόμενος, *Gregorius* l. c. p. 89. hoc praeterea *Marci* scomma adferens, ὡς ἱππικοῖς τὸ σύμβολον, ἑαυτὸν μὲν ὑψηλὸν ὁρῶν, ἐκείνους δὲ ταπεινοὺς καὶ κάτω κειμένους. (21) Constat, barbae crines non solum sponte interdum ex voto aut luctu, sed & victis in subjectionis signum, itemque facinorosis, evelli solitos. Singula haec veterum testimoniis evicit Vir doctus, cui observationem quartam debemus, quae exstat Tom. X. Observation. Selectarum Hallensium. Id vero ignominiae plenum fuit. Vide *Mart. Lydium* de re militari p. 237. sqq. & *Hottomannum* in Franco-Gallia c. IX.

(22) Ita

vellicatus, omnia fortiter ferret, nunc quidem divino cultu afficitur, &c, si quo loco conspiciatur, certatim eum sibi (Christiani) vindicant. Hoc vero sciens Imperator templo quidem indolet, hominem autem non curavit interfici. *Marci* itaque incolumitatem pro lege habe, & *Orionem* salvum, non vero admiratione prosequendum, dimitte. Ait enim, se nihil surripuisse. Pone autem, id eum fecisse. Quid si consumta sint omnia? Putas ne te in pelle ejus aurifodinas inventurum? Ne, quaeso te per Jovem, amice idemque judex, ne quid committas illiberalius. Sed, si poenas illum dare oportet, fac, ut sine vulneribus plateas obeat, nec ostentandi se occasionem nanciscatur.

πάντα ἐνεγκὼν ἀνδρείως, νῦν ἰσόθεός ἐστι ταῖς τιμαῖς, κἂν φανῇ που, περιμάχητος εὐθύς (22). Καὶ ταῦτ' εἰδὼς Βασιλεὺς (23) ἀλγεῖ μὲν ὑπὲρ τοῦ νεῶ (24), τὸν δὲ ἄνδρα οὐκ ἀπέκτεινε. Νόμισον δὲ νόμον τὴν Μάρκου σωτηρίαν, καὶ τὸν Ὠρίωνα σώσας ἔκπεμπε μὴ θαυμαζόμενον. Φησὶ μὲν γὰρ οὐδὲν ἡρπακέναι. Κείσθω δὴ εἰληφώς. τί οὖν, εἰ πάντα ἀπόλωλε; μέταλλα χρυσίου προσδοκᾷς εὑρήσειν ἐν τῷ δέρματι; μὴ, πρὸς Διὸς, ἑταῖρε καὶ δικαστὰ, μή σύ τι πάθῃς ἀβέλτερον (25). Ἀλλ' εἰ δεῖ δίκην αὐτὸν ὑποσχεῖν, ἄτρωτος περιίτω, μηδεμίαν ἔχων εἰς φιλοτιμίαν ἀφορμήν.

ATARBIO.

Musarum esse hanc legationem existima, quae cupiunt, ut *Asteus*, commilitonum suorum unus, longius tempus apud nos commoretur. *Asteus* scilicet hic non quidem huc venit literas tractaturus; videns autem alios, illis instructos, earundem desiderio captus est, jam vero, iisdem ex parte gustatis, dolet, se reliqua haurire non posse. Quod si vero *Marcianus*, pater ejus, molestiis fuerit liberatus, illi quidem in his, in quibus nunc est, perseverare licuerit. Sin vero quis illum abstraxerit, idem & huic statim evenerit, qui consilium quidem non ignoret, senium vero ejus id efflagitet. Tuum itaque, vir eximie, fuerit, ut illum tranquillum esse jubeas, huic autem ad literas persequendas opem feras. Quae enim nunc subjectis commoda alia exhibes, illis nequaquam id fuerit inferius, si quis ex istis Rhetor tua ope evadere possit. Omnes vero scient id, quod dederis, me quidem id non tacente, illo vero de beneficio hoc sibi praestito scribente:

DCCXXXII. b. ΑΤΑΡΒΙῼ.

Τῶν Μουσῶν νόμισον ταύτην εἶναι τὴν πρεσβείαν, βουλομένων αὐταῖς Ἄστειον ἕνα τῶν χορευτῶν ἐπὶ πλείω προσδιατρῖψαι χρόνον. ὁ δὲ Ἄστειος οὗτος ἧκε μὲν ὡς οὐχ ἀψόμενος λόγων, ὁρῶν δὲ ἄλλους κλωμένους, ἐπιθυμήσει τοῦ κλήματος, καὶ μέρος λαβὼν, πένθος ποιεῖται, τὸ μὴ καὶ ἄλλα λαβεῖν. Ἀλλ' ἢν μὲν ὁ πατὴρ αὐτῷ Μαρκιανὸς ἀπαλλαγμένος ᾖ πραγμάτων, ὑπάρξει τούτῳ μένειν, ἐφ' ᾧ ἐστι νῦν· ἢν δὲ ἐκεῖνόν τις ἕλκῃ, καὶ τοῦτον ἐκεῖθεν εὐθέως, οὐκ ἀγνοῶν (1) μὲν τὴν βουλὴν, τοῦ γήρως δὲ ἀναγκάζοντος. Σὸν οὖν, ὦ γενναῖε, γενέσθω, τὸν μὲν ἐν ἡσυχίᾳ διατηρῆσαι, τῷ δὲ συναγωνίσασθαι πρὸς τὴν τέχνην. ὡς, ἃ νῦν εὖ ποιεῖς τοὺς ἀρχομένους, οὐχ ἧττον εἰ (2) διὰ σὲ (3) ῥήτωρ ἔσται τις αὐτῶν. Εἴσονται δὲ πάντες, ὃ δώσεις, ἐμοῦ τε οὐ σιγῶντος, καὶ τούτου περὶ τοῦ χάριτος γράφοντος.

MODESTO.

Brachinus ex illis copiis militaribus est, per

DCCXXXIII. ΜΟΔΕΣΤῼ.

Τῆς στρατιᾶς (1) εἷς ἐστιν ἐκείνης (2) Βραχῖνος (3), δι'

(22) Ita haec nunc reddo, quae olim minus eram assecutus, quod & *Zambicario* evenit, ita vertenti: *& si alicubi oppugnare videtur.* Res ita habet. *Marcus* ille, superatis fortiter vexationibus illis omnibus, superstes manebat, atque deinde hoc constantiae praemium habebat, ut, quoties publice conspiceretur, Christiani quique, & forte etiam ex paganis nonnulli, ad eum concurrerent, virtutem ejus admiraturi, & opem adversus injurios laturi. Accipe hanc in rem praestantissimi mihique amicissimi *Maturini Veyssiere la Croze* verba olim ad me perscripta: *Tanta enim fuit eorum* Marci *cruciatuum gloria, ut cum adhuc pro Semi-Ariano habitus esset, eum & Orthodoxi, ut apparet e* Gregorio Nazianzeno, *& haeretici sibi vindicarent. Certe hanc vocem* περιμάχητος *id significare, testis est omnium locupletissimus* Aristoteles *Rhetoricorum* I. 6. *ubi dicit*, τὸ περιμάχητον esse, ὃ πάντες ἐφίενται. *Sic* Isocrates περὶ εἰρήνης. Οἶδα μὲν οὖν, ὅτι χαλεπόν ἐστι δοκεῖν ... περιμάχητον ... λέγειν. Memini ego, *Philostratum* eandem voci significationem tribuere in Heroicis, ubi de *Nigro*. (23) *Julianus* is est, quem *Gregor. Nazianz.* l. c. p. 90. ex-Praefecto (ὑπάρχῳ) ea occasione haec ait audiisse: ... Fortasse igitur hac voce permotus est *Julianus*, ut *Marci* vitae parceret. (24) Marcus enim, *Constantio* imperante, δαιμόνων τι καταγώγιον οἰκοδομῶν ..., i. e. *daemonum domicilium quoddam everterat*, quae *Gregorii* verba sunt p. 88. Ceterum *Zambicarius* pro ὑπὲρ τοῦ νεῶ legit ὑπὲρ τοῦ νέου, vertens, *juvenis causa.* (24) ἀβέλτερον Lexicographi veteres interpretantur ἀνόητον, ἀσύνετον, ... *Montefalconius* fragmentum Glossarii cujusdam in praestantissimo opere, quod Palaeographiam Graecam inscripsit, p. 249. exhibet, ubi ἀβέλτερος per *insulsus. absurdus*, expositum legas. Notatu digna est haec epistola, quae & Historicorum Christianorum de *Marco* hoc narrata firmet, & aequiorem *Libanii* in Christianos mentem prodat. Id unum supra, ubi noster *Marcum* ait opem tulisse olim multis, paganis scilicet, observare neglexi, inter hos ipsum fuisse *Julianum*. Ita enim *Gregorius* p. 90. Καὶ τοῦτο προστίθεισιν, ὅτι τῶν σεσωκότων τὸν ἐξάγιστον (*Julianum*) εἶναι τὸ γένος αὐτοῦ ... ἐκινδύνευε, ... προσαγαγόντων, εἷς οὗτος ἦν.

EP. DCCXXXII. b. (1) Refero haec ad *Asteum*, quamvis sic scribendum fuisset ἀγνοοῦντα. (2) εἰ scripsi pro ἐ, quod est in *Reg. max.* & *Voss.* Sine eo enim sensus non constiterit. (3) Malim legere σοῦ.

EP. DCCXXXIII. (1) Ita scripsi pro στρατείας, quod codd. habent. στρατεία enim & στρατιὰ frequenter a librariis confunduntur. (2) ὃς ἐστιν ἐκεῖνος, *Medic.* D. male. (3) Βραχῖνος *Vatic.* B.

E.P.

δι' ἧς τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα πέπρακταί σοι παρ' ἡμῖν. ἐμοὶ δὲ γέγονε συνήθης ὕστερον, καὶ τὸν ἄνδρα ἐπαινῶ. Βουλοίμην ἂν οὖν Βασιλίδην, ἔστι δὲ αὐτῷ γυναικὸς ἀδελφὸς, ἀγγεῖλαι ἡμῖν, ὡς ἡδέως αὐτὸν ἴδοις. Ἀφῖκται δὲ οἰκίας τε, ἃς ἔχουσι, ὀψόμενος. Ἢν οὖν τι καὶ τοῦ δικαστηρίου δεηθῇ, μετὰ τῆς σῆς εὐνοίας ἀγωνιζέσθω.

per quas multa eaque praeclara apud nos tuis auspiciis sunt gesta. Mihi vero familiaris postea factus est, & virum illum valde probo. Maximopere itaque velim, ut *Basilides*, (est vero ille uxoris ejus frater,) nobis nunciet, te serena fronte se excepisse. Venit vero domos, quas ibi habent, visurus. Quod si qua in re judicio experiri debeat, fac, quaeso, ut benevolentia tua adjutus causam agat.

DCCXXXIV. ΠΑΡΝΑΣΙΩι.

Καὶ ἡνίκα τοῖς πολλοῖς ἐκείνοις Ἀβυδηνοῖς (1) περιπεπτώκεις, ἤλγουν. καὶ νῦν εἰλημμένου σου τῆς Κορίνθου καὶ τῶν πατρῴων ἀγαθῶν, χαίρω. χαίρω δὲ καὶ τῷ χρηστῷ Πρόκλῳ, κεχωρηκότων τῶν πολλῶν κατὰ νοῦν, ἐφ' ἅτε αὐτὰ αὐτῷ συμβεβλήμεθα, ὁπόσα σύ. Σύγε γὰρ εὔχου δήπου τοῖς θεοῖς ῥέξαντα αὐτὸν ἐπανελθεῖν, ἔγωγε ὁ παρὼν, οὐδὲν πλέον εἶχον ποιεῖν. Οὕτως οὐδὲν τὴν ἐμὴν διαφεύγει δύναμιν.

PARNASIO.

Et dolui ego, cum tu in multos illos Abydenos incidebas; & nunc Corinthum & paterna bona te recuperasse gaudeo. Gaudeo vero etiam de *Proclo*, viro optimo, cum illi multa ex voto evenerint, ad quae tantum ipsi, quantum tu, contulimus. Tu enim vota ad Deos fecisti, ut, rebus confectis, salvus reverteretur, ego vero praesens nihil facere poteram amplius. Adeo nihil est, quod facultatem meam superet.

DCCXXXV. ΠΡΟΚΛΩι.

Ἥσθην καὶ τῷ γραμματείῳ (1) καὶ τοῖς ἐγγεγραμμένοις, καὶ ὡς ὑπ' ἀνάγκης ἁρπασθεὶς ἐπὶ τὸν δεύτερον ἦλθες πλοῦν, τὸν διὰ ἐπιστολῆς. Ἀριστοφάνης δέ σε ἠδίκηκεν οὐδὲν, εἰ γνώμης ἐστὶ τὸ ἀδικεῖν (2). Ἀλλ' ὁ μὲν ἔλεγεν, ἃ ἦν ὑπεσχημένος. ἐγὼ δὲ αὐτὸν ἐβιαζόμην, εἰδὼς, ὅτι σοι μὲν ἀντ' ἐκείνου Δωρίων ἔσται ἤ τις ἕτερος. ὃ δὴ γέγονε. Τῷ νέῳ δὲ, ὃν εἰς Ἄγκυραν ἐβουλόμην ἐλθεῖν, μία ἔστ' ἐλπὶς Ἀριστοφάνης, καὶ τὸ Ἀριστοφάνους σχῆμα. Εἰ μὲν οὖν ἐμοῦ καταγορεῖς (3), ἕτοιμος, ὅ, τι ἂν κελεύῃς, παθεῖν. Ἐκεῖνον δὲ αἰτιώμενος, ὅρα μὴ δόξῃς ἀσυγγνώμων εἶναι, καὶ ταῦτα Ἕλλην τε ὢν (4), καὶ Ἑλλήνων ὅτι περ κεφάλαιον.

PROCLO.

Et literis pariter, & iis, quae scripta ibi erant, delectatus sum. Et tu quidem necessitate abreptus altero usus es praesidio, quod epistola absolvebatur. *Aristophanes* vero nihil te laesit, siquidem laedere alterum ex animi sententia aestimetur. Sed ille quidem dixit, quae promiserat: ego vero eum cogebam, probe gnarus, tibi loco ejus *Dorionem*, aut alium quenquam praesto futurum. Atque ita quidem evenit. Juveni porro illi, quem Ancyram proficisci volebam, unica spes est *Aristophanes*, & *Aristophanis* auctoritas. Quod si itaque dicam mihi scripseris, poenam, quamcunque jusseris, libenter luam. Cave autem, ne, dum alterum illum accusas, videaris immitior, inprimis, cum & Graecus sis, & inter Graecos princeps.

DCCXXXVI. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Ὁ μὲν Βασιλεὺς τοῦ Βασιλέως (1) οὐ χείρων. Φαίην δ' ἂν, ὅτι καὶ βελτίων. εἴ τις τὴν ὅλην ἀρετὴν πρὸ τῆς ἀλογίστου τόλμης ἄγοι. τὸν σύμβουλον δὲ τῷ συμβούλῳ παραβάλλων, ὅρα μὴ δόξῃς ἀγνοεῖν, ὅσον ὄνου καὶ ἵππου τὸ μέσον. Ἐγὼ δὲ λιμοῦ (2) μὲν τὴν πόλιν ἱκετεύων ἐξειλόμην, ὃ καὶ μηδενὸς ἱκετεύοντος ἴσως ἂν ὑπῆρξεν ἀπὸ τῆς ἐκείνου γνώμης. πεῖσαι δὲ ὡς οὐκ ἠδίκηται

DEMETRIO.

Rex quidem Rege non est deterior; dixerim vero, quod & melior sit, si quis id, quod meram spirat fortitudinem, temerariae audaciae praeferat. Quando vero tu consiliarium alterum cum altero comparas, cave, ne videaris ignorare, quantum asinus ab equo differat. Ego vero fame quidem urbem precibus meis liberavi, hoc vero, etiam nemine supplicante, fortasse a bono ejus animo erat profecturum. Conatus vero

EP. DCCXXXIV. (1) Quae Parnasio huic, ex-Praefecto Aegypti, acciderint, & qua de causa in exilium actus sit, ea amplius intelliges ex *Ammiano Marcellino* lib. XIX. c. 12. p. 229. Ibi *Valesius* initium hujus epistolae affert, & ad illud ita commentatur: *Ubi in Abydenorum nomine jocus est elegans: nam Abydeni Graeco proverbio calumniatores dicebantur, & negotium illud, quo vexatus fuerat Parnasius, ex Abydo initium sumserat, ut Marcellinus hic docet. In illis autem verbis, καὶ τῶν πατρῴων ἀγαθῶν videtur ad Patras alludere, quae fuit* Parnasii *patria.* De ejusdem Parnasii fatis lege nostrum Tom. II. Opp. p. 213. De Abydenis Sycophantis confer *Erasmi* Adagia p. 113.

EP. DCCXXXV. (1) Late patet hujus vocis significatus, quam in rem supra vetus quoddam scholion afferre me memini. Confer *Salmasium* de Usuris p. 130. 139. 140. & 413. sqq. unde constabit, de chirographis speciatim, & tabulis quoque, quibus apud Athenienses pecuniae creditae inscribebantur, adhiberi. Confer *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Nubes v. 19. De epistola hic dici constat ex sequente phrasi, διὰ ἐπιστολῆς. (2) Hoc est, quod *Lactantius* ait lib. II. c. 26. de Ira: *non est injuria nisi a consilio profecta.* (3) Sic scribo pro κατηγόρεις, quod est in *Vatic.* A. & *Reg. max.* pro quo in *Voss.* κατηγορεῖς. Forte etiam rectius scripseris κατηγορῇς. (4) Ita saepe noster, ubi ad liberalius aliquid cohortatur, ad Graecos provocat.

EP. DCCXXXVI. (1) Videtur hic *Julianus* cum *Constantio* conferri. (2) Famec Antiochena innuitur.

(3) Ju-

ro praeterea sum, ostendere, eum a nobis non esse laesum; sed re non confecta, abii. Cum tali Rhetore mihi fuit dimicandum. Superest aliquid ad conciliationem faciendam. Quod nos adhuc egimus, ad idem te excitamus.

κηται (3) παρ' ἡμῶν, ἐπεχείρησα μὲν, ἀπῆλθον δὲ οὐ δυνηθείς. τούτῳ ῥήτορι (4) προσεπάλαισα. Λείπεται δὴ πρὸς διαλλαγάς. ἐφ' ὃ ἡμεῖς τετράμμεθα, καί σε παρακαλοῦμεν.

RUFINO.

Utrumque probe sciebam, memorem te scilicet fore precum communium, & rem ipsam adgressurum, cum & ingenuus sis ipse, & ex talibus ortus, atque, unde veneris, recogites. Honorem vero bonore auxisti, quando de iis, quae propter nos acta sunt, etiam ad nos scripsisti. Ajo itaque multa ejusmodi te praestiturum, Rhetorum scilicet divinatione usus. Illa vero non his continetur, ut aruspices respiciant, aut agnos mactent, aut ominibus attendant, sed eo potius, quod idoneis conjecturis utentes Amphiarao proximos facit. Ego itaque in animum mihi revoco, quod cum voluptate mihi aliquando narrabas de statua, quae te docuerit, abavum tuum nobis imperasse. Dicebas enim, virum illum Calliopae illi, quae nos sibi obnoxios habet, sacra fecisse. Ex his itaque sermonibus tuis & voluptate quoque illa conjicio, multa te aliquando dicturum, facturumque multa, quae urbem nostram & servent, & amplificent. Tu vero abi, qui pro his id habeas, quod Romanis gloriam illustrem & multam laudem peperit, id nempe, quod qui posthac imperabunt, optaturi sunt, ut tua gloria non sint inferiores.

DCCXXXVII. ΡΟΥΦΙΝῼ.

Ἀμφότερα εὖ ᾔδειν, καὶ ὅτι μεμνήσῃ κοινῆς δεήσεως, καὶ ὅτι ἔργου ἅψῃ, γενναῖός τε ὢν καὶ ἐκ τοιούτων, καὶ, ὅθεν ἥκεις, ἐννοῶν. Τιμῶν δὲ ἄρα τιμῇ προσέθηκας τοῖς ἐκεῖ δι' ἡμᾶς πεπραγμένοις τὰ πρὸς ἡμᾶς ἐπεσταλμένα. Φημὶ δή σε πολλὰ τοιαῦτα ποιήσειν, τῇ τῶν ῥητόρων μαντικῇ χρώμενος. Αὕτη δέ ἐστιν, οὐκ εἰς οἰωνοὺς ἰδεῖν, ἢ ἄρνας θῦσαι, ἢ φήμαις προσέχειν (1), ἀλλ' ὃ τὸ εἰκάζειν καλῶς ἐγγὺς αὐτοὺς Ἀμφιαράου (2) καθίστησιν. Ἐγὼ τοίνυν ἐνθυμούμενος, ὡς ἡδέως μοι διηγοῦ περὶ τῆς εἰκόνος, ἥ σε ἐδίδαξεν, ὡς ὁ σὸς πρόγονος ἄρξειεν ἡμῶν. Θύειν γὰρ ἔφησθα τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον τῇ ἡμᾶς ἐχούσῃ Καλλιόπῃ. Ἀπὸ δὴ τῶν λόγων ἐκείνων καὶ τῆς ἡδονῆς πιστεύω σε πολλὰ μὲν ἐρεῖν, πολλὰ δὲ πράξειν, τὰ μὲν σώζοντα, τὰ δὲ αὔξοντα τὴν πόλιν. Ἔχων δὲ ἀντὶ τούτων ἅπαν τοῦτο, ὃ Ῥωμαίοις ἤρκεσε, δόξαν ἀγαθὴν, πολλοὺς ἐπαίνους, τὸ τοὺς μετὰ ταῦτα ἄρχοντας εὔχεσθαι, μὴ λειφθῆναι τῶν σῶν.

CAJO.

Scriptio illa Rhetoris dexterrimi elogium continet. Ego vero multa illa & praeclara apud me quaerens, nihil eorum inveni. Mihi tamen profuit didicisse, quae quis faciens idoneum scriptorem praestare possit. Ego enim ex illis sum, qui levia parturiunt. Quod si talis tibi non videar, nihil omnino mirum. Amor enim fallere solet. Ideo etiam valde illos probavi, quibus encomium illud ostendi. Abierunt enim dicentes, se ingentem Poëtae in Rhetorem amorem perspexisse. Interim non video, quid agere debeam. Si enim carmen tam egregium occultavero, in conditorem ejus injurius fuero; sin ostendero aliis, risum illis debebo, si existimem, me in istis inveniri. Ut vero nec te nec me ipsum laedam, providebo. Ceterum quando *Eudaemonem* primum corona cinxisti, id quidem fecisti, quod ipse ego facerem, si essem Poëta. Vir enim ille eodem genere red-

DCCXXXVIII. ΓΑΙῼ.

Τὸ ποίημά ἐστιν ἔπαινος δεξιοῦ ῥήτορος. ἐγὼ δὲ τῶν πολλῶν ἐκείνων καὶ μεγάλων ἐν ἐμαυτῷ ζητῶν, οὐδὲν εὗρον. ἀλλ' ὤνημαι (1) μὲν μαθὼν, ἃ ποιῶν ἄν τις ἀγαθὸς εἴη συγγραφεύς (2). Εἰμὶ δὲ τῶν τὰ φαῦλα γεννώντων. Εἰ δέ σοι μὴ δοκῶ, θαυμαστὸν οὐδέν. Τὸ γὰρ φιλεῖν ἐξαπατᾷν πέφυκε. Διὸ καὶ σφόδρα ἠγάσθην τῶν ἀνδρῶν, οἷς ἔδειξα (3) τὸ ἐγκώμιον. Ἀπῆλθον γὰρ πολὺ φήσαντες ἐμφῆναι τοῦ ποιητοῦ φίλτρον εἰς τὸν ῥήτορα. καὶ ἔγωγε οὐκ ἔχω ὅ, τι ποιῶ. Εἰ μὲν γὰρ κρύψαιμι οὕτω καλὰ ἔπη, τὸν ποιήσαντα ἀδικήσω, δεικνὺς δὲ, γέλωτα ὀφλήσω, οἰόμενος αὐτὸς ἐν τοῖς ἔπεσιν εἶναι. Ἀλλ' ὅπως μὲν μήτε σε μήτε ἐμαυτὸν ἀδικήσω, σκέψομαι. Τὸν στέφανον δὲ Εὐδαίμονι (4) προτέρῳ περιθεὶς, πρᾶγμα ἐποίησας ὃ κἂν αὐτὸς ἐγὼ, ποιητὴς εἴπερ ἦν. Ὁ γὰρ ἀνὴρ ὁμαλ-

(3) Julianus laesum se scommatibus ab Antiochenis putabat. De utroque hoc momento supra diximus. (4) nempe Juliano, qui semper obnitebatur.

EP. DCCXXXVII. (1) Videri poterat *Libanius* his paganorum institutis parum tribuisse. φήμας de Oraculis accipio. Haec enim vocis interdum est notio. Vide Sophoclis Oedipum Tyr. vs. 43. Adde *Spanhemium* ad *Juliani* Orationes p. 97. & Caesares p. 332. (2) Amphiarao, Oeclei filio, apud Oropios templum erat dedicatum, ubi oracula edere idem credebatur. Testis est *Pausanias* in Atticis, & *Strabo* lib. IX. p. 275. Confer *Salmasii* Exercitat. Plinianas p. 167. *Isaac. Vossium* in Melam p. 152. & *Pet. Baelium* Tom. I. Dictionar. p. 204. sqq. edit. secundae.

EP. DCCXXXVIII. (1) Ὤνημαι, *Medic.* A. male. (2) Ampla est vocis συγγραφεὺς significatio. Vide *Tanaqu. Fabrum* ad Longinum περὶ ὕψους Sect. IX. n. 101. & XIII. n. 4. *Longinus* Sect. X. n. 001. συγγραφεῖς & ποιητὰς distinguit, ubi eundem *Fabrum* videbis. Sophistas quoque συγγραφεῖς dictos esse ostendit *Cresollius* in Theatro Rhetorum p. 158. (3) Sic *Voss.* οἷς ἐδίδαξα, *Reg. max.* (4) Et hic *Eudaemon* poëtica facultate pollebat, quod ex alia epistola constat.

μέλλων αὐτῷ τῷ εἴδει τὴν ἀμοιβὴν ἀποδώσειν, ποίημα ἀντὶ ποιήματος. καὶ ὅλως τοὺς μᾶλλον ὁμοίους πρὸ τῶν ἧττον αὐτοῖς ἐοικότων εἰώθασιν ἄνθρωποι ποιεῖσθαι. Τοῦ οὖν τετιμῆσθαι μᾶλλον οἶδα χάριν, ἢ λογίζομαι πότερος πρότερος.

redditurus erat vices, carmen nempe pro carmine. Et sane homines majoris facere solent eos, qui magis sibi sunt similes, quam qui minus. Itaque gratiam tibi potius habeo pro honore mihi habito, quam de eo cogito, uter sit prior.

DCCXXXIX. ΜΟΔΕΣΤΩι.

Ἑλπίδιος (1) οὑτοσὶ παῖς μέν ἐστι Ξιφιδίου τοῦ πάνυ, τοῦ πατρὸς δὲ οὐ λειπόμενος κατὰ τὴν τέχνην. πάντων ἀνθρώπων ἐστὶ πρᾳότατος, καὶ τὸ αἰδεῖσθαι μελετήσας, ἐκ νέου μέχρι γήρως αὐτὸ τετήρηκε, πολλοὺς ἐντεῦθεν κτησάμενος φίλους, ὧν εἷς ἐγώ. Τοῦτον δὲ μὲν ἔμελλες οἰκείως δέξασθαι βοηθὸν ἥκοντα τῇ πόλει, οἰκεῖον ἦν, ἐπεὶ καὶ δημοσίᾳ τιμήσαιτ᾽ ἂν εἰκόνι τὸν ἄνδρα, εἰ τοῦ Ποσειδῶνος διδόντος ποιήσειεν ὑμᾶς (2) καταῤῥύτους (3). ἀλλ᾽ ἤλπισέ τι πλέον ἕξειν, ἀπὸ τοῦ μὴ τὴν οὖσάν μοι πρὸς αὐτὸν (4) ἀγνοεῖσθαι φιλίαν. καὶ ἴσως εἰκότως. κεκήρυκται γὰρ, ὅστις σὺ πρὸς ἐμὲ, καὶ ὡς, ὅστις ἐπιτήδειός ἐμοι, παρὰ σοὶ τίμιος. Ἄγε οὖν, βεβαίου τὰς ἐλπίδας, καὶ περὶ πολλοῦ τὸν ἄνδρα ποιοῦ, τὰ μὲν, ὑπὲρ ὧν ἥκει τιμῶν, τὰ δὲ ὡς ἑταῖρον ἡμέτερον.

MODESTO.

Helpidius hic *Xiphidii* quidem praestantissimi filius est, patre vero quod ad artem non inferior. Est praeterea humanissimus omnium, cumque revereri alios studuerit, moremque hunc a pueris ad senium usque perpetuum servarit, multos sibi hoc ipso amicos, inter quos & ego sum, conciliavit. Illum autem ad opem urbi vestrae ferendam venientem, familiarissime ut susciperes, proprium tibi erat: nam & publice statua decoraturi eratis virum, si quidem, Neptuno annuente, irriguos vos reddiderit. At plura quidem ille de te sibi promittebat, ideo, quod mea cum ipso amicitia non erat obscura. Et fortasse jure merito. Pervulgatum enim est, qualis tu adversus me sis, quodque, qui mihi sit familiaris, idem a te magni fiat. Age itaque, ratas esse jube spes nostras, magnique virum aestima, tum ob ea, quorum causa venit, tum, quod nobis sit amicus.

DCCXL. ΓΑΙΑΝΩι.

Ἅπασι μὲν τοῖς τῶν ἐμῶν μετεσχηκόσι διατριβῶν, ὅσα οἷός τε ἦν, συνεπημόρθωσα τῶν πραγμάτων. Ἑρκουλιανὸν δὲ, τὸν Ἑρμογένους, οὕτω δὴ βέλτιστον ἡγησάμην, ὥστε αὐτῷ καὶ ᾆσμα ἐποίησα γαμοῦντι, φυγὼν ἀεὶ δήποτε τὸ τὰ τοιαῦτα ᾄδειν (1). Πῶς οὖν ἔμελλον τὸν τοιοῦτον ἀπώσασθαι δεόμενον βοηθεῖν αὐτῷ; καὶ ταῦτα ἐν τούτοις, ἃ σὺ κύριος θεῖναι καλῶς. Λέγει τοίνυν οὗτος ὁ Ἑρμογένης ὑπὸ τῆς τῶν Τυρίων ἀδικεῖσθαι πόλεως, οἰκίαν αὐτὸν ἀφαιρημένην, ἣν ὁ πατὴρ αὐτῷ κατέλιπεν, ἆθλον τῶν κινδύνων λαβὼν, Βασιλέως οὖσαν, οὐ Τύρου. Κελεύει δὲ, ὡς ἴσμεν, ὁ Βασιλεὺς τὰς μὲν πόλεις τὰ αὐτῶν κομίζεσθαι, τὰ δὲ ἐκείνου δοθέντα μένειν. Ταῦτα δέ φησιν οὐκ ἀγνοεῖν μὲν τοὺς Τυρίους, ἐπιθέσθαι δὲ αὐτῷ συκοφαντουμένῳ, πιστεύοντας οὐ τοῖς δικαίοις, ἀλλὰ τῷ καιρῷ. Ἐγὼ δὲ πόλιν οὕτω λαμπρὰν οὐκ ἂν ἀξιοίην κερδαίνειν κακῶς· οὔτε γὰρ καλὸν, οὔτε ἀσφαλές (2). ἔτι τε σοῦ δικαίως πρὸς αὐτοὺς προσφερομένου πῶς οὐκ ἄτοπον μὴ νῦν, εἴπερ ποτὲ, καὶ αὐτοὺς δικαιοσύνην ἀσκεῖν, καὶ τὸν ἐφεστηκότα μιμεῖσθαι. Εἰ δὲ ταῦτα μὲν ὕθλον ἡγοῦνται, δεινὸν δὲ, εἰ τῆς τοῦ νεανίσκου ταραχῆς εἰς πλεονεξίαν ἀπολαύ-

CAJANO.

Omnibus quidem illis, qui institutione nostra usi sunt, quoad poteram, res suas meliores reddere semper studui. *Herculianum* vero, *Hermogenis* filium, ceteris adeo praestare putavi, ut etiam nuptias celebrantem meo quodam carmine ornarim, qui alias semper carmina ejusmodi facere abnuerim. Qui igitur fieri poterat, ut virum talem repellerem, opem meam desiderantem, in iis praesertim rebus, quas tu recte conficere possis? *Hermogenes* scilicet hic a Tyriorum urbe se ait injuriam pati, qui domum sibi abstulerint, quam reliquerat pater, praemium eam pro exantlatis periculis nactus, ad Regem, non Tyrum, pertinentem. Jubet vero, quod scimus, Rex, ut urbes sua quidem sibi servent, ea autem, quae ipsi donata sint, ipse retineat. Hoc porro Tyrios ait non ignorare, sibi vero vel sic fraudes struere, non jure, sed tempore nixos. Ego vero urbem tam illustrem iniquum facere lucrum nolim. Neque enim honestum illud est, neque tutum. Cumque tu praeterea juste adversus eos agas, nonne indignum fuerit, eos ne nunc quidem, si alias unquam, justitiae se studiosos praestare, & Praefectum imitari. Quod si vero haec nugas putent, (indignum autem foret, si ex juvenis molestiis lucrum captent) injurii homines com-

EP. DCCXXXIX. (1) Vide infra ad ep. 1301. (2) Sic *Reg. max.* at *Medic. A.* ἡμᾶς. Prius videtur praestare, cum Elpidius hic venerit, urbi illi opitulaturus, in qua *Modestus* erat. (3) De flumine forte urbi advehendo agebatur. (4) Ita *Medic.* Idem videtur, quod σεαυτόν. Mox enim amicitia *Modesti* commemoratur *Reg. max.* legebat αὐτῷ.

EP. DCCXL. (1) *Libanius* a carmine fingendo alienus, adeoque inter eos numerandus, qui dicendi facultatem cum canendi illa non conjunxerunt. (2) Similem sententiam supra habes ep. 725. Ὁρῶ γὰρ, ὅτι νῦν, τὸ μὴ δίκαιον, οὔτε καλὸν, οὔτε μόνιμον.

(3) In

compefcantur. Sic enim Judicis fuffragio timor omnis a noftro removebitur.

λαύσωσι (3), παυσάσθων βιαζόμενοι. Καὶ γὰρ τούτῳ πέπαυται τὰ φοβερὰ κρίσει καὶ ψήφῳ.

LEONTIO.

Si nofti *Eutocium*, nofti etiam, eum probum effe. Sin ignoras, me tamen id teftante, ita de eo fentias. Nullum vero eft dubium, Praefidem juftum homini probo fuppetias effe laturum. Idem vero & amicitia mihi junctus eft, nec exiguis nec paucis argumentis probata. Haec altera fit caufa, quae te ad bene *Eutocio* faciendum compellat, qui jam ex duobus illis adolefcentibus alterum ut Rhetorem nobis remiferis, alterum vero adhuc habeas, eundemque fori peritum reddideris.

DCCXLIX. ΛΕΟΝΤΙῼ.

Εὐτόκιον εἰ μὲν οἶσθα, καὶ ὅτι χρηστός ἐστιν, οἶσθα. εἰ δ' ἀγνοεῖς, ἀλλ' ἐμοῦ μαρτυροῦντος οὕτω περὶ αὐτοῦ φρόνει. Χρηστὸν δὲ ἄνθρωπον ἄρχων δίκαιος ὡς εὖ ποιήσει, δῆλον. Ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ φιλία πρὸς ἡμᾶς οὐκ ἀπὸ σμικρῶν, οὐδ' ὀλίγων. Οὐκοῦν αὕτη σοι δευτέρα τοῦ τὸν Εὐτόκιον εὖ ποιεῖν ἀνάγκη, ἐπεὶ καὶ τοῖν νέοιν τὸν μὲν ἡμῖν ἀπέπεμψας ῥήτορα, τὸν δὲ ἔχεις, καὶ αὐτὸν ἔμπειρον καταστήσας (1) δικῶν.

MAXIMO.

Aeneas hic non ex difertorum nec divitum, nec eorum eft numero, qui alia poteftate valent, nifi quis temperantiam & probitatem poteftatem appellet. His enim operam vehementer dedit. Hoc ipfe ego teftor, fidem habens teftantibus aliis, qui & amici mihi funt, & vere funt. Credo itaque, *Aeneam* auxilii fore compotem apud eum, qui facta ipfa prae luctantium fortuna refpicit.

DCCL. ΜΑΞΙΜῼ. (1)

Οὐ τῶν ῥητορικῶν, οὐδὲ τῶν εὐπόρων, οὐδὲ τῶν ἄλλην ἐχόντων δύναμίν ἐστιν (2) Αἰνείας οὗτος. πλὴν εἴτις λέγοι δύναμιν τὴν ἐπιείκειαν, καὶ τὸ εἶναι χρηστόν. ὡς ταῦτά γε αὐτῷ πρὸς ὑπερβολὴν μεμελέτηται. (3) Μαρτυρῶ δὲ αὐτὸς, πειθόμενος τοῖς μαρτυροῦσιν αὐτῷ, φίλοις τε οὖσιν ἐμοῖς καὶ ἀληθέσι. Καὶ πιστεύω γε, τὸν Αἰνείαν τεύξεσθαι βοηθείας παρὰ τῷ τὰ πράγματα πρὸ τῆς τῶν ἀγωνιζομένων ὁρῶντι (4) τύχης.

MODESTO.

Theodorus hic apud nos quidem natus eft, apud vos vero jus civitatis hereditate nactus. Difcipulis meis adfcriptus, cum primum hanc artem facerem, meam quidem in literis induftriam, fratrum vero in me benevolentiam expreffit. Exercitationes autem hae fpem nobis faciebant, fore, ut in tribunalibus magna fonaret, & voce fua lucrum faceret. Succedente vero tempore aurea aereis pretulit, meliorque factus eft, quam ut potentiam inde natam magni facere poffet, & fapientia praeftans, & juftitiam exercens, & turbas fugiens, & amans tranquillitatis. Jam vero venit ad vos neceffitate coactus, qua ipfi Dii dicuntur effe inferiores. Benigne itaque excipe virum, atque ita, ut decet civem meum & difcipulum, effice quoque ut res fuas facili opera expediat. Quod fi quis moleftus ipfi effe conetur, illi cum legibus te oppone. Indigniffimum enim foret, fi nec pater nec

DCCLI. ΜΟΔΕΣΤῼ.

Θεόδωρος οὗτος ἔφυ μὲν παρ' ἡμῖν. ἐγγέγραπται δὲ παρ' ὑμῖν πολιτείας πατρικῆς κληρονομήσας. Γενόμενος δὲ φοιτητὴς ἐμὸς, ὅτε ἄρτι τοῦ πράγματος ἠπτόμην, τοὺς μὲν ἐμοὺς περὶ λόγους (1) ἐμιμήσατο πόνους, τὴν δὲ τῶν ἀδελφῶν εὔνοιαν εἰς ἐμέ. Αἱ μὲν οὖν διατριβαὶ παρεῖχον ἡμῖν ἐλπίδας, ὡς μέγα ἐν δικαστηρίοις ἠχήσει (2), καὶ πλοῦτον ἀπὸ τῆς φωνῆς ἐργάσεται. Προϊὼν δὲ χρυσᾶ ἀντὶ χαλκέων (3) ἐθαύμασε, καὶ ἐγένετο κάλλιον τοῦ τὴν ἐκεῖ δύναμιν ἡγεῖσθαι μέγα, σωφροσύνῃ τε διενεγκὼν, καὶ δικαιοσύνην ἀσκῶν, καὶ φεύγων ὄχλους, καὶ ἡσυχίας ἐρῶν. Νῦν δὲ ἥκει παρ' ὑμᾶς ὑπ' ἀνάγκης, ἧς ἡττᾶσθαι καὶ θεοὺς λόγος (4). Δέχου δὴ τὸν ἄνδρα ἡμέρως, καὶ ὡς εἰκὸς ἐμὸν πολίτην καὶ μαθητὴν, καὶ ταχείας αὐτῷ ποίει τὰς ἐν τοῖς πράγμασιν ἀπαλλαγάς. κἂν ἐπιχειρῇ τις ἀδικεῖν, ἀπάντα

(3) In *Reg. max.* ita legebatur: ἄναν δ' εἰ μὴ ἢ κ. τ. λ. Ita quoque legitur in *Vatic.* B. & *Voff.* fed ex emendatione pro ἐμῶν, quod olim ibi fuerat, & adhuc eft in *Vatic.* A. Mihi quidem fenfui optime vifum eft confultum, fi fententia haec parenthefeos loco haberetur, & τὸ μὴ expungeretur.

EP. DCCXLIX. (1) Μεταστήσας, *Ambrof.* T. 73.

EP. DCCL. (1) *Vindobon.* chartac. addit: φιλοσόφῳ. Vereor autem, ne falfum hoc fit, nec ad illum potius *Maximum* pertineat, ad quem plures noftri exftant epiftolae. Is vero non erat Philofophus, fed magiftratu quodam fungebatur. Vide infra ep. 754. (2) ἐστιν in *Reg. max.* a recente manu eft, nec exftat in *Voff. Mutin.* A. & *Vatic.* B. Legitur vero in *Vatic.* A. (3) μεμέληται. *Voff.* (4) ὁρῶντι, *Vatic.* 943.

EP. DCCLI. (1) Λόγων, *Medic.* A. male. (2) Sic *Reg. max.* & *Medic.* ἠχήσει, *Voff.* (3) Invertit proverbium χάλκεα χρυσείων de quo praeter *Erasmum*, *Scipio Gentilis* in Parergis II. 4. (4) Lege hanc in rem veterum Philofophorum, nominatim Stoicorum, effata apud *Stobaeum* Sermon. LX. Plura collegerunt *Pfannerus* in Syftemate Theolog. Gentilis c. VIII. §. 16. *Menagius* ad Diogenem p. 46. b. *Ezech. Spanhemius* ad Callimachum p. 418. & *Cudworthum* in Syftemate Intellectuali p. 5. edit. Anglicanae. Alii tamen ex Gentilibus rectius fentientes Deum fato etiam imperare adfirmarunt. Vide *Rittershufium* ad Oppiani Halieutic. β. v. 8.

(5) Sic

πάντα (5) μετὰ τῶν νόμων. ὡς ἔστι τῶν ἀτοπωτάτων, εἰ μηδὲν αὐτὸν ὀνήσομεν μήθ' ὁ πατὴρ μήτ' ἐγώ. καὶ ταῦτα ἄμφω παρὰ σοὶ (6) πάλαι δὴ τιμωμένω.

nec ego quicquam illum juvare possimus, qui tamen uterque jam pridem aliquo a te loco habemur.

DCCLII. ΝΙΚΟΚΛΕΙ.

Οὐ συνίστημί σοι Θεόδωρον, ὃν αὐτὸς ἐξέθρεψας, οὐδ' ἀξιῶ φιλεῖν. πάλαι γὰρ φιλεῖς τὸν ἑταῖρον. ἀλλ' ἵν', ὅτι καὶ ἐμοὶ χαριῇ ταῖς εἰς αὐτὸν σπουδαῖς, εἰδῇς, ἐπέσταλκα. Ἂν μὲν οὖν ἐπηρεάζῃ μηδεὶς, τοῖς ἄλλοις αὐτὸν εὐεργετήσεις. ἂν δ' ὦσιν οἱ τοῦτο ποιοῦντες, διδάξεις αὐτοὺς, ὡς οὐ Νικοκλῆς (1) ὁ γενναῖος ἐκεῖθεν (2) ἀδικίαν φεύγει.

NICOCLI.

Non commendo tibi *Theodorum*, quem ipse nutriveris, neque, ut ames, peto. Jampridem enim amicum illum meum amas. Scribo vero ideo, ut scias, te tuo, in ipsum studio etiam mihi gratificaturum. Si igitur nemo ipsi fuerit molestus, in ceteris bene illi facies. Sin aliqui id audeant, ostendes illis, eximium *Nicoclem* non fugere illinc injuste oppressum.

DCCLIII. ΑΛΒΙΑΝΩι. (1)

Τί τοῦτο; γράμματα ἡμῖν ἔπεμψας οὐ λειτουργοῦσι λειτουργῶν αὐτός. ὥσπερ οὐ πολλὰ μὲν τετελεκὼς, ἔτι ζῶντος τοῦ πατρὸς, οὐκ ὀλίγα δὲ μεθεστηκότος ἤδη. Ξενίσας δὲ ἡμᾶς ἄνω καὶ κάτω (2) θέοντας οὐκ εἴκοσιν ἡμέρας ὥσπερ Οἰνεὺς Βελλεροφόντην (3), ἀλλὰ νῦν μὲν μῆνα ὅλον, νῦν δὲ τρεῖς. ὑπὲρ ὧν καὶ διὰ τοῦτο (4) εἰκότως ἂν ὑπῆρχε προῖκα τῶν ἐμῶν λαμβάνειν. Πρὸς τί δὴ βλέπων ἐπέσταλκας; εἴτε γὰρ ὅτι λέγων κρατεῖς, ἐγώ σοι τούτου μισθὸν ὀφείλω. εἴθ' ὅτι σοῦ Μάξιμος ὁ δίκαιος ὑπερέσχε χεῖρα. Μαξίμῳ μὲν οὖν ἐγὼ πάλιν ὀφείλω μισθόν. σὺ δ' οὐδ' οὕτως ἐμοὶ, τὰ ὀφειλόμενά σοι κεκομισμένος. Οἶσθα δὲ, ὅστις ἐμοὶ πρὸς τοὺς ἑταίρους ὁ νόμος, τὰ πατέρων εἰς αὐτοὺς μιμεῖσθαι. Σοφὸν δὲ σοῦ τὸ μὴ ἐγγράψαι τῇ ἐπιστολῇ τὰ χρήματα. Εὖ γὰρ ᾔδεις, ὅτι βοήσομαι καὶ διώσομαι. Νῦν δὲ ὁ συνεργὸς τοῦ μηχανήματος Οὐλπιανὸς τὰ μὲν ἔδωκε τοῖς ἐμοῖς, πρὶν ὡς ἐμὲ εἰσελθεῖν, τὰ γράμματα δὲ ἐμοί. εἶθ' ὁ μὲν διηγησάμενος, ἐν οἷς εἴης, (πάντα δὲ ἦν λαμπρὰ καὶ ἄξια τῶν ἐλπίδων,) ἀπῆλθεν. Ἐγὼ δὲ ἅμα τῷ βιβλίῳ πανταχῇ τῆς οἰκίας ἰὼν εὑρίσκω τέχνην. καὶ διενοήθην μὲν ἀποπέμψαι πάλιν. Δείσας δὲ μή σε ἀνιάσω (5), καὶ δείσας, μὴ ἀγροικότερον ᾖ, τὰ μὲν εἴασα κεῖσθαι, βουλεύομαι δὲ, ὅπως ἂν ἡ ἀπόδοσις γένοιτο τερπνή τε καὶ ἐν καλῷ τῷ σχήματι, καὶ δυναμένη λαθεῖν, ὡς ἔστιν ἀπόδοσις.

ALBIANO.

Quid hoc sibi vult? Literas misisti tu publico munere fungens ad nos non fungentes; tanquam qui non multa nobis praestiteris, Patre adhuc superstite, nec pauca eodem defuncto. Hospitio enim nos sursum & deorsum currentes excepisti non per viginti dies, ut Oeneus Bellerophontem, sed nunc quidem mensem integrum, nunc vero tres. Pro his & hac de causa fas utique fuerit dotem te de meis accipere. Qua igitur tandem de causa ad me scripsisti? Num forte, quod dicendo alios vincis? Ita vero mercedem tibi debeo. An, quod *Maximus*, vir aequissimus, opem tulit? Sic iterum *Maximo* debeo mercedem: tu vero mihi ne sic quidem, qui, quae tibi debebantur, acceperis. Nosti autem, quam mihi ipse adversus amicos legem dixerim, eam nempe, ut Patrum more in ipsos utar. Sapienter vero pecuniae in epistola non meministi. Noveras enim, me clamaturum, & aversaturum esse. Jam vero *Ulpianus*, consilii tui adjutor, eam meis dedit ante, quam me adiret; literas vero mihi reddidit. Postea autem, enarratis iis, quae nunc ageres (illa vero omnia & praeclara erant, & exspectatione digna) abiit. Ego vero cum literis totam domum perreptans artem tuam detegebam; & animus mihi quidem erat, remittere pecuniam. Veritus autem, ne te offenderem, veritus etiam, ne minus hoc urbanum videretur, illam quidem suo loco reliqui. De eo vero cogito, quomodo rependi tibi & jucunde & decore possit, ita quidem, ut non videatur rependi.

DCCLIV. MAXI-

(5) Sic recte *Voss.* & *Reg. max.* male ἄνευ, *Medic.* (6) σοὶ δυναμένῳ, *Medic.* D.

EP. DCCLII. (1) Ὡς ὁ Νικοκλῆς. *Benzel.* A. recte pro οὐ hoc sensu: *quod, ubi Nicocles fuerit, ibi exsulat injustitia.* (2) ἐντεῦθεν, *Vatic.* A. *Benzel.* A. ἐνταῦθα. tota sententia ita constituenda: ὡς ὁ Νικοκλῆς ὁ γενναῖος, ἐντεῦθεν ἀδικίαν φεύγει.

EP. DCCLIII. (1) Ita *Voss. Vatic.* A. & *Reg. max.* recte, Ὀλβιανῷ, *Vatic.* B. (2) Locutio proverbialis. Vid. *Erasmum* p. 160. (3) *Homer.* Iliad. ζ. vs. 216.

Οἰνεὺς γάρ ποτε δῖος ἀμύμονα Βελλεροφόντην
Ξείνισ' ἐνὶ μεγάροισιν, ἐείκοσιν ἤματ' ἐρύξας.

(4) Duas has voces, διὰ τοῦτο debes *Vaticano* B. a recente manu scriptas. Pro illis spatium est vacuum in *Vatic.* A. *Voss. Reg. max.* & *Mutin.* A. (5) Quae inde a vocibus, καὶ δείσας usque ad ἀπόδοσις sequuntur, desunt in *Regii max.* contextu, ad marginem vero leguntur. *Voss.* autem, *Vatic.* A. B. & *Mutinens.* A. in contextu habent. Pro δείσας *Vatic.* A. γνοὺς, quod tamen ad antecedens illud δείσας rectius pertinere videri possit; hic certe non quadrat.

EP.

MAXIMO.

Spei facta jungis, *Maxime* eximie, vel potius spem factis superasti, qui, praeterquam quod amicis facultates suas salvas praestitisti, hac tua de his cura etiam gloriam, quae ex literis nascitur, iisdem peperisti. *Albanium* sane simul & Rhetorem & divitem fecisti, qui silere eum non permiseris, & dicenti praesto fueris, eundemque ubique ornaveris. Ex quo factum est, ut orationes duae elegantissimae ab advenis mihi adferrentur. Altera magistratus tui solertiam fuse persequitur, altera illius potentiam, qua nunc gaudet, & quae exspectatur. Haec vero non aliunde, quam a tua imperandi dexteritate sunt repetenda. Illa quidem Tantali talentis majora mihi sunt, nec ego praeter talenta illa id quod inter Corinthum & Sicyonem intercedit, possidere mallem, quam talis audire posse. Sis itaque similis etiam in ceteris rebus *Albanio* te praebens facillimum. Si ad orationes ignaviorem deprehendas, durior esto, & poenam posce. Si vel hoc nomine vincias, laudabo vincula. Velim vero, ut & alios ad eadem excites, ne quis nos proverbio, ab una hirundine petito, feriat. Multos vero habes, qui flagello incitati currere possint. Eos si excitaveris, artem nostram instar turris extolles, sublatis illis, quibus nunc mordere nos muscae conantur.

DCCLIV. ΜΑΞΙΜΩι.

Ἐλπίσιν ἔργα προσέθης (1), ὦ γενναῖε Μάξιμε, μᾶλλον δὲ παρῆλθες τοῖς ἔργοις τὰς ἐλπίδας, ὃς πρὸς τῷ τὰ ὄντα τοῖς ἑταίροις σεσωκέναι, τῇ περὶ ταῦτα φρουρᾷ καὶ τὴν ἐκ λόγων αὐτοῖς δόξαν εἰργάσω. Τὸν γοῦν Ἀλβάνιον ἡμῖν ῥητορά τε καὶ πλούσιον ἔδειξας, οὔτε σιγᾶν ἀφεὶς, καὶ λέγοντι βοηθῶν, καὶ πανταχῇ κοσμῶν. ὥστε μοι δύ' ἥδιστοι λόγοι κομίζονται διὰ τῶν ἀφικνουμένων. ὁ μὲν τῆς σῆς ἀρχῆς τὴν ἀκρίβειαν μηνύων, ὁ δὲ τὴν ἐκείνου δύναμιν, τὴν μὲν οὖσαν, τὴν δὲ προσδοκωμένην. καὶ ταῦτα οὐκ ἄλλοθεν, ἢ παρὰ τῆς σῆς εἰς τὸ ἄρχειν ἀρετῆς. Ταῦτά μοι μείζω τῶν Ταντάλου ταλάντων (2). καὶ οὐδ' ἂν τὸ μέσον πρὸς τοῖς ταλάντοις Κορίνθου καὶ Σικυῶνος (3) ἐδεξάμην περὶ τοῦ τοιαῦτα ἀκούειν ἔχειν. Γίγνου δή μοι παραπλήσιος κἂν τοῖς ἄλλοις πρᾶος προσφερόμενος Ἀλβανίῳ. περὶ λόγους εἰ ῥαθυμοῦντα λάβοις, χαλεπὸς ἴσθι, καὶ δίκην ἀπαίτει. κἂν δήσῃς ἐπὶ τούτῳ, τὸν δεσμὸν ἐπαινέσομαι. Δέομαι δέ σου καὶ τοὺς ἄλλους ἐπὶ τὰ αὐτὰ προτρέπειν, ὡς ἂν μή τις ἡμᾶς τῇ ἀπὸ τῆς μιᾶς χελιδόνος (4) παροιμίᾳ βάλλῃ. πολλοὺς δὲ ἔχεις δυναμένους, εἰ δέξαιντο (5) μάστιγα, δραμεῖν. οὓς εἰ κινήσεις, πυργώσαις (6) ἡμῖν τὴν τέχνην, ἀφελὼν (7), οἷς νῦν ἡμᾶς ἐπιχειροῦσι δάκνειν αἱ μυῖαι (8).

ENTRECHIO.

Ob alia omnia *Julianum* mihi dilectissimum reverti domum oportuerat, ut nempe & matrem videret, & sua filii virtute senectutem ipsi redderet jucundiorem. Jam vero venit lacrymas super tumulum effusurus, duplicique nomine matrem defleturus, quod & obierit, & illa ratione obierit. Accedit & tertium malum, quod coactum se videt ad dimicandum cum illis hominibus, quibuscum rem sibi esse minime omnium vellet, & de talibus quidem rebus, quae postulant, ut vetus quaedam tragoedia retegatur. In his omnibus unum ipsi solatium est animus tuus, magistratus, & amicitia, ob quae bono animo ipsum esse jussi, tanquam qui non matrem solum, sed & patrem sic superstitem habeat. De caede quidem ita judicabis, prout examen causae requisiverit. Ubi vero haec ad finem fuerint perducta, *Julianum*, quaeso, mea causa & in urbe, & in gente illa illustrem redde, & Minervae providam adversus Ulyssem curam imitare. Nec vero

DCCLV. ΕΝΤΡΕΧΙΩι.

Ἐπ' ἄλλοις ἐχρῆν ἐπανήκειν τὸν φίλτατόν μοι Ἰουλιανὸν (1), ὀψόμενόν τε τὴν μητέρα, καὶ ποιήσοντα αὐτῇ γῆρας ἥδιστον τῇ τοῦ παιδὸς ἀρετῇ. Νῦν δὲ ἔρχεται δάκρυά τε ἐπαφήσων τῷ τάφῳ, καὶ διπλῆ τὴν τεκοῦσαν πενθήσων, ὅτι τε ἀπῆλθε, καὶ ὅτι οὕτως. καὶ τρίτον κακὸν, τὸ ἠναγκάσθαι αὐτὸν, πρὸς οὓς ἥκιστα ἐβούλετο, περὶ τούτων ἀγωνίζεσθαι. ἐν οἷς πᾶσα ἀνάγκη καὶ παλαιάν τινα τραγῳδίαν ἀποκαλυφθῆναι. Πρὸς δὴ ταῦτα πάντα παραμυθία μία ἡ σὴ γνώμη τε (2) καὶ ἀρχὴ, καὶ φιλία, δι' ἃ πάντα θαῤῥεῖν αὐτῷ παρεκελευσάμην. ὡς οὐ μόνον τῆς μητρὸς, ἀλλὰ καὶ τοῦ πατρὸς αὐτῷ περιόντος (3). Τὰ μὲν γὰρ περὶ τὸν φόνον κρινεῖς, ᾗ ἂν ὁ ἔλεγχος ἄγῃ. ἐπειδὰν δὲ ταῦτα πέρας ἔχῃ, ποίει μοι μέγαν τὸν Ἰουλιανὸν ἔν τε τῇ πόλει, καὶ τῷ ἔθνει. καὶ μιμοῦ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς εἰς τὸν Ὀδυσσέα (4) πρόνοιαν. Πάντως δὲ οὐκ αἰσχύ-
νῃ

EP. DCCLIV. (1) Προσέθηκε, *Voss.* (2) Ταντάλου τάλαντα de immensis opibus dici constat. Vide *Erasmi* Chiliadas p. 214. sqq. *Plato* p. 5. Ταντάλου χρήματα appellat. Itaque *Salvinus* praeter rem Ἀττάλου τάλαντα hic legere malebat. (3) De hoc proverbio jam alibi diximus. Vide interim *Erasmum* p. 731. (4) μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ.' Vide eundem p. 127. Noster vult, non sufficere, quod *Maximus* adversus unum illum talem se praestet; sed in plures idem beneficium esse conferendum. (5) δέξαιντο, *Voss.* sed cum ο supra ι scripto. (6) Vide *Ezech. Spanhemium* ad Orationes Juliani p. 135. ubi ostendit πυργοῦν & πυργοῦσθαι de iis dici, qui efferunt alios, & efferuntur. (7) ἀφελεῖν *Medic.* male. (8) *Muscas* vocat homines in Sophistas injurios, propter impudentiam, qua muscas imitentur: nisi forte eosdem ut parasitos repraesentare voluerit, qui cum muscis solent comparari. Vide *Erasmum* p. 560.

EP. DCCV. (1) Cave, putes, de *Juliano* Imp. sermonem esse. Illius enim mater *Basilina*, paucis a partu mensibus decessit, quod ipse testatur *Julianus* in Misopogono. Plures scilicet hujus nominis fuerunt, de quibus in Indice dicetur. (2) ἡ συγγνώμη τε, *Medic.* A. male, ubi epistola haec exstat ἀνεπίγραφος. (3) Sic *Medic.* in *Reg. max.* παρόντος. (4) Vide *Homerum* passim, v. c. Iliad α. vs. 45. ι. vs. 5. &c. (5) ἐπι-

τῃ νεανίσκον εἰς δύναμιν εἰσάγων, ὄντα τε ἔχοντα καὶ σώφρονα, καὶ δεινὸν εἰπεῖν, οἷον εὔξαιτ᾽ ἄν τις αὐτῷ γενέσθαι παῖδα. Λέγω δὲ ταῦτα οὐχ ἡγούμενός σε δεῖσθαι παρακλήσεως, ὅς γε καὶ ἀπόντος αὐτοῦ τὸν οἶκον συνέχεις. ἀλλ᾽ οὐκ ἂν δυναίμην Ἰουλιανοῦ μεμνημένος, ἢ μικρὰ εἰπεῖν ἢ ταχέως σιγῆσαι, μεγάλα αὐτῷ καὶ πολλὰ συνειδώς. Διὸ καὶ κορυφαῖον οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι τοῦ παρ᾽ ἡμῖν προσειπεῖν χοροῦ. μὴ τοίνυν, εἰ μηκύνοιμι, θαύμαζε. κἂν πυκνά σοι γράμματα ἔρχηται, καὶ τούτου συγγνώμην δίδου. Περὶ μὲν γὰρ τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας κἂν μαντευσαίμην, τὸ δὲ ἄγαν φιλεῖν οὐκ ἐᾷ μὴ φροντίζειν. Εἰ οὖν σοι μέλει τὸ ὡς ἥδιστά (5) με διάγειν, ἐπὶ τοῖς πρώτοις εὐθὺς ἐπίστελλε, καὶ πάλιν ἐπὶ τοῖς δευτέροις. καὶ προσέστω τῶν πραττομένων ἑκάστῳ γράμμα μηνῦον τὰς βοηθείας, ὥστε τὸν μὲν ἐκεῖ μακαρίζεσθαι, κοινωνεῖν δὲ καὶ ἐμὲ τῆς εὐθυμίας.

vero te ullo modo pudeat ad dignitatem provehere juvenem, & prudentem, & sobrium, & disertum, qualem sibi aliquis filium optarit. Haec quidem scribo non ideo, quod adhortatione apud te opus esse censeam, qui, illo etiam absente, familiam tuearis; sed ideo, quod, *Juliani* recordatus, non possim aut exigua dicere, aut illico silere, de quo & praeclara & multa comperta habeam. Propterea eum chori nostri primipilum appellare non vereor. Itaque noli mirari, si longior fuerim. Et, si frequentiores ad te literae venerint, ignosce. De auxilio quidem tuo vates non vanus exstitero: ingens vero amor a solicitudine immunem esse non patitur. Quod si igitur curae tibi est, me suaviter vivere, ad priores has statim rescribe, nec minus ad posteriores. Singulis vero, quae agentur, jungatur epistola auxilii lati interpres, ut, qui apud vos est, felix habeatur, ego vero gaudii reddar particeps.

DCCLVI. ΜΕΜΟΡΙΩι. (1)

Ἐγὼ φιλίας ἀρχὴν ἡμῖν τὴν ἡμέραν ἐκείνην γεγενῆσθαι νομίζω, ἐν ᾗ σε ἐκάλουν ἐπὶ φαύλην θοίνην. σοὶ δὲ ἐδόκει καὶ τὰ μικρὰ μεγάλα. καὶ ἀπῄεις ἥδιον γενόμενος. Πράττω δὴ τὸ τῇ φιλίᾳ πρέπον, καὶ ἐπιστέλλω, πιστεύων, ὅτι με μιμούμενος ἀντεπιστελεῖς. Παρ᾽ οὗ δὴ λήψῃ τὰ γράμματα τῶν ἡμῖν ἐστιν ὡμιληκότων μετὰ κόσμου τε καὶ προθυμίας, ᾧ κεχάρισμαι τὸ ἐντυχεῖν σοι. Σὺ δὲ ἐμοὶ χαριῇ τὸ, τοῦτον ἡμέρως ἰδεῖν.

MEMORIO.

Amicitiae nostrae originem ab illo die puto repetendam, quo te ad coenam tenuiorem vocavi. Tibi vero etiam parva illa magna videbantur, & hilarior a me abibas. Facio itaque, quod amicitiam decet, & scribo, sperans, fore, ut me imitatus rescribas. A quo literas has accipies, is ex illis est, qui mecum honeste & libenter sunt versati. Tu vero mihi hanc gratiam, facies, ut eum serena fronte excipias.

DCCLVII. ΔΙΟΝΥΣΙΩι.

Καὶ τῶν Τρωὸς καὶ τῶν Ἀχιλλέως ἵππων, καὶ αὐτοῦ γε τοῦ τὰ πτερὰ ἔχοντος Πηγάσου μεῖζον ἐμοὶ, Διονύσιε, τὸ σὲ κάλλους οὕτω γέμουσαν ἐπιστολὴν ἐπεσταλκέναι. Φασὶ δὲ, σὲ καὶ τὸν ἄρχοντα ἐγκεκωμιακέναι μετὰ τέχνης ἁπάσης. καὶ ἐγὼ πείθομαι. μαρτυρεῖ γὰρ ἡ ἐπιστολή. Καὶ μὴν καὶ κρατῆσαί σε τῶν ἀντιδίκων λόγος, οἷς ἐκτήσω λόγοις ἐν ᾧ σε ἠδίκουν χρόνῳ. Σὺ μὲν οὖν γῆν τε ἐκομίσω, καὶ ὅσα ἄλλα ἠρπάκεσαν. Ἐμοὶ δὲ δόξα γεγένηται, τὸ σὲ τὰ σαυτοῦ διὰ σαυτοῦ πάλιν ἔχειν. Εἴ τ᾽ οὖν ἔχειν ἐθέλοις τὸν ἵππον, ἀναβαίνων ἔλαυνε. εἴ τ᾽ οὐκ ἂν δύναιο μὴ πέμψαι μοι, τὸν ἵππον λήψομαι χαίρων, ὅτι νικῶν πέπομφας (1).

DIONYSIO.

Et Trois & Achillis equis, ipso etiam Pegaso, alis instructo, praestantius mihi, Dionysi, id videtur, quod epistolam, tot elegantiis refertam, scripseris. Ajunt etiam, te, omni arte usum, Praesidem laudasse; quod ipsum & mihi persuasum habeo. Epistola enim id testatur. Adversarios quoque tuos te vicisse ferunt illa dicendi arte, quam tibi tunc comparasti, cum injuriam illi tibi facerent. Tu itaque & agros recepisti, & cetera, quae tibi abstulerant, omnia. Mihi vero gloria inde nata est, quod tu tua per te ipsum receperis. Sive igitur habere me velis equum illum, conscendens ipse adducito; sive non possis non mihi mittere, accipiam equum lubens, quod victor ipse eum misisti.

DCCLVIII. ΑΛΕΞΑΝΔΡΩι. (1)

Εἰ δὲ (2) Μίδας ἦν νῦν, καὶ ἦρχε Φρυγῶν, καὶ ἦν τῷ Μίδᾳ

ALEXANDRO.

Si Midas nunc esset, & Phrygibus imperaret,

(5) ἥκιστα, *Medic.* male: ἥδιστα διάγειν est ἥδιον γενέσθαι, quae phrasis & in sequente epistola, & passim alibi occurrit.

EP. DCCLVI. (1) Ita *Vatic. A. Voss. Reg. max.* & *Vindobon.* chartac. Θεμορίῳ, *Vatic. B.* *Memorius* recte appellatur. Is enim Ciliciae Praeses datus erat a Juliano. Vide *Ammianum* XXIII. cap. 2. ibique *Valesium*, ubi & hanc nostri epistolam, tunc ἀνέκδοτον appellat.

EP. DCCLVII. (1) εἴτ᾽ ἂν ἐθέλοις τὸν ἵππον ἀναβαίνων ἔλαυνε, εἴτ᾽ οὐκ ἂν δύναιο πέμψαι μοι τὸν ἵππον, λήψομαι γὰρ χαίρων, ὅτι νικῶν πέπομφας. *Benzel.* A.

EP. DCCLVIII. (1) Exiguam hujus epistolae particulam habes apud *Zambicarium* lib. III. ep. 315. (2) Εἰ δὲ νῦν, *Barocc.* 9. & *Laudan.* 11.

(3) Im-

ret, tantumque auri haberet, quantum fabulae ajunt, num me illud potius putas acceptururn, quam honores, quos mihi habuisti, adeo multos, adeo amplos magis, quam copiosos, talesque, qui honoranti potius quam honorato voluptatem adferant? Nosti enim, me saepe beneficium a te petere tergiversatum esse, quanta jam acceperim, recogitantem. Tu vero, animi desideria ex ipso vultu perspiciens, objurgasti me, quod te in conferendis mihi beneficiis ignaviorem esse existimem. Haec vero fama extremos orbis fines pervasit, omnesque jam praedicant, nec filium in patrem, nec patrem in filium benigniorem se praestare posse. Quanto vero tu metu, quantisque periculis cives meos suasu meo liberaris, eoque ipso ostenderis, quod, si per alium quenquam te precentur, ineptiant, quodque senatum nostrum eo perduxeris, ut iisdem laudibus & te & me prosequantur, longum foret dicere, & Arabis, quod ajunt, tibicinis. Cum praeterea scires, nihil esse, quod Sophistam magis illustrem reddat, quam si multis stipatus sit discipulis, nihil non agis, quo alios alibi docentes denudaturum te & per totam Syriam dispersos huc ducturum esse existimas. Hoc autem quomodo fieri possit, facile ostendero. Circulos illos multos mitte, Sophistas non reprehende, neque patres vitupera, illos vero adolescentes, quos nuper caussarum patronis annumerasti, require, arcesse, & perorare jube. Magnum enim ejusmodi hominibus est, si judex dicat: ubinam ille? Exigua enim illa verba faciunt, ut multi ad eum confugiant, qui tanto honore habitus sit dignus. Cujus enim discipuli patrocinium praestare posse videntur, ad eum omnes, potentiae desiderio ducti, concurrunt. Audimus vero Praesides multos non paucos ex obscurioribus illustres fecisse, atque hoc ipso famam sibi comparasse. Nunc vero etiam, ubi egregios Rhetoras appellant, dicere simul solent: hunc *Rufinus*, hunc *Himerius*, illum alius commendavit. Si enim dicendi peritus dicendi occasione destituatur, quo pacto dicendi artem callere se ostendet? Aetate quidem majoribus ab ipso tempore occasio nascitur; iis vero, qui tribunal recens attigerunt, a vobis. Hanc viam insiste, vir omnium praestantissime, & plures, si velis, circa Orpheum tuum conspicies.

D E-

Μίδα τούτῳ χρυσὸς, ὅσον φησὶν ὁ μῦθος (3), ἆρ' ἄν (4) με δοκεῖς ἐκεῖνον ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ τὰς παρὰ σοῦ τιμὰς, οὕτω μὲν ὅσας πολλὰς (5), οὕτω δὲ μείζους ἢ (6) πλείους, ἡδονὴν δὲ τῷ τιμῶντι μᾶλλον ἢ τῷ τιμωμένῳ φερούσας; Οἶσθα γὰρ, ὡς ἐγὼ μὲν πολλάκις ὤκνησα ἐπαγγεῖλαι χάριν, ἐνθυμούμενος, ὁπόσας (7) λάβοιμι. Σὺ δὲ τῷ προσώπῳ μου τὸ τῆς ψυχῆς πάθος εὑρὼν ἐπετίμησας (8), εἰ σὲ ἡγοίμην ἀπορεῖν (9) ποτε χαριζόμενον ἐμοί. Καὶ τούτου ὁ λόγος ἤδη πρὸς τὰ τῆς οἰκουμένης ἔσχατα ἐρρύηκε, καὶ πάντες ᾄδουσιν, ὡς οὔτ' ἂν εἰς πατέρα παῖς, οὔτ' ἂν εἰς παῖδα πατὴρ οὕτως ἐγένετο πρόθυμος. Φόβους μὲν δὴ καὶ κινδύνους ὁπόσους δι' ἐμοῦ τοῖς ἐμοῖς πολίταις ἔλυσας, (10) ἐνδειξάμενος, ὡς, εἰ δι' ἄλλου του (11) δυσωποῖντό σου, ληροῦσι, καὶ ὡς εἰς τοῦτο τὴν βουλὴν ἡμῖν κατέστησας, ὥστε ταῖς αὐταῖς εὐφημίαις ἐμέ τε καὶ σε κοσμεῖν, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν, καὶ αὐλητοῦ φασιν Ἀραβίου (12). Ἀλλ' εἰδὼς, ὅτι καὶ σοφιστὴν οὐδὲν ἂν οὕτω λαμπρύνειν, ὡς εἰ πολλοῖς περιρρέοιτο φοιτηταῖς, οὐδὲν, ὅ, τι οὐ κινεῖς, δι' οὗ νομίζεις γυμνώσειν μὲν τοὺς ἑτέρωθι καθημένους, δεῦρο δὲ ἄξειν τοὺς ἐν Συρίᾳ πάσῃ διεσπαρμένους. Ἐγὼ δή σοι πῶς ἂν τοῦτο γένοιτο ῥᾳδίως ὑποθήσομαι (13). Τοὺς μὲν πολλοὺς ἔα κύκλους (14), καὶ μήτε σοφιστὰς ψέγε, μήτε πατέρων κατηγόρει, τοὺς νεανίσκους δὲ τούτους, οὓς ἄρτι (15) τοῖς συνηγόροις ἐνέγραψας, ζήτει καὶ κάλει, καὶ δείκνυε λέγοντας. Μέγα γὰρ τοῖς τοιούτοις τό, ποῦ δὲ ὁ δεῖνα; τὸν δικαστὴν εἰπεῖν. καὶ τὰ μικρὰ ταῦτα ῥήματα πλῆθος ποιεῖ τῶν καταφευγόντων ἐπὶ τὸν τούτων ἠξιωμένον. Ὅτου (16) δὲ οἱ μαθηταὶ δοκοῦσι δύνασθαι βοηθεῖν, πάντες παρὰ τοῦτον θέουσι τῇ τῆς δυνάμεως ἐπιθυμίᾳ. Ἀκούομεν δὲ πολλοὺς ἄρχοντας πολλοὺς τῶν οὐκ ἐνδόξων ἐν δόξῃ καταστῆσαι, σφίσιν αὐτοῖς ὄνομα κτωμένους· καὶ νῦν τοὺς ἀγαθοὺς ῥήτορας δεικνύντες ἅμα λέγουσι, τοῦτον Ῥουφῖνος, τοῦτον Ἱμέριος (17), ἐκεῖνον ἄλλος. Ἂν γὰρ ὁ λέγειν ἐπιστάμενος ἀφορμῆς ἀπορῇ λόγων, πῶς, ὅτι λέγειν ἐπίσταται, φανεῖται; Ἀφορμαὶ δὲ τοῖς μὲν πρεσβυτέροις παρὰ (18) τοῦ χρόνου. τοῖς δ' ἄρτι γεγευμένοις βήματος, παρ' ὑμῶν (19). ταύτην ἔλθε τὴν ὁδὸν, ὦ πάντων ὑψηλότατε, καὶ πλείους, ἣν ἐπιθυμεῖς, ὄψει περὶ τὸν σὸν Ὀρφέα.

DCCLIX.

(3) Immensae *Midae* opes in proverbium abierunt, de quo alibi diximus. (4) ἄρα, *Medic.* A. & *Reg. max.* at *Golianus* cum nostro *Barocciani* consentit. (5) πολλάς, *Golian.* (6) μείζους ἢ non habet *Golian.* & Bodlejanus alter. (7) ὁπόσα, *Medic.* malim nostrum: refertur enim ad antecedens χάριν. (8) Hic desinit haec epistola apud *Zambicar.* tum in editis, tum in MS. *Ambrosiano.* (9) ἀπορεῖν, *Medic.* (10) Haec ad famem illam Antiochenam, & Juliani in eandem urbem iram pertinere videntur: confer sequentem ad *Tatianum* epistolam 760. (11) *i. e.* ἄλλου τινός. In *Barocc.* legere mihi videbar δ' pro δι, male. (12) Ἀρραβίου plerique legunt codd. alii vero Ἀραβίου, inter quos est *Barocc. Arabius* vel *Arabicus tibicen* proverbialiter de eo alias dicitur, qui a semel coeptis non desistunt. Effertur praeterea varie, nunc Ἀράβιος αὐλητής, nunc Ἀράβιος αὐλὸς, vel κιθαρῳδός. Vide *Erasmum* p. 275. & 508. *Libanius* noster Declamat. VI. Ἀράβιος αὐλητὴς ἡ γυνή. Scholion *Barocc.* ad. h. l. Ἀράβιος αὐλητὴς εἴρηται ἐπὶ τῶν ἀπαυστὶ διαλεγομένων. Atque haec significatio huc maxime quadrat, ut nempe innuatur, homine loquacissimo ad ea omnia edisserenda opus esse. (13) Itaque & *Libanius* de cogendo discipulorum coetu solicitus fuit; quod tamen studium alibi Sophistis exprobrat. (14) i. e. frequentes hominum confabulantium coetus. (15) ἄρτι habent *Voss. Reg. max. Medic.* & *Golianus*, quod in *Barocc.* deest. (16) ὅτῳ, *Reg. max.* (17) Ἱμέριος, *Barocc.* & alii quidam, male, de quo supra. (18) ἄρα, *Reg. max.* male. (19) ὑμῶν, *idem* & *Golian.*

EP.

DCCLIX. ΔΕΚΕΝΤΙΩι. (1)

Καὶ Ἡρακλείδης τυχέτω τῆς παρὰ σοῦ συμμαχίας, (2) ἀνὴρ Μεμφίτης, Ἀσκληπιῷ φίλος, ἐπιεικὴς τὸν τρόπον, πατρῷα ταῦτα διαδεξάμενος. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἦν ἑταῖρός τε τῷ θεῷ, καὶ τἄλλα χρηστὸς, καὶ δι' αὐτόγε τοῦτο (3) τῷ θεῷ φίλος, ὅτι χρηστὸς. ᾧ πολλὰ μὲν εἰς τὴν πόλιν χρήματα, πλείω δὲ εἰς ξένους ἀνάλωται. Βλέψας δὲ εἰς τὸν Ἡρακλείδην ὄψει διὰ τῆς μορφῆς τὴν γνώμην. Οὕτω μηνύει τὴν καλοκαγαθίαν τοῖς ὄμμασιν. Εἰ δέ σοι σχολὴ καὶ ἐπῶν ἀκούειν, ἔστι καλὰ καὶ γενναῖα, καὶ ἃ φήσαις ἂν ὄζειν Ὁμήρου. Τοῦτον ἡμῖν πρὸς Ἀσκληπιοῦ χαίροντα ἀπόπεμψον, ὅπως σὲ τῇδε μὲν παρ' ἡμῖν, οἴκοι δὲ ἐπαινέσῃ παρὰ τῷ θεῷ. ἔρρωσο (4) μοι πανοικεσίᾳ δικαιότατε.

DECENTIO.

Heraclides quoque auxilio tuo potiatur. Memphi ille eſt oriundus, Aeſculapio amicus, moribus ingenuus, omniaque haec a Patre hereditatis quaſi jure conſecutus. Nam & iſte Deo illi erat amicus, & vel ideo Deo amicus, quod bonus eſſet, cum multos in urbem, plures vero in peregrinos ſumtus fecerit. Si tu *Heraclidem* ſpectaris, ex vultu ipſo animum cognoveris. Adeo oculis ipſis probitatem refert. Quod ſi vero otium tibi ad audienda carmina ejus ſuppetit, elegantia & praeclara, quaeque *Homerum* olere dicas, audiveris. Hunc ut nobis hilarem remittas, per Aeſculapium precor. Sic enim te apud nos, & domi quoque apud Deum illum laudaverit. Ita vale, vir aequiſſime, cum tota gente tua.

DCCLX. ΤΑΤΙΑΝΩι.

Τῶν πρώτων σου γραμμάτων εὐθὺς ἡμῖν ἐν ἀρχῇ τῆς ἀρχῆς ἡκόντων, εἶτα ἑτέρων οὐχ ἡκόντων, θαυμάζειν ἐπῄει τοῖς φίλοις, καὶ ζητεῖν, ὅτῳ ποτὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει. Ἐγὼ δὲ αὐτοὺς οὐκ εἴων ἀπορεῖν, οὐδὲ σὴν τοῦτο νομίζειν μεταβολήν. Οὐ γὰρ σὸς οὗτος ὁ τρόπος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν αἰτίαν, ἣν εἶχον ὡς πονηρὸς εἰς τοὺς κρατοῦντας γεγονὼς, ἦγον τῆς σιωπῆς τὴν αἰτίαν. κωλύειν λέγων τὸν νόμον τὰς τῶν τηλικούτων πρὸς τοὺς τοιούτους ἐπιστολάς. τῆς μέμψεως δὲ ἐξελεγχθείσης, ἔφην, ὄψεσθαι τὰ γράμματα. ταῦτα εἶπον. ταῦτα προσεδόκησα. ταῦτα ἐξέβη, τῆς αὐτῆς ἡμέρας σήν τε ἐνεγκούσης ἐπιστολὴν, καὶ τινων ἄλλων, ἐν αἷς ἦν μανθάνειν, ὡς ἀφείθημεν ἐλεύθεροι. (1) καὶ οὐκ ἠγνοοῦμεν τὸν συναγωνισάμενον τοῖς πράγμασι. προσθέντα τι αὐτὸν τοῖς ἀπ' ἐκείνου. Καὶ γὰρ, εἰ μὴ λέγεις, ἀλλὰ βεβοήθηκας, καὶ πρέποι ἂν σοι μὲν, τοῦτο μὴ λέγειν, ἐμοὶ δὲ, λέγειν. Ὁ γὰρ εὖ παθὼν, οὐκ ὢν κακὸς, τοῦτο ποιήσει. Ἐγὼ δέ σε καὶ ἀπόντα φιλεῖν εἶχον ἐν τῷ σῷ παιδί. καὶ προσάγων τῷ Πρόκλου στόματι τοὐμὸν, ἀμφοτέρους ἡγούμην φιλεῖν. καὶ τοῦγε ἐμαυτοῦ (2) συνέχαιρον, οὕτως ὑμᾶς ἀμειβομένῃ, νικώσῃ πάντα τὰ πρὸς ἄρχοντας αὐτῇ πεπραγμένα. καὶ μάλα εἰκότως. Καὶ γὰρ ὑμεῖς τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν τὰ τῶν ἄλλων εἰς ταύτην.

TATIANO.

Cum primae tuae literae ſtatim ſub ipſum magiſtratus tui initium ad me perferrentur, poſtea vero non item aliae venirent, mirum hoc videbatur amicis, quaerentibus etiam, quae hujus rei cauſa eſſet. Ego vero illos non patiebar dubios haerere, mutatoque animo acceptum id ferre. Neque enim tuus ille eſt mos. Itaque ſilentii cauſam eſſe ajebam culpam illam meam, qua premebar, quaſi iniquum me adverſus imperantes praeberem, legem dicens tantorum ad tales epiſtolas prohibere. Criminatione vero hac diluta, literas tuas me accepturum eſſe ajebam. Haec dixi: haec exſpectavi: haec facta ſunt; cum ipſa illa dies & tuam & aliorum quorundam adferret epiſtolas, ex quibus diſcebam, a culpa nos omni eſſe abſolutos. Neque ignorabam utique eum, qui ſuppetias hic tuliſſet, & de ſuo aliquid contuliſſet. Quamvis enim tu id non dicas, adjutor tamen fuiſti; & te quidem id non dicere, me vero dicere, decet. Qui enim beneficium acceperit, niſi improbus fuerit, ita aget. Ego vero te etiam abſentem in filio tuo poteram oſculari. Os enim meum Procli ori admovens, utrumque oſculari videbar. Patriae vero meae gratulabar, quae vices vobis ita rependerit, ut reliqua omnia, quae adverſus imperantes alias praeſtitit, ſuperarit. Et merito id quidem. Nam & vos veſtris beneficiis illa aliorum omnia in urbem iſtam collata ſuperatis.

DCCLXI. ΑΝΤΙΟΧΩι.

Δέχου (1) δὴ τὸν ἄνδρα τόνδε, καὶ ποίει στρατιώτην, ὄντα μὲν προνοίας ἄξιον διὰ τὸν τρόπον, προσδοκή-

ANTIOCHO.

Suſcipe, quaeſo, virum hunc, & militibus adſcribe, qui & ob mores ſuos cura tua dignus ſit, atque id ſe mea ope conſecuturum eſſe ſperarit,

EP. DCCLIX. (1) Sic *Voſſ. Reg. max.* & *Medic. B.* Ἀνατολίῳ *Vatic.* 943. & *Vindobon.* chartac. (2) βουθίνος, *Vatic.* 943. (3) διὰ τοῦτο, *Medic.* (4) ἔῤῥωσο, *Medic.*

EP. DCCLX. (1) De gratia Juliani Antiochiae urbi conciliata loqui videtur *Libanius*, cum in calce epiſtolae ejusdem faciat mentionem. Eidem vero *Julianum* hactenus ſuccenſuiſſe, in ſuperioribus epiſtolis aliquoties queſtus eſt. (2) Scilicet πατρίδι; nempe *Antiochiae.*

EP. DCCLXI. (1) *Vindobon. chartac.* ἀνέχου, male.

EP.

rarit, consequi vero adhuc non potuerit. Idem nihil fecit eorum, quae indignabundi facere solent, nec quenquam vel duriori verbo laesit: quamvis longum tempus hic consumserit, me semper respiciens, mihique inserviens. Ego vero id tantum poteram, ut vices ejus miserarer. Quoniam vero Dii pro gratia sua id nobis dederunt, ut tibi potestatem conferre poterimus, hoc illorum munere utimur, mittimusque hominem, praestare aliquid volentem, qui, quod nihil adhuc praestare potuerit, patienter tulit. Tu vero, *Antiochus* cum sis, & illum & literas nostras serena fronte videbis, nobisque rescribes, quod non frustra ad te scripserimus. Ceterum sumtus in hanc rem necessarios & probe novit noster, & facere non cunctabitur.

δοκήσαντα δὲ τοῦτο ἕξειν δι' ἐμοῦ, οὐχ ὢν δὲ οὐ δυνηθέντα, τὸ δὲ τῶν ἀχθομένων οὐ πεποιηκότα, ῥῆμα οὐδὲν ἀφέντα κατ' οὐδενὸς δυσχερές. Καίτοι μακρὸς ἀνήλωται χρόνος αὐτῷ, βλέποντί τε εἰς ἐμὲ, καὶ παρεστηκότι. Τὸ δ' ἐμὸν ἦν τοσοῦτον, ὅσον συναχθεσθῆναι. Ἐπεὶ δὲ οἱ θεοὶ καλῶς ποιοῦντες ἔδοσαν ἡμῖν τὸ σοὶ δύναμιν, χρώμεθά τε τοῖς παρ' ἐκείνων, καὶ πέμπομεν προέξοντά τι, τὸν τὸ μηδὲν ποιεῖν ἐνεγκόντα γενναίως. Σὺ δὲ, ὢν Ἀντίοχος, τοῦτόν τε ἡδέως ὄψει, καὶ τὰ ἡμέτερα γράμματα, καὶ γράψεις πρὸς ἡμᾶς, ὡς οὐ τηάλλως ἐγράψαμεν. Τὴν δ' ἐν τοῖς τοιούτοις ἀναγκαίαν δαπάνην οἶδέ τι καλῶς, καὶ οὐ φεύγει.

THEODORO.

DCCLXII. ΘΕΟΔΩΡΩι. (1)

Vicisti me, qui scripseris ad me non scribentem. Sufficisset utique etiam parva epistola; jam vero & longa illa est, & elegans, & talis, quae in libris te vixisse testetur. Accipe interim silentii mei vindicias. Si nunquam quisquam a quoquam deceptus est, nulla mihi ratio in promtu fuerit, tanquam cui id uni contigerit. Si vero, ex quo homines fuerunt, etiam decipi locum habuit, idque saepe quidem populos, saepe curias, saepe fora judicialia occupavit, imo etiam, quod Poëtae testantur, Deos ipsos vexavit; ipse quoque habeo, quo confugiam. Intercedebat scilicet mutua inter nos amicitia, & tu quidem libenter me, te vero ego videbam, mutuisque commodis uterque laetabamur. Cum vero tu Regem sequereris, magnumque locorum intervallum nos distingueret, vestratium quidam ad nos veniens te multis iisque contumeliosis sermonibus adversus me uti nunciavit: cumque fidem habere nollem, per Deos omnes, rem ita habere, juravit. Grave id mihi videbatur, vir autem famae erat non obscurioris, Itaque consultum putabam, ad te non scribere, nec molestum esse. Jam vero patet, hominem esse mentitum. Neque enim in talem cadit literas ad me scribere. Tu vero *Solonem* cognitum habens, nosti nunc, quem prae nobis accusare debeas.

Νενίκηκας γράψας οὐ γεγραφότι. Τοῦτο δὲ ἦν μὲν ἂν καὶ μικρᾶς ἡμῖν ἐλθούσης ἐπιστολῆς, νῦν δ' ἡ αὐτὴ καὶ μακρὰ καὶ καλὴ, καὶ τὸ ἐν βιβλίοις σε βεβιωκέναι μηνύουσα. Τῆς δ' ἡμετέρας σιωπῆς τὴν ἀπολογίαν ἄκουε. Εἰ μὲν οὐδεὶς ὑπ' οὐδενὸς οὐδεπώποτε ἠπατήθη, λόγος οὐδεὶς ἐστί μοι μόνῳ τοῦτο παθόντι. Εἰ δ' ἐξ ὅσου περ εἰσὶν ἄνθρωποι, καὶ τὸ ἀπατᾶσθαι, καὶ τοῦτο πολλάκις μὲν ἦλθεν εἰς δήμους, πολλάκις δὲ εἰς βουλὰς, εἰς πολλὰ δὲ δικαστήρια, ἥπτεται δὲ ἤδη καὶ θεῶν, ὡς οἱ ποιηταί φασιν, ἔνι τις καὶ ἡμῖν καταφυγή. Ἐμοὶ (2) γὰρ δὴ καὶ σοὶ φιλία μὲν ἦν, καὶ ἑώρας σὺ μὲν ἡδέως ἐμὲ, σὲ δὲ ἐγὼ, καὶ τοῖς ἀλλήλων ἀγαθοῖς ἠδόμεθα. Σοῦ δὲ ἀκολουθήσαντος βασιλεῖ, καὶ πολλῆς γῆς ἐμοῦ τε καὶ σοῦ γενομένης ἐν μέσῳ, παρ' ὑμῶν τις ὡς ἡμᾶς ἐλθὼν, πολλοῖς καὶ πολλὴν λοιδορίαν ἔχουσι λόγοις ἔλεγέ σε χρήσασθαι (3) κατ' ἐμοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ἀπιστοῦντος δὲ, πάντας ὤμνυε θεοὺς, ἦ μὴν ταῦθ' οὕτως ἔχειν. Ὡς δὲ πολὺ τοῦτο ἦν, ὁ δὲ ἀνὴρ οὐ τῶν ἀδοξοτέρων, ᾤηθην εἶναι βέλτιον, μὴ γράφειν, μηδ' ἐνοχλεῖν. Καὶ ὡς μὲν ἐψεύδετο, δεδήλωται. Τοῦ γὰρ ἐκεῖνα ποιοῦντος οὐκ ἦν τὸ (4) ἐπιστεῖλαι. Σὺ δ' εἰδὼς τὸν Σόλωνα (5), καὶ νῦν, ὃν ἀνθ' ἡμῶν αἰτιᾶσθαι δίκαιον, οὐκ ἀγνοεῖς.

MAGNO.

DCCLXIII. ΜΑΓΝΩι.

Et absenti tibi nobiscum venerari licet Jovem Olympium, qui apud nos Daphne, ludis Olympicis coli solet. Veniunt enim, qui athletas vestrates adlocuturi & huc pro more invitaturi sunt. Opus vero illis est viro, qui opem

Ἔξεστί σοι καὶ ἀπόντι θεραπεῦσαι μεθ' ἡμῶν τὸν Ὀλύμπιον Δία (1) τὸν Ὀλυμπίοις παρ' ἡμῶν ἐν Δάφνῃ τιμώμενον (2). Ἥκουσι μὲν γὰρ οἱ διαλεξόμενοι τοῖς παρ' ὑμῖν ἀθληταῖς, καὶ πείσοντες, ὡς νόμος. Δέον-

EP. DCCLXII. (1) Ita *Vatic. Voss.* & *Reg. max.* Ἀνατολίῳ, *Medic.* A. *Vatic.* 943. & *Vindoben.* chartaceus. Κλωματίῳ, *Medic.* B. (2) ἐμοὶ μὲν, *Medic.* (3) *Voss.* pro χρῆσθαι *Reg. max.* (4) τὸ omittit *Voss.* (5) Vel legem quandam *Solonis* innuit, vel hos ejus versus, qui in Elegia quadam ejus apud *Stobaeum* Sermone VII. vs. 39. leguntur:

> Ἄλλος δειλὸς ἐὼν, ἀγαθὸς δοκεῖ ἔμμεναι ἀνὴρ,
> Καὶ καλὸς, μορφὴν οὐ χαρίεσσαν ἔχων.

EP. DCCLXIII. (1) Διὰ in *Voss.* ac si esset praepositio. (2) *Daphne* suburbium Antiochenum erat, Apollinis Daphnaei fano illustre, cujus incendium deplorat singulari oratione *Libanius* Tomo II. p. 185. sqq. Ibi itaque Olympici ludi Jovi dedicari solebant. Hinc idem l. c. p. 186. Ὀλύμπια μὲν οὐ μάλα πόρρω. συγκαλέσας δὲ πανήγυρις τὰς πόλεις. αἳ δὲ ἧξουσι βοῦς ἄγουσαι τῷ Ἀπόλλωνι θυσίαν, κ. τ. λ.

(3) Βου-

δέονται δὲ τοῦ πρὸς ἅπαντα βοηθήσοντος (3) αὐτοῖς ὅσα τε ἀρχόντων δέονται, καὶ ὅσα τῶν ἄλλων. Σοὶ δ' οὐ πολλῶν ἂν δέοι πρὸς οὐδένα ῥημάτων, σωφρονούσης τε τῆς Αἰγύπτου (4)· καὶ ποιούσης, ἅ σοι δόξειεν, ὁρώσης κἀκείνους, ὑφ' οἷς Αἴγυπτος, ἐν κέρδει ποιουμένους, εἴτι σοὶ χαρίσαιντο. Οὐδὲν οὖν ἀδικῶ, τοὺς μὲν ἄλλως ὑπερβὰς, πέμψας δὲ αὐτοὺς οἷ χρῆν. Ἀγωνιζομένων οὖν τῶν παρ' ὑμῶν ἡκόντων καὶ θαυμαζομένων, ἐπαινέσεται μὲν ὁ Ζεὺς τοὺς δαπανωμένους ἀντιδαπανῶντας (5). Εὑρήσει δέ τι καὶ σὺ ἐν τοῖς δρωμένοις, καὶ δώσεις ἀγαθόν τι Λητοΐῳ (6) τῷ δείξαντι τὸν υἱὸν ἀθλοθέτην. δώσει καὶ τῷ σοφῷ Μάγνῳ τῷ τοὺς ἐν παλαίστραις εὐδοκιμοῦσι παρασκευάσαντι δεῦρο πλεῖν. Ἔχω δ' κἀγὼ νέον τρέχειν τε καὶ λέγειν ἀγαθὸν, καὶ στεφάνου τε ὁμοῦ καὶ τρίβωνος (7) ἄξιον.

opem praestet in omnibus, ad quae vel magistratuum vel aliorum auxilium requiratur. Tibi vero non multis apud quenquam verbis opus fuerit, cum Aegyptus sapiat atque ea faciat, quae tibi consulta videantur, videns scilicet, & eos, quibus Aegyptus paret, in lucro ponere, si quid tibi gratum faciant. Nihil igitur pecco, quando alios sinens illuc eos mitto, quo mitti praestabat. Ubi igitur illi, qui a vobis huc venient, pugnam ingressi admirationi fuerint, Jupiter quidem eos probabit, qui sumtus facientibus sumtus quasi rependant: idem vero & tuorum aliquid in iis, quae fient, inveniet, nec *Letoio* solum, qui filium ludi hujus editorem constituit, bene faciet, sed & *Magno* sapientissimo, qui auctor erit, ut homines in palaestra exercitati navi ad nos pervehantur. Habeo vero & ipse juvenem, ad currendum & dicendum idoneum, atque adeo & corona & pallio dignum.

DCCLXIV. ΕΥΣΕΒΙΩ.

Ἤδειν ὅτι μισήσεις τὸν τὰς πολλὰς ἐρωτήσεις ἐκεῖνον (1) ἐπ' ἐμὲ πεποιημένον, καὶ μόνον οὐ πληγαῖς ἀναγκάσαντα ῥῆμα ἀφεῖναί τι (2) κατ' ἐμοῦ Ῥωμύλον, ἀφ' ὅτου με ἔμελλε κακώσειν. Πέπρακται δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλα τοῖς νόμοις ἐναντία καθ' ἑτέραν ἀρχὴν, ὧν τὰ μὲν ἑωρῶμεν, τὰ δὲ ἠκηκόαμεν. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἔστω τοιοῦτος. Δεῖ δέ σε, τοῦ πράγματος τοιαύτην τελευτὴν εἰληφότος, τὸ, ὅπως μὴ τοιαύτην λάβοι, μεμηχανημένον, βουλόμενον αὐτῷ κἀντεῦθεν γενέσθαι τι, σαυτοῦ, νομίζειν εὐεργέτην, εἰ καὶ φαῦλον αὐτὸν οὐχ ὁ φαῦλος ἐποίει. Οὐ γὰρ ἴσον οὐκ ἴσων, ἀμαχεί τι (3) ἀπελέσθαι νίκην, καὶ μετὰ πόνων. Ἐχούσης γὰρ δὴ φιλοτιμίαν τῆς νίκης, ἔχει τι καὶ λαμπρὸν ὁ τρόπος. ἐπεὶ καὶ τῷ Ἀχιλλεῖ (4) τὸ στῆναί τι τὸν Ἕκτορα καὶ μαχέσασθαι (5). Εἰ δ' εὐθὺς ἰδὼν τὸν τοῦ Πηλέως (6) ὁ Πριάμου (7) γονάτων τε τῶν ἐκείνου ἥπτετο καὶ ἱκετεύων ἀπέθνησκεν, οὐκ ἂν ἦν ὅσον γε νῦν. Καί σε τοίνυν ἐνδοξότερον ἔθηκε ὁ τόπου μὲν εἰς τόπον (8) ἐκβαλεῖν ἐθελήσας, ἐν δὲ τῇ πάλῃ καταπεσών. Σὺ δὲ ἀπῄτεις (9) τήνδε τὴν νίκην ἀπὸ τῶν περὶ Κίμωνά σοι κατωρθωμένων (10). Ὁ γὰρ, ὅτε περὶ χρημάτων ὁ λόγος, τοιοῦτος φανεὶς, πῶς οὐκ ἂν ἠδίκεις, καὶ τὰ μείζω μὴ διασώζων, ῥυόμενος σφαγῆς ἐπ' αἰτίᾳ τοιαύτῃ, ἣ παρὰ μικρὸν πρὸς αὐτὸν ἐποίει τὸν θάνατον (11).

EUSEBIO.

Sciebam utique, odio te habiturum hominem illum, qui multa contra me quaesivit, *Romulumque* tantum non verberibus compulit, ut aliquid contra me proferret, quo is quidem aegre mihi facere posset. Enimvero & alia sub alio magistratu ab ipso patrata sunt legibus adversa, quorum alia vidimus, alia fando accepimus. Sed sit ille, qualis est. Cum vero negotium hoc eum sortitum sit exitum, cave tu, ne hominem illum, (qui omnia movit, ne talem haberet, sua etiam commoda hic sectatus,) patronum tuum esse existimes, quamvis pravum illum homo non pravus effecerit. Neque enim simile est, quod est dissimile; sine pugna reportare victoriam, vel cum labore. Cum enim victoria gloriam adferat, ratio quoque illam reportandi decus habet. Ita Achilli erat honorificum, stare Hectorem & pugnare. Quod si vero Priamides ille, Pelidem vix conspiciens, genua ejus amplexus esset, & supplex vitam finiisset, victoria haec tanta, quanta nunc est, non erat futura. Eadem ratione & tibi majorem laudem conciliavit, qui, loco te quidem movere conatus, in praelio cecidit. Tu vero victoriam hanc merito exigebas propter illa, quae adversus *Cimonem* praestitisti. Qui enim in ea causa, ubi de pecuniis agebatur, talem te praestitisti; nonne peccaturus eras, si majora etiam non salva praestitisses, qui clade ereptus sis, in ea causa, quae parum aberat, quin mortem tibi adferret?

DCCLXV.

MAR-

(3) βοηθήσοντα, *Voss.* (4) In Aegypto itaque magistratu fungebatur hic *Magnus*. (5) Verbum hoc alibi frustra quaeras, cujusmodi multa habet *Libanius*. Per illos ἀντιδαπανῶντας noster intelligere videtur Athletas ipsos, qui, re bene gesta, sumtus quasi repensuri sint illis, qui sumtus in hos ludos fecissent. (6) Hujus itaque filius ludum illum edidit. (7) *Corona* ad cursum gymnicum, *pallium*, quod Sophistis erat proprium, ad orationem habendam hic refertur.

EP. DCCLXIV. (1) Ἐκεῖνον omittit *Barocc.* 9. habent autem *Voss. Reg. max. Medic.* B. & *Golianus*. (2) ἀφεῖναί τε, *Medic.* (3) Ita Codd. omnes. Itaque nolim cum eruditissimo *Salvino* legere ἀμαχεί. Graece enim utrumque dicitur ἀμαχεὶ, & ἀμαχητί. Hic vero prius praestet, cum illud τι ad proximum καὶ respiciat. (4) Ἐπὶ δὲ Ἀχιλλεῖ, *Medic.* male. (5) Vide *Homerum* Iliad. υ. vs. 419. & χ. 250. & 361. (6) *Achilles*, Pelei filius. (7) *Hector*, Priami filius. (8) Sic *Barocc.* & *Medic.* τόπων μὲν εἰς τόπον, *Reg. max.* male. (9) ἀπῄτεις *Reg. max.* & *Barocc.* ἀπῇ τοῦ, *Golianus*. (10) Addit βουλόμενος *Golianus*. (11) Ultimam hanc periodum, admodum impeditam, & in Codd. male habitam, ita ex *Barocc.* fere exhibui. *Medic.* depravate admodum: ὁ γὰρ ὅτε περὶ χρημάτων ὁ λόγος. τοιοῦτος φανεὶς πῶς οὐκ ἂν ἠδίκεις καὶ τὰ μ. μ. διασ. ῥυόμ. σφαγῆς ἐπ' α. τ. ἢ π. μ. π. α. ἐ. τ. θ. In *Barocc.* ante διασώζων deerat μή. Pro ἢ παρὰ μικρὸν in *Reg. max.* ἢ μικρόν τι, in *Vatic.* A. ἣν μικρόν τι, in *Voss.* ὃ παραμικρόν τι, in *Vatic.* B. ὃ μικρόν. Cum nostra *Barocciani* lectione consentit *Medic.* & *Ambros.* T. 5.

EP.

MARDONIO.

Nil mirum est, quod ego amans te, & a te amatus, auxilio tuo potitus sum. Cum enim inimicorum sit, sibi invicem mala machinari, amicitiae leges opem mutuam sperare jubent. Hoc vero beneficium literis a te non petii, qui scirem, id sponte tua te praestiturum. Sicut itaque equis, ad currendum sponte sua promtis, calcaria non adhibemus; ita nec quicquam eorum, quae petenda videbantur, a te petii, qui nobis omnino per te praesto eras futurus. Gaudeo itaque, quod peccasse vobis non videar. Magis vero gaudeo, quod merito ita videar. Ejusmodi enim homini plenissime gaudere licet. Ceterum, quando ille poenam, quam debebat, non dedit, hoc quidem habet, quod non dederit, non vero item illud habet, quod poenam non promeruerit. Mea quidem pro Imperatoris familia vota omnes, qui nobiscum versantur, sciunt; sciunt vero etiam Dii omnes, qui vel ideo illi adversus tyrannum praelianti adfuerunt. Et haec quidem ego precabar, gratus quippe adversus Regem, qui honorem mihi habuerit tum alias, tum eo inprimis, quod ad filium spectat. Horum ego nunquam oblivifcar, quorum memori maximi ea facienda sunt, quae accepi, optandumque, ut stabile ipsi sit imperium, filiique ejus ad eam aetatem perveniant, in qua illius, ad summum senium provecti, thronum Regium occupare possint. Imo vero eorum alter ejus jam particeps est, alter vero brevi fiet. Mihi quidem alioquin vivere per morbos molestum est. Velim tamen in illum usque diem vivere, qui Patrem mihi una cum Dioscoris spectandum praebeat.

DCCLXV. ΜΑΡΔΟΝΙῼ. (1)

Οὐ θαυμαστὸν, εἰ φιλῶν τε σὲ καὶ φιλούμενος ὑπὸ σοῦ βοηθείας ἔτυχον. Εἰ γὰρ δὴ τῶν ἐχθρῶν τὸ ἀλλήλοις ἐπιτίθεσθαι, τῆς φιλίας ὁ νόμος τὰς συμμαχίας ἔχει. καί σε τὴν χάριν ταύτην οὐκ ᾔτουν ἐν ἐπιστολαῖς, εἰδὼς, ὅτι σοι τοῦτο ἔσται παρὰ σοῦ. Ὥσπερ οὖν ἵπποις, ἐν οἷς ἐπιθυμία δρόμου, τὸ κέντρον οὐ προσάγομεν (2), οὕτως οὐδὲν, ὧν ᾤμην δεῖν δεῖσθαι, μεθ' ἡμῶν εἶναι τοῦ πάντως ἐσομένου. χαίρω μὲν οὖν, οὐ δόξας ὑμῖν ἀδικεῖν. χαίρω δὲ πολὺ πλέον τῷ δικαίως δόξαι. Τῷ γὰρ δὴ τοιούτῳ συμβαίνει καὶ τὸ χαίρειν καθαρῶς. ὁ δ', ἣν ὤφειλε δίκην, οὐ δοὺς, τὸ μὴ δοῦναι μὲν ἔχει, τὸ δ' οὐκ εἶναι δίκης ἄξιος οὐκ ἔχει. Τὰς δ' ἐμὰς εὐχὰς ὑπὲρ τοῦ Βασιλέως (3) οἴκοι πάντες μὲν ἴσασιν οἱ συνόντες ἡμῖν ἄνθρωποι, πάντες δὲ οἱ θεοὶ, καὶ ὡς ταύτῃ γε ἐπὶ τὸν τύραννον (4) συνεστράτευον αὐτῷ. Καὶ ταῦτα εὐχόμην ἐγὼ, χρηστὸς ὢν Βασιλεῖ, πολλοῖς τε ἄλλοις τετιμημένος, καὶ μεγίστῳ δὴ τῷ περὶ τὸν παῖδα (5). ὧν οὔτ' ἂν ἐπιλαθοίμην, μεμνημένον τε πᾶσα ἀνάγκη περὶ πλείστου ποιεῖσθαι παρ' ὅτου ταῦτα, καὶ βούλεσθαι μὲν αὐτῷ πεπηγέναι τὴν βασιλείαν, βούλεσθαι δὲ τοὺς υἱεῖς εἰς ἀκμὴν ἐλθόντας πάνυ γέροντος παραλαβεῖν τοὺς θρόνους. μᾶλλον δ' ὁ μὲν ἤδη κοινωνός. ὁ δ' αὐτίκα ἔσται. Ἐμοὶ δὲ ἄλλως μὲν οὐχ ἡδὺ διὰ τὸ νοσεῖν τὸ ζῆν. Βουλοίμην δ' ἂν μέχρι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἥ μοι δείξει τὸν πατέρα μετὰ τῶν Διοσκόρων (6).

EUSEBIO.

Emesa iterum legatos & coronas Regibus mittit, suae quidem paupertatis probe sibi conscia, pudore vero etiam suffusa, quod ex urbium numero exciderit, ex quo res variae eam jam pridem expunxerunt. Erat enim olim Phoeniciae oculus, Deorum sedes, literarum officina, fons denique honestissimarum deliciarum, adeo quidem, ut nemo commodorum ejus numerum inire possit. Haec vero urbs ampla & praeclara magnorum illorum jacturam fecit, & nunc quidem paucis aedibus conspiciendam se praebet, quibus idem usu veniet, nisi tu succurreris. Quam dura enim illorum sors est! Adflictus ali-

DCCLXVI. ΕΥΣΕΒΙῼ.

Ἔτι (1) πρέσβεις Ἔμεσα (2) πέμπει καὶ στεφάνους βασιλεῦσιν, εἰδυῖα μὲν ἑαυτῆς πενίαν, αἰσχυνομένη δὲ ὅμως τῷ τῶν πόλεων ἐκπεσεῖν ἀριθμοῦ, καίτοι τῶν πραγμάτων αὐτὴν ἐκβεβληκότων πάλαι (3). Ὁ γὰρ ὀφθαλμὸς τῆς Φοινίκης, καὶ τὸ τῶν θεῶν οἰκητήριον, καὶ τὸ τῶν λόγων ἐργαστήριον, καὶ ἡ πηγὴ τῶν ἀγαθῶν εὐθυμιῶν, καὶ οὐκ ἂν ἐξαριθμήσαι τις τὸ πλῆθος τῶν ἀγαθῶν (4). Αὕτη τοίνυν ἡ πολλή τε καὶ καλὴ τὰ πολλὰ μὲν ἀπολώλεκεν. ὁρᾶται δὲ ἐν οἰκίαις ὀλίγαις ταὐτὸ ταῖς ἄλλαις πεισομέναις, εἰ μὴ βοηθήσαις τι. Οἷον

EP. DCCLXV. (1) Ita *Voss.* & *Mutin.* A. Σαρδονίῳ, *Vatic.* B. In *Regio max.* prima nominis litera deest. *Mardonii* nomen recte habet, ad quem & plures nostri epistolae exstant. Vide infra ep. 772. (2) Vide huc proverbia apud *Erasmum* p. 595. *Voss.* ἀντιπαράγομεν, male. (3) *Theodosium* M. intelligit. Paulo post enim filios commemorat, *Arcadium* puta & *Honorium*. Conf. infra ep. 772. ubi optat, ut *Mardonius* hic aliquando *Arcadii* filios manu gestare possit; nec minus ep. 774. *Voss.* εἴκων, male. (4) *Maximum* puta, quem *Theodosius* profligavit. (5) Filium suum spurium intelligere videtur, de quo alias. (6) Διοσκούρων, *Medic.* C. Utrumque promiscue apud veteres. Sunt illi *Castor* & *Pollux*, quos Jovis filios fabularis antiquitas credidit. Cum his comparantur Theodosii filii, *Arcadius* & *Honorius*, non inconcinne, inprimis cum pagani homines multum Dioscuris illis tribuerent, eosque nunc σωτῆρας, nunc καλοὺς παρθενίους appellarent. Vide *Aeliani* Var. Histor. I. 30. & IV. 5. Adde, quae scripsi ad *Act.* XXVIII. 11. & *Ezech. Spanhemium* ad *Callimachum* p. 557.

EP. DCCLXVI. (1) Sic *Voss. Mutin.* A. & *Vatic.* A. B. In *Reg. max.* τι sine accentu: itaque prima litera ἔ deest more huic codici recepto. (2) Sic codd. quos dixi, omnes: Ἔμεσα οὖν *Reg. max.* Urbs haec in Phoenicia juxta Orontem fluvium sita, nunc Ἔμεσα, nunc Ἔμισα vel Ἔμισσα a veteribus vocatur. Vide Interpretes ad Scriptores Hist. Augustae Tom. II. p. 477. De urbis hujus praerogativis & fatis variis ad Juliani Caesares copiose disserit *Ezech. Spanhemius*, ut alios mittam. (3) In eandem sententiam Libanius Tom. II. p. 472. Orat. adversus Icarium ita: εἰ δὲ ἔμελλον τὴν ὅλην πόλιν Ἔμισαν. εἰ δὲ ἀπεστερήσατο μόνους οὐ δὲ πόλιν μὲν τοσαύτην, τῆς τοσαύτης ἀπολαύειν εἰ δυνήσει; (4) Vide *Spanhemium* l. c. & *Huetium* in Demonstrat. Evangel. Propos. IV. c. IV. §. 2.

Οἷον γὰρ δή τι τὸ κείνων (5); ὁ μὲν ἀγχόμενος ἀπέδοτο. ἡ τιμὴ δὲ (6) οὐ τοῦ πεπρακότος. ὁ δὲ πριάμενος καθελὼν, λαβὼν, ὅσα ἤθελεν, ἄγων ἄλλοσε ἐχρῆτο. Πάνυ δή τι μικρὸν τὸ λειπόμενον, παλαιᾶς μὲν εὐδαιμονίας μεμνημένοι, ταύτην δὲ δακρύοντες. καὶ ξένος δὲ, ὅστις ἐκεῖσε ἔλθοι, κατὰ τάχος ἀπέρχεται, πειρώμενος, μὴ πάντα ὁρᾷν, ὡς πανταχόθεν ὑσῶν εἰς ὀδυρμὸν ἀφορμῶν. Τὴν οὖν οὐκέτι οὖσαν, τὴν γὰρ ἀντὶ τοιαύτης τοιαύτην δεῖ νομίζειν οὐκ εἶναι, πάλιν ἡμῖν ὁ θεῖος Ἀρκάδιος (7) ποιείτω πόλιν. Πρέπει γὰρ αὐτῷ τοιαῦτα διδόναι τῇ γῇ, καὶ ποιεῖν τοὺς βουλομένους αὐτὸν ἐπαινεῖν εὐπορωτέρους. (8), ἂν δὲ σὺ κύριος, ὡς οὐδενὸς οἱ πρέσβεις ἀτυχήσουσιν, εὖ οἶδα. Τῷ τε γὰρ εὖ ποιεῖν χαίρεις, καὶ τὸν ἐπεσταλκότα ἐμὲ παρεῖναί τε νομιεῖς, καὶ κοινωνεῖν τοῖς πρέσβεσι τῆς σπουδῆς.

aliquis sua vendidit: pretium vero ad vendentem non redit. Imo vero emtor ille diripiens, & sua faciens, quae vult, aliorsum in usum suum convertit. Supersunt itaque admodum pauca, adeo ut cives pristinae felicitatis recordati praesentem conditionem lacrymis prosequantur. Qui vero ab exteris huc venerit, confestim abit, ne scilicet omnia videat, cum lugendi occasio nusquam non offeratur. Urbem itaque hanc, quae non amplius est (talem enim ex tali non amplius esse existimare oportet) divinus *Arcadius* urbem iterum esse faciat. Decet enim illum id quidem regioni huic largiri, atque adeo eos, qui libentissime illum laudibus prosecuturi sunt, reddere uberiores. Novi interim & te, quoad possis, facturum, ut legati voti sui potiantur. Nam aliis bene faciens laetaris, meque, qui haec scribo, una adesse, & idem cum legatis agere existimabis.

DCCLXVII. ΠΡΟΚΛΩι. (1)

Ἐι (2) τοῖς ἐπαινοῦσι δεῖ νομίζειν ὀφείλειν τοὺς ἐπαινουμένους χάριτας, ἴσθι χάριτας ὀφείλων Διογνήτῳ τούτῳ (3), ὃς οὐκ ἔσθ' ὅτε σὲ οὐκ ἐπῄνεσεν. Ἐν θεάτρῳ μὲν οὐ (4), κατὰ τοὺς γενναίους σοφιστὰς, καὶ οὓς αἱ Μοῦσαι κινοῦσιν, ἐν δὲ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ (5) καὶ τοῖς αὐτόθι συγκαθημένοις, ὧν τοὺς πολλοὺς αἱ δίκαι ποθοῦσιν. Ἔστι δὲ αὐτῷ τῶν τοιούτων λόγων χωρίον καὶ τὸ βουλευτήριον, εἰσιόντι τε ὡς ἐμὲ καὶ παρακαθημένῳ, καὶ παρ' οὓς δὲ τῶν γνωριμωτέρων (6) ἔρχεται, μετὰ τούτων λόγων ἔρχεται, τάς τε ἀρχὰς ἀπαριθμῶν, καὶ ὅσα καθ' ἑκάστην ἀγαθὰ γένοιτο ταῖς πόλεσι, καί ποτε τὸ τοῦ Ὁμήρου λαβὼν τὸ εἰς τὸν Μενεσθέα τὸν Ἀθηναῖον εἰρημένον (7) περὶ τῆς σῆς ἦσε τέχνης, ᾗ σὺ χρώμενος μεγάλας ὁλκάδας διασώζεις. Ἀποδοτέον δή σοι τὰ ὀφειλόμενα, καὶ τὰ δίκαια παρὰ τὸν Διόγνητον ποιητέον (8). Εἰ δὲ ἔργα ἀντὶ λόγων ἀποδώσεις, εἰκότως ἂν ἀγάλλοιο, παρὰ τῶν θεῶν ἔχων τὸ, ἐν οἷς ἀντευποιεῖς (9), οὕτω νικᾷν (10).

PROCLO.

Si laudatos gratiam habere decet se laudantibus, scito, te gratias debere huic *Diogneto*, qui te nunquam non laudavit. Idque non quidem in theatro ad exemplum verorum Sophistarum, eorumque, quos Musae excitant; sed in Minervae fano, praesentibus quidem illis, quorum multos causae forenses sibi expetunt. His porro sermonibus locum quoque facit in curia; & cum iis me adit, mihique adsidet, &, ad quoscunque sibi familiariores venit, iisdem venit comitatus, magistratus a te gestos, quaeque ex illis singulis commoda nata sint urbibus, enarrans. *Homeri* quoque illud de Menestheo Atheniensi dictum ad virtutes tuas celebrandas adhibere solet, quibus utens magnas naves salvas praestas. Tibi vero debita sunt solvenda, & *Diogneto* ea, quae decet, praestanda. Si vero facta pro verbis reddideris, merito quidem exsultaveris, qui a Diis illud habeas, ut in rependendis beneficiis superare alios possis.

DCCLXVIII. a. ΘΕΟΔΩΡΩι.

Ἔδει σὲ καὶ παρ' ἡμῶν ἀκοῦσαι περὶ τῆς ἐπιεικείας τουτουὶ Θεοδώρου. πολλοὶ μὲν γὰρ, ὡς εἰκὸς, προὔλαβον τὴν ἐπιστολὴν, ἣ μὴν τοῦτό γε δικαίως ἂν ἐσίγων. Λέγω τοίνυν, ὡς μετὰ σωφροσύνης, καὶ τοῦ μηδένα

THEODORO.

Fas utique erat, ut ex nobis etiam aliquid de *Theodori* hujus modestia audires. Multi enim quidem, ut decebat, meam epistolam anteverterunt, qui nec illud tacere recte potuerint. Ajo itaque, cum omne illud tempus

(5) Calamitas haec ex parte *Icario*, modo commemorato, accepta videtur ferenda. Ita enim Libanius l. c. p. 472. eum adloquitur, ubi de *Emesae* calamitate queritur: οὐδ' αἱ πηγαὶ μὴ παύσ., μέρος γε ἓν ἢ τι τῶν ποτε ὄντων ἀγαθῶν ἀποδίδωσι. τὸ δὲ ἵνα νύκτωρ περὶ τὰς νομὰς, μὴ πωλοῦντες ὤνιον, μὴ λειτουργεῖτε, μὴ πολιτεύεσθε, μὴ βουλεύετε, κ. τ. λ. (6) *Reg. max.* male: ὅ τι μηδὲ οὐ. (7) *Arcadium* Imperatorem laudat, quod & alias facit Tom. II. p. 437. (8) εὐπορωτέρους, *Voss.* Scilicet ω & ου a librariis saepe confunduntur.

EP. DCCLXVII. (1) Ita *Voss. Reg. max. Laudan.* 11. & *Medic.* A. Διογνήτῳ, *Vindobon.* chartac. (2) *Medic.* B. male εἰ. (3) τυτωί, *Medic.* A. & paulo post ὡς pro ὃς. (4) Pro οὐ est in *Benzel.* B. ἂν. in A. vero οὐ, quod praestat. (5) i. e. in loco causis perorandis destinato, ubi scilicet res magis serio agi debet, quam in theatro a Sophistis fieri solet. (6) γνωρίμων, *Laudan.* (7) Ὁμήρῳ addit *Reg. max. Homerus* de Menestheo ita *Iliad.* β. vs. 60.

Τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνήρ.

(8) Id S. Paulus *Coloss.* IV. 1. τὸ δίκαιον παρέχεσθαι dicit. Confer supra ep. 643. (9) ἀντευποιεῖν, *Medic.* A. (10) νικᾶν, *Medic.* B. utrinque male.

EP.

pus modeste & sine cujusquam offensa transegisse. Pro his ut laus illi a nobis deferatur; ita majus aliquid a te quidem merito acceperit.

δένα λυπῶν τοῦτον (1) ἅπαντα διεξῆλθε τὸν χρόνον. ἀνθ' ὧν αὐτῷ παρὰ μὲν ἡμῶν εὐφημία, παρὰ δὲ σοῦ τι καὶ πλέον εἰκότως ἂν γένοιτο.

ANTIOCHO.

Quae quidem nos a te petiimus, ea jampridem in tua manu sunt posita: horum vero nihil a te accepimus. Libera igitur nos cura, vel opere ipso juvans, vel saltem nuncians, cupere nos ea, quae fieri non possint.

DCCLXVIII. b. ΑΝΤΙΟΧΩι. (1)

Ἃ (2) μὲν ἐδεήθημεν ἡμεῖς, πάλαι παρὰ σοὶ κεῖται. σὺ δὲ παρ' ἡμῖν περὶ τούτων οὐδέν. Ἀπόλυσον οὖν ἡμᾶς φροντίδος, ἢ δείξας ἔργον, ἢ καὶ (3) τοῦτο διδάξας, ὡς ἀδυνάτων ἐρῶμεν.

EUSEBIO.

Quod si alius quidam ex iis, qui nos ignorant, eo, in quo tu es, loco esset, docere me oportebat & exponere singulorum parentes, educationem item, & institutionem, laboresque & meos & illorum, quos in literis excolendis habuerimus communes. Jam vero ipse tu haec nescientes alios docere posse videris. Haec cum ita habeant, legatique a te amentur, nihil ipsis fuerit arduum; imo vero tu expedita eos via duces, opem illis ad ea, quae desiderant, consequenda praestans, idque celeriter, ut recipiamus viros, consumtis diebus non multis, & obita cum laude legatione. Mihi quidem solutione illa, quam nosti, sublata, moeror aliquis est obortus. At ille paulo post subductis rationibus propulsatus est. Divinus enim *Theodosius* lapsos quosdam servavit, poenam vero de nemine, qui non peccasset, sumsit.

DCCLXIX. ΕΥΣΕΒΙΩι.

Εἰ μὲν ἄλλος τις τῶν ἀγνοούντων ἡμᾶς ἦν, ἐν ᾧπερ αὐτὸς εἶ, διδάσκειν ἂν ἔδει με καὶ λέγειν γονέας τε ἑκάστου, καὶ τροφὴν, καὶ παιδείαν, κοινούς τε πόνους ἐμοῦ τε καὶ αὐτῶν ὑπὲρ λόγων. Νῦν δ' αὐτὸς ἄν μοι δοκῇς (1) διδάξαι τοὺς ἀγνοοῦντας. Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, καὶ τῶν πρέσβεων (2) ὑπὸ σοῦ φιλουμένων τραχὺ (3) μὲν οὐδὲν ἔσται τῆς περὶ ταῦτα ὁδοῦ, διὰ δὲ λείας ἄξεις αὐτοὺς ἁπάσης, συμπράττων μὲν ἐν οἷς αἰτοῦσιν εἰς τὸ τυχεῖν, συμπράττων δὲ εἰς τάχος, ὅπως ἔχοιμέν τε τοὺς ἄνδρας ἐν πολλῶν ἡμερῶν ἀπηλλαγμένον, καὶ τῆς πρεσβείας εἰς δόξαν ἀπολελαυκότας. Ἐμοὶ δὲ τῆς λύσεως, ἣν οἶσθα, ἀνῃρημένης, ἐγένετο μέν τις λύπη. Ταχέως δὲ ἐξεκρούσθη λογισμοῖς. Ὁ γὰρ δὴ θεῖος Θεοδόσιος (4) ἁμαρτόντας μὲν ἤδη τινὰς ἔσωσε, δίκην δὲ παρ' οὐδενὸς, οὐδὲν ἀδικοῦντος, ἔλαβεν.

TATIANO.

Ita senatum nostrum, ut videtur, & ruere, & excitari oportuit. Alterum illi usu venit, cum alii res administrarent. Instauratur vero te quidem amplo illo magistratu fungente, potentiaque tua, uti decet, utente, & voluptatem quaerente, non quae ex comessationibus, sed quae ex quaesita urbium salute nascitur. Opitularis autem earum aliis, ne pessundentur, aliis vero, ut evadant ampliores. Nos quidem inter priores illas numerari debemus, non tamen inposterum etiam numerandi, quia tu jus fasque tanto studio tueris. Nihil vero, puto, injustum nos petere tibi videbimur, sed ea, quae urbs

DCCLXX. ΤΑΤΙΑΝΩι. (1)

Ἔδει τὴν βουλὴν ἡμῖν, ὡς ἔοικε, καὶ (2) πεσεῖν καὶ ἀναστῆναι. Τούτων δὲ τὸ μὲν πρότερον (3) ἄλλων ὄντων ἐπὶ τῶν πραγμάτων, γέγονεν. Ἀνίσταται (4) δέ σε τήν τε ἀρχὴν τὴν μεγάλην ἔχοντος, καὶ πρὸς τὸ δέον τῷ δύνασθαι χρωμένου, διώκοντος ἡδονὴν οὐ τὴν ἀπὸ τῶν τραπεζῶν, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τοῦ πόλεσιν ἐθέλειν ἐπικουρεῖν. Ἐπικουρεῖς δὲ ταῖς μὲν εἰς τὸ μὴ ἐκπεσεῖν (5), ταῖς δὲ, εἰς τὸ γενέσθαι μείζοσι. Ἡμεῖς δὲ ἐσμὲν ἐκείνων τῶν προτέρων, οὐ μὴν ἔτι γε μὲν ἐσόμεθα σοῦ τιμῶντος οὕτω τὴν τοῦ δικαίου μοῖραν. Οἶμαι δέ σοι δόξειν ἡμᾶς οὐδὲν ἄδικον αἰτεῖν, ἀλλ' ἅπερ ἂν

EP. DCCLXVIII. a. (1) Τοῦτον omittit *Voss.*

EP. DCCLXVIII. b. (1) Vid. *Centur.* nostram ep. I. ex *Barocc.* 4. ubi est ἀνεπίγραφος. *Antiocho* inscribitur in *Reg. max. Voss.* & *Mutin.* A. (2) ἃ tanquam prima epistolae litera, more consueto, deest in *Reg. max.* exstat vero in ceteris, quos dixi, item in *Vatic.* B. *Mutin.* A. & *Ambros.* T. 73. (3) καὶ est ex *Reg. max.* & *Mutin.* A.

EP. DCCLXIX. (1) Malim legere δοκεῖς. (2) Sunt illi legati Antiocheni, ad *Theodosium* forte missi, gratias acturi. (3) Sic *Reg. max.* ex emendatione, cum antea male legeretur ταχὺ, quod etiam est in *Voss.* (4) Pertinent haec ad seditionem Antiochiae, *Theodosio* imperante, excitatam. Vide *Libanii* Orationem ad Theodosium hac occasione factam Tom. II. Opp. p. 389. comparata etiam sequente ad eundem, & inprimis p. 416. ubi lenitatem *Theodosii* celebrat: item p. 403.

EP. DCCLXX. (1) Sic *Reg. max. Voss. Medic.* A. & *Barocc.* 9. Δαιανῷ, *Medic.* B. (2) καὶ abest a *Medic.* B. (3) πρῶτον, *Barocc.* invitis reliquis illis. (4) *Antiochiam* intelligit, quae paulo ante, sua quidem culpa, valde erat adflicta, jam vero *Theodosio* Imp. concilianda. Id patet ex epistola superiore. (5) ἐκπεσεῖν, *Medic.* A.

ἂν ἀτυχοῦσα πόλις, ἣν εἰ μὴ σὺ παύσαις τοῦτο καὶ οὖ-
σαν καὶ καλουμένην, ἀθάνατον μένει τὸ κακόν. Εἷς δὲ
Ἡρακλῆς τις ἕτερος. Οἶον (6) δέ σε κἀκεῖνα παρα-
καλῶν ἐπὶ τὴν βοήθειαν, ἅτε αὐτὸς, ἅτε ὁ παῖς (7)
αὐτῷ δέδωκεν, ὥσθ' ἡμῖν εἶναι λέγειν τοῦτο Τατιανῷ,
τοῦτο Πρόκλῳ, καὶ διὰ πάνυ πολλῶν ταὔτ' ἰέναι τὰ
ῥήματα. Ἀναμιμνήσκω δὲ κἀκεῖνο, ὅτι τήνδε τὴν
πρεσβείαν σὴν οὐχ ἧττον ἢ τῆς πόλεως δεῖ νομίσαι. Σὺ
γὰρ δὴ τὴν κινήσασαν καὶ παρακαλοῦσαν πρῶτος ἀφῆ-
κας φωνὴν, ὥστ' εἰ φαίην ἡμᾶς (8) ἀπαιτεῖν ὑπο-
σχέσεις, οὐκ ἀδικήσω.

urbs infelix petere recte possit, qualem esse & appellari si tu non prohibueris, calamitas haec nunquam fuerit finienda. Tu enim alter es Hercules. Crede vero ad opem ferendam te excitare ea, quae ipse tu, quaeque filius praestitit, ut dicere aliquando nos possimus: hoc *Tatiano* debemus, hoc *Proclo*; & similes voces per singula eundo adhibeamus. Memineris vero praeterea, te legationem hanc non minus tuam quam urbis existimare debere. Tu enim primus vocem, hoc suadentem & inculcantem, edidisti, ut nihil peccem, si promissa nos urgere dixero.

DCCLXXI. ΠΡΟΚΛΩι.

Ἤδη τῶν πρέσβεων ᾑρημένων ἤρετό τις ξένος πολί-
της, ὁπόσοι τινὲς εἶεν. Ὁ δὲ ἔφησε, τρεῖς. Ἐγὼ δὲ
τοὺς τρεῖς ἀκούσας, καὶ γὰρ ἔτυχον παρὼν, οὐ τρεῖς ἔ-
φην πρεσβεύειν, ἀλλὰ τέτταρας. Πῶς, ἤρετο, τέτ-
ταρες; ὅτι πολὺ πρὸ τῶν τριῶν ἔφην ᾑρέθη Πρόκλος
(1) ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐν τῇ πόλει παρ' αὐτοῦ πεποιη-
μένων ὁδῶν τε καὶ στοῶν, καὶ λουτρῶν, καὶ ἀγορᾶν. Φι-
λεῖν μὲν γὰρ ἀνάγκην (2) ἔχειν τόν γε αὐτοῦ πόνον.
τὸ δὲ ἐρᾷν δεινὸν πεῖσαι μηδὲν ὀκνεῖν ὑπὲρ τῆς ἐρωμένης.
Καλὸν δὲ, τὸ τὸν αὐτὸν βούλεσθαί τε ἡμᾶς εὖ ποιεῖν,
καὶ δύνασθαι. δύναται δὲ δυνάμεως δυοῖν εἴδεσιν. Ἔχει
γὰρ δὴ καὶ τὸ τοῦ πατρὸς (3) σθένος, οἷν (4) ἀμφοῖν
ὑπὲρ ἡμῶν χρήσεται πρὸς τὴν ἀρχαίαν ῥώμην τὴν
βουλὴν ἐπανάγων. ὡς μὴ μόνον ἐν τῇ στοᾷ τῇ περὶ σοῦ
φαίνεσθαι τοῦ δήμου τὴν εὐθυμίαν, ἑσπέρας ἑκάστης ᾄ-
σμασιν, ἀλλὰ καὶ τῆς βουλῆς δι' ὧν ἂν βουλῇ πρέ-
πει (5).

PROCLO.

Cum legati jam electi essent, civis quidam peregrinus interrogavit, quot numero essent. Ille vero, tres esse, respondit. Ego tres audiens, (praesens enim eram,) non tres, sed quatuor, legationem illam obire dixi. Quomodo vero, ait, tres? Ideo, dicebam ego, quod longe ante tres illos *Proclus* a viis, & porticibus, & balneis, & foris, quae urbi comparavit, electus est. Ipsum enim hunc laborem ad amandum impellere ajebam, amorem vero facile adducere, ut nihil laboris pro amata subterfugias. Optimum porro esse, quod idem juvare nos & velit & possit: posse autem duobus modis. Jam enim & Patris habere potentiam: utraque vero hac pro nobis usurum, senatumque pristinae suae dignitati vindicaturum. Adeo non solum in porticu, quam fecisti, singulis vesperis hilaritas populi canticis, sed & Senatus illa per ea, quae Senatum decent, celebratur.

DCCLXXII. ΜΑΡΔΟΝΙΩι. (1)

Εἰ καὶ μηδὲν ἴσχυσε τῶν περὶ ἐμοῦ δοξάντων, ἀλλ' ἐ-
φάνη τι τὸ ποιοῦν ἑτέραν κρίσιν, σοί τε καὶ τοῦ τοῖς ὑσ-
τέροις ἀχθεσθῆναι χάρις (2). χάρις δέ σοι καὶ τῆς ἄλ-
λης γνώμης, ἣν ἔχεις περὶ ἡμᾶς. Οἱ μέν τε πρέσ-
βεις (3) κελεύοντές με γράφειν, τούτῳ με μάλιστα παρ-
εκάλουν, τῷ μάλιστά με λέγειν ὑπὸ σοῦ φιλεῖσθαι. καὶ
τοῦτο ἀκούων ἠδόμην, οὐ διὰ τὴν δύναμιν, ἣν ἔχεις,
ἐν ᾗ πολλοὺς ἴσμεν γεγενημένους, ἀλλ' ὅτι φρονήσει καὶ
δικαιοσύνῃ, καὶ τῷ σαυτὸν πρόθυμον τοῖς ἐν χρείᾳ
παρέχειν, πολὺ τοὺς ἄλλους νενίκηκας. ὃ καὶ τοῖς πρέσ-
βεσιν ἡμῶν ἡδίω πεποίηκε τὴν ὁδὸν (4), εἰδόσιν, ὡς διὰ
σοῦ πάντα αὐτοῖς, εἰ καὶ ῥᾳθυμοῖεν, ἔσται. Οὔσης δὴ
τοιαύτης σοι τῆς δόξης, ἀνάγκη πολλὴν, καὶ τὸ εὐχό-
μενον

MARDONIO.

Quamvis nihil eorum, quae tibi de me visa sunt, valuerit, sed fuerit aliquid, quod aliam sententiam ferri faceret, tibi tamen de eo, quod posterius hoc aegre tuleris, gratiam habeo. Gratiam vero tibi etiam ideo habeo, quod aliud de nobis judicas. Legati quidem nostrates, ad te scribere me jubentes, eo inprimis adduxerunt quod me maxime a te amari dicebant. Hoc ego audiens gavisus sum, non quidem ob potentiam, qua vales, quaque alios valuisse novimus, sed quod prudentia & justitia, prolixaque in auxilii indigos voluntate alios multum superasti. Id vero legatis nostris iter suum fecit jucundius, gnaris quippe, tua ope omnia sibi, etiam minus solertibus, ex voto eventura. Cum vero tanta de te sit ex-

(6) Ita codd. at *Medic. A.* οἶον. (7) *Proclus*, Tatiani filius, de quo supra ep. 760. Confer ep. 775. proxime sequentem. (8) Sic *Medic. A.* pro ὑμᾶς *Barocc.* & *Regii max.*

EP. DCCLXXI. (1) Eundem *Proclum* valde ideo laudat *Libanius* Tom. II. p. 455. ubi ait, urbem Πρόκλῳ τε ἰδεῖν ἐκεῖ αὑτὸν ὁμοῖον βλέπειν, ἐκεῖ νέωσίν ποθεῖν. (2) ἀνάγκη, *Voss.* (3) *Tatiani*: vide ep. 770. (4) Sic scripsi pro οἶον, quod est in *Reg. max.* (5) Sic *Reg. max.* πρέπει, *Vatic. B.* ex emendatione.

EP. DCCLXXII. (1) Prima nominis litera in *Reg. max.* deest, legitur autem in ceteris. Vide supra ad ep. 765. ad quam etiam in hac respicitur. (2) χάριν, *Voss.* (3) Legati Antiocheni, de quibus in superioribus aliquot epistolis. (4) ἰδεῖν, *Voss.* male.

(5) Vide

exspectatio, necesse omnino est, ut vitam tibi longiorem adprecemur, quaeque adeo efficiat, ut divini *Arcadii* filios manibus tuis gestare possis.

EUSEBIO.

Hesychius multa in foris judicialibus tropaea statuit juri patrocinatus: patrocinatus vero huic est, cum & ipse erat Praefectus, & Praefecti vicarium agebat. Hic itaque, bis moribus usus, libentissime quidem nobiscum versatus est, sufficere sibi ratus, si nobiscum esset. Necessitate vero quadam & ad vos proficisci coactus se quidem mox ad nos reversurum, &, quae olim, facturum esse, recepit. Mirum vero mihi foret, quod & ad ipsum dixi, si amore urbis illius expedire se possit, quo ductos multos jam praeclaros viros detinuit, suosque fecit, & gloriam, & opes & alia hujusmodi praeclara largita. Haec si & nunc fiant, nos quidem & gaudium & moeror corripiet, illud quidem, quod amicus nobis feliciter agat; hic autem, quod amicum desideramus.

TATIANO.

Hesychius sui ex itinere sudoris amplum satis habet praemium quod, te viderit. Hoc illi quidem sufficiet, praecipue cum omnes sciant tuam, qua illum prosecutus es, benevolentiam, ea, quae a Diis praestatur, non multo inferiorem. Sicut enim Achivorum nemo ignorabat, qualem se Minerva in Ithacensem illum praestitisset, ita nunc nemo nescit, qualis *Tatianus* sit in *Hesychium*. Atque ille quidem nihil requiret amplius. Tu vero non putabis in illis, quae dedisti, esse acquiescendum. Imo vero forte & alia, indole tua digna, accedere jubebis. Sed haec quidem Deus perficerit. Ceterum non veritus sum ad te scribere, qui iterum illius accuser criminis, a quo jam eram absolutus, non, quod quicquam fecerim insolentius, sed quod, Regiam familiam nihil a me laesam esse crediderim. Interim literas tuas decori mihi esse, & novi ipse, & apud omnes profiteor. Quod si vero illae nobis non adferantur, donec lata de nobis sit sententia, neutiquam tuum culpabimus silentium.

PROCLO.

Perlatus ad nos est nuncius de rebus apud vos actis; quodque tu injusta omnia ex foro ejeceris, eosque, qui iniqui lucri studiosi fuerint, justitiae studere coëgeris. Haec quidem ab oratoribus nondum sunt encomiis celebrata, sed superiorum illa temporum decantata: interim & haec quoque mox eadem obtinebunt. Quamvis enim tibi & voces & linguae, & facultates dicendi meliores obtigerint, nostrates tamen ignaviae culpam effugere decuerit.

S A-

μένον εἶναι, μακρόν τε σοὶ γεγονέναι τὸν βίον, καὶ τοσοῦτον, ὅσος σοι παρέξει καὶ παῖδας Ἀρκαδίου τοῦ θείου ταῖς σαῖς χερσὶ περιενεγκεῖν (5).

DCCLXXIII. ΕΥΣΕΒΙΩι.

Ἡσύχιος ὁ πολλὰ στήσας ἐν δικαστηρίοις τρόπαια τῷ δικαίῳ βοηθῶν. Βεβοήθηκε δὲ τῷ δικαίῳ, καὶ ἄρχων, καὶ ἀντ' ἄρχοντος καθήμενος. Οὗτος τοίνυν ὁ τοιοῦτος τὸν τρόπον, ἥδιστα μὲν ἂν μεθ' ἡμῶν διετέλεσεν, ἀρκεῖν αὐτῷ τὸ μεθ' ἡμῶν εἶναι νομίζων. Ἀνάγκη δὲ ὡς ὑμᾶς ἀγόμενός φασι μὲν εὐθύς τε ἡμῖν ἐπανήξειν, καὶ ποιήσειν, ἃ καὶ πρότερον. Θαυμάσαιμι δ' ἄν, καὶ πρὸς αὐτὸν εἶπον, εἰ διαφεύξεται τὸν ἔρωτα τῆς πόλεως ἐκείνης. καθ' ὃν ἤδη πολλοὺς ἄνδρας ἀγαθοὺς κατέσχε τε καὶ ἐκτήσατο, δῶρα (1) καὶ δόξαν, καὶ πλοῦτον καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν. ὧν γιγνομένων ἡμᾶς ἕξει καὶ χαρὰ καὶ ἀθυμία. τὸ μὲν ὅτι φίλος εὖ ἔπραξε, τὸ δὲ, ὅτι φίλον οὐχ ὁρῶμεν.

DCCLXXIV. ΤΑΤΙΑΝΩι.

Ἔχει τῶν περὶ τὴν ὁδὸν ἱδρώτων ἆθλον ἱκανὸν Ἡσύχιος, τὴν σὴν ἰδεῖν κεφαλήν. καὶ τῷ μὲν τοῦτο ἀποχρήσει μετὰ τοῦ πάντας ἀνθρώπους εἰδέναι τὴν εὔνοιαν, ᾗ περὶ αὐτὸν κέχρησαι τὴν οὐ πολὺ λειπομένην τῆς παρὰ τῶν θεῶν. Ὥσπερ γὰρ οὐδεὶς ἠγνόει τῶν Ἀχαιῶν, ἥ τις ἦν ἡ Ἀθηνᾶ (1) περὶ τὸν ἐκ τῆς Ἰθάκης, οὕτω νῦν οὐδεὶς ὅστις Τατιανὸς περὶ τὸν Ἡσύχιον. Ἀλλ' ὁ μὲν οὐδὲν ἂν ζητήσει πλέον. Σὺ δ' οὐκ ἀξιώσαις ἐν οἷς ἔδωκας στῆναι. Προσθείης δὲ ἴσως τι καὶ ἕτερον τῆς σῆς φύσεως ἄξιον (2). ἀλλὰ ταῦτα, μὲν θεὸς τελοίη. Γράφειν δὲ οὐκ ὤκνησά σοι, πάλιν ἐγκαλύμενος, ἐφ' οἷς ἀφείθην, θαρσοίην μὲν οὐδενὶ, τῷ πεπιστευκέναι δὲ, μηδὲν ἠδικῆσθαι παρ' ἐμοῦ τὸν Βασιλέως οἶκον (3). Ἡμῖν δὲ ὅτι μὲν κόσμος τὰ παρὰ σοῦ γράμματα καὶ οἶδα, καὶ πρὸς ἅπαντας λέγω. Τούτων δὲ ἡμῖν οὐκ ἐρχομένων, μέχρις ἂν ψῆφος ἐνεχθῇ περὶ ἡμῶν, οὐκ ἂν αἰτιασόμεθα (4) τὴν σιωπήν.

DCCLXXV. ΠΡΟΚΛΩι.

Ἧκε λόγος ὡς ἡμᾶς τῶν ἐκεῖσε πεπραγμένων. καὶ ὡς ἐξήλασας ἅπαν ὅσον ἄδικον, τῆς ἀγορᾶς, ἀναγκάσας εἶναι δικαίους τοὺς, ὅθεν οὐ δεῖ, κερδαίνοντας. Ταυτὶ δὲ οὔπω μὲν εἴρηται τοῖς ποιοῦσι τοὺς λόγους. ἀλλ' ὁ πρότερος ὕμνηται χρόνος. τεύξεται δὲ καὶ ταῦτα τῶν ἴσων αὐτίκα. Καὶ γὰρ εἰ βελτίους εὕρηταί σοι καὶ φωναὶ, καὶ γλῶτται, καὶ δυνάμεις, ἀλλὰ τοῖς γε μεθ' ἡμῶν ἔστι καλὸν, ἔγκλημα διαφεύγειν ἀργίας.

DCCLXXVI.

(5) Vide nos supra ad ep. 765.

EP. DCCLXXIII. (1) Sic *Vatic.* B. & *Ambros.* T. 73. recte omnino. In *Reg. max.* male: ωντίνα. δῶρα.

EP. DCCLXXIV. (1) Minervae in Ulyssem favorem passim praedicat *Homerus*. (2) *Tatianum* hunc ut beneficum alias laudat *Libanius*, v. c. Tom. II. p. 438. (3) Idem profitetur noster, suumque in *Theodosium* & gentem ejus amorem & studium praedicat supra ep. 765. ubi nos vide. (4) αἰτιασόμεθα, *Voss.*

EP.

DCCLXXVI. ΣΑΤΟΡΝΙΝΩι. (1)

Ῥητόρων ἀγαθῶν (2) οὑτοσὶ Διόγνητος (3), καὶ πολλοῖς σεσωκὼς καὶ ψυχὰς, καὶ τὰ ὄντα. ἔπειτα νόμῳ, τῷ περὶ τοῦ χρόνου, σιγᾷν ἠναγκασμένος συμφορὰν τε ἡγεῖται τὸ μὴ τὰ αὐτοῦ (4) ποιεῖν, ἄχθος τε τῆς γῆς αὐτὸν καλῶν οὐ παύεται (5). καταφεύγει τοίνυν ἐπὶ τὴν σὴν φρόνησιν (6) οὕτως εὖ βουλεύσασθαι (7) νομίζων, εἰ ταῖς σοὶ δόξασιν ἀκολουθήσειεν. ὃ καὶ βασιλεῖς ποιήσαντες ἑαυτοὺς ἐπῄνεσαν, ὥσπερ οἱ Λαπίθαι τὰς τοῦ Νέστορος γνώμας δεχόμενοι. Ἔλεγε δὲ πρὸς ἐμὲ πολλάκις ὁ Διόγνητος οὐκ ὀλίγα τὸν οἶκον αὐτοῦ (8) ὑπὸ τῆς σῆς εὖ πεπονθέναι ψυχῆς, καὶ νῦν οὐδὲν ἔσεσθαι καινὸν, εἴ τινος ἀγαθοῦ τύχοι (9). Τῶν τε οὖν ἄλλων ἐκοινώνουν, οἷς τὰ τούτων ἐποίεις βελτίω, καὶ νῦν ἄν τι γένηται παραπλήσιον, ἢ καὶ μεῖζον, ἐγὼ τούτων οὐχ ἧττον ὠφέλημαι. Τοῦ δὲ σοὶ τῶν ἐμῶν μέλειν πολλὰς ἂν ἔχοι τις ἀποδείξεις λέγειν παλαιάς τε καὶ νέας.

SATURNINO.

Diognetus hic ex optimis est caussarum patronis, qui multis & vitam & facultates suas salvas praestiterit. Idem postea temporis lege, tacere coactus, infelicem se putat, qui artem suam facere non possit, seque inutile terrae pondus nunquam non appellat. Ad tuam itaque prudentiam confugit, se rebus suis optime consuluisse arbitratus, si tuum sequatur consilium. Id scilicet etiam Reges facientes sibi placuerunt, sicut & Lapithae, Nestoris consilia aucupantes. Saepe vero mihi narravit *Diognetus*, gentem suam non paucis a te beneficiis affectam esse, nihilque nunc novi fore, si quo a te mactetur. Jam vero ego ut ex illis, quibus illam provexisti, partem capio, ita, si quid nunc simile, vel majus etiam contuleris, non minus id mihi conferri existimavero. Tibi autem res meas curae cordique esse, multis argumentis, & veteribus & novis facile quisque evicerit.

DCCLXXVII. ΕΥΣΕΒΙΩι.

Γενόμενος ἐν Σαμοσάτοις οὑτοσὶ Διόγνητος, καὶ τραφεὶς, καὶ λαβὼν ἡλικίαν (1) λόγων δυναμένην ἐρᾷν, ἐρασθεὶς ἧκέ τε ὡς ἡμᾶς, καὶ συνεχέσι πόνοις κτησάμενος, ἐφ' ἅπερ ἧκε, τοῖς μὲν ἐπ' ἄλλ' ἄττα (2) παρακαλοῦσιν αὐτὸν, οὐκ ἠξίου προσέχειν. Καλέσας δὲ τὸν Ἑρμῆν καὶ ἀφεὶς αὐτὸν εἰς τὰς δίκας ἐγένετο τοσοῦτος, ὥστε μέγα τοῖς δικαζομένοις εἶναι τὸν ἄνδρα ἔχειν, καὶ τοὺς ὅτι πάντως δεῖ Φοινίκης, ἢ σιωπᾷν ἀνάγκη, διήλεγξεν οὐ τἀληθῆ λέγοντας. Εἰδὼς δή με σὺ καλῶς, καὶ τῶν ἐμῶν ἀγνοῶν οὐδὲν, οἶσθά που καὶ ἡλίκον τι τοῦτ' ἐμοί. Λέγοντος οὖν μὲν ἐγεγήθειν, μὴ λέγοντος δὲ ἄχθομαι, καὶ ὅπως εἴπῃ, πάλιν εὔχομαι. Καὶ τῆς ὁδοῦ ταύτης ὁ καρπὸς οὗτός ἐστι. πεπόρευται δέ ἐμοὶ πειθόμενος. καὶ τοῦτο ἐμὴ παραίνεσις, ἣν κοσμήσεις μὲν, δοὺς αὐτὸν ἡμῖν. εἰ δ' οὔ δὲ, σεσιγήσθω δὲ τὸ βλάσφημον (3).

EUSEBIO.

Diognetus hic, Samosatenus, ibique educatus, & eam nactus aetatem, quae literas amare posset, harum amore ductus venit ad nos, pertinacique labore ea, quorum caussa venerat, consecutus, illis, qui ad omnia alia pertrahere volebant, dicto audiens esse noluit. Advocato itaque Mercurio, caussis agendis se adplicans tantus evasit, ut magnam sibi ex caussis peroratis gloriam pepererit, eosque adeo, qui vel Phoenicia hanc in rem opus esse, vel taceri debere contendunt, falsi convicerit. Tu quidem, qui me optime nosti, nihilque meorum ignoras, nosti utique, quantum hoc apud me valeat. Perorante itaque illo gavisus sum, tacente autem dolui, &, ut inposterum dicat, iterum precor. Atque hujus quidem itineris hic fructus est. Profectus vero est suasu meo, atque id omne meo consilio agitur, quod tu quidem provehes, si eum nobis dederis; sin aliter: sed nihil dicam gravius.

DCCLXXVIII. ΟΥΡΣΩι.

Σὲ μὲν εὐδαιμονίζω (1) τῆς δόξης, ἧς μεστὴ πᾶσα πόλις, ἐμαυτὸν δὲ τῶν τιμῶν, αἷς ἐκ τοῦ φιλεῖν με τετίμηκας. Τὸ γὰρ ὑπ' ἀνδρὸς φρονήσει τε διαφέροντος (2), καὶ λόγου τε καὶ σιγῆς καιρὸν εἰδότος, καὶ μετὰ

μὲν

URSO.

Felicem te praedico ex illa gloria, qua tota urbs te cumulat, me vero ex honore illo, quem, me amans, mihi praestas. Ab illo enim viro, qui & prudentia excellit, & loquendi pariter ac tacendi tempus novit, nihil

EP. DCCLXXVI. (1) Ita *Voss.* & *Reg. max. Vindobon.* membranac. & *Laudan.* II. *Demetrio Medic.* A. Δαναῷ apud *Zambicar.* lib. III. 290. ubi Latine exstat, & in Casanatens. *Anonymo* autem in *Vindobon.* chartaceo. (2) Ita *Voss.* & *Reg. max.* ceteri autem, quos dixi, omnes, ac praeterea *Codex niger*, *Mutin.* C. *Vatic.* B. & *Ambros.* T. 5. ῥήτωρ ὢν ἀγαθὸς, quod videtur rectius. Sic quoque *Benzel.* A. & B. (3) Ita codices omnes, & *Vatic.* A. quoque, sicut etiam in ipsa hac epistola vocatur. At *Reg. max.* Θεόγνητος, & *Zambicar.* in versione. (4) Ita *Laudan.* & *Medic.* ut & *Zambicar.* in versione, recte utique. αὑτοῦ *Reg. max.* αὐτὸν *Ambros.* (5) καταφεύγει —— βουλεύσασθαι desunt in *Codice nigro.* (6) Pro ἐπὶ τὴν σὴν φρόνησιν *Medic.* & *Benzel.* uterque. εἰς σέ. (7) Sic plerique, *Ambros.* βουλεύσεσθαι. (8) αὐτοῦ. *Benzel.* uterque. (9) τύχοιεν, *Ambros.* & *Medic.* τύχοι. *Benzel.* uterque. melius.

EP. DCCLXXVII. (1) ἡλικία, quae alias etiam *staturam* infert, h. l. *aetatem* denotat. Vide etiam Curas nostras ad *Luc.* II. 52. (2) i. e. ἄλλα ἄττα, vel ἄλλα τινά. (3) Aposiopesis, nostro recepta, ubi aliquid dicendum est, quod aversetur.

EP. DCCLXXVIII. (1) Εὐδαιμονίζω, *Medic.* B. (2) καὶ λόγου —— εἰδότος, desunt in *Medic.*

EP.

hil vero tumultuose, sed omnia tranquille facit, ea, quae a te mihi sunt, nancisci, id quidem omni auro, si quis vel Gygis illud dixerit, praestare existimo. Tu scilicet me non praesens tantum studio tuo dignaturus, absens autem mea neglecturus eras; sed absens etiam idem esse cupiens, literis tuis honorem mihi habuisti, quem duplicem putandum & appellandum esse censeo. Nam & ipsa illa scriptio mihi honorifica est. His igitur gloriatus ego epistolam illam omnibus notam feci, advocans illos, & congregans, & praelegens ipse. Tu vero honora me, quaeso, etiam illis, quae *Diogneto*, amico meo, praestiteris, profutura ipsi circumspiciens, operamque in rebus ejus perficiendis libenter suscipiens. Nam & haec Graeci omnes illico perspecta habebunt.

DIOGENI.

Venit ad te cum literis meis *Diognetus*, quod quidem valde te velle ipsi saepe es professus. Ego vero idem, etiamsi nihil hujusmodi dixisses, facturus eram, Vir eximie, qui pulchra vultus forma animae pulchritudinem refers, tanquam qui, cum jucundiora requirere possis, ex literis meis majorem voluptatem sis percepturus. Quemadmodum vero literis meis tibi sum gratificatus, ita & tu mihi tua in *Diognetum* benevolentia gratificare. Illi enim magnas & ego & *Demosthenes* gratias debemus, qui dedecus nobis abstulerit, manifestumque fecerit omnibus, haec arma etiam sola victorias reportare posse. At forte tu riseris, admonitiones audiens, qui etiam alios ad hujusmodi praestanda libenter permoveas. Ignosce itaque mihi, qui ex singulari 10 *Diognetum* studio rem adeo perspicuam non viderim.

PANELLENIO.

autem illius vices dolebis, eaque, quae justa tibi videbuntur, ad finem perduces, atque adeo *Petro* judicem te vere talem praestabis. Quoniam vero non solum apud vos injuriam patitur, sed & in Aegypto, hoc posterius quoque tibi commendo, ut illis quidem suffragio tuo, his autem literis medearis. Hae enim si ad optimum *Alexandrum* pervenerint, ibi quoque *Petro* fuerit consultum. Nos vero te de utroque laudabimus.

SOPHRONIO.

Ego vero te & vivere credo, & longum tempus victurum, cum Dii urbem vestram magnam esse cupiant, sciantque, quantopere salus ejus ex te pendeat. Hoc itaque illis curae erit, qui omnia possunt. Tua vero cura nunc etiam *Iasius* dignus est, qui perfruatur: homo superioris gratiae adeo non immemor, ut eam potius publice praedicet, &, qualium quantorumque factus sit particeps, edisserat. Ego quidem ad te jam antea scripsi pro *Iphicrate*, eique literis meis profui. Misi quoque nuper admodum ad *Iphicratem* epistolam, quae itidem ad te perveniet. Scribo vero etiam nunc, quamvis nullas adhuc literas a te acceperim. Interim persuasum mihi habeo, fore, ut legationi nostrae & commoranti adhuc, & abiturae multa & praeclara commoda praestes.

ELEBICO.

Omnium quidem, qui scholas meas frequentant, curam habeo, persuasus scilicet, me & Mercurio & Musis gratum praestare officium; prae ceteris tamen cordi mihi est *Eusebius*, mea disciplina prae ceteris usus, quemque & industria & natura & fortuna Rhetorem finxit praestantissimum. Ad eum multa quidem verba feci, permovere cupiens, ut juvenes instituendos sibi sumeret. Matri vero & avunculo audiens, eam, in qua est, viam est ingressus, & magni facit, magni senatus esse consortem. Cum vero multa ipsi pecunia perierit ex calamitatibus illis, in quas per nimiam *Prophetii* lenitatem incidit, publico quodam munere fungi constituit, non facultatum opinionem sectatus, sed vero studio ductus. Sic enim & urbi profuerit, nec ipse pessum iverit.

PROCLO.

Nihil opus est te docere, quis sit, & ex quibus, & unde veniat, qui hanc tibi epistolam reddit. Cum enim te abeuntem comitatus loqui de eo inciperem, dicentem me interpellabas, *Cajum* commemorans, *Cajique* doctrinam, professus etiam, quod frater is sit illius, quem nosti, Patris, socer autem alte-

παθόντι κακῶς συναχθεσθήσῃ, καὶ τὰ γνωσθέντα πρὸς τέλος ἄξεις, καὶ τὸν ὡς (3) ἀληθῶς δείξεις Πέτρῳ δικαστήν. Ἐπεὶ (4) δὲ ἀδικεῖται μὲν παρ' ὑμῖν, ἀδικεῖται δὲ ἐν Αἰγύπτῳ, δεόμεθά σου καὶ περὶ τοῦ δευτέρου, ἵνα τὰ μὲν (5) ἰάσῃ ψήφῳ, τὰ δὲ δι' ἐπιστολῆς, ἧς ἐλθούσης πως πρὸς τὸν ἄριστον Ἀλέξανδρον ἔσται τι τῷ Πέτρῳ κἀκεῖ καλόν, ἡμεῖς δέ σε ἐπ' ἀμφοῖν ἐπαινεσόμεθα.

DCCCI. ΣΩΦΡΟΝΙΩι.

Ἐγὼ δέ σε καὶ ζῆν ἡγοῦμαι, καὶ βιώσεσθαι πολὺν χρόνον, τῶν Θεῶν βουλομένων μὲν εἶναι μεγάλην ἐκείνην τὴν πόλιν, εἰδότων δὲ ὁπόσον τῇ πόλει τὸ σόν. Τούτου μὲν οὖν τοῖς πάντα δυναμένοις μελήσει. Τῆς δὲ σῆς εἰκότως ἂν καὶ νῦν Ἰάσιος ἀπολαύσαι προνοίας, ἀνὴρ τῆς προτέρας πανταχοῦ μεμνημένος, καὶ ᾄδων, καὶ λέγων, οἵων καὶ ὅσων τετύχηκεν. Ἐγὼ δὲ ἔγραψα μέν σοι πρότερον ὑπὲρ Ἰφικράτους, καὶ τὸν ἄνδρα τοῖς γράμμασιν ὤνησα. ἔπεμψα δὲ ἔναγχος ἐπιστολὴν Ἰφικράτει, σοὶ καὶ ταύτην ἥξουσαν. Ἐπιστέλλω δὲ (1) καὶ νῦν, λαβὼν μὲν οὐδεμίας παρὰ σοῦ. Πέπεισμαι (2) δέ σε καὶ τῇ πρεσβείᾳ τῇ παρ' ἡμῶν καὶ μενούσῃ (3) καὶ βαδιζούσῃ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγαθῶν αἴτιον γενήσεσθαι.

DCCCII. ΕΛΕΒΙΚΩι. (1)

Πάντων μέν μοι μέλει τῶν παρ' ἐμοὶ πεφοιτηκότων, νομίζοντι τῷ τε Ἑρμῇ καὶ ταῖς Μούσαις κεχαρισμένα ποιεῖν, μάλιστα δὲ τοῦ μάλιστα ἡμῶν μετεσχηκότος Εὐσεβίου, ὃν ἄκρον ἀπέφηνε ῥήτορα καὶ σπουδὴ, καὶ φύσις, καὶ τύχη. Καί μοι πεποίηται μὲν πρὸς αὐτὸν λόγος ἄγειν αὐτὸν βουλομένῳ ἐπὶ τὸ (2) παιδεύειν νέους. μητρὶ δὲ καὶ θείῳ πειθόμενος ἧκε ταύτην, ἣν ἧκε, καὶ μέγα μὲν ποιεῖται τὸ, τοῦ μεγάλου κοινωνεῖν συνεδρίου. χρημάτων δὲ πολλῶν αὐτῷ οἰχομένων ἐν τοῖς κακοῖς ἐκείνοις, ἃ αὐτῷ παρὰ τῆς Προφητίου γέγονεν ἐπιεικείας (3), ἀξιοῖ λειτουργεῖν, οὐ πρὸς τὴν δόξαν τῆς οὐσίας (4), πρὸς δὲ τὴν ἀλήθειαν. Οὕτω γὰρ ἂν τῇ τε πόλει χρήσιμος εἴη, καὶ αὐτὸς οὐ καταπέσοι.

DCCCIII. ΠΡΟΚΛΩι.

Οὐδὲν ἂν δεοίμην σε διδάσκειν, τίς τέ ἐστι καὶ τίνων, καὶ πόθεν ὁ φέρων σοι τὴν ἐπιστολήν. Καὶ γὰρ ὅτε σε προπέμπων ἠρξάμην τῶν περὶ αὐτοῦ ῥημάτων, τῷ παρὰ σαυτοῦ λόγῳ τὸν ἐμὸν ἔστησας, Γάϊόν τι λέγων; καὶ τὴν Γαΐου μνήμην, καὶ ὡς ἀδελφὸς εἴη τοῦ

(3) σοῦ, *Reg. max.* (4) ἐπὶ, *Berol.* (5) Pro τὰ μὲν, *Regii max.* τὰ μὲν, *Berolin.*

EP. DCCCI. (1) *Reg. max.* pro δὲ *Berolinensis.* (2) πεπείσμεθα *Reg. max.* (3) μελλούσῃ, *Berol.*

EP. DCCCII. (1) Sic *Reg. max.* rectius Ἐλεβίχῳ. Vide infra ad ep. 816. (2) Sic *Reg. max.* τῷ, *Reg. Berolin.* (3) Aut hoc sanum non est, aut αὖ ἀντίθετον intelligendum. Fortasse αἰκίας legi possit. Conf. ep. 804. (4) Ad publica enim munera obeunda sumtibus magnis, qui impendi debebant, opus erat.

τοῦ τοῦδε πατρός. καὶ ὡς καὶ πατὴρ τούτου (1) τῷ νόμῳ. (2) καὶ προςετίθεις ἐπαγγελίας καλὰς, ὡς ἥδιστά τι αὐτὸν ἀφικόμενον ὄψει, καὶ βοηθήσεις τὰ εἰκότα, οὔτ' ἀφεὶς (3), ὧν οἷός τε λειτουργεῖν, οὔτ' ἀνατιθεὶς φορτίον, ὃ μὴ δύναιτ' ἂν φέρειν (4). Διὰ ταῦτα χαίρων μὲν Εὐσέβιος ἔρχεται, χαίροντες δὲ αὐτὸν ἡμεῖς πέμπομεν, ὡς (5) αὐτίκα τε ἐπιστελοῦντα ἡμῖν περὶ τῶν εἰς αὐτὸν παρὰ σοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς συνόντας διηγησόμενον.

alterius illius. Addebas etiam egregia promissa, libentissime te illum adventantem visurum, &, ubi fieri posset; adjuturum, ita quidem, ut nec postponeres in iis, quibus obeundis aptus sit, nec onus imponeres, cui impar sit ferendo. Propterea *Eusebius* laetus advenit, quemadmodum nos laeti mittimus, propediem scilicet nobis scripturum, quae sibi a te collata sint, deinde vero eadem praesentibus nobis narraturum.

DCCCIV. ΕΥΣΕΒΙῼ.

Ἦν ἐπιμελές σοι τά τε ἄλλα τῶν ἡμετέρων εἰδέναι, καὶ ὅπως ἡμῖν τὰ τῶν φοιτητῶν ἔχοι, καὶ ὅστις ὁ κορυφαῖος; Ἦν οὖν ἀκούειν σοι, τοῦτον εἶναι τὸν Εὐσέβιον, ἔχοντά τι τῶν ἀρχαίων, ὅσα οὐχ ἕτερος, ἐν αὐτῷ, καὶ ποιοῦντα λόγους ἐοικότας ἐκείνοις, τοὺς μὲν μνήμῃ σωζομένους (1), τοὺς δ' εἰς γραμμάτιον καὶ κηρὸν (2) ἐρχομένους. Καὶ ταῦτα ἀκούων συνέχαιρες μὲν Εὐσεβίῳ, συνέχαιρες δὲ τῷ χορῷ, συνέχαιρες δ' ἐμοί. Καὶ ἣν ἂν ἔπαθες ἡδονὴν, αὐτὸς ὢν ὁ διδάσκων, ταύτην ᾔδεις, (3) τοιαῦτά ἐμοῦ διδασκότος. Οἶσθα δὴ καὶ τὰ περὶ τούτους τοὺς Προφητίου λαβυρίνθους, καὶ ὅσοις δόρασι τὴν οἰκίαν αὐτοῖς ἔτρωσε, μικρὰν εἰς λόγον χρημάτων αὐτὴν ἐκ πάνυ μεγάλης ποιῶν. ἀλλ' ἔτι (4) δοκεῖ πλουτεῖν, καὶ οὐ κεκακῶσθαι (5) πάνυ τοῦτο παθοῦσα. Σὲ τοίνυν τὸν (6) ἅπαντα εἰδότα δεῖ συνήγορον Εὐσεβίῳ γενέσθαι, καὶ μὴ περιιδεῖν αὐτῷ τὴν λειτουργίαν γιγνομένην, ὃ μηδὲ εἰπεῖν καλόν.

EUSEBIO.

Curae tibi semper fuit, & alia, quae ad nos pertinent, nosse, & id inprimis, quid discipuli nostri agant, quisque eorum sit praecipuus. Itaque intelligebas tunc, *Eusebium* talem esse, qui ex veterum monimentis ea teneat, quae vix alius; & orationes formet, veterum illis similes, alias quidem memoria servatas, alias vero in commentarios & pugillares relatas. Haec tu audiens gratulabaris quidem *Eusebio*; non minus vero discentium classi, tum denique mihi. Imo vero, quam percepturus eras voluptatem, si ipse ejus fuisses praeceptor, eam sentiebas, me ipsi doctrinae copiam faciente. Nosti vero praeterea illas calamitates a *Prophetio* obortas, quibus scilicet spiculis familiam hanc laeserit ille, atque ex valde ampla exiguam, si opes spectes, effecerit. Sed vel sic pecuniosa sibi, nec, etiamsi adeo adflicta, ad incitas redacta videtur. Te itaque, qui omnia haec perspecta habeas, *Eusebii* patronum esse oportet, neque permittere, ut in conferendo publico aliquo munere postponatur. Hoc enim ne dicere quidem decuerit.

DCCCV. ΠΑΛΛΑΔΙῼ.

Ἐν σοὶ μάλιστα τὰς ὑπὲρ τοῦ παρόντος πράγματος (1) ἔχων ἐλπίδας, Εὐσέβιος ἔρχεται, τὴν σὴν εἰς τὰ ἐμὰ σπουδὴν ἐν πάνυ πολλοῖς κατιδὼν, καὶ ὡς διδοίης μοι χάριτας χαίρεις (2) μετὰ τοῦ λαμβάνοντος. Τῇ δὲ νῦν ταύτῃ βοηθείᾳ βοηθήσεις εὖ τε γεγονότι καὶ τραφέντι, καὶ δικαίῳ, καὶ σεσωφρονηκότι, καὶ δύναμιν τῶν λόγων κληρωσαμένῳ, ὥσθ', ὁπότ' ἀρρωστοίην, μὴ εἶναι τοῦτο τοῖς νέοις βλάβην (3) διὰ τὰ παρὰ τοῦδε. Ἴσχυσε μὲν οὖν, εἰ καὶ τὴν ἐμὴν ἦλθεν ὁδόν. ἴσχυσε δὲ ἂν, εἰ τὴν τοῦ πατρός. Λαμπροτέρων δὲ ἐπιθυμήσας ὑμέτερος (4) γίνεται μετὰ χρημάτων οὐ πολλῶν, ἐκ πολλῶν ὀλίγων γεγενημένων. Ἦν δ' ἂν ἔτι πολλὰ μὴ τῇ Προφητίου φιλονεικίᾳ πεπολεμημένα. Λέγω

PALLADIO.

Eusebius in te potissimum spem conficiendi praesentis negotii collocans venit, qui tuum in me meaque studium ex variis rebus perspectum habeat, sciatque, te, si quid gratum mihi feceris, non minus, quam me accipientem laetari. Simile itaque auxilium praestabis homini bene & nato & educato, & justi studioso, sobrio item, & ea literarum copia instructo, ut, si quando ego aegrotarem, id quidem per illius opem discentibus fraudi nunquam esset. Magna igitur praestiturus erat, si meam quoque vitae conditionem amplexus esset; magna vero etiam, si Patris illam. Cum vero ad splendidiora feratur, vester nunc sit, opibus quidem non amplis instructus, amplis scilicet illis ad exiguas redactis. Futurae etiamnum copiosae erant, nisi nota illa *Prophetis* contentione oppugnatae fuissent. Rem tibi narro

EP. DCCCIII. (1) Ita *Reg. max.* at *Berolin.* καὶ ὡς πατὴρ τοῦδε. (2) πατὴρ ἐν νόμῳ socer mihi videtur, sicut Angli talem similiter *father in law* vocant. (3) ἀφεὶς, *Berolin.* (4) φορτία δυσβάστακτα, *Luc.* XI. 46. Conf. *Act.* XV. 10. & *Galat.* VI. 5. (5) ὡς abest a *Berol.*

EP. DCCCIV. (1) Σωζομένους *Reg. max.* malui nostrum ex *Reg. Berolin.* (2) Sic *Reg. max.* at *Berol.* καιρὸν, quasi *tempori opportuno* servatas diceret. Malui prius. Habebant enim veteres pugillares, cera oblitas, quibus sua mandabant: πινακίδας vocabant. De his *Pollux* X. 14. §. 58. ὁ δὲ ἐπὼν τῇ πινακίδι κηρὸς ἢ μάλθα, ἢ μάλθη, ubi vide *Kuhnium.* (3) ἴσθι *Reg. max.* (4) εἴ τι, *Berolin.* (5) καὶ οὐκ ἔτι γνῶσθαι, *Berol.* (6) αὐτὸν, *idem.* Ceterum confer ad hanc epistolam, superiorem illam 802.

EP. DCCCV. (1) Sic *Reg. max.* τῶν παρόντων πραγμάτων, *Berolin.* (2) χαίρων, idem *Berol.* (3) Eandem phrasin habes supra ep. 800. (4) ὑμέτερος, *Reg. Berol.* Sermo enim est de illo vitae genere, in quo erat *Palladius.*

narro multis testibus firmatam, ut proinde patrocinium tuum non multam operam requirat.

EUPSYCHIO.

Nemo te culpaverit ob tuum in medicum studium, inprimis cum orationum ille sit artifex, quas in theatrum produxit, & laudes reportavit. Neque nos medicum, de uxore ducenda cogitantem, aut quenquam illi in hac causa suppetias ferentem reprehendimus. Imo vero prospere & illi, & amicis ejus, cesserit conjugium; si neminem laeserint. Jam vero est, qui laeditur, nempe qui sponsa privatur, rupto foedere, & sponso cum alio sponso permutato. Certe virum, qui Aesculapium consectatur talia quidem & odisse & prohibere decet, tantum abest, ut ejusmodi quicquam ipse instituat. Quod si vero parvam ille justi & aequi rationem habet, tu tamen tanto majorem habeas: vel potius, quia in ceteris magnam habes, & hic habere necesse est, ut de magistratu tuo non nisi optima quaeque praedicentur.

BRASIDAE.

Novae ad te de iisdem rebus veniunt a nobis literae: nobis vero a te nec opus ullum nec literae in promtu sunt: cum tamen, si iniqua petiissemus, redarguere nos, sin aequa, juvare te oportuisset. Tu vero nec redarguisti nos, nec juvisti; qui tamen justi studio duci existimaris. Ego sane pro *Romulo* ad te scribens, scripsi pro cive tuo & cognato; & fortunae praeterea casibus adflicto, nihilque nunc ex magnis, quas habebat, facultatibus possidente, cui si quid de tuis dares, tibi ipsi id faceres. Cognatos enim, quibus bene est, eos juvare oportet, quibus res minus sunt secundae. Et multos tibi recensere possem, qui hoc modo opem aliis tulerunt. Ex eorum numero optimum quoque *Brasidam* esse velim. Interim nihil est hujusmodi, cujus causa hae literae ad te scribuntur, quae eo potius pertinent, si quando de illis, quae sibi debentur, *Romulus* causam agat. Jam diu quidem queritur multa, multa autem tacet, hinc paupertate adigente, hinc suadente pudore. Tacere enim multa eorum, quae dicere poterat, mavult, quam omnia de eo, qui ab ipso amatur, dicere. Atque illud quidem *Romulum* decet, *Brasidae* vero est, omnia curate ad animum revocare, quae primum, quae deinde, quae tertia vice, quaeque postea scripta sunt, & sic tandem opis aliquid ferre. Quo vero a malis omnibus liberari possit, diversorium est, quod Daphnae vidi. Hujus si compos factus

γω δὲ πρᾶγμα πολλοὺς ἔχον μάρτυρας, ὥστε σοι μηδ' εἶναι πολὺν πόνον ἐν τῇ συνηγορίᾳ.

DCCCVI. ΕΥΨΥΧΙΩι.

Οὐδεὶς μὲν ἂν αἰτιάσαιτό σε περὶ ἰατρῶν (1) ἐσπουδακότα, καὶ ταῦτα καὶ λόγων πατέρα γεγενημένον, εἶτ' εἰς (2) θέατρα τούτους εἰσάγοντά τι καὶ ἐπαινούμενον. ἀλλ' οὐδὲ γαμεῖν βουλόμενον τὸν ἰατρὸν αἰτιώμεθα, οὐδ' ὅστις ἐκείνῳ πρὸς τοῦτο συλλαμβάνει. Καλῶς δ' ἂν ἔχοι κἀκείνῳ, καὶ τοῖς μετ' ἐκείνου γαμεῖν, αὐτῶν ἀδικούντων οὐδένα. νῦν δ' ἔστιν ὁ ἀδικούμενος, ὁ τῆς κόρης ἀποστερούμενος, συνθηκῶν κειμένων, καὶ μνηστῆρι (3) μνηστῆρος ἐπεισιόντος. ἄνδρα τὸν περὶ τὸν Ἀσκληπιὸν ὄντα, καὶ μισεῖν τὰ τοιαῦτα δίκαιον, καὶ κωλύειν, τοσαῦτ' ἀπέχειν τοῦ ποιεῖν (4). εἰ δ' ἐκείνῳ βραχὺς τοῦ προσήκοντος λόγος, ἀλλὰ σοί γ' ἔστω πολύς. μᾶλλον δ' ἐπειδὴ πολὺς ἐν τοῖς ἄλλοις ἐστί σοι, κἀνταῦθ' ἔστω πολὺς, ὅπως τὰ βελτίω μόνα περὶ τῆς σῆς ἀρχῆς λέγηται.

DCCCVII. ΒΡΑΣΙΔΑι.

Ἐκ γράμματά σοι περὶ τῶν αὐτῶν παρ' ἡμῶν. ἡμῖν δὲ οὔτε ἔργον, οὔτε γράμματα παρὰ σοῦ. καίτοι εἰ μὲν ἄδικα ᾐτοῦμεν, ἐξελέγχειν ἐχρῆν, εἰ δὲ δίκαια, πράττειν. Σὺ δὲ οὔτε ἐξήλεγξας, οὔτε ἔπραξας (1), καὶ ταῦτα ὢν ἐν δόξῃ τοῦ τὰ δίκαια τιμᾷν. Ἐγὼ δὲ ὑπὲρ Ῥωμύλου πρὸς σὲ ἐπιστέλλων ὑπὲρ πολίτου σοῦ καὶ συγγενοῦς ἔγραφον, καὶ τύχῃ βεβλαμμένου, καὶ οὐδὲν ἀπὸ πολλῶν, ὧν εἶχεν, ἔχοντος. ᾧ καὶ τῶν σαυτοῦ διδοὺς σαυτῷ τοῦτ' ἂν ἐποίεις. δεῖ γὰρ ἐν ταῖς συγγενείαις (2) τοὺς εὖ πράττοντας τοῖς κακῶς βοηθεῖν. καὶ πολλοὺς ἀριθμεῖν ἔχοιμ' ἂν οἳ τοιαῦτα ἐπεχείρησαν, ὧν ἐβουλόμην εἶναι καὶ τὸν καλὸν Βρασίδαν. ἀλλ' ὅμως οὐχ ὑπὲρ τοῦ τοιούτου τινὸς ταῦτα γίνεται τὰ γράμματα, ἀλλ' ὅταν εἰς τὸν ὑπὲρ τῶν ὀφειλομένων αὐτῷ καταστῇ λόγον Ῥωμύλος, ἐπὶ πολὺν μὲν χρόνον καὶ λέγει τι καὶ οὐ λέγει, τὸ μὲν τῆς πενίας ἀναγκαζούσης, τὸ δὲ, τῆς αἰδοῦς πειθούσης. μᾶλλον γὰρ ὧν ἔστιν εἰπεῖν αὐτὸν παραλιπεῖν αἱρεῖται (3), ἢ περὶ τοῦ μάλιστα ὑπ' αὐτοῦ φιλουμένου πᾶν ὅσον ἐστὶν εἰπεῖν. Ῥωμύλῳ μὲν οὖν ταῦτα πρέπει, Βρασίδᾳ δὲ τὸ πάντα ἀκριβῶς πρὸς ἑαυτὸν διελθεῖν τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα, τὰ τρίτα, τἀπὶ τούτοις, εἶτά τι ποιῆσαι καλόν. ᾧ (4) δ' οἴομαι καὶ λύσιν ἁπάντων ἀκολουθήσειν, (5) κατάλυσίς ἐστιν, ἣν οἶδα ἰδὼν ἐν Δάφνῃ (6). ταύτης εἰ γένοιτο (7) κύριος, οὐδὲν αὐτὸν ἡγοῦμαι ζητή-

σειν

EP. DCCCVI. (1) Ita quidem *Reg. max.* & *Berol.* Sed non dubito legendum esse ἰατρὸν, cum sequentia λόγων πατέρα γεγενημένον &c. ad ipsum illum ἰατρὸν pertinere videantur. (2) Sic *Berol.* εἶν τι, *Reg. max.* (3) μνηστῆρι, *Reg. Berol.* omittit. (4) τοσαῦτα παρέχειν, *Berol.*

EP. DCCCVII. (1) Ἔπαινας, *Reg. Berol.* (2) συγγενίαις, *idem.* (3) ἱρεῖται, *idem.* (4) ὃ, *Reg. max.* (5) ἀκολουθεῖν, *Reg. Berol.* (6) *Daphne* Antiochiae erat suburbium, ubi *Romulum* commorari volebat noster. Ceterum pro οἶδα malim legere εἶδε vel εἶδεν, ut ad Brasidam res referatur, qui diversorium illud Daphnaeum viderit. (7) γένοιτο, *Berol.*

 (8) Int-

σου πλέον, ἀλλὰ πάντα νομιεῖν κεκομίσθαι. Νεῦσον δή, καὶ πείσθητι (8), καὶ ποίησον σαυτὸν ἐνδοξότερον. Δοκεῖ μὲν γὰρ ὁ λαμβάνων ἔσεσθαι Ῥωμύλος, λήψεται δέ τι καὶ ὁ διδοὺς Βρασίδας. Αὐτοῦ γὰρ ἔσται τὸ ἐπαινεῖσθαι.

factus fuerit, nihil amplius illum puto desideraturum, sed omnia se habere existimaturum. Annue igitur, & permoveri te patere, tibique ipsi gloriam para. *Romulus* quidem accipere hoc beneficium videbitur, accipiet vero etiam aliquid, qui dabit, *Brasidas*. Hunc enim laudari continget.

DCCCVIII. ΤΟΙΣ ΠΡΕΣΒΕΣΙΝ.

Τοὺς περὶ Ῥωμύλου λόγους οἶμαί τε ἐν ὑμῖν κεῖσθαι, καὶ τοὔργον ὑμᾶς ἐπιθυμεῖν πραχθῆναι. βλάβη δ' οὐδεμία καὶ πρὸς μεμνημένους ἐλθεῖν τοιαύτην ἐπιστολήν. Δέχεσθε τοίνυν τὴν ἐπιστολήν, καὶ, οἷς πράττετε, τιμᾶτε καὶ Ῥωμύλον, καὶ ὑμᾶς αὐτούς, καί ἐμέ, καὶ τὴν πόλιν (1).

LEGATIS.

Meos de *Romulo* sermones in animis vestris haerere, & vos rei perficiendae studere existimo. Interim non nocuerit, epistolam hanc etiam ad memores perferri. Accipite igitur has literas, &, ope lata, tum *Romulum*, tum vosmet ipsos, tum me quoque & urbem ornate.

DCCCIX. ΦΩΤΙΩι.

Οὔπω μὲν ἀνέπνευσε Ῥωμύλος, δεῖ δὲ αὐτὸν ἀναπνεῦσαι, δεομένου μὲν ἐμοῦ, σοῦ δὲ τὰς ἐμὰς αἰδουμένου δεήσεις. Ἐρχέσθω δὴ γράμματα ἐπιεικέστερα τῶν πρώην, ὡς ἐν ἐκείνοις ἦσαν ἀφορμαὶ λύπης (1).

PHOTIO.

Nondum recreatus est *Romulus*, recreari autem oportet, me quidem precante, te vero precibus nostris aliquid tribuente. Veniant itaque literae superioribus illis benigniores, cum tristitiae nobis auctores exstiterint.

DCCCX. ΓΕΣΣΙΩι. (1)

Αἴγυπτον τὴν ἱερὰν (2) καὶ κατὰ τοῦτο φιλῶ, ὅτι μοι καὶ πέμπει σὰς ἐπιστολάς, καὶ τοιαύτας. Θαυμάζω δὲ αὐτάς, οὐκ ἀποστὰς τῶν φίλων ἐν γωνίᾳ (3) τινὶ τοίχῳ προσθεὶς ἐμαυτόν, ἀλλ' ἐν πολλοῖς ἑταίροις, τοῖς ὁρᾶν κάλλη τοιαῦτα δυναμένοις. καί, ἅπερ εἰκός, ἀκολουθεῖ, κρότος τε, καὶ τό, τίς ἂν εἴη ὁ Γέσσιος, ἀνάγκην ἔχων τὸ μὴ πλουτεῖν εἰς τὸ διδάσκειν. Σὲ μὲν οὖν ἐπαινοῦμεν, τῇ τύχῃ δὲ ἐγκαλοῦμεν, ὅτι μὴ παῖδάς σοι τρέφομεν (4), ἐν οἷσπερ σε πρότερον, καὶ ταῦτα τρέφοντες ἑτέρους, ἐν οἷσπερ αὐτῶν τοὺς πατέρας. Ποίει δὲ καὶ σαυτὸν αἰτίας ἔξω, γάμῳ χρώμενος μᾶλλον ἢ περὶ γάμου βουλαῖς. Ἔχει δὲ ἡ γῆ κόρας (5)· καὶ ἀρκεῖ βουληθῆναι. Δέδοικα δέ, μὴ δεινοί (6) τινες ἐν λόγοις οἱ μὲν παρόντες λέγοντες, οἱ δὲ καὶ ἀπόντες γράφοντες, ἐπαινῶσι πρὸς σὲ τὸν ἄνευ γυναικός τε καὶ παίδων βίον.

GESSIO.

Sacram Aegyptum eo etiam nomine diligo, quod mihi & tuas, & tales epistolas mittit. Admiror sane illas, ab amicis non discedens, & in angulo aliquo muro adnixus, sed inter medios amicos, qui elegantias hujusmodi perspicere possunt. Tum vero ea, quae par est, sequuntur, plausus scilicet, & quaerentes: quis sit *Gessius* ille, qui necesse putet non ditescere, ut alios doceat. Te itaque laudamus, fortunam vero culpamus ideo, quod filios tibi non educamus, in quibus tu olim eras, cum tamen alios educemus, quorum patres ante instituimus. Fac vero, ut ipse quoque a culpa sis immunis, ad nuptias potius, quam ad consilia de nuptiis animum adplicans. Alit enim regio illa virgines, & vel voluisse sufficit. Vereor autem, ne facundiores quidam, nunc praesentes verbis, nunc absentes literis, vitam, quae sine uxore & liberis vivitur, tibi commendent.

DCCCXI. ΕΥΣΕΒΙΩι.

Προνοίας τῆς παρὰ σοῦ, τῆς μὲν τετύχηκε Μάξιμος, ὑπὲρ ἧς ἡμῖν ἐπέσταλκε, τῆς δὲ δίκαιός ἐστι τυχεῖν. Αἰτεῖ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο. κἂν λάβῃ, δηλώσει πάλιν, ὡς ἔλαβεν.

EUSEBIO.

Providam tuam curam ex parte jam expertus est *Maximus*, quam literis nobis praedicavit, ex parte vero dignus est, ut amplius experiatur. Itaque id quidem expetit. Si nactus fuerit, nactum se esse denuo nunciabit.

DCCCXII. HE-

(8) πείσθητι, *idem*.

EP. DCCCVIII. (1) Sic *Reg. max.* ἐπιστολήν, *Vatic.* B. Confer ad argumentum ipsum epistolam superiorem.

EP. DCCCIX. (1) *Reg. max.* λυπεῖσθαι, *Mutin.* A. Sic vero praemitti debebat τοῦ.

EP. DCCCX. (1) Ita *Reg. max. Medic.* B. alii: Γεσίῳ, *Reg. Berol.* ubi tamen in ipsa epistola scribitur Γέσσιος. (2) Alias etiam urbes dictae ἱεραί. Vide *Ezech. Spanhemium* de Usu & Praestantia Numismatum Tom. I. p. 659. & *Pet. Zornii* Bibliothecam Antiquario Exegetic. Tom. I. p. 36. (3) ἀγωνίᾳ, *Medic.* B. (4) τρέφοντες, *idem*, ubi postea leguntur sequentia: διὰ τροφὴν τοιαύτας ὄντας ἑτέρους, ἐν οἷσπερ αὐτῶν τοὺς πατέρας. Sed illa quidem ut sensu commodo destituuntur, ita merito omittuntur, sicut etiam nec in *Medic.* nec in *Reg. max.* exstant. (5) χώρας, *Medic.* sed videtur ab eadem manu emendatum per κόρας. (6) δειλοί, *Medic.* ubi *Salvinus* malebat δηλοῖ. Nostra lectio clara est, & in *Medic.* ac *Reg. max.* obvia.

EP.

HESYCHIO.

Noli nos, sed tempus potius, accusare, quod varia nobis & negotia peperit, & moerorem, ex molestiis ortum, & lacrymas tristitiae comites. In his vero esse, & vel sic tot amicis frequenter scribere, difficile accidit. Ceterum filii tui ex duobus illis mensibus alterum duobus impenderunt, veteribus scilicet, & mihi; alterum vero veteribus solis, suadente id quidem utilitate. Dantibus vero Mercurio & Diis ceteris, praesente mense praelectionibus iterum vacabimus, quarto ad priora illa reversuri.

LEONTIO.

Literae a vobis iterum ad nos venerunt. Itaque & ego, & qui mecum instituendis juvenibus operantur, plausimus. Plausum vero illum excitarunt ea, quae pridie a me de vobis illis erant exposita. Haec vero eo continebantur, quod & me & te, cognatumque tuum injuria afficiat *Bassiani* filius, literis nos privans h. e. illo, qui nobis habetur, honore, addita egregia oratione tua, vel, si mavis, mea. Ita enim apud vos, ceu fama fert, ab auditoribus est judicatum: neque male judicatum. Adeo similis est illis, quas nos habuimus. Ceterum oratio illa tua per biduum in manibus meis fuit, oculis meis lecta, & examinata, & cum admiratione probata. Amplum sane illorum, quae a me tibi praestita sunt, praemium. Neque enim, quicquid inter homines auri est, praetulerim illi, quod filius meus talium artificem se praestet. Quoniam igitur commodam occasionem nactus mihi videbar, eandem orationem iterum in theatrum apud nos produxi; atque idem, quod antea agebatur. Iidem erant audientium clamores, iidem plausus. Erat etiam, qui suspiciones de oratione hac apud vos motas probaret, quod scilicet *Leontius* eam, quae mea sit, sibi tribuat, & quae hic sit elaborata, ibi recitetur. Multa enim esse, quae id persuadere possint. Ego vero & tibi & mihi gaudens, juvenibus quoque sum gratulatus, qui exemplum scriptum cupide arripientes orationem ipsam thesaurum appellabant, sibique vindicare conabantur. Itaque acceperunt, & acceptam possident.

ARISTAENETO.

Multis, qui injuria affecti sunt, satis fuit ex iis, qui affeceruot, audire, quod affecerint. Tibi itaque sufficiat, si idem ipse quoque fuero professus de mora, quam in scribendo feci. Illa

DCCCXII. ΗΣΥΧΙΩι.

Μὴ ἡμῖν, τῷ καιρῷ δὲ ἐγκάλει, πολλά τε ἐνεγκόντι πράγματα, καὶ λύπην, τὴν ἀπ᾽ αὐτῶν, καὶ δάκρυα, τὰ ἀπ᾽ ἐκείνης. εἶναι δὲ ἐν τούτοις καὶ ἐπιστέλλειν τοσούτοις φίλοις πολλάκις, οὐ ῥᾴδιον. Παῖδες δὲ οἱ σοὶ δυοῖν μηνοῖν τὸν μὲν ἀνηλώκασι περὶ ἄμφω τούς τε παλαιοὺς, καί ἐμέ. τὸν δεύτερον δὲ περὶ ἐκείνους μόνους. τοῦ συμφέροντος ταύτην (1) ἄγοντος. Ἑρμοῦ δὲ διδόντος, καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, ἀψόμεθα συνουσιῶν ἐν τούτῳ δὴ τῷ μηνὶ, τῆς τετράδος τὰ πρῶτα δεχομένης.

DCCCXIII. ΛΕΟΝΤΙΩι.

Ἦλθον αὖθις ἡμῖν ἐπιστολαὶ παρ᾽ ὑμῶν. καὶ ἀνεβόησα μὲν (1) ἐγώ τε καὶ ὅσοι μετ᾽ ἐμοῦ τῶν νέων ἐπιμελοῦνται. Τὴν βοὴν δὲ ἐποίησε τά τε προτεραίᾳ (2) παρ᾽ ἐμοῦ περὶ ὑμῶν (3) εἰρημένα πρὸς αὐτούς. Ἦν δὲ ταῦτα, ἀδικεῖν με καί σε καὶ τὸν σὸν (4) συγγενῆ, τὸν παῖδα Βασιανοῦ, γραμμάτων ἀποστεροῦντα τιμῶν (5) τῶν ἡκόντων ἡμῖν μετὰ τοῦ καλοῦ λόγου τοῦ σοῦ, ἢ εἰ βούλει γε ἐμοῦ. καὶ γὰρ τοῦτο, ὡς ἔστιν ἀκούειν, εἴρηται παρ᾽ ὑμῖν (6) ὑπὸ τοῦ θεάτρου. καὶ οὐκ εἴρηται κακῶς. Οὕτω λίαν ἔοικεν οἷς ἐποιησάμεθα. Ὁ δὲ δὴ λόγος οὗτος δύο μὲν ἡμέρας ἐν ταῖς ἐμαῖς ἔκειτο χερσίν. ὑπ᾽ ὀφθαλμοῖς τοῖς ἐμοῖς ἀναγινωσκόμενός (7) τε καὶ δοκιμαζόμενος καὶ θαυμαζόμενος (8). μισθὸς μέγας τῶν περὶ σέ (9) μοι γεγονότων. Οὐδὲ γὰρ τὸν ὄντα ἐν ἀνθρώποις χρυσὸν πρότερον ἂν ἐποιησάμην τοῦ τὸν παῖδα τὸν ἐμὸν τοιούτων φανῆναι πατέρα. Ἐπεὶ οὖν ἐδόκει μοι καιρὸς εἶναι, παρῆγον τὸν λόγον εἰς δεύτερον θέατρον τὸ τῇδε, καὶ ἦν οἷον περ τὸ πρότερον. Φωνάς τε τὰς αὐτὰς ἀφιέντες, καὶ ταὐτὰ κινούμενοι. καί τις ἐπῄνει τὰς γινομένας περὶ τοῦ λόγου παρ᾽ ὑμῖν ὑποψίας. ὡς ἄρα ἐμὸν ὄντα ὑποβάλοιτο Λεόντιος. καὶ ποιηθείη μὲν ἐνταυθοῖ, διδαχθείη δὲ ἐκεῖ. πολλὰ γὰρ εἶναι τὰ ἐξαπατῶντα. Συνησθεὶς δὲ ἐγὼ καί σοι καὶ ἐμαυτῷ, συνήσθην καὶ τοῖς νέοις ἀντιλαβομένοις τε τοῦ βιβλίου, καὶ κτῆμα ὀνομάζουσι τὸν λόγον, κτήσασθαί τι βουλομένοις. καὶ εἶχον (10), καὶ ἔχουσι κτησάμενοι.

DCCCXIV. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΩι. (1)

Ἤρκεσε πολλοῖς ἀδικηθεῖσιν ἀκοῦσαι παρὰ τῶν ἠδικηκότων, ὅτι ἠδικήκασιν. Ἀρκείτω τοίνυν καί σοι λεγόμενον ταὐτὸ τοῦτο παρ᾽ ἐμοῦ περὶ τῆς βραδυτῆτος, τῆς περὶ

EP. DCCCXII. (1) Scilicet ὥραν.

EP. DCCCXIII. (1) Sic *Reg. max.* ἀνεβοήσαμεν, *Reg. Berol.* forte rectius. (2) Ita scribo cum *Reg. max.* pro προτεραίᾳ *Berolin.* προτεραίᾳ scil. ἡμέρᾳ, *priori die.* (3) ἐμοῦ, *Reg. Berol.* (4) Sic *Berol.* ἐμόν, *Reg. max.* Non admodum liquet, utrum sit rectius. (5) Vox haec suspecta mihi est: legitur tamen in utroque, quem dixi, codice. (6) ὑμῖν est in *Reg. max.* deest vero in *Berol.* (7) ἀναγινωσκόμενος, *Berol.* (8) καὶ θαυμαζόμενος. omittit *idem.* (9) περὶ σοῦ *Berol.* male. Sermo est de iis, quae Libanius *Leoto*, discipulo suo, olim praestiterit. (10) ἔχειν, *Reg. max.* male, nec rectius paulo post κτησαμένοις.

EP. DCCCXIV. (1) Desideratur haec epistola in utroque *Caesareo Vindobon.* Nomen depravate admodum legitur in *Berol.* clare tamen in *Reg. max.* & *Medic.* B.

(2) πλάτο

περὶ τὰ γράμματα, μῆνες δὲ ἡ βραδυτὴς τέτταρες ἢ καὶ πλείους. Καὶ ἦν μέντοι πλάττειν (2) εὐπροσώπους αἰτίας. Οὐ μὴν ἠξίωσά γε οὕτως ἀπολογεῖσθαι πρὸς ἄνδρα καὶ (3) συγγενῆ, καὶ γενναῖον, καὶ ὁμιλητὴν, καὶ ἐραστήν. Ἀλλ' εἰρήσθω τό γε (4) ἀληθὲς, ὡς ἡμάρτηται τοῦθ' ἡμῖν. τοῦ μέντοι παρὰ τῶν Θεῶν αἰτεῖν ἐπανορθωσαί τινά σοι τοῦ σώματος οὐκ ἔστιν ὅτε (5) ἐπαυσάμην. Ἤτει δέ σοι καὶ Πολύβιος ταῦτα παρὰ (6) τῶν αὐτῶν, χρηστῷ τε ὄντι καὶ χαίροντι βιβλίοις, καὶ λόγους ἀσπαζομένῳ, καὶ ζῶντι μετ' ἀνδρὸς λόγους ἐργαζομένου (7). Πεῖθε δὴ τὸν δημιουργὸν ἕτερα ποιεῖν ἀγάλματα, καὶ ἀεὶ προστιθέναι τοῖς ἤδη δεδειγμένοις, ὅπως ὁ μὲν ῥέῃ, λαμπροὶ δὲ ἡμεῖς διὰ Λεόντιον ὦμεν μετὰ τοῦ Λεοντίου.

la vero quatuor mensibus & amplius continetur. Jam quidem speciosas admodum caussas praetexere poteram. Indignum vero putavi apud virum & cognatum, & ingenuum & familiarem, mei denique amantem, hanc defensionis viam inire. Dicam igitur quod res est, me nempe in eo peccasse. Interim nunquam destiti precari Deos, ut corpus tibi firmum redderent. Idem vero ab illis expetebat tibi *Polybius*, viro scilicet optimo, & libris gaudenti, & literarum amanti, cum egregio denique orationum artifice viventi. Permove itaque earum auctorem, ut alias ejusmodi effingat, & alias atque alias jam recitatis jungat. Sic & ille perpetuo fluet, & nos per *Leontium* cum *Leontio* reddemur illustriores.

DCCCXV. ΣΑΤΟΥΡΝΙΝΩι. (1)

Ἴσως τἄλλα ψεύδομαι καὶ οὐκ ἐπεσταλκὼς ἐπεσταλκέναι φημὶ, τούς τε οὐ λαβόντας οὐκ ἀποδοῦναι. ἐν ᾗ μέντοι γε σοὶ τῆς σωτηρίας χάριν εἶχον ἐπιστολῇ πρὸς τὸν, οὐ ταῦτα βουλόμενον, μεμαχημένῳ (2), τίς ταύτην ἠγνόησε τῶν ἐν (3) τῇ μεγάλῃ πόλει. πολλῶν δὲ περὶ αὐτῆς τῶν μὲν λεγόντων, τῶν δὲ ἀκουόντων, πάλιν πῶς ἦν ἀγνοῆσαι πρὸς ὃν ἐγέγραπτο μόνον; Ὁ μὲν (4) οὖν διδάξας ἡμᾶς, ὡς καὶ πολεμήσαις καὶ νικήσαις, Μάξιμος ἦν. ἡμεῖς δὲ ἃ χρῆν ἐπὶ τούτοις ἐπιστείλαντες ἐπέμψαμεν, καὶ οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας ἔχειν σε τὴν ἐπιστολὴν ἐμάνθανον τοῦ παρ' ἡμῶν λαβόντος σοὶ δεδωκέναι λέγοντος. Σῶν τοίνυν γραμμάτων ὑπὲρ τούτων ἐλπιζομένων, εἶτα οὐ φαινομένων, ἀθυμίᾳ μὲν εἰχόμην. τοῦ δὲ εἰδέναι σοι χάριν οὐκ ἀφιστάμην. Ἔτι δέ μοι σοῦ καὶ σιγῆς ἑτέρας μνησθῆναι τῆς μετὰ τῶν λόγων (5), οὗ μισθὸν ἔσχηκα (6) ἄργυρον, τὸν μείζονα οὐκ ἔσχον, γράμματα, ἃ οὐ πάντως ἔπαινον (7) ἔδει μοι φέρειν, μὴ μέλλοντά γε εἶναι τὸν ἔπαινον δίκαιον, αὐτὸ μέντοι τοῦτό γε τὸν λόγον ἥκειν (8) σοι. Ἦν δ' ἄρα κἀκεῖνον οὐκ ἐπαινοῦντι τὴν γνώμην ἐπαινεῖν (9), τὴν ὅσον εἶχε, ποιήσασαν. Σὺ δὲ οὐδὲ ταῦθ' ἡμῖν. παρέσυρε γὰρ ἡμᾶς ποταμός τις οὐκ Ὀρόντῃ καὶ Κύδνῳ (10) τῶν σοι συνόντων παραβαλλόντων αὐτὸν, ἀλλ' Ἴστρῳ καὶ Νείλῳ καὶ τοῖς μετὰ τούτους (11) μεγάλοις. Ταῦθ' ἡμᾶς ἀπεστέρησε μὲν τῶν παρὰ σοῦ περὶ τοῦ λόγου γραμμάτων, ἔπαυσε δὲ τοῦ γράφειν αὐτοὺς τοῖς σοῖς οἰομένοις δεῖν ἀκο-

SATURNINO.

Fortasse alias mentior, &, quamvis non scripserim, scripsisse tamen ajo, eos vero, qui a me non acceperunt, non reddidisse. Eam vero epistolam, qua tibi gratias habebam pro salute nobis adversus eum, qui minime id vellet, pugnando praestita, quis tandem eorum, qui in magna urbe versantur, ignoravit? Cum contra haec multi de ea hinc locuti sint, hinc audiverint, quomodo illam is unus, ad quem scripta erat, ignorare poterat? Ceterum *Maximus* est, qui nobis, quod & pugnaveris, & viceris, nunciabat. Nos vero, ea, quae de his rebus decet, scribentes misimus literas, nec multis post diebus eas te habere ex eo intelleximus, qui a nobis acceperat, & tibi reddidisse ajebat. Cum posthaec literae tuae a me quidem exspectatae non venirent, tristitia quidem correptus sum, gratiam vero tibi habere non desii. Mentionem praeterea facere possem alterius silentii tui, quo post acceptam orationem illam meam usus es. Pro illa enim argentum habui mercedem, non autem majorem illa, literas tuas, quae laudibus me quidem prosequi non debuissent, quas non eram promeritus, id tamen nunciare, quod oratio ad te pervenerit. Quod si vero illam laudare noluisses, voluntatem tamen meam laudare poteras, secundum quam ea, quae poteram, fecerim. Sed nec hoc tu fecisti. Abripuit enim nos fluvius aliquis, quem, qui tecum sunt, non cum Oronte & Cydno, sed cum Istro & Nilo, illisque, qui post illos magni sunt, comparant. Illa quidem literis de nostra oratione tuis me privarunt, simul vero a scribendo avocarunt, morem tuum mihi imitan-

(2) πλάττειν, *Medic.* pro πορίζειν, quod est in *Reg. max.* & *Berol.* (3) καὶ, *Reg. max.* quod in ceteris desideratur. (4) Sic *Berol.* τό γε, *Reg. max.* τὸ, *Medic.* (5) ὅτι, *Medic.* (6) Sic *Reg. Berol.* & *Medic.* περὶ *Reg. max.* (7) *Leontius* is est, cujus orationem in superiore epistola laudat, mox vero etiam hic nomen recitat.

EP. DCCCXV. (1) Sic clare *Voss.* & *Vatic.* A. Σατορνίνῳ, *Reg. max.* Prius illud rectius habet, & a *Marcellino* loco mox citando adhibetur. (2) *Saturninus* hic a Valente Aug. Magister militum constitutus contra Gothos in Thracia grassantes pugnabat. Vide *Ammianum Marcell.* lib. XXXI. c. 8. & 13. ubi *Valesius* p. 646. duas nostri ad illum epistolas appellat. (3) τῶν ἐν omittit *Berolin.* (4) ἡμᾶς, *Berol.* (5) Sic *Reg. max.* & *Berolin.* At non dubito scribendum esse μετὰ τὸν λόγον. *Libanius* enim orationem quandam suam miserat ad Saturninum, quod patet ex sequentibus, τὸν λόγον ἥκειν σοι. Jam video *Vossianum* clare habere: μετὰ τὸν λόγον. (6) ἔσχηκα ἀργύριον, *Reg. max.* at *Voss.* & *Berol.* ut nos. (7) *Reg. max.* pro ἐπαινεῖν *Berol.* (8) ἔχειν σοι. *Berol.* Legi poterat ἥκειν σοι cum *Reg. max.* (9) ἐπαινεῖν, *Berol.* (10) *Orontes* fluvius Antiochiam adluebat, de quo supra. *Cydnus*, Ciliciae fluvius, *gratissimus amnis & liquidus* audit *Ammiano* XXV. 10. Jocari hic videtur Libanius, id significaturus; Saturninum veritum esse, ne literae mari mittendae perirent. (11) Sic *Reg. max.* τούτων *Berol.* male.

(12) De

mirandum esse arbitrantem. Fortasse & *Leteius* suum silentium excusare tentabit, nec facultate forte destituetur. Ceterum, quando optimum *Anianum* illustrem atque hac in parte gratum illi fecisti, scias, & nobis te esse gratificatum, sicut & literis illis, nos quidem accusantibus, sed non sine amoris indiciis exaratis.

ἀκολυθῶν. Ἴσως δὲ καὶ Ἀντίοχος πειράσεταί τι περὶ τῆς αὐτοῦ σιγῆς εἰπεῖν, καὶ ἴσως οὐκ ἀπορήσει. Λαμπρὸν δὲ ἡμῖν πεποιηκὼς τὸν χρηστὸν Ἀνιανὸν (12) καὶ ταύτῃ κεχαρισμένος, ἴσθι κεχαρισμένος ἡμῖν καὶ διὰ τῆς κατηγορούσης ἡμῶν (13) ἐπιστολῆς, οὐκ ἄνευ ἔρωτος γεγραμμένης (14).

ELLEBICHO.

DCCCXVI. ΕΛΛΕΒΙΧῼ. (1)

Magnum nobis est, optimum *Anianum* a Thracia ex iis, quae in Thracia gesta sunt, honoribus cumulatum iterum habere: multo vero majus id, quod literis tuis instructus ad nos venerit. Adeo nos non praesentes solum, sed & absentes honorando censuisti. Laudes enim in omnibus amicorum consortiis nos cumulas, & ex ceteris eos, qui nos laudant, amas, qui vero reprehendat, (nam & tales sunt,) tanquam te contristans discedit. Porro cum tuo de literis nostris gaudio nos honores, ipsis quoque literis tuis honoras. Ceterum precor te, & una mecum civitas omnis precatur, memineris eorum, quae a nobis discedens promittebas. Promittebas autem, te, ubi magnam illam urbem vidisses, nostrae te iterum daturum, quae illa quidem longe inferior, non paucis tamen & amplior est, &, quod addiderim, pulchrior. Tu enim id nobis dedisti, ut de pulchritudine dicere possimus, aedibus magnificis exstructis, junctoque illis balneo, quod, quamvis in media urbe situm, ad se tamen ex portis omnibus & juvenes & senes allicit.

Μέγα μὲν ἡμῖν τὸ τὸν ἄριστον Ἀνιανὸν (2) αὖθις ἔχειν ἐστεφανωμένον (3) ἀπὸ τῆς Θρᾴκης διὰ τὰ περὶ τὴν Θρᾴκην. πολλῷ δὲ μεῖζον τὸ καὶ μετὰ σῶν ἥκειν αὐτὸν γραμμάτων. καὶ οὐκ ἄρα παρόντας ἡμᾶς ἔμελλες τιμήσειν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀπόντας. Ἐπαινεῖς τε γὰρ ἡμᾶς ἐν πᾶσι παρὰ σοὶ συλλόγοις, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς ἐπαινοῦντας ἡμᾶς φιλεῖς, ὅτε ψέγων, εἰσὶ γὰρ δὴ καὶ οὗτοι (4) λυπήσας ἀπέρχεται. Πάλιν τοίνυν τῷ (5) χαίρειν τοῖς παρ' ἡμῶν γράμμασι τιμῶν, καὶ τοῖς παρὰ σοῦ τιμᾷς. Ἀλλά σου δέομαι, δεῖται δὲ μετ' ἐμοῦ καὶ ἡ πόλις, ἀναμνῆσαι σεαυτὸν, ὧν ὅτε ἐξῄεις παρ' ἡμῶν ἐπηγγέλλου. ἐπηγγέλλου δὲ τῆς μεγάλης ἀπολαύσας πόλεως, (6) δώσειν πάλιν σεαυτὸν τῇ λειπομένῃ (7) μὲν ἐκείνης οὐκ ὀλίγον μέντοι μείζονι, προσθείην δ' ἂν καὶ καλλίονι. Σὺ γὰρ ἡμῖν δέδωκας καὶ περὶ κάλλους τι λέγειν, δοὺς μὲν οἰκίαν τοιαύτην, προσθεὶς δὲ αὐτῇ λουτρὸν, ὃ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, ἄγει δὲ τοὺς ἀφ' (8) ἑκάστης πύλης (9) ἐφ' ἑαυτὸ (10) νεότητα (11) τε καὶ γῆρας.

TATIANO.

DCCCXVII. ΤΑΤΙΑΝῼ. (1)

Felix est, qui misit juvenem, pater: felix vero etiam, qui eum recipit, avus: felix denique ille, qui iter hoc ingressus est, eundemque & matris Parentem & praeceptorem nanciscitur. Cum enim tuis pareat nutibus, & tecum vivat, sermonesque tuos audiens facta videat, hinc, quae interdiu perficiuntur, hinc, quae noctu suscipiuntur, nec minus animum recti tenacem, & cum ratione humanum, praeterea vero ventri somnoque imperantem, multaque alia, quibus delectas coeli incolas, in quorum conspectu virtutibus operaris; cum, inquam, haec omnia habeat, illa quidem *Tatianum* juniorem egregie instituent, facientque, ne, Diis scilicet ad eandem senectutem eum pro-

Μακάριος μὲν ὁ πέμπων τὸν υἱὸν (2) ὁ πατήρ. μακάριος δὲ ὁ δεχόμενος ὁ πάππος. μακάριος δὲ αὐτὸς ὁ τοιαύτην ὁδὸν ἐρχόμενος, καὶ τὸν αὐτὸν ἔχων τῆς μητρὸς τε πατέρα καὶ παιδευτήν. Ὧν (3) γὰρ ὑπὸ σοὶ καὶ σοὶ (4) συζῶν, καὶ λόγων τε ἀκούων καὶ ἔργα θεώμενος, τὰ μὲν ἐν ἡμέραις δρώμενα, τὰ δὲ ἐν νυξὶ πραττόμενα θυμόν τε δίκαιον καὶ φιλανθρωπίαν (5) εὔλογον, γαστέρα τε καὶ ὕπνου κρατούμενον, ἄλλα τε οἷς εὐφραίνεις τοὺς τὸν οὐρανὸν οἰκοῦντας, ὑπὸ τοῖς ἐκείνων ὄμμασι χρώμενος ταῖς ἀρεταῖς (6). Ταῦτ' ἐν ἡμῖν παιδεύσει τε (7) τὸν νέον Τατιανὸν, καὶ δώσει μὴ λείπεσθαι τοῦ ὁμωνύμου, τῶν θεῶν αὐτὸν ἀγόντων (8) εἰς τὴν

(12) De hoc lege ep. sequentem. (13) ἡμῖν *Berol.* (14) γεγραμμένοις, *Reg. max.*

EP. DCCCXVI. (1) Sic *Berolin.* recte, Ἐλλεβίχῳ *Reg. max. Voss.* & *Mutin.* A. Exstat Libanii in *Ellebichum*, qui post seditionem Antiochenam sub Theodosio M. ad Antiochenses missus erat, oratio Tom. II. p. 525. quem a nostro hoc non puto distinguendum. Confer *Gothofredi* Prosopographiam Codicis Theodosiani p. 365. (2) Τατιανὸν *Reg. max.* male. *Anianus* hic est, de quo epistola superiore. Is scilicet in praelio Thracico contra Gothos strenue rem gessisse, atque adeo ampliore dignitate mactatus fuisse videtur. (3) ἐστεφανωμένων, *Reg. max.* (4) Ita *Reg. max.* In *Berol.* hic integer versus bibliopegi vitio perierat. Legendum forte ἄπεισι. (5) Sic *Berol.* pro τὸ *Regii max.* (6) i. e. *Constantinopolin.* (7) *Antiochiae.* (8) Ita *Berol.* recte pro ἐφ' *Regii max.* (9) πάλιν, *Berol.* (10) ἑαυτῷ, *Berol.* (11) νεότητα, *Reg. max.*

EP. DCCCXVII. (1) Huic inscribit *Voss. Reg. max.* & *Reg. Berol.* In *Medic.* A. est ἀνεπίγραφος. (2) *Tatiani* filium intelligit, quod patet ex sequentibus. (3) Sic putavi scribendum pro ἂν, quod est in *Reg. max.* & *Medic.* & ἃ, quod legitur in *Berolin.* (4) ἐν *Reg. max.* (5) φιλανθρωπίας, *Berol.* (6) Habes heic iterum ἀνανταπόδοτον, cujusmodi alia alibi in his epistolis notavimus. (7) παιδεύσει σε, *Berol.* (8) τοῦ θεοῦ ἄγοντος αὐτὸν, *Medic.*

(9) γερ-

τὴν ἴσην πολιάν. Εἰ δ᾽ οὕτω τραφείη (9), πάνυ μοι δοκεῖ βελτίων ἔσεσθαι τῶν εἰς ὄνομα (10) μὲν πόλεως φερομένων, φερόντων δὲ ἐκεῖθεν, τῶν μὲν οὐδὲν, τὰ δὲ κομιδῇ μικρά.

provehentibus, sibi cognomine sit inferior. Quod si vero ita instituatur, illis mihi praestantior fore videtur, qui in nomen quidem civitatis vestrae desiderio feruntur, de bonis vero ejus hinc nihil, hinc pauca admodum reportant.

DCCCXVIII. ΗΡΑΚΛΕΙΤΩι.

Παλλαδίῳ τῷ χρηστῷ κέρδος μὲν ὁ τρόπος. μέγα (1) δὲ καὶ τὸ, παρὰ τῆς σῆς σοφίας κεῖσθαι τοιαύτην ἐπιστολὴν, ἣ ἀληθείας ὅτι μάλιστα ἐχομένην. Εὑρόμεν (2) δὲ, ἅπερ ἦν (3) ἐν τοῖς γράμμασι, τό τε γῆρας, τήν τε ἀπειρίαν τούτων, ὧν οὐ καλὸν ἔμπειρον εἶναι. Βεβοήθηκα δὲ οὐδὲν αὐτῷ δι᾽ ἔργων, καίτοι σφόδρα ἐθέλων, διὰ τὸ μὴ παρεῖναι τὸ δύνασθαι. τὰ μέντοι δι᾽ εὐχῶν οὐκ ἐλλέλειπται. Πάνυ (4) γὰρ δὴ τῶν Θεῶν ἐδεήθην Παλλαδίῳ συλλαβεῖν, οἳ δ᾽ (5) ἴσως τὰ αὐτῶν ἐν Φοινίκῃ παρέξουσιν ἐκεῖνοι, Λουκιανοῦ πεπορευμένου, πρὶν τέλος Παλλαδίῳ τὸ πρᾶγμα λαβεῖν.

HERACLITO.

Optimo *Palladio* mores quidem sui amplum lucrum praestant; magni vero & id habendum, quod a sapientia tua talis profecta sit epistola, quae cum veritate vel maxime consentit. Vidimus scilicet, quae in epistola enarrabantur, senectutem nempe, illarumque rerum, quarum inexpertum esse praestat, ignorationem. Ceterum facto nihil illi profui: quamvis enim vehementer vellem, nihil tamen poteram. Interim piis votis nihil peperci. Omnino enim Deos precatus sum, ut *Palladio* opitularentur: atque illi quidem opem suam praestituri mihi videntur, *Luciano* inprimis eo profecto, antequam negotium hoc a *Palladio* conficiatur.

DCCCXX. ‡ ΕΥΣΕΒΙΩι. (1)

Οὐκ ἔλαθες ἡμᾶς τὰ προσήκοντα διαλεχθεὶς τοῖς παρ᾽ ἡμῶν πρέσβεσιν ὑπὲρ τοῦ μὴ πολεμεῖν Εὐσεβίῳ τῷ σοφιστῇ. Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐκεῖνο ἡμᾶς ἔλαθεν ὡς ἀμελήσαιεν ἐκεῖνοι τῶν λόγων. Σὺ μὲν ἃ ἐβουλήθης, ἐπαινοῦμεν, εὐχόμεθα δὲ (2), κἀκείνους τὰ βελτίω (3) γοῦν ἐπαίνου ἄξια δεῖξαι. Γένοιτο δ᾽ ἂν ἴσως τι βέλτιον, εἰ δευτέρους δέξοιντο παρὰ σοῦ λόγους, ἔχοντάς τι καὶ μέμψεως, ἄλλος δ᾽ ἂν εἴποι (4) καὶ ἀπειλῆς. Λέγοιτο δ᾽ ἂν ἐν καιρῷ κἀκεῖνο τὸ ἔπος. ὅς κε Θεοῖς ἐπιπείθηται (5).

EUSEBIO.

Non ignotum nobis est, te legatos, qui apud nos sunt, convenienter admonuisse, ne *Eusebio* Sophistae adversarentur. Sed nec illud nos latuit, eosdem exiguam verborum tuorum rationem habituros. Te itaque de iis, quae voluisti, laudamus, optamus vero, ut illi quidem postliminio meliora, & laude digna praestent. Fortasse etiam melius aliquid praestabunt, si repetitas ex te admonitiones accipiant, quae reprehensionis aliquid, alius dixerit, comminationis, secum ferant. Opportune vero dictum illud inculcabitur: *Quisquis Diis obtemperaverit.*

DCCCXIX. ΕΝΤΡΕΧΙΩι. (1)

Ἐγὼ δέ σε ἐβουλόμην ἀμφότερα (2) ὁμοῦ δύνασθαι, οἴκοι τε εἶναι (3) καὶ παρ᾽ ἡμῖν, καὶ μεθ᾽ ἡμῶν μὲν ἐπιμελεῖσθαι λόγων. Νίκαιαν δὲ κοσμεῖν, καὶ συνέχειν Ἀρισταινέτου τὴν οἰκίαν. Νικαίας δέ μοι καὶ μεμνῆσθαι καὶ μέλειν, καὶ τιμᾶν τῶν δικαίων ἂν εἴη. Ἤδη γάρ ἐστιν ἡ τῷ κόλπῳ με δεξαμένη (4), καθάπερ τὸν Διόνυσον ἡ Θέτις (5) τῶν βακχῶν αὐτῷ (6) τυπτομένων. Φιλῶν δὲ Νίκαιαν, καὶ τὸν Ἀρισταινέτου τάφον, πῶς οὐκ ἂν καὶ τὸν ἀντ᾽ ἐκείνου τοῖς ἐκείνου (7) γινόμενον φιλοίην.

ENTRECHIO.

Ego vero te vellem utrumque simul posse, nempe & domi, & apud nos esse, ac una nobiscum literis operari, & Nicaeam ornare, familiamque *Aristaeneti* salvam praestare. Fas utique est Nicaeam menti & curae meae commendatam habere. Haec enim sinu me excepit, sicut Thetis Bacchum, cum Bacchae verberibus exciperentur. Cum vero Nicaeam, & *Aristaeneti* tumulum amem, quomodo eum non amem, qui loco ejus amicis ejus talem, qualis ipse fuit, se praestat? Ceterum fieri potest, ut qui amat, non scribat, sicut, qui scribit, non tamen

(9) τραφείη, *Medic.* (10) ἰσόνομα, *Berol.* ἐν᾽ ὄνομα, *Reg. max.*

EP. DCCCXVIII. (1) Sic scribo cum *Reg. max.* μέγιστον habet *Berolin.* (2) εὕρομεν, *Berol.* (3) ἦν omittit *idem.* (4) πάντων, *Reg. max.* (5) οὐδ᾽, *idem* male.

EP. DCCCXX. ‡ Haec Epistola, sequenti postponenda, errore Operarum huc irrepsit. (1) Huic inscribitur in *Reg. max.* & *Voss.* In *Reg. Berol.* inscriptio una cum primo epistolae versu, bibliopegi culpa, periit. (2) Ita *Berol.* omittit. *Reg. max.* habet autem & *Voss.* ex emendatione recente, cum olim legeretur ὦν. Consentit *Mutin.* A. & *Vatic.* A. (3) δεύτερα *Reg. max.* & *Voss.* (4) εἴπερ, *Reg. max.* male. (5) *Homeri* versus est Iliad. ά. vs. 218.

EP. DCCCXIX. (1) Vide epistolas *Richardi* ex *Lambecio* p. 46. In *Berol.* inscribitur Ἐντρεχίῳ. (2) ἀμφότερον *Medic.* A. nostrum habet *Vatic. Reg. max.* & *Berolin.* (3) Haec ita invertit *Medic.* οἴκοι τε ἐμοῦ δύνασθαι καὶ παρ᾽ ὑμῖν. (4) Nicaeam scilicet noster se contulit, a proceribus illuc invitatus, cum a malevolis, Limenii Praefecti ope, CPoli esset ejectus. Vide Vitam ejus p. 18. (5) Res ex mythologia veterum constat. Vide *Nonni Dionysiaca* lib. XXXIV. p. 853. (6) Sic codd. & in *Berolin.* quoque a prima manu, quae tamen postea in αὐτὸν mutavit. (7) τοῖς ἐκείνου, abest a *Medic.*

tamen amat, quoniam & ipse tu eo, quo non scribebas, tempore nos amabas. Ad amorem vero nostri te permovebat illud, quod, cum eloquentiae causa Athenas ires, eam, quam quaerebas, jam possidere videreris. Quae vero hinc consecuta sunt, ea omnia eloquentiae illi debentur, magistratus nempe post magistratus, quorum posteriores amplitudine sua priores superabant: tum vero Regis, Persas profligantis, & post eum Praefecti, Regi clementissimo perchari, benevolentia, tanta quidem, ut magnam orbis partem tecum pervagatus, tibique omnia committens, Palaestinamque administrandam tradens, splendidiorem te reddiderit. In haec quidem laudum tuarum desiderio delatus sum. Postquam vero tuam accepi epistolam, eamque longiorem vidi, eandem putabam aliquid mihi de filiis tuis narraturam, quales nempe nunc sint, & quam sui faciant exspectationem. Hanc vero praeclaram esse oportet, cum tu tuos ipse instituas. Cum vero mentionem eorum nusquam invenirem, angebar maxime, non quidem, quasi non agerent ea, quae decet; quomodo enim id in tuos caderet? sed quod existimare videreris, me nullam eorum habere rationem, idque viro tanto ad hoc excitante.

λοῖεν. Ἔτι δὲ καὶ φιλοῦντα μὴ ἐπιστέλλειν, ὥσπερ αὖ (8) καὶ μὴ (9) φιλεῖν ἐπιστέλλοντα, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἡμᾶς καὶ ὅτ' οὐκ ἐπέστελλες ἐφίλεις χρόνον. Ἐπειδὴ δὲ σὲ φιλῶ, τὸ, ζητοῦντα μὲν λόγους ἥκειν Ἀθήναζε, φανῆναι δὲ ὡς ἐζήτεις ἔχοντα (10). Τὰ δ' ἐφεξῆς ἅπαντα τῶν λόγων τούτων, ἀρχαί τε ἐπ' ἀρχαῖς, αἱ δεύτεραι παρελθοῦσαι (11) τῷ μέτρῳ τὰς προτέρας. ὕπαρχός τε Βασιλέως, Πέρσας ἐληλακότος, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὕπαρχε, φιλανθρωποτάτῳ (12) Βασιλεῖ τίμιος, ὡς μετὰ σοῦ τὸ πλεῖον τῆς οἰκουμένης ἐπελθεῖν, ἅπαντά σοι πιστεύων, προσθεὶς τὴν Παλαιστίνην ἄγειν, λαμπροτέρας (13) ἀφορμὰς παρέδωκεν. Ἀλλ' εἰς ταῦτα μὲν ἐπιθυμίᾳ τῶν σῶν ἐπαίνων ἤχθην. λαβὼν δέ σου τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τὸ μῆκος κατιδὼν (14), ᾤμην αὐτὴν ἐρεῖν τί μοι καὶ περὶ τῶν υἱέων, ἐν ὅτῳ τέ εἰσι, καὶ τίνες αἱ ἐλπίδες. Εἰκὸς δὲ εἶναι χρηστὰς, σοῦ τοὺς σαυτοῦ (15) παιδεύοντος. Εὑρὼν δὲ αὐτοὺς οὐδαμοῦ, μάλα ἠχθέσθην, οὐχ ὡς οὐκ ὄντων ἐν τοῖς πρέπουσι πόνοις, πῶς γὰρ ἂν (16) οἵγε ἐκ σοῦ; ἀλλ' ὅτι μοι ἔδειξας οἴεσθαι, με μηδένα αὐτῶν ἔχειν λόγον, καὶ ταῦτα τοῦ κινδύνου ὄντος οὕτω μεγάλου.

THEODORO.

Et scribe, & saepe quidem: eleganter enim id facis, tanquam qui majori studio, quam quidem ipse putas, id egeris. Ceterum literae illae pro *Eusebio* currentem me incitabant. Jam pridem enim & magni facimus virum, & aliis idem suademus. Quando vero tu Sophistam illum juvare voluisti quidem, sed per legatorum contrarium studium non potuisti, rem, quaeso, denuo adgredere. Fortasse enim aliquid inposterum effeceris, cum tanta juris praesidia causam hanc commendent, quae quamvis illis exigua videantur, magno tamen Regi magna esse videbuntur.

DCCCXXI. ΘΕΟΔΩΡΩ.

Καὶ γράφε, καὶ πολλάκις, καλῶς γὰρ αὐτὸ ποιεῖς, ὥσπερ περὶ τοῦτο μᾶλλον πονήσας, ἢ ἃ δοκεῖς. Τὰ δ' ὑπὲρ Εὐσεβίου γράμματα θέοντα παρακαλεῖ (1). Πάλαι γὰρ ἡμεῖς τὸν ἄνδρα καὶ θαυμάζομεν, καὶ τοὺς ἄλλους πείθομεν. Σὺ δ' ἡμῖν τὸν σοφιστὴν εὖ ποιῆσαι βουληθεὶς (2) καὶ οὐ δυνηθεὶς διὰ τὴν τῶν πρέσβεων φιλονεικίαν, αὖθις βουλήθητι. Τάχα γὰρ ἄν τι καὶ δυνηθείης, τοσούτων ὄντων ἐν τῷ πράγματι δικαίων, ἃ εἰ καὶ τούτοις μικρὰ φαίνεται, ἀλλὰ μεγάλου γε εἶναι δόξει τῷ μεγάλῳ Βασιλεῖ.

EUSEBIO.

Cum intelligerem studium tuum, quod maximo jure legatorum nostratium, Senatus decretum abrogare conantium, injustitiae opposuisti, gaudens ego feci, quae sunt gaudentium. Jam vero postquam audivi, illos quidem victoriam obtinuisse, teque vanam sumsisse operam, ea, quae tristium sunt, facio. Lacrymor, libris abjectis, non habens, qui praeter me juvenes instituat. Praeterea hyems initium sumsit, eaque ita vehemens, ut ne in lectis

DCCCXXII. ΕΥΣΕΒΙΩ. (1)

Ἀκούων σοῦ τὴν προθυμίαν, ἣν ἀντέταξας οὖσαν δικαίαν τῇ τῶν παρ' ἡμῶν πρέσβεων ἀδικίᾳ, λύειν πειρωμένῃ τὰ τῆς βουλῆς δόγματα, χαίρων τὰ τῶν χαιρόντων ἐποίουν. Νῦν δ' ἀκούσας ἐκείνους νενικηκέναι, καὶ σε μάτην ἅπαντα πεπονθέναι λυπούμενος, τὰ τῶν λυπουμένων ποιῶ. ῥίψας τὰ βιβλία δακρύω. τὸν ἐπ' ἐμοὶ ποιμαίνοντα τοὺς νέους οὐκ ἔχων. Ἀλλ' ὁ μὲν χειμὼν ἐν ἀρχῇ, δεινὸς δὲ οὗτος, οὕτως, ὡς μηδὲ τοῖς ἐν ταῖς

(8) *Lambec.* ἂν, sed refragantur ceteri omnes. (9) μὴ οὐ, *Medic.* (10) *Eutrechius* scilicet ex Libanii scholis Athenas literarum & eloquentiae causa videtur fuisse profectus, ibique expertus, se habere jam eas, quas quaereret. (11) ἐλθοῦσαι, *Lambec.* male. (12) φιλανθρώπου, *Lambec.* ex *Vaticano*: at *Vindobon. Reg. max. Berol. Voss.* & *Medic.* φιλανθρώπῳ, quod videtur rectius. (13) Ita omnes, quos dixi; λαμπροτάτας *Lambec.* ex *Vatic.* (14) ἰδὼν, *idem.* (15) τοῦ σαυτοῦ. *Berol.* (16) ἂν omittit *Lambec.*

EP. DCCCXXI. (1) Proverbialis locutio. Vide *Erasmi* & aliorum Chiliadas p. 595 (2) καὶ βουληθεὶς, *Voss.* & *Vatic.* A. at *Reg. max.* sine καί.

EP. DCCCXXII. (1) Nomen hoc in *Reg. max.* est a manu recente, in *Voss.* vero deest, ut & in *Mutin.* A. Habetur vero in *Vatic.* A. Recte id fieri, ex superiore patet epistola, ubi Eusebii itidem fit mentio, quem huic cognomini in hac epistola commendat, vel, quod commendatum sibi habuerit, gratias agit.

(2) Vi-

ταῖς κλίναις εἶναι διάγειν ἄνευ κακῶν. Εὐσέβιος δὲ ὁ σοφιστὴς μισθωσάμενος ὄνους ἔρχεται, θαῤῥῶν οὐκ ἔχων, ὡς οὐκ ἀπολεῖται (2). τῇ μητρὶ δὲ αὐτοῦ παραμυθίαν μὲν ἄλλην οὐχ ὁρῶ, τὴν ἀπὸ σοῦ δὲ ἐλπίδα. Πάλιν τοίνυν ἅπτου τῆς βοηθείας αὐτὸν ἔχων διδάσκοντά σε, ἡλίκοις δικαίοις τετειχισμένος, ὃς ὡς οὐδ' ὁτιοῦν ἔχων χυρὸν ἐλαύνεται.

ctis quidem sine sensu ejus degere liceat. Interim *Eusebius* Sophista, conductis asinis, hinc abit, vix quidem confisus, se non periturum. Matri vero ejus non aliud video superesse solatium, quam spem in te repositam. Itaque auxilium ferre denuo para, praesentem habens ipsum, qui ostendat, quantis causae praesidiis sit munitus, quamvis, tanquam nullo jure instructus, causa ceciderit.

DCCCXXIII. ΘΕΟΔΩΡΩι.

Ἔδει μὲν ἡμᾶς ἐν ἡδονῇ νῦν εἶναι τῶν ἀδίκων Εὐσεβίου τοῦ σοφιστοῦ λαμβανομένων καὶ κρατουμένων (1), ὃ κοινὸν ἂν ἦν κέρδος ἐκείνων τε καὶ ἡμῶν. ἡμῶν μὲν οὐκ ἀδικουμένων, ἐκείνων δὲ οὐκ ἀδικούντων. ὃ δὴ καὶ αὐτὸ τοῖς εὐφρονοῦσι κέρδος. Ἐπεὶ δὲ τῇ λίαν φιλονικίᾳ τοσοῦτον, ὅσον βεβούληνται, καὶ δεδύνηνται, καὶ διετμήμεθα πρότερον ὥσπερ βόες ὑπὸ ζυγῷ τὰ περὶ τὴν γῆν, αὐτοὶ τὰ περὶ τοὺς λόγους πονοῦντες, δίκαιος ἂν εἴης Ἀθηνᾶ τῷ Ὀδυσσεῖ γενέσθαι, κἂν τῷ μετ' Εὐσεβίου τοῦ σοφιστοῦ στῆναι, παντὶ τῷ τῶν σοφιστῶν ἔθνει λῦσαι τὸν φόβον. Καὶ γὰρ οὐδὲ δικαίων ἀνὴρ ἀπορεῖ, (2) πολλὰ μὲν ἔχων ἀναγνῶναι τῆς βουλῆς γράμματα, πολλὰ δὲ τοῦ φιλανθρωποτάτου Βασιλέως (3). Οἳ δ' οὔτε τὰ αὐτῶν αἰδούμενοι, οὔτε τἀκείνου (4) φοβούμενοι μεταφέρειν, ἐφ' ἃ βούλονται, πειρῶνται, τὸν (5) τῶν ἔργων μὲν ἐκείνων ἀφειμένον (6), ταῖς τε τῶν Μουσῶν ᾠδαῖς δεδομένον (7), ὃ οὔποτε Θεόδωρος ὁ καλὸς ἀνέξεται πρὸς τῷ (8) τιμᾶν τοὺς λόγους ἀνάγκην ἔχων τὸ διὰ λόγους ἐνταῦθα, ὅπερ ἐστὶν, ἥκειν (9).

THEODORO.

Laetari quidem nos nunc oportebat, si injusti *Eusebii* Sophistae adversarii capti & devicti essent: id enim & illis & nobis commune fuisset lucrum; nobis quidem, injuria non affectis, illis vero, eâ non afficientibus; quod & ipsum cordatis in lucro habetur. Quoniam vero illi contentiosa sua pertinacia tantum potuerunt, quantum voluerunt, nosque, qui instar boum, sub jugo agris operantium, junctis viribus juvenibus instituendis antea vacavimus, sejungimur, fas utique fuerit, ut Ulyssi Minervam te praestes, & ab *Eusebii* Sophistae partibus stans toti Sophistarum genti metum adimas. Nam nec justitia causae ille destituitur, qui multa Senatus decreta, multa etiam clementissimi Regis rescripta pro se recitare possit. Illi vero, qui nec sua ipsorum reverentur, nec a Regiis illis sibi timent, virum, ab ejusmodi officiis liberum, & Musarum studiis dedicatum, transferre ad alia, quae volunt, conantur. Id vero nunquam feret *Theodorus* optimus, qui praeterea quod literas in pretio habet, adduci se eo quoque patietur, quod locum, quem tenet, literis debeat.

DCCCXXIV. ΠΡΟΚΛΩι.

Πολλοὺς (1) μὲν λόγους καὶ ποιήσας καὶ διδάξας, ἐφ' ἅπασι δὲ αὐτοῖς ἐνεγκάμενος κρότον, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐπὶ τοῖς εἰς σὲ συγκειμένοις, ἐκβάλλεται μὲν τοῦ αὐτοῦ βίου, καὶ τῆς ἀτελείας (2), ἣν εἶχε παρὰ τοῦ βίου. Βουλεύειν δὲ ἀντὶ τοῦ παιδεύειν ἀναγκάζεται παρά τε τὰ τῇ βουλῇ δόξαντα, καὶ τὰ τῷ θειοτάτῳ Βασιλεῖ, ὧν ἀμφοτέρων ἐστὶ γράμματα, κἂν, ὁ πατήρ σου (3) κελεύῃ δεῖξαι, δείξει. Φυλάττων τοίνυν σαυτῷ μὲν κἀκείνῳ τὴν δόξαν, ἣν ὡς ἐρῶντες λόγων ἔχετε, φυλάττων δὲ καὶ ἐμοὶ τὸν συνεργὸν, οὗ τῇ βοηθείᾳ κρύπτεταί μου τὸ γῆρας, ἀγανάκτησον, καὶ μὴ περιίδῃς πρᾶγμα οὕτως ἀσεβὲς ἀρχὴν ἐν ταῖς ὑμετέραις ἀρχαῖς λαμβάνον.

PROCLO.

Qui multas orationes & condidit & recitavit, singulis vero illis non minus, quam quas tibi dedicavit, plausum promeruit, ex praesenti vitae conditione, atque ea, qua inde fruitur, simplicitate expellitur. Senatui enim a doctoris officio coactus admovetur, repugnantibus & Senatus & divini Regis decretis, quorum habet rescripta, &, si quidem pater tuus ostendi sibi jusserit, proferet. Gloriam itaque, quam uterque ex amore in literas vobis peperistis, & tibi & illi, mihi vero laboris socium, cujus ope senectus mea occultatur, vindicaturus, succense tandem, nec neglige facinus adeo improbum, quod initium sumit vobis res administrantibus.

DCCCXXV. ABUR-

(2) Videtur *Eusebius* hic Libanio in juvenibus instituendis opem tulisse, inde vero ad omnia alia vocatum, &, ut abiret, quo nollet, coactum fuisse. Conf. ep. 803. 804. & inprimis ep. 789. Patet quidem ex epistola 802, Eusebium ipsum ad alio adspirasse, nempe μεγάλου συνεδρίου κοινωνεῖν. Ex his vero intelligitur, aliorum opera effectum esse, ut, hoc voto suo frustratus, ad aliud officii genus admoveretur.

EP. DCCCXXIII. (1) Sic scripsi pro καὶ κρατουμένων *Regii Berolin.* & κρατουμένων, quod est in *Reg. max.* (2) Ita recte *Reg. max.* male vero *Berolin.* ἂν ὁ λιπορεῖ. (3) Confer supra ep. 789. not. 1. (4) i. e. Βασιλέως. *Berol.* male τἀκείνων. (5) τὸν scripsi pro τῷ, quod est in *Berol.* (6) ἀγρυμένον ἐς τε, *idem* male. (7) δεδομένων, *idem.* (8) τὸ, *idem.* (9) ἐνταῦθα ὅπερ ἐστὶν εἶναι, *Berol.* ubi ὅπερ saltem legendum fuerit, si τὸ εἶναι serves.

EP. DCCCXXIV. (1) In *Voss.* Ὁ πολλούς. (2) ἀτελείας scripsi cum *Voss.* pro εὐτελείας *Reg. max.* Denotatur autem voce illa immunitas a muneribus publicis, qua Sophistae gaudebant. Lege de hac voce *Ezech. Spanhemium*, virum summum, Tom. I. de Usu & praestantia Numismatum p. 676. (3) *Tatianus* is est.

EP.

ABURGIO.

Non me fugit, te amicitiam, quae pridem inter nos fuit, constanter servare, ac gaudere praeterea, quando magnum *Tatianum* laboribus nostris gaudentem conspicis. Hoc enim alii quidem advenientes, alii vero per literas nos docuerunt. Propterea credidi, me tibi molestum non fore, si beneficium aliquod a te peterem, cujus apud eum memoriosse me vix decebat; ad te autem confugere pudor non prohibet. Tale vero illud est, quod ad Deos, literarum statores, pertineat. *Eusebius*, discipulus meus, a senatu per decreta rogatus, adduci se passus est, ut avum eundemque cognominem imitatus eloquentiam doceret. His igitur laboribus admotus, & in magno pretio habendus jam pridem decretis illis honoratus est, quae salarium illi a Rege expeterent. Atque hic quidem iis, quae accipiebat, egregie splendebat, ille vero (*Senatus*) iis, quae petebat, iste denique (*Rex*) iis, quae ipsi largiebatur. Iidem vero postea Sophistam hunc Legatum esse voluerunt, non ut Senatorem perpetuum, sed ut talem, qui eam, quam habebat provinciam, non esset amissurus, ubi legationi illi eloquentia sua profuisset. Haec illi primum polliciti, postea vero facti Euripi, in omnia alia abierunt, dicentes, Sophistam ea agere debere, a quibus per leges est immunis. Indignum utique fuerit facinus, sive nullus Sophista immunis sit habendus, & literae id ferre debeant, sive ille solus non fuerit talis, sed Argivorum solus, quod *Homerus* alicubi ait, indonatus abiturus, qui nullo, ne quid amplius dicam, sit inferior. Quod vero ad salarium, nunc sublatum, attinet, ostendere ipse potest, quod sibi soli sit proprium, quam in rem rescripta suoe in promtu. Adjutorem igitur illi te praesta, justa aequique partes simul defensurum.

DCCCXXV. ΑΒΟΥΡΓΙΩι. (1)

Οὐκ ἔλαθές με τηρῶν ἀκριβῶς τὴν πάλαι γενομένην φιλίαν, οὐδ' ὅτι χαίρεις ὁρῶν χαίροντα τοῖς ἡμετέροις πόνοις τὸν μέγαν (2) Τατιανόν. Ταυτὶ γὰρ οἱ μὲν ἥκοντες ἡμᾶς ἐδίδαξαν, οἱ δὲ ἐν ἐπιστολαῖς. Οὔκουν ἡγησάμην ἐνοχλήσειν, εἰ χάριν αἰτοίην, ὑπὲρ ἧς πρὸς μὲν αὐτὸν οὐκ εἶχέ με μνησθῆναι καλῶς, ἐπί σε δὲ ὑπὸ (3) τοῦ πρέποντος ἐπεμπόμην. Ἔστι δὲ, ἃ δεῖ γενέσθαι παρὰ σοῦ τοῖς Θεοῖς τοῖς λογίοις. Εὐσέβιος ἐμὸς (4) ὁμιλητὴς, δεομένης αὐτοῦ τῆς βουλῆς ἐν τοῖς ψηφίσμασι μιμήσασθαι τὸν πρόγονον καὶ ὁμώνυμον, καὶ ποιεῖν ῥήτορας πείθεται, καὶ καταστὰς εἰς τοὺς τοιούτους πόνους, πολλῶν τε ὢν ἄξιος (5), τιμᾶται πάλιν ψηφίσμασιν αἰτοῦσιν αὐτῷ τιμὰς παρὰ τοῦ Βασιλέως. Καὶ ἦν ὁ μὲν οἷς ἔλαβε, λαμπρὸς, ἡ δὲ, οἷς ἐπήγγειλαν, ὁ δὲ, οἷς ἔδωκαν. Ἑλόμενος (6) δὲ αὐτὸν (7) σοφιστὴν πρεσβευτὴν οὐχ ὡς βουλευτὴν ἀλλ' ὡς ἐκ (8) ἀπολοῦντα τοῦτο, ἐν ᾧπερ ἦν, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ λόγοις τῆς πρεσβείας ὠφελημένης. Καὶ ταῦτ' ἐπαγγέλλοντες αὐτοὶ μετὰ ταῦτ' Εὐρίπου γενόμενοι τὴν ἐναντίαν ἦλθον, καὶ δεῖν ἔφασαν τὸν σοφιστὴν ποιεῖν, ὧν ἀφεῖται παρὰ τῶν νόμων. Δεινὸν οὖν, εἴτε μηδεὶς ἀτελὴς ἔσται σοφιστής. ἀλλ' οἱ λόγοι ταῦτα πείσονται, εἴτε μόνος οὐκ ἔσται, ἀλλ' οἷος Ἀργείων, ὥς πού φησιν Ὅμηρος, ἀγέραστος ἔσται (9). καὶ ταῦτα ὢν οὐδενὸς ὕστερος, ἵνα μηδὲν εἴπω πλέον. Καὶ μὴν (10) καὶ περὶ τῶν τιμῶν τῶν ᾐτημένων, ἔσται (11) αὐτῷ δεικνύειν, ὡς τούτῳ μόνῳ μένουσι, καὶ τὰ γράμματα ἐγγύς. Δὸς οὖν σαυτὸν (12) σύμμαχον. μέλλων γε δώσειν τῇ τοῦ δικαίου μερίδι.

MARDONIO.

Non tantum ad humanitatem tuam confugimus, qua factum est, ut multis, quos non alio nomine, quam quod homines essent, cognitos habebas, opem tuleris; sed etiam ideo, quod semper nos amicos & habuisti, & appellas. Nos itaque, quos ita appellas, periclitamur. *Eusebius* Sophista quidem de ea, in qua est, vitae conditione; id enim Legati nostrates inconsiderate egerunt: ego vero de tanto praesidio, quo usus sum, ex quo Attica *Eusebii* lingua uti mihi & in discipulis instituendis frui licuit. Tu vero, qui multis jam opem tulisti, multis quoque opem feres, idem nunquam non facturus, nunc quoque hominibus te ipsum praebe spectandum.

DCCCXXVI. ΜΑΡΔΟΝΙΩι. (1)

Οὐ μόνον ἐπὶ τὴν χρηστότητά σου καταφεύγομεν, δι' ἣν πολλοῖς οὐδὲν εἰδὼς αὐτῶν, ἀλλ' ἢ ὅτι ἄνθρωποι, βεβοήθηκας, ἀλλ' ὅτι καὶ φίλους ἡμᾶς πάντοτε ἐνόμισας, καὶ οὕτω καλεῖς. Ἡμεῖς τοίνυν, οὓς οὕτω καλεῖς, κινδυνεύομεν. Εὐσέβιος μὲν ὁ σοφιστὴς ὑπὲρ τοῦ σχήματος, ἐν ᾧ ζῇ. Τοιαῦτα γὰρ οἱ παρ' ἡμῶν πρέσβεις ἐνανεύσαντο. ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τοσαύτης ῥοπῆς, ἣν ἔτυχον ἐκ τοῦ τὴν γλῶτταν ἔχειν τὴν Εὐσεβίου, τὴν ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς. ἧς εἰς τὴν τῶν νέων ἐπιμέλειαν ἀπήλαυον. Ἀλλ' ὦ πολλοῖς μὲν ἤδη βεβοηθηκὼς, πολλοῖς δὲ βοηθήσων, οὐδέποτε δὲ παυσόμενος, καὶ νῦν δεῖξον τοῖς ἀνθρώποις σεαυτόν.

TA- DCCCXXVII.

EP. DCCCXXV. (1) Ita *Vatic.* A. B. *Voss. Reg. max. Medic.* A. & *Barocc.* 9. Ἀβουρίῳ, cod. B. B. (2) μέγαν, *Reg. max.* (3) Sic omnes quos dixi: ὑπὲρ *Berol.* ἐπὶ *Medic.* A. (4) ὑμὸς, *Barocc.* (5) Sic *Barocc.* καὶ ἂν πολλῶν τε ἂν ἄξιος, *Reg. max.* καὶ ἂν πολλῶν γε ἄξιος, *Berol.* & *Medic.* (6) ἑλόμενος, *Berol.* male. (7) αὐτό, *Bodlejan.* quidam, non inepte. (8) ἐκ omittit *Medic.* A. (9) *Iliad.* ά. vs. 119. unde apparebit, *Medicum* pro οἷος, male legere εἷς. (10) μὲν, *Berol.* (11) ἔστιν, *Reg. max.* & sic *Medic.* (12) δὸς ἂν αὐτὸν, *Medic.*

EP. DCCCXXVI. (1) In *Reg. max.* prima nominis litera pro more deest; exstat vero in *Vatic.* A. B. & *Voss.*

DCCCXXVII. ΤΑΤΙΑΝῼ. (1)

Εἴ με (2) ἐθέλεις καὶ φθέγγεσθαι, καὶ χορὸν ἔχειν, καὶ λόγους ποιεῖν, καὶ μὴ φίλους μὲν ἡμῖν συνάχθεσθαι, ἐχθροὺς δὲ ἐπιχαίρειν, στῆναι δέ μοι τὰς συνουσίας (3), καὶ μὴ χωρεῖν, ᾗ πρόσθεν, τήρησον ἡμῖν ἐν τῷ παιδεύειν νέους Εὐσέβιον, ὃς ἐμοῦ πολλάκις σιγῇ καθημένου, ῥέων αὐτὸς καὶ λέγων τοὺς φοιτῶντας παρ' ἡμᾶς βελτίους ἀπέπεμψεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ νοσήματος ἐπιόντος οὐκ ἐνόσουν τοῖς διδασκάλου χρῄζουσιν. ἦν γὰρ οὗτος διδάσκαλος. βλάβη δὲ, ὅση τοῖς τοιούτοις γίγνοιτ' ἂν ἀπὸ γήρως, οὐκ ἐγίγνετο. ὅλως δὲ νεανίσκος ἀνεῖχε (4) πρεσβύτην. Μὴ οὖν με ταύτης τῆς ἐπικουρίας ἐκβάλλῃς, ἢ ταχέως ἄφωνον ἀκούσῃ με κείμενον. Ταυτὶ δὲ οὐ κατὰ Θέτιν αἰτῶ τὴν προσυνεγκοῦσαν (5) τῷ Διῒ τὸ μὴ δεηθῆναι (6). Σοὶ μὲν γὰρ οὐδὲν παρ' ἡμῶν οὔτε μεῖζον οὔτε ἔλαττον. Σὺ δὲ εἰς ἡμᾶς πολλὰ διὰ παντὸς ἐπιδέδειχας τοῦ χρόνου. Καί σοι τοῦ καὶ νῦν ἡμᾶς εὖ ποιεῖν ἀνάγκη, τὸ πολλάκις πρότερον εὖ (7) πεποιηκέναι.

TATIANO.

Si me volueris & loqui, & discipulos habere, & orationes conficere, non autem, amicos vices meas miserari, inimicos autem tripudiare, praelectiones denique cohiberi, nec feliciter, ut olim, procedere, serva nobis, quaeso, *Eusebium* in discipulis instituendis, qui, me saepe silentium agente, disertus ipse & facundus discipulos nostros doctiores dimisit, ita quidem, ut morbo ego correptus illis non aegrotarem, qui praeceptore indigebant. Ipse enim doctorem se illis praestabat. Neque detrimentum, quantum juvenibus ex senectute nasci solet, ullum in eos redundaret, cum vir juvenis senem omni ex parte sublevaret. Noli itaque hoc praesidio me privare, aut mox mutum me jacere videris. Haec vero a te peto, non ut Thetis, Jovi supplicans, tanquam quae nihil ante esset precata. In te quidem nihil a nobis vel magnum vel parvum collatum est. Tu vero multa nobis nullo non tempore praestitisti. Itaque etiam nunc vel ideo beneficium nobis exhibere te oportet, quod frequenter alias exhibuisti.

DCCCXXVIII. ΑΡΤΕΜΙῼ.

Ὅσα εὖ πεποίηκας τὸν χρηστὸν Θεότεκνον, καὶ εἰς ἐμὲ νόμιζε γεγενῆσθαι, καὶ ὅσα ποιεῖς, καὶ εἰς ἐμὲ γίγνεσθαι (1), καὶ ὅσα ποιήσεις, καὶ τούτων ἔσεσθαί με κοινωνόν. Ταυτὶ δὲ ἐπιστέλλω βουλόμενός σε καταστῆσαι προθυμότερον εἰς αὐτὸ τοῦτο, καὶ ὅπως εἰδῇς, ὅτι οὐχ ἕνα, δύο δὲ ἄνδρας ἀπὸ τῶν αὐτῶν εὐεργετεῖς. Ἴσθι μέντοι τοὺς δύο τούτους ἄνδρας καὶ λυπῶν τοῖς περὶ τοῦ σοῦ παιδὸς βεβουλευμένοις ὑμῖν, ὃν ἀφ' Ὁμήρου, καὶ Δημοσθένους, καὶ Πλάτωνος, ἐφ' ἵππους, καὶ ἅρματα καὶ ἡνιόχους μετήνεγκας. ὧν οὐδεὶς πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἐν τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ λόγοις ἔσται βελτίων, οὐδὲ δυνατώτερος. Σὺ δ' (2) ὡς μὲν ῥήτορα θεραπεύεις τὸν Θεότεκνον, ὅπως δὲ ὁ σὸς (3) ἑταῖρος ἔσται Θεοτέκνου (4), οὐ σκοπεῖς. ἀλλ' ἀγανακτεῖν, εἰ ὁ νέος ἔσται νέος, τοῖς μεγίστοις τὸν οἶκον ζημιῶν οὐχ ὁρᾷς. καὶ ταῦτα οὐκ οὔσης ἀνάγκης σοι χρήματα ἀναλίσκειν. ὡς ἡμῖν γε κέρδος ἀποχρῶν γενέσθαι

ARTEMIO.

Quodcunque in optimum *Theotecnum* beneficium contulisti, id in me collatum esse crede; & quodcunque facis, id mihi factum; quae etiam inposterum facturus es, eorum me quoque participem esse existimato. Hoc vero nunc ideo scribo, ut promtiorem te ad id faciendum reddam; & ut scias, quod eadem opera non uni sed duobus confers beneficium. Scias itaque, te duos illos viros tristitia affecisse illis, quae de filio tuo constituta habebas. Eum enim ab *Homero* & *Demosthene*, & *Platone* ad equos & currus, & aurigas, transtulisti, quorum tamen nullo in suis pro se sermonibus adversus imperantes vel melior, vel potentior est futurus. Tu quidem ut Rhetorem colis *Theotecnum*, ut vero tuus ille evadat *Theotecni* discipulus non curas: imo vero indignatus, si juvenis sit juvenis, non vides, te familiam tuam commodis privare maximis, cum tamen sumtus te facere nihil quicquam cogat. Itaque id lucri nobis suffecerit,

EP. DCCCXXVII. (1) Vide *Zambicarium* lib. III. ep. 285. ubi inscribitur *Dariano* & sic in *Casanat.* Δαριανῷ. (2) Ita *Voss.* ex emendatione, antea enim legebatur ἐμὲ, quod etiam est in *Vatic.* A. Εἴ με & sensus postulat, & firmant *Medic.* A. B. *Mutin.* A. C. *Casanatensis*, *Barocc.* 9. *Ambros.* T. 5. & 231. item *Zambicarius* in versione Lat. *Reg. Berol.* ita: οἴμαι θεὸς καὶ φθέγγ. (3) τὰς νόσους *Casanat.* in margine. (4) ἂν εἶχε, *Medic.* A. sed ἀνεῖχε recte, *Medic.* B. cum ceteris omnibus. (5) προσυνεγκοῦσαν. *Reg. max.* *Medic.* A. & *Benzel.* A. (6) Sic *Reg. max.* & *Medic.* A. δεῖσθαι *Barocc.* *Voss.* *Medic.* B. & *Ambros.* T. 5. Sed ex neutra lectione sensus sat commodus nasci videtur. Ab utraque abit etiam *Zambicar.* ita haec vertens: *Haec ego peto Thetin tunc imitatus, quae Jovi enarravit, quaecunque ei praestitisset.* Atque hoc belle quadrat ad proxime sequentia. Alludit utique noster ad *Homeri* Iliad. α. vs. 502. sqq. ubi de Thetide ita:

> Αὐτὰρ ἔπειτα προσεῖπε Δία Κρονίωνα ἄνακτα,
> Ζεῦ πάτερ, εἴ ποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα
> Ἢ ἔπει, ἢ ἔργῳ.

Ibi Thetis Jovi beneficia sua in mentem revocat. (7) Abest a *Reg. max.* in ceteris obvium.

EP. DCCCXXVIII. (1) γενέσθαι, *Voss.* (2) Sic *Voss.* pro ὁ δ' in *Reg. max.* (3) ἴσος, *Reg. max.* quod emendavi ex *Voss.* (4) In codd. est Θεότεκνος, quod in Θεοτέκνου convertendum putavi. *Artemius* enim filium suum a literis ad alia transtulerat, quem rectius Theotecno Rhetori in disciplinam erat traditurus. Ceterum *Artemius* hic videtur Aegypti Dux fuisse, de quo *Socrates* Hist. Eccles. lib. III. c. 3. ubi vide Valesium; nisi potius sit ille Urbi Praefectus, de quo *Ammianus* XVII. 11.

EP.

fit, quod *Epiphanius* & urbi & civibus magno praesidio sit futurus.

CELSINO.

Scilicet optimi quidem Patris filia optimique mariti uxor nunquam cessabit domum textis quoque illustriorem reddere. Ego vero, tunicam illam lineam conspicatus, miratus quidem istam sum, remisi autem, non idem, quod forte alius, dicens: per quantum temporis, *Celsine*, mea tu disciplina usus, qualemve codicem orationibus refertum nactus, aut quibus praeceptionibus huc spectantibus instructus mercedem aliquam mihi te debere existimas & mittis? Ego enim plura in te a me collata esse ajo, quam in eos, qui multos annos apud nos contriverunt, Praeceptoris vultum aeque ac paedagogorum virgas vereriti. Cum enim eo etiam tempore, quo Magistratum gerentes juvabas, & ipse gerebas, orationum a nobis conditarum studiosissimus esses, non minus temporis illis, quam negotiis administrandis impendens, atque deliciis illis libentissime usus, & ipse dicendi facultatem egregiam es consecutus, & idoneus factus, ut, alio dicente, praeclarum a deteriori distinguere posses, malique oratores in lucro haberent, si te a declamationibus suis abesse intelligerent. Propterea praemium quidem nobis debebas, at cum jam dederis, neque adeo debeas amplius, quomodo adhuc reddis, tanquam qui debeas? Quodnam vero fuit praemium illud? plaususutique, & laudes, & honorifica mei meorumque commemoratio, quod denique eos tantum, qui idem tecum facerent, inter viros numerares. Te itaque discipulum meum esse ajo, qui animum quidem laboribus nostris nutriveris, sed qui nostrae quoque gloriae amplificandae studiosissimus, non opus habeas, ut de praemio nobis dando labores. Hanc enim mercedem altera illa praestantiorem esse Athenienses, qui magna pecunia sui admirationem redemerunt, probant. Fidem enim habeo *Demostheni*, de Atheniensibus id testanti.

SEBASTIANO.

Non pudet me ab amico beneficium non iniquum petere. Jam vero tu amicus nobis es, quod multorum, qui inde ad nos adventant, ora prae-

νέσθαι τὸν Ἐπιφάνιον μεγάλην ὠφέλειαν καὶ πόλει καὶ πολίταις.

DCCCXXIX. ΚΕΛΣΙΝΩι. (1)

Ἀλλ' ἡ μὲν ἀρίστου μὲν (2) Πατρὸς θυγάτηρ, ἀρίστου δὲ ἀνδρὸς γυνὴ μηδέποτε παύσαιτο καὶ διὰ τῶν ὑφαινομένων μείζω σοι ποιοῦσα τὸν οἶκον. Ἐγὼ δὲ τὸν χιτῶνα τὸν λινοῦν ἰδὼν ἐθαύμασα μὲν, ἀπέπεμψα δὲ, οὐχ, ὅπερ ἂν ἄλλος, εἰπὼν, ὅτι, ὦ γενναῖε Κελσῖνε, τίνα (3) χρόνον παρ' ἐμὲ πεφοιτηκὼς, ἢ ποῖον γραμματεῖον (*) λόγων ἐμπεπλησμένον εἰσενεγκὼν, ἢ ποίων ἐπανορθώσεων ἐν τούτῳ τετυχηκὼς, ἔπειτα μισθόν τε ὀφείλειν οἴει (4) καὶ πέμπεις; Ἐγὼ γὰρ δὴ πλείω σοί φημι γεγενῆσθαι παρ' ἡμῶν, ἢ τοῖς πολλὰ παρ' ἡμῖν κατατετριφόσιν (5) ἔτη, δεδιόσι μὲν ὀφθαλμὸν διδασκάλου, δεδιόσι δὲ ἱμάντας (6) παιδαγωγῶν. Ἤδη γὰρ ἔν τε τῷ βοηθεῖν ἄρχουσιν ὢν, καὶ αὐτὸς ἄρχων ἀρχὰς, τῶν ἡμῖν πεποιημένων λόγων γενόμενος ἐραστὴς, τούτοις οὐκ ἔλαττον ἢ τοῖς πράγμασι διδοὺς καὶ σχολὴν ἥδιστα τοῖς παιδικοῖς, ποιῆσαί τε λόγους ἐγένου δεινὸς, καὶ δεικνύντος ἑτέρου, τότε ἄμεινον ἰδεῖν καὶ τὸ χεῖρον, ὥστ' εἶναι κέρδος τοῖς φαυλοτέροις ἀπεῖναί σε τῶν ἐπιδείξεων. Διὰ μὲν δὴ ταῦτα μισθὸν ὤφειλες ἡμῖν, τῷ δ' ἀποδοῦναι τοῦτον οὐκ ὀφείλεις (7), ἀποδοὺς δὲ καὶ οὐκ ὀφείλων πῶς ἂν ἔτι δοίης ὡς ὀφείλων; Τίς οὖν ὁ μισθὸς; κρότος, ἔπαινοι (8), τὸ μετὰ τοῦ τιμῆσαι μεμνῆσθαι μὲν (9) ἐμοῦ, μεμνῆσθαι δὲ (10) τῶν ἐμῶν, τούς τε ταυτά (11) σοι ποιοῦντας ἄνδρας ἡγεῖσθαι μόνους. Μαθητὴν μὲν οὖν εἶναί σε ἐμόν φημι, τρέφοντά γε τὴν ψυχὴν τοῖς ἡμετέροις πόνοις, συντηγωνισμένον δὲ (12) ἡμῖν εἰς δόξαν, μηδὲν (13) ἔτι ζητεῖν, ὃ δώσεις. Ὅτι γὰρ μείζων οὗτος ὁ μισθὸς (14) ἐκείνου, δηλοῦσιν Ἀθηναῖοι, πολλῶν χρημάτων τὸ θαυμάζεσθαι πριάμενοι. Πείθομαι γὰρ (15) τῷ Δημοσθένει (16) λέγοντι περὶ τῶν Ἀθηναίων.

DCCCXXX. ΣΕΒΑΣΤΙΑΝΩι.

Φίλον οὐκ αἰσχύνομαι, χάριν αἰτῶν δικαίαν. σὺ δ' ἡμῖν φίλος, ὡς πολλὰ μηνύει στόματα, τῶν ὡς ἡμᾶς

EP. DCCCXXIX. (1) Vide *Centuriam* meam epistolarum p. 252. ex *Barocc.* (2) μὲν abest ab *Ambrof.* T. 73. quod tamen inter ceteros *Medic.* B. quoque habet. (3) Sic scripsi nunc cum *Medic.* B. pro τινὰ *Barocc.* & aliorum. Praestat enim, quod sensus suadet, interrogatio. (*) *Barocc.* γραμματεῖον, *Reg. max.* & *Medic.* De voce alibi in his diximus. Ceterum ex h. l. intelligas, discipulos olim orationes vel a doctoribus, vel suo marte elaboratas cum cura in literas retulisse, & servasse. Γραμματεῖον & γραμματίδιον aliis Athenienses dixerunt tabulam, cui inscribebantur pecuniae creditae, quaque simul de sorte & usuris persolvendis, dandisve pignoribus cavebatur. Vide *Salmasium* de Modo Usurarum cap. 10. & *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Nubes vs. 19. (4) οἴῃ, *Barocc.* (5) κατατετριφόσιν, *Barocc.* (6) Sophistae ἱμάντας ad castigandos discipulos adhibere solebant, quas σκύτη, μάστιγας, ῥαπίδας quoque appellabant. Vide *Cresollii* Theatrum lib. V. c. 6. (7) ἀποδοὺς —— —— ὡς ὀφείλων. Haec habes ex *Reg. max.* quae ex *Barocc.* librarii vitio exciderunt. Mutila sunt in *Medic.* B. in quo haec tantum legis: ἀποδοὺς δὲ καὶ οὐκ ὀφείλων. (8) ἔπαινος, *Medic* (9) μὲν abest a *Barocc.* (10) pro δὲ idem habet τε. (11) malui hoc pro ταῦτα, quod erat in codd. (12) δὲ abest a *Reg. max.* & *Medic.* (13) μηδὲν δὲ *Reg. max.* & *Medic.* ubi *Salvinius* δεῖ legi malebat, quod & ego olim in *Centuria* suspicatus sum. Sensus est, *Celsinum* de referenda sibi gratia non amplius solicitum esse debere, qui laudes suas adeo amplificarit. (14) ὁ μισθὸς *Reg. max.* & *Medic.* οὗτος ὁ μισθὸς *Voss.* ex emendatione recente, & *Barocc.* (15) γὰρ δὲ *Reg. max.* & *Medic.* (16) *Demosthenis* locus est in Orationibus ejus edit. Wolfianae p. 418. & 485. Oratores quosdam Romanos ab audientibus plausus aere sibi parantes ridet *Plinius* lib. II. ep. 29. Sophistas Graecorum idem factitasse ostendit *Cresollius* in Theatro III. 10. §. 8.

EP,

μᾶς ἐκεῖθεν ἀφικομένων. Ὧν τοίνυν κύριος σὺ εὖ ἢ κακῶς ποιῆσαι Παρνάσιον, εὖ βουλήθητι μᾶλλον, καὶ γένος καὶ πόλιν τὴν ἐκείνου τιμῶν, καὶ αὐτὸν Παρνάσιον ἐπιθυμοῦντα λόγων νέον, καὶ τὸν ὑπὲρ ὁμιλητοῦ τε καὶ ὀρφανοῦ δεόμενον ἐμέ.

praedicant. Cum igitur vel bene vel male facere *Parnasio* possis, bene illi potius faciendum esse existima, eadem opera & gentem ejus & patriam, & ipsum denique *Parnasium*, adolescentem literarum cupidissimum, me denique pro discipulo, eoque Parentibus orbato, precantem demeriturus.

DCCCXXXI. ΕΠΙΦΑΝΙΩι.

Μέμνημαι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἐν ᾗ διὰ τῆς ἡμετέρας ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐρχόμενος εἰσῆλθές τε ὡς ἐμὲ, καὶ τὰ μὲν εἶπες, τὰ δὲ ἤκουσας. δεικνὺς ἐν ἀμφοτέροις, ὡς ἑώρας, ὃν ἐπεθύμεις ἰδεῖν, ὥστε με λαβὼν ἀπῆλθες. ἐγὼ δέ σε πάντα τοῦτον ἠμειψάμην τὸν χρόνον, ἄλλῳ μὲν οὐδενὶ, τῷ δὲ τοῖς περὶ σοῦ λεγομένοις ἥδεσθαι. τά δέ ἐστι, μέλειν μέν σοι τῶν νόμων, καὶ τούτοις ἀκολουθεῖν, μέλειν δὲ τῶν πόλεων, καὶ τῶν τὴν γῆν ἐργαζομένων (1), καὶ τάχους ἔργων, καὶ κάλλους λόγων. Ἔξεστιν οὖν μοι καὶ μισθὸν ἀπαιτεῖν σε τῆς τοιαύτης ἡδονῆς, ὃ δ᾽ ἐστιν, ἄνδρα χρηστὸν καὶ φίλον ἐμοὶ τουτονὶ Σιδώνιον (2) ἡδέως τε ὁρᾷν παρόντα, καὶ ζητεῖν ἀπόντα, καὶ συμβουλαῖς ἀμείνω ποιεῖν. εἰ δὲ καὶ ἁμαρτάνων οὐδὲν εὐπορώτερος ἐπανέλθοι, καὶ τούτου σοι χάριν εἴσομαι.

EPIPHANIO.

Probe memini diei illius, quo per urbem nostram ad capessendum magistratum profectus nos adiisti, & alia quidem narrasti, alia vero ex me audiisti, utrinque ostendens, vidisse te, quem videre gestieras: itaque me nactus abiisti. Ego vero omni illo tempore nihil aliud tibi rependebam, quam quod *illis*, quae de te mihi erant narrata, laetabar, illis scilicet, quod leges tibi curae sint, quas semper urgeas, curae vero etiam urbes, & ruricolae, tum vero celeriter omnia agas, & elegantes orationes magni facias. Licuerit itaque mihi hujus meae voluptatis mercedem a te poscere, hoc nempe, ut *Sidonium* hunc, virum optimum, mihique amicum serena fronte excipias praesentem, absentem vero accersi cures, consiliisque tuis provehas. Quod si vero in nullo frustratus ditior redierit, pro hoc quoque gratiam tibi sum habiturus.

DCCCXXXII. ΤΩι ΠΑΤΡΙΑΡΧΗι. (1)

Τῶν εἰρημένων τούτων ἐν τοῖς γράμμασι τὰ μὲν ᾔδειν πάλαι, τὰ δὲ νῦν μεμάθηκα. καὶ πλείων ἡ λύπη μοι τῇ προσθήκῃ τῶν γραμμάτων γέγονε. Τίς δ᾽ οὐκ ἂν ἀχθεσθείη τοιούτου γένους χρόνον οὕτω πολὺν κάμνοντος. Ὑπὲρ δὲ τῶν ἀδικούντων ὑμᾶς διελέχθη μὲν οὐδεὶς ἡμῖν ἐν ἐπιστολαῖς. εἰ δὲ καὶ πολλοὶ τοῦτ᾽ ἐπεποιήκεσαν, οὐδὲν ἂν ἔπραττον, οὐδ᾽ ἂν ἐμαυτὸν ὑμᾶς ἀδικῶν ἠδίκουν. Ὃν δ᾽ οἴει τῆς ἡμετέρας ἄρξειν, καὶ εἶναί που πλησίον ἡμῶν, λόγος ὑμᾶς, ὥσπερ ἡμᾶς, οὐκ ἀληθὴς ἐξηπάτηκεν. ἀλλ᾽ ἡμεῖς μὲν ἀπατώμενοι πεπαύμεθα. δεῖ δὲ καὶ ὑμᾶς νῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον.

PATRIARCHAE.

Quae literis mihi exposuisti, eorum alia pridem noveram, alia vero nunc primum didici. Aucta vero mihi est tristitia illâ ex literis accessione. Quis vero non angatur, tali familia per tantum tempus adflicta? Ceterum de iis, qui in vos sunt injurii, nemo quicquam ad nos perscripsit. Si vero etiam multi id fecissent, nihil utique fecissem ego, nec me ipsum, in vos injurius, injuria adfecissem. Quem vero urbi nostrae praefectum iri, & a nobis prope abesse putas, in eo falsus nuncius vos non minus, quam nos, fefellit. Sed nos quidem non amplius fallimur: idem vero & vobis nunc, nisi jam ante, fieri fas est.

DCCCXXXIII. ΕΥΣΤΑΘΙΩι. (1)

Ἔργον ἦν σοι πρότερον ἐρᾷν, καὶ τοὔνομά σοι παρὰ τοῦτο τὸ (2) ποιεῖν. νῦν δ᾽ ἡμῖν ἀντ᾽ ἐραστοῦ γέγονας συκοφάντης, ἐπὶ πάντας ἀφεὶς τὴν γλῶτταν, ἀν-

EUSTATHIO.

Olim quidem amare tuum erat, quodque hoc faceres, nomen tibi conciliabat. Jam vero pro amante factus nobis es calumniator, in omnes quippe homines, heroas, dae-

EP. DCCCXXXI. (1) Similiter *Apol.* XVIII. 17. commemorantur, ὅσοι τὴν θάλατταν ἐργάζονται. (2) Cave, credas, *Sidonium* hunc *Apollinarem* illum esse. Ille enim Seculo V. medio demum claruit. Nec *Epiphanius*, cui inscripta est haec epistola, ille est, quem una cum Proaeresio ut Sophistam laudat *Eunapius* p. 127. Ipsa enim epistola ostendit, hominem praefectura quadam fuisse functum.

EP. DCCCXXXII. (1) Quem qualemve Patriarcham hic noster intelligat, non dixerim. Veri tamen fit simile, Patriarcham quendam ex Christianis Antiochenum intelligi. Ex ipsa hac epistola conjectura haec fieri potest, cum ex ea pateat, illum, ad quem scribit, suspicatum esse, ne quid sinistri a Libanio in se suosque sit profectum. Infra n. 892. alia exstat *Patriarchae* itidem inscripta, ubi in *Vatic.* 943. legis: τῷ Πατριάρχῃ Ἀντιοχείας. Si hoc ratum esse velis, inquirendum fuerit, quinam Libanii senis aetate dignitate hac fuerint perfuncti. Id vero disces ex eruditissimi Fabricii nostri Bibliotheca Graeca Vol. XIV. p. 39. Ibi inde ab anno a C. N. 361. ad 388. appellantur inter Patriarchas Antiochenos *Meletius*, *Euzoius*, *Paulinus*, III. *Dorotheus*, sive *Theodorus*, *Vitalis*, *Flavianus* I. & *Evagrius*.

EP. DCCCXXXIII. (1) Ita codices, sed non dubito, legendum esse Εὐστοχίῳ. Ad eum enim hanc epistolam exaratam esse, patebit ex epistola 852. (2) Sic *Reg. max.* περὶ τοῦτο *Voss.* Legendum puto παρὰ τοῦ τοῦτο.

(3) Hac

daemonas, & Deos linguam acuens. At, si recte rem expenderis, te ipsum conficis magis, quam ab aliis vexaris. Foro igitur valedicens, ad antiquam & pulchram servitutem revertere, cultumque praesta lampadi & telis illius Dei, qui exiguo corpusculo magnum robur circumfert.

ἀνθρώπους τε καὶ ἥρωας, καὶ δαίμονας, καὶ θεούς (1). Ἀλλ' ἐὰν ὀρθῶς σκοπῇς, σαυτὸν ἐσθίεις (2) μᾶλλον, ἢ παρ' ἄλλων ἀπᾷ. Τοῖς οὖν δικαστηρίοις ἐρρῶσθαι φράσας, ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν τε καὶ καλὴν ἐπάνελθε δουλείαν, προσκυνῶν τήν τε λαμπάδα, τά τε βέλη, τοῦ μεγάλην ἐν μικρῷ τῷ σώματι κεκλημένου τὴν δύναμιν Θεοῦ (3).

PHILAGRIO.

Jam quidem largior, illam de lege orationem praeclaram esse, quoniam tu de illa talia & dicis & scribis. Neque tamen illa post abrogatam illam, quae dicere prohibebat, legem, exercitii causa scripta est, sed data potius opera contendebam, omnibus, qui dicendi facultate polleant, dicere licere. Hac igitur mente orationem illam scripsi: illa vero domi servata est, cum, qui rem nossent, non satis tutum hoc esse, Regi persuaderent. Verendum enim, ne qui illum, qui legem hanc tulisset, contra orationis scriptorem concitarent. Cum postea fortuna pro me pugnaret, eademque vox, quae legem tulerat, etiam abrogaret, oratio in theatrum producta est, & commentatio illa elogia reportare meruit. Ceterum bene agis, qui non magis hortis adeo propinquis, quam literis te impertias. Hoc enim dixit mihi & prodidit praesens epistola.

DCCCXXXIV. ΦΙΛΑΓΡΙΩι.

Νῦν καλῶς εἰργάσθαι συγχωρῶ τὸν περὶ τοῦ νόμου λόγον (1), ἐπειδὴ σὺ ταῦτα περὶ αὐτοῦ καὶ λέγεις καὶ γράφεις. οὐ μήτοι μετὰ τὴν λύσιν τοῦ κωλύοντος νόμου λέγειν ἐγράφη μελέτης εἵνεκα, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο ἀγωνιζόμενος ἀεὶ λέγειν ἐξεῖναι τοῖς δυναμένοις λέγειν. Αὕτη μὲν οὖν ἡ γνώμη τὸν λόγον ἐποίησεν. οἴκοι δὲ ἐκείνη κατείχετο, τῶν εἰδότων τ' ἂν τῷ Βασιλεῖ πειθόντων, ὡς οὔτ' (2) ἀσφαλέστερον. εἶναι γὰρ δέος, μὴ κινήσωσί τινες τὸν τεθεικότα τὸν νόμον, κατὰ τοῦ τε γράφοντος (3) τὸν λόγον. Γενομένης δὲ ἀντ' ἐμοῦ τῆς τύχης, καὶ τῆς αὐτῆς φωνῆς, καὶ θείσης καὶ ἀνελούσης τὸν νόμον, οὕτως ἧκεν εἰς θέατρον ὁ λόγος. καὶ ἠδυνήθη τὰ τῶν ἐγκωμίων ἡ παραίνεσις. Σὺ μέντοι καλῶς ποιεῖς, οὐ μᾶλλον τοῖς ἐγγὺς οὕτω κήποις σαυτὸν διδούς, ἢ λόγοις. Ταυτὶ δὲ εἰπέ τε πρὸς ἐμέ, καὶ ἐμήνυσεν ἡ νῦν ἐπιστολή.

PATRIARCHAE.

Pro *Ammonilla* repetitae hae veniunt literae, cum superiores illae nihil effecerint, ideo, quod multum valent, qui feminam male mulctant. Superiore itaque illa epistola ad miserationem perductus, & praesentem hanc aliquo loco habens, fac, quaeso, ne opus sit tertia.

DCCCXXXV. ΤΩι ΠΑΤΡΙΑΡΧΗι. (1)

Ὑπὲρ Ἀμμωνίλλης δεύτερα ταῦτα ἔρχεται γράμματα, τῶν προτέρων οὐδὲν δυνηθέντων διὰ τὸ δύνασθαι τοὺς κακῶς ποιοῦντας τὴν ἄνθρωπον. Τῇ τε οὖν προτέρᾳ συναχθόμενος ἐπιστολῇ, καὶ τήνδε τιμῶν ποίησον ἡμᾶς μὴ δεηθῆναι τρίτης.

EUSEBIO.

Quod Sophista noster malis artibus a civibus suis injuste sit circumventus, in foro judiciali liquido, tum testibus multis, tum validissimis decretis evictum est. Ut vero hoc Praefectus probe cognitum habeat, tu, quaeso, iterum cura, ne nova calamitate perdatur. Faxint vero Dii, ut & reliqua prospere succedant, tuque iis, quae jam perfecisti, praeclara alia addas.

DCCCXXXVI. ΕΥΣΕΒΙΩι.

Ὅτι μὲν ἐσυκοφαντεῖτο παρὰ τῆς δικαιοσύνης, τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν ὁ σοφιστὴς (1), δέδεικται σαφῶς ἐν τῷ δικαστηρίῳ, μάρτυσί τε πολλοῖς καὶ γράμμασιν ἰσχυροῖς. Τοῦ δὲ γνῶναι ταῦτα τὸν ὕπαρχον βεβαίως σοι μελησάτω πάλιν, ὅπως μὴ τῷ χειμῶνι διαφθαρείη. (2) δοῖεν δὲ οἱ θεοὶ καὶ τἄλλα τούτοις τεθῆναι καλῶς, καί σε τοῖς ἤδη πεπραγμένοις ἕτερόν τι προσθεῖναι καλόν.

THEO- DCCCXXXVII.

(3) Hae scilicet classes rerum sunt, quas pagani constituerunt, id quod Scriptores de Theologia Gentilium commonstrant. (4) Similiter noster Orat. XXII. p. 612. ἐκ ᾗ τούτου καθίζοιτ' ἂν αὐτὸν ἐσθίων. *Homerus* Iliad. ζ. vs. 202.

Ὃν θυμὸν κατέδων.

(5) Cupidinem intelligit, atque adeo ad conjugium ineundum cohortatur.

EP. DCCCXXXIV. (1) Non exstat inter editas haec *Libanii* oratio. Lex, contra quam disputavit *Libanius*, eo spectasse videtur, ut non cuique publice dicendi potestas esset. (2) οὔτ' *Reg. max.* ὄντα *Voss.* & fortasse rectius. (3) Sic *Reg. max.* τοῦ γεγραφότος, *Voss.* rectius.

EP. DCCCXXXV. (1) Vide nos paulo ante ad ep. 832.

EP. DCCCXXXVI. (1) *Eusebium* Sophistam intelligit, de quo superiores aliquot exponunt epistolae: compara & proxime sequentem. (2) Sic scribo cum *Voss.* quando in *Reg. max.* nullo sensu ita; καὶ τῷ χειμῶνι διαφθ. Malim vero antecedens πάλιν post ὅπως μὴ poni.

DCCCXXXVII. ΘΕΟΔΩΡΩι.

Σέσωσται μὲν ὁ σοφιστὴς Εὐσέβιος διὰ σὲ, τὸ μὲν τοῦ (1) χειμῶνος αὐτὸν ἐξαρπάσαντα, τοῖς δὲ οἰκείοις ἀποδόντα. Δι' ὧν δὲ εὐδοκίμησεν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, δεικνὺς αὐτὸν καθαρὸν αἰτίας, κεκόμισταί τε ὡς ὑμᾶς, καὶ τῶν τε ὤτων τοῦ τε στόματος δεῖται τῆς μεγάλης ἀρχῆς, ἃ διὰ μὲν σοῦ καὶ τέλος ἕξει, καὶ ταχέως. τῆς δὲ σῆς ἀπούσης βοηθείας ἢ ἔξω που κείσεται, ἢ βραδέως εἴσεισι. Δεῖξον δὴ πάλιν ἡμῖν τὸν θαυμάσιον Θεόδωρον. ᾧ πολλὴν μὲν ἡδονὴν φέρει τὸ δυσκολίας ἅπασι μὲν λύειν ἀνθρώποις, μάλιστα δὲ τοῖς τὸν αὐτῶν παραδοῦσι βίον Ἑρμῇ καὶ Μούσαις.

THEODORO.

Eusebius Sophista salvus nunc est per te, qui eum a tempestate illa vindicaveris, & suis restitueris. Quibus vero in foro praevaluerit, culpa omni se vacare demonstrans, illa ad vos jam perlata sunt, auresque & ora magni magistratus poscunt, per te vero ad finem, idque celeriter perducentur. Si vero absque tuo auxilio fuerit, aut foris jacebit haec causa, aut tarde cognoscetur. Praesta igitur te nobis iterum admirandum *Theodorum*, cui volupe est, omnes quidem homines aerumnis suis liberare, inprimis vero eos, qui vitam suam Mercurio & Musis dedicarunt.

DCCCXXXVIII. ΦΩΤΙΩι. (1)

Μεγάλων τὸν σοφιστὴν Εὐσέβιον παρὰ τῆς σῆς τετυχηκότα φιλίας καὶ προνοίας (2) ἑτέρων ἀξιοῦμεν τυχεῖν, ἴσων ἢ (3) καὶ μειζόνων. Ἡμεῖς δὲ, ἃ καὶ πρότερον, ἀντεισοίσομέν σοι, τὸ πρὸς ἅπαντας λέγειν, οἷος εἰς ἡμᾶς καὶ εἶ καὶ γεγένησαι.

PHOTIO.

Eusebium Sophistam, magnis jam beneficiis ex favore tuo & studio mactatum, alia etiam, vel aequalia, vel etiam majora, per te consequi velimus. Nos vero, quod & antea fecimus, id tibi rependemus, ut omnibus exponamus, qualis adversus nos & sis, & fueris.

DCCCXXXIX. ΑΒΛΑΒΙΩι. (1)

Αὐτὸς ἡγοῦμαι καὶ ἠριστηκέναι (2) παρ' ὑμῖν καὶ λελοῦσθαι καὶ δεδειπνηκέναι, τούτων ἀπολαύσαντος Εὐσεβίου, τῇ τῶν Θεῶν εὐνοίᾳ πάλιν ὄντος τε οἴκοι καὶ διαπεφευγότος, ἃ οὐκ ἄν τις ἤλπισε. Τὸν στενωπὸν δὲ ἐκεῖνον, τὸν ἔχοντά σοι τὴν οἰκίαν, ἐν ᾗ σὺ σκοπεῖς περὶ τῶν λόγων, οὓς εἰς τὸν λεὼν οἴσεις, λαμπρότερον ἔγωγε πάσης ἀγορᾶς εἶναί φημι, καὶ αὐτῆς γε τῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ ἄλλα ἀποκρυπτούσης. Καὶ γὰρ τὸ Ὀλύμπιον τὸ ὄρος τῶν κεκοσμημένων στοῶν (3), καὶ (4) διὰ τὸ τοὺς Θεοὺς ἐν αὐτῷ διατρίβειν. Πολὺν δὲ ἤδη χρόνον εἰκότως οὔτε σὺ πρὸς ἡμᾶς ἐπέσταλκας, οὔτε σοὶ παρ' ἡμῶν ἧκέ τις ἐπιστολή. Σοί τε γὰρ οὐκ εἶχε λόγον τοὺς μὲν νέους ἑτέρωσε πέμπειν, δεῦρο δὲ ἐπιστολάς. ἡμῖν τ' ἂν ἴσως τις ἐπετίμησεν ἐνοχλοῦσί τε καὶ οὐκ εἰδόσιν, ὅτε χρὴ σιγᾶν. Ταυτὰ (5) δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἡμῖν πέπρακται Γαλάτας, καὶ γὰρ ἐκείνοις πρὸς ἡμᾶς, ἅπερ ὑμῖν. καὶ ἐοίκαμεν οὐχ ἡμεῖς τῶν προτέρων ἐπιλελῆσθαι παίδων. ἀλλ' οἱ παῖδες τῶν πατέρων ἐκείνων. Καὶ ἴσως οὐκ ἀλόγως. ἡμῖν μὲν γὰρ πολὺ πρὸς τὴν ὑμετέραν τὸ μέσον. οἱ δεύτεροι δέ εἰσι γείτονες.

ABLABIO.

Ipse mihi apud vos & pransus, & in balneis lotus, & coenatus videor, quando his omnibus *Eusebius* usus est, qui Deorum auspiciis domi nunc est, atque ea effugit, quae vix quisquam sperasset. Ceterum angiportum quo tuum continetur domicilium, in quo orationes, quas publico destinas, meditaris, omni ego foro, & illo quoque, quod Romae est & alia omnia obscura reddit, judico splendidiorem: nam & Olympium montem ornatissimis porticibus praefero, eo quod Dii in illo commorantur. Jam diu vero non praeter rationem nec tu ad nos scripsisti, nec nostrae ad te literae venerunt. Tuae enim rationes non ferebant, juvenes quidem alio, huc vero epistolas mittere: nobis vero forte vitio aliquis vertisset, si fuissemus molesti, nec, quando tacere oporteat, scivissemus. Idem vero etiam adversus alios Galatas fecimus, sicut & illi, quae vos, adversus vos fecerunt. Nec tam nos eorum, quos habuimus, filiorum obliti videmur, quam filii suorum quondam Parentum. Nec forte praeter rationem. Nos enim ingens intervallum a regione vestra sejungit; alteri vero illi sunt vicini.

DCCCXL. ΠΡΟΚΛΩι.

Ἡμεῖς δὲ οὐ πεπόνθαμεν τὸ τῆς παροιμίας, ἥ φασιν,

PROCLO.

Nobis vero id non accidit, quod ait proverbium,

EP. DCCCXXXVII. (1) Sic *Reg. max.* τὸ νῦ μὲν, *Voss.* ex emendat. recente.

EP. DCCCXXXVIII. (1) Ita *Reg. max.* Κίλωνι autem *Vindobonens.* chartaceus, *Vatic.* 943. & *Benzel.* A. In *Medic.* B. est ἀντιγράφῳ. (2) καὶ προνοίας, addidi ex *Medic.* & *Benzel.* utroque. (3) ἢ est ex *Medic.* & *Voss.* quod desideratur in *Reg. max.*

EP. DCCCXXXIX. (1) *Reg. max.* Ἀλβανίῳ *Vindobon.* membranaceus. (2) ἠριστηκέναι, *Mutin.* A. (3) Scilicet λαμπρότερον εἶναί φημι, quod ἀπὸ κοινοῦ repetendum. (4) καὶ, quod est in *Regio max.* abesset rectius. Legerim ita, καὶ γὰρ καὶ τὸ Ὀλύμπιον. In *Voss.* sic tota haec sententia est expressa: καὶ γὰρ τὸ Ὀλύμπιον tanquam minus recte habens, nec minus καὶ, tanquam inducendum, sit notatum. (5) ταυτὸ, *Voss.*

EP.

bium, amorem tolli injuria; sed male etiam mulctati, percussi & nescio quid non mali audientes, amamus tamen, & eorundem cupidi sumus. Et, si quis velit recipere, cum voluptate venimus, nihil eorum, quae dicta sunt, dictum esse putantes. Ceterum *Thalassium* virum bonum, & jure merito Senatus illius membrum esse multi testantur: unus vero *Proclus* bene multis praestat, cujus quippe factis nulla unquam oratio par fuerit. Cum enim nobis praeesset, ad eos, qui virum illum calumniabantur, dicebat, abstinendum esse ab his, se enim nunquam decipi se passurum. Talia ille dixit, quibus & ad recentes calumniatores uti liceurit, atque adeo efficere, ut vir, qui in hunc usque diem nihil unquam, sive parvum, sive magnum peccavit, Senatui adscribatur.

σιν, ὥσπερ ὕβρει λύεσθαι (1). ἀλλ' ἐλαττούμενοι καὶ παιδευόμενοι, καὶ τί κακὸν οὐκ ἀκούσαντες ὅμως ἐσμὲν ἐρασταί, καὶ τῶν αὐτῶν ἐπιθυμοῦμεν. κἂν δέχηταί τις, ἐρχόμεθα μεθ' ἡδονῆς, οὐδὲν εἰρῆσθαι τῶν εἰρημένων νομίζοντες. Τοῦ δὲ (2) ἄνδρα ἀγαθὸν εἶναι τὸν Θαλάσσιον, καὶ τῆς βουλῆς ἐκείνης εἰκότως ἂν μεταχεῖν πολλοὶ μὲν οἱ μάρτυρες. εἷς δὲ ἀντάξιος πάνυ πολλῶν (3) Πρόκλος. οὗ τοῖς ἔργοις οὐδὲ εἷς λόγος ἴσος. Ἡνίκ' ἦρχεν ἡμῶν τοῖς τὸν ἄνδρα συκοφαντοῦσιν εἶπεν, ὅτι δεῖ πεπαῦσθαι τοῦτο ποιοῦντας ὡς αὐτοῦ γε οὐκ ἀπατησομένου. Τοῦ δὴ ταῦτα εἰπόντος, εἴη ἂν καὶ πρὸς τοὺς νῦν διαβάλλοντας τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι ῥήμασι, καὶ μεταδοῦναι πεῖσαι τῆς συνεδρίας, τῷ μή τε μικρὸν μή τε μεῖζον ἐν μηδενὶ μηδὲν εἰς ταύτην ἡμαρτηκότι τὴν ἡμέραν.

OPTATO.

Quando frequens illud auxilium expendo, quo, me precante, multos ex multis malis eripuisti, deinde vero ad convicia, in nos conjecta, respicio; (nam & ipse idem sentiebam, quod *Thalassius*, quem inter amicos numerabam;) utrumque ab eodem animo profectum non esse video, & saepe sedeo *in terram lumina figens*. Is enim, quem adversari oportebat illis, qui contra nos dicunt, ipse eadem dixit, &, ut alii similiter dicerent, voluit. Si quid enim criminationis habebres, non tantam sane poenam de nobis sumere oportebat. Fac itaque, vir eximie, ut posteriora meliora sint, quibus priora illa expungantur. Similis sis *Stesichoro* palinodiam cantanti. Tu enim si id feceris, nemo non sequetur. In ceteris enim rem bene gerentes tibi obsequuntur. Qui igitur iratum te nobis ostendisti, ostende etiam conciliatum.

DCCCXLI. ΟΠΤΑΤΩι.

Ὅταν ἀριθμήσω τὰς βοηθείας, αἷς (1), αἰτοῦντος ἐμοῦ, πολλοὺς πολλῶν ἐρρύσω κακῶν, εἶτα εἰς τὰς λοιδορίας ἀποβλέψω τὰς καθ' ἡμῶν. καὶ γὰρ αὐτὸς ἦν, ἐν οἷς ὁ Θαλάσσιος, ὃν πεποίημαι φίλον, οὐ τῆς αὐτῆς ἀμφοῖν ψυχῆς εὑρίσκω, καὶ κάθημαι δὴ πολλάκις κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας (2). Εἰ δὲ (3) ἔδει μάχεσθαι τοῖς τι καθ' ἡμῶν λέγουσιν, οὗτος αὐτός τε ἔλεγε, καὶ ἄλλους ἐβούλετο (4). Καὶ γὰρ εἴ τι καὶ ἐγκαλεῖν εἶχες, ἀλλ' οὐ τοσαύτην ἔδει τὴν τιμωρίαν λαβεῖν. Γενέσθω οὖν (5), ὦ γενναῖε, τὰ δεύτερα βελτίω, καὶ τούτοις ἐκεῖνα ἐξαλειφέσθω καὶ, γενοῦ Στησίχορος ἡμῖν παλινῳδίαν ᾄδων (6). Ἢν γὰρ σὺ τοῦτο ποιήσῃς, οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἀκολουθήσει. Καὶ γὰρ τὰ ἄλλα καλῶς ποιοῦντες πείθονταί σοι. Δείξας οὖν ἡμῖν τὸν ὀργιζόμενον δεῖξον καὶ τὸν διηλλαγμένον.

SOPHRONIO.

Beneficium a te petere audeo, non alio quidem nomine, quam quod perpetuo te amo. Tibi quidem utrumque licet, amare nempe, & benefacere: nobis vero prius tantum est integrum. Hoc autem dum facimus, jure merito ex facultate tua fructum capimus. Quod vero fieri nobis velimus, eo continetur. *Thalassius*, Patre natus integerrimo, morumque ejus haeres, atque ideo in urbe nostra spectatus, quique suis laboribus rebus meis consulit, & orationes a me conditas, sartas tectasque praestat, nec paucas, quae ex morbis mihi oboriuntur, mo-

DCCCXLII. ΣΩΦΡΟΝΙΩι.

Εὖ παθεῖν ἀξιῶ παρὰ σοῦ, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὅτι δὲ φιλῶν σε διατελῶ. Σοὶ μὲν γὰρ ἀμφότερα ἔξεστι, καὶ φιλεῖν καὶ εὖ ποιεῖν. ἡμῖν δὲ μόνον τὸ πρότερον. ὃ ποιοῦντες εἰκότως ἂν τῆς σῆς ἀπολάβοιμεν δυνάμεως. Ἔστι δὲ, ὃ βουλοίμην ἂν μοι γενέσθαι. Θαλάσσιος ἐκ δικαίου τε πατρὸς γεγονὼς καὶ τοῦ ᾽κείνου τρόπου κληρονομήσας, καὶ διὰ τοῦτο τίμιος ὢν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πόλει, τοῖς τε ἑαυτοῦ πόνοις τἀμὰ βελτίω ποιεῖ, φυλακὴ γιγνόμενος τοῖς ὑπ' ἐμοῦ συντιθεμένοις

EP. DCCCXL. (1) Vide *Erasmi* Chiliadas p. 49. (2) τὸ γὰρ, *Reg. max.* τοῦ γὰρ, *Voss.* ex emendatione recente. (3) *Homerus* Iliad. λ. vs. 514.

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Pro τοῦ γὰρ, *Reg. max.* τὸ δ' quod in *Voss.* ita, ut nos scripsimus, est emendatum.

EP. DCCCXLI. (1) οἷς, *Ambros.* T. 73. (2) *Homerus* Iliad. γ. vs. 217. (3) εἰς ἕν, *Medic.* B. Nostrum habent *Reg. max.* & *Barocc.* 9. (4) Sic *iidem* ambo. Sensus patet, si subintelligas λέγειν. At *Medic.* B. & *Bodlejan.* quidam καὶ ἄλλα ἐβουλεύετο, *alia omnia animo agitavit*: non inepte quidem. (5) *Barocc.* τοίνυν *Medic.* & *Reg. max.* (6) *Stesichori*, Poëtae Lyrici factum, quod huic proverbio occasionem fecit, recitat *Plato* in Phaedro. Confer *Allatium* de patria Homeri p. 142. & *Gyraldum* p. 333. de Poëtis.

τοις λόγοις, τῶν τε ἐν τοῖς ἀῤῥωστήμασι κακῶν ἀφαιρῶν οὐκ ὀλίγα. Οὗτος τοίνυν ὁ τοιοῦτος τῆς μεγάλης βουλῆς ἐπεθύμησε γενέσθαι, οὐχ ὅπως ἑτέροις εἴη βαρὺς, ἀλλ' ὅπως μηδεὶς αὐτῷ. μηδ' εἴη τοῖς βουλομένοις καταθεῖν ἐξουσία, τείχους ὄντος αὐτῷ τῶν ὑμετέρων ἀγαθῶν. Πρώην δὴ τινὸς ἐν τῇ βουλῇ περὶ τούτου μνησθέντος ἐφάνησαν, οἳ τὸν ἑταῖρον ἐλύπουν, λέγοντες, ὧν ἀνὴρ ποῤῥωτάτω. Εἰ γάρ τι τούτων ἦν ἀληθὲς, οὐκ ἂν ἦν οὕτω θρασὺς, ὥστ' ἔχειν μὲν αὐτὸν, ἐν ᾗπερ ἔχω, τάξει, πέμπειν δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ τοιαύτας ἐπιστολάς. Χάρισαι δή μοι, ὦ γενναῖε, καὶ προσθὲς πολλοῖς τοῖς εἰς ἐμὲ καὶ τοῦτο. ἐροῦ τοὺς τό, τε κωλύοντας, εἰ, οἵπερ ἦσαν, εἰσίν. Ἀκούομεν γάρ τινα μεταβολήν. μεταβεβλημένους μὲν οὖν ἐπαίνει, τῆς ὀργῆς δὲ ἔτ' ὄντας, παῦε τῷ σαυτοῦ στόματι, τῷ ταῖς καλαῖς ἐπῳδαῖς πολλὰ δὴ τοιαῦτα στορέσαντι.

molestias mihi levat; hic, inquam, *Thalassius* magnae curiae adscribi cupit, non quidem, ut aliis ipse gravis sit, sed, ut nemo sibi, &, ne volentibus quibusque in se grassari liceat, vestro scilicet praesidio murum ipsi praestante. Cum jam ante hujus rei in Curia mentio aliqua fieret, erant, qui amico nostro aegre facerent, ea adserentes, a quibus ipse erat alienissimus. Si quid enim horum verum fuisset, ego tam temerarius utique non eram futurus, ut illum eo, quo habeo, loco haberem, & tales pro ipso epistolas scriberem. Gratiam igitur, vir eximie, hanc mihi facito, & multis tuis in me beneficiis etiam hoc instar cumuli adde. Interroga, quaeso, eos, qui hoc fieri nolunt, num sint adhuc, qui olim. Mutationem enim quandam factam esse audimus. Mutatos igitur in melius laudato; qui vero adhuc irati sunt, eos ore tuo, quod lenociniis suis multa ejusmodi composuit, placato.

DCCCXLIII. ΕΛΛΕΒΙΧΩι. (1)

Δεινὸν μὲν ἡμῖν καὶ τὸ, τοιαῦτα ἐν μέσῃ τηλικαύτῃ βουλῇ περὶ ἡμῶν εἰρῆσθαι. Καὶ γὰρ εἰ τοὐμὸν ὄνομα ὑπερεπήδων, οἱ τὸν ἐμὸν λέγοντες κακῶς φίλον, ἀλλὰ κατ' ἀμφοῖν, ὄντοιν γε φίλοιν, ἀφίετο τὰ βέλη. Λύπη μὲν οὖν κἀντεῦθεν. Λυπηρότερον δὲ ἐκεῖνο, τὸ, σοῦ παρόντος τε καὶ συγκαθημένου καὶ δυναμένου τοσοῦτον, ὅσον ἄξιον, μηδένα ὑπὲρ ἡμῶν γενέσθαι λόγον. Οὐ γὰρ ἐπείσθην τοῖς ἀπαγγέλλουσιν, ὅτι καὶ καθ' ἡμῶν παρὰ σοῦ. Σύ τε γὰρ χρηστὸς καὶ φίλος, ἡμῖν τε οὐδεμίαν τοιαύτην παρὼν ἐνεφάνης κακίαν. καὶ συνεπέθου μὲν οὖν, οὐκ ἐβόησας δέ. τῇ σιγῇ δὲ ἠδίκεις. Εἰ γὰρ, ὡς ἐπίστασαι καλῶς, ἐμέ τε καὶ Θαλάσσιον ἐβοήθησας, ἀπείχοντ' ἂν ἡμῶν οἱ νῦν βάλλοντες. νῦν δὲ οὐδὲν ἦν τὸ κωλῦον. Ἐπεστάλκασι τοίνυν τινὲς, ὡς οἱ τέως πολεμοῦντες κατέθεντο τὰ ὅπλα. καὶ οὐκ ἐπαινοῦσι μὲν τὰ πεπραγμένα. βούλοιντο δ' ἂν, ὧν εἶργον, μεταδοῦναι, καὶ τὸν δεξόμενον φανῆναι, τὰ αὐτά τε πάλιν αἰτοῦμεν. κἂν τύχωμεν, οὐδὲν ἀηδὲς πεπονθέναι φήσομεν.

ELLEBICHO.

Grave nobis accidit, quod talia in tanta eaque media Curia de nobis pronunciata sint. Etiamsi enim nomen meum tacuerint, qui amicum meum sunt calumniati, vel sic tamen in utrumque, amicos scilicet mutuos, tela illa sunt emissa. Tristitia itaque etiam hinc mihi oborta est; inde vero multum aucta, quod te praesente, & adsidente, atque ea, quae fas est, efficere valente, nec ullum pro nobis verbum factum est. Neque enim fidem illis habui, qui nunciabant, etiam a te contra nos dictum esse. Tu enim humanus & amicus es, neque ullam talem improbitatem praesens in nobis deprehendisti. Ponam vero, te nobis una cum illis non fuisse adversatum: saltem non contra clamasti, atque adeo silentio fuisti in me injurius. Quod si enim, ut probe nosti, & me & *Thalassium* adjuvisses, ceteri illi, qui in nos insurgunt, utique abstinuissent. Jam vero nihil erat, quod prohiberet. Postquam igitur nonnulli scripserunt, quod, qui tunc adversati sunt, arma abjecerint, &, quae facta sunt, improbent velintque adeo, ut eorum, a quibus prohibuerunt, particeps fiat noster, idemque ad capessendum munus se sistat, eadem a te denuo petimus. Si rem obtinuerimus, nihil nobis grave accidisse profitebimur.

DCCCXLIV. ΕΥΣΕΒΙΩι.

Οἶσθά που Θαλάσσιον, ἐν ᾧ μοι τὰ μέγιστα. τί γὰρ ἴσον παρ' ἐμοὶ τῇ περὶ τοὺς λόγους διατριβῇ (1); Τούτῳ βίος μὲν, εἴ τις ὀρθῶς ἐξετάζοι τὰ πράγματα, ἄμεμπτος, φθόνος δὲ παρ' ἐνίων δι' αὐτὸ τοῦτο, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι ταυτὰ νοσεῖν αὐτοῖς (2). τὸ δὴ πιστεύεσθαι (3) παρὰ τοῖς ἄρχουσιν ἐκ τοῦ κολακεύειν οὕτω (4) λαβόντες, ἄλλους τε σεσυκοφαντήκασιν ἐν δυνατοῖς, καὶ δὴ τοῦτον ὄντα ἀγαθόν. οἱ δὲ ἑλκυσθέντες ἠπείλησαν. Γίγνεται δή τις ἐνταῦθα σύμβουλος Θαλασσίῳ, γενέσθαι

EUSEBIO.

Nosti tu *Thalassium*, ex quo maxima mihi pendent. Quid enim majus mihi esse potest ea, quae in literas confertur, industria? Vitam ille egit, si quis curate rem expenderit, inculpatum, invidia vero premitur tum hoc ipso nomine, tum ideo, quod non iisdem, quibus illi, morbis potest esse obnoxius. Cumque illi assentationibus suis apud Optimates fidem sibi pepererint, alios, interque hos optimum hunc virum calumniis insectati sunt: illi vero abducti minas addiderunt. Jam auctor aliquis fuit *Thalassio*, ut illustris Curiae membrum evade-

EP. DCCCXLIII. (1) Vide supra ad ep. 816. *Reg. max.* Ἐλεβίχῳ.

EP. DCCCXLIV. (1) Vide supra ep. 842. & 845. (2) ἑαυτοῖς, *Voss.* (3) πεπεῖσθαι, *idem.* (4) οἱ νῦν οὕτω, *idem* & *Reg. max.*

EP.

evaderet: sic enim non temere ullum fore interminantem. Recte haec ille suasisse mihi videbatur, idque adeo fieri permitto. Cum postea haec causa ageretur, quidam eorum, qui in Curia multa possunt, a nobis quidem nihil laesus, laesum vero se putans, ab aliis deceptus (multi vero sunt, qui id audeant) adversabatur, ea adferens, quae proferre fas erat illum, qui poenam sibi a nobis deberi existimaret. Vociferando ille erat superior. Haec quidem aegre ferebam, nec molestum me cuiquam in hac causa fore statueram, quando inde ad nos literae perferuntur, quae tristitiam tollebant, & significabant, eos etiam, qui antea inimici fuerant, a nobis, illa desiderantibus, staturos esse. Ego vero amicis, ista scribentibus, non potui non fidem habere. Tuum autem auxilium magnum omnino pondus negotio huic perficiendo adferet.

νίσθαι τοῦ σεμνοῦ συνεδρίου. οὐ γὰρ ἀπειλήσοντα ῥᾳδίως οὐκ ἔσεσθαι. Καλῶς εἰπεῖν ταῦτα εἰπὼν ἔδοξέ μοι, καὶ ἐπιτρέπω. Τοῦ πράγματος δὲ εἰσηγμένου τῶν τις ἐν τῇ βουλῇ δυνατῶν, ἠδικημένος μὲν οὐδὲν ὑφ' ἡμῶν, οἰόμενος δὲ δι' ἀπάτης, πολλοὶ δὲ οἱ τοῦτο ποιοῦντες, ἠναντιοῦτο, λέγων οἷα εἰκὸς τὸν οἰόμενον αὐτῷ δίκην ὀφείλεσθαι παρ' ἡμῶν. καὶ ἐνεκράτει δὴ βοῶν. Τούτοις δ' ἡμῶν ἀχθομένων, καὶ μηκέτ' ἐνοχλεῖν ἐγνωκότων, ἦλθον ἐκεῖθεν ἐπιστολαὶ, παύουσαί τε τὴν λύπην, καὶ φάσκουσαι, μεθ' ἡμῶν ἔσεσθαι ταῦτα ζητούντων τοὺς τότε ἐν ἐχθρῶν μοι μοίρᾳ. Φίλοις μὲν οὖν τοῖς ἐπεσταλκόσι οὐκ ἦν ἀπιστεῖν. Πανταχοῦ δὲ τὸ σὸν μεγάλη πρὸς τὸ κατορθοῦσθαί τι ῥοπή.

THEODORO.

Et hoc quoque non sine te obtingere nobis fas fuerit. *Thalassius*, qui orationibus nostris servandis operatur, doni instar a Dis, literarum statoribus datus est. Adeo ille quidem voluptatibus omnibus est superior, eorum vero, quae sectari decet, studiosissimus, omnes denique labores, qui mihi usui esse possint, libenter suscipit. Fuit vero, qui cum de rebus ejus consilia agerentur, suaderet, ut magnae Curiae adscribi se faceret, nisi molestias sibi accersere vellet ab iis, qui moratioribus cum voluptate molesti esse consueverunt. Idem ut faceret, nobis omnibus, quibus *Thalassius* curae cordique est, consultum videbatur. Cum vero nonnulli obniterentur, alius quidem ex vetere quadam criminatione, quae tamen nec ipsa justa erat, alii vero, illius rationem habentes, repulsam nos tulimus. Jam vero eos, qui antea nobis adversi fuerunt, ceteris illis succensere, & Pelidem illum imitari velle audimus. Cum itaque existimem, eosdem promtiores fore, si intelligant, se tibi quoque gratum facturos, velim vehementer, ut eosdem verbis tuis cohorteris.

DCCCXLV. ΘΕΟΔΩΡΩ.

Καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἄνευ σου προσήκει ἂν ἡμῖν γενέσθαι. Θαλάσσιος, ὁ βίος σώζεσθαι τοὺς ἡμετέρους λόγους, δῶρόν μοι δέδοται παρὰ τῶν θεῶν τῶν λογίων. Οὕτω μὲν κρατῶν ἄνθρωπος ἡδονῶν, οὕτω δὲ ἐρῶν, ὧν ἄξιον, οὕτω δὲ πονῶν ἡδέως τοὺς ἐμοὶ λυσιτελοῦντας πόνους. Ἐν βουλῇ δὲ τῇ περὶ αὐτοῦ γνώμην τις εἴπου, ὅτι τῆς μεγάλης βουλῆς αὐτῷ μεταληπτέον, εἰ μέλλοι μὴ πράγματα ἕξειν παρὰ τῶν ἡδέως τοῖς ἐπιεικεστέροις παρεχόντων πράγματα. Ἔδοξε δὴ πᾶσιν ἡμῖν, οἷς ἐν φροντίδι Θαλάσσιος, δεῖν οὕτω ποιεῖν. Ἀντικρουσάντων δέ τινων, τοῦ μὲν ἐκ παλαιᾶς αἰτίας (1), οὐδ' αὐτῆς ἐχούσης τι δίκαιον. τὸν δὲ ἐκείνου χάριτι τιμῶντες (2), ἠτιμαζόμεθα. Ἀλλὰ νῦν αὐτοῖς ἐπιτιμᾷν ἀκούομεν τοὺς λελυπηκότας πρότερον. καὶ μιμεῖσθαι βούλεσθαι τὸν τοῦ Πηλέως (3). Ἡγούμενος (4) οὖν αὐτοὺς ἔσεσθαι προθυμοτέρους, εἰ μάθοιεν, ὅτι καί σε ποιήσουσιν ἡδίω, βουλοίμην ἂν παρὰ σοῦ γενέσθαι πρὸς αὐτοὺς παρακλητικοὺς λόγους.

ANATOLIO.

Te quidem, Vir admirande, omnino succensere illis existimo, qui prudentissimum *Thalassium* in Senatum cooptare noluerint, virum, qui non solum praeclari aliquid in eum sit collaturus, sed vehementer velit eadem semper sectari videri. Id vero sectatur, & divitiis omnibus pulchrius majusque reputat, si vestem, quae in Curiam introduci facit, nactus initiationis particeps reddatur. Tuum itaque fuerit, optimi *Thalassii* nomen inscribere, nobis vero factam inscriptionem per literas testari.

DCCCXLVI. ΑΝΑΤΟΛΙΩ.

Σὺ δὲ (1), ὦ θαυμάσιε, πέπεισμαι πάνυ μὲν ἠγανακτηκέναι πρὸς τοὺς οὐ δεξαμένους τῇ βουλῇ τὴν σωφροσύνην Θαλασσίου, μέλλουσάν γε αὐτῇ δώσειν τι, πάνυ δὲ βούλεσθαι τὰ αὐτὰ τὸν αὐτὸν ζητοῦντα φαίνεσθαι. Ζητεῖ δὲ, καὶ παντὸς ἡγεῖται πλούτου κάλλιόν τι καὶ μεῖζον, τὸ τὴν ἐσθῆτα τὴν εἰς τὸ συνέδριον εἰσάγουσαν λαβόντα κοινωνῆσαι τῆς ἐν αὐτῷ τελετῆς. Σὸν οὖν ἂν εἴη Θαλάσσιον (2) τὸν ἄριστον ἐγγράψαι, πρὸς δὲ ἡμᾶς, ὡς ἐγγέγραπται, γράψαι.

PRO- DCCCXLVII.

EP. DCCCXLV. (1) Vide epist. antecedentem. (2) Ita *Reg. max.* nec aliter *Voss.* nisi quod pro τὸν habet τῶν. Itaque legerim: τῶν δὲ ἐκείνου χάριτι τιμώντων, quod etiam in versione expressi. (3) *Voss.* & *Vatic.* B. πηλέως, *Reg. max.* Intelligitur Achilles, cum Agamemnone conciliatus. Vide *Homerum* Odyss. ʹ. vs. 240. (4) ἡγοῦμαι, *Voss.*

EP. DCCCXLVI. (1) Δὲ inserit *Vatic.* A. (2) μὲν inserit *Voss.*

DCCCXLVII. ΠΡΟΚΟΠΙΩ. (1)

Ὁ λόγον εἰπὼν τὸν παρ' ὑμῖν καὶ δόξας εὖ λίαν εἰρηκέναι, τῶν δ' ἡμῖν ὡμιληκότων ἐστί τις, ἀπήγγειλε μὲν εἰρῆσθαι καὶ παρὰ σοῦ περὶ ἡμῶν ἔπαινον μακρόν. Εὐθύς τε οὖν ἥσθην, οἷς ἤκουσα, καὶ ἔτι ἥδομαι, τοιοῦτον ἔχων ἐπαινέτην, ὃς εἶχε καὶ βασιλέας ἐπαινέτας, τούς τε πρὸ τοῦ Πέρσας τιμωρησαμένου (2) κρατοῦντας, καὶ τοὺς μετ' ἐκεῖνον. Ἔξεστιν οὖν ἤδη μοι καὶ χάριν αἰτεῖν τι καὶ τεύξεσθαί με τῆς χάριτος τῶν ἐπαίνων παρεχόντων ἐλπίδας. Ἡ δὲ χάρις, ἔγγραψον ἡμῖν εἰς τὴν μεγάλην βουλὴν ἄνδρα οὐ μέγαν, οὐ καλὸν, οὐ ταχὺν, ἀλλὰ σώφρονά τε καὶ δίκαιον, καὶ φίλοις χρήσιμον, καὶ εἰδότα αἰδεῖσθαι. Ταῦτά τε γὰρ καὶ ἔτι πλείω τούτων ἀγαθὰ Θαλάσσιος, δι' ὃν ἅπαντα ἐμαυτὸν ἐπὶ τοὺς λόγους ἀφῆκα, Θαλασσίου τὰς ἄλλας φροντίδας εἰς αὐτὸν ἀναθέντος. Τοῦτον δὴ τὸν τοιοῦτον κόσμησον ἡμῖν τῇ μετουσίᾳ τῆς βουλῆς, ἧς πρότερον μὲν οὐκ ἔτυχε διὰ τὴν τινῶν φιλονεικίαν. Νῦν δ' ἂν τύχοι, σοῦ τε εἰσάγοντος, καὶ ἅμα πρᾳοτέρων, ὡς ἔστιν ἀκούειν, ἐκείνων γεγενημένων.

PROCOPIO.

Qui orationem illam apud vos recitavit, & optime perorasse visus est, (est vero ille ex discipulis nostris) a te quoque multa in laudem nostram dicta esse nunciavit. Laetatus igitur statim sum his auditis, & adhuc laetor, talem nactus laudatorem, qui Reges ipsos habuit se laudantes, tum, qui ante Persarum triumphatorem, tum, qui post eum imperio praefuerunt. Jam igitur beneficium aliquod a te petere mihi licuerit, vel ideo, quod laudes illae spem mihi faciant, fore, ut illud obtineam. Beneficium vero hoc est. Adscribe, quaeso, magnae Curiae virum non magnum, nec formosum, nec celerem, sed sapientem, & probum, & amicis utilem, quique praeterea revereri alios didicerit. Haec enim omnia, & plura alia habet *Thalassius*, per quem factum est, ut totum me literis impenderem, *Thalassio* ceteras curas in se suscipiente. Hunc itaque talem virum Curiae participem esse jube, qua per contraria nonnullorum studia antea excidit. Id vero facile nunc consequetur, te quidem introducente, inprimis, cum ceteri illi, ut fama fert, mitius nunc sentiant.

DCCCXLVIII. ΒΙΤΑΛΙΩ. (1)

Πρὸς τῶν βιβλίων, ὧν τι ἔχεις, ὧν τι ἕξεις, οὐ γὰρ ἂν παύσῃ ποτὲ τοῖς οὖσι προστιθεὶς (2), στῆθι μεθ' ἡμῶν, καὶ τὴν βουλὴν ἡμῖν ἄνοιξον. Τὸ δ' ἡμῖν ἐστι Θαλασσίῳ τῷ καλῷ, τῷ φιλοσόφῳ παρ' ἡμῖν διὰ τὴν τῶν τρόπων ἀρετὴν καλουμένῳ, ἀλλ' ὅμως οὗτος ὁ τοῦτο διὰ τοῦτο καλούμενος ἔσχε παρ' ὑμῖν τοὺς ἕτερα περὶ αὐτοῦ λέγοντας, καὶ πεῖσαι δυνηθέντας. ᾧ δὴ καὶ τοῦ (3) μετασχεῖν τῆς βουλῆς ἀπεστερήθη, μέλλων αὐτὴν οὐ καταισχύνειν. πλέον γὰρ οὐδὲν ἐρῶ. καίτοι πάνυ γε ἔχω. Τότε μὲν οὖν ἡμᾶς αὐτοὺς παρεμυθησάμεθα τῷ τινας ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἄνδρας ἀρίστους οὐκ εἰρῆσθαι μόνον κακῶς, ἀλλὰ καὶ ἀπολωλέναι. μενούσης δὲ ἐν τῷ φίλῳ τῆς ἐπιθυμίας, ἣν ἔχει, εἰσελθεῖν (4) εἰς τὸν νεὼν ἐκεῖνον, τίνα δεῖ πρὸ σοῦ τὸν συμπράττοντα γενέσθαι τοῦ πολλὰ μὲν ὑπὲρ ἡμῶν εἰρηκότος πανταχοῦ (5), πολλὰ δὲ πεποιηκότος, τὸν πατέρα δὲ μιμουμένου, τὸν καλὸν οὐχ ἧττον τὴν ψυχὴν, ἢ τὸ τοῦ σώματος εἶδος, ὃς πρὸς τῷ βασιλείῳ τοσαῦτα ὑπὲρ ἡμῶν ἐβόησεν, ὅθ' ἡμῖν μάλιστα συμμάχων ἔδει. ὥστ' ἠνάγκασε συγκαλύψασθαι (6) τοὺς οὐδὲν

VITALIO.

Per libros illos, quos habes, quosque habiturus es, (neque enim alios aliis addere unquam desines,) stato a nostris partibus, & Curiam nobis aperito. *Nos* vero quando dico, *Thalassium* intelligo, virum optimum, qui ex morum probitate Philosophus apud nos appellatur, quamvis vel sic, hoc nomine insignitus, apud vos nactus sit nonnullos, qui omnia alia de ipso tradere & persuadere aliis potuerint. Quo ipso eum Senatus consortio privari contigit, quem tamen nullo modo erat deturpaturus. Nihil enim dicam amplius, quamvis omnino possem. Tunc igitur nos ipsos eo sumus solati, quod etiam superioribus temporibus viri quidam praestantissimi malignis judiciis non solum obnoxii fuerint, sed etiam perierint. Cum interim amico nostro idem, qui antea, sit animus, sacrarium illud ingredi, quis tandem est, qui prae te opem ferre debeat, cum tam praeclara de nobis ubique dixeris, multa quoque feceris, Patrem porro imiteris, virum non animo minus, quam corporis forma, elegantem, qui in Regia aula tam magnifice pro nobis dixit, cum patronis vel maxime egeremus: ita quidem, ut eos, qui antea nihil non audebant, pudore suffu-

EP. DCCCXLVII. (1) Epistolam hanc ex Codice Regio Paris. laudat *Gothofredus* in Prosopographia codicis Theodosiani p. 380. ibique *Procopium* hunc eum esse putat, qui sub Valente Imperatore vixerit, & ad quem *Gregorii Nazianzeni* exstent aliquot epistolae. (2) Ita scripsi pro τιμωρησαμένους, quod est in *Reg. max.* & τιμωρουμένους, quod est in *Voss.* Intelligitur autem *Julianus*.

EP. DCCCXLVIII. (1) Sic *Voss. Reg. max.* & *Vatic.* A. (2) Post προστιθεὶς haec habet *Ambros.* T. 73. ποιήσεις σὺ δέ τι, neque plura ibi hujus epistolae leguntur. (3) Sic scripsi cum *Voss.* pro οὗ, quod erat in *Reg. max.* quamvis in *Voss.* supra τῷ scriptum erat οἱ, nescio quo sensu. (4) εἰσελθεῖν cum *Voss.* pro εἰσελθὼν *Reg. max.* (5) πανταχῇ, *Voss.* (6) Ita *Voss.* at in *Reg. max.* olim συγκαλύψαι. *Aristophanes* Pluto vs. 707.

Μετὰ ταῦτα δ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν συνεκαλυψάμην
Δείσας.

Philostratus de Vita *Apollonii* lib. I. c. 36. Τὸν μὲν δὴ τὸν λόγον τοῦτον ὁ Δάμις οὐκ διαστέλλεσθαί φησιν, ὡς ξυγκαλύψασθαί τε, ἐφ' οἷς αὐτὸς εἰρήκει ἔτυχε. Vide ibi *Olearium*. Scilicet συγκαλύπτεσθαι, vel alias ἐγκαλύπτεσθαι est pudore affici, quod scilicet faciem tegere soleant animo ita affecti. Sunt qui D. *Marci* phrasin XIV, 72. ἐπιβαλὼν ἔκλαιε similiter accipiunt. Vide ibi *Curas* nostras.

EP.

suffusos tacere cogeret. Modo quidem, quod ajunt nonnulli, labor hic tibi non fuerit difficilis, cum illi, qui virum ante calumniati sunt, non amplius idem sentiant.

AFRICANO.

Optimum *Boëthum* amicum mihi reddidit, tum morum, qua valet, probitas, tum illud inprimis, quod maximi facit illos, qui literis operantur. Propterea nobiscum libentius versabatur, quam cum viris formae spectatae, qui hoc unum scilicet agebant. Idem nunc fonticis quibusdam causis, quas subterfugere non licebat, ad nos revertitur. Satis vero idem prodebat, in lucro se positurum, si te audiret, jacturam vero habiturum, si nec nos: utroque vero nomine mihi placebat. Tua enim eodem mihi, quo mea, sunt loco. His vero, quibus me quotidie mactat, ornamentis praeclarum illud adjecit, quod non sine literis meis in tui conspectum venire voluerit. Itaque multis praesentibus, eas a me petens dicebat, omnia sibi cessura felicius, si os ori admovens, quod fieri solet, etiam manui manum porrigeret, literas has reddentem. His ita actis spero, fore, ut ab illo mox literae ad nos perferantur, eadem illa nunciaturae, ac praeterea omnibus significaturae, quod non pulchriora a liberis in Parentes, quam a te in nos, conferri possint.

JOVIANO.

Ex facultate illa tua, quam recte habes, nos quoque fructum aliquem capere velimus. Lucrum vero hoc commune utrique fuerit, & tibi, beneficium hoc daturo, & mihi accepturo. Nobis enim res prosperiores fluent, tibi vero major accedet gloria. Gloriae vero te studiosiorem esse, quam pecuniarum alios, persuasissimum mihi habeo. Id scilicet *Jamblicho*, Diis amico, amicum te fecit, ejusque laudes ubi conciliavit, quas ampliores, si quidem hoc perfeceris, habebis. Nosti amicitiam, quae mihi cum *Thalassio* intercedit, ex honesta, meo judicio, causa natam, si quidem literas & libros in honestis habere oportet. Quae vero facta sint, ex quo Curiae se dedit *Thalassius*, ea praesens comperta habuisti. Tristia vero haec tibi accidisse non dubito: hoc enim est amantis. Itaque & a te & a nobis tristitiam hanc procul esse jube, malum illud bono aliquo exstinguens, allocutus nempe & Praefectum, & eos, qui ejusmodi aliqua dixerunt, quorum ego quidem malum daemonem postulare mallem.

δὲν ἰσχύοντας πρότερον. Σοὶ δὲ νῦν, ὥς φασί τινες, οὐ τοσοῦτον τὸ ἔργον, τῶν πρότερον βεβλασφημηκότων, οὐκέτι τ' αὐτῶν ὄντων.

DCCCXLIX. ΑΦΡΙΚΑΝῼ.

Φίλον ἡμῖν τὸν καλὸν ἐποίησε Βοηθὸν, ἥτε ἄλλη τῶν τρόπων ἀρετὴ, καὶ μάλιστα γε δὴ τὸ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι τοὺς ἐν λόγοις διατρίβοντας. Ἡμῖν γοῦν μᾶλλον ἥδετο συνὼν, ἢ τοῖς ὥρᾳ λαμπροῖς, οἱ περὶ ταῦτα ἐσπουδακότες. καὶ νῦν ἀνάγκαις μὲν, ἃς οὐκ ἦν διαφυγεῖν, ὡς ἡμᾶς ἐπανήγετο. Δῆλος δὲ ἦν, κέρδος μὲν ἡγούμενος, εἰ τῆς σῆς ἀκούοι φωνῆς, ζημίαν δὲ, τὸ μὴ τῆς ἡμετέρας, ἐμὲ δὲ ἀμφοτέρως εὔφραινε. Τὰ σὰ γὰρ ἴσα τοῖς ἐμοῖς παρ' ἐμοί. Ταῖς πολλαῖς δὲ καθημέραν τιμαῖς μεγάλην ταύτην προσέθηκε μετ' ἐμῶν γραμμάτων βουληθείς σοι φανῆναι. καὶ ταῦτα πολλῶν παρόντων αἰτῶν, λέγων, ἅμεινον αὐτῷ πάντα ἕξειν, εἰ τὸ στόμα προσάγων τῷ στόματι τοῦτο δὴ τὸ εἰωθὸς καὶ τὴν χεῖρα τῇ χειρὶ προσάγοι, διδοὺς ἐπιστολήν. ὧν γενομένων ἐλπίζω καὶ παρ' αὐτοῦ ταχέως ἡμῖν ἥξειν ἐπιστολὴν, αὐτά τε ταῦτα μηνύουσαν, καὶ τἀπὶ τούτοις βοῶσαν πρὸς ἅπαντας, ὡς οὐ καλλίω (1) παρὰ τῶν παίδων τοῖς πατράσιν ἢ ἡμῖν παρὰ (2) σου.

DCCCL. ΙΟΒΙΑΝῼ. (1)

Τῆς δυνάμεως, ἣν δικαίως ἔχεις, ἀπολαῦσαί τι βουλόμεθα. κοινὸν δὲ ἄρα τοῦτο κέρδος, σοῦ τε τοῦ δώσοντος τὴν χάριν, καὶ ἡμῶν τῶν ληψομένων. Ἡμῖν μὲν γὰρ τὰ πράγματα ἔσται βελτίω, σοὶ δ' ἐν μείζονι τῇ δόξῃ. Μέλειν δέ σοι δόξης πέπεισμαι μᾶλλον ἢ χρημάτων ἑτέροις, ὃ δή σε καὶ Ἰαμβλίχῳ φίλον τῷ Θεοῖς φίλῳ πεποίηκεν, ἐπαίνους τέ σοι τοὺς παρ' ἐκείνου προὐξένησεν, ὧν τεύξῃ πλειόνων, εἰ τοῦτο ἐργάσαιο. Τὴν μὲν γὰρ οὖσάν μοι φιλίαν πρὸς Θαλάσσιον ἐπίστασαι, λαβοῦσαν ἀρχὴν, ὡς ἐγώ φημι, καλὴν, εἰ καλὸν λόγοι τε καὶ βιβλία. Καὶ οἷα δὲ γέγονε, διδόντος αὐτὸν τῷ συνεδρίῳ Θαλασσίου, παρὼν οὐκ ἠγνόησας. Οἶμαι δέ σοι καὶ λύπην ταῦτα ἐμπεποιηκέναι. Τοῦ γὰρ δὴ φιλοῦντος τοῦτό γε. Παῦσον δὴ καὶ σαυτοῦ (2) τὴν λύπην, καὶ ἡμῖν, ἀγαθῷ κακὸν λύσας. λόγοις τοῖς τε πρὸς τὸν ὕπαρχον, τοῖς τε πρὸς τοῦτό τι (3) εἰπόντας, ὧν ἥδιον ἔμοιγε πονηρὸν αἰτιᾶσθαι δαίμονα.

EP. DCCCXLIX. (1) Παλῶν, *Voss.* (2) Ita *Voss.* & *Vatic.* A. B. περὶ *Reg. max.*

EP. DCCCL. (1) Sic *Vatic.* A. B. & *Mutinens.* A. In *Reg. max.* prima nominis litera pro more deest. (2) Ita *Reg. max.* malim σαυτῷ, quia sequitur ἡμῖν. Et sic *Voss.* (3) Sic *Reg. max.* Non dubito legendum esse πρὸς τοῦτον τι εἰπ. Sic enim erit, ad quod sequens ὧν referri possit. Intelligit autem calumnias, quibus Thalassium impetitum esse in superioribus epistolis dixit.

DCCCLI. ΕΥΣΤΟΧΙΩ.

Ἐγὼ μὲν ὡς εἰδότι δέξασθαι (1) σφαῖραν οὕτως ἐπέστειλα (2). Καὶ ἦν ἅπαν τοῦτο παιδιὰ προκαλουμένη σε πρὸς ὅμοια γράμματα. Σὺ δὲ μικροῦ, τοῖς γὰρ ἀπηγγελκόσιν οὐκ ἀπιστῶ, τὸν Αἴαντα ἡμῖν ἐμιμήσω τὸν ἐκ τῆς Σαλαμῖνος, τὸν ἄλλα μὲν βουληθέντα, ἄλλα δὲ ἀναγκασθέντα (3). καίτοι τὰ δεύτερα τῆς ἐπιστολῆς ἱκανῶς ἐδείκνυ τὰ πρότερα, καὶ ἔδει γέλωτι τιμῆσαι τὰ πρότερα, καὶ τοῦτό γε ποιῆσαι μετὰ τοῦ καλοῦ Πρισκίωνος. Ἐπεὶ δὲ σὺ μὲν ἠχθέσθης, ὁ δέ σοι συνηχθέσθη, καὶ τὰ μὴ δεινὰ, δεινὰ παρ' ὑμῖν ἐνομίσθη, τὴν μὲν ἐπιστολὴν οὐκ ἀδικήσομεν, οὐδ' ἐξαλείψομεν, ὄνομα δὲ ἀντ' ὀνόματος κείσεται. Πάντως δὲ τοῦτο ῥᾴδιον, ἐξελθεῖν μὲν Εὐστόχιον, εἰσελθεῖν δὲ Εὐστάθιον. Σὺ δ' ἡμῖν ἀντὶ τούτου τὸν οὐ καλῶς ἐκπεσόντα τῆς αὐτοῦ τάξεως Ἀντίοχον ἀπάλλαξον τῶν κακῶν, ἐν οἷς ἐστιν. Ἀκούω δὲ εἶναί σε κύριον τῆσδε τῆς ἀπαλλαγῆς.

EUSTOCHIO.

Equidem ad te ita scripsi, tanquam qui pilam excipere nosses. In jocis id omne haberi volebam, qui ad similes literas te provocarent. Parum vero abfuit, quin tu, (amicis enim id nunciantibus fidem habeo) Ajacem illum Salaminium imitareris, alia quidem volentem, alia vero ut faceret coactum. Nihilominus tamen posteriora epistolae meae satis indicabant, quid superiora sibi vellent, quae proinde risu dignari atque optimum *Priscionem* imitari te oportebat. Quoniam vero tu quidem aegre id tulisti, ille autem tecum doluit, atque adeo indigna habuistis, quae talia non erant, epistolam ipsam non quidem abjiciemus, nec abolebimus, sed nomen pro nomine substituemus. Facile vero omnino fuerit, ut *Eustochius* abeat, *Eustathius* vero ingrediatur. Tu vero nobis pro his *Antiochum* conditione sua praeter fas exturbatum illis, in quibus est, calamitatibus libera. Audio vero liberare te cum posse.

DCCCLIII. ΠΡΙΣΚΙΩΝΙ.

Σὲ δὲ ἠξίουν παύειν φίλον ἠπατημένον, ἀλλ' οὐ συνεξαπατᾶσθαι. καὶ ταῦτα τῶν περὶ τοῦ ἔρωτος εἰρημένων δηλούντων, ὅτι παίζοντος ταῦτα ἦν, πρὸς ἄνδρα φίλον, ἐπισταμένου γελᾶν. Νῦν δ' ἐκεῖνός τε ἔκλαε, καὶ σὺ ταυτὸν ἐποίεις μετὰ τοῦτον λόγον, ὃς ἐξέπληξε μὲν τὴν Παλαιστίνην, ἐξέπληξε δὲ τὴν ἡμετέραν πόλιν δι' εὐφώνου παιδὸς, ἐν τῷ θεάτρῳ φανείς. Καὶ ἦν ὁ κρότος πολὺς μετὰ τὸν παρ' ἐμοῦ τὸν οἴκοι. Τοῖς γὰρ δὴ σοῖς δήπου πειθόμενος γράμμασι πρότερον μὲν ἐκεῖνο. τοῦτο δὲ ἐποίουν δεύτερον (1). καὶ μετὰ τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμοὺς ἧκεν εἰς ὦτα πολλῶν ὁ λόγος, οὗ πολλοὺς ἀδελφοὺς καὶ ποιεῖν καὶ πέμπειν (2), ὡς ἀμφοτέρων τούτων ἐσομένων καὶ περὶ ἐκείνους (3).

PRISCIONI.

Te vero dignum erat, amicum, opinione sua falsum, rectiora docere, non autem cum ipso falli, inprimis, cum ea, quae de amore dicta erant, ostenderent, jocantis illa esse apud amicum, ridere scientem. Jam vero & ille flevit, & tu idem fecisti, post illam orationem, quae Palaestinam omnem, & nostram quoque urbem perculit, a filio quippe disertissimo publice recitata. Et plausus sane post illum, quem domi edebam ipse, multus erat. Literis enim tuis adductus prius illud feci; hoc vero postea. Itaque oratio illa oculis meis visa ad plurium aures delata est; cui similes eum & condere & mittere velim, cum utrumque illud praesto illis sit futurum.

DCCCLIV. ΙΟΥΛΛΩ. (1)

Ὧδ' ἔστω (2) ἑκάεργε (3), καὶ ἄλλο δὲ, ὅ, τι ἂν εἶναί σοι δόξῃ καλὸν, τοῦτο δὴ καὶ παρ' ἡμῖν τῆς αὐτῆς δόξης τυγχάνει. Οὔτε γὰρ ἀγνοίας γε τοῦ βελτίονος ἁμάρτοις ἂν, οὔτ' εἰδὼς τὸ βέλτιον ἔλθοις ἂν ἐπὶ

JULLO.

Sit ita, ô Apollo, & quicquid tibi consultum videbitur, idem & nos praeclarum existimemus. Neque enim fieri potest, ut tu meliora non videas, multo minus, ut perspiciens illa, deteriora sequaris. Itaque fecisse

EP. DCCCLI. (1) Ita *Vatic.* A. B. συνδέξασθαι *Reg. max.* & *Voss.* male. Phrasis petita est ex palaestra, & illo ludi genere, quo sphaeram vel pilam invicem reddere solebant. Alludit, opinor, noster ad illud *Platonis* in Euthydemo: ὁ δὲ Διονυσόδωρος ὥσπερ σφαῖραν ἐκδεξάμενος τὸν λόγον πάλιν ἐστόχαζε τοῦ μειρακίου. *Plutarchus* lib. de cognoscendo profectu ait τὰς σφαίρας ἐπιδόντας πρὸς ἀλλήλους. Confer *Erasmi* Chiliadas p. 473. (2) Epistolam hanc supra habes n. 833. *Eustathio* quidem in codd. inscriptam, sed ad *Eustochium* hunc omnino pertinentem, quod utramque epistolam comparanti patebit. (3) Ajacem innuit, qui, cum Ulyssem ceterosque Graecorum duces interimere vellet, a Minerva excoecatus in pecudes saevuit. Vide Sophoclis Ajacem vs. 40. sqq.

EP. DCCCLIII. (1) Libanius id vult, se legisse orationem illam ante, quam recitaretur. (2) Omissum hic verbum aliquod finitum videri possit: sed *Reg. max.* & *Voss.* consentiunt. (3) Sensus est, si plures ejusmodi orationes condantur & mittantur, easdem cum aliis a se iri communicatum.

EP. DCCCLIV. (1) *Voss.* clare: in *Reg. max.* prima nominis litera pro more deest. Est ille *Julius*, Magister militiae sub Valente, de quo Marcellinus XXXI. 16. p. 654. Vide ibi *Valesium*. (2) Sic scripsi, quando codd. valde hic dissentiunt. *Voss.* habet: ὁ δ' ἐς' ὦ ἑκάεργε, & sic *Mutin.* A. ᾧ δ' ἔστω *Vatic.* A. Ὁ δ' ἐς' *Vatic.* B. οὐδ' ἐς' ὦ ἑκ. *Reg. max.* Nostrum illud rectum esse evincit *Homerus*, cujus haec est phrasis Iliad. η. vs. 34.

Ὧδ' ἔστω Ἑκάεργε, τὰ γὰρ φρονέουσα καὶ αὐτή.

(3) Apollinis cognomen est, apud Homerum frequentissimum.

(4) Con.

se te ajo ea, quae facere oportebat, a negotio hoc tibi timentem, cum tales essent, qui timorem incuterent.

ἐπὶ τὸ φαυλότερον (4). Εἰκὸς δή τι φημί σε πεπονθέναι, δείσαντα τὸ πρᾶγμα, τοιούτων ὄντων τῶν φοβούντων.

PRISCIANO.

Gratulor tibi & molestias & pericula, quae nostra causa sustinuisti, cum Dii tibi ideo futuri sint benevoli, qui filios pro Patribus omnia perferre cupiant. Ajo vero praeterea, gratiam eorum multo magis praesto tibi futuram, si & reliqua adjiciantur. Haec vero pertinent ad Curiam, ut scilicet illi adscribatur is, qui nunc quidem ab ipsa laudatur, quod jam pridem fieri debebat. Faustis itaque ominibus idem negotium suscipe, & feliciter perfice. Neque enim nunc vel tempestas vel periculum ullum imminet.

DCCCLV. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι.

Συγχαίρω σοι τῶν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ πόνων, καὶ κινδύνων, ἀφ' ὧν εἰκὸς εἶναί σοι τὴν τῶν Θεῶν εὔνοιαν, οἳ βούλονται πάντα ὑπομένειν παῖδας ὑπὲρ πατέρων (1). Φημὶ δέ σοι μᾶλλον ὑπάρξειν τὰ παρ' αὐτῶν, ἢν καὶ παρὰ σοῦ τὰ δεύτερα προστεθῇ. Τὸ δ' ἐστιν αὖθις ἡ βουλὴ, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ γενέσθαι τὸν νῦν ὑπ' αὐτῆς ἐπαινούμενον, ὡς ἔδει γε καὶ πάλαι. Πάλιν οὖν ἅπτου τοῦ πράγματος ἀγαθῇ τύχῃ, καὶ τῆς εὐδαιμονίας ἀπόλαυε. Νῦν γὰρ οὐκέτι χειμὼν, οὐδὲ κίνδυνος.

COSMAE & EUGENIO.

Posteriora ajunt esse meliora. Itaque & vos posteriora illa meliore spe subnixi, curate, nec ab iis, quae metus nihil habent, metuite, spretis illis, quae ejusmodi quicquam habuerint. Mihi vero aeque ac *Thalassio* gratiam debetis propter eam, quam nacti estis, eruditionem, me quidem docente, illo vero, ut laboriosa haec desideraretis, cohortante. Audimus enim facili via vos processisse.

DCCCLVI. ΚΟΣΜΑι (1) καὶ ΕΥΓΕΝΙΩι.

Δευτέρων φασὶν ἀμεινόνων (2). χρήσασθε δὲ καὶ αὐτοὶ τοῖς δευτέροις μετὰ βελτίονος ἐλπίδος, καὶ μὴ τὰ φόβον οὐκ ἔχοντα δείσητε, τῶν ἐχόντων καταπεφρονηκότες. Πάντως δὲ καί ἐμοὶ καὶ Θαλασσίῳ χάριτας ὀφείλετε τῶν λόγων, οὓς λαβόντες ἔχετε, διδάσκοντος μὲν ἐμοῦ, παρακαλοῦντος δὲ ἐκείνου, καὶ πείθοντος τῶν ἐπιπόνων ἐπιθυμεῖν. Διὰ λείας (3), ὡς ἀκούομεν, πορεύεσθε τῆς ὁδοῦ.

PROCLO.

Tu quidem nos accusas, quod scribere cessavimus, nos vero te, quod nec unquam ad nos scripsisti, ex quo amplum illum magistratum nactus es, ut propterea Phoeniciae majorem, quam Thraciae, gratiam habeam. Mirum vero etiam amicis visum est, quod nullae a te ad nos veniant literae, ideoque accedentes illi interrogarunt, quî tandem illud fiat? Ego vero erubescebam, sed tentabam tamen aliquid dicere; dicere vero nihil videbar: quicquid enim adferebam, videbatur infirmius. Vix autem deliberaveram nonnihil, & succurrebat aliquid. Dicebam enim: in causa, amici, sunt orationes multae, a multis *Proclo* optimo factae, & publice recitatae, & robore eo valentes, quod habere par est filios vegetorum Parentum: nos vero senio confecti sumus, & vix movemur. Haec dicens ego non male videbar dicere. Supervenientibus deinde praesentibus literis alia nascebatur quaestio, unde tandem hae literae nobis venirent? Neque enim Deorum aliquis, senio deterso, juvenem me pube-

DCCCLVII. ΠΡΟΚΛΩι.

Σὺ μὲν ἡμῖν ἐγκαλεῖς τὸ παύσασθαι γράφοντας, ἡμεῖς δέ σοι, τὸ μηδὲ ἐπεσταλκέναι πρὸς ἡμᾶς, ἀφ' οὗ ταύτης ἥψω τῆς ἀρχῆς τῆς μεγάλης, ὥστε με μᾶλλον εἰδέναι Φοινίκῃ (1) χάριν ἢ Θρᾴκῃ. Θαυμαστὸν δὲ καὶ τοῖς ἑταίροις ἐφαίνετο τὸ μηδεμίαν ἡμῖν ἐκεῖθεν ἐλθεῖν ἐπιστολὴν, καὶ προσιόντες ἠρώτων, ὅτῳ τοῦτο γέγονεν. ἐγὼ δὲ ἠρυθρίων μὲν, ἐπειρώμην δὲ ὅμως λέγειν τι. λέγειν δὲ οὐδὲν ἐδόκουν. ἀλλ' ἀεὶ τὸ λεγόμενον ἀσθενὲς εἶναι ἐφαίνετο. μόλις δὲ ἐνεθυμήθην, καὶ εὗρόν τι, καὶ εἶπον, ὅτι, ὦ φίλοι, τούτου τοῦ πράγματος αἴτιοι οἱ λόγοι, πολλοί τε παρὰ πολλῶν τῷ καλῷ Πρόκλῳ καὶ ποιούμενοι καὶ δεικνύμενοι, καὶ ῥώμην ἔχοντες, ὅσην εἰκὸς παῖδας ἀκμαζόντων πατέρων, ἡμεῖς δὲ ἐν γήρᾳ τε πολλῷ καὶ τῷ μόλις κινεῖσθαι. Ταῦτα λέγων οὐ κακῶς ἐδόκουν λέγειν. εἶθ' ἡκόντων τούτων τῶν νῦν γραμμάτων ἕτερον ἀνέφυ ζήτημα, τὸ, τί ταύτην ἐκίνησε τὴν ἐπιστολήν. Οὐ γὰρ δὴ Θεῶν τις τὸ γῆρας ἀποξύσας ἔθηκέ

(4) Contrarium Ovidiano illi: *video meliora proboque, Deteriora sequor.* Vid. Metamorph. VII. 20. Sic & *Euripides* Hippol. vs. 380.

> Τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν
> Οὐκ ἐκπονοῦμεν δ'. οἱ μὲν ἀργίας ὕπο,
> Οἱ δ' ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ καλοῦ.

EP. DCCCLV. (1) *Priscianus* hic Libanii videtur fuisse discipulus. Tales enim noster filios suos appellare solet.

EP. DCCCLVI. (1) Κοσμῷ, *Vatic.* A. male. (2) Proverbium, de quo alibi diximus. (3) τῆς addit *Voss.* & *Reg. max.*

EP. DCCCLVII. (1) In Phoenicia enim, & quidem *Antiochiae*, magistratu functus erat Proclus. Vide *Libanium* Tom. II. p. 455.

ἔθηκέ με νέον ἡβώοντα (2). Πάλιν τοίνυν ἐνταῦθα πάντα κινῶν, ἀεί τι νομίζων εὑρήσειν εὗρον οὐδέν. Εἶθ' ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀπορίας εἶδον, ὅτι χρὴ παρὰ σοῦ μεταπέμπεσθαι τὴν λύσιν.

pubescentem fecit. Rursus itaque omnem lapidem movens, & semper aliquid me sperans inventurum, nihil inveni. Ex ipsa igitur hac fluctuatione postea intellexi, dubii hujus solutionem a te ipso esse petendam.

DCCCLVIII. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι.

Ἡμεῖς ὅτε σε ἠκούσαμεν ἀρχὴν λαβεῖν, τοὺς μὲν Θεοὺς ἐπῃνέσαμεν, συνησθέντες δὲ καί σοι καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, ἐν ἐλπίδι ἐγινόμεθα τῶν παρὰ σοῦ γραμμάτων. οὐκ ἐλθόντων δὲ ἡμῖν ἐπὶ τὸ τὴν αἰτίαν ζητεῖν ἤλθομεν. Πολλῶν δὲ τῶν λεγομένων ὄντων, εἴρηταί τι καὶ τοιοῦτο παρ' ἀνδρὸς, ὀξὺ βλέπειν δοκοῦντος, ὅτι Πρισκιανὸς ἐκεῖνος ἔδεισε, μὴ τοῖς παρ' ἑαυτοῦ γράμμασιν ἡμέτερα κινήσῃ, βοηθείας αἰτοῦντα τοῖς τούτου δεομένους, εἶτ' ἔχῃ πόνους αὐτός. ἐγὼ δὲ ἐκβάλλειν μὲν οὐκ ἔχω αὐτοῦ τοῦτο. αἰτῶ δ' ὅμως χάριν, εἰδὼς, ὅτι, κἂν τῶν γραμμάτων καταβοήσῃς, ἀλλ' οὐ φεύξῃ τὸ ἔργον. Ἔστι δὲ τὸ ἔργον πεῖσαι τὸν γενναῖον Πρόκλον ἐν τῇ βουλῇ τῇ ἀσκιόσης (1) πόλεως εἰπεῖν, ὡς εἰσακτέον εἰς τὴν βουλὴν τὸν χρηστὸν Θαλάσσιον νῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον. Τὸ μὲν γὰρ δίκαιον ἦν καὶ πάλαι. δίκαιος γὰρ ἀνὴρ, καὶ νῦν δὲ, εἰ γένοιτο, τετιμῆσθαι φήσομεν.

PRISCIANO.

Nos quidem, magistratum te suscepisse audientes, Deos laudavimus, tibi vero aeque ac nobis ipsis gratulati literas tuas exspectabamus. Cum vero non venirent, ad caussam rei investigandam processimus. Cumque multa in hanc rem adferrentur, a viro, qui acutum cernere existimatur, dictum est, *Priscianum* veritum esse, ne suis literis nostras excitaret, auxilium illius indigis expetituras, sibique laborem imposituras. Ego vero illud hoc ejus dictum ex animo dimittere non poteram. Sed vel sic tamen beneficium a te peto, probe gnarus, quod, etiamsi literas has indigneris, rem tamen ipsam non sis neglecturus. Haec vero est, ut eximium *Proclum* permoveas, ut in Senatu urbis profiteatur, optimum *Thalassium* Curiae nunc tandem, etiamsi non antea, esse admovendum. Fas enim erat, ut id jam pridem fieret: dignus enim vir est, & nunc quoque, si id ipsi contigerit, eum honoratum esse dicemus.

DCCCLIX. ΠΡΟΚΛΩι.

Ἐμοὶ δοκοῦσιν οἱ Θεοὶ τοῦ πατρὸς Αἰρεθίου τὴν ἀρετὴν ἀμειβόμενοι, δοῦναι τούτῳ τὴν ὑμετέραν (1) προνοίαν. ἦν γὰρ δὴ θαυμαστὸς ὁ πατὴρ αὐτῷ, σπουδῇ μὲν καὶ περὶ λόγους χρησάμενος, πλείονι δὲ περὶ τὸ τῶν τρόπων κάλλος. Δείκνυσι δὲ καὶ ὁ παῖς, ὡς παῖς ὄντως ἐκείνου, πρᾶος καὶ αὐτὸς εἶναι βουλόμενος. (2) ὃς οὐδένα πώποτε λυπήσας λελυπηκότας ἤνεγκε. σεσωσμένος δὲ ὑφ' ὑμῶν τὰ δίκαια ποιῶν μέμνηται τῶν σεσωκότων (3). εἰς μὲν ὑμᾶς, ἃ προσήκει, δρῶν, ἐμὲ δὲ ἐκ τῶν αὐτῶν εὐφραίνων. ὡς ἐμοὶ τοῦτο ἀκουσμάτων ἥδιστον, ὅταν ἤ σέ τις ἢ τόν σε πεφυκότα ᾄδῃ. πολλοὶ δὲ οἱ ταῦτα ᾄδοντες, καὶ ἅμα εὐχόμενοι ζῆν τε ὑμᾶς καὶ ἄρχειν. εὖνοι τινες οὗτοι, καὶ ἠπείροις καὶ νήσοις, εἰδότες, ὅτι ταῖς ὑμετέραις βουλαῖς τἀκείνων ἐν ἀμείνοσι. Καὶ τἀμὰ δὲ ἴδια πεποίηκας ἀμείνω, τοῖς πρώην ἐσταλμένοις, ὥστ' ἦν τινας κατηφεῖς ὁρᾶν, οὓς ἑωρῶμεν φαιδροὺς, ἡνίκα οὐκ ἐπέστελλες.

PROCLO.

Dii quidem *Haerethii* patris virtutem praemio prosecuti mihi videntur, quando vestram illi curam conciliarunt. Mirandus enim Pater illi videbatur ex studio illo, quod literis quidem multum, magis vero morum elegantiae tribuebat. Ostendit vero etiam filius, se vere ejus esse filium, qui & ipse modestus esse cupiat. Neminem ille unquam laedens laedentes tulit: a vobis autem servatus, justi tenax, servatorum est memor, atque ea, quae decet, adversus vos facit, me vero hoc ipso recreat. Mihi enim maxime omnium volupe est, audire vel te ipsum, vel Parentem tuum laudantem. Utrumque vero laudant multi, simul precantes, ut vivatis vos & imperetis. Illi vero & terris & insulis favent, gnari quippe, vestris consiliis illis optime fore consultum. Tu vero meis quoque rebus consuluisti iis, quae ante scripsisti, adeo, ut nonnulli tristiores a me conspicerentur, quos laetiores videbam, cum non scriberes.

DCCCLX. T A-

(2) *Homerus* Iliad. ι. vs. 445.

—— —— οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς,
γῆρας ἀποξύσας θήσειν νέον ἡβώοντα.

Reg. max. & *Voss.* ἡβώοντα. *Vatic.* A. ἡβώοντα.

EP. DCCCLVIII. (1) Suspecta mihi haec vox est: mallem utique legere ἀρχούσης. *Constantinopolis* enim intelligenda videtur.

EP. DCCCLIX. (1) Sic lego pro ὑμετέρων *Regii max.* & *Voss.* (2) πρᾶος εἶναι βουλόμενος, i. e. ὤν. Sic *Marc.* XII. 38. θελόντων περιπατεῖν h. e. περιπατούντων. (3) *Voss.* addit: ὡς εἰκὸς τῶν σεσωκότων.

EP.

TATIANO.

Cum primum quidem *Haerethio* petenti meas ad te literas, daturum promisissem, gratiasque, quod reddere illas vellet, habiturum, procedente tamen tempore daturum me esse negabam, petebamque, ne dare me cogeret. Exponebam quoque eidem, quid me prohiberet, & quae mutati consilii causa esset: tibi vero id per literas narrare neutiquam possum. Adeo eorum, quae acta sunt, me pudet. Nullius quidem criminis mihi sum conscius, amicus vero id non vidit, quod videre eum ante oportebat. In his ego nunc acquiesco; tu vero praesentem habens, qui, quid rei sit, dicere possit, ex eo id percipe.

DCCCLX. Τ Α Τ Ι Α Ν Ω.

Ἀιρεθίῳ πρότερον αἰτῦντι παρ' ἐμῦ πρὸς σε γράμματα δώσειν ὑποσχόμενος, καὶ χάριν εἰπὼν ἕξειν αὐτῷ τῦ φέρειν, χρόνε προϊόντος, ὐκέτ' ἔφην δώσειν. Καὶ ἐδεόμην αὐτῦ, μή με ἀναγκάζειν. καὶ πρὸς μὲν ἐκεῖνον εἶπόν τε τὸ κωλῦον, καὶ ὁπόθεν ἡ μεταβολή. πρὸς σε δ' ὐδὲν γράμμασι δυναίμην ἄν. ὕτω τοῖς πεπραγμένοις αἰσχύνομαι. Κακὸν μὲν ἐμαυτῷ συνειδὼς (1) ὐδὲν, φίλυ δὲ ὐκ εἰδότος, ὃ πρῶτον ἐχρῆν ἰδεῖν. Καὶ ἐγὼ μὲν ἐνταυθοῖ ςήσομαι. τὸ δ' ὅ, τι τῦτό ἐςι, φράσοντα ἐγγὺς ἔχων ἄκυε.

THEODORO.

Et tu non pauca *Athanasio* grata fecisti, mihi quidem gratificatus, & ille, probus quippe, per literas nobis nunciavit, quae sit consecutus. Nos autem utrique sumus gratulati, illi quidem ea, quae accepit, tibi vero, quae dedisti. Ipse enim ita agens, eo, quod agit, lucratur. Ad talem vero nulla opus est cohortatione, ut idem esse perseveret. Se ipsum enim eo adducet, ut sua imitetur. Cum tamen *Marinus* dixerit, aegre se laturum, si nec hoc literis meis inferatur, & hoc scribendum putavi. Talis igitur mihi sis in adolescentem illum, ut a superioribus non differant sequentia.

DCCCLXI. Θ Ε Ο Δ Ω Ρ Ω.

Σύ τε (1) εὖ πεποίηκας Ἀθανάσιον ὐκ ὀλίγα, δὺς ἐμοὶ τὴν χάριν, ἐκεῖνός τε, δίκαιος ὢν, εἶπε πρὸς ἡμᾶς ἐν γράμμασιν, ὧν τετύχηκεν. ἡμεῖς τε συνήσθημεν ἀμφοῖν, τῷ μὲν, ὧν ἔλαβε, σοὶ δὲ, ὧν ἔδωκας. Καὶ γὰρ αὐτὸς, ὅτι ταῦτα ποιῶν, ἐν οἷς ποιεῖ, κερδαίνει. πρὸς ὖν τόν γε τοῦτον ὐδὲν ἂν δέῃ παρακλήσεως, εἶναι τὸν αὐτόν. Αὐτὸν γὰρ δήπυ πείθει τὰ αὑτῦ μιμεῖσθαι. Μαρίνυ δὲ εἰπόντος ἀθυμήσειν, εἰ μὴ καὶ τῦτο ἐνέςαι τοῖς γράμμασιν, ἔςω καὶ τῦτο, καί μοι γίγνυ περὶ τὸν νέον τοιῦτος, ὡς μὴ τῶν προτέρων λείπεσθαι τὰ δεύτερα.

PALLADIO.

Ad multos quidem scripsimus de eo, ut eximius *Thalassius* felicissimae Curiae particeps redderetur, jampridem dignus, qui in illam cooptaretur, per nonnullorum vero iracundiam praeter fas hucusque neglectus. Multarum vero illarum epistolarum pondus apud te inprimis positum esse existimo. Si enim vel obiter dixeris, tribuendum aliquid esse literis, a sene profectis, quae, cum junior esset, hic primum praemiis decorabantur, recte tu quidem judicare nemini non videberis, teque sequendum esse quisque dicet. Si vero hoc non feceris, epistolae illae umbra erunt vaniores. Expendens igitur, quam sollicite tuum mihi studium alias probaveris, & ipse, quae decet, dicito, & aliis, quae dicere debeant, ostendito.

DCCCLXII. Π Α Λ Λ Α Δ Ι Ω.

Πολλοῖς μὲν ἐπεςάλκαμεν ὑπὲρ τῦ δεῖν μεταδῦναι τῆς εὐδαίμονος βυλῆς τῷ θαυμασίῳ Θαλασσίῳ, πάλαι μὲν ἐγγεγράφθαι δικαίῳ. διὰ δὲ τὴν τινων ὀργὴν ὐκ εὔλογον εἰς τόδε ἀναβληθέντι. Τῶν ἐπιςολῶν δὲ τὴν ἰσχὺν τῶν πολλῶν ἐν σοὶ νομίζομεν ἔσεσθαι. Ἐὰν γὰρ εἴπῃς παρελθὼν, ὡς δοτέον τι τοῖς γράμμασι, τοῖς ἥκυσι παρ' ἀνθρώπυ γέροντος (1), ἃ, ἡνίκα ἦν νέος ἐνταῦθα ἤρξατο τῶν ἄθλων, εὖ τε λέγειν ἑκάςῳ δόξεις, καὶ φήσει δεῖν ἕπεσθαι. Σὺ δὲ τῦτο ὐ ποιῦντος, σκιὰ τὰ τῶν ἐπιςολῶν. Ἐνθυμηθεὶς ὖν, ἐν ὅσῃ μελέτῃ καθέςηκας τῶν περὶ ἐμὲ σπυδῶν, αὐτός τε, ἃ προσήκει, λέγε, καὶ τοῖς ἄλλοις, ἃ χρὴ λέγειν αὐτὺς, δείκνυε.

LEONTIO.

Epistolam tuam nactus ego, ex eadem sperabam me intellecturum, quod & orationem illius, qui miserat epistolam, mihi adferrent. Quo-

DCCCLXIII. Λ Ε Ο Ν Τ Ι Ω.

Λαβὼν (1) ὖν σου τὴν ἐπιςολὴν, ἤλπιζον μὲν (2) ἀκύσεσθαι παρ' αὐτῆς, ὡς καὶ λόγον ἡμῖν φέρει τῦ πέμ-

EP. DCCCLX. (1) Οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα 1 *Cor.* IV. 4. Eadem phrasis frequens est Pseudo-Phalaridi, v. c. ep. 119. 122. & 146.

EP. DCCCLXI. (1) Sic *Vatic.* A. B. *Mutinens.* A. *Medic.* E. & D. *Marci* 13. Armarii V. ὄντι, *Reg. max.* male.

EP. DCCCLXII. (1) De se ipso loquitur Libanius, aetate tunc provectus.

EP. DCCCLXIII. (1) Λαβόντος σου, *Vatic.* B. qui & mox habet ἠλπίζομεν. ὖν deest etiam in *Mutin.* A. (2) ἤλπιζον μὲν *Mutin.* A. & *Voss.* ex emendatione recente, cum olim legeretur ἠλπίζομεν.

πέμψαντος τὴν ἐπιστολήν. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ μὲν ὑπὲρ ἐπιθυμίας ἔλεγεν ἡμετέρων γραμμάτων, ὃ δ' ἐβουλόμην εὑρεῖν, εὕρισκον οὐδαμοῦ, πάνυ σου τὴν ἐπιθυμίαν ἐμεμψάμην, περὶ τοῦτο μὲν οὖσαν, περὶ ἐκεῖνο δὲ οὐκ οὖσαν, ἣν ἐχρῆν εἶναι περὶ ἐκεῖνο μᾶλλον, ἢ τοῦτο. Μᾶλλον γὰρ λόγους ποιῶν ἔσῃ λαμπρὸς, ἢ ταῖς παρ' ἡμῶν ἐπιστολαῖς. Ὕφαινε τοίνυν λόγους ἀδελφοὺς ἐκείνῳ, τῷ μεγάλοις ἐστεφανωμένῳ κρότοις. Ὑποθέσεως δὲ οὐκ ἀπορήσεις τῶν γενναίων ἡμῖν Βασιλέων ἀεί τι καλὸν ἐργαζομένων.

Quoniam vero multa quidem de tuo literarum nostrarum desiderio exponebant, ego autem, quae maxime volebam, nusquam inveniebam, desiderium tuum vehementer culpabam, quod in alterum quidem feratur, in alterum vero minus, quod tamen in hoc potius, quam illud, ferri debebat. Illustrior enim evades, si orationes scribas, quam, si meas legas literas. Orationes igitur conde illi similes, quae tanto plausu est excepta. Argumentum vero dicendi non desiderabis, cum dignissimi Reges nostri semper aliquid praeclare agant.

DCCCLXIV. ΣΕΥΗΡΙΝΩι. (1)

Ἐν τοῖς περί σου λόγοις διατρίβοντας εὗρεν ἡμᾶς ἡ ἐπιστολή. οἱ δ' ἦσαν περί τε τῶν ἐτῶν (2), ἃ γενόμενος ἤρξω δικῶν, περί τε τοῦ καθ' ἕκαστον δικαστήριον κράτους, καὶ ὡς (3) οὐκ εὖ βεβουλεῦσθαι δοκῶν, ἀφεὶς (4) τὰ πρότερα, μέγας εὐθὺς ἐν τοῖς δευτέροις ἂν εὔβουλος ἐδείκνυσο. Τούτοις ἐπεισῆλθε τὰ γράμματά σου λόγοις, ὧν ἐν τοῖς παροῦσιν ἀναγινωσκομένων ἐπαίνῳ πολλῷ σύ τε ἐτιμῶ, καὶ Βασιλεὺς ὁ μέγας, σὺ (5) μὲν ἄξιον σαυτὸν τοῦ θαυμάζεσθαι παρέχων, ὁ δ' εἰδὼς θαυμάζειν ἀρετήν. ἧς μοι δοκεῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ποιεῖσθαι τὴν ἐπίδειξιν, ἀφ' ἧς μὲν ἀνιᾷς ἐχθροὺς, εὐφραίνεις δὲ τοὺς ἐπιτηδείους, ἃ ποίας μὲν οὐ γῆς, ποίου δὲ χρυσοῦ οὐ καλλίω δόξης ἐρῶντα ζῆν, καταφρονοῦντα τῶν πολλὰ μὲν κεκτημένων, λαγὼ δὲ βίον ζώντων (6), εἰδότων, ὅθεν αὐτοῖς τὰ πολλὰ ταῦτα. Σοὶ δὲ χρήματα μὲν ὀλίγα, πολλαὶ δὲ εὐφημίαι πανταχοῦ, καὶ, τὸ μᾶλλον ἕτερον, πιστεύεσθαι παρὰ τοῦ τῷ τρόπῳ κοσμοῦντος τὴν βασιλείαν, ὃν οἱ ποιήσαντες θεοὶ τοῦ τυράννου κρείττονα (7) καὶ δεῦρ' ἀγάγοιεν. Ἡδὺ μὲν γὰρ ἡμῖν θέαμα καὶ αἱ εἰκόνες. Οὐδὲν δὲ οἷον, τὸ αὐτόν τι ἔχειν, καὶ φωνῆς ἐκείνης ἀκούειν, καὶ κάλλους μὲν ψυχῆς ἐγγύθεν (8) ἀπολαύειν, κάλλος δὲ ὁρᾷν σώματος, διὰ τῆς πόλεως ἀστράπτον.

SEVERINO.

De te sermocinantes tua nos oppressit epistola. Loquebamur autem & de annis aetatis, quos natus causas dicere coepisti, & de dicendi robore, quod in foris singulis probasti, nec minus de eo, quod cum minus recte rebus consuluisse videreris, prioribus illis dimissis, statim magnus, posterioribus istis rectius tibi consulens, appareres. His sermonibus literae tuae supervenerunt, quibus, ceteris praesentibus, lectis, & tu multis laudibus mactabaris, & Rex maximus, tu quidem, quod admiratione dignum te praestes, ille vero, quod virtutem admirari didicerit. Hujus vero tu specimina quotidie dare mihi videris, hoc ipso inimicos quidem dolore afficiens, amicos autem delectans. Nonne vero haec omnium agrorum, omniumque divitiarum possessione praestantiora sunt? amantem nempe gloriae vivere, contra vero eos contemnere, qui multa possident, sed ad leporum exemplum vivunt, gnari scilicet, unde multa ista ad se pervenerint. Tu quidem facultates exiguas, famam vero nominis illustrem ubique habes, &, quod ceteris praestat, fidem apud eum, qui regnum moribus suis ornat, quem utinam Dii, qui eum tyranni victorem esse voluerunt, ad nos deducant! Ipsae quidem ejus imagines jucundum nobis praebent spectaculum. Nihil vero ita gratum esse poterat, quam si eum habere praesentem, vocemque ejus audire, & tam animi ejus pulchritudinem propius sentire, quam corporis formam, per urbem coruscantem videre possimus.

DCCCLXV. ΗΣΥΧΙΩι.

Μέγα μέν ἐμοι τῶν τι ποιεῖν τὸν Θεόφιλον δυναμένων εὐφραίνειν, μέγα δὲ ἐκείνῳ, τὸ καὶ νῦν σε καταλῦσαι παρ' αὐτῷ. καὶ περὶ τούτου Θεοῖς τι διελέχθη καὶ ἐμοί. πρὸς μὲν τοὺς εὐξάμενος, πρὸς ἐμὲ δὲ εἰπὼν, ὡς δέοι με βοηθεῖν διὰ τῶν γραμμάτων, καὶ μὴ περιιδεῖν αὐτὸν, ὃ οὐκ ἂν ἐνέγκαι, παθόντα. ἀνοίγομεν δή σοι τὴν οἰκίαν τοῦ χρηστοῦ Θεοφίλου, καὶ καλοῦμεν εἰς αὐτήν, Οἰ-

HESYCHIO.

Magni ego facio, si quid praestare possim, quod *Theophilo* placeat, magni vero & ille fecerit, si tu nunc apud illum diverseris. Qua quidem de re & Deos & me adlocutus est; illos quidem votis, me vero precatus, ut suppetias sibi per literas ferrem, ne se contemnas, ea alioquin, quae ferre non posset, experturum. Humanissimi itaque *Theophili* aedes tibi aperimus, & in eas te invitamus. Puto vero aedes ipsas,

EP. DCCCLXIV. (1) Vide *Centuriam* nostram ep. 78. Σευηρίνῳ, Codex *Vindobon.* membranaceus. Ὀνωρίῳ *Casanatens.* & apud *Zambicar.* lib. III. ep. 296. In *Medic.* ἀνεπίγραφος. (2) Ita *Barocc.* & *Ambros.* T. 5. ἐτῶν *Reg. max.* περί τε ἃ γενόμενος. *Medic.* (3) ὡς *Bodlej.* quidam, male. (4) ἀφεὶς, *Reg. max.* & *Medic.* (5) Pro σὺ *Regii max.* & *Medic.* σὺν *Barocc.* male. *Severinus* enim & Rex sibi invicem hic opponuntur. (6) Leporis vitam illi vivere dicuntur, qui in perpetuo sunt timore: constat enim, leporem semper apertis oculis dormire. Vide *Aristotelem* lib. I. Hist. Animal. & *Erasmi* Chiliadas p. 630. Noster proverbium hoc ad homines pecuniosos ideo, puto, accommodavit, quod & illis perpetua sit timoris materia, verentibus scilicet, ne male parta cum suo periculo male dilabantur. (7) Sermo est de victoria aliqua ab hoste reportata, quae qualis fuerit, non magis dixero, quam quis Regum hic indicetur. De *Juliano* sermonem esse non crediderim. Superiores enim epistolae permultae, atque adeo & haec scriptae sunt, Juliano jam fatis functo. Fortasse *Valentem* vel *Theodosium* vult. Ceterum *Medic.* hic ita: ὃν ὁ ποιήσας —— ἀπάγοιεν. (8) οἴκοθεν.

ipsas, si voce essent instructae, nobiscum te invitaturas. Fac igitur tam multis hanc gratiam, nec id obverte, quod *Theophilus* tuo non usus sit hospitio. Simile enim hoc non prorsus est simile, cum ea tibi non sit caussa, quam ille tunc habuit. Noli igitur domum ejus fugere, tanquam defensionem, si fugias, in promtu habiturus: sed tanquam non habiturus, si justas has caussas parvi pendas. Confer te itaque in Menelai aedes, tanquam eadem opera gratiam debitam redditurus. *Theophilo* enim, sicut mihi, filii tui curae fuerunt, quippe qui laudibus eos suis ad labores amphores excitarit, quo nomine aliquam ei mercedem rependere oportet. Maxima vero illi haec fuerit, si in ipsius aedibus Jovi hospitali sacra feceris.

Οἶμαι δὲ ϰ̓ αὐτὴν τὴν οἰκίαν, εἴπερ ἦν αὐτῇ φωνὴ, ϰ̓ αὐτὴν ἂν μεθ' ἡμῶν σε καλέσαι. Δὸς δὴ τοσούτοις τὴν χάριν, μὴ νομίζων ἰσχυρὸν, τὸ μὴ τὸν Θεόφιλον παρὰ σοὶ καταλῦσαι. Τὸ γὰρ ἴσον τοῦτο οὐκ ἴσον, οὐκ οὔσης αἰτίας σοι τῆς οὔσης τούτῳ τότε. Μὴ οὖν ὡς ἕξων ἀπολογίαν, εἰ φύγοις τὴν οἰκίαν, φεῦγε. ἀλλ' ὡς οὐχ ἕξων, εἰ φύγοις δίκαιον λόγον. ἔλαυνε πρὸς τὰ τοῦ Μενελάου (1) δώματα, μέλλων καὶ χάριν ὀφειλομένην ἀποδώσειν. Θεοφίλῳ γὰρ ὥσπερ ἐμοὶ τῶν σῶν ἐμέλησε παίδων, δι' ἐπαίνων ἐπὶ μείζους παρακαλοῦντι πόνους, ϰ̓ δεῖ δή σε τὸν μισθὸν ἀποδοῦναι. Τῷ δ' ἂν εἴη μέγιστος, ἐν ἐκείνου σε θῦσαι τῷ Διῒ τῷ ξενίῳ (2).

PRISCO.

Quanto meliorem urbem nostram adventans *Sallustius* reddidit, tanto deteriorem eandem reliquit in Graeciam profectus, nostra quidem regione praestantiorem, vel potius omni ex parte superiorem. Iis igitur, qui sublata sibi vident, quae maxime cupiebant, nihil hoc de tristitia diminuit, inprimis vero nobis aetate jam admodum provectis: ideo quidem, quod junioribus, vel saltem non adeo senibus, spes ampla suppetit, fore, ut ille navigationem priori similem obeat, & denuo huc revertatur, ac cum melioribus versetur; tum salutantes recipiens, tum par pari reddens, & alia quidem dicens, alia vero audiens, hinc laudans, hinc laudatus. Sed haec quidem ad illos pertinent. Quod vero ad meam aetatem attinet, sex & septuaginta annos jam natus sum, &, quod superest, parum fuerit. Atque ille quidem redibit praeclara narraturus, (de Graecia enim non nisi praeclara dici possunt) atque adeo alios recreans me quaeret. His igitur urbs nostra in posterum fruatur. *Sallustium* interim felicem vocare subit, ea scilicet spectaturum, quae sub Sole sunt pulcherrima, nempe urbes in Peloponneso multas & amplas, Phocenses & Boeotios, tum patriam suam, Graeciaeque sidus, Athenensium urbem, itemque aliud sidus, *Priscum*, qui *Platonem* egregie, egregie vero etiam ejus discipulum callet, quique auditores suos sapientiores dimittit, sicut ipse lucrum

DCCCLXVI. ΠΡΙΣΚῼ. (1)

Ὅσῳ (2) μέτρῳ τὴν πόλιν ἡμῖν (3) ἧκων εἰς αὐτὴν ὁ χρηστὸς Σαλλούστιος (4) ἀπέφηνεν ἀμείνω, τοσούτῳ χείρω δραμὼν εἰς τὴν Ἑλλάδα, βελτίω μὲν τῆς ἡμετέρας οὖσαν, μᾶλλον δὲ τοῖς ἅπασι (5) νικῶσαν. Τοῖς δ' ἐν ἀφαιρεθεῖσιν ἃ μάλιστα ἔχειν ἤθελον, οὐδὲν ἀφαιρεῖ τοῦτο τῆς λύπης. καὶ μάλιστα τοῖς ἄγαν γεγηρακόσιν ἡμῖν. ἐπεὶ τοῖς γε (6) ἐν νεότητι ἢ γήρᾳ μὲν, οὐ μὴν δὲ ἐν τοσούτῳ τάχ' ἂν ἀπὸ τῶν ἐλπίδων ὑπάρχει. πλεῦσαί τε αὐτὸν ὅμοιον τῷ προτέρῳ ποιήσασθαι (7), καὶ αὖθις ἐνταῦθα ἐσελθεῖν, ϰ̓ τοῖς βελτιωτέροις (8) συνέσεσθαι δεχόμενόν τε (9) τοὺς ὡς (10) αὐτὸν ἰόντας, ϰ̓ τὴν ἴσην ἀποδιδόντα, καὶ τὰ μὲν λέγοντα, τὰ δὲ ἀκούοντα, ϰ̓ τὰ μὲν ἐπαινοῦντα, τὰ δὲ ἐπαινούμενον. Ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἐκείνων. Τὸ δὲ ἡμέτερον (11) ἓξ μὲν καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη (12) γέγονα, (13) τὸ λειπόμενον δὲ οὐ πολύ. ϰ̓ ὁ μὲν (14) ἥξει κομίζων καλὴν διήγησιν. (καλὴ γὰρ ἁπανταχοῦ ἡ περὶ τῆς Ἑλλάδος) ἑτέρους δὲ εὐφραίνων ἐμὲ ζητήσει. Τούτων μὲν οὖν ἡμῖν ὕστερον ἀπολαύσειεν ἡ πόλις. Σαλλούστιον (15) δὲ μακάριον ἐπέρχεταί μοι καλεῖν, ὀψόμενον τὰ κάλλιστα τῶν (16) ὑπὸ τὸν ἥλιον, τάς τε ἐν τῇ Πελοποννήσῳ πόλεις τὰς πολλὰς καὶ μεγάλας, Φωκέας τε ϰ̓ Βοιωτοὺς, ϰ̓ τὴν ἐνεγκοῦσαν αὐτὸν, καὶ τὸν ἀστέρα δὲ τῆς Ἑλλάδος τὴν Ἀθηναίων πόλιν, ϰ̓ ἕτερον ἀστέρα Πρίσκον, τὸν καλῶς μὲν εἰδότα τὸν Πλάτωνα,

EP. DCCCLXV. (1) I. e. *Theophili*, quem *Menelaum* appellat, respiciens ad *Homerum* Iliad. δ. vs. 30. ubi Menelaus Telemachum & Pisistratum hospitio apud se suscipi jubet. (2) Jupiter ξένιος vel ξενίσιος, vel ἐφέστιος, vel φίλιος & ἱκέσιος eodem fere sensu appellari solitus: Latinis *hospitalis*. Vide *Doughteji* Analecta Sacra N. T. in Append. Exc. XV. Adde *Suidam* ad voces illas, quas attuli.

EP. DCCCLXVI. (1) Non dubito, *Priscum* hunc esse, quem *Eunapius* p. 91. sqq. laudat. Confer, quae ad calcem hujus epistolae dicentur. (2) Ita codd. omnes recte, quod patet ex opposito τοσούτῳ. Male itaque *Medic.* B. ἴσῳ. (3) Sic *Barocc.* 9. *Mutin.* C. & *Ambrof.* T. 5. ὑμῶν *Reg. max.* ὑμῶν *Medic.* B. (4) *Barocc.* *Medic.* B. & *Ambrof.* T. 5. ἱλάριος ὁ χρηστὸς *Vatic.* B. (5) Sic *Barocc.* τῶν ἅπασιν, *Reg. max.* & *Medic.* idque forte rectius. (6) *Reg. max.* & *Medic.* τοῦ γε *Barocc.* male. (7) Sic codd. omnes & *Golianus*: *Barocc.* unus ποιήσασθαι. (8) συνέσεσθαι interpretatur scholion *Goliani*. (9) τοὺς δεχόμενον, *Golian.* (10) Pro ὡς, quod habet *Golian.* & *Ambrof.* εἰς legit *Reg. max.* & *Medic.* utrumque εἰς ὡς male conjunxit *Barocc.* (11) Scilicet τὸ ... secundum Scholion *Goliani*. (12) Vides hic, Libanium haec scribentem 76. annos habuisse. Confer cum his, quae praestantissimus *Fabricius* noster Vol. VII. p. 381. de vita nostri commentatur. (13) γέγονε, *Bodlejan.* quidam, & *Golianus*. (14) *Sallustius* nempe, quod Scholiastes *Golian.* recte monet. (15) Sic *Barocc.* & *Golian.* Ἱλάριον *Medic.* & *Reg. max.* Fieri potest, ut *Hilarius* comes itineris *Salustio* fuerit. Praefero tamen hic *Salustii* nomen, de quo in tota hac epistola agitur, nisi etiam in limine ejus pro hoc *Hilarii* illud legi malis. Si quid video, de eo tempore hic agitur, quo Sallustius sub Valentiniano & Valente *Praefectum Orientis* agebat. Vide *Ammianum* lib. XXVI. cap. 5. p. 453. (16) τῶν ὄντων τῶν, *Golian.* (17) ἰ.

τωνα, καλῶς δὲ τὸν ἐκείνου μαθητὴν (17), ἀποπέμποντα δὲ τοὺς ὁμιλοῦντας αὐτῷ φρονιμωτέρους, ὃ καὶ αὐτὸς οἶδα πολλάκις κερδάνας. Ταυτὸ (18) δ' ἂν εἴποι περὶ αὐτοῦ κἀκεῖνος (19), ᾧ φιλοσοφίας ὁ Θεὸς τὴν ψυχὴν ἐκπλήσας ἔδωκε Ῥωμαίων μὲν ἄρχειν, βαρβάρους δὲ ἐλαύνειν (20), ἐπεὶ καὶ τὴν τελευτὴν αὐτὴν ἐν τῷ Πέρσας ἐλαύνειν ἐδέξατο, μέγα ποιούμενος, εἰ Πρίσκῳ (21) δοκοίη τὰ προσήκοντα ποιεῖν (22). Ποίει τοίνυν καὶ τὸν Σαλλούστιον βελτίω, καὶ δίδου πρὸς ἡμᾶς αὐτὸ τοῦτ' ἐπιστέλλειν. Δίκαιός τε γὰρ ἀνὴρ, καὶ οὐκ ἀποκρύψεται.

lucrum me inde saepe facere memini. Idem vero de eo ille quoque diceret, cui Deus, animo sapientiae studiis expleto, dedit, ut Romanis quidem imperaret, Barbaros vero profligaret, vivendi finem in debellandis Persis faciens. Magni enim ille fecit, si *Prisco* praeclare rem gerere videretur. Tu itaque & *Sallustium* fac meliorem, & effice, ut id ipsum ad nos perscribere possit. Probus enim vir est, nec quidquam celabit.

DCCCLXVII. ΑΝΤΙΟΧῼ.

Εἵλκυσται μὲν ὁ τοῦδε πατὴρ πρὸ τοῦδε παρὰ τῶν ἡδέως τοῦτο ποιούντων, καὶ ἔστιν, ὡς εἰκὸς, ἐν δάκρυσιν. ἕλκεται δὲ καὶ ὁ παῖς, ὅπως μὴ μόνος ὁ πατὴρ κλάῃ. Σὸν οὖν ἂν εἴη καὶ τῆς σῆς φύσεως, τῆς ταχείας εἰς τὸ βοηθεῖν, παραμυθήσασθαι μὲν ἐκεῖνον, παραμυθήσασθαι δὲ τοῦτον, μὴ λόγῳ μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ἔργῳ. Διδάσκειν δὲ οὐδέν σε δεῖ, τί δεῖ ποιεῖν. καὶ πῶς ἂν τῷ μὲν (1) ὅλως ἂν ἀνέλοις κακὸν, τοῦ δ' ἂν ἀφέλοις. Συνέσει τε γὰρ διαφέρων, καὶ παιδείας γέμων, καὶ διὰ πολλῶν ἀφιγμένος, αὐτὸς ἂν παρὰ σαυτοῦ μανθάνοις, ἃ ποιῶν λαμπρῶς ἂν εἴης βεβοηθηκώς. Βοήθει δὴ, καὶ τέρπε μὲν ταύτῃ τοὺς Θεοὺς, χαρίζου δ' ἐμοί. χαρίζου δὲ Γεσσίῳ τῷ πάνυ μὲν φιλοῦντι τοὺς ἐν τῇ ταραχῇ, παρ' ἐμοῦ δὲ εἰσομένῳ πᾶν, ὅ, τι ἂν ἐν τῇ βοηθείᾳ γένηται.

ANTIOCHO.

Pater hujus jam olim vexatus est ab iis, quibus id facere volupe est, & totus, ut par est, in lacrymis versatur. Vexatur vero & filius, ne scilicet pater solus lacrymetur. Tuum itaque & tuae indolis, ad juvandum promtissimae, fuerit, solari quidem illum, solari vero etiam hunc, non verbis solum, sed etiam factis. Nihil vero opus est te docere quid sit agendum, & quomodo alterius quidem calamitatem penitus tollere, alterius vero diminuere possis. Cum enim prudentia praestes, & doctrina valeas, & usu rerum sis subactus, ex te ipso didiceris, quibus eum rebus adjuvans illustrior evadas. Fer itaque opem, & Deos hac in parte delecta, gratificare etiam mihi, gratificare quoque *Gessio*, qui valde studiosus est afflictorum, ex me vero omnia intelliget, quae ad opem ferendam feceris.

DCCCLXVIII. ΙΟΥΛΙΑΝῼ. (1)

Καλλίω τὴν πόλιν ἡμῖν ὁ καλὸς Κελσῖνος ποιήσας, ἐπειδὴ ἧκε, χείρω πάλιν ἐποίησε, καὶ ἀπελθὼν, καὶ ταχέως. Ἐποίει δὲ αὐτὴν καλλίω λόγοις, οἷς ἐν τοῖς ὡς αὐτὸν ἰοῦσιν ἐχρῆτο, περί τε δικαιοσύνης διαλεγόμενος οἷα Κελσῖνον εἰκὸς περὶ δικαιοσύνης (2), καὶ σωφροσύνην ἐγκωμιάζων, καὶ τοῖς δειλοῖς ἐπιτιμῶν τὸ μὴ ἀνδρείους εἶναι. ἐπί γε μὴν σοφίαν ἔργῳ παρεκάλει, προσθεὶς αὐτῷ τότε στόμα τούς τε ὀφθαλμοὺς τοῖς ἡμετέροις λόγοις. καὶ διότι πλεῖστον ἐν ἡμέραις ὀλίγαις ἐρχόμενος τῇ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν πτήσει, ὥστε τὴν μὲν ἀπεδίδου διφθέραν, τὴν δὲ ἐλάμβανε, καὶ πολλάκις μὲν τοῦτο, πολλάκις δὲ ἐκεῖνο. καὶ ἴσως μὲν ὁ πόνος οὐ περί τι γενναῖον. Ἐκίνει δὲ ὅμως τὴν νεότητα τῷ καὶ περὶ τοιαῦτα πονεῖν, καὶ ταῦτα μετά τε

JULIANO.

Pulcher *Celsinus*, qui civitatem nostram pulchriorem reddidit adventans, deteriorem eam vicissim abiens, idque celeriter, fecit. Pulchriorem vero eam reddidit sermonibus suis, quibus adversus salutantes se utebatur, de justitia ea disserens, quae *Celsinum* dicere decebat, & temperantiam commendans, ignavos vero, ideo quod fortes se non praestent, objurgans. Porro ad sapientiae studium opere ipso cohortabatur, id quoque addens, ut & os & oculos in orationes nostras converteret. Cumque in legendis scriptis quasi volans, paucis diebus longissime procederet, factum est, ut nunc membranas redderet, nunc reciperet, & saepe hoc, saepe etiam illud faceret. Fortasse quidem in re non magna industriam collocavit. Interim juvenes excitavit, quod in his versaretur, idque post tot magistratus gestos, post tot digni-

(17) I. e. *Aristotelem*. (18) ταυτὸν, *Reg. max.* (19) i. e. *Julianus*. (20) ἐπεὶ καὶ —— ἐλαύνειν desunt in *Voss. Vatic.* A. *Mutin.* A. & *Medic.* B. Exstant autem in *Barocc. Ambros.* T. 5. & *Goliano*, sicut ad marginem *Regii max.* a recente manu scripta sunt. Non dubito, ab ipso Libanio esse profecta, nec inter glossemata numeranda. Repetitio verbi ἐλαύνειν effecit, ut librarii quidam interjecta inter utrumque omitterent. (21) εἰ καὶ τῷ, *Golian.* (22) Julianus Imp. *Maximo* & *Prisco* Philosophis multum tribuit. Vide omnino *Ezech. Spanhemium* in praefat. ad Juliani Opera p. 11.

EP. DCCCLXVII. (1) Sic scripsi pro τὸ μὲν, ut referatur ad patrem, sicut alterum τοῦ μὲν ad filium spectat.

EP. DCCCLXVIII. (1) Cave de *Juliano* Imp. accipias; vide calcem epistolae. (2) δικαιοφρονέων. *Medic.* B.

ἀγνώ-

gnitates, praeconum voces, gentesque administratas. Cum vero sic privatae vitae homines ad virtutis cultum excitasset, ea, quae imperantes audire decebat, dicendo est persecutus. Quamvis enim parum se effecturum esse crederet, haec tamen profiteri suum esse putabat. Quod si ego tacerem honores, illi ab urbe nostra habitos, injurius in eam forem. Omnes ejus incolae apud omnes Deos de eo querebantur, quod *Celsinum* huc cum imperio non deduxerint, nec ea dederint, ex quibus poteramus esse feliciores. Gloriari itaque merito potes, quod talem tibi generum vindicaveris.

STRATEGIO.

Id tibi accidit, quod debebat, quando magnitudine Romae penitus fascinatus es, nunc vero Graeciae bonis delectaris. Quae enim non vidisse magni damni loco merito habetur, ea videre posse in lucro ponere decet. Interim nos etiam ex Graecis ipsis audivimus, patriam in pretio habendam, nec mortem etiam pro ea fugiendam esse. Te vero arma quidem capere opus non fuerit, aut confligentem pugnare, atque ea, quae bellum jusserit, perferre, sed tantum videre velle & patriam tuam, & tuos, longum jam tempus dotibus tuis privatos. Noli putare, quod me ipsum illis sim juncturus. Jam pridem enim me contemtum sentio. Nisi enim ita res haberet, saltem scripsisses. Jam vero silentium tuum me docet, te nullam prorsus mei rationem habere; itaque nec *Hilarium*, virum insignem, interrogaturus es, quid agamus, quidve patiamur. Ille vero etiam audire nolenti utrumque narrabit, qui, quoad praesens erat, libenter vobiscum versabatur, libenter vero etiam absens memoriam nostri servabit.

THALASSIO.

Calliopium jube vernum tempus non criminari, tanquam quod adolescentum nostratium nonnullos per mare Romam ducat. Neque enim, ait, hoc ego malum patro, neque Graecorum linguam injuria afficio, sed Italorum illam honoro. Neque Patrum quisquam, me sibi hoc consilium dedisse, dixerit. Sed omne illud imprudentiae, ea, quae maxime cupit, speranti debetur. Si vero ratione uti possent, eam, quam res ipsae suggerunt, admonitionem admitterent. Haec vero est, ut explorarent juvenes, in multas urbes ablegatos, a pecudibus non multum differentes.

PROCLO.

Dominus Larissaeus, vir optimus, qui cau-

τι ἀρχὰς, καὶ ζώνας καὶ κήρυκας, καὶ τοσούτων ἐθνῶν ἐπιμελείας. ἐπεγείρας τι πρὸς ἀρετὴν ἰδιώτας, καὶ ὅσα χρὴν ἄρχοντας ἀκοῦσαι, διῆλθεν. εἰδὼς μὲν οὐ λίαν ὀνήσων, προσήκειν δὲ αὐτῷ καὶ οὕτως εἰπεῖν ἡγούμενος. τιμὴν δὲ ἣ τετίμηται παρὰ τῆς ἡμετέρας εἰ σιωπήσαιμι, κακὸς ἂν εἰς αὐτὴν εἴην. Κατεβόησαν, ὅσοι ταύτην ἔχουσι, πάντων Θεῶν, ὅτι μὴ μετ' ἀρχῆς ἡμῖν δεῦρο τὸν Κελσῖνον ἤγαγον, μηδ' ἔδοσαν, ἀφ' ὧν ἂν ἦμεν εὐδαίμονες. Ὥρα δή σε μεγαλαυχεῖσθαι τοιοῦτον ἁρπάσαντα (3) κηδεστήν.

DCCCLXIX. ΣΤΡΑΤΗΓΙῼ.

Ἐικὸς μὲν τι (1) πέπονθας καὶ τῷ μεγέθει Ῥώμης γοητευθεὶς, καὶ νῦν ἡδόμενος τοῖς τῆς Ἑλλάδος καλοῖς (2). Ἃ γὰρ οὐκ ἰδεῖν ζημία πολλὴ, ταῦθ' ὁρᾶν κέρδος μέγα. Ἀλλ' αὐτοὶ καὶ παρ' αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων ἀκηκόαμεν τὴν ἐνεγκοῦσαν τίμιόν τι νομίζειν, καὶ μηδὲ θάνατον φεύγειν, τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Σὲ δὲ ὅπλα μὲν οὐδὲν ἂν δέοι λαβεῖν, καὶ συμπεσόντα μάχεσθαι καὶ πάσχειν, ὅ, τι ἂν ὁ πόλεμος ἐθέλῃ, βουληθῆναι δὲ τοσοῦτον ἰδεῖν τήν τε σαυτοῦ καὶ τοὺς σαυτοῦ πολὺν δή τινα χρόνον ἐστερημένους τῶν παρὰ (3) σοῦ. Καὶ μήτοι νομίζῃς ὅτι προσθήσω καὶ ἐμαυτόν. Πάλαι γὰρ αἰσθάνομαι καταπεφρονημένος. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο τοιοῦτον ἦν, κἂν ἐπέστειλας. Νῦν δὲ ἡ σιγή με διδάσκει, τὸ, μηδὲ μικρὸν εἶναι λόγον παρά σοι περὶ ἡμῶν, καὶ δή μοι δοκεῖς οὐδ' (4) ἐρήσεσθαι τὸν θαυμαστὸν Ἱλάριον, τί δρῶμεν ἢ πάσχομεν. Ὁ δὲ καὶ πρὸς οὐ βουλόμενον ἀκούειν ἐρεῖ (5) περὶ ἀμφοῖν, ἡδέως μὲν, ἡνίκα παρῆν, συνὼν, ἡδέως δὲ καὶ ἀπὼν, ἐν μνήμῃ τῇ περὶ ἡμῶν διατρίβων.

DCCCLXX. ΘΑΛΑΣΣΙῼ.

Λέγε (1) Καλλιοπίῳ μὴ κακῶς τὸ ἔαρ λέγειν ὡς ἄγον τῇ Ῥώμῃ τῶν ἡμετέρων νέων διὰ θαλάττης τινάς. Οὐ γὰρ ἐγὼ τοῦτό φησι ποιῶ τὸ κακόν. οὐδὲ ὑβρίζω μὲν τὴν Ἑλλάδα φωνὴν, κοσμῶ δὲ τὴν Ἰταλῶν. οὐδ' ἂν εἴπῃ πατὴρ οὐδεὶς τοιοῦτον αὐτῷ τί με συμβεβουλευκέναι. Ἀλλ' ἔστι ταῦτα ἀνοίας ἐλπιζούσης, ἃ μάλιστα βούλεται (2). νοῦς δὲ εἰ σφίσιν ἐνῆν, ἐδέχοντο ἂν τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων παραίνεσιν. Ἡ δέ ἐστιν ἐξετάζειν τοὺς ἀποδοθέντας πολλαῖς πόλεσι παρ' ἐκείνης, τοὺς οὐ πολλῷ τῶν βοσκημάτων διαφέροντας.

DCCCLXXI. ΠΡΟΚΛῼ.

Δομνῖνος ὁ Λαρισσαῖος, ἀνὴρ ἀγαθὸς, γενόμενος

οὐ

(3) ἁρπάσασθαι, *Reg. max.* nostrum *Medic.* At *Voss.* σου ἁρπάσαντα.

EP. DCCCLXIX. (1) *Vatic.* A. & *Mutin.* A. μέντοι *Reg. max.* & *Medic.* B. (2) καλοῖς, *Medic.* (3) Supra παρὰ in *Voss.* scriptum erat περί. (4) οὐκ, *idem.* (5) καὶ ἐρεῖ, *idem.*

EP. DCCCLXX. (1) Sic *Vatic.* A. & B. οὖγε, *Reg. max.* (2) *Sperant* scilicet *omnes*, *quae cupiunt nimis.* Vide *Erasmum* p. 667.

ἔν τε δίκαις καὶ ἀρχῇ περὶ λειτουργίας τῆς παρ' ὑμῖν ἀπῆλθε, τὸν παῖδα τοῦτον ἡμῖν παραδοὺς, ὅπως δύναιτο λέγειν. Ἔδει μὲν ἦν ζῶντα ἐκεῖνον ἢ λειτουργεῖν ἢ πείθειν ὑμᾶς, ὡς οὐκ ἂν δύναιτο, χρημάτων οὐκ ὄντων αὐτῷ. Τετελευτηκότος δὲ Δομνίνου, τοῦ παιδὸς δὲ, εἰς ἃ μὴ ἐκεῖνος, ἑλκομένου, σαφὲς γὰρ δὴ τοῦτό γε, δεόμεθα πάντες οἱ Δομνίνου φίλοι, δέξασθαι τὴν μεγάλην βουλὴν παρὰ τῆς σῆς διανοίας, τῆς καὶ αὐτῆς μεγάλης, λόγους τινὰς τῷ νέῳ βοηθοῦντας. Πρέποι γὰρ ἂν τάγε τοιαῦτά σοι μὲν πείθειν, ἐκείνῃ δὲ πείθεσθαι.

causis dicendis & magistratui gerendo vacavit, ante munus publicum apud vos obitum, abiit, filium hunc suum nobis committens ad eloquentiam instituendum. Fas itaque erat, ut vivens ille vel publico munere fungeretur, vel vobis ostenderet, se, opibus quippe destitutum, non posse. *Domnino* vero jam defuncto, filio autem ad illa, a quibus pater immunis erat, abrepto, (res enim in aprico est) omnes *Domnini* amici te precantur, ut magna Cura a prudentia tua, quae & ipsa est magna, argumenta quaedam juveni huic profutura recipiat. Haec enim te suadere, illam vero persuasionem admittere decuerit.

DCCCLXXII. ΕΥΣΕΒΙΩι.

Ἡμεῖς ἐν τῷ δακρύειν ἔτι τὸν φίλον ἡμῶν Ὀλύμπιον. Ἔδει δέ με κἂν τούτοις ὄντα, μὴ περιϊδεῖν ἀπολλύμενον νέον, καὶ φίλου παῖδα, καὶ ὁμιλητὴν ἐμόν. Τοῦτον μὲν οὖν νῦν πρῶτον ὄψει. Δομνῖνον δὲ, τὸν πατέρα αὐτοῦ πολλάκις, ἐμοὶ δοκεῖν. Καὶ οὐκ εἶδές γε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπῄνεσας ὄντα ἄριστον, ὃ σὺ πανταχοῦ ποιεῖς. Τῷ τοίνυν ἐκείνου παιδὶ καλῶ σε γενέσθαι βοηθὸν, εἰπόντα τι τοιοῦτον πρὸς τὸν γενναῖον Πρόκλον, ᾧ κωλύσει τῷδε διαφθαρῆναι τὸν οἶκον.

EUSEBIO.

Nos in deflendo *Olympio*, amico nostro, adhuc versamur. Interim me quidem, quamvis in his versantem, non decebat negligere juvenem exitio proximum, eundemque & amici filium, & discipulum meum. Illum itaque nunc primum videbis, sicut *Domninum*, patrem ejus, saepe mihi vidisse videris. Nec vidisti eum tantum, sed & laudasti, optimum quippe, quod tu quidem semper facere consuevisti. Huic itaque illius filio adjutorem te appello, talia eximio *Proclo* expositurum, quae prohibeant, ne domus ipsius funditus pereat.

DCCCLXXIII. ΑΡΧΕΛΑΩι.

Ἐν τοῖς περὶ σοῦ λόγοις διατελούντων ἡμῶν, οἳ δὲ ἦσαν ἔπαινοι τῶν σῶν τρόπων, ἐπεισέρχεται γράμματα σὰ, πεμφθέντα μὲν πρὸς Ἡράκλειον τὸν ἰατρὸν, μνήμῃ δέ τινι καὶ ἐμὲ τιμῶντα. Τοῦ τοίνυν Ἡρακλείου τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνόντος, ἔχαιρον μὲν αὐτὸς, συνέχαιρον δὲ ἡμῖν οἱ φίλοι, τοιοῦτον κεκλημένοι σύμμαχον, ὃς μισῶν τε μέγιστα ἂν λυπήσαι, καὶ φιλῶν μάλιστα ἂν ὀνήσαι. Ἐπεὶ καὶ νῦν μοι δοκεῖς πολλοὺς εἰς τὸ λέγειν τι καλὸν περὶ ἡμῶν ἄγειν, οὐ πάνυ τοῦτο πρόσθε ποιοῦντας. Ἐκεῖ μὲν οὖν ὄντα σε ταῦτα ποιεῖν βούλομαι Βούλομαι δέ σε καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐπιθυμῆσαι πάλιν, ὅπως ἡμᾶς εὐφραίνων, οἷς ποιεῖς, εὐφραίνοις καὶ ὁρώμενος. Εἰ δὲ δὴ καὶ τὸ μετ' ἀρχῆς προσγένοιτο, δόντος τοῦ Διὸς, μεῖζον ἡμῖν τοῦτ' ἀγαθὸν, ἢ Ῥοδίοις ὁ καταβὰς αὐτοῖς ἐξ οὐρανοῦ χρυσός (1).

ARCHELAO.

Nos verba de te facientes, quae ad morum tuorum laudem spectabant, literae tuae opprimebant, ad *Heraclium* Medicum quidem missae, mei tamen etiam mentionem facientes. *Heraclio* itaque literas legente laetabar ipse, nobis vero amici gratulabantur, talem patronum nactis, qui, inimicus, maxime contristare, amicus vero maxime juvare nos posset. Nam etiam nunc multos mihi adduxisse videris, ut bene de nobis loquantur, antea quidem id non omnino facientes. Hoc itaque facere te velim ibi praesentem. Velim vero te etiam nostri desiderio iterum duci, ut, quando nos rebus gestis delectas, conspectu etiam delectes. Quod si idem, Deo dante, etiam cum imperio fiat, majus id nobis bonum fuerit, quam Rhodus, qui in eos ex coelo cecidit, imber aureus.

DCCCLXXIV. ΠΑΝΗΓΥΡΙΩι. (1)

Εὐδαίμων εἶναί μοι δοκεῖ Βοηθὸς οὑτοσὶ, μεγάλην ποιῶν τὴν τῶν Ἑλλήνων φωνὴν, καὶ ταῦτα ἐν καιρῷ, τῷ τὴν ἑτέραν (2) ἀνθεῖν πεποιηκότι. Τίνι δὴ τρόπῳ μεγάλην ἐκείνην καθίστησι; πολλοὺς ὑπερβὰς τῶν δύναμιν ἐχόντων, γράμματά σοι παρ' ἡμῶν ἐνεγκεῖν ἔφησεν ἐπιθυμεῖν. τὴν γὰρ οὖσαν αὐτῷ πρὸς σὲ φιλίαν οὕτως ἔσεσθαι μείζω. Ὅστις δὲ ἐρᾷ τοῦ φιλεῖσθαι

PANEGYRIO.

Boëthus hic felix mihi videtur, Graecorum linguam illustrem reddens, eo inprimis tempore, quod fecit, ut altera illa efflorescerct. Quo vero pacto eam facit illustrem? Eo quidem, quod multos Optimatum praetergressus literas tibi nostras reddere se vehementer velle professus est, sperans, amorem in se tuum hoc ipso fore majorem. Qui vero a Sophista amari se cupit, is eloquentiae amans

EP. DCCCLXXIII. (1) De imbre hoc lege *Pindarum* Olymp. VII. Epod. II. vs. 5. Phrasis similis est illi S. Matthaei VII. 25. κατέβη ἡ βροχή.

EP. DCCCLXXIV. (1) Ita *Voss.* & *Reg. max.* in *Medic.* est ἀνεύγνωστος. (2) Latinam linguam intelligit.

amans est; qui autem ejus amans, id certe magni facit, in quod animo fertur, idemque facile homines omnes ejusdem amantes reddiderit. Qui igitur majorem literis splendorem conciliabit, nonne illum benefactorem existimare, &, quicquid jusserit, perficere fas fuerit? Ego itaque, scribere enim me jussit, scripsi, facturus etiam aliquid periculi plenum, si quid ejusmodi jussisset. Te vero eodem animo esse oportet, idque omne jucundum existimare, quo amantem tui oblectare possis. Tu quidem, ubi feceris, nihil scribes, ita enim mores tui ferunt; ille vero, beneficio ornatus, non tacebit, cum justi ubique sit tenacissimus.

ἔθη παρ᾽ ἀνδρὸς σοφιστοῦ, λόγων οὗτος ἐρᾷ, ὅστις δὲ ἐρᾷ λόγων, σεμνύνει δήπου τοῦτο, περὶ ὃ τοῦτο πέπονθε, καὶ δὴ καὶ ἤδη τ᾽ ἂν αὐτοῦ πάντας ἀνθρώπους ἐποίησεν ἐραστάς. Τὸν οὖν αὔξοντα τοὺς λόγους ἡμῖν, πῶς οὐκ εὐεργέτην τε νομιστέον, καὶ πᾶν, ὅ, τι ἂν κελεύῃ ποιητέον; Ἐγὼ μὲν οὖν, γράψαι γὰρ ἐκέλευεν, ἔγραψα, ποιήσας ἂν τι καὶ τῶν κίνδυνον ἐχόντων, εἴ τι καὶ τοιοῦτον ἐκέλευε. Δεῖ δέ σε καὶ τὴν αὐτὴν ἔχειν γνώμην, καὶ πᾶν ἡδὺ νομίζειν, ὅτῳ τὸν ἐραστὴν εὐφρανεῖς. Ταυτὶ δὲ σὺ μὲν ὁ πράξας οὐ γράψεις, ὤν, οἷος εἶ, τὸν τρόπον. ὁ δὲ τιμηθεὶς οὐ σιγήσεται, τιμῶν τὸ δίκαιον πανταχοῦ.

PRISCIONI.

Audiens ego, fortunas, quae ad Sophistae munus pertinent, amplificatas tibi esse, gaudium percepi tum ex iis, quae collata sunt, tum ex his, quae exspectantur. Veri enim videtur simile, ea etiam, quae jam habes, illustriora fore aliquando, cum tempus & labor talia praestare possint. Cum vero nunciaret aliquis, minus tibi cum *Panegyrio* Sophista, quem nobis laudabas, convenire, indolui, advertens, pugnantes & sagittas & tela adhibere debere, talia quidem, qualia Sophistis solent esse recepta. Fama vero ibidem inde ad nos pertulit, ex qua recte te tibi consuluisse ajebam, quando erudiendis juvenibus totum te tradidisti. Sive igitur tu injuria afficis illum, mei sane non meministi, sive te contra injuriam defendis, vel sic mei videris oblitus. Componite igitur hanc litem, & non contendere jucundius tibi sit, quam contendere. *Nicias* autem ingenuus fuerit adjutor.

DCCCLXXV. ΠΡΙΣΚΙΩΝΙ. (1)

Ἀκούσας ἐπιδεδωκέναι σοι τὰ περὶ τὸν θρόνον (2), ἥσθην τοῖς τε ἤδη δεδομένοις, τοῖς τε προσδοκωμένοις. Εἰκὸς γὰρ ἔσεσθαί τι καὶ τῶν παρόντων λαμπρότερον, χρόνου τε καὶ πόνου ταῦτα ἐχόντων ποιεῖν. Ἀγγείλαντος δέ τινος οὐκ ἐν εἰρήνῃ διάγειν σέ τε καὶ ὃν ἐπῄνεις παρ᾽ ἡμῖν Πανηγύριον τὸν σοφιστὴν (3), ἠχθέσθην, ἐνθυμούμενος, ὡς ἀνάγκη, πολεμοῦντας καὶ τόξων ἅπτεσθαι καὶ βελῶν, οἷα δὴ βέλη τῶν σοφιστῶν. Ἐκόμιζε δὲ ἐνταῦθ᾽ (4) ἡμῖν (5) ὁ λόγος ἐκεῖνος, ἐν ᾧ σε καλῶς ἔλεγον βεβουλεῦσθαι τῷ παιδεύειν νέους δεδωκότα σεαυτόν. Εἴ τ᾽ οὖν ἀδικεῖς αὐτὸς (6), οὐ πάνυ μου μέμνησαι, εἴ τε ἀμύνῃ, καὶ οὕτως ἐπιλέλησαί μου. Παύσατε δὴ (7) τὴν νῦν ταραχὴν, καὶ γενέσθω τὸ μὴ πολεμεῖν τοῦ πολεμεῖν (8) ἥδιον. Νικίας δὲ ὁ γενναῖος ἔστω (9) βοηθός.

SAPORI.

Divinissimi Imperatoris facta tecum conciliatio tibi quidem facultates restituit, omnes vero homines non minus, quam te, qui illas recuperasti, delectavit. Praemia vero haec habes clementiae tuae, qua in tanta potestate usus Pater saepe vocatus es, ostendens scilicet, etiam militum Ducem non saevum esse posse. Haec quidem ab Imperatore nunc gesta sunt, mihi vero pridem praevisa, ita quidem, ut amicis dixerim, ea esse futura, quae nunc evenerunt. Vatem scilicet me fecit Imperatoris ingenium, ad poenam sumendam tardi, ad gratiam vero faciendam promti, querelas porro clementia diluentis, & tristibus medentis. Quod vero quereris, nullam de his orationem meam ad

DCCCLXXVI. ΣΑΠΩΡΗι. (1)

Αἱ τοῦ θειοτάτου Βασιλέως πρὸς σὲ καταλλαγαὶ σοὶ μὲν ἀποδεδώκασι τὴν οὐσίαν (2), ἅπαντας δὲ ἀνθρώπους εὔφρηναν, οὐχ ἧττον ἢ τὸν ἀπειληφότα τὴν οὐσίαν. Ἀμοιβαὶ δὲ αὐταί σοι τῆς χρηστότητος, ᾗ χρώμενος ἐν τηλικαύτῃ δυνάμει πατὴρ ἐκλήθης πολλάκις, δείξας, ὡς ἔστι καὶ στρατιωτῶν ἡγούμενον μὴ (3) χαλεπὸν εἶναι. Ταυτὶ δὲ τὰ παρὰ (4) τοῦ Βασιλέως πέπρακται μὲν νῦν, ἑωρᾶτο δέ μοι πάλαι, καὶ πρὸς τοὺς ἑταίρους (5) ἔλεγον (6), ὡς, ἃ γέγονε, γενήσεται. μάντιν (7) δὲ ἐποίει με τοῦ Βασιλέως ὁ τρόπος, ὁ βραδὺς μὲν εἰς δίκην, (8) ταχὺς δὲ εἰς χάριν, καὶ μέμψεις φιλανθρωπίᾳ λύων, καὶ λύπας ἰώμενος. Ὃ δὲ (9) ἐγκαλεῖς, τὸ μηδὲ λόγον ὑπὲρ τῶν

EP. DCCCLXXV. (1) Vide *Centuriam* meam ep. XCIV. ex *Barocc.* 9. (2) Per θρόνον intelligitur munus professorium, quod Sophistis, addito stipendio, demandari solebat. Vide *Cresollium* in Theatro Rhetorum IV. I. (3) Huic inscripta est epistola proxime superior. *Barocc.* πανηγύριον. (4) Sic scribo cum *Medic.* B. pro ἐνταῦθ᾽ quod habent *Barocc.* & *Golian.* (5) ὑμῖν, *Golian.* & *Medic.* (6) αὐτοῦ, *Medic.* Forte legendum αὐτὸν, nempe *Panegyrium.* (7) παύσασθαι δήπου. (8) τοῦ πολεμεῖν omittit *Medic.* (9) ἔσται, *Medic.*

EP. DCCCLXXVI. (1) Cave, putes, Saporem, Persarum ea aetate Regem, hic intelligi. Belli quidam dux fuit, quicunque demum fuerit. Ideo στρατιωτῶν ἡγούμενος vocatur. In calce epistolae adventus ejusdem speratur. (2) ἅπαντας ——— ——— τὴν οὐσίαν desunt in *Mutin.* A. reliqui vero omnes, *Voss. Reg. max. Barocc.* 9. & *Ambros.* T. 5. agnoscunt. (3) μὴ abest a *Mutinensi.* (4) περὶ *Barocc.* (5) ἑταίρους *Barocc.* & *Ambros.* nostrum est in ceteris. & *Goliano* quoque. (6) προέλεγον, *Medic.* & *Reg. max.* (7) μάντιν, *Mutin.* (8) Sic *Jac.* I. 19. βραδὺς εἰς ὀργὴν, cui ibidem opponitur ταχύς. (9) Sic *Barocc.* & *Ambros.* ὃ δὲ, *Reg. max.*

(10) Re-

τῶν τοιούτων ἐλθεῖν αὐτῷ (10) παρ' ἡμῶν, ἦ, εἰ μὴ λόγον, ἐπιστολὴν, μεῖζον ἦν, ἢ κατὰ τὰ δοθέντα μοι παρ' αὐτοῦ. καὶ τὸ δόξαι εἶναι θρασὺς δεδιὼς ἐκωλυόμην ἢ τοῦτο ποιεῖν, ἢ ἐκεῖνο. τουτὶ δὲ κἀπὶ τῶν ἐμαυτοῦ πραγμάτων (11) ἐφυλαξάμην, πρὸς ἃ καὶ αὐτὰ κατηγοροῦντα (12) μοι ταυτὸν ἂν ἀπεκρινάμην. Καὶ μὴν τόγε σοι πέμψαι παραμυθίαν ἐν γράμμασιν (13) εἶχεν ἂν τὸν ἐπιτιμῶντα, καὶ πλέον δ' ἂν οἱ κακοήθεις ἐποίουν. ὑφ' ὧν ἐγὼ πολλὰ πολλαχοῦ παθὼν οἶδα ὅσον ἐστὶ κακὸν ἄνθρωπος κακοήθης, καὶ ὡς ἀπὸ συλλαβῆς ὅγε τοιοῦτος ῥᾳδίως ἀνάψειεν ἂν (14) πυράν. Ἀμφοτέρων οὖν κηδόμενος, καὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ, κάλλιον ἡγησάμην τὴν σιγὴν, ὑπούσης τινὸς καὶ (15) τοιαύτης ἐλπίδος σεαυτῷ διαλέξεσθαι, καὶ τῆς λύπης ἀφαιρήσειν τοῖς παρὰ τῆς σῆς φρονήσεως φαρμάκοις. δι' ἧς, τὰς ἐν τοῖς ὅπλοις νίκας ἀνῃρημένος (16) προσετίθεις ἕτερον ἀγαθὸν οὐκ ἔλαττον, τὴν πρὸς τοὺς σωσθέντας (17) πρᾳότητα. Οἶμαι μὲν οὖν σοι ταῦτα ἀρέσκειν (18) εἰ δ' ἡδέως ἂν καὶ μακροτέρων ἀκούσαις, πρὸς ἥκοντά σε (19) τοῦτ' ἔσται.

ad illum venisse, vel, si non orationem, epistolam saltem, id quidem majus erat, quam ut per ea, quae ille mihi dedit, fieri posset. Itaque veritus, ne viderer audacior, vel hoc vel illud facere prohibebar. Idem vero in meismet rebus observavi, quibus, si dicam mihi scripsissent, idem obvertissem. Per literas porro solatium tibi adhibere reprehensione non caruisset, imo maligni aliquid amplius fecissent. Ab hoc hominum genere multa ego frequenter perpessus novi, quantum malum homo sit malignus, & quam facile homo ejusmodi vel ex syllaba rogum accenderit. Rationem igitur utriusque, tum mei tum tui, habens ego, silentium praestare putavi, inprimis, cum spes mihi esset, fore, ut te ipse adloquerer, moeroremque medicamentis, a tua prudentia repetitis, levarem. Per eam enim victoriis, per arma reportatis, praeclarum aliud idque non minus, clementiam scilicet in servatos, addidisti. Haec igitur placitura tibi esse confido. Si vero plura audire aveas, audies ea, ubi adveneris.

DCCCLXXVII. ΕΥΣΕΒΙΩ.

Καλῶς Ὀλύμπιον (1) μὲν ἐθρήνησας, ἐμὲ δὲ ἐπῄνεσας. παντὸς γὰρ λόγου μακροῦ μεῖζον εἰς ἐγκώμιον, τὸ δεῖσαι, μὴ παραφρονήσαιμι τῇ λύπῃ γενοίμην. Ἔδει μέντοιγε τὸν τοῦτον μὲν ἔχοντα τὸν φόβον, φόβον δὲ ἐμὸν μέγαν ἔργῳ μεγάλῳ λελυκότα, μὴ καὶ λύπης αἴτιον εἶναί τινος, ἣν ἤνεγκέ μοι τὸ μὴ δυνηθῆναι βοηθῆσαι γυναικὶ δυστυχεῖ. καίτοι λέλυται μὲν ἡ δίκη τῇ Βασιλέως χειρὶ, παρ' ἡμῖν δ' ἂν εἰκότως ὄντα τὰ γράμματα οὐκ ἔστιν. ὁ δὲ κεκωλυκὼς ὁ φίλος ἡμῖν Εὐσέβιος, λαβών τι καὶ κατέχων. καὶ περὶ ἑτέρων μὲν ἐπιστέλλων, τοῦτο δὲ παραλείπων. Δίκη ταῦτα, ὡς ἔοικε καὶ λόγων καὶ ἔργων, τῶν ὑπὲρ Θεοφίλου μοι κατὰ σοῦ γεγενημένων. Ἀκήκοα γάρ τι καὶ τοιοῦτον. ἐμήνυε δὲ αὐτὸς ὁ συκοφάντης. Ἐγὼ δὲ οὐκ εἴ τις ἔπλασέ τι τοιοῦτο, θαυμάζω, ἀλλ' ὅτι μὴ λίθους ἐπὶ τὸν εἰπόντα ἦρπασας (2).

EUSEBIO.

Recte quidem *Olympium* luxisti, me vero laudasti. Omni enim etiam longo sermone ad laudem majus est, vereri, ne ex moerore in amentiam inciderem. Te interim, hoc tanto metu oppressum, magnumque mihi metum magno opere excutientem, prohibere decebat, ne ipse mihi tristitiae esses auctor, quam quidem ex eo sensi, quod feminae infelicissimae opem ferre non potueris. Interim poena illa Imperatoris manu diluta est, rescriptum vero, quod ad nos venire debebat, adhuc desideratur. Id vero *Eusebius*, amicus noster, prohibuit, nactus quidem illud, sed apud se detinens, & de aliis quidem rebus scribens, illud vero omittens. Poenam hanc, ut videtur, habeo ex verbis & factis, quae pro *Theophilo* a me profecta sunt. Ejusmodi enim aliquid audivi: & ipse quoque calumniator id narravit. Ego vero non miror, esse, qui tale quid finxerit, te vero miror, qui in fingentem lapides non conjeceris.

DCCCLXXVIII. ΤΑΤΙΑΝΩ. (1)

Ὑπὲρ ὧν νῦν γράφω, πάλαι μὲν ἴσως ἐχρῆν. ὄκνος δέ τις διεκώλυε. τοῦ πράγματος δὲ κατεπείγοντος οὐκέτ' ἔξεστιν, εἰ καὶ λίαν ἐθέλοιμι μὴ λέγειν. Καὶ γὰρ ἂν καὶ χαλεπήναις ὕστερον ἀκούσας (2), ὅτι μὴ πρότερον ἤκουσας. Τί οὖν αἰτῶ, καὶ τί βούλομαι λαβεῖν παρ' ἀνδρὸς ἡδομένου τῷ καλῶς διδόναι χάριτας;

TATIANO.

De quibus nunc scribo, de iis scribere me pridem oportebat: pudor vero quidam prohibuit. Cum autem res ipsa nunc urgeat, non licet, etiamsi maxime vellem, tacere amplius. Succenseres enim utique haec postliminio audiens, quod non citius audiveris. Quid igitur tandem peto, quidque ab eo consequi cupio, qui collatis in alios beneficiis delectatur? Filius mihi

(10) Regem intellige. (11) τῶν ἐμῶν γραμμάτων, *Golian.* (12) Scholiastes *Golianus* ad haec ita: ἐνταῦθα ὁ σοφιστὴς προσωποποιεῖ, λέγων τὰ πράγματα κατηγοροῦντα. (13) γράμμασι *Barocc.* (14) Sic *Barocc.* reliqui fere omnes ἂν omittunt. (15) Alii καί τινος. (16) ἀφαιρούμενος, *Mutin.* A. (17) πρὸς τὸ σεσωσμένον, *Reg. max.* & *Medic.* (18) ἀρκεῖν, *Medic.* non inepte. (19) προσιόντα, *Reg. max.* & *Mutin.* A.

EP. DCCCLXXVII. Vide supra ep. 872. (2) Confer phrasin *Joh.* VIII. 7.

EP. DCCCLXXVIII. (1) Δατιανῷ, *Medic.* B. (2) ἀκούσας, *Medic.*

(3) Uxore

mihi ex optima uxore natus est, & tali quidem, cujus mores me adducebant, ut parvi putarem magnas Patrum, filiabus instructorum, divitias. Cum vero filium natum Rhetorem aliquando esse vellem, postquam dicendi artem acceperat, publicis cum causarum patronis adscribi curavi. Jam quidem non multum auri collegit, lingua vero multas sibi laudes comparavit, facientibus hoc etiam iis, qui contra ipsum pugnaverant. Rem omnem compertam habens is, qui a Jove ipso nactus est imperium, eam nobis opem tulit, quae indoli ejus convenit. Omnibus itaque impedimentis superatis permisit, ut exiguae meae facultates ad illum transirent: itaque transierunt. Pro hoc igitur honore precor, ut Imperator prospera semper fortuna utatur. Cum vero nunc amicorum quidam illum Senatui admovendum statuerent, alii vero in praesente vitae conditione perseverare mallent, atque hi posteriores rectius sentire viderentur, patrocinandi artem constanter tenuit. Timens interim sibi a navibus, victu, mari, &c, quae cum Senatorio ordine conjuncta esse solent, verberibus, quae nec literarum causa unquam sustinuit, unum sibi superesse videt refugium, zonam & magistratus officium. Lacrymans igitur petit a me, ut mittere tibi audeam epistolam, id quidem effecturam. Quicquid vero sibi detur, id omne libenter ait accepturum, cum nihil non eandem sibi securitatem sit praestiturum. Idem vero etiam de tempore statuit, etiamsi vel mensis fuerit. Id enim multis jam exemplis constat. Libera itaque, vir eximie, ab hoc metu & juvenem illum & senem. Quod si enim me etiam defuncto molesta haec illi obvenerint, Sapientes sane ajunt, etiam sub terra tum gaudii tum moeroris esse sensum.

ὅς; Παῖς ἐκ γυναικὸς ἀγαθῆς (3) ἐγένετό μοι, καὶ τοιαύτης, ὡς τὸν ἐκείνης τρόπον μικρὸν ποιῆσαί με πλοῦτον πλούτους μεγάλους πατέρων, θυγατέρας ἐχόντων (4). Γενόμενον δὲ τὸν παῖδα ῥήτορα γενέσθαι βουλόμενος, ἐπειδὴ τὸ δύνασθαι λέγειν εἶχεν, εἰς τοὺς συνδίκους (5) ἐνέγραψα, καὶ χρυσὸν μὲν οὐ συνέλεξε πολὺν, ἡ γλῶττα δὲ αὐτῷ πολλοὺς ἐπαίνους ἠνέγκατο, καὶ τῶν πρὸς αὐτὸν μεμαχημένων αὐτὸ τοῦτο ποιούντων. Γνοὺς δὲ ἅπαν τὸ πρᾶγμα τοῦτο, ὁ παρὰ τοῦ Διὸς αὐτοῦ τὴν βασιλείαν λαβὼν (6), βοηθεῖ βοήθειαν ἡμῖν πρέπουσαν τῇ αὐτοῦ φύσει. Καὶ κρείττων τοῦ κωλύοντος γενόμενος ἔδωκεν εἰς αὐτὸν διαβῆναι τὰ ὄντα μοι τὰ μικρὰ, καὶ διέβη. Ἀντὶ μὲν οὖν ταύτης τῆς τιμῆς ἀεὶ τῆς βελτίονος τύχης ἀπολαύοι Βασιλεύς. Τῶν φίλων δὲ ἡμῖν τῶν μὲν αὐτὸν ἐπὶ τὴν βουλὴν ἀγόντων, τῶν δὲ, ἐν ᾧπερ ἦν, τηρούντων, καὶ δοκούντων ἄμεινον φρονεῖν τῶν δευτέρων, εἴχετο μὲν τοῦ λέγειν, δείσας δὲ τάτε πλοῖα καὶ τὸν σῖτον, καὶ τὴν θάλατταν, τάς τε ἐν τῷ βουλεύειν πληγὰς, ὃ μηδ᾽ ὑπὲρ λόγων ἐπεπόνθει πώποτε, μίαν εὑρίσκει καταφυγὴν, ζώνην τε καὶ τὸ ἄρξαι. Καὶ δακρύων ἅμα δεῖταί μου θαῤῥῆσαι πέμψαι πρὸς σε τὴν τοῦτο ποιήσουσαν ἐπιστολήν. Πάντως δὲ αὐτὸν ἀγαπήσειν ἅπαν τὸ διδόμενον. Ἅπαν γὰρ ἕξειν τὴν αὐτὴν ἀσφάλειαν. Ὥσπερ αὖ (7) καὶ χρόνον ἅπαντα κἂν μὴν οὗτος ᾖ. Ταυτὶ γὰρ ἔστιν ὁρᾷν ἐν πολλοῖς παραδείγμασι. Λῦσον δὴ τὸν φόβον, ὦ γενναῖε, καὶ τῷ νέῳ, καὶ τῷ γέροντι. Καὶ γὰρ εἰ τεθνεῶτος ἤδη μου ταῦτα (8) συμβήσεται τὰ δεινὰ, λόγος ἀνδρῶν σοφῶν εἶναι καὶ ὑπὸ γῆς τότε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι.

ABURGIO.

Per has quoque literas ea, quae per superiores illas, petimus. Petebamus autem benevolentiam tuam & opem, tum vero, ut ipse literas supplices traderes, iisque legendis interesses, additaque commendatione tua ratas esse juberes. Multum vero in ejusmodi viris vel nutus efficit. Tu interim velim cogites, te auxilium nobis denegare vel ex eo non posse, quod tale jam ante praestitisti. Qui enim *Eusebio*, filio meo, succurrit, quomodo non succurreret *Arrhabio*, qui & ipse mihi, & magis quam ille, filii loco habeatur. Quod enim ad literas spectat, eas hic quoque habet; quod vero ad cognationem, ea alteri deest.

DCCCLXXIX. ΑΒΟΥΡΓΙΩι.

Καὶ διὰ ταύτης τῆς ἐπιστολῆς, ἃ διὰ τῆς προτέρας αἰτοῦμεν. Ἠτοῦμεν δὲ δι᾽ ἐκείνης εὔνοιάν τε, τὴν παρὰ σοῦ, καὶ βοήθειαν, καὶ τὸ δοῦναί τέ σε τὰ γράμματα, παρεῖναί τε τοῖς ἀναγινωσκομένοις, καὶ ποιεῖν ἰσχυρὰ τοῖς παρὰ σοῦ ῥήμασι. Μέγα δ᾽ ἂν ἐν τοῖς τοιούτοις ἐνέγκαι τι καὶ νεῦμα. Ἐνθυμοῦ δὲ, ὅτι σοι φυγεῖν οὐκ ἔστι τήνδε τὴν βοήθειαν, διὰ τὴν ἀπὸ τῆς προτέρας ἀνάγκην. Ὁ γὰρ ἐμῷ παιδὶ βεβοηθηκὼς Εὐσεβίῳ, πῶς οὐκ ἂν καὶ Ἀῤῥαβίῳ, παιδί γε ὄντι καὶ αὐτῷ, καὶ μᾶλλόν γε ἢ κείνῳ. Τὸ μὲν γὰρ τῶν λόγων καὶ παρὰ τῷδε. τὸ δὲ καὶ δι᾽ αἵματος, οὐ παρ᾽ ἐκείνῳ.

P A U L O.

Quae scripsisti, ea ad probe gnaros scripsisti. Nobis enim curae erat, nosse tua, nec quicquam eorum, quae nunciabantur, ignoravimus, cum mul-

DCCCLXXX. ΠΑΥΛΩι.

Πρὸς εἰδότας ἔγραψας, ἃ ἔγραψας. Ἡμῖν τε γὰρ ἦν ἐπιμελὲς εἰδέναι τὰ σὰ, τῶν τε ἀπαγγελθέντων οὐδὲν

(3) Uxore quidem non legitima: a conjugio enim abstinuit *Libanius*. Vide *Eunapium* in vita nostri, & ipsum in Vita sua p. 6. ubi etiam p. 82. concubinae illius mortem deflet, & filii ex ea suscepti meminit. (4) Confer ipsum in Vita sua p. 6. (5) Vide *Valesium* ad Harpocrationis Lexicon Rhetoricum. (6) *Valentem* Imperatorem intelligit, a quo id impetravit, ut filii naturales Parentum bonis non exciderent. Vide *Gothofredum* ad Codicem Theodosianum Tom. I. p. 353. Id ipse paulo post innuit. Conf. *Vitam* nostri p. 48. (7) Sic *Reg. max.* ἂν, *Medic.* (8) ταυτὶ, *Medic.*

ὑδὲν ἠπορήσαμεν, πολλῶν ὄντων τῶν τὰ τηλικαῦτα εἰδότων. Μεγάλα γὰρ δὴ τὰ σὰ, καὶ οὐκ ἂν ἠγνοεῖτο. Συγχαίρω δέ σοι κρείττον τοῦ καιροῦ γεγενημένῳ. Περὶ μὲν γὰρ ἡμᾶς πολὺ τὸ πετόμενον, σοὶ δ᾽ οἱ γευσάμενοί σου μένοντες καὶ μένουσι, καὶ μήποτε πεισθεῖεν εἶναι τὰ χείρω βελτίονα. Τῷ κάλλει δέ με τῆς ἐπιστολῆς εὐφράνας, καὶ τῷ ποιῆσαί μοι τὸν υἱὸν ὁμώνυμον, ἐλύπησας τῇ συκοφαντίᾳ, μνημονεύσας ὀργῆς οὐκ οὔσης. Οὔτε γὰρ δὴ σὺ περὶ ἡμᾶς ἐγένου κακὸς, ἡμεῖς τε οὐκ ἂν πρὸς ἀγαθὸν ὀργιζόμεθα. Τὸ δὲ μήτ᾽ ἐμὲ πρὸς σὲ πολλοῦ χρόνου γράψαι, μήτ᾽ αὖ σε πρὸς ἐμὲ ταῖς ἀσχολίαις κεκωλυμένον ἐστίν.

multi essent, qui tantas res cognitas haberent. Praeclara enim sunt tua omnia, quae proinde ignorari non possint. Gratulor vero tibi, qui praesentis temporis difficultates superaveris. Apud nos quidem saepe hinc inde volitatur; qui vero te experti sunt, perpetuo tui erunt, & manebunt, nec unquam persuaderi sibi patientur, ut melioribus deteriora praeferant. Ceterum, qui epistolae tuae elegantia, tum vero etiam, quod filium tuum mihi cognominem esse voluisti, me exhilarasti, tristitia me deceptus ipse affecisti, facta irae, quae nulla est, mentione. Neque enim tu improbus adversus nos fuisti, neque nos viro bono irasci unquam possimus. Quod vero nec ego per longum tempus ad te, tu vero ad me vicissim non scripseris, id quidem utriusque negotiis ferendum est acceptum.

DCCCLXXXI. ΣΩΠΟΛΙΔΙ. (1)

Εὐδαίμονα χρὴ καὶ νομίζειν, καὶ καλεῖν τὸν τοιαύτης μὲν ἑορτῆς μετεσχηκότα, καὶ τεθεαμένον Θεὸν, τὸν αὐτοῦ νεὼν (2), τὸν ἐν ἄστει κομιζόμενον (3), μετὰ τὴν ἔξω τείχους διατριβὴν, τὴν κατὰ νόμους. Πῶς γὰρ οὐκ εὐδαίμων ἦν, ὁρῶν αὐτόν τε τὸν Θεὸν, καὶ οἷς ἐτιμᾶτο (4); Εὐδαίμων δὲ πάλιν διὰ πολλῶν τόπων ἐν ὀλίγαις ἡμέραις δραμὼν, καὶ λέγειν ἔχων: εἶδον Ἄρειον πάγον (5), εἶδον ἀκρόπολιν, εἶδον τὰς μετὰ πολλὴν ὀργὴν διηλλαγμένας Θεὰς (6), ἤδη τῶν αἰτιῶν ἀφειμένον τοῦ τῷ πατρὶ βεβοηθηκότος (7). Εἶδον καὶ τὴν δι᾽ ἀγῶνος κληρωσαμένην τὴν πόλιν, τὴν Ἐρεχθέως (8) τροφόν. Ἐκεῖνον μὲν οὖν, ὧν τεθέαται, μακαρίζω, σὲ δὲ οὐ μόνον τοῦ καὶ τούτων καὶ πολλῶν ἑτέρων ἀπολαύειν καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ τοῦ κάλλους τῆς ἐπιστολῆς, ἥν μοι δοκεῖς οὐκ ἄνευ τοῦ Διονύσου (9) γράψαι. Πρὸς τοσοῦτον ἥκει χαρίτων. Ἠρόμην δὲ τὸν δόντα μοι τὴν ἐπιστολὴν περὶ τῶν τοῦ παιδὸς πηγῶν, καὶ μεγάλα ἀκούσας οὐκ ἠπίστησα. οὐδὲ γὰρ τοῖς ποιηταῖς θαυμάζουσι Νεοπτόλεμον (10). Τὸν γὰρ ἐκ τοιούτων ἔδει δήπου καὶ τοιοῦτον εἶναι, καὶ ταράττειν δύνασθαι φάλαγγας (11). Ὥσπερ αὖ καὶ ὁ πατὴρ, οἶμαι δὲ καὶ ὁ πάππος. Φιλείτω τοίνυν με καὶ ὁ καλὸς Ἀψίνης (12). Δίκαια γὰρ ἂν ποιοίη γέροντα φιλῶν καὶ συνευχόμενον αὐτῷ.

SOPOLIDI.

Felicem & habere & appellare eum oportet, qui tanti festi particeps fuerit, spectaritque Deum, ejusque templum, eumque in urbe circumlatum, post moram extra muros secundum leges factam. Nonne enim felix erat, qui ipsum Deum, & solemnem ejus cultum videret? felix vero etiam, qui locos multos paucis diebus obire & dicere posset: Areopagum vidi, arcem vidi, vidi deas post gravem iram conciliatas, eo, qui Patri opem tulerat, a crimine omni liberato. Vidi, quae urbem bello ceperat, Erichthonii nutricem. Illum itaque ex iis, quae vidit, beatum praedico, te vero non solum ex eo, quod & haec & alia multa quotidie audias, sed & ex elegantissima illa epistola, quam mihi non sine Bacchi numine scripsisse videris. Tantas scilicet veneres illa habet. Interrogabam vero eum, qui literas mihi reddebat, de filii tui fontibus, & praeclara audiens fidem non negavi: nec enim Poëtis negarem Neoptolemum admirantibus. Qui enim ex talibus natus est, eum sane talem etiam esse oportet, ut vel phalangas discutere posset: quod quidem & pater, imo, ut puto, etiam avus fecerunt. Itaque & elegans *Apsines* me amet. Id enim, quod fas est, fecerit, si & senem & bona ipsi precantem amaverit.

DCCCLXXXII. ΣΙΒΟΥΡΙΩ.

Οὕτως ἥσθην σοῦ τοῖς γράμμασιν, ὥστε δοῦς αὐτὰ τῶν νεανίσκων τισὶν, ἐκέλευσα διὰ πάσης φέροντας τῆς πό-

SIBURIO.

Literis tuis ita laetatus sum, ut eas juvenum nonnullis tradens per totam urbem circumferri, atque illis, quibus oportebat, ostendi jusserim.

EP. DCCCLXXXI. (1) Ita *Voss. Vatic.* A. & *Ambros.* T. 5. At *Medic.* B. Πόλιδι, ἢ Σωπόλιδι, *Barocc.* 9. Σωπόλιδι. In *Reg. max.* prima nominis litera pro more omissa est. Σωπόλιδος nomen rectum esse patet ex *Eunapio* in Vita *Sopolidis* p. 128. quem is ut egregium Rhetorem laudat, & in calce filium ei ait fuisse, ὃς ἐπιβεβηκὼς τῶν θρόνων φαίνεται. Non dubito itaque epistolam hanc ad eundem illum Sopolidem scriptam esse, ejusque filium in calce indicari, tunc Athenis reversum. (2) Sic scripsi pro τὸν αὐτοῦ υἱὸν, quod est in *Barocc.* & *Reg. max.* & τὸν αὐτοῦ Θεὸν, quod est in *Medic.* B. In utroque sensum commodum desidero, qui ex nostra emendatione satis patet. Ita memini, *Lucianum* alicubi dicere: Ἀπόλλωνος καὶ ὁ νεὼς αὐτοῦ ἀπαιωρεῖται ἰδεῖν ἐστι. (3) Circumferri scilicet Deorum simulacra in aediculis quibusdam publice solebant apud paganos. Vide, quae scripsi in *Curis* ad *Act.* XIX. 24. (4) ἐτιμᾶτο, *Medic.* male. (5) Ex his & sequentibus sermonem esse de Athenis patet. De illis vero vel obiter hic commentari longius foret. (6) i. e. *Eumenides*, alias σεμναὶ θεαὶ dictae. Illis templum apud Athenienses struxisse auctor est *Laërtius* I. 112. Vide ibi *Menagium* p. 64. a. *Meursium* de Areopago cap. 2. & in Attic. Lection. IV. 1. (7) Oresten vult, de quo videndus *Pausanias* Arcadic. p. 265. (8) i. e. Minervam. Vide *Apollodori* Biblioth. lib. III. c. 13. §. 6. (9) Codd. omnes Διονυσίου, male. Constat proverbium: οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, nihil ad Bacchum, item ἀπροσδιόνυσα. Vide *Erasmum* p. 34 & 36. (10) Neoptolemus, Achillis filius, prima belli tirocinia apud Trojam ponens. (11) καὶ —— φάλαγγας deest in *Barocc.* (12). Apsinem hunc illum esse crediderim, cujus meminit *Eunapius* in vita Juliani p. 96. sqq.

EP.

serim. Idque ideo, ut & tu ex pretio, quod literis statuis, laudareris, ego vero aemulatione dignus viderer, a tanto quippe viro honoratus. Multi itaque, lectione ejus invitati, ad me confluxerunt. In majore igitur existimatione futurus eram, si superiori tempore omni ita actum fuisset. Jam vero necesse est, ut plures ejusmodi epistolae veniant. Primae quidem nunc venerunt, vellem vero, ut illae non sint solae. Hoc vero tu potes efficere, qui id recte omnino feceris, cum & amicitiae tuae me feceris participem, fratremque tuum idem scias fecisse, qui conditionem meam emendare conatus sit, neque tamen aegre tulerit me illud aversantem. De prolixa itaque & ejus & tua in me voluntate gloriatus ego precor, ut ille quidem, ubi est, feliciter res gerat, tu vero & vitam longissime producas, & huc venias. Nos enim ad docendum promtiores reddes, quos conspectu tuo laetiores efficies, Patrem scilicet illis, qui meae disciplinae alumni sunt, in me ostensurus.

πόλεως διοικῶν, οἷς ἄξιον. ὅπως τε σὺ ἐπαινοῖς τιμῶν τὸ χρῆμα τῶν λόγων, ἐγώ τε ζηλωτὸς εἴην ὑπὸ τοιούτου τιμώμενος. Καὶ συνερρύησαν δὴ πολλοὶ παρ' ἐμὲ, τῆς ἀναγνώσεως τοῦτο πεποιηκυίας. Ἦν ἂν οὖν ζηλωτότερος, εἰ παντὸς τοῦτο ἦν τοῦ παρελθόντος χρόνου. Νῦν δ' ἂν χρῆν ἐπὶ πολλοῖς ἥκειν γράμματα. Πρῶτα ἀφῖκται, βουλοίμην δ' ἂν αὐτὰ μὴ καὶ μόνα. Τούτου δὲ σὺ κύριος, ὃς εἰκότως ἂν αὐτὸ ποιοίης, τῆς τε φιλίας μοι τῆς σεαυτοῦ μεταδοὺς, καὶ τὸν ἀδελφὸν εἰδὼς ταυτὸ πεποιηκότα. τὸν βουληθέντα μὲν μοι καλλίω ποιῆσαι τὴν τάξιν, πρᾴως δὲ ἐνηνοχότα καὶ τὸ διώσασθαί με. Φρονῶν τοίνυν ἐπί τε τῇ κείνου περὶ ἐμὲ γνώμῃ μέγα, καὶ δὴ καὶ τῇ σῇ, τῷ μὲν ἐν λιμῶσιν εὔχομαι τοῖς ἐκεῖ διατρίβειν. σὲ δ' ἡμῖν εἰς μῆκός τε βίου προελθεῖν, καὶ δεῦρο ἐλθεῖν. Ποιήσεις γὰρ ἡμᾶς ταῖς συνουσίαις βελτίους, ὡς ἥδιον ποιήσει φανεὶς, ὁ δείξων τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἐσομένοις ἐν αὐτῷ τὸν πατέρα (1).

HIEROPHANTAE.

Bene sit & illi, qui scripsit, & ei, qui attulit literas tuas. Spero enim omnino, tempora secutura superioribus fore meliora, postquam vox & manus tua tempestatem disjecit. Tempestatem vero nunc appello tristitiam ex multis malis obortam. Nam ea, quae in statuas ausi sunt quidam, calamitatem magnam adferunt; deinde vero auctoritatem eloquentiae nostrae eversam nunc esse, vimque omnem alio translatam, dolore alio nos afficit: praeterea vero morbi alii, aliam corporis partem adfligentes, noctes quidem permolestas, dies autem minus laetos reddunt. Multi porro eorum, qui beneficia a nobis acceperunt, nolunt inter eos numerari, quod animum merito discruciat. Amici etiam mortui sunt, quos potiore, quam fratres, loco habebamus; nec paucis eorum, qui rebus praesunt, quasi mortui videmur; atque hoc ipsum alios auxilii indigos auxilio privat. Sed nec mihi ipsi juvandi facultas in gravibus illis, quae nosti, negotiis superest. Haec igitur omnia, & praeter illa alia, postquam tuam accepi epistolam, puto finem habitura. Quae cum ita sint, aequum fuerit, ut saepe ad me scribas, atque adeo calamitates meae, clade saepe accepta, diminuantur. Si vero literis tuis supplices ad Deos preces junxeris, ampliori nos auxilio mactaveris.

DCCCLXXXIII. ΙΕΡΟΦΑΝΤΗι. (1)

Πολλὰ ἀγαθὰ (2) γένοιτο καὶ τῷ γεγραφότι καὶ τῷ κεκομικότι τὰ γράμματα. Πάνυ γὰρ ἐλπίζω τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον, ἀμείνω τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἔσεσθαι, τῆς σῆς φωνῆς τε καὶ χειρὸς τὸν χειμῶνα (3) λυούσης. χειμῶνα δὲ λέγω νῦν τὴν ἐκ πολλῶν συνειλεγμένην λύπην. Τά τε γὰρ κατὰ τῶν ἀγαλμάτων (4) τετολμημένα πληγὴ (5) μεγάλη, τό τε (6) καταπεπατῆσθαι τῶν ἡμετέρων λόγων τὴν βασιλείαν (7), μεθεστάναι τε ἑτέρωσε τὸ κράτος, πληγὴ καὶ αὐτὸ (8) δευτέρα τις, νοσήματά τε ἄλλο ἐν ἄλλῳ μέρει τοῦ σώματος οἰκοῦντά μοι χαλεπὰς μὲν ἐργάζεται τὰς νύκτας (9), ἀηδεστέρας δὲ τὰς ἡμέρας. πολλοί τε τῶν εὖ παθόντων ὑφ' ἡμῶν οὐ βούλονται τῶν εὖ παθόντων εἶναι, καὶ τοῦτο δ' ἂν δάκνει καρδίαν. Φίλοι τε ἡμῖν ἀδελφῶν τεθνᾶσι κρείττονες, τῶν δ' ἀρχόντων οὐκ ὀλίγοις τεθνηκέναι δοκοῦμεν, ὃ βοηθείας ἀποστερεῖ τοὺς δεομένους βοηθείας. Ἀλλ' οὐδὲ ἡμῖν αὐτοῖς ὑπάρχει βοηθεῖν τὰς μείζους βοηθείας, ἃς οἶσθα. Ταῦτ' οὖν καὶ πρὸς τούτοις ἕτερα λήξειν ἡγοῦμαι, τῆς σῆς ἐλθούσης ἡμῖν ἐπιστολῆς. Καὶ κατὰ τοῦτ' οὖν εἰκότως πολλάκις ἂν (10) ἡμῖν γράφοις, ὅπως ἧττον πολλαὶ γίγνοιντο τῶν χειρόνων. Εἰ δὲ προσθείης τοῖς γράμμασι καὶ τὸ διαλέγεσθαί τι (11) τοῖς Θεοῖς ὑπὲρ ἡμῶν, λαμπροτέραν ἴσθι πεποιημένος τὴν ἐπικουρίαν.

CLE- DCCCLXXXIV.

EP. DCCCLXXXII. (1) Extrema haec sententia obscurior est. Si quid ego video, Libanius *Siburii* expetis praesentiam, qua scilicet futurum sit, ut ipse libentius juvenes doceat, hi vero ex Siburii adversus Libanium benevolentia & studio intelligant, se Libanium instar Patris debere revereri.

EP. DCCCLXXXIII. (1) Vide *Centuriam* meam ep. LXXXI. ex *Barocc.* In *Medic.* A. est ἀντιγραφεύς. De *Hierophantae* nomine alibi in superioribus diximus. (2) κἀγαθὰ, *Medic.* (3) De hujus vocis significatu, qui h. l. obtinet, alibi diximus. (4) Statuae hae vel de simulacris Deorum Gentilium, in quae grassati forsasse tunc sint Christiani; vel, quod malim, de *Theodosii* Imp. Placillaeque imaginibus a populo Antiocheno dejectis accipi possunt. De hac seditione supra alibi. (5) πληγῆ μεγάλη *Reg. max.* male. (6) νῦν αὖ, *Barocc.* (7) Libanius videtur tunc dicendo aliquid non adsecutus, quod effecturum se maxime speraverat. (8) καὶ αὐτὸ in *Barocc.* non exstans, ex *Bodlejano* alio, *Reg. max.* & *Medic.* nunc addidi, efficacia sua non destitutum. (9) *Medic.* hic νύκτας posteriore loco, ἡμέρας vero priore affert, minus quidem convenienter, & repugnantibus codd. ceteris. (10) εἰκότως ἂν πολλάκις. *Medic.* ἂν prorsus omittit *Reg. max.* Secutus ego sum *Barocc.* (11) τι addidi ex *Medic.* & *Reg. max.*

DCCCLXXXIV. ΚΛΗΜΕΝΤΙ.

Γλῶττα ἀγαθὴ περὶ (1) γλώττης ἀγαθῆς (2). Ἀσκληπιὸς περὶ Κλήμεντος ἀπήγγειλεν ἡμῖν, ἐφ' οἷς ἥσθημεν. Ἀπήγγειλε δὲ, ζῆν τέ σε ἐν τοῖς ἔμπροσθεν πόνοις τοῖς καλοῖς. καλοὶ γὰρ δήπουθεν οἱ περὶ φιλοσοφίαν, καὶ ποιεῖν οὐκ ὀλίγους εἰς τὰ σὰ βλέποντας δικαιοτέρους. ποιεῖς δὲ καὶ ἡμῖν τὰ περὶ τοὺς λόγους βελτίω τῷ παρὰ σαυτοῦ λόγῳ, τῷ δίκαιόν τε ἀραμένῳ πόλεμον, καὶ νενικηκότι, ὃν οὐκ (3) ἀναγνόντες τὸ πρῶτον εἶτα κατεθέμεθα δήσαντες. Ἀλλ' ἀεί τε ἡμῖν λέλυται καὶ ἀνέῳκται καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν ἔρχεται. Ἐγὼ δὲ ἐβουλόμην μὲν μηδὲν ἔχειν ἐγκαλεῖν (4). σὺ δὲ ἀναγκάζεις τοῦτο ποιεῖν στὰς ἐπὶ τῶν πρώτων, ὧν ἔπεμψας, πέμψας ἂν εἰκότως πολλοὺς τοὺς ἑκάστοτε (5) λόγους. πολλοὺς γὰρ δήπου καὶ ἐργάζῃ (6), καί σοι συνεχὴς οὗτος ὁ τόκος, κρατούντων ἀεὶ τῶν δευτέρων. Πῶς οὖν ἡμῖν ὁ Ἀριστείδης (7) Ἀσκληπιὸς οὐχὶ καὶ τούτων ἐκόμισε, μέλλων γε δώρων τὰ μέγιστα κομιεῖν; Ἔστι μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς δῶρον, ἡδυεπής (8) τις ὤν, οὐχ ἧττον ἢ ὁ Νέστωρ. μᾶλλον δὲ ἂν ἀμφοτέροις εὔφρανε. Βουλοίμην δ' ἂν αὐτὸν διὰ τῶν ἀγρῶν ἐλθόντα ταῖς φροντίσι τὰ ἀρχῇ προσήκοντα φροντίσαι καὶ περὶ τῶν Σύρων. καί σου γράμματα περὶ αὐτοῦ τούτου (9) πεμπέσθω, πρὸς τὸν ἄριστον Εὐτυχιανὸν, λέγοντά τι καὶ περὶ τῶν ἐμῶν πρός σε περὶ (10) τῆς ἀρχῆς γραμμάτων.

CLEMENTI.

Lingua egregia de lingua egregia. *Asclepius* scilicet de *Clemente* ea nobis renunciavit, quibus sumus laetati. Retulit vero ille, versari te in praeclaris, in quibus olim eras, laboribus; praeclari enim sunt, qui Philosophiae impenduntur; nec paucos, qui tua quidem respiciant, aequiores reddere. Tu vero ea quoque, quae ad literas spectant, meliora nobis, oratione tua reddis, quae justum suscepit bellum vicitque. Eam statim lectam deposuimus & colligavimus. Sed postea frequenter soluta a nobis & aperta, atque per oculos in animum demissa est. Vellem equidem nihil de te queri posse. Tu vero haec facere cogis, in prioribus illis, quas misisti, acquiescens, qui convenientius plures continuo misisses. Plures enim omnino condis, atque eo ipso perpetuo lucraris, cum posteriores semper sint praestantiores. Quare igitur *Asclepius*, *Aristides* ille, non etiam illas attulit, qui dona maxima erat allaturus? Nam & ipse donum est, non minus, quam Nestor, suaviloquus: magis tamen utrisque allatis nos exhilarasset. Velim vero illum curas suas per agros circumferentem ea, quae magistratum decent, etiam quod ad Syros curare. Literae vero tuae de ipso ad praestantissimum quoque *Eutychianum* mittantur, quae meas quoque ad te de illo magistratus negotio literas commemorent.

DCCCLXXXV. ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΩι καὶ ΓΕΜΕΛΛΩι.

Φιλίππῳ τούτῳ δεῖ τῆς παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ὑμετέρου βοηθείας. Πιστεύει γὰρ οὕτως ἂν αὐτῷ ἰσχυρότερα (1) γενέσθαι τὰ δίκαια, καὶ πιστεύει γε καλῶς. Κτησάσθω τοίνυν τὴν βοήθειαν δι' ἡμετέρας (2) ἐπιστολῆς, ὑπὲρ ἧς ἐμοί τε καὶ ὑμῖν εἴσεται χάριν, τοῦ πεῖσαι μὲν ἐμοὶ, τοῦ πεισθῆναι δὲ ὑμῖν (3).

APOLLINARIO & GEMELLO.

Philippo huic fratris vestri auxilio opus est. Ita enim causae suae praesidia firmiora sibi fore existimat, & recte existimat. Per epistolam igitur hanc meam opem illam consequatur, pro qua & mihi & vobis gratiam habebit, mihi quidem, quod persuaserim, vobis vero, quod persuadenti audientes fuistis.

DCCCLXXXVI. ΠΡΟΚΛΩι.

Φιλίππου συγγενὴς οὗτός ἐστι Φίλιππος. Φιλίππου, τοῦ πολλαῖς τε καὶ καλαῖς πράξεσιν ἄνευ ὀργῆς ἐπιτεθεικότος τέλη. Πολλοῖς δὲ οὗτος ὁμιλητικῶς σοφισταῖς,

PROCLO.

Philippi cognatus est hic *Philippus*: *Philippi* inquam, qui multis praeclarisque negotiis sine ira finem imposuit. Hic vero cum multis Sophistis discipuli instar versatus, & a singulis

EP. DCCCLXXXIV. (1) παρὰ *Reg. max.* pro περὶ quod recte est in *Barocc.* 9. & *Medic.* A. firmatum quippe sequente phrasi: περὶ Κλήμεντος. (2) Proverbii speciem habet. (3) οὐκ Codd. omnes habent, quod tamen sensum turbat: itaque rectius omittetur. Libanius id vult, se orationem Clementis, statim lectam, deinceps deposuisse, postea vero frequenter in manus sumsisse, & legisse, ac quasi memoria tenere. (4) καὶ διὰ —— —— ἐγκαλεῖν. Ita *Medic.* & *Benzel.* A. recte utique, quando *Barocc.* & *Reg. max.* pro his post verbum ἀνέῳκται haec tantum habent: καὶ οὐδὲν ἔχειν ἐγκαλεῖν. Ita vero sensus sibi non constat. (5) Sic iterum *Medic.* pro τοῦ ἑκάστου, quod est in ambobus illis. (6) Sic *Reg. max.* at *Medic.* δύνασαι sine καὶ, quod etiam omittit *Barocc.* Videtur tamen τοῦ καὶ opus hic esse, atque sequens καὶ respicere, ut sensus sit, *Clementem* & operam collocare in condendis orationibus, & fructum ex hac opera percipere, cum posteriores orationes prioribus praestent. (7) *Asclepium* cum *Aristide* illo, Rhetore, comparat. (8) *Homerus* Iliad. α. vs. 247.

—— —— τοῖσι δὲ Νέστωρ Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε.

(9) Sic *Reg. max.* & *Medic.* περὶ αὐτῶν *Barocc.* male: de *Asclepio* enim hic sermo est, quem Clemens Eurychiano commendare debebat. (10) περὶ omittit *Medic.*

EP. DCCCLXXXV. (1) Sic ex *Voss.* quando *Reg. max.* ita: οὕτως τὰ ἰσχυρότερα αὐτῷ. (2) ὑμετέρας, *Voss.* (3) *Medic.* C. τοῦ πεῖσαι μὲν ἐμὲ, πεισθῆναι δὲ ὑμᾶς. Male utique. Nam ἐμοὶ & ὑμῖν respiciunt antecedens εἴσεται χάριν.

gulis eorum nactus, quae a singulis nancisci fas erat, postea vero labores, qui cum perorandis causis conjuncti sunt, fugiens muneri cuidam est admotus. Cum vero nec sic ex inopia sit eluctatus, ad vos venit, salvum se per aequitatem tuam fore persuasus. Edoctus itaque, te literis nostris, non pulchris illis quidem, sed, quae tales tibi videantur, delectari, expetiit illas, & expetitas nactus est. Per tuam scilicet amicitiam & facultatem beneficia a me in homines conferuntur.

σταῖς, καὶ παρ' ἑκάστου λαβὼν, ὃ παρ' ἑκάστου λαβεῖν ἔδει, φυγὼν τοὺς ἐν τῷ συνδικεῖν πόνους, ἧκεν ἐπί τινα ζώνην. τὴν πενίαν δὲ οὐδ' οὕτω λύσας ἔρχεται παρ' ὑμᾶς, σωθήσεσθαι τῇ σῇ δικαιοσύνῃ πεπεισμένος. Ἀκούων δὲ ἥδεσθαί σε ταῖς ἡμετέραις ἐπιστολαῖς, ταῖς οὐ καλαῖς μὲν, σοὶ δὲ δοκούσαις, ᾔτησέ τε καὶ αἰτήσας ἔλαβε, καὶ διὰ τὴν σὴν φιλίαν καὶ δύναμιν εὐεργέτης ἀνθρώπων ἐγώ.

DOMITIO.

Duae ad me pro Tyriis epistolae ex Phoenicia, ad alium vero quatuor, sunt allatae. Quidam igitur amicorum injuriam id interpretati sunt, dicentes, duo & quatuor non esse paria. Respondi vero ego, nihil mirum hoc esse, quod non itidem ad me quatuor venerint, mirum potius, quod etiam duae. Frustra enim ad hominem adeo impotentem de ejusmodi negotiis mitti epistolas. Eum vero, qui aliquid potest, non quidem quatuor tantum, sed totidem saepius accipere oportebat.

DCCCLXXXVII. ΔΟΜΙΤΙΩι. (1)

Ὑπὲρ Τυρίων ἐπιστολαὶ πρὸς ἐμὲ μὲν ἦλθον ἀπὸ Φοινίκης δύο. πρὸς ἄλλον δέ τινα τέτταρες. Τῶν οὖν ἑταίρων τινὲς ὕβριν ἐκάλουν τὸ πρᾶγμα λέγοντες οὐκ ἴσον, δύο καὶ τέτταρες. Εἶπον δὴ πρὸς αὐτοὺς, ὅτι μὴ χρὴ θαυμάζειν, εἰ καὶ μὴ πρὸς ἐμὲ τέτταρες, ἀλλὰ μᾶλλον ὅτι καὶ δύο. Πρὸς γὰρ δὴ τὸν οὕτως ἀσθενῆ μάταιον πέμπειν ὑπὲρ τοιούτων ἐπιστολάς, παρ' ᾧ δὲ τὸ δύνασθαι (2), ἔδει μὴ τέτταρας μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις εἰληφέναι τοσαύτας.

HERACLIANO.

Diphilus hic est, *Danai* filius, qui Patrem suum imitatur, juvenes instituens, sicut ille. Patre illum etiam meliorem vocare poteram: sed sufficit, non esse eo pejorem. Praeterea vero, quod Poëtas veteres juvenum animis inculcat, ipse quoque egregius est Poëta, ita ut audientes ipsum ea dicere debeant, quae ad Demodocum aliquis apud *Homerum* dixit. *Diphilus* vero hic ex illis est, qui saepe domum tuam adeunt, sed qui ne semel quidem videre te potuerunt. Distingue itaque ea, quae sunt animi, & quae sunt fortunae, neque dices, virum hunc ignavum fuisse, aut commodorum suorum exstitisse proditorem. Habeat itaque, etiamsi te antea non viderit, ea, quae accepturus erat, si familiariter te usus fuisset. Tu vero *Diphilum* non gratis demereberis, habiturus eum magistratus tui, quem pulcherrimum video, praeconem. Ejusmodi vero magistratibus opus est diserto ore, per quod rerum gestarum memoria reddatur immortalis. Scias vero etiam, te beneficiis in illum collatis Palaestinae quoque, in qua praelectiones habet, gratum facturum, nec minus illis, quibus praefuisti: inter hos enim natus fuit. Hos vero si quis interrogarit, quonam potissimum glorientur, *Danaum* illi & *Diphilum* appellabunt.

DCCCLXXXVIII. ΗΡΑΚΛΕΙΑΝΩι.

Οὗτός ἐστι Δίφιλος ὁ Δαναοῦ, τὸ τοῦ πατρὸς ποιῶν, διδάσκων, ὥσπερ ἐκεῖνος. καὶ ἦν μέν μοι καὶ βελτίω τοῦ πατρὸς αὐτὸν εἰπεῖν. Ἀρκεῖ δὲ μὴ χείρω. Τοὺς παλαιοὺς δὲ ποιητὰς εἰς τὰς τῶν νέων ψυχὰς εἰσάγων, καὶ αὐτός ἐστι ποιητὴς ἀγαθὸς, ὡς παρέχειν πρὸς αὐτὸν τοῖς ἀκούουσι λέγειν, ἃ πρὸς τὸν Δημόδοκον ἔφη τις παρ' Ὁμήρῳ (1). Δίφιλος δὲ τῶν μὲν εἰς τὴν οἰκίαν σου πολλάκις ἐστὶν ἐλθόντων. τῶν δὲ οὐδ' ἅπαξ ἰδεῖν σε δυνηθέντων. Χώριζε τοίνυν τά τε τῆς γνώμης, τά τε τῆς τύχης, καὶ οὐ φήσεις ἐρρᾳθυμηκέναι τὸν ἄνδρα, οὐδὲ τῶν αὐτῷ συμφερόντων γεγενῆσθαι προδότην. Ἐχέτω τοίνυν καὶ οὐκ ἰδών σε πρότερον, ἅπερ ἂν, εἰ καὶ πολλάκις ἦν ὡμιληκώς. Τιμήσεις δὲ Δίφιλον οὐκ ἀμαθῆ, μέλλοντα γε αὐτὸν ἕξειν ᾄδοντα τὴν σὴν ἀρχὴν (2), ἧς δὴ (3) τὸ κάλλος ὁρῶ. ταῖς δὲ τοιαύταις ἀρχαῖς δεῖ δήπου καὶ στομάτων καλῶν, ὑφ' ὧν ἀθάνατος ἡ μνήμη γίνεται τοῖς πράγμασιν. Ἴσθι δὲ ἐν τοῖς περὶ τοῦτον καὶ Παλαιστίνην εὐφρανῶν, ἐν ᾗ ποιεῖται τὰς συνουσίας, κἀκείνους οἷς ἐφέστηκας, ἐν (4) οἷς ἔφυ. ὡς εἴ τις ἔροιτο τίνι μεγίστῳ φιλοτιμοῦνται; Δαναὸν ἐροῦσι καὶ Δίφιλον.

PRO- DCCCLXXXIX.

EP. DCCCLXXXVII. (1) Sic *Vatic.* A. *Voss.* & *Reg. max.* Δομετίῳ, *Vatic.* B. Μενάνδρῳ, *Medic.* E. Fuit *Dometius* quidam *Dracontius* sub *Constantino* M. Magister rei privatae Africae, de quo *Gothofredus* in Prosopographia Codicis Theodosiani p. 358.

EP. DCCCLXXXVIII. (1) Ulysses apud *Homerum* Odyss. θ'. vs. 487.

Δημόδοκ', ἔξοχα δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων·
Ἢ σέ γε Μοῦσ' ἐδίδαξε Διὸς παῖς, ἢ σέ γ' Ἀπόλλων.

(2) τῆς σῆς ἀρχῆς. *Medic.* forte τὰ τ. σ. ἀρχῆς. Nos sequimur *Regium max. Barocc.* & *Galianum.* (3) δὲ *Barocc.*
(4) ἐν idem omittit.

EP.

DCCCLXXXIX. ΠΡΟΚΛΩι. (1)

Ἐπειδὴ τοῖς πατρῴοις ἀξιῶν Ἀργύριος (2) ὁ πολιτευόμενος ἐπὶ ταῖς καλαῖς λειτουργίαις, διά τε θηρίων, καὶ τῶν πρὸς ταῦτα μαχουμένων ἀνθρώπων εὐφραίνει τὴν πόλιν ἡμῖν. Καλὸν δὲ αὐτῷ τοῦτο γενέσθαι παρ' ἡμῶν (3) ὃ καὶ τῷ πατρὶ τῷ τοῦδε, παρὰ τοῦτο δὲ ἐν ᾧπερ νῦν ὁ σὸς κάθηται, καθημένῳ. Τουτὶ δὲ ἦν πόροι καὶ χρήματα τῆς δαπάνης οὐ μικρὸν συνδιαφέρειν τὸν περὶ ταῦτα πόνον, ἐπικουρία τις τοῖς ἔνδοθεν ῥέουσιν ἀπὸ τοῦ προστιθέντος. Ἡδονὴ δὲ οὐ μείζων τοῖς λαμβάνουσιν, ἢ τοῖς διδοῦσιν. Οὕτως ἐν τῷ τὰ τοιαῦτα βοηθεῖν κερδαίνειν ἐνόμιζον. Ἀπαιτοῦμεν δὴ διὰ σοῦ τὸν εὐδαίμονα Τατιανόν, πῶς γὰρ οὐκ εὐδαίμονα, τοιοῦτος μὲν αὐτὸς ὤν, διὰ τοῦδε τοῦ παιδὸς τοιαῦτα δυνατός. ἀπαιτοῦμεν ἂν ἴσα (4), μᾶλλον δὲ καὶ μείζω παρὰ πολὺ κρείττονος. ἐπεὶ καὶ οὐκ ὄντων παραδειγμάτων αὐτὸς ἂν τοῦτον ἡμῖν εἰκότως ἐτίθει τὸν νόμον.

PROCLO.

Argyrius, majores suos imitaturus, quando munere publico in Republica praeclare fungitur, feris hominumque cum illis certaminibus urbem nostram demereri instituit. Fas vero est, ut illi non minus, quam olim Patri ejus, quaedam a nobis conferantur, inprimis cum ille eundem, quem tuus nunc tenet, locum tueatur. Conferebatur vero illi pecunia ad sumtus hos faciendos, quae laborem ad haec necessarium non parum levat, & accessione hac impensas domesticas supplet. Hinc non major accipientibus, quam dantibus, voluptas nascebatur. Adeo illi quidem ex ope ad haec lata lucrari sibi videbantur. Eadem igitur a felicissimo *Tatiano* per te petimus, (quomodo enim felicem non appellem, qui talis sit, ut per filium hunc suum talia praestare possit?) petimus, inquam, similia, vel majora potius a majore. Si enim nec exemplum ullum simile exstaret, ipse utique moris hujus auctor nobis existeret.

DCCCXC. ΦΩΤΙΩι.

Πάλιν σοι χαρίζομαι. μέλλω γὰρ αἰτεῖν τι πάλιν. καὶ σὺ δήπου δώσεις. ἀκριβῶς οἶδα τοῦτο ἐγώ. Φέρει δέ σοι ταῦτα ἡδονὴν ἀμφότερα, διόπερ ἐν εὐχῇ σοι, πολλοὺς εἶναι τοὺς δι' ἐμοῦ σοῦ δεομένους, ὅπως ἂν εἴην πολλὰ εὖ πεπονθὼς ὑπὸ σοῦ. Ἴθι τοίνυν, μιμοῦ τὰ σαυτοῦ, καὶ ῥήμασιν οὐ πολλοῖς. Ἀργυρίῳ τὴν ἐν χερσὶ λειτουργίαν (1) τὴν πάνυ βαρεῖαν ποίει μὴ πάνυ βαρεῖαν. Ὀφείλεις δὲ αὐτῷ χάριτας ἴσως μὲν καὶ ὑπὲρ σοῦ, πάντως δὲ ὑπὲρ ἐμοῦ, τοῦ παρ' αὐτοῦ πάντα δὴ τὸν χρόνον καὶ λόγοις καὶ ἔργοις τετιμημένου.

PHOTIO.

Gratificor tibi iterum: iterum enim a te aliquid petam: tu vero utique dabis: hoc scio certissime. Utrumque vero volupe tibi erit, quia id tibi in votis est, ut multi sint, qui te per me precentur, atque adeo ego multis a te beneficiis adficiar. Age itaque, tuamet imitare, & verbis quidem non multis. Quam *Argyrius* provinciam nunc sustinet admodum gravem, eam effice tolerabiliorem. Debes vero illi gratias, forte quidem etiam tua causa, omnino vero mea, qui omni tempore ab illo & verbis & factis me honoratum sentiam.

DCCCXCI. ΡΙΧΟΜΗΡΕΙ. (1)

Ἐξετάζων ἐγὼ τὰ παρὰ (2) τῶν Θεῶν εἰς ἐμὲ χρηστά, τοῦτο μέγιστον εὑρίσκω, τὴν σὴν Φιλίαν, καὶ τιμῶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἣ τοῦτο ἐδέξατο, ὅτι (3) πρῶτον ἰδόντες ἀλλήλους συνήσθημέν τε ἀλλήλοις, καὶ ἐποιοῦμεν, ἃ οἱ (4) πολύν τε χρόνον ὡμιληκότες, καὶ διὰ μακρᾶς συνηθείας ἥκοντες. Καὶ ἐπειδὴ ἦν ἀνάγκη μένειν μὲν ἐμοί, πορεύεσθαι δέ σοι, μετὰ δακρύων ταῦτα ἐπράττετο. Σοὶ μὲν οὖν ἡ Φήμη μικρὰ περὶ ἡμῶν ἐκόμιζεν, ὡς λέγομέν τε καὶ γράφομεν, νέων τε ἐν

RICHOMERI.

Meditatus ego ea, quae a Diis accepi, beneficia, hoc reputavi maximum, quod amicitia tua frui mihi licet, & illum sane diem veneror, quo primum congressi mutuo fruebamur gaudio, ea facientes, quae faciunt, qui jampridem familiares diuturnam amicitiam coluerunt. Cumque necessitas mihi quidem hic manendi, tibi autem hinc abeundi imponeretur, utrumque fiebat cum lacrymis. Tibi interim fama res levioris momenti de nobis retulit, legere scilicet me, scribere, medium sedere inter adolescentes, ex quibus alii, ut discant, blande aducun-

EP. DCCCLXXXIX. (1) Nomen hoc a recente manu ad oram *Regii max.* scriptum est, quod in *Voss.* & *Vatic.* A. ab eadem vetere manu est exaratum. (2) Fortasse idem est, qui sub Constantio Praeses fuit, quod constat ex Codice Theodosiano, cujus Prosopographiam diligentissimi *Gothofredi* lege p. 351. (3) Malim ὑμῶν. (4) Vult itaque, ut filio sumtus, ludo illi edendo impendendos, ex parte aliqua suppeditet.

EP. DCCCXC. (1) Θηριομαχίαν illam speciatim vult, quam *Argyrius* tunc populo repraesentare instituebat, de qua superior epistola exponit.

EP. DCCCXCI. (1) Vide *Centuriam* meam ep. LXXXII. ex *Barocc.* ubi inscribitur Ῥιχομήρῃ pro Ῥιχομήρει, quod est in *Voss. Reg. max. Vatic.* A. & *Ambros.* Ἰχομήρει in *Medic.* B. omissa prima nominis litera. Ῥιχομήρῳ, Codex Strategi inter *Regios Paris.* Compara, quae scripsimus supra ad ep. 785. ubi & de *Richomere* ipso diximus. Latine quoque haec epistola exstat a *Zambicario* conversa, quae tamen inter editas frustra quaeritur, in exemplo Ambrosiano MS. una cum pluribus aliis tantum obvia. Ibi vero inscribitur *Richomeri.* Epistolae hujus initium Morellus ad p. 68. *Vitae* Libanii in margine adfert. (2) περὶ, *Barocc.* (3) ὅτι, *idem.* (4) Ita codd. plerique. *Reg. max.* & *Medic.* οἷα ἄν.

(5) Quo-

ducuntur, alii vi coguntur. Quae vero de te ad nos perferuntur, illa sunt illustria, magnifica & praeclara, bellicae expeditiones, pugnae, victoriae, atque illud praeterea agentis, ne tyrannus nec servus sit, qui liber est. Ita una cum Rege ad praeclara quaevis contendis, & alia quidem prudentia, alia manu forti consequeris. Atque haec quidem sermonibus partim celebrata sunt, partim celebrantur, partim celebrabuntur inposterum. Qui enim praeclare suas res agunt, illos idem manet praemium, quod consecuti sunt Agamemnonis socii, id scilicet, quod rebus eorum gestis addidit *Homerus*. Nos autem precamur Deos, & vos ipsos, ut salvi ad nos veniatis, nostrumque expleatis desiderium, & Daphnen nostram splendido Regis vultu splendidiorem reddatis. Quamvis enim nos nec Roma simus, nec mater, nec filia, non tamen tanto munere sumus indigni. Civitas enim nostra rebus Augusti prosperis gaudet, & quod Dis similem nondum viderit, dolet.

PATRIARCHAE.

Philippianum illustrem quidem nobis facit dignitas sua, magnum vero etiam morum conditio, cum virtutis sit studiosissimus, magnum denique ille, qui, *Philippianum* dum amat, urbibus vestris egregia commoda afferet. Illustris porro eo quoque nomine est, quod tuam ambit amicitiam, eamque sibi per epistolam meam conciliari cupit. Fruatur itaque his deliciis, & amicis tuis adscribatur, meque adeo iis delectet, quae de futuris inposterum etiam ante, quam fiant, nunciabit. Possum vero & ego grata tibi nunciare de iis, quae de te mihi ab eo dicta sunt, qui *Siburium* patrem egregie repraesentat. Pluribus enim illis, quas in te conferebam, laudibus, majores suas addebat.

EIDEM.

Epistolam hanc non eo animo scripsi, ut amicitia tua potiretur *Euthymius*; ea enim jam fruitur: sed ut ex tua in me benevolentia major evadat. Novi enim, te hoc ipso libenter epistolam meam honoraturum, qui idem adversus alios simili ratione feceris. Vir itaque hic adesse potest iis, qui causae patrono indigent, cum & eloquentia & legibus valeat. Cum vero idem vacuum marsupium circumferat, vehementer optat, ut non amplius circum-

ἐν μέσῳ καθήμεθα, μανθάνειν τι τῶν ἡμετέρων ἢ πειθομένων, ἢ ἀναγκαζομένων (5). Τὰ σὰ δὲ λαμπρά τε καὶ σεμνὰ καὶ μεγάλα, στρατηγίαι τε καὶ μάχαι, καὶ νίκαι, καὶ τὸ μὴ εἶναι τύραννον, μηδὲ δοῦλον, τὸν ἐλεύθερον, θεόντων ἐφ' ἅπαν τῶν καλῶν Βασιλέως τε καὶ σοῦ, καὶ τὰ μὲν σοφίᾳ, τὰ δὲ χερσὶν αἱρούντων. Ταυτὶ μὲν ἐν λόγοις τῶν μὲν τετύχηκε, τῶν δὲ τυγχάνει, τῶν δὲ τεύξεται. Καὶ μισθὸς τοῖς κατωρθωκόσιν οὗτος, ὥσπερ τοῖς μετ' Ἀγαμέμνονος, ἃ τοῖς ἔργοις προσέθηκεν Ὅμηρος (6). Αἰτοῦμεν δὲ παρὰ τῶν Θεῶν τε καὶ ὑμῶν (7), ἐλθεῖν τε ὑμᾶς ὡς ἡμᾶς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῖν ἐμπλῆσαι (8), καὶ καλλίω ποιῆσαι τὴν Δάφνην (9) τῷ τοῦ Βασιλέως κάλλει. Καὶ (10) γὰρ εἰ μὴ Ῥώμη γε ἡμεῖς, μήθ' ἡ μήτηρ, μήθ' ἡ παῖς, ἀλλ' οὐκ ἄξιοί γε (11) τῆς τοιαύτης δωρεᾶς. χαίρουσα πόλις ἐν ταῖς τοῦ κρατοῦντος εὐπραξίαις, καὶ τῷ μήπω τεθεᾶσθαι τὸν θεοειδῆ (12) λυπουμένη.

DCCCXCII. ΠΑΤΡΙΑΡΧΗι. (1)

Μέγαν μὲν ἡμῖν Φιλιππιανὸν καὶ ἡ ζώνη ποιεῖ, μέγαν δὲ καὶ ὁ τρόπος, ἀρετῆς ἐπιθυμῶν, μέγαν δὲ καὶ ὁ δώσων ἀγαθὰ ταῖς ὑμετέραις πόλεσι Φιλιππιανὸν φιλῶν. Γίγνεται δὲ καὶ τούτῳ μέγας τῷ τῆς σῆς ἐρασθῆναι φιλίας, καὶ ταύτην αὐτῷ βουληθῆναι γενέσθαι δι' ἐμῆς ἐπιστολῆς. Ἀπολαυσάτω τοίνυν τῶν παιδικῶν, καὶ γεγράφθω φίλος. καὶ οἷς ἐρεῖ περὶ τῶν ἐσομένων πρὸ τῶν ἔργων εὐφραινέτω. Δύναμαι δέ σε καὶ αὐτὸς εὐφραίνειν τοῖς εἰρημένοις περὶ σοῦ πρὸς ἐμὲ παρὰ τοῦ τὸν πατέρα καλῶς δεικνύντος Σιβούριον. Τοῖς γὰρ ἐπαίνοις, οἷς ἐχρώμεθα κατὰ σοῦ πλείους ἔστησε τοὺς παρ' ἑαυτοῦ.

DCCCXCIII. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Οὐχ ἵνα κλήσηταί σου τὴν φιλίαν ὁ χρηστὸς Εὔθυμος, ἔδωκα τὴν ἐπιστολήν. ἔχει γάρ. ἀλλ' ἵνα γένηται μείζων ἐκείνη διὰ τὴν πρὸς ἐμὲ χάριν. Οἶδα γὰρ, ὡς ἐθελήσεις τούτῳ κοσμῆσαι τὴν ἐπιστολὴν, ὥσπερ αὖ πολλοῖς πρὸς τῇδε δὴ ἴσον. Ὁ μὲν οὖν ἀνὴρ οἷός τε βοηθεῖν τοῖς χρῄζουσι συνδίκου, καὶ λόγοις ἰσχύων καὶ νόμοις, κενὸν δὲ περιφέρων βαλάντιον, βούλοιτ' ἂν αὐτὸ μὴ κενὸν περιφέρειν. Τούτου δὲ μετὰ τὴν τύχην σύ

(5) Quomodo Sophistae suos ad literas diligenter tractandas adegerint edisseruit *Cresollius* in Theatro Rhetorum lib. V. c. 5. Idem lib. IV. c. 5. persequitur illa doctrinae capita, quae communicare cum suis consueverint. *Brevi dicam*, inquit, *mihi videri partem omnem humaniorum literarum attigisse, quae excellenti & perfecto Oratori essent necessaria. Grammaticam igitur docuerunt, Poëticam, Historiam, civiles controversias, dicendi facultatem.* (6) Carmina & laudes intelligit, quibus Agamemnonis ejusque sociorum virtutem persecutus est *Homerus*. (7) τε καὶ ὑμῶν addidi ex *Reg. max.* & *Medic.* Desunt vero in ceteris, quos appellavi. (8) Alii ἐμπλῆσαι. (9) Suburbium Antiochenum. (10) Quae hinc usque ad finem epistolae loquuntur, desunt, in *Barocc. Ambros.* T. 5. *Casanatensi*, & Codice *Strategi*. Habent illa *Medic. Voss. Vatic.* A. & *Reg. max.* Desunt tamen etiam in versione *Zambicarii*. (11) ἂν ἄξιοι *Voss.* Puto legendum οὐκ ἀνάξιοι, ob singularem scilicet amorem & cultum, quo urbs in Imperatorem feratur. Commode nunc video, *Mediceum* B. hanc sententiam ita efferre: ἀλλ' οὐκ ἀνάξιοί γε τῆς τοιαύτης δωρεᾶς χαίρουσα πόλις, κ. τ. λ. *sed non dedignatur nos hoc dono urbs rebus Imperatoris prosperis laeta* &c. Sensus foret, *Constantinopolin* non invisuram esse Antiochiae gratiam hanc &c. Sensus satis est concinnus. Obstare tamen id videtur, quod sequitur de tristitia, in qua eadem urbs CPolis ex Rege nondum viso versetur. (12) *Gratianus* Imp. intelligitur. Vide nos supra ad ep. 785.

EP. DCCCXCII. (1) Τῷ Πατριάρχῃ Ἀντιοχίας, *Vatic.* 943. reliqui Πατριάρχῃ simpliciter. Confer, quae supra ad ep. 832. scripsi.

σύ τε καὶ ὁ ἄρχων κύριοι. καὶ μᾶλλόν γε σύ, ἢ ὅτῳ τὸ ἄρχειν ἐστί.

cumferat vacuum. Tu vero & Praefectus post fortunam id quidem efficere potestis, magis vero tu, quam qui imperio nunc praeest.

DCCCXCIV. ΣΙΒΟΥΡΙῼ.

Εἷς σὺ τῶν ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀγαπωμένων. οὐκοῦν καὶ μιμεῖσθαι δίκαιος ἂν εἴης τὸν Δία. Τῷ Διῒ δὲ νόμος, ὅσα νεύσειεν, ἐπιτελεῖν. (1) οὐκοῦν καὶ σοὶ τῷ νόμῳ τούτῳ χρηστέον. καὶ ἐπειδήπερ ἔνευσας ἐν τοῖς λόγοις, οὓς περί τε τῆς ἀρετῆς Εὐθυμίου καὶ πενίας ἐποιούμεθα, πρόσθες τὸ ἔργον, καὶ λῦε τὴν πενίαν, ἑπόμενος τῷ τὰ πάντα πεποιηκότι τῷ Θεῷ.

SIBURIO.

Ex iis tu es, qui a Jove amantur. Itaque fas fuerit, ut Jovem imiteris. Jovis vero hic mos est, ut perficiat ea, quibus capite annuerit. Eadem proinde lege & tibi est utendum. Quandoquidem vero annuisti sermonibus illis, quos olim de virtutibus & paupertate *Euthymii* fecimus, adde nunc facta, & paupertate eum libera, Deum, omnia facientem, imitatus.

DCCCXCV. ΠΡΙΣΚΙΩΝΙ.

γενήσεται. Τὸν γὰρ δὴ δικαιότατον Σευηριανὸν (2) καὶ πάντα ἄκρον οὔτ' ἀμνημονήσειν τῶν εἰρημένων παρ' ἡμῶν, οὔτε μεμνημένον ἀμελήσειν. Ἀεὶ δέ με σὺ ποιήσας τοῖς περὶ σαυτοῦ μέγαν, ἔν τε οἷς ἐπῄνεις πατέρας δεῦρο (3) πέμποντας τοὺς ἑαυτῶν, ἔν τε οἷς οὐ πέμποντας ἐμέμφου, τοῖς τε ἐν ταῖς ἐπιδείξεσι θορύβοις (4). ὅσα τε τούτοις ἀπελθὼν προσετίθεις, ἴσθι, μείζοσί με τοῖς νῦν ηὔξηκας, τοῖς περὶ τοὺς παρ' ἐμοὶ πεφοιτηκότας πεπραγμένοις, ἃ αὐτοί τε μεμηνύκασιν ἐν ἐπιστολαῖς, καὶ πρὸ ἐκείνων (5) δὲ οὐκ ὀλίγοι. παρ' ὧν δὴ καὶ τἄλλα μανθάνειν ἡμῖν ὑπῆρχε τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα, τἀπὶ τούτοις, δι' ὧν τὰς πόλεις κειμένας ἀνέστησας, ὁρῶν τε ὀξέως, ἃ προσήκει γενέσθαι, καὶ τὸ εὑρημένον εὐθὺς ἐπ' ἔργον ἄγων (6). Εἷς δέ σε τῶν ταῦτα ἀγγελλόντων καὶ ἀηδόνα (7) προσεῖπεν, οὕτως ὑπὸ τῆς σῆς φωνῆς τῆς ἀκριβῶς Ἑλλάδος (8) θέλγεσθαι καὶ βουλὰς, καὶ δήμους (9) καὶ πᾶν τὸ ἀρχόμενον. Ἐγὼ δὲ καὶ διδάσκαλον τὸν συνηγόρων καλῶ, πλέον τι διδόντα νῦν, ἢ ὅσον ἡμεῖς (10) πάλαι. Τὸν οὖν δόξης μὲν ἐπιθυμοῦντα, χρήματά τε (11) οὐ θαυμάζοντα, τὸ δίκαιον δὲ οὔθ' ἑκόντα οὔτ' ἄκοντα διαφθείροντα πῶς οὐ μακαρίους τε ποιῆσαι τοὺς ὑπηκόους ἀνάγκη, καὶ τὸν φίλον τοὺς ἀπόντας ἡδίους ἀπὸ τοῦ τῆς φήμης στόματος.

DCCCCXIX. ΣΕΥΗΡΙΝΩι. (1)

Πεισκίαν χάριν οἶδα καὶ τῶν προτέρων, καὶ τῶν δευτέρων. Ἦν δὲ τὰ πρότερα μὲν ἀγῶνες ἐν δικαστηρίοις, τὰ δεύτερα δὲ ἐν θεάτροις ἀγῶνες (2), καὶ τὰ μὲν συνηγόρου, τὰ δὲ σοφιστοῦ. Μέγας δὲ ὢν ἐν ἀμφοτέροις ἀπὸ τῶν αὐτῶν καὶ τἀμὰ μείζω καὶ ἐποίει καὶ ποιεῖ. Κοινωνὸν τοίνυν ἔχω τῶν περὶ τοὺς νέους πόνων κατὰ τὸν περὶ ταῦτα νόμον ὄντα (3) διδασκαλιῶν κοινὸν ὄνομα τῷ κοινωνῷ. Τούτῳ φίλος χρηστὸς ἀνὴρ καὶ πλέον οὐδὲν ὧν ἔξεστιν ἀξιῶν ἔχειν. Αἰτεῖ δὴ τὸν σοφιστὴν οὗτος ὁ χρηστὸς ἐπιστολὰς δύο, τὴν μὲν Πεισκίανος πρὸς ἐμὲ, τὴν δὲ ἐμὴν πρὸς σὲ, καὶ τὴν μὲν ἔχω, τὴν δὲ δίδωμι. δεομένην σου τὸν Φειδίου τὸν ἀδελφὸν ὄντα σὸν στρατιώτην ποιῆσαι μακάριον. ῥᾴδιον δέ. καὶ γὰρ ἀπὸ βλέμματος τοῦτο γένοιτ' ἄν. Οὗτος μὲν οὖν ἔσται μακάριος. Ἡμεῖς δὲ ἀκούοντες αὐτίκα σε ἥξειν, πολ-

esse amicis dixeram. Fieri enim non posse, ut *Severianus*, vir justissimus, & in omnibus summus, vel non meminerit eorum, quae diximus, vel memor illa negligat. Cum vero tu semper, qua poteras, magnum me feceris, tum eo, quod Patres, qui suos filios huc mittebant, laudabas, tum quod, qui non mittebant, culpabas, tum porro iis, quae adversus declamationes meas faciebas, quaeque denique hinc profectus addebas, scias velim, me nunc quidem etiam majoribus cumulatum esse ex iis, quae meae quondam disciplinae alumnis sunt exhibita, quaeque & illi ipsi per literas, ante vero illos non pauci nunciarunt. Ex iisdem autem etiam alia discere nobis licuit, quae vel primum, vel deinde, vel secutis temporibus a te acta sunt; per quae urbes jacentes excitasti, & perspiciens acute, quae fieri debeant, & quod deliberaveras, statim perficiens. Eorum, qui haec nunciabant; unus lusciniam etiam te appellavit ideo, quod voce tua maxime & vere Graeca & curiae & populi, & subjecti quique penitus caperentur. Ego vero te patronorum causarum praeceptorem etiam appello, plura eos nunc, quam quae nos olim, docentem. Quomodo igitur fieri potest, ut, qui gloriae sis studiosus, pecuniamque non magni facias, & jus fasque nec volens nec coactus corrumpas, non itidem subjectos felices, amicos vero absentes laetiores his famae nunciis reddas?

SEVERINO.

Priscioni ego gratiam habeo & de prioribus & de posterioribus illis. Priora quidem illa erant causae in foro actae, posteriora vero declamationes publice recitatae, quarum illae causarum patronum, hae vero Sophistam ostendunt. Magnum vero utrinque se probans iisdem rebus mea quoque illustriora & reddidit, & adhuc facit. Socium itaque cum habeo laborum, quos juvenibus impendo, cum secundum consuetam in his rationem nomen a docendi opera mecum habeat commune. Amicus huic est vir optimus, quique nihil amplius, quam quod fas sit, habere cupiat. Petit vero a Sophista me vir optimus duas epistolas, alteram quidem *Priscionis* ad me, meam vero ad te, & illam quidem habeo, hanc vero trado, te obsecrantem, ut Phidae fratrem, militem tuum, feliciorem reddas. Facile vero id fuerit: nam vel nutu hoc fiat. Itaque felicior ille est futurus. Cen-

(2) Εὐθυκλανὸν, *Medic.* (3) δεῦρο addidi ex *Reg. max.* (4) Libanium credo respicere ad varia plausuum genera, quibus audientes dicentium sermones prosequi & approbare solebant, sive illa clamore, sive exsultatione, sive manuum protensione aut complosione, sive pedum motu ederentur. Vide *Cresollii* Theatrum, Rhetorum lib. III. c. 20. (5) πρὸς ἐκείνων *Medic.* ubi *Salvinus* legi malebat πρὸς ἐκείνοις. Rectior est lectio nostra ex ceteris duobus, quos dixi, petita. (6) Elogium hoc in Athenienses contulerunt Corinthii, qui eos dixerunt οὐκ ἐπινοῆσαι ὀξεῖς, καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ, ὃ ἂν γνῶσιν, apud *Thucydidem* lib. I. p. 45. Ceterum Gentiles Diis suis passim hoc faciunt proprium, ut *Aeschylus* Suppl. vs. 606. πάρεστι δ' ἔργον ὡς ἔπος, quod cum variis Scripturae locis convenit. Conf. *Ezech. Spanhemium* ad Callimachum p. 39. (7) De hoc encomio in superioribus alibi. (8) Ἑλλὰς plerumque Substantivi, hic Adjectivi notionem obtinet, *Homeri* exemplo, qui Ἑλλάδα φωνὴν & χώραν dixit. Taceo in utraque lingua id saepe usu venire, ut nominibus regionum substantivis aliud substantivum jungatur. Vide *Vechneri* Hellenolexiam lib. I. c. VIII. & *Stanleji* notas ad Aeschyli Prometheum p. 710. (9) δήμους *Reg. max.* ceteri, ut nos. (10) ὑμεῖς *Barocc.* male. (11) Sic *idem*: χρήματα δὲ, *Reg. max.* χρήματα οὐ, *Medic.*

EP. DCCCCXIX. (1) *Severinus* hic sub *Theodosio* M. & Valentiniano Comes R. P. fuit. Vide *Gothofredi* Prosopographiam codicis Theodosiani p. 384. ubi aliquot nostri ad eum epistolas ait exstare. (2) Vides hic, ἀγῶνας de orationibus forensibus & scholasticis dici, quod alibi jam ostendi. (3) Ita *Reg. max.* malim ἔχοντα.

(4) Per

Ceterum nos jam inde ab aliquot mensibus te propediem venturum esse audientes, hactenus autem non conspicientes, angimur. Puto vero etiam te tum illis, quae filio nostro, tum quae mihi ipsi obtigerunt, angi. Nam & in me calumniarum aliquid conjici audio. Tu quidem illa, si posses, fieri prohibuisses, quando vero non potes, id, quod integrum erat, faciens, vices meas dolebas. Precor itaque te, pater pro filio, ut *Arrhabium* nobis remittas, qui illuc iturus non fuisset, si mihi obtemperasset; tum vero, ut illos, qui linguam suam in me acuerunt, permoveas, ut eam acuant, idque magis, quam hactenus. Fortasse enim procedente tempore damnabunt ipsi, quae nunc fiunt.

πολλοὺς ἤδη μῆνας, λαβεῖν δὲ οὐ δυνηθέντες, ὀδυνώμεθα. Οἶμαι δὲ καί σε καὶ τοῖς περὶ τὸν παῖδα τὸν ἡμέτερον (4) ὀδυνᾶσθαι, καὶ τοῖς γε περὶ ἐμέ. Καὶ γὰρ ἐπ' ἐμέ τι τῶν λοιδοριῶν ἐλθεῖν ἀκούω. ἃ, εἰ μὲν ἦσθα κύριος, ἐκώλυες ἄν, οὐκ ὢν δὲ, ὃ λοιπὸν ἦν, ἐποίεις, ἠθύμεις. Δέομαι δὴ σοῦ, πατὴρ ὑπὲρ υἱέος, ἀποπέμψαι τὸν Ἀῤῥάβιον ἡμῶν, τὸν οὐδ' ἐλθόντα ἐκεῖσε, εἴπερ ἐπείθετό μοι. πείθειν δὲ καὶ τοὺς τῇ γλώττῃ κατ' ἐμοῦ χρωμένους, καὶ κιχρῆσθαι, καὶ μᾶλλον ἢ νῦν. ἴσως γε ἐν προϊόντι τῷ χρόνῳ καταγνώσονται τῶν νῦν πραττομένων.

ANATOLIO.

Venerunt a vobis quidam ad nos, ex quibus audiebamus, quantopere tibi doluisset, injuria nos esse affectos, nec minus, quae dixeris, quantopere clamaveris, quae itidem feceris. Vestram vero gentem nihil non facere, quo res nostrae feliciores reddantur, nihil mirum est. Praestat vero & te acquiescere, & studium hoc cohibere, & tacere, ac permittere, ut vincant victoriae hujus adeo studiosi, quos optarim ego multas ejusmodi victorias referre, iisdemque gloriari. Tu vero nobis nostrum illum remitte, persuadens, ut nihil horum non ferendum existimet. Idem vero nec magistratum desideret; nec aliud quicquam eorum, quae non licet; sed agrorum, & arborum, & apum, quae sua sunt, facientium, studio ducatur. Si enim attendisset ad ea, quae dixi, ea injuria non fuisset affectus. Illis itaque neglectis permoveatur a te, ne se ipsum patria sua diutius privet.

DCCCCXX. ΑΝΑΤΟΛΙΩι.

Ἦλθόν τινες παρ' ὑμῶν (1) ὡς ἡμᾶς. ὧν ἦν ἡμῖν ἀκούειν, ὅπως ἐπλήγης τὴν ψυχὴν, ὑβριζομένων ἡμῶν. οἷα δὲ ἐφθέγξω, οἷα δὲ ἐβόησας, οἷα δὲ ἐποίησας. Τὸ μὲν οὖν τὴν οἰκίαν ὑμῶν μηδένα πόνον φεύγειν, ᾧ γένοιτ' ἂν τὰ ἡμέτερα βελτίω, θαυμαστὸν οὐδέν. Καλὸν δέ σε παύσασθαί τε, καὶ παῦσαι τὴν σπουδὴν ταύτην, καὶ σιωπῆσαι, καὶ ἐᾶσαι νικᾶν τοὺς τῆς νίκης ταύτης ἐπιθυμοῦντας, οὓς εὐξαίμην ἂν ἐγὼ πολλὰ τοιαῦτα καὶ νικᾶν καὶ φιλοτιμεῖσθαι ταῖς νίκαις. Σὺ δ' ἡμῖν τὸν ἡμέτερον (2) ἀπόπεμψον, πείσας μηδὲν τῶν τοιούτων νομίζειν ἀφόρητον. καὶ μήτε ἀρχῆς ἐπιθυμείτω, μήτε ἄλλου τινὸς, ὧν οὐ θέμις, ἀλλ' ἀγρῶν καὶ δένδρων καὶ μελιττῶν τὸ αὐτῶν (3) ἐργαζομένων. Εἰ μὲν γὰρ προσεῖχεν, οἷς ἔλεγον, οὐδ' ἂν ὕβριστο. Παειδὼν δὲ ἐκεῖνα παρὰ σοῦ πειθήτω, μὴ πλείω χρόνον ἀποστερῶν ἑαυτὸν τοῦ ἑαυτοῦ.

HERACLIO.

Tanta me habere non novi, tu vero mihi tanta tribuisti, id, quod amantis est, faciens, quod jam pridem facere coepisti. Talis vero est Deus ille, qui sagittam & ignem habet; atque non pulchrum pulchrum habere, imo vero admirari, & sectari, & laudare, eosque, qui non laudant, eo quod non laudant, reprehendere saepe cogit. Ejusmodi aliquid & tibi accidisse mihi videtur. Eas mihi literas esse existimas, quae aliis non insint: indignaris porro illis, quibus rem non persuades, quamvis merito quidem id persuaderi sibi non patiantur. Ego vero gaudeo, amari me a te sentiens. Te autem precor, ut a nimiis meis laudibus abstineas, ne hinc criminantes, hinc ridentes habeamus. In hoc igitur mihi gratificare, ac praeterea eo quoque, ut *Nemesium* acquum mihi esse facias. Hae vero ad te literae veniunt,

DCCCCXXI. ΗΡΑΚΛΕΙΩι. (1)

Οὐ τοσοῦτον οἶδα ἔχων, σὺ δέ μοι καὶ τοσοῦτον δίδως, πρᾶγμα ποιῶν ἐρῶντος, ὃ ποιεῖν ἤρξω πάλαι. Τοιοῦτος δὲ ὁ δαίμων οὗτος (2), ὁ τὸ τόξον ἔχων καὶ τὸ πῦρ, καὶ τὸν οὐ καλὸν, πολλάκις καλὸν ἀναγκάζων (3) νομίζειν, καὶ θαυμάζειν τι καὶ ἔπαξε, καὶ ἐπαινεῖν, καὶ τοῖς οὐκ ἐπαινοῦσιν ἐγκαλεῖν, οὐκ ἐπαινοῦσι (4). Τοιοῦτον δή τί μοι δοκεῖς πεπονθέναι καὶ αὐτός. Εἶναι λόγους ἐν ἡμῖν, οἵους ἐν παρ' ἄλλῳ, νομίζεις. εἶτα τοὺς ἄλλους οὐ πείθων ἀγανακτεῖς εἰκότως οὐ πειθομένους. Ἐγὼ δὲ χαίρω μὲν ὑπὸ σοῦ φιλούμενος. Δέομαι δέ σου τῆς ἐν τοῖς ἐπαίνοις ὑπερβολῆς ἀφελεῖν, ὅπως μὴ τοὺς αἰτιωμένους ἔχοιμεν, μηδὲ τοὺς καταγελῶντας. Τοῦτο μὲν οὖν μοι χαριῇ δὲ καὶ αὐτὸν Νεμέσιον (5) ποιήσας πρὸς ἡμᾶς δίκαιον. Ἤ-

και

(4) Per filium suum *Arrhabium* intelligit, discipulum quippe suum, qui mox appellatur.

EP. DCCCCXX. (1) Παρ' ὑμᾶς, *Mutin.* A. male. (2) Scripsi cum *Voss.* ἡμέτερον. *Arrhabium* vult, quod ex superiore epistola patet. *Reg. max.* ὑμέτερον. (3) Sic *Voss.* pro τὸ αὐτὸ *Reg. max.*

EP. DCCCCXXI. (1) Sic *Reg. max.* & *Voss.* Ἡρακλείῳ, *Vatic.* B. ex emendatione recente. (2) Cupidinem intelligit. (3) ἀναγκάζειν *Voss.* & *Reg. max.* male. (4) Subintellige οἱ, vel οἳ. (5) In *Reg. max.* Νεμέσιον, ut duplici modo ex accentus ratione legi possis.

(6) Ἀρ-

κει δὲ ταυτί σοι γράμματα, ποιοῦντά σοι τὸν λόγον εὐσχήμονα. Τὰ δ' ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει περὶ τὸν οὐκ ἀξιώσαντα δέξασθαι τὴν ἡμετέραν παραίνεσιν, ὕβρισται μὲν ὁ ἐμὸς (6), ὕβρισμαι δὲ ἐγώ, τῶν καταβοώντων ἐχόντων, οὓς ἔτερπον. Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐ πάνυ δεινὰ ταῦτα, πολλὰ τοιαῦτα ἐνηνοχότι. Τὸν δ' ἀκούω τῇ διὰ ταῦτα λύπῃ νοσεῖν, καί τινα καὶ φόβον ἔχειν τὴν νόσον (7). Πέμπε δὴ πρὸς αὐτὸν ἐπιστολήν. ἡ δὲ συμβουλευέτω γνωρίσαι ποτὲ τὴν πατρίδα, καὶ μὴ τὴν τιμῶσαν ἀτιμάζειν. ἀλλὰ σύγε αὐτὴν ποιήσεις καὶ ἄνδρας ἔχειν, καὶ πόλεις (8), τοὺς μὲν πείθων μὴ φεύγειν, τοὺς δὲ κατιέναι. εἰ δὲ δὴ καὶ τὸ τῶν ἀέρων εἰς ἄρχοντα ἥκετο, καὶ τούτους ἂν ἐποίεις ἡμερωτέρους.

niunt, decentem & honorificum tibi sermonem ferentes. Quod porro ad eum attinet, qui in urbe magna admonitionem nostram admittere noluit, injuria quidem & meus ille adfectus est, & ego, cum adversantes haberent, quos delectarent. Mihi quidem ista non admodum gravia sunt, multa ejusmodi jam perpesso. Alterum vero illum ex moerore hinc nato aegrotare, morbumque ipsum periculi aliquid secum ferre audio. Ad eum itaque literas mitte, quae ipsi suadeant, ut patriam tandem aliquando revisat, nec eam, quae ipsum ornavit, contemnat. Tu vero facies, ut illa & viros habeat, & urbes, efficiens scilicet, ut alii non abeant, alii vero accedant. Si vero & aer in imperantem cadat, eum quoque clementiorem nobis feceris.

DCCCCXXII. ΗΡΑΚΛΕΙΩι. (1)

Σὺ μὲν οὖν μέγα νομίζεις τὰ παρ' ἡμῶν γράμματα, καὶ γραμμάτων οἶδας χάριν, ἡμεῖς δέ σοι πραγμάτων ἔχομεν χάριν, ἃ πάλαι λαβόντα τὴν ἀρχὴν διὰ συνεχείας εἰς τήνδε προῆλθε τὴν ἡμέραν, ὧν τὰ μὲν εἰς δύναμιν ἦγε τῶν ἐξ ἐμοῦ, τὰ δὲ ἐβοήθει μοι λέγοντι, καλὰ καὶ τὰ μὴ καλὰ φαίνεσθαι ποιοῦντα ῥήτορας ἐνδόξου πηδήμασι. Καὶ νῦν ἡμῖν διὰ τὸν εἰς τὸν ἄριστον Μάξιμον, μᾶλλον δὲ διὰ τῶν εἰς ἅπαντας πραττομένων, περὶ οὓς ἐπονήσαμεν (2), ἅπασαν ἡμῖν τὴν Ἀρμενίαν δίδως. Τοῦ δ' Ἰφικράτους υἱέος ἐρῶν σώφρων ἐρᾷ σώφρονος, καὶ δίκαιος δικαίου, καὶ πονεῖν εἰδότος πονεῖν ἐπιστάμενος. ὅ, τε ἔρως ὑμῖν κοινός, δι' ὃν σὺ μὲν ἐκεῖνον καλεῖς, ὁ δ' ἧκεν ἂν καὶ μὴ καλοῦντος. καὶ συνέσται ταχέως, ἴσον ἀγαθὸν ἡγούμενος σέ τε ὁρᾶν καὶ τὴν μητέρα. Ἔχω δὲ καὶ αὐτὸς ἀγαθόν τι, τὸν δὲ παῖδα τὸν σὸν ἔχων ἐν τοῖς ἐμοῖς γόνασι, τῆς μητρὸς ἡμῖν τοῦτο χαριζομένης.

HERACLIO.

Tu itaque literas nostras magni facis, & de literis gratias habes, tibi vero nos gratiam habemus de beneficiis in nos tuis, quae ut pridem in nos collata sunt, ita in hunc usque diem processerunt, quorum alia quidem mea aliquid posse effecerunt, alia vero mihi profuerunt dicenti, ut etiam non pulchra ex celebrati Rhetoris plausibus pulchra viderentur. Jam vero nobis iis, quae *Maximo* praestantissimo, vel potius omnibus illis, quibus operam nostram impendimus, praestitisti, totam nobis Armeniam donas. Ceterum *Iphicratis* filium amans, sapiens amas sapientem, & justus justum, & laboris patiens labori deditum. Amor vero praeterea vobis communis est, ex quo tu quidem illum invitas, sicut ille, te etiam non vocante, venturus fuisset. Itaque propediem tecum erit, eodem loco habens, quod & te & matrem videre possit. Sed & mihi praeclari aliquid obtigit, quandoquidem filium tuum, matre nobis largiente, genibus meis fero.

DCCCCXXIII. ΣΥΜΜΑΧΩι. (1)

Χρηστῆς νυκτὸς ἀπολαύσας διὰ τοιούτων ὀνειράτων, γενομένης ἡμέρας, συγγενόμενος τοῖς φίλοις ἔλεγόν τε τὰ ἐν τῇ (2) νυκτὶ πρὸς αὐτούς, καὶ ἅμα προὔλεγον ἔσεσθαί τι καλὸν εἰς ἔργον τὸ φανθὲν ἄγον (3). Τῆς τοίνυν ἡμέρας προελθούσης εἰς ὥραν τρίτην, ὄντων τε ἡμῶν ἐν μέσοις τοῖς πόνοις Κοδράτος ὁ βέλτιστος.

SYMMACHO.

Jucundam ex jucundis somniis noctem expertus, cum dies illucesceret, & colloquendi cum amicis copia mihi fieret, exposui illis, quae noctu mihi oblata fuerunt, & simul praedixi, prosperi mihi aliquid eventurum, quod visum illud eventu probaret. Die itaque in tertiam horam provecto, cum mediis laboribus distineremur, *Quadratus* optimus idemque

(6) *Arrhabium*, puto, vult, de quo ep. 919. (7) φόβος ἔχει κόλασιν, 1 *Joh.* IV. 18. (8) Ita *Reg. max.* malim πολλάς. Loquitur enim de urbe, & forte *Antiochena*; nisi regionem omnem, in qua sita illa fuit, intelligere malis. Ceterum ultima haec sententia inde a verbis: Ἀλλὰ σύγε usque ad finem epistolae in *Reg. max. Vatic.* A. & B. *Voss.* & *Mutin.* A. initium faciunt novae epistolae eidem *Heraclio*, vel secundum alium codicem *Heracliano* inscriptae, (h. e. eidem, cui superior illa) quae mox sequitur. Non vero est dubium, illam rectius ad praesentem referri. Adeo illa cum antecedentibus cohaeret, adeo vero etiam ab argumento sequentis abhorret.

EP. DCCCCXXII. (1) Sic *Codd.* fere omnes. *Vatic.* B. τῷ αὐτῷ. Modo monui, in *codd.* omnibus hujus epistolae initium fieri ab ultima superioris epistolae sententia: ἀλλὰ σύγε αὐτὴν, κ. τ. λ. (2) ἐπονήσαμεν, *Reg. max.* nostrum habet *Voss.* sed ex emendatione recente.

EP. DCCCCXXIII. (1) Vide *Centuriam* meam p. 237. ex *Barocc. Proclo* inscribitur epistola in *Medic.* B. invitis reliquis codicibus. Recte habet *Symmachi* nomen. Est enim is, cujus adhuc epistolae Latine scriptae, qua lingua & illam ad Libanium exaratam fuisse ex eo apparet, quod ad illam intelligendam interprete usum se esse noster paulo post testatur. Ceterum frustra hanc inter editas *Symmachi* quaesivi, nisi forte inter ἀνεπιγράφους exstet. (2) ταύτῃ *Reg. max.* at in margine rectius τὰν τῇ, quod & *Ambros.* T. 5. aliique habent. (3) ἄγειν, *Barocc.* male, & repugnantibus praeter sensum ipsum libris.

(4) Pro

que feliciſſimus, (quomodo enim, qui tecum familiariter verſatur, felix non ſit?) ingreſſus tradit mihi in manum epiſtolam, tuamque eſſe monet. Tum ſtatim omnis ex animo moeror abiit. Multa vero erant, quae me per longum tempus adflixerant & excruciarant. Et major quidem me voluptas perfudit, quam quae avaris ſolet obtingere, cum opibus alicunde augentur. Atque haec quidem ante lectam tuam epiſtolam. Poſtquam vero ejusdem nactus ſum interpretem, nefas putabam, illud, quod a fortuna munus mihi obtigerat, per totam urbem non celebrare. Tribus itaque amicis meis tradidi epiſtolam, juſſique, ut totam urbem obeuntes eam oſtenderent tum illis, qui rebus noſtris favent, tum, qui minus favent; illis quidem, ut gauderent, his vero, ut angerentur. Hi itaque ſilebant, ad eorum morem, qui animo diſcruciantur; illi autem tripudiabant, te illis gaudia haec ſolemnia parante. Gratulabantur vero & mihi & tibi, mihi quidem, quod honore hoc eſſem mactatus, tibi autem, quod mactaſſes. Qua quidem in re gratiam a Diis, eloquentiae praeſidibus, iniſſe te dicebant, juvenes ad eloquentiae ſtudium excitando. Hoc ipſo vero urbi principi etiam profuiſti, ad ea, quae decet, ſectanda ſubjectos cohortatus. Literis itaque, quod ipſe ais, me praevertiſti, ego vero amore, quo te prior ſum proſecutus, vinco. Amo enim te inde ab eo tempore, quod Patrem tuum ad nos perduxit, Diis, quibus noſtra curae ſunt, hanc nobis gratiam facientibus, ut & nobis optimum *Symmachum* videre liceret: qui quamvis quartus accederet, ſolus tamen urbis admirationem in ſe convertit, eo quod inter bonos optimum cum in aliis, tum in judicandis ſermonibus, ſe probaret, quod & me adduxit, ut quotidie eum adirem. Verſabamur autem in veterum dictis repetendis, quae erudiendis aliis inſervire poſſunt. Cumque me ille non prorſus contemnendum videret, multum de indole tua locutus a Diis id ſibi fieri volebat, ut tu ex laboribus meis proficere poſſes. Ejus autem voto meum non diverſum addebam, atque iis quidem rebus ita ſum adfectus, ut, quam de te, illis quidem factis, opinionem eram habiturus, ea de iiſdem, intra vota adhuc haerentibus, animo ſederet. Laetatus itaque ſum, cum ventis ſecundis utebaris, coorta autem tempeſtate

τος καὶ (4) μακάριος, πῶς γὰρ οὐ μακάριος, ὁ σοὶ συνδιατρίψας; εἰσελθὼν ὡς ἐμὲ (5) τίθησιν εἰς χεῖρά μοι τὴν ἐπιστολὴν, τοῦτ' αὐτὸ λέγων, ὅτι σή. καὶ παραχρῆμα πᾶν τὸ λυποῦν ἔφευγε. Πολλὰ δὲ ταῦτα ἦν πολὺν ἤδη χρόνον ἐγκείμενά τε καὶ ὀδυνῶντα, καί μέ τις εἶχεν ἡδονὴ μείζων τῆς ἐν τοῖς φιλοχρημάτοις γινομένης, ὅταν ἔλθη πόθεν αὐτοῖς χρήματα. Καὶ ταυτὶ μὲν πρὸ τῆς ἀναγνώσεως. Ἤδη δὲ ἑρμηνέως (6) τυχούσης δεινὸν ἡγησάμην, εἰ μὴ τὴν πόλιν ἐμπλήσαιμι τοῦ δώρου τῆς τύχης. καὶ παραδοὺς τρισὶ τῶν φίλων τὴν ἐπιστολὴν ἐκέλευον πᾶσαν ἐπιόντας τὴν πόλιν τοῖς ἡδέως ἔχουσι πρὸς ἡμᾶς δεικνύειν, καὶ τοῖς οὐχ οὕτω. τοῖς μὲν, ὅπως χαίρωσι, τοῖς δ' ὅπως (7) ἀποπνίγοιντο (8). Οἱ δὲ μὲν οὖν ἐσίγων τὴν τῶν ἀπαγομένων σιγήν. οἱ δ' ἦσαν ἐν ἑορτῇ, σοῦ ταύτην αὐτοῖς ποιοῦντος τὴν ἑορτήν. Εὐδαιμόνιζόν τε καί ἐμε, καί σε, τοῦ τετιμῆσθαι μὲν ἐμε (9), σὲ δὲ, τοῦ τετιμηκέναι. κεχαρίσθαι γὰρ ἐν τούτῳ σε τοῖς λογίοις θεοῖς (10), ἐγείραντα (11) τοὺς νέους ἐπὶ τοὺς (12) λόγους, ἐν ᾧ καὶ τὴν ἄρχουσαν (13) εὖ πεποίηκας πόλιν, τοὺς ἀρχομένους ἐφ' ἃ δεῖ παρακαλῶν. Ἐν μὲν οὖν τοῖς γράμμασιν, ὥσπερ αὐτὸς ἔφης, ἔφθης, ἐγὼ δὲ νενίκηκα τῷ φιλῆσαι πρότερος. Ἀπὸ γὰρ ἐκείνου δὴ φιλῶ τοῦ χρόνου, ὃς πατέρα τὸν σὸν (14) δεῦρο ἡμῖν ἤγαγε, τῶν θεῶν, οἷς ἡμῶν μέλει, τοῦτο ἡμῖν διδόντων, ὅπως ἡμῖν ᾖ καὶ θεάσασθαι (15) τὸν ἄριστον Σύμμαχον (16), ὃς τέταρτος μὲν ἧκε, μόνος δὲ εἰς αὑτὸν ἐπέστρεφε τὴν πόλιν ἀγαθῶν ἀμείνων δεικνύμενος, ἔν τε τοῖς ἄλλοις καὶ ἐν ἐξετάσει λόγων. ὃ με (17) καὶ τρέχειν ὡς (18) αὐτὸν καθ' ἡμέραν ἔπεισε, καὶ ἦμεν ἐν τῷ τι λέγειν ἀεὶ τῶν παλαιῶν (19), ὧν ὁ τόκος παιδεία τοῖς ἄλλοις. Ὁρῶν δέ με οὐ πάνυ τῶν ἀποβλήτων ἀνὴρ πολλὰ περὶ τῆς σῆς φύσεως διεξιὼν ᾔτει παρὰ τῶν θεῶν, γενέσθαι τι τοιοῦτον, ὅ σε ποιήσει τῶν ἐμῶν πόνων μεταλαβεῖν. Καὶ προσετίθην ἐγὼ τὴν αὐτὴν εὐχὴν, καὶ τούτοις οὕτω διετέθην, ὥσθ' ἣν ἔχον ἂν περὶ σοῦ γνώμην πεπραγμένων (20), ταύτην ἔχειν πάντων ἐν εὐχῇ τῶν πραγμάτων. Τοιγαροῦν ἥσθην τε πλέοντος ἐξ οὐρίων, κἂν τῇ ταραχῇ τῆς θαλάσσης ἐδυ-

(4) Pro καὶ *Reg. max.* & *Medic.* ὁ. (5) εἰς ἐμὲ, *Medic.* eodem ſenſu, & ex uſu quoque veterum. (6) Latine enim ſcripta erat, quod modo monuimus. (7) ἵνα *Reg. max.* & *Medic.* (8) Eadem eſt hujus verbi ratio, quae τοῦ ἀπάγχεσθαι, & ſimilium, ut ſcilicet non ſemper propriam ſignificationem obtineat, ſed improprie etiam de aegritudine animi mortem adferente, adhibeatur. Evicit hoc *Jac. Perizonius* ad *Aeliani* Var. Hiſtor. V. 8. quibus adde cetera, inter ipſum & *Jac. Gronovium* de hoc argumento diſputata. (9) μὲν ἐμέ τε καί σε, *Medic.* male. (10) Dii, eloquentiae & literarum ſtatores erant Apollo inprimis & Mercurius, quem poſteriorem cum alii, tum *Syneſius* λόγιον appellat. Propterea & *Proaereſius*, teſte *Eunapio*, Ἑρμοῦ λογίου τόπος dictus eſt. Mercurio quoque linguarum victimas offerre ſolebant, quod apparet ex *Ariſtophanis* Schol. ad Plutum v. 1111. & Interprete Apollonii lib. I. vs. 57. itemque *Athenaeo* lib. I. p. 16. Noſter in *Vita* ſua p. 72. λογίων θεῶν beneficentiam celebrat. (11) ἐγείραντα, *Barocc.* (12) τοὺς omittit *Reg. max.* & *Medic.* (13) *Anglic.* quidam habet ἔχουσαν. Praeſtat noſtrum illud auctoritate plurium codicum, & veterum uſu, qui urbes principes ἀρχούσας & *victrices* appellant. *Romae* ſpeciatim hoc dari elogium alibi in his oſtendi. Atque illa omnino hic eſt intelligenda. *Symmachum* enim illius Urbis Praefectum egiſſe conſtat. Alias *Antiochia* quoque apud *Malelam* ἄρχουσα τῆς ἀνατολῆς vocatur p. 277. Chronographia. (14) Eſt ille *Lucius Aurelius Symmachus*, de quo leges *Godofredi* Proſopographiam Codicis Theodoſiani p. 386. qui & de noſtro exponit ibidem. (15) Sic *Barocc.* ἢ τεθεᾶσθαι, *Reg. max.* ἢ κατατεθεᾶσθαι. *Medic.* B. (16) Vide huc *Valeſium* ad Ammianum XXI. 12. p. 282. ſqq. (17) *Reg. max.* & *Medic.* ὃ μὲν, *Barocc.* (18) εἰς, *Barocc.* (19) *Barocc.* ἐν τῷ τι περὶ τῶν παλαιῶν ἀεὶ λέγειν, *Reg. max.* & *Medic.* (20) Sic *Reg. max.* ἣν ἔχοι ἂν περὶ σοῦ γνώμης πεπραγμένων, *Medic.* ἣν ἔχω ἂν περὶ πεπραγμένων γνώμην, *Barocc.*

(21) ει-

ἔδυσα, καὶ πάλιν λείας γενομένης ἐχάριεν. Προκαλύμενος οὖν με φίλον εἶναι τὸν ὄντα παρακαλῇ, καὶ κελεύεις (21) ἀντεπιστεῖλαι, ὃ καὶ μὴ κελεύοντος ἂν ἐπεπράττετο. Ἴσην δὲ ἀπαιτῶν ἐπιστολὴν οὐ δυνατὰ (22) ζητεῖς. Καὶ γὰρ ἂν ἴση μὲν ᾖ τῷ μέτρῳ, μὴ χείρων δὲ τὸ εἶδος, αὐτῷ γε τῷ γράφοντι γίγνεται φαυλοτέρα. Δεῖ γάρ με πρότερον (23) καὶ αὐτὸν γενέσθαι Σύμμαχον, εἰ μέλλοι (24) τῶν σῶν τἀμὰ μὴ λελεῖφθαι.

state timebam, reductaque serenitate gaudebam. Quando itaque, ut amicus tibi sim, me cohortaris, eum utique cohortaris, qui jam est; dum etiam rescribere me jubes, id jubes, quod, te nec jubente, eram facturus. Epistolam vero tuae similem poscens, id, quod fieri non potest, poscis. Si enim & modulo aequalis foret, & habitu non inferior, propter ipsum tamen Scriptorem futura erat deterior. *Symmachum* enim ipsum me fieri ante necesse est, quam in meis nihil tuorum desiderari possit.

DCCCCXXIV. ΦΗΛΙΚΙ. (1)

Δέχου τὸν υἱὸν λόγων κτησάμενον δύναμιν, τῇ φύσει προστεθέντων πόνων, τῶν μὲν ἐκείνου, τῶν δὲ ἐμοῦ. Ἐπόνουν δὲ παρ' αὐτὸν ἡδέως διὰ τὸ καὶ μισθὸν ὀφείλειν αὐτῷ τοῦ σωφρονεῖν νομίζειν. Σεσωφρόνηκε γὰρ καὶ ταῦτα ἐπὶ ἴδει (2) τοιούτῳ. Τοῦτο γὰρ κέρδος διδασκάλῳ. Καὶ δύναιτ' ἂν μείζω ποιεῖν τὸν χρόνον (3). Ἀφῖκται μὲν οὖν σοι τοιοῦτος, διὰ σοῦ δὲ κτάσθω τὰ ἄλλα, ἃ λείπεται μὲν λόγων, δοκεῖ δὲ τοῖς πολλοῖς μᾶλλον ἐπ' εὐδαιμονίαν ἄγειν.

FELICI.

Accipe filium, magnam dicendi facultatem consecutum, eo quod ad ingenium ejus accesserunt labores, hinc quidem ipsius, hinc vero mei. Libenter vero operam illi impendi, eo quod praemium excultae mentis illi debere me putavi. Illam enim probavit in ista mansione. Hoc enim praeceptoris est lucrum. Majora vero etiam cum tempore praestare poterit. Talis igitur tibi redit, tua vero ope reliqua consequatur, quae literis quidem desunt, pluribus vero ad felicitatem magis facere videntur.

DCCCCXXV. ΑΝΑΤΟΛΙΩι. (1)

Οὐκ εἶχε μὲν σῶσαι τοὺς Ὀλυνθίους τοῖς πολλοῖς λόγοις (2) ὁ Δημοσθένης. εὐδοκίμει δὲ ὅμως (3) ὡς σεσωκὼς, διὰ τὸ σῶσαι προελέσθαι. κἂν τοῖς ἐπαίνοις τοῖς εἰς αὐτὸν τοῖς παρὰ τῶν Σοφιστῶν (4) ἴδοι τις ἂν καὶ τὴν Ὄλυνθον. Τούτῳ (5) δὴ καὶ τὸ σὸν ὅμοιον, σκοπούντων τῶν ἀνθρώπων τὴν σπουδὴν, οὐ τὸ τέλος, καὶ ἅπερ (6) ἠβουλήθης, ἀλλ' οὐχ ἅπερ ἠδυνήθης. Ταυτὶ μέντοι μοι καὶ δυνήσεσθαι δοκεῖς, ὑπὲρ Εὐσεβίου χρώμενος παῤῥησίᾳ. χρήσῃ δὲ, καὶ πάντα ποιήσεις εἰς τὸ μηδὲν αὐτὸν, ὃ μὴ δίκαιον, ὑπομεῖναι, χρηστόν τε ὄντα καὶ σώφρονα, καὶ παιδείας ἐπιμεμελημένον, παῖδά τε Ὀδαινάθου (7), καὶ ἀπόγονον Ὀδαινάθου, οὗ καὶ τοὔνομα Πέρσαις ἔσειε τὰς καρδίας. Οὕτω πανταχοῦ νικῶν τάς τε πόλεις ἐῤῥύετο, καὶ γῆν, τὴν οὖσαν ἑκάστῃ, καὶ τοὺς ἐναντίους οὐκ ἐν ταῖς χερσὶν, ἀλλ' ἐν ταῖς εὐχαῖς ἔχειν ἐποίει τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας. Ἀλλὰ καὶ οὗτος Ὀδαίναθος, ὁ Εὐσεβί

ANATOLIO.

Non poterat quidem *Demosthenes* multis suis orationibus Olynthiorum rebus consulere, laudabatur tamen, quasi omnino consuluisset, quia facere hoc instituerat. Propterea in elogiis, quae Sophistae illi tribuerunt, Olynthum quoque commemoratam legas. Idem & tibi usu venit, apud illos, qui animi studium, non vero eventum respicientes, ea spectant, quae praestare volueris, non quae potueris. Hoc autem posse mihi etiam videris, si *Eusebii* causam intrepide agas. Ages autem, & omnem dabis operam, ne quid ille, quod iniquum sit, perpetiatur, cum & modestus sit, & temperans, & doctrinae studiosus, *Odaenathi* porro, & filius & nepos, cujus vel solum nomen Persarum animos perculit. Adeo ubique victor & urbes liberavit, & terras cuique illarum proprias, effecitque, ut hostes spem salutis non in manibus, sed in votis haberent positam. Ille quoque alter *Odaenathus*, qui *Eusebii* pater est, ex illorum fuit numero, qui cohortes

(21) *κελεύων Reg. max. & Medic.* (22) *ἰδεῖν καὶ, Medic.* male, quod *Salvinius* recte cum lectione nostra, quam *Reg. max. & Barocc.* habent, permutandum esse vidit. (23) Deest in *Barocc.* (24) *Ambros.* T. 5. *Casanat. & Barocc.* at *Reg. max. & Medic. μένοι.*

EP. DCCCCXXIV. (1) Sic scripsi cum *Vatic. A.* Φίλικι est, in *Reg. max.* & Φίλωνι in *Vatic. B.* Latinum est *Felicis* nomen, ad quem etiam *Symmachi* exstant epistolae. Vide lib. V. ep. 47. 48. &c. (2) Ita *Reg. max.* *εἴδει Voss.* (3) Fortasse haec rectius ita verteris: *& poterat longiorem moram facere.*

EP. DCCCCXXV. (1) Vide *Centuriam* meam p. 234. ex *Barocc. Anatolio* ibi, ut & in *Vatic. A. Reg. max. & Medic.* inscribitur; *Leontio* vero in *S. Marci* Florentino: *Sopatro* in *Casanat.* & Zambicarii versione Latina, quae tamen inter Latinas editas non exstat. Ἀντίγραφος denique est in *Medic. A.* (2) Vult tres Demosthenis orationes, quae sub Olynthiacarum nomine adhuc superstites sunt, olim Athenis ab eo habitae, ut Athenienses ad opem Olynthiis contra Philippum Macedonem ferendam permoveret. (3) εὐδοκ. δ. ὁ. Haec ultima sunt verba *Vaticani* A. ex quo reliqua folia omnia perierunt. (4) Ex illis Sophistarum encomiis supersunt pauca, inter quae eminet nostri illud in Demosthenem, quod una cum Plutarchi, Luciani & Suidae illis Hier. Wolfius suae Demosthenis editioni praemisit. (5) *τοῦτο, Barocc.* (6) *ὅπερ Reg. max.* (7) Rectius Ὀδαινάθου per ι scribi nummorum auctoritate evicit Ill. *Ezech. Spanhemius* de Usu & praestantia Numismatum p. 91. edit. in 4. Vide de hoc belli duce Inscriptiones Palmyrenas cap. XI. & *Scaligerum* ad Euseb. an. 2281. ubi vocatur decurio Palmyrenus. Longini in Odaenathum orationem noster infra ep. 998. petit.

(8) τοῖς

tes militares contra Persas duxerunt, eosque in fugam versos insecuti sunt. Idem quoque saepe in ipsa acie celeusma illud: *Jaculare ita amice*; ex eo audivit viro, quem Jove ipso prognatum diceret *Homerus*. Neque enim tanta praestare potuisset, nisi divinioribus ortus Parentibus. Ut igitur & ab hoc Rege gratiam ineas, succurre homini, in causa justa, tibique soli, quae a me de iis scripta sunt, serva. Haec enim ad te a nobis perferri debebant. Si autem, quae velim, ignorent ceteri, non parum hoc eo faciet, ut praestari aliquid possit. Vereor enim, ne, si illi, qui in ceteris mihi gratificantur, curae mihi *Eusebii* fortunas esse intelligant, ea faciant, quae doleat.

βίου πατὴρ, τῶν λόχους τε ἀγαγόντων (8) ἐπ' αὐτοὺς ἐστι, καὶ τρεψαμένων καὶ διωξάντων, καὶ, βάλλ' οὕτως ἑταῖρε (9), πολλάκις ἤκουσεν ἐν αὐτῇ τῇ παρατάξει παρ' ἀνδρὸς, ὃν Ὅμηρος ἂν ἐξ αὐτοῦ φῦναι τοῦ Διὸς ἔφη. Μὴ γὰρ ἂν οὕτω μεγάλα ἐργάσασθαι, μὴ θειοτέρων ὄντα γονέων. Ὡς οὖν καὶ τούτῳ τῷ Βασιλεῖ καταθησόμενος χάριν βοήθησον ὑπὲρ τοῦ δικαίου, αὐτὸς εἰδὼς μόνος τὰ ἐκεῖ τὰ ἀπεσταλμένα. Σοὶ μὲν γὰρ ἔδει παρ' ἐμοῦ ταῦτα ἐλθεῖν. Ἀγνοεῖν δὲ τοὺς ἄλλους, ἃ βούλομαι, μεγάλη ῥοπὴ πρὸς τὸ καὶ γενέσθαι τι, ὡς ἔστι δέος, μὴ μαθόντες οἱ τὰ πάντ' ἐμοὶ χαριζόμενοι μέλειν μοι τοῦ χαίρειν (10) Εὐσέβιον, ποιήσωσιν ἀφ' ὧν ἀνιάσεται.

RICHOMERI.

DCCCCXXVI. ΡΙΧΟΜΗΡΕΙ.

Multos illos & amplos honores recogitans, quibus me huc veniens adfecisti, meque vices tibi rependere debere existimans, illas quidem opere ipso referre nunquam potero, forte autem sermone quodam & verbis, cujusmodi aliquid haec etiam epistola habet. Mentem enim tuam, per virtutes omni tempore grassatam, & ab hominibus quidem cultam, Diis vero placentem, precor, ut bonis quidem infelicibus manum porrigas, praesidiumque & opem feras, malis vero jacentibus te non opponas, neque eosdem ulciscaris. Inter hos *Charisiam* quoque illam esse novi, de qua etiam aliud quid dicere possem. Sufficiat vero mihi hoc tantum dixisse, quod amplus ille pecuniarum index totus sit falsus, neque vel illius, vel alterius cujusquam per rapinam fuerit, nedum *Jamblichi*, qui justi tantam, quantam ipse tu, rationem habet. Tu vero etiam memor sis eorum temporum, quibus tu nobiscum versatus, quod illum quoque cognitum non haberes, aegre ferebas, ita quidem, ut te saepe audiremus dicentem: quis tandem Deorum eum mihi dabit conspiciendum? Hoc vero nomine & te & illum magni faciebamus, te quidem desiderantem, illum vero a te desideratum, quem nec omne, quod tellus fert, aurum de virtute sua dejecerit, cui etiam, qui talia facit, inimicus habetur. Quomodo igitur ille lucrum adeo turpe consectari potuerit? quomodo vero illius flagellis incitatus ea facere, quae ipsa? Abegit enim, cum pravam invenisset, veritusque esset, ne plures sibi similes faceret. Abstulit vero nihil, nec magnum, nec parvum. Haec quidem ita se habere, per Deos omnes libens juravero. Compescatur igitur foemina, quae nihil non ausa est, ut nihil non audere posset, vel potius omnino ab ejusmodi fraudibus abstineat. Si vero eas omittere non possit, adversus alios exerceat.

Τῶν τιμῶν τῶν πολλῶν καὶ μεγάλων ἐκείνων μεμνημένος, αἷς με δεῦρ' ἥκων ἐκόσμησας, ὀφείλειν τε ἐμαυτὸν ἀμοιβὴν ἡγούμενος, ἔργῳ μὲν ταύτην οὐκ ἂν ἀποδοῦναι δυναίμην, διὰ δὲ λόγου καὶ ῥημάτων τινῶν τάχα ἂν, οἷόν τι καὶ τὸ ταύτης τῆς ἐπιστολῆς. Ἐγὼ γὰρ ἀξιῶ τὴν σὴν ψυχὴν, τὴν δι' ἀρετῆς ἅπαντα τὸν χρόνον πεπορευμένην, καὶ θαυμαζομένην μὲν ὑπ' ἀνθρώπων, ἀρέσκουσαν δὲ Θεοῖς, χρηστοῖς μὲν ἀτυχοῦσι χεῖρά τε ὀρέγειν, καὶ ὀρθοῦν, καὶ βοηθεῖν, τοῖς κακοῖς δὲ μὴ πολεμεῖν μὲν πεπτωκόσι, μὴ μέντοι μηδὲ ἀμύνειν. Τούτων δὲ καὶ Χαρισίαν οὖσαν οἶδα ταυτηνὶ, περὶ ἧς εἴχομεν ἄν τι καὶ ἄλλο λέγειν. Ἀρκεῖ δέ μοι τοσοῦτον εἰπεῖν, ὡς ὁ κατάλογος ἐκεῖνος ὁ πολὺς, ὁ τῶν χρημάτων ψευδής τε ἅπας, καὶ οὔτε αὐτῇ ποτε γενόμενος, οὔτ' ἄλλου δι' ἁρπαγῆς, καὶ ταῦτα Ἰαμβλίχου, ᾧ τοῦ δικαίου τοσοῦτος, ὅσος περ καὶ σοὶ λόγος. Ἀναμιμνήσκου δὲ καὶ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, ἐν αἷς ἡμῖν συνὼν ὅτι μὴ κἀκεῖνον ἔγνως, χαλεπῶς τε ἔφερες, καὶ τίς ἄν μοι δείξαι (1) Θεῶν τὸν ἄνδρα, πολλάκις ἠκούσαμεν λέγοντος. Ἐφ' ᾧ σέ τε κἀκεῖνον ἐζηλοῦμεν, σὲ μὲν ζητοῦντα, ζητούμενον δὲ ἐκεῖνον, ὃν οὐδὲ πᾶς, ὃν ἡ γῆ φέρει, χρυσὸς, ἐξέβαλλεν ἂν τῶν τρόπων. ᾯ καὶ πᾶς ἐχθρὸς, ὁ τοιαῦτα ἐργαζόμενος. Πῶς οὖν οὗτος ἔμελλεν ἐφ' οὕτω κέρδος ἥξειν αἰσχρόν; πῶς δὲ διὰ μαστίγων αὐτοῦ τἀκείνης ποιήσειν; Ἀπέδοτο μὲν γὰρ πονηρὰν εὑρὼν, καὶ δείσας, μὴ πολλὰς ποιήσῃ τοιαύτας. Ἀφείλετο δὲ οὐδὲν, οὔτε μεῖζον, οὔτε ἔλαττον. καὶ ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει, ἕτοιμος ἐγὼ πάντας θεοὺς ὀμνῦναι. Παυσάσθω τοίνυν ἡ μηδὲν ὀκνήσασα γυνὴ τοῦ μηδὲν ὀκνεῖν, καὶ μάλιστα μὲν ὅλως ληξάτω ταύτης τῆς ἀπάτης. εἰ δ' οὐκ ἂν δύναιτο, πρὸς ἑτέρους τοῦτο ποιείτω.

AR-

DCCCCXXVII.

(8) τῶν λόχους τε ἀγαγ. desunt in *Reg. max.* De voce λόχος lege *Spanhemium* ad Juliani Oratt. p. 236. (9) Phrasis Homerica, ejus exemplo in acclamationibus adhibita, quod vel ex *Luciano* patet. (10) Hoc verbo omne felicitatis genus Graeci precabantur iis, quibus cupiebant. Hinc idem epistolis suis praemittebant, quod tralatitium est. Vide interim *Alex. Morum* ad N. T. p. 271. Auctor hujus salutandi formulae Cleon statuitur ab Aristophanis Schol. ad Plutum vs. 322. sed in scholis ad Nubes vs. 607. usus ejus habetur antiquior.

EP. DCCCCXXVI. (1) Δεῖξαι *Reg. max.* recte.

EP.

DCCCCXXVII. ΑΡΓΕΙΩι.

Ἴσθι μὲν μεγάλα μικρὰ δεδωκὼς τὰ νῦν. ἐκεῖνα δὲ, ἃ προσεῖπον μεγάλα, οὐ τούτων μείζω μόνον κρόκου καὶ στύρακος, ἀλλὰ καὶ τῶν ὄντων ποτὲ Βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ τῷ Μήδων. Τίνα δὴ ταῦτα τὰ καὶ ἐκεῖνον παρελθόντα τὸν πλοῦτον; δόξα διὰ τῶν σῶν καὶ λόγων καὶ ἔργων, σοί τε γενομένη καὶ ἐμοί. Τοσαύτης μὲν οὖν οὔσης ἐν τῇ περὶ τὴν πόλιν δαπάνῃ φιλοτιμίας, τοσαύτης δὲ ἐν τῇ τῶν λόγων ἐπιδείξει πυκνότητός τε καὶ ὥρας, ἃ μέντοι μὲν τὸ νῦν, μετ' οὐ πολλῶν δὲ τὸ πάνυ συνέζευξας, ἔχων μὲν τὴν διὰ λόγων, εἴπερ ἤθελες, ἀτέλειαν, χρήσασθαι δὲ οὐκ ἐθελήσας. ἀνθ' ὧν οἶμαί σε τῆς τῶν Θεῶν ἀπολαύειν εὐνοίας, οἵ σοί τε δόντες λόγους εἶναι βούλονται λόγους, καὶ οἷς τε μέλει καὶ σωτηρίας τῶν πόλεων, καὶ φαιδρότητος. Οὕτω πολὺν ἤδη χρόνον ἡμεῖς σε καρπούμεθα, καὶ τῶν ὡς ἥδιστα τὰ ἡμέτερα τρυγόντων ὑπὸ σοῦ κεκωλυμένων.

ARGEO.

Scito te post magna illa parva nobis oune dedisse. Illa vero, quae magna dixi, non majora solum croco & styrace sunt, sed & illis omnibus, quae magnus quondam Medorum Rex habuit. Quae igitur sunt illa, quae tantas etiam divitias superant? Gloria illa, quae & tibi & mihi & verbis & factis tuis parta est. Tantum tuum fuit in sumtibus, urbi impendendis, studium, tanta in orationibus habendis & industria, & ars, ut unus tu ex superstitibus cum non multis illustrioribus, utrumque conjunxeris, cum tamen, si voluisses, ab orationibus habendis immunis esse potuisses, immunitate illa non usus. Pro his Deorum te benevolentia frui existimo, tum eorum, qui, cum eloquentiae tibi facultatem dederint, eam tibi esse volunt perpetuam; tum istorum quoque, quibus & salus & splendor urbium curae est. Ita igitur jam longo tempore fructum ex te capimus, cum illi etiam, qui nostra libenter carpunt, a te prohibeantur.

DCCCCXXIX. ΠΑΡΘΕΝΟΠΑΙΩι.

Καὶ ἦλθον ἡμῖν οἱ λόγοι σου, καὶ ἐν οἷς ἦν ἄξιον (1) ἀνεγνώσθησαν, καὶ ἔτυχον καὶ ἐπαίνου καὶ κρότου, καὶ πηδημάτων. Τῶν δὲ τοῦτο ποιούντων οἱ μέν σε μακάριον ἐκάλουν τὸν δημιουργὸν, οἱ δὲ τὸν τοῦ λογογράφου πατέρα ἐμὲ, πολλοὶ δὲ ἀμφοτέρους, οἷς καὶ αὐτοῖς ἔπαινος ἦν παρὰ τῶν παρόντων τοιαῦτα ψηφιζομένοις. Ἔχε δὴ τὴν δεξιὰν ἐν γράμμασι, καὶ παῖδας ποίει πολλοὺς, μέλλων ποιήσειν καλούς (2). Οἱ νόμοι δὲ εἴπερ εἰσὶ δίκαιοι (3), δίκαιοι δ' ἂν εἶεν, εἶναι δίκαιοι καὶ τοῖς ἄλλοις βουλόμενοι (4), ἕξουσιν ἡμῖν συγγνώμην (5) τοῦ τῶν λόγων ἐρῶσι κάλλους. καὶ τὸ μὲν αὐτοῖς, τὸ δὲ ἐκείνοις νέμουσιν (6), ἀλλ' οὐ τὸ πᾶν ἑαυτοῖς.

PARTHENOPAEO.

Et redditae nobis sunt orationes tuae, & praesentibus, quos oportebat, lectae sunt, laudes vero etiam & plausus & exsultationes retulerunt. Illorum quidem, qui haec edebant, alii te earum auctorem, alii vero me scriptoris patrem felicem praedicabant, plures denique utrumque, quibus & ipsis, ita judicantibus, a praesentibus laudes conferebantur. Admove igitur dextram scribendo, & multos gigne filios, pulchros illos geniturus. Leges autem siquidem justae sint, fuerint autem justae, cum aliis quoque justae esse velint, veniam facient nobis, quod sermones elegantes amemus, & alia quidem nobis, alia aliis, non vero omnia nobis ipsis tribuamus.

DCCCCXXX. ΜΑΞΕΝΤΙΩι. (1)

Πρὸς εἰδότα πάντα τὰ εἰρημένα εἴρηταί σοι. Οὔτε γὰρ ἀμελήσειν τῶν σῶν ἐμέλλομεν (2), ὡς μὴ τοὺς παρ' ὑμῶν (3) ἀφικνουμένους, ἐν οἷς εἴης, ἐρωτᾷν, τοὺς δὲ (4) διηγουμένους εἴχομεν καὶ λέγοντας, τίνες μὲν καὶ οἱ σοὶ (5) σύμμαχοι, τίνες δὲ οἱ πολέμιοι. δόρατά τε οἷα μὲν τὰ παρὰ σοῦ, οἷα δὲ τὰ παρ' ἐκείνων, καὶ ὡς μᾶλλον τρώσαις, ἢ τοῦτο πάθοις. Ἦν δὲ ἐν τῇ διηγήσει, καὶ πλῆθος ἐπιδείξεων, ἐν αἷς πολὺ τὸ κάλλος, καὶ τὸ μὲν τῶν λόγων εὐδοκιμεῖν τὸν τρόπον, ζητοῦντα μὲν νίκην οὐ μὴν (6) ἄνευ τοῦ καλῶς (7). Ἤκουον καὶ τὰ Παρθενοπαίου (8) τοῦ ῥήτορος, καὶ ὡς Περίθους εἰς Θη-

MAXENTIO.

Non ignaro mihi omnia illa, quae significasti, sunt nuntiata. Neque enim fieri poterat, ut nullam rerum tuarum curam haberem, neque ex illis, qui inde ad nos veniunt, quaererem, quid ageres. Illi vero retulerunt nobis, quos haberes adjutores, quosve adversarios, quibusque armis & tu & illi uterentur, quodque tu potius illis inflicturus sis vulnera, quam accepturus. Commemorabantur etiam multae declamationes, quae elegantissimae essent; nec minus ex moribus tuis laudes praeter illas ex orationibus, cum victoriam quidem, sed non nisi honestam, secteris. Audivi etiam de *Parthenopaeo*, Rhetore, quaedam, & quomodo Pirithoum

EP. DCCCCXXIX. (1) Ἄξιον ἦν, *Barocc.* 55. ἦν, rectius omittit *Reg. max.* & *Voss.* (2) Orationes, ingenii foetus, intelligit. *Barocc.* ποιήσειν ἦν καλούς. Secutus sum R. M. & V. (3) δίκαιοι h. l. male desideratur in *Barocc.* (4) Idem est, ac si scriptum esset, δίκαιοι ὄντες. Vide nos ad ep. 859. (5) συγγνώμην omittit *Barocc.* (6) *idem*, at *Reg. max.* male νέμοντες. Respicitur enim antecedens ἐρῶσι.

EP. DCCCCXXX. (1) Vide *Centuriam* meam p. 231. sqq. (2) *Barocc.* ἠμελλήκαμεν. (3) ἡμῶν, *Medic.* B. (4) τίνας τε, *Reg. max.* & *Medic.* (5) σοὶ addidi ex iisdem. (6) [illegible] *Barocc.* (7) Τὸ καλῶς illud etiam acclamationis instar: *bene! praeclare!* accipi possit. (8) Sic codd. plerique, Παρθενοπαίῳ, *Barocc.*

(9) No-

thoum se in Theseum praestiterit, ac utrique quidem, Pirithoo nempe & Theseo, gratulatus sum, illi quidem de illis, quae dedit, huic autem, quae accepit. Gratulor porro etiam urbi illius Dei, qui mihi saepe succurrit, ideo, quod multa videt Sophistarum certamina. Fruebatur quidem & olim urbs ista hac felicitate, non tanta tamen, nec tam consummata. Glorietur igitur pulcherrima Tyrus, quod habet medicinam morbis valentiorem, exspectationem nempe certissimam, de qua magnum Aesculapium noctu frequenter consilium iniisse statuo. Glorietur etiam juvenum gregibus, eorumque ductoribus. Denique id quoque audivi, senem illum variis in te technis uti, cumque amicitia vestra gauderem, illa exspirante, dolui. Sed ita senectus fert. Te vero eum & colere, & patienter ferre etiam morosum velim, tanquam res tibi cum Parente foret. Illum vero, qui saepe me convitiis proscidit, patere hac voluptate, siquidem voluptatis loco habet, perfrui. Forte enim mihi proderit, qui timore, ex sermonibus ejus nato, meliorem me reddere possit.

Θησέα (9) ἐγένετο, καὶ συνήσθην γε ἀμφοτέροις, τῷ τε Πειρίθῳ, τῷ τε Θησεῖ. τῷ μὲν, ὧν ἔλαβε, τῷ δὲ, ὧν ἔδωκε (10). Συγχαίρω δὲ καὶ τῇ τοῦ σεσωκότος με πολλάκις θεοῦ (11) πόλει, πολλοὺς ἀγῶνας δεχομένῃ σοφιστῶν. Εἶχε μὲν γὰρ τἀγαθὸν τοῦτο καὶ πρότερον ἡ πόλις (12). Οὐ μὴν τοσοῦτόν γε, οὐδ' οὕτως εἰς ἀκμὴν ἧκε (13). Σεμνυνέσθω τοίνυν ἡ καλὴ Τύρος, ὡς ἔχουσα μὲν ἰατρείαν κρείττω (14) νοσημάτων, τὴν προσδοκίαν τὴν ἰσχυρὰν (15), ὑπὲρ ἧς ἐν νυξὶν αὐτῷ συγγενέσθαι φημὶ πολλάκις (16) τὸν μέγαν (17) Ἀσκληπιόν. Σεμνυνέσθω δὲ καὶ ποιμνίοις νέων καὶ ποιμέσι νέων. Ἀλλὰ καὶ τὸ τελευταῖον ἀκήκοα, πάλαισμα (18) τὸν πρεσβύτην, καὶ ταῖς συνθήκαις ὑμῶν ἡσθεὶς λελυμένων ἠχθέσθην. Τοῦτο μὲν οὖν τὸ γῆρας, καὶ βουλοίμην ἄν σε τιμῶντα διατελεῖν καὶ φέρειν, εἴποτε καὶ χαλεπαίνοι (19), ποιοῦντα τοῦθ' ὅπερ ἂν πρὸς τὸν πατέρα. τὸν δὲ πολλάκις κατ' ἐμοῦ χρώμενον βλασφημίαις ἔα τρυφᾷν, εἰ τοῦτο αὐτῷ τρυφή. Τάχα γὰρ ἄν τι με καὶ ὀνήσαι ποιῶν βελτίονα τῷ φόβῳ τῶν ῥημάτων.

ARGEO.

DCCCCXXXI. ΑΡΓΕΙΩ.

Dicendi artem magni faciens, eamque discere cupiens *Letoius* recte agit, fontem vero vicinum, sapientem *Argeum* praetervectus, & alio navigans idem mihi fecisse videtur, ac si quis sitiens, relicto fonte domestico, ad eum, qui ante portas est, currens, eandem bibere aquam cupiat. Quae enim ille a nobis accipere potest, eadem quoque a te possit. Putaveram vero ipsum, si non aliunde, ex ea saltem epistola, si te porro audivisset, intelligere potuisse, quod manere ibi, & illa dicendi elegantia porro frui praestet. Id autem, quod *Letoium* latuit, faciet, ut se ipsum saepe culpet. Ego vero & juvene illo & literis istis delectatus, opto, ut nunquam literas amare desinat. Timeo vero mihi & a Patris ejus auribus, & ab oribus istorum, qui Berytum laudare didicerunt.

Θαυμάζων μὲν ῥητορικὴν καὶ κλήσασθαι ταύτην ἐθέλων ὁ Λητόϊος καλῶς ποιεῖ, τὸν δ' ἐγγὺς ὑπερβὰς κρουνὸν (1), Ἀργεῖον τὸν σοφὸν, ἔπειτα ἑτέρωσε πλέων ἔδοξέ μοι παραπλήσιόν τι ποιεῖν, ὥσπερ ἂν εἴ τις διψῶν τὸν οἴκοι κρουνὸν ἀφεὶς, ἐπὶ τὸν περὶ τῆς πόλεως τρέχοι, ταυτοῦ μέλλων ὕδατος πίεσθαι. Καὶ γὰρ οὗτος ἃ ἂν λάβοι παρ' ἡμῶν, ταῦτα ἂν καὶ παρὰ σοῦ. Ἠξίουν δὲ αὐτὸν, εἰ καὶ μηδαμόθεν ἄλλοθεν, ἀπ' αὐτῆς γε τῆς ἐπιστολῆς, ἣν τῆς σῆς εἶχε φωνῆς, ἰδεῖν, ὅτι δεῖ καὶ μένειν, καὶ μεταλαμβάνειν κάλλους τοιούτων τῶν λόγων. Τουτὶ μὲν οὖν διαφυγὸν τὸν Λητόϊον, αὐτὸν αὐτοῦ πολλάκις ποιήσει κατηγορεῖν. Ἐγὼ δὲ ἡσθεὶς καὶ τῷ νέῳ καὶ τοῖς γράμμασιν, εὔχομαι μὲν αὐτὸν μὴ λῆξαι λόγων ἐρῶντα. Δέδοικα δὲ τά τε ὦτα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τὰ Βηρυτὸν (2) ὑμνεῖν μεμαθηκότα στόματα.

FACTINIANO.

DCCCCXXXII. ΦΑΚΤΙΝΙΑΝΩ.

Hoc scilicet virum decet, qui imperare aliis didicit, non tegulae, nec lapides, nec muri, nec picturae, aut porticus aliquis inutilis, sed subjectis

Τοῦτ' (1) ἔστιν ἀνδρὸς, ἄρχειν ἐπισταμένου, οὐ κεραμὶς, καὶ λίθος, καὶ τοῖχος, καὶ γραφὴ, καὶ στοά τις ἀχρη-

(9) Notum est foedus amicitiae, quod Pirithoo cum Theseo intercessit. Noster frequenter hac phrasi proverbiali utitur. In *Reg. max.* & hic & paulo post scribitur Περίθῳ. (10) ἔνειχε, *Medic.* male. Id enim opponi non potest antecedenti ἔλαβε. (11) Aesculapium intelligit, cujus & mox diserte meminit. (12) Tyrum vult, quam mox appellat. (13) ἧκεν *Reg. max.* & *Medic.* (14) κρείττονα, *iidem.* (15) Spem illam hic innuit, quam Tyrus concipere poterat ex Sophistarum in erudiendis civium liberis diligentia & dexteritate. Hanc antea medicinam dixerat, omni imminenti calamitati opponendam. (16) πολλάκις ex *Reg. max.* & *Medic.* (17) Aesculapium in precibus, magno clamore ad ipsum deferendis *magnum* appellare solebant. Vide *Spanhemium* ad Aristophanis Plutum vs. 639. (18) πάλαισμα de strategematibus alias usurpari solitum heic ad hominem transfertur, qui alterum hostiliter circumvenire conatur. (19) Similiter S. *Petrus* 1 ep. II. 18. servos vult ὑποτάσσεσθαι dominis etiam σκολιοῖς.

EP. DCCCCXXXI. (1) Vox κρουνὸν in *Voss.* infra punctis erat notata, tanquam suspecta. (2) Ex his patere puto, *Argeum* in Schola Berytensi docuisse, atque hinc *Letoium* ad Libanii scholas esse profectum.

EP. DCCCCXXXII. (1) Sic *Voss. Vatic.* B. & *Mutinens.* A. οὖτ' *Reg. max.* omissa pro more litera epistolae prima.

(2) *Voss.*

ἄχρηστος. ἀλλὰ τὸ συμπράττειν τοῖς ἀρχομένοις εἰς παιδείαν, καὶ τὸ εὐφρονεῖν, καὶ λέγειν δύνασθαι. ᾧ δὴ καὶ τὸ τοῦ πατρὸς ὄνομα δικαίως ἂν δοίη τις, ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις. Σὺ δὲ δοὺς ταύτην τὴν ἐπιστολὴν καὶ τετιμηκὼς τιμῇ τοσαύτῃ τὸν ὑπὸ σοί, τοὺς μὲν ἠμεληκότας λόγων ἀφύπνισας (2), τοὺς δ' οὐκ ἀφεστηκότας μᾶλλον ἔχεσθαι πεποίηκας. Καί μοι δοκεῖς ἑτέρας δύο πέμψειν ἐπιστολὰς ταυτὰ (3) βουλομένας. Ἃ γὰρ ἐπαινεῖς ἡμᾶς τῇ τε τῶν ὡς ἡμᾶς πεφοιτηκότων δυνάμει, καὶ πρᾶγμα ὀνομάζειν εὐδαίμον ἡμέτερα γράμματα, ταῦτα βοῶντός ἐστιν εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους, ὅτι, ὦ πατέρες, πέμπετε τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν παρὰ γέροντα πονεῖν καὶ νῦν εἰδότα, καὶ μήτε μῆκος ὁδοῦ, μήτε κύματα εἰργέτω. Σὺ μὲν οὖν ἐν οἷς καὶ λέγεις καὶ πράττεις, αὔξεις μὲν τὰ τῆς σοφίας, αὔξεις δὲ τὰ Παμφυλίας. ἐγὼ δὲ δεξάμενος τὸν Λητόϊον, ὡς ἐβούλου καὶ ἐκέλευσας, ἐγκαλῶ τοῖς Θεοῖς ἀφελομένοις με παῖδας, οὓς εἶχον ἄν, οὐκ ἀδικηθείσης Κύπρου (4).

jectis ad institutionem prodesse, & non minus sapere, quam dicere posse. Huic utique & Patris nomen merito aliquis imposuerit, non vero illis. Tu vero hanc scribens epistolam, tantoque tibi subjectum honore dignatus, literarum quidem incuriosos ex somno excitasti, ab iisdem vero non alienos majori earum studio duci fecisti. Et mihi quidem videris duas alias missurus epistolas, quae idem velint. Quando enim nos laudas de illa, quam discipuli nostri habent, facultate, scriptaque nostra rem fortunatam appellas, idem facis, ac si hominibus omnibus clara voce dicas: mittite, ò patres, filios vestros ad senem illum, qui etiam nunc laboribus fungi potest, nec vos vel longum iter, vel fluctus prohibeant.' Tu itaque iis, quae & dicis & facis, & sapientiae, & Pamphyliae res amplificabis. Ego vero, *Letoium* nactus, quod voluisti & jussisti, de Diis queror, qui filios mihi inviderunt, quos habere poteram, si Venerem non offendissem.

DCCCCXXXIII. ΚΥΡΙΝΩι.

Ἡ σὴ παιδεία, καὶ τὸ ταύτῃ νικᾶν ἔχειν, ἔπεμψε μὲν τὸν πρότερον ἡμῖν, ἔπεμψε δὲ τὸν δεύτερον, συμβαλλομένου τι καὶ τοῦ προτέρου πρὸς τὸ, καὶ τὸν δεύτερον ἐλθεῖν. Τοιαῦτα γὰρ ἡ φήμη καὶ ποιεῖ, καὶ ἐργάζεται, φέρει πανταχῇ τὸν περὶ τῶν πραγμάτων λόγον, καὶ ῥαθυμίαν τινὸς ἐμήνυσε, καὶ πόνους ἐκήρυξε. τὸ δεύτερον δὲ τοῦτο φυλὴν ἑτέραν ἐνίκησεν. Οὕτω μὲν οὖν ἡγοῦμαι τὸν Λητόϊον ἐλθεῖν, ὃς ἕξει μὲν ἃ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος. Ὃ δὴ σὺ τῇ τοῦ ἡλίου κατεκόσμησας εἰκόνι, κτησάμενος δὲ φυλάξειεν, ἀλλὰ μὴ τό τινων ἀπολέσειε παθὼν, οἵ πρὸς ἕτερα βλέποντες εἶτ' ἔχουσιν, ὧν εἶχον, οὐδέν.

QUIRINO.

Sapientia tua, & quod ea superare omnes potes, misit ad nos priorem illum, misit vero etiam posteriorem, ubi & prior aliquid contulit, ut & posterior ille veniret. Talia enim fama & facit, & praestat, sermones de factis quaquaversum diffundit, & nunc ignaviam alicujus enarrat, nunc labores praedicat. Posterius vero hoc alterum illud genus vicit. Ita igitur *Letoium* venisse ad nos existimo, ut & ipse omnia, quae ex reliquis singuli, nanciscatur. Quod vero tu facta cum Sole comparatione ornasti, id ille ut conservet, opto, nec ad exemplum aliorum amittat, qui, ad alia respicientes, postea nihil eorum, quae habuerant, habent.

DCCCCXXXIV. ΠΑΛΛΑΔΙΩι.

Πολλὰ μέν μοι τὰ δῶρα, τὰ παρὰ Λητοΐου, πάντα δὲ ἐλάττω τοῦ παρόντος. Ἦλθεν ἄγων ἡμῖν ἀπὸ Τυάνων (1) πόλεως εὐδαίμονος παῖδε δύο λόγων ἐρῶντε, κοσμοῦντε ταύτῃ τὸν καλὸν Παλλάδιον πατέρα, συνέσει τε νικῶντα καὶ σωφροσύνῃ, καὶ τῷ δίκην τε δικάσαι δύνασθαι καὶ σῶσαι πόλιν. Καὶ μακρὸν ἐν ἐπιστολῇ πάντ' εἰπεῖν, ὁπόσα Λητόϊος πρὸς ἡμᾶς περὶ αὐτοῦ. Παρακαλοῦμαι τοίνυν ἐπὶ σπουδὴν πρώτῃ μὲν αὐτῇ τῇ τῶν νέων φύσει, δευτέρᾳ δὲ τῇ δόξῃ τῇ τοῦ πατρός. τρίτῃ δὲ, τῷ Λητοΐου τοῦτο ἐθέλειν. Ἔνι δέ τι καὶ τέταρτον, τὸ τοῖς τούτων με συμπεφοιτηκέναι προγόνοις, οἷς πολὺς ἐγίγνετο παρὰ πάντων ἔπαινος. τοῦ τῶν τρόπων κάλλους πρὸς τὸ τῶν λόγων ἁμιλλωμένου. Πάνυ δὴ πιστεύω κἀν τούτοις ἀμφότερα ἔσεσθαι, τῶν προοιμίων ἡμῖν πιστεύειν παρεχόντων.

PALLADIO.

Multa quidem mihi sunt, quae a *Letoio* nactus sum, dona, omnia vero praesenti hoc inferiora. Venit enim adducens ad nos ex felicissima Tyaneorum urbe juvenes duos, literarum amantes, & hoc nomine elegantissimo *Palladio*, patri, decus adferentes, qui prudentia & sapientia alios vincit, quique & causas definire & urbem salvam praestare novit. Et longum foret, per epistolam exponere omnia, quae *Letoius* nobis de eo nunciavit. Itaque ad studium excitor ego, primum quidem ipsa juvenum illorum indole, deinde vero Patris celebritate; porro etiam eo, quod ita jubet *Letoius*. Accedit & quartum, quod cum illorum avis literas ego didici, quibus multa ab omnibus laus nascebatur, quandoquidem morum elegantia cum literarum illa certabat. Omnino vero persuasum mihi habeo, etiam in his utrumque futurum, cujus rei initia ipsa fidem nobis faciunt.

DCCCCXXXV. ABLA-

(2) *Voss.* ἀφύπνωσας, sed cum ι supra ω. (3) ταυτὸ, *Voss.* (4) Id fortasse vult, quod legitimum matrimonium non iniit. Ex superioribus enim constat, Libanium filium habuisse, ex illegitimis nuptiis natum.

EP. DCCCCXXXIV. (1) *Tyana*, Cappadociae urbs, *Apollonii*, Philosophi, ortu celebrata. Τύανα potius scribendum volebat *Spanhemius* numorum auctoritate adductus. Vide eum ad *Juliani* Caesares p. 350.

EP.

ABLAVIO.

Laetitia nos perfudit praestantissimus *Letoius* suis de te sermonibus, & mensam illam describens, omnes ad se vocantem, & exponens, quae tu quidem prandens loquaris, quaeque audire consueveris: quodque mansuetudo illa tua tibi infixa haereat, nihil ex praesente dignitate detrimenti passa; quo ipso testatum facias, etiam cum suavitate moderatum esse licere. Idem nobis pulchra quoque furta tua retulit, quibus pulchras invenisti vias. Ne itaque desine furta ejusmodi facere, quibus & amico gratum facies, & te ipsum reddes meliorem. Juvenes vero illos, quos missurum te ajebas, mitte, nisi rerum nostrarum aliquid reprehendendum tibi videatur. Nosti enim, quam necesse sit studere veritati.

DCCCCXXXV. ΑΒΛΑΒΙΩι. (1)

Εὐφροσύνης ἡμᾶς ἐνέπλησεν ὁ θαυμάσιος Λητόϊος ἐν τοῖς περὶ σοῦ λόγοις, τράπεζάν τε λέγων ἐκείνην τὴν ἅπαντας καλοῦσαν, καὶ οἷα μὲν εἴποις ἑστιῶν, οἷα δὲ ἀκούσαις. καὶ ὡς ἐνίδρυταί σοι τὸ ἥμερον ἐκεῖνο, μηδὲν ἀδικηθὲν ὑπὸ τοῦ παρόντος σχήματος, δῆλος οὖ πεποιηκότος, ὡς ἔστι μετὰ χαρίτων σωφρονεῖν. Ἀπήγγειλε δὲ ἡμῖν καὶ κλοπάς σου καλάς, αἷς ἐκλέπτες (2) ὁδοὺς καλάς. καὶ μὴ παύσαιό γε τὰ τοιαῦτα κλέπτων, ἀφ' ὧν φίλῳ τε χαρῇ, καὶ σαυτὸν ἀμείνω ποιήσεις. Τοὺς νέους δὲ, οὓς ἔφησθα πέμψειν, πέμψον, εἰ μή τι τοῖς παρ' ἡμῶν ἐγκαλεῖς. τοῦ μὲν γὰρ δεῖν ἀληθεύειν τὴν ἀνάγκην οἶσθα.

ABUREIO.

Confirmare mihi omnino videris *Isocratis* illa, quae de eloquentiae indole pronunciavit, eam scilicet extollere exigua, magna autem deprimere posse. Tu vero nunc prius illud fecisti: id vero faciens ostendisti, te, ubi volueris, & alterum illud posse. Tibi igitur hoc dicendi robur gratulor; ego vero, epistolam legens tuam, valde erubescebam, ea, quae in literis erant, apud me quaerens, nec tamen inveniens. Prae nimio itaque amore veritatem mihi neglexisse videbaris, & recogitabam, qualis tu sis futurus, si orationem in laudem viri praestantissimi conderes, qui talem te in epistola scribenda praestiteris; Aesonem scilicet in eam producens, & juventutem secundam, ejusque capillos, quos ab *Homero* mutuatus nobis tribuisti. Amoris vero etiam argumentum habet illa annorum, sicut & pecuniarum largitio, & porro illi, qui eadem opera mihi quidem longiorem, sibi vero breviorem efficerent. In his autem primus erat ingenuus *Abureius*, copiosum & elegantissimum eloquentiae flumen fundens, quem Musae juvenibus, eloquentiae studiosis, salvum praestent, & ad meum senium eadem, quae nunc facit, facientem perducant. Fingit vero ille statuas, gentis Graecorum ornamenta. Inter illas eminet hic *Maxentius*, multa de tuis, pauca vero quaedam etiam ab alte-

DCCCCXXXVI. ΑΒΟΥΡΗΙΩι. (1)

Πάνυ μοι βεβαιοῦν δοκεῖς τὸν Ἰσοκράτους λόγον, ὃν (2) περὶ τῆς τῶν λόγων Ἰσοκράτης εἶπε φύσεως, ὅτι ἄρα οἷοί τέ εἰσιν αἴρειν μικρὰ, καὶ μεγάλα καθελεῖν. Σοὶ (3) δὲ νῦν εἴργασται μὲν τὸ πρότερον. τὸ δ' εἶναι καὶ θάτερον βουλομένῳ δηλοῦται τῷ πεπραγμένῳ. Σοὶ μὲν οὖν συγχαίρω τῆς ῥώμης, αὐτὸς δὲ ἐν τῇ τῆς ἐπιστολῆς ἀναγνώσει λίαν ἠρυθρίων, ζητῶν μὲν τὰ τῶν γραμμάτων ἐν ἐμαυτῷ, εὑρεῖν δὲ (4) οὐκ ἔχων. Ἔδοξας οὖν μοι κατὰ τὸ σφόδρα φιλεῖν ἀμελῆσαι τῆς ἀληθείας, καὶ ἐνεθυμούμην, τίς ἂν εἴης λόγον ἐργαζόμενος, ἐγκώμιον ἀνδρὸς ἀρίστου, τοιοῦτος ἐν ἐπιστολῇ διακείμενος. Αἰσονά (5) τε ἄγων εἰς αὐτὴν καὶ νεότητα δευτέραν, καὶ τρίχα τὴν ταύτης, ἣν παρ' Ὁμήρου (6) λαβὼν ἡμῖν δίδως. ἐρωτικὸν δέ τι καὶ ἡ τῶν ἐτῶν ὥσπερ χρημάτων ἐπίδοσις, καὶ οἱ ποιοῦντες ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐμοὶ μὲν μακρότερον, αὐτοῖς δὲ βραχύτερον τὸν βίον. Ἐν τούτοις δὲ πρῶτος ἦν ὁ πολύ τε καὶ καλὸν ῥεῦμα προχέων Ἀβουρήϊος (7) ὁ γενναῖος, ὃν φυλάττοιεν αἱ Μοῦσαι τῆς ῥητορικῆς ἐπιθυμούσῃ νεότητι, καὶ κομίσαιέν γε εἰς τὴν ἐμὴν πολιὰν (8), ποιοῦντα, ἃ νῦν ποιεῖ. Ποιεῖ δὲ ἀγάλματα (9), κόσμον Ἑλλήνων τῷ γένει. ὧν κορυφαῖος οὑτοσὶ Μαξέντιος, πολλὰ μὲν τῶν

EP. DCCCCXXXV. (1) De *Ablavio* hoc vide *Jac. Gothofredi* Prosopographiam Codicis Theodosiani p. 347. (2) κλέψας, *Voss.*

EP. DCCCCXXXVI. (1) Vide *Centuriam* meam p. 268. sqq. ex *Laudano* 11. Ibi inscribitur Ἀβουρίῳ, at in *Reg. max. Voss. Ambros. Vatic.* B. & S. *Marci* Florentino & *Benzel.* A. Ἀβουρίῳ. Alibi etiam Ἀβούργιος vocatur. (2) ὅς, *Reg. max.* ut scilicet referatur ad antecedens Ἰσοκράτους: ita vero nomen ejus non repeti debebat; quod nec a Libanio factum puto, quamvis codd. omnes id exhibeant. *Isocratis* locus exstat in Panegyrico p. 82. edit. 1602. 8. οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν, ὥσθ' οἷόν τε εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγήσασθαι, καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος περιθεῖναι. Eadem phrasi *Basilius* utitur ep. 146. & *Julianus* in Orat. I. Confer Pindar. Olymp. I. epod. 1. (3) σὺ, *Laudan.* male. (4) ταῦτα δὲ εὑρεῖν, *Reg. max.* (5) Αἰανόν τε codices habent, male utique, & sensui prorsus non convenienter. Rescripsi Αἴσονα: huic enim Medeae arte juvenescere licuit. Rem fuse edisserit *Ovidius* Metamorph. VII. vs. 252. sqq. (6) Alludit ad *Homerum* Iliad. ι. vs. 445. sqq. ubi Phoenix ita:

—— —— οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς
Γῆρας ἀποξύσας θήσειν νέον ἡβώοντα.

(7) Ita *Laudanus* h. l. qui in inscriptione Ἀβούριος. Ἀβουρίϊος *Benzel.* A. (8) Ita codd. excepto *Laudano*, ubi est πολιτείαν. (9) Per statuas intelligit discipulos Abureji disciplina ad omnem elegantiam & cultum formatos. Huc pertinet vulgatum illud; *ex quovis ligno non fit Mercurius.*

τῶν σῶν λαβὼν, λαβὼν δέ τινα μικρὰ καὶ παρὰ τοῦ δευτέρου, καὶ πάλιν γε παρὰ σοῦ πολλὰ τοιαῦτα. Τοιαῦτα γὰρ ὑμῖν ἀκούω τάτε ἄριστα καὶ τὰ δεῖπνα γενέσθαι. Ἦν δὲ ὁ διδάσκων ἡμᾶς αὐτὸς ἑστιαθεὶς ἀμφότερα. Σὺ μὲν οὖν τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν ἐπὶ λόγων ποίησιν παρακαλεῖς, λέγων περὶ αὐτῶν, ἃ λέγεις. Ἐγὼ δὲ τὴν σὴν ἀκμὴν οὐ παρακαλῶ, παρακεκλημένην ὑφ᾽ ἑαυτῆς. Οἶμαι δέ σε καὶ περάσαντα χρόνον ὅσον ἐγὼ, τοῦ κινοῦντος οὐ δεήσεσθαι, σοῦ πρὸς σαυτὸν ποιοῦντος, ὃ νῦν πρὸς ἐμέ.

altero, & rursus multa ejusmodi a te nactus. Talia enim & prandia & coenas vobis esse audio. Id vero docebat me is, qui apud te convivio utroque erat exceptus. Tu quidem igitur imbecillitatem meam ad condendas orationes excitas, ea de illis dicens, quae dicis. Ego vero vigorem illum tuum summum non excito, tanquam a se ipso excitatum. Puto vero etiam, te, ubi etiam illam, quam ego, aetatem fueris emensus, excitante non opus esse habiturum, qui ipse adversus te, quod nunc adversus me, sis facturus.

DCCCCXXXVII. ΛΗΤΟΙΩι.

Ἐπῄνεσά σου καὶ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τὴν ὁδὸν, καλὴν ἑκατέραν εὑρών. Ἡ μὲν γάρ τι μέλιτος εἶχεν, ἡ δὲ πολλῆς τῆς ἀνδρείας, ᾗ χρώμενος ἐκ παιδὸς εἰς πολιὰν διετέλεσας (1). Ἥσθην οὖν σκοπῶν, οἷος ἡμῖν ἥξεις μετά τε τοὺς ἀγῶνας, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἀγώνων. Ἥσθην δὲ καὶ τῶν τὸν ἄργυρον ἐλαυνόντων μετὰ φαιδρότητος, δόντων μοι τὴν ἐπιστολήν. Ὃ γὰρ ἂν ἐπὶ πεπραγμένοις ἐποίουν, τοῦτ᾽ ἐποίησαν ἐλπίσαντες. ἡ δ᾽ ὑπόσχεσις ἄρα τὴν ἐλπίδα ἔτικτεν (2), ἁπάσης ἐπαγγελίας τὸ ἔργον προσλαβούσης. Τοιοῦτον γὰρ δὴ τὸ σόν. Τάτ᾽ οὖν ἄλλα θέμενος εὖ, καὶ τοῦτο, τάχιστα σαυτὸν ἀπόδος καὶ γυναικὶ, καὶ τέκνοις, καὶ ἐμοὶ, καὶ Ὀλυμπίοις. Φοιτητὴς δὲ οὑμὸς, ὃν οἶσθα, θήγει μετὰ τῆς γλώττης τοὺς πόδας. στέφανοι δὲ αὐτῷ παρ᾽ ἐμοὶ μὲν ὁ τρίβων, παρὰ σοῦ δὲ ἡ δάφνη.

LETOIO.

Laudavi ego & epistolam tuam, & iter, utrumque pulchrum deprehendens. Illa enim mellis aliquid habebat, hoc vero fortem prodebat animum, quo usus tu inde a puero ad canos pervenisti. Laetatus itaque sum, expendens apud me, qualis ad nos sis rediturus post certamina illa, & ea, quae hinc sunt consecuta. Laetatus vero etiam sum de illis, qui argentum liberaliter recusabant, cum epistolam mihi redderent. Quod enim post rem confectam fecerunt, idem fecerunt etiam tunc, cum illud sperarent. Promissio vero facta spem illis fecerat, cum omne promissum cadat in debitum. Ita enim tua omnia comparata sunt. Cum igitur alia recte perfeceris, fac etiam, ut te ipsum & uxori & filiis, & mihi & Olympiis propediem reddas. Ceterum discipulus ille meus, quem nosti, praeter linguam pedes exercet, cui a me praemium erit pallium, a te vero laurus.

DCCCCXXXVIII. ΠΡΟΣΔΟΚΙΩι.

Πάλαι σε μακαρίζων καὶ ἀπ᾽ ἐκείνων τῶν χρόνων, ἐν οἷς τὸ πρῶτον τοὺς πολλοὺς ἐδεξάμην ἐπαινέτας, οἳ τόν τε τρόπον σου καὶ τὴν τέχνην τεθαυμακότες αὐτοῖς τοῦ θαυμάζειν συνέχαιρον, νῦν σε πάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατον ἄγω τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον παρὰ τῶν ἀδελφῶν εἰρημένον, οἳ νόμῳ παλαιῷ πάτριόν τε ἀρχὴν καὶ πλατεῖαν ἔχουσι, παρ᾽ οὓς ἐγὼ βαδίζω καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, οὐ πάνυ μὲν εἰθισμένος τὸ παρ᾽ ἄλλους ἰέναι, μέγιστον δὲ κέρδος νομίζων τὸ παρὰ τούτους. οὓς, ἐρῶ γὰρ, ὃ πολλάκις ἔφην, ἡγοῦμαι τρέπεσθαι (1) καὶ τὸν Θεὸν ὁρῶντα νικῶντας τοὺς προγόνους, ἄλλοις τε οὐκ ὀλίγοις, καὶ τῷ φωνήν τε Ἑλλάδα (2) καὶ λόγων κεκτῆσθαι δύναμιν. εἰδότες δὲ λέγειν καὶ τῶν λεγόντων ἴσασι τόν τε βελτίω, καὶ τὸν χείρω, καὶ τὸν γνήσιον, καὶ τὸν νόθον. Διὸ κἀν τοῖς ὀχήμασι (3) αὐτῶν οὐκ ὀλίγη χώρα βιβλίοις, καί μοι λωτός (4) εἰσι φθεγγόμενοι, κατέχοντές τε καὶ οὐκ ἐῶντες ἀπιέναι. Τῶν δέ γε συνουσιῶν

PROSDOCIO.

Qui jam pridem felicem te praedicavi, inde ab illis temporibus, quibus primum multos te audivi laudantes, qui, & mores tuos & artem magni facientes, de utroque, quod admirari te possent, sibi sunt gratulati; nunc quidem omnium hominum te felicissimum judico, quem talem & tantum mihi esse nunciarunt fratres tui, qui lege vetere dignitatem patriam eamque amplam obtinent. Eos ego quotidie adeo, alios alioquin salutare non admodum solitus, in lucro scilicet maximo habens, si cum iis versari possim. Eos scilicet, dicam enim, quod saepe dixi, puto & Deum delectare, videntem, quod superent majores suos, tum aliis non paucis, tum eo inprimis, quod Graecorum linguam & magnam dicendi facultatem sibi compararunt. Praeterea vero quod ipsi dicendi sunt periti, judicare etiam possunt, quis meliorem se in dicendo, quisve deteriorem, quis germanum, quis spurium praestet. Propterea etiam in vehiculis non exiguum libris locum faciunt, mihique loti instar sunt loquentes, meque detinent,

EP. DCCCCXXXVII. (1) Id forte vult, *Letoium* adhuc puerum senilem prudentiam prae se tulisse. Tales *Sophocles* παιδογέροντας appellavit. Vide *Erasmi* Chiliadas p. 240. Nisi potius credideris, id innui, quod *Letoius* inde a puero usque ad provectam nunc aetatem eandem mentem probarit. (2) *Jac.* I. 15. ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν.

EP. DCCCCXXXVIII. (1) Sic *Reg. max.* & *Voss.* Non dubito, legendum esse τέρπεσθαι, vel τέρπειν. (2) Vide supra ad ep. 918. (3) Itinera puto innuit. (4) Alludit ad proverbium, λωτοῦ ἔφαγες, in eos dici solitum, qui re quadam ita sunt capti, ut aliarum omnium obliviscantur. Vide *Erasmi* Chiliadas p. 294.

(5) Ma-

nent, nec abire permittunt. Tu vero sermonum illorum familiarium maxima pars es: de te enim semper aliquid vel magnum vel parvum loquuntur, & in laudes tuas excurrunt, quae nunc mores tuos, nunc, quantum arte valeas, divitibus auxilians, & pauperes non contemnens, praedicant. Iidem prae amore tui saepe ad eosdem sermones revertuntur, non nescius nobis ea exponentes, sed inter gnaros delectati. Et mihi Sophista quidam, Tyri elogium condens, id instar maximi ursisse videtur, quod tanti tibi in ea sint honores, potentia tanta. Utroque enim horum Deus, eloquentiae stator, honoratur, cujus ope tot victorias reportasti. Audivi porro ex fratribus illis etiam hoc, quod magna quidem sit urbs nostra, major vero futura, si pro illis, qui hic adflicti sunt, manus pedesque moverentur *Prosdocii*, cui ego morborum meorum copia multum fui molestus. Fortasse vero id non ignoras, qui *Maxentium* Sophistam rei habueris interpretem. Dixi enim illi, num qua in re, tam longe etiam remotus, res nostras meliores efficere posses. Praemium vero tibi eorum, quae *Maxentio* praestiteris, hoc fuerit, ut intelligas, quibus te ornent, qui terram ornant, quamque jucundum nobis sit, talia tibi a talibus conferri.

σιῶν τυτωνὶ τῶν μακρῶν ἐν γίγνεται τὸ πλέον, ἀεί τι περὶ σοῦ λεγόντων ἢ μεῖζον ἢ ἔλαττον, καὶ ῥεόντων ἐν τοῖς ἐγκωμίοις, ὧν τὰ μὲν περὶ τοῦ τρόπου διδάσκει, τὰ δ' ὅσα δεδύνησαι τῇ τέχνῃ, πλουτοῦσί τε ἀμύνων, καὶ πενίαν οὐκ ἀτιμάζων. Οἱ δὲ ἐρῶντες (5) ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἔρχονται πολλάκις λόγους, καὶ διδάσκοντες ἀγνοοῦντας, ἀλλ' ἐν εἰδόσιν ἡδόμενοι. Καί μοι δοκεῖ σοφιστὴς εἰς Τύρου καταστὰς ἐγκώμιον τοῦτ' ἂν εἰπεῖν μέγιστον, τὰς σὰς ἐν αὐτῇ τιμάς τε καὶ δύναμιν. ἐν οἷς ἀμφοτέροις ὁ προστάτης τῆς τέχνης τιμᾶται Θεός, μεθ' οὗ τὰς πολλὰς νίκας ἀνῄρησαι. Ἤκουσα δέ τι καὶ τοιοῦτόν ποτε παρὰ τοῖν ἀδελφοῖν, ὡς μεγάλη μὲν ἡ ἡμετέρα πόλις. ἦν δ' ἂν καὶ πολὺ μείζων, εἰ ὑπὲρ τῶν ἐνταυθοῖ καμνόντων Προσδοκίῳ χεῖρές τε ἐκινοῦντο καὶ πόδες, ᾧ πολλὴν ἂν ἐγὼ παρέσχον πόνον πλήθει νοσημάτων. Ἴσως δὲ τοῦτο οὐκ ἀγνοεῖς Μαξεντίου τοῦ Σοφιστοῦ ταῦτα ἀπηγγελκότος. Καὶ γὰρ εἶπον (6), ἤν πως τι καὶ τοσοῦτον ἀφεστὼς δυνηθῇς τῶν ἐν ἡμῖν ἐπανορθῶσαι. Μισθὸς δέ σοι τῶν εἰς Μαξέντιον τό τε μαθεῖν, οἵοις σε κοσμοῦσιν, οἳ καὶ τὴν γῆν, καὶ ὡς καὶ ἡμῖν εὐφροσύνη, τούτων σοὶ παρὰ τούτων γιγνομένων.

HERACLIO.

Discipulo, praeceptorem videre ad tempus cupienti, justam hanc gratiam facito. Reliqua enim omnia haoc ipsi potestatem faciunt; cum vero publico munere fungatur, opus illi est capite imperantis annuente, sine quo hinc proficisci temerarium foret, & legi adversum, & poena dignum. Ut itaque & legi convenienter, & sine damno veniat, imitare, quaeso, Jovem, Thetidi hoc largientem. Fuit quidem, qui gratiam hanc, quae hominum qui se offenderint, rebus consuleret, culparet. At illa vel sic omni ex parte honesta est, tu vero nobis ex iis es, qui rectissime id quidem in praeceptores fieri existimant. Hinc factum quoque est, ut in foris multum possis, & Rhadamanthi nomen tibi pepereris. Hominem itaque in Praeceptores ita adfectum laudare, & similem illi, ita sentienti, gratiam facere necesse est. Quod si hoc facile tibi non esset, dolere nobis superesset, cum vero id efficere facile possis, potentia hac utique fuerit utendum. Recordare porro ipse, qualis fueris adversus eos, qui nobis se olim una cum aliis opponebant, existimantes scilicet, nihil esse nostros, quos impenderamus illis, labores, quantopere nempe illos sis aversatus, impiosque vocaris, & Deos ultores advocaris. Hoc itaque tuum in illos odium praesens in hos favor excipiat. Dimitte igitur nobis *Nemesium*. Hic enim est itineris hujus, quod unum tantum mensem requirit, cupidissimus. Postea enim in ornanda urbe sua, iisque, quae tu jusseris, perficiendis, industrium se praestabit.

DCCCCXXXIX. ΗΡΑΚΛΕΙΩι.

Μαθητῇ διδάσκαλον ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντι διὰ χρόνου, χάρισαι ταύτην δικαίαν χάριν. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα αὐτῷ δίδωσιν ἐλθεῖν. πολιτευομένῳ δὲ δεῖ δίχα νευούσης τῆς τοῦ ἄρχοντος κεφαλῆς, οὗ μὴ τυχόντι κινεῖσθαι θρασύ τε καὶ παρὰ τὸν νόμον, καὶ οὐκ ἀζήμιον. Ἵν' οὖν καὶ ἔλθῃ κατὰ νόμον, καὶ ἄνευ βλάβης, μίμησαι τὸν Δία τὸν διδόντα τῇ Θέτιδι τὴν χάριν (1). καίτοι τὴν μὲν χάριν ἐκείνην ἤδη τις καὶ ἐμέμψατο, τὰ τῶν ἠδικηκότων κρείττω ποιοῦσαν. αὕτη δὲ πανταχόθεν καλή, καὶ αὐτὸς δὲ ἡμῖν εἶ, τῶν τε δίκαιον τουτὶ τετιμηκότων περὶ τοὺς διδασκάλους. ὅθεν αὖ σοι κράτος τε ἐν δικαστηρίοις, κἀκ τῶν νῦν ὄνομα Ῥαδάμανθυς. Τὸν οὖν αὖ τοιοῦτον εἰς διδασκάλους ἐπαινεῖν τε ἀνάγκη, καὶ ἑτέρῳ τοιοῦτον γνώμῃ τοιαύτῃ συμπράττειν. Εἰ μὲν οὖν οὐκ ἦν σοι ῥᾴδιον, ἀλγεῖν ἐλείπετ' ἄν. τῆς δυνάμεως δὲ παρούσης, χρῆσθαι δεῖ τῷ δύνασθαι. Ἀνάμνησον δὲ σαυτόν, οἷος ἦσθα πρὸς τοὺς ἐφ' ἡμᾶς τισι συμπολεμοῦντας, ἡγουμένους δὲ οὐδὲν εἶναι τοὺς περὶ αὐτοὺς πόνους, ὡς ἔφευγές τε καὶ δυσσεβεῖς ἐκάλεις, καὶ Θεοὺς ἐπ' αὐτοὺς παρεκάλεις. Τῷ τοίνυν κατ' ἐκείνων μίσει τὸ τούτους εὐφραίνειν ἀκολουθεῖ (2). Λῦσον τοίνυν τὸν Νεμέσιον ἡμῖν. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ταύτης ἐπιθυμῶν τῆς ὁδοῦ, μηνὸς δεομένης μόνου. καὶ πάλιν ἔν τε τῷ τὴν αὐτοῦ πόλιν ὠφελεῖν ἔσται, καὶ τῷ τοῖς σοι δοκοῦσιν ὑπηρετεῖν.

ZENO- DCCCCXL.

(5) Malim ἐροῦντες, *loquentes*. (6) Lacuna in *Voss.* & *Reg. max.* trium circiter vocum.

EP. DCCCCXXXIX. (1) Alludit ad *Homerum* Iliad. ά. vs. 524. ubi Jupiter Thetidem, sibi supplicantem, ita denique adloquitur:

εἰ δ' ἄγε, τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθῃς.

(2) Malim ἀκολουθῇ.

EP.

DCCCCXL. ΖΗΝΟΔΟΤΩι.

Ἀλλ' εἰ καὶ βραδέως, ἔχω γε τὸν πάλαι ποθούμενον, τὸν Ἀντιόχου μὲν υἱόν, ὁμώνυμον δὲ ἐμοί. τιμῇ τῇ πρὸς ἐμὲ τοῦ πατρὸς τοῦτο πεποιηκότος πιστεύοντος (1), μηδένα ἂν μέμψασθαι τῶν ἐν τῷ γένει. Τοῦτον δὴ τὸν ὁμώνυμον, ὃν πάλαι χρῆν ὑπὸ τοῖς ἐμοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ τῶν λόγων συλλέγειν, καὶ νῦν ἡδέως εἶδον, καὶ ἀνέκραγον μὲν εὐθὺς ἰδών. Ἑώρων γὰρ ἐν τῷ προσώπῳ τὸ τοῦ πατρός. Ἀνέκραγον δὲ ὕστερον μικρὰ ἄττα λέγοντος ἀκούσας. Πάλιν γὰρ ἐν τῇ γλώττῃ τὴν τοῦ πατρὸς ἑώρων, ὃν ἔδει μὲν αὐτὸν ζῶντα παρ' ἡμᾶς τὸν υἱὸν ἀγαγεῖν, ὥσπερ τινὰ ἀθλητὴν ὡς τὸν αὐτὸν παιδοτρίβην (2) τὸν υἱόν. Μέγα δὲ αὐτῷ, τὸ καὶ τοῖς σοῖς γράμμασιν ἀντ' ἐκείνου χρήσασθαι τοῦ γέροντος μὲν καὶ ἀρρωστοῦντος. Ταυτὶ γὰρ λέγεις. Ἀκμάζοντα δέ σε δεικνύει καὶ ἐρρωμένον τὰ γράμματα. Θεῶν δ' ἂν εἴη τῶν εἰς τοῦτό σε τοῦ χρόνου προαγαγόντων (3), δοῦναί σοι καὶ τὸ κομίσασθαι τὸν νέον, ὡς ἡδύ τε καὶ θεοῖς θέαμα, λέγων μὲν οὑτοσὶ καὶ δεικνὺς τοὺς πόνους. τοῦ πάππου δὲ Ἄσταφος τῆς ἐπιμελείας τῆς αὐτοῦ τῷ καρπῷ γανύμενος.

ZENODOTO.

Habeo tandem, quamvis sero, quem jam pridem desideraveram, *Antiochi* filium, mihique cognominem, Patre id quidem ex suo in me studio faciente, persuasumque hoc sibi habente, neminem in gente sua fore, qui consilium hoc culpet. Hunc igitur mihi cognominem, quem pridem sub oculis meis literis operam dare oportuisset, & nunc libenter vidi, & viso eo exclamavi. In vultu enim ejus Parentis illum perspiciebam. Clamavi vero etiam, cum pauca quaedam loquentem audiissem. Nam & in voce ejus Parentis illam agnoscebam, quem ipsum quidem superstitem ad me filium suum, tanquam athletam ad praeceptorem, adducere oportuisset. Magnum vero ipsi merito videtur, quod loco illius, tuis, senis quidem & aegrotantis, literis uti possit. Ita enim tu ipse ais. Vegetum tamen & robustum te literae tuae ostendunt. Faxint vero Dii, qui eo te provexerunt, ut & ipse aliquando juvenem, Diis ipsis jucundum spectaculum, recipias, qui adeo dicendo valet, & in laboribus strenuum se praestat. *Astaphus* interim fructus curae, quam avus sibi impendit, percipiens laetatur.

DCCCCXLI. ΤΑΤΙΑΝΩι.

Ἔχω τὴν τιμὴν λαβὼν ἔν τε τῇ φιάλῃ καὶ τῷ διθύρῳ γραμματείῳ (1), τὸ μὲν ἐλέφαντος, ἡ δέ ἐστιν ἀργύρου. Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις, οἳ τὴν σὴν οὐκ ἐπίστανται φύσιν, θαυμαστὸν τοῦτο ἐδόκει, καὶ οὐκ ἐλπιζόμενον ἥκειν, ἐμοὶ δὲ ἐλπίδα τε ἐπλήρωσε καὶ μαντείαν. Εἶπον γὰρ ἥξειν τὰ ἥκοντα, πρὶν ἥκειν. ὧν ἐλθόντων τε καὶ φανέντων καὶ δειχθέντων δρόμος τῶν ἐπιτηδείων παρ' ἡμᾶς χαιρόντων καὶ συγχαιρόντων. Ἐγὼ δὲ τῆς μὲν τιμῆς ἐζηλούμην. τῷ δὲ, ὡς τιμήσομαι, προειπεῖν ἐθαυμαζόμην. τιμὴ δέ μοι καὶ τὸ, διὰ τοιούτου κεκομίσθαι τὴν τιμήν. ᾧ κόσμος μὲν ὁ πατήρ, κόσμος δὲ αὐτὸς αὐτῷ τῇ τε ἀρετῇ, καὶ τῷ τρόπῳ, καὶ τῷ κάλλει τῶν λόγων. ὧν εἰς κάλλος ἀπέλαυσε καὶ τὰ σὰ τυχόντα φωνῆς πρεπούσης. Πεποίηται δέ τί σοι καὶ παρὰ τοὐμοῦ γήρως, οἷον εἰκὸς παρὰ γήρως γενέσθαι, ῥώμην μὲν οὐ παρεχόμενον, ἔρωτα δέ. Τίς δ' οὐκ ἂν ἐρασθείη, τοιαῦτα μὲν εὑρίσκοντος ὑπάρχου, τοῖς δὲ εὑρισκομένοις προστιθέντος τὰ τέλη, δι' ὧν πάλιν γίγνομαι μάντις, καὶ φημί σε μὲν αὖθις ἴσα πέμψειν ἐπ' ἴσοις, ἐμαυτὸν δὲ καὶ λήψεσθαι, καὶ γράψειν.

TATIANO.

Habeo donum, acceptis phiala & pugillaribus bivalvibus, his quidem eburneis, illa vero argentea. Aliis quidem, indolem tuam ignorantibus, mirum id videbatur, neque unquam sperandum; mihi vero & spem & conjecturam meam ratam fecit. Dixi enim ventura esse, quae venerunt, etiam ante, quam venirent. Illis vero allatis, & apparentibus & exhibitis currebant ad nos familiares, gaudentes illi nobisque gratulantes. Ego vero ex honorifico illo dono aemulatione dignus videbar, meique admirationem eo, quod ita me honoratum iri praedixeram, excitabam. Illud porro etiam honori mihi duco, quod per talem ad me pervenerit, cui pater ornamento est, quique decus sibi ipsi & virtute sua, & moribus, & literarum elegantia conciliat: quarum praestantia effecit, ut & tua promeritis laudibus mactarentur. Facta vero tibi etiam a nostra senectute sunt, qualia quidem in senectutem cadunt, roboris scilicet nihil, at amorem referentia. Quis vero non amet, talia quidem inveniente Praefecto, inventa autem ad exitum perducente. Ex his autem iterum vatem ago, ajoque, te iterum similia ob similia esse missurum, me vero & accepturum ea, & scripturum esse.

DCCCCXLII. ΠΡΟΚΛΩι.

Τὴν τοῦ γενναίου πατρός σου (1) λαβὼν ἐπιστολὴν πα-

PROCLO.

Eximii Patris tui epistolam a *Prisciano* Rhe-

EP. DCCCCXL. (1) Id in superiore quadam epistola, *Antiocho* inscripta, laudavit noster. (2) De παιδοτρίβαις veterum in palaestris lege Interpretes ad *Aeliani* Var. Histor. II. 6. *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Nubes vs. 969. & *Jo. Clericum* ad Aeschinem p. 18. (3) Ita *Voss.* προαγαγόντων, *Reg. max.*

EP. DCCCCXLI. (1) Lege huc *Pollucem* lib. IV. c. 2. §. 18. καὶ Ἡρόδοτος μὲν δέλτιον δίπτυχον, οἱ δὲ Ἀττικοὶ γραμματεῖον δίθυρον, καὶ θύρας τὰς πτύχας, ἄχρι δύο.

EP. DCCCCXLII. (1) *Tatianus* is est, quod ex superioribus aliquot epistolis constat.

(2) ian-

Rhetore nactus, tuam quidem poscens non accepi, id vero, quod scribere te prohibuerit, intellexi. Hoc scilicet negotiorum moles effecerat, singulis te sibi vindicantibus, & sua ante omnia fieri cupientibus. Haec igitur loco epistolae ad me sunt allata, vel potius majorem mihi voluptatem attulerunt, eo quod tot tantisque negotiis illustriorem te fecisti. Quicquid enim susceperit *Proclus*, id quidem protinus est confectum. Sive igitur non scribas ad nos, non contristamur, caussam rei cognitam habentes, sive vel sic scribas, mirabimur, quod prius illud etiam posterius hoc facere permittat. Quandoquidem vero tu Patris industriam aemularis, ejusdem quoque senectutem consecuturus mihi videris, eodem & laudante & largiente. Fortasse vero & ipse haec non minus videro; quam in usum meum convertero. Non aliud vero epistolae meae, si quidem haec fiant, initium faciam: sed quod apud Parentem tuum, id etiam apud te mihi sufficerit.

παρὰ τοῦ ῥήτορος Πελοκιανοῦ, σὴν ἀπαιτῶν ἐπιστολὴν μὲν οὐκ ἐλάμβανον, τὸ δὲ γράψαι κεκωλυκὸς ἤκουον. Τὸ δὲ ἦν πραγμάτων ὄχλος, ἕλκοντος ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸ (2), καὶ πρώτου πραχθῆναι βουλομένου. Ταῦτ' οὖν ἀντὶ τῆς ἐπιστολῆς ἐγένετό μοι. μᾶλλον δὲ μείζω παρέσχεν ἡδονὴν, μείζονός σοι τῆς ἐπιδείξεως ἐν πλείοσι πράγμασι γιγνομένης. Ὅτου γὰρ ἅψαιτο Πρόκλος, τοῦτο κατωρθώθη. Εἴτ' οὖν οὐ γράφεις ἡμῖν, οὐκ ἀθυμοῦμεν, ἔχοντες τὴν αἰτίαν, εἴ τε καὶ οὕτω γράφεις, θαυμασόμεθα τὸ κἀκεῖνο ποιεῖν ἐμοῦ καὶ τοῦτο. Πρὸς δὲ τὴν τοῦ πατρὸς φιλοπονίαν ἁμιλλώμενος δοκεῖς μοι καὶ τὸ κείνου γῆρας οἴσεσθαι, τοῦ αὐτοῦ μὲν ἐπαινοῦντος, τοῦ αὐτοῦ δὲ διδόντος. Ἴσως δὲ καὶ αὐτὸς ταῦτα καὶ ὄψομαι, καὶ καρπώσομαι. ζητήσω δὲ οὐκ ἄλλην ἀρχὴν τῆς ἐπὶ τούτοις ἐπιστολῆς. ἀλλ' ἥπερ πρὸς τὸν πατέρα σου, τοῦτ' ἀρκέσει μοι καὶ πρὸς σέ.

ANATOLIO.

Gnaris quidem nobis, sed vel sic tamen optimus *Priscianus* nunciavit, qualem te in nostrum illum praestiteris extra curiam, qualem vero in curia, qualem etiam, cum causa esset peroranda, qualem, cum esset perorata, qualem denique, cum esset definita, sicut est definita. De omnibus igitur his & gratiam tibi habemus, & laudamus, quae mihi ipsis etiam Diis probari videntur. Laudamus vero etiam, quae fratres tui illi praestiterunt. Haec enim nisi illi tunc fecissent, opemque illi tulissent per medicos, vigilias & sumtus, obiisset ille, vel saltem pede mutilus viveret. Horum itaque & verborum & factorum memoriam apud me fore immortalem scito. Gratiam porro *Prisciano* quoque habeo, pro tristitia illa, quam nostra causa sensit, & pro voluptate, cum qua vestra nobis enarrabat. Neque enim illa recitabat tantum, sed & gaudium testabatur, nobis quidem tanto beneficio a vobis adfectis, vobis vero hoc ipso gloriam consecutis. Jam vero & hoc velim addas. Fac ut credat magna Curia, non meum quidem esse sudax illud facinus, neque illius, qui profectus est, sed eorum, qui animum fecerunt, quique non odio ducti talia perorarunt, sed rem ipsam recte perspicere non potuerunt. Nemo igitur me, tanquam nostra ignorantem, reprehendat, illi vero quisque faciat veniam.

DCCCCXLIII. ΑΝΑΤΟΛΙΩι.

Πρὸς εἰδότας μὲν ὅμως δὲ ἀπήγγειλεν ὁ καλὸς Πελοκιανὸς, οἷος μὲν ἔξω γένοιο τοῦ βουλευτηρίου περὶ τὸν ἡμέτερον, οἷος δὲ ἐν αὐτῷ, καὶ οἷος μὲν μελλούσης ῥηθήσεσθαι τῆς δίκης, οἷος δὲ λεγομένης, οἷος δὲ ἐκβάσης, ὡς ἐξέβη. Πάντων οὖν σοι τούτων ἔχομέν τε χάριν, καὶ ἐπαινοῦμεν, ἅ μοι δοκεῖ καὶ παρ' αὐτῶν ἐπαινεῖσθαι τῶν Θεῶν, ὥσπερ αὖ καὶ τὰ τῶν ἀδελφῶν σου περὶ τὸν αὐτόν. ἃ εἰ μὴ τότε ἔκαμόν τε ἐκεῖνοι καὶ εἰσήνεγκαν φροντίδας, καὶ ἰατροὺς, καὶ ἀγρυπνίας, καὶ δαπάνην, ᾤχετ' ἂν οὗτος, ἢ ἄνευ ποδὸς ἔζη. Τούτων δὴ τῶν τε καὶ λόγων καὶ ἔργων ἴσθι κεισομένην ἐν ἐμοὶ μνήμην ἀθάνατον. χάρις δὲ καὶ Πελοκιανῷ τῆς τε λύπης, ἣν ὑπὲρ ἡμῶν ἐλυπήθη, καὶ τῆς ἡδονῆς, μεθ' ἧς τὰ ὑμέτερα διηγεῖτο. οὐ γὰρ δὴ διηγεῖτο μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦ χαίρειν. ἡμῶν μὲν εὖ παθόντων ὑφ' ὑμῶν, ὑμῶν δὲ εὐδοκιμούντων. Ἀλλὰ κἀκεῖνο μέντοι προσθὲς. Πεῖθε τὴν μεγάλην βουλὴν, ὡς οὔτ' ἐμὸν ἐκεῖνο τὸ τόλμημα, οὔτε τοῦ πεπορευμένου, τῶν δ' ἀναπτερωσάντων (1), οὐ μίσει μὲν τοιαῦτα διαλεχθέντων, ἰδεῖν δὲ καλῶς τὸ πρᾶγμα οὐ δυνηθέντων. Μήτ' οὖν ἐμέ τις ὡς ἀγνοήσαντα τὰ ἡμέτερα μεμφέσθω, κἀκείνοις τις ἐχέτω συγγνώμην.

RHICHOMERI.

Multa sunt, quae festorum illorum dierum memoriam saepe nobis refricent. Dum vero horum memores illorum quoque dierum recordamur, a quibus datum nobis est, ut tecum versari possemus, illos quoque dies festi nomine appellamus, id, quod fas est, facientes. Tu enim ad nos adventans, & nobiscum per alt-quot

DCCCCXLIV. ΡΙΧΟΜΗΡΕΙ.

Πολλὰ πολλάκις ἡμᾶς εἰς ἑορτῶν ἄγει μνήμην. Ἐν οὖν τῇ μνήμῃ τῶν ἑορτῶν καὶ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων μεμνήμεθα, παρ' ὧν ἡμῖν ἐδόθη, τό σοι συνδιατρίψαι, καὶ τιμῶμεν τὰς ἡμέρας ἐκείνας τῷ τῶν ἑορτῶν ὀνόματι, τὰ δίκαια ποιοῦντες. Σὺ γὰρ δὴ καὶ ἧκες ἡμῖν, καὶ συνὼν

(2) ἑαυτῷ *Voss.* cum ο supra ω scripto.

EP. DCCCCXLIII. (1) Eadem phrasi utitur noster in *Vita* sua p. 16. τοιούτοις ἀναπτερωθεὶς ῥήμασι, *his verbis excitatus.*

συνὸν ἡμέρας (1), μέλιτος ἡδίους ἡμῖν ἐποίεις τὰς ὁμιλίας, ὥσθ' οἱ μὲν ἀπῄεσαν μεστοὶ χαρᾶς, οἱ δ' εἰσῄεσαν ἐπ' ἴσοις. καὶ πᾶν μὲν λυπηρὸν ἐπεφεύγει, παρεῖχες δὲ εὐφροσύνης ἀφορμάς. Ὁ δὲ πλέον τῶν ἄλλων εἶχον ἦν ἐγὼ, ζητούμενός τε ἀεὶ καὶ καλούμενος, καὶ πρὸς τῷ τείχει λόγων ἀκούων, ὧν οὐκ ἄλλοι. Τὸ δὲ ἐκ τούτων καὶ ἐμοὶ καὶ τῇ πόλει φίλτρον ἐγγενόμενον πέπηγέ τε καὶ μένει, καὶ οὐδὲ κινήσεται. καὶ εὖ τε πράττοντι συγχαίρομεν, καὶ τά τι δυσκολώτερα τοῦ προσήκοντος τετύχηκεν, εὐχαί τε ἡμῖν πρὸς τοὺς Θεοὺς, πανταχοῦ σε τύχης ἀπολαύειν τῆς βελτίστης· δεῦρό τε αὖθις ἐλθεῖν σὺν τῷ θείῳ Βασιλεῖ (2); καὶ πάλιν ἐπιβῆναι τῆς φίλης τῷ Ἀπόλλωνι Δάφνης (3); ἣν ἐτίμησας δρόμῳ τε τῷ εἰς αὐτὴν, καὶ τῷ διὰ πάσης τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐνεγκεῖν, καὶ ταῦτα ἐν μιᾶς ἡμέρας μέρει (4). Τῶν γὰρ οἶμαι πραγμάτων ἐφ' ἑαυτὰ καλούντων οὐκ ἐνῆν πλέον τι τῇ Δάφνῃ χαρίσασθαι. Τουτὶ μὲν οὖν δύναι τῶν Θεῶν, ὧν ἱερὰ πολλὰ μὲν ἡμῖν ἐν τῇ πόλει, πολλὰ δὲ περὶ αὐτήν. Τἀμὰ δὲ, καὶ ὧν ἐστερήμεθα, καὶ ἐν οἷς κείμεθα, γράμμασι μὲν οὐκ ἔδοξέ μοι διὰ μήκους προελθεῖν, τῇ φωνῇ δὲ ἀφεῖναι τοῦ χρηστοῦ Παλλαδίου. ᾧ μισθὸν εἰ σε φαίην ὀφείλειν, οὐκ ἂν αἰτιάσαιο. Μέτριον γὰρ οὕτω δή τι καὶ ἐπιεικῆ παρέχει αὐτὸν πρὸς πάντας ἀνθρώπους, καὶ οὐδεὶς ὑπ' οὐδενὸς ἠδίκηται διὰ τὸ Παλλάδιον δύνασθαι. ὥστε σοι πᾶσαι μὲν ἀπὸ παντὸς εὐφημίαι στόματος, ἔγκλημα δὲ οὐδὲ ἓν οὐδαμόθεν.

quot dies versatus, conversationes nobis melle fecisti jucundiores, ut alii quidem gaudio pleni abirent, alii in eundem finem venirent. Quicquid igitur tristius erat, abibat, tu vero laetandi causam praebebas. Ego interim prae aliis fructum hinc capiebam, quaesitus semper & advocatus, & juxta murum eos, quos non alius, audiens sermones. Qui vero ex his & mihi & urbi amor tui natus est, infixus menti haeret, & nunquam abibit. Itaque res feliciter agenti gratulamur, cumque tristiora exitum invenerint, vota ad Deos facimus, ut prospera semper fortuna utaris, atque huc cum divinissimo Rege revertaris, Daphnemque nostram ; Apollini amicam, obeas ; quam maximi fecisti, quando in eam excurristi ; totamque unius diei spatio oculis tuis lustrasti. Cum enim negotia te ad se vocarent ; amplius aliquid Daphnae impertire non poteras. Hoc vero Deorum erit munus, quibus multa in urbe, multa vero etiam juxta eam templa sunt dedicata. Ceterum de rebus meis, iisque, quibus vel caremus, vel adhuc premimur, literis quidem longiuscule non exponere, sed optimo potius *Palladio* narranda relinquere visum est consultum. Huic si mercedem te debere dixero, me quidem non culpaveris. Adeo moderatum enim & aequum se adversus omnes praestitit ; nec quisquam a quoquam injuria fuit ex eo adfectus, quod posset aliquid *Palladius*. Itaque omnium tu vocibus laudaris, nec quisquam est, qui de te conqueratur.

DCCCCXLV. ΑΝΑΤΟΛΙΩ.

Καλῶς εἶδεν ὁ καλὸς Πρισκιανὸς, δι' ὅτου μοι γένοιτ' ἂν, ὧν ἐβουλόμην τυχεῖν, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἄλλους ἀφεὶς σὸν ἐποίει τὸν ὑπὲρ τοῦ γεωργοῦ πόνον, ὃν ἔλυσεν ἐλθόντα τὰ τοῦ χρηστοῦ Βασιλέως γράμματα, οὐκ ὄντα μὲν ἀναμάρτητον, ἀμείνω δὲ τῷ δεσμῷ γεγενημένον. Σὺ δὲ ἔν τε μείζοσι καὶ ἐλάττοσιν εὖ ποιεῖν ἡμᾶς ἡρημένος ἕξεις μὲν τὰ μείζω παρὰ τῶν Θεῶν. εἰσὶ δέ σοι καὶ παρὰ ἀνθρώπων ἔπαινοι, οἳ τοὺς ἀγαθοὺς ἑταίρους τὰ αὐτῶν μιμεῖσθαι πειθόντων, καὶ ποιεῖν αὐτὰ πλείω. Θαυμαστὸν δ' οὐδὲν εἶναί τινας καὶ τοὺς τὰ πρὸς ἡμᾶς σοι μεμφομένους. οὓς καλὸν ἀκούειν τὸν Ἱπποκλείδην (1).

ANATOLIO.

Optime vidit optimus *Priscianus*, per quem nancisci id possim, quod vehementer cupiebam, ideoque, ceteris relictis, tibi illum pro ruricola laborem imposui, quem nunc clementissimi Regis literae liberarunt, non quidem ab omni culpa immunem, sed vinculo illo emendatum. Tu vero, qui & in magnis & parvis rebus prodesse nobis volupe ducis, a Diis amplissima praemia accipies. Interim & ab hominibus laudes tibi obtingunt, qui efficiunt, ut elogia ejusmodi alios ad praeclara imitanda, imo etiam superanda permoveant. Nihil vero mirum est, esse aliquos, qui tuum illud adversus nos studium culpent. Hos vero audire decet Hippoclidem.

DCCCCXLVI. ΚΑΠΙΤΩΛΙΝΩ. (1)

Ἴσως ᾠήθης χαλεπῶς τὰς αἰτίας ἐνεγκεῖν, ἃς ᾐτιάσω

CAPITOLINO.

Putasti forte, aegre me laturum illas, quas per

EP. DCCCCXLIV. (1) Ἡμέρας, scilicet τινάς. Sic *Marc.* I. 1. δι' ἡμερῶν, scil. τινῶν. (2) *Gratianus* is erat, quod supra ostendimus. (3) Suburbium Antiochenum. (4) i. e. ἐν μιᾶ ἡμέρα. Vide an non hanc illustrari possit phrasis Paulina *Coloss.* II. 16. ἐν μέρει ἑορτῆς, quae multorum ingenia exercuit. Compara *Curas* nostras.

EP. DCCCCXLV. (1) Alludit ad proverbium: οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ, *Non curat Hippoclides.* Vide *Erasmi* Chiliadas p. 140.

EP. DCCCCXLVI. (1) Καπιτωλίῳ, *Medic.* B. Ceteri, ut nos, & recte quidem. Capitolini enim nomen Latinum & frequens est. Ad eundem alia nostri epistola exstat. Habes hanc epistolam in *Centuria* mea p. 129. ex *Barocc.* Crediderim ferme, *Julium Capitolinum* hunc esse inter Historiae Augustae Scriptores celebrem. Is enim Libanii tempore vixit.

(2) Alius

per epistolam in me conjecisti, criminationes. Illae vero erant, quod per longum tempus non scripserim, nec eum tibi honorem habuerim, quem praesentem multis adfecerim. Ego vero hoc ipso laudatum me existimans laetatus sum, sicut laudatum decet: ita quidem, ut amicis quoque epistolam illam libenter ostenderim, amorem in me tuum illis aperturus, quemadmodum & ipsi, eam videntes, mihi sunt gratulati. Ita quidem me non tristitia sed maximo potius gaudio affecisti, vellemque ego, ut, quotiescumque non scripserim, tales epistolas nanciscar. Tu vero mihi semper & ubique in pretio es, sive hic fueris, sive in magna illa urbe, sive terra, sive mari iter facias, sive denique taceas, sive loquaris, vir quippe, qui justitiam in hunc usque diem sis consectatus, nec gloriam exiguam tua nominis gloria nobis conciliaris. Itaque perpetuam eamque honorificam tui facimus mentionem. Interim scribere ad vos adversa vetabat fortuna, quae flere me potius quam scribere jubebat; nisi eum lugendum non esse censeas, qui meus erat, si, quo minus ex me esset, mater non prohibuit. Illo itaque Tarsum, quo deportatus est, inde vero aegroto ad nos, nec multis diebus post in feralem loculum delato, mirum non est, a scribendo me abstinuisse. Sed, quoniam te omnino injuria ais affici, quod epistolas non accipis, morem tibi gessi, voluique, ut, quod fieri tu voluisti, illis, quae nunc me urgent, esset potius.

EIDEM.

Cyrus, vir humanissimus, qui arte sua multos averruncavit morbos, adiit me currens, & valde laetus. Interroganti vero mihi, qua de causa ita animo esset adfectus, respondit, se a timore omni liberatum esse, & respirare nunc magna calamitate defunctum. Cumque docuisset me, quae illa fuerit, iterum quaerebam, quis eam esset amolitus. Ille vero, plaudens simul, caput tuum appellavit, quod innumeros jam salvos praestitit, omni scilicet portu praestantius. Haec audiens ego utrique sum gratulatus, illi quidem, tanquam non penitus submerso, tibi vero tanquam liberatori. Neque enim ego unquam desinam eos, qui alios juvent, inter eos numerare, qui ipsi fructum hinc capiant.

PROCLO.

Cum scias magnum illum, quo oppressus sum, moerorem, scias etiam, quanti literas tuas faciam; non me latet, te, ad opem mihi ferendam epistolam tuam medicinae instar ad me misisse. Ad eas vero frequentes confluebant cives nostri, te quidem admirantes, me vero felicem etiam in rebus his difficilimis,

πιάσω με διὰ τῆς ἐπιστολῆς. Αἱ δ' ἦσαν, πολὺν χρόνον οὐκ ἐπεσταλκέναι (2) με, οὐδὲ τῇ τιμῇ σε ταύτῃ τετιμηκέναι, καὶ ταῦτα παρόντα (3) πολλοὺς ὑπ' ἐμοῦ τετιμημένους. Ἐγὼ δὲ τούτοις ἐγκεκωμιάσθαι (4) νομίσας ἥσθην, ὡς εἰκὸς τὸν ἐγκεκωμιασμένον. ὥστε καὶ τοῖς φίλοις ἐδείκνυον πάσῃ σπουδῇ τὴν ἐπιστολὴν, εἰδέναι αὐτοὺς τὸν σὸν ἔρωτα βουλόμενος, κἀκεῖνοι συνέχαιρον ταῦτα ὁρῶντες. Οὕτως ἐλύπησας μὲν ἥκιστα, εὔφρανας δὲ μάλιστα, καὶ βουλοίμην ἂν, εἰ μὴ ἐπιστέλλοιμι, τοιαύτας λαμβάνειν ἐπιστολάς. Σὺ δὲ ἐμοὶ ἀεὶ καὶ πανταχοῦ τίμιος. τῇδέ τε ὢν, καὶ (5) τῇ μεγάλῃ πόλει (6), καὶ πεζεύων, καὶ πλέων, καὶ σιωπῶν, καὶ λέγων, ἅτε μετὰ δικαιοσύνης εἰς τήνδε πεπορευμένος τὴν ἡμέραν, καὶ δόξαν ἡμῖν οὐ μικρὰν τῇ σαυτοῦ δόξῃ προστιθείς. Ἀεὶ μὲν οὖν σοῦ καὶ (7) μεμνήμεθα καὶ σὺν ἐπαίνοις. Τὸ γράφειν δὲ ὑμῖν (8) ὑπὸ τῆς τύχης ἐκωλύθη, τῆς βουληθείσης με κλάειν ἀντὶ τοῦ γράφειν, ἢ οὐδὲ πενθεῖσθαι δίκαιος ἦν ἐκεῖνος, ὃς ἦν ἐμὸς (9), εἴπερ ἦν ἐξ ἐμοῦ, καὶ ἡ μήτηρ οὐκ ἐκώλυσε. Τούτου τοίνυν κομισθέντος μὲν εἰς Ταρσοὺς ὡς ἐκομίσθη (10), κομισθέντος δὲ ὡς ἡμᾶς μετὰ τοῦ πάθους, καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ἐπὶ τὴν σορὸν, θαυμαστὸν οὐδὲν, λῆξαι γραμμάτων. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάνυ φῂς ἀδικεῖσθαι, μὴ λαμβάνων, ὑπηρετήσαμέν τι, καὶ κρεῖττον ἔστω τό σοι δοκοῦν τῶν νῦν ἐμὲ προειστηκότων.

DCCCCXLVII. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Κῦρος ὁ χρηστὸς, ὁ πολλῶν κρατήσας τῇ τέχνῃ νοσημάτων, εἰσῆλθε παρ' ἐμὲ τρέχων τε καὶ περιχαρής. Ἐρομένου δέ μου, τίνος οὕτω διατεθείη. Φόβου τε ἐλεύθερος ἔφασκε γεγενῆσθαι καὶ ἀναπεπνευκέναι κῦμα διαφυγὼν μέγα. Διδάξαντος δὲ, ὅ, τι ἦν τὸ κακὸν, πάλιν ἠρόμην, τίς δὲ ὁ τοῦτο στορέσας. Ὁ δὲ εἶπε, κροτῶν ἅμα, τὴν σὴν κεφαλὴν (1), ἣ μυρίους ἤδη σέσωκε, καλλίων παντὸς λιμένος. Ταῦτα ἀκούσας, ἀμφοτέροις συνήσθην, τῷ τε οὐ καταλυσθέντι, τῷ τε ἐξαρπάσαντι. Καὶ γὰρ τοὺς βοηθοῦντας τῶν κερδανόντων εἶναι νομίζων οὐδέποτε παύσομαι.

DCCCCXLVIII. ΠΡΟΚΛΩι.

Εἰδὼς μὲν τὸ μέγεθος τῆς λύπης, ᾧ κατείλημμαι, εἰδὼς δὲ, ὅσον ἐστί μοι τὰ παρὰ σοῦ γράμματα, πρᾶγμα ποιῶν βοηθοῦντος, οὐ με λανθάνεις πέμπων, τὸ διὰ τῶν ἐπιστολῶν φάρμακον, ἐφ' ἃς δρόμος πολὺς τῶν ἡμετέρων πολιτῶν, σὲ μὲν θαυμαζόντων, ἐμὲ δὲ

(2) Alius *Anglic.* ἀντεσταλκέναι, invitis ceteris, & re ipsa: Capitolinus enim non tam rescribendi, quam ipsum scribendi officium in Libanio desideraverat. (3) παρόντα omittit *Medic.* (4) ἐγκωμιάσαι *Reg. max.* sed vetus manus supra scripsit ἐγκωμιάσθαι με, & sic *Voss.* sed sine με. ἐγκεκωμιάσθαι, *Ambros.* T. 5. (5) νῦν, *Reg. max.* (6) Romam puto intelligi (7) σοῦ addidi ex *Reg. max.* (8) *Anglic.* quidam ὑμῖν. (9) Filium suum spurium indicat, de quo alibi. (10) Ita codd. omnes. Videri poterat scribendum οἱ ἐκομίσθη.

EP. DCCCCXLVII. (1) I. e. σοί. Sic saepe noster, & alii. Confer *Gatakeri* Adversaria cap. XXXVIII. & *Doughteji* Analecta V. T. Exc. 148.

δὲ μακαριζόντων, καὶ ταῦτα ἐν οὕτω χαλεπῇ. Εἰ δὴ σοι λόγος τοῦ ταῦτα ἀμφότερα γίγνεσθαι πολλάκις, ἐπίστελλε πολλάκις.

limis, praedicantes. Quod si igitur utrumque illud frequenter fieri praeclarum putas, frequenter scribito.

DCCCCXLIX. ΑΝΥΣΙῼ.

Αὐτὸς μὲν διὰ χρόνου σοι γράφω, σὺ δ' ἡμῖν οὐδέποτε, ὃ καί ἐμοι (1) τὸ διὰ χρόνου πεποίηκεν. Ὧι γὰρ βαρὺ τὸ ἐπιστέλλειν, τούτῳ δήπου καὶ τὸ λαμβάνειν ἐπιστολάς. Ἀλλὰ νῦν, οὐδὲ γὰρ εἰ πάνυ βουλοίμην, ἔξεστι σιωπᾷν, γράφω, καὶ σοῦ δέομαι, λύσιν τινὰ τοῖς παροῦσιν εὑρεῖν, ἣ τοῦ μὲν ἀρίστου Ῥουφίνου προσθήσει τῇ δόξῃ, τὰ δ' ἡμέτερα μὴ κατασείσῃ. καὶ ταῦτα ἰσχὺν ἔχοντα τὴν ἀπὸ τῶν δικαίων. ἃ εἰ μὲν πρὸς ἄλλους ἠγωνιζόμην, μακρῶν ἂν ἠξίωσα λόγων. Νῦν δ' ἀρκεῖ μοι τοσοῦτον εἰπεῖν, ὅτι τὰς ἐλπίδας ἔχω ἐν τῷ πλήθει τῶν γραμμάτων, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τοῦ γενναίου Ῥουφίνου, τοῦ μέγα κέρδος ἡγουμένου πράττειν ἀεί τι τοιοῦτον, ὃ πᾶν στόμα κινήσει πρὸς εὐφημίαν, ὃ μοι δοκεῖ καὶ νῦν ἔσεσθαι καὶ δοθήσεσθαι τοῖς ἀνθρώποις ἀφορμὰς ὧν ἐπιθυμοῦσι λόγων. Ἀλλ' ὅπως μὴ θαυμάσῃς, τὸ μὴ καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἐλθεῖν περὶ τῶν παρ' ἡμῶν ἐπιστολῶν. Τὸ γὰρ μηδ' ὀλίγας συλλαβὰς ἐλθεῖν ἡμῖν ἀπ' ἐκείνης, ἣν σοῦ πείθοντος ἐπέμψαμεν, συμβουλή τις ἦν μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν.

ANYSIO.

Ipse quidem, ubi tempus fert, ad te scribo, tu vero nobis nunquam, quod & me raro scribere fecit. Cui enim grave est scribere, eidem quoque accipere epistolas. Nunc vero, neque enim, si maxime vellem, tacere licet, scribo, teque precor, ut opem quandam rebus praesentibus feras, quae optimi quidem *Rufini* gloriae incrementum addat, nostra vero non pessundet, talia quippe, quae ex justo praesidia habeant. Quod si de his apud alios contenderem, multis quidem uterer verbis. Jam vero id mihi adferre sufficit, quod spem non in literarum copia, sed in *Rufini* optimi indole positam habeam, qui in maximo lucro habet, si semper aliquid faciat, quod neminem non ad se laudandum permovere possit. Hoc ipsum vero & nunc eventurum mihi videtur, simulque hominibus datum iri occasionem ea, quae cupiunt, de ipso loquendi. Noli interim mirari, quod ad ipsum illum nihil literarum nostrarum veniat. Cum enim nec paucas syllabas acceperimus ad illam, quam te auctore misimus, epistolam, id, ut nihil ejusmodi facerem, suadebat.

DCCCCL. ΑΚΥΛΑι.

Τούς τε πόνους, οὓς ἔτι ζῶντος ἐπόνεις Ὀλυμπίου, χαριζόμενος Ὀλυμπίῳ, πολλάκις ἐπῄνεσα, καὶ νῦν περὶ ἡμᾶς εὑρίσκων σε τοιοῦτον, καὶ θαυμάζω, καὶ χάριν οἶδα. καὶ βουλοίμην ἂν μὴ καταλῦσαι τὴν προθυμίαν, πρὶν ἂν τέλος ἐπιθῇς τοῖς ἐν χερσὶ τούτοις ἄξιον τοῦ μακροῦ χρόνου.

AQUILAE.

Operam illam tuam, quam *Olympii*, tunc superstitis, causa libenter suscepisti, saepius laudavi; nunc vero etiam eundem te adversus nos expertus & colo, & gratiam tibi habeo. Et vellem utique prolixam tuam voluntatem non ante acquiescere, quam finem imponas illis, quae prae manibus habes, multum temporis postulantibus.

DCCCCLI. ΠΟΛΥΧΡΟΝΙῼ.

Ἀνέγνω μοι τὴν ἐπιστολήν σου τὴν πολλήν τε καὶ νοῦν ἔχουσαν ὁ φίλος ἡμῶν Θαλάσσιος. Καὶ οὐκ ἐβουλευσάμεθα περὶ τοῦ, τί χρὴ ποιεῖν. Ἀλλ' εὐθὺς ἐδόκει σοι τὸ πρᾶγμα ἐπιτρέπειν, ὡς εὔνῳ τε ἡμῖν καὶ γνῶναι δεινῷ τὸ δέον. Γίγνου τοίνυν ἄξιος τῶν προσδοκιῶν.

POLYCHRONIO.

Legit mihi epistolam tuam & copiosam, & sapienter scriptam *Thalassius*, amicus noster. Neque diu deliberavimus, quid facto esset opus. Sed statim consultius videbatur, rem tibi permittere, qui benevolus nobis sis, & quid fieri debeat, recte pervidere possis. Digna itaque hac exspectatione praestes.

DCCCCLII. ΚΑΠΙΤΩΛΙΝῼ.

Ἐγένετό τις ἀνὴρ Ἡρακλεώτης Θεσπέσιος, ὄντως ἀνὴρ ὁ θεσπέσιος (1), καὶ λόγων εἵνεκα καὶ νόμων, καὶ τοῦ δύνασθαι πόλεις ἐν ἀρχαῖς οὐ προσηκούσας διοικεῖν. ὥσπερ ἂν καὶ τὴν ἡμετέραν. Τοῦτον εἶδον αὐτὸς ἐν Ἡρακλείᾳ πρεσβύτην παρὰ τῶν Θεῶν ἐν γήρᾳ γονέα παίδων, οὓς καταλιπὼν ἀπῆλθεν. ἀλλ' ὁ μὲν υἱὸς καὶ αὐτὸς

CAPITOLINO.

Fuit Heracleotes quidam, *Thespesius*, vir sui nominis seu vere magnus, & eloquentiae & legum arte, nec minus eo, quod urbes, sicut & nostram, sub imperio felices reddere potuit. Hunc ego senem, vidi, Heracleae divino munere in senio liberis instructum, quos relinquens obiit. Et filius quidem satis functus est, filia autem superstes, & argumentis persuasa

EP. DCCCCXLIX. (1) Ἐμοὶ *Voss.* sed cum ε supra ει. Confer cum hac epistola eam quae supra n. 900. exstat.

EP. DCCCCLII. (1) Θεσπέσιος idem est, quod θεῖος & θαυμαστός. Ea voce frequenter utitur *Homerus*. Similiter *Ovidius* ad Maximum; *Maxime, qui tanti mensuram nominis imples.*

EP.

suasu apud nos vivit. Revertetur vero ad vos, ubi consultum fuerit visum. Vicinum illa apud vos habens, qui aegre sibi facere potest, & facit, per te illum benigniorem in se fieri vehementer cupit. Cumque te operam hanc suscepturum esse existimet, si gratiam hanc sibi fieri per me petat, literas a me expetiit, meque audientem habuit, qui & ipsam colam, & tibi confidam. Talis itaque nunc etiam sis, qualis fuisti saepe, & opitulare filiae *Thespesii*, quem veri simile est Patri tuo fuisse amicum, & in multis opem tulisse, in multis vero illius opem esse expertum.

τὸς ᾤχετο. ζῇ δὲ θυγάτηρ, καὶ ἔστι παρ' ὑμῖν λογισμοῖς τισι πειθομένη. καὶ ἐπανήξει γε ὡς ὑμᾶς, ἐπειδὰν τοῦτο βέλτιον ᾖ. γείτονα δὲ παρ' ὑμῖν ἔχουσα δυνάμενόν τι λυπεῖν, καὶ λυποῦντα, βούλοιτ' ἂν διὰ σοῦ γενέσθαι πρᾳότερον. Ἡγουμένη δέ σε τοῦτο ὑπομενεῖν τὸν πόνον, εἰ δι' ἐμοῦ τὴν χάριν αἰτήσειε, ἐμνήσθη τι παρ' ἐμὲ γραμμάτων, καὶ εἶχεν εὐθὺς πειθόμενον. τὴν μὲν αἰδούμενον, σοὶ δὲ τεθαῤῥηκότα. Γίγνου τοίνυν καὶ νῦν, οἷος πολλάκις, καὶ βοήθει τῇ Θεσπεσίου παιδὶ, ὃν εἰκὸς τῷ σῷ πατρὶ γεγενῆσθαι φίλον, καὶ πολλὰ μὲν αὐτῷ συλλαβεῖν, ἐν πολλοῖς δὲ συνεργὸν λαβεῖν.

PALLADIO.

Venit ad me homo quidam subtristis, pupillorum calamitatem questus, quam miseris illis vestras quidam, jus fasque violans, invexerit. Addebat idem, illum male facere omissurum, istis autem consultum iri, si tu manum porrexeris: hoc autem facturum te esse, literis nostris compellatum. Ego vero miratus sum, quod tantum apud te valerem. Jurante autem illo, me id omnino posse, & exponente quoque, cur ita juraret, fiducia plenus adduci me passus sum, mihique & ipsis gratulatus, mihi quidem de iis, quae daturus sim, illis vero, quae accepturi. Accede itaque ad opem ferendam, & pupillis istis praesta perfugium, ut laudes tibi ab hominibus, a Diis vero illa obtingant, quae a Diis fas est.

DCCCCLIII. ΠΑΛΛΑΔΙῼ.

Προσῆλθέ μοί τις ἄνθρωπος κατηφὴς ὀρφανῶν θρηνῶν κακὰ, ἃ περιϊστάναι τοῖς ταλαιπώροις ἄνθρωπος παρ' ὑμῖν ἀτιμάζοντα τὸ δίκαιον. καὶ προσετίθει τὸν μὲν παύσεσθαι δρῶντα κακῶς, τοὺς δὲ ἕσεσθαι σωτηρίας, εἰ χεῖρα ὀρέξαις. τοῦτο δ' ἂν σε ποιήσειν, γράμμασιν ἡμετέροις εἰ παρακληθείης. Ἐγὼ δὲ ἐθαύμασα μὲν, εἰ τοσοῦτον παρὰ σοὶ δυνήσομαι. Τοῦ δὲ ὀμνύοντος, ὡς πάνυ δυνήσομαι, καὶ διεξιόντος, ὅθεν ὀμνύοι, θαῤῥῶν ἐπείσθην τι καὶ συνήσθην, ἐμαυτῷ τι κἀκείνοις. ἐμαυτῷ μὲν, ὧν (1) δώσω, ὧν τι ἕξουσιν, ἐκείνοις. Χώρει τοίνυν ἐπὶ τὴν βοήθειαν, καὶ πάρασχε σεαυτὸν ὀρφανοῖς καταφυγήν. Ὅπως ἔπαινοι μέν σοι γίγνοιντο παρὰ τῶν ἀνθρώπων, παρὰ δὲ τῶν Θεῶν (2), ἃ παρὰ τῶν Θεῶν εἰκός.

ZENODOTO.

Venit vinum illud posterius itidem copiosum: nam & prius illud copiosum erat. Tu vero paucum appellas utrumque. Adeo quicquid pro orationibus rependitur, quamvis magnum sit, parvum tibi esse videtur. Te igitur Dii & servent, & faciant, ut frequenter scribas, adeo praeclare id faciens. *Libanium* vero cohortatus ego sum, ut veterum quidem epistolis familiariter uteretur, uteretur vero & his, atque adeo & illis & his nutriretur. Haec vero ex eo tempore facta sunt. Me autem ad hoc studium non permovet illud, sed, quod hoc ipso ego condecoror. Proniorem vero in eum me facit, tum qui adhuc superstes est, tum defunctus alter, quoniam memini, praestantissimum *Antiochum* saepe mihi adsidere & ea de juvene dicere, quae Pater de filio dicere possit.

DCCCCLIV. ΖΗΝΟΔΟΤῼ.

Ἕτερος οὗτος οἶνος ἥκει πολύς (1). ἦν δὲ καὶ ὁ πρότερος πολύς. σὺ δὲ καλεῖς ὀλίγον (2) ἑκάτερον. οὕτω πᾶν τὸ ὑπὲρ λόγων ἐρχόμενον, κἂν ᾖ μέγα, μικρὸν εἶναί σοι δοκεῖ. Σὲ μὲν οὖν καὶ σώζοιεν οἱ Θεοὶ, καὶ ποιοῖεν πολλάκις ἐπιστέλλειν οὕτως αὐτὸ ποιοῦντα καλῶς. Λιβανίῳ (3) δὲ παρῄνεσα συνεῖναι μὲν ταῖς τῶν ἀρχαίων ἐπιστολαῖς, συνεῖναι δὲ καὶ ταύταις, καὶ τρέφεσθαι μὲν ἐκείναις, τρέφεσθαι δὲ ταύταις. ἃ γεγόνασιν ἐξ ἐκείνου. Ἐμὲ δὲ κινεῖ μὲν οὐ τοῦτο, ἀλλὰ τὸ τετιμῆσθαι τούτῳ. ποιεῖ δὲ προθυμότερον περὶ αὐτὸν (4), ὅ, τι ὤν, ὅ, τι οὐκ ὤν, ἐπεὶ καὶ τὸν ἄριστον Ἀντίοχον πολλάκις ἡγοῦμαι καὶ παρακαθῆσθαί μοι, καὶ λέγειν περὶ τοῦ παιδὸς, ἃ πατὴρ ἂν ὑπὲρ υἱέος εἴποι.

BONO.

Quod si tu prae timore taces, & non scribis,

DCCCCLV. ΒΟΝῼ.

Εἰ δὲ σὺ φόβῳ σιγᾷς καὶ οὐκ ἐπιστέλλεις, τίνα δεῖ θαῤ-

EP. DCCCCLIII. (1) Ὃν Reg. max. pro quo scripsi ὧν, quod alterum ὧν mox sequens, postulat. (2) Τοῦ θεοῦ, Medic. E. & D. item D. Marci, 13. Armar. V.

EP. DCCCCLIV. (1) Πολὺς Voss. sed idem in margine: πολὺς ὤν. (2) Non satis patet, utrum vinum hoc ὀλίγον appelletur respectu habito ad quantitatem, vel qualitatem, ut hinc paucum, hinc vile seu modicum verti debeat. Conf. quae scripsi in Curis ad 1. Tim. V. 23. οἴνῳ ὀλίγῳ. (3) Juvenis is erat, Antiochi filius, cui Pater Libanii nostri nomen imposuerat. Vide supra ep. 940. ad hunc Zenodotum. Hinc paulo post Antiochus appellatur. (4) Sic scripsi pro αὐτῶν, quod erat in Reg. max. Libanium intelligit. Voss. περὶ αὐτῶν.

θαῤῥοῦντας τοῦτο ποιεῖν; Ἐν σοὶ γὰρ δὴ πάντες μὲν ποιηταὶ, πάντες δὲ ῥήτορες, καὶ λόγων εἴδη πάντα. Καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὡς μαθεῖν μὲν ἦσθα ἀγαθὸς, διδάσκαλος δὲ οὐ τοιοῦτος. Ἀλλὰ πάντα ῥᾳδίως καὶ ταχέως ἔλαβές τε καὶ μετέδωκας. Καὶ πολλοὶ μὲν κοσμοῦσι τὴν γῆν ἀπὸ τῆς σῆς εἰς τοῦθ' ἥκοντες συνουσίας. Μὴ τοίνυν ὄκνει γράφειν, μηδὲ τὰ σαυτοῦ φεῦγε. Σὸν δὲ τό, τε λέγειν, τό, τε τοὺς λέγοντας περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι. ὥσπερ αὖ τὸν δαιμόνιον σοφιστὴν (1) ὃν ἐγγὺς ἔχων ἀγάλλῃ. ὁ δέ σε ἐγκωμιάζων ἔχει μὲν ἀφορμὴν τὴν παιδείαν, ἔχει δὲ τὴν ἀρχὴν, ἢ μείζω τὴν Ἀῤῥαβίαν ἐποίησεν, οἶκον αὐξήσασα ἕκαστον. Γίγνου δὴ κἂν τοῖς μετὰ ταῦτα τοιοῦτος, καὶ τὸν μὲν σοφὸν Ἀβουρήϊον εὔφραινε τῇ φωνῇ, τοῖς γράμμασι δὲ ἐμέ.

bis, quem tandem id confidenter facere fas est! Tibi enim in promtu sunt Poëtae omnes, Rhetores omnes, & omnia dicendi genera. Neque dicere licet, te ad discendum idoneum quidem fuisse, ad docendum vero non item. Imo vero omnia facili & celeri opera & didicisti & docuisti. Et multi orbem ornant, tua institutione eo provecti. Itaque ne cuncteris scribere, nec tua ipse averseris. Tuum vero est, & dicere, & oratores magni facere, nominatim egregium illum Sophistam, quem juxta te habens laetaris. Ille vero te laudandi materiem habet tum doctrinam tuam, tum magistratum, qui Arabiam, domo quacunque amplificata, majorem fecit. Idem itaque etiam inposterum sis, & sapientem Abureium voce tua, me vero literis exhilara.

DCCCCLVI. ΠΟΣΤΟΥΜΙΑΝΩι.

Οἱ πάντα ὁρῶντες Θεοὶ καὶ τοῖς πεπληγμένοις τῶν ἀνθρώπων εἰωθότες βοηθεῖν, ἰδόντες με καταβεβλημένον καὶ κείμενον ὑπὸ τῆς νῦν συμφορᾶς, τό, τε πλῆθος τῶν εἰς παραμυθίαν εἰρημένων λόγων, οὐδὲν δυνηθὲν, φάρμακόν τε τοῦτο ἰσχυρὸν τὴν σὴν ἐξεῦρον ἐπιστολήν. ἣ ἦν μὲν τι κέρδος καὶ προτεινομένης ἔτι, Ἱλαρίου τοῦ καλοῦ τοῦτο ποιοῦντος, πλέον δ' ἑρμηνευομένης. Πόνος δὲ ἄρα τὸ πρᾶγμα γεγένηται τοῖς ἄγουσιν εἰς τὴν ἡμετέραν φωνὴν τὴν ὑμετέραν (1). καὶ ὁ νικήσας τὸ πρόσω ἐλθεῖν ἐστεφανοῦτο. Ἐγὼ δὲ ῥᾴων ἐδεικνύμην τῇ τιμῇ, καὶ μέ τις τῶν συνήθων εἶδε μειδιάσαντα, καὶ τὸ νέφος οὐκέτ' ἦν ἴσον, οὔτ' ἐπὶ τῆς ψυχῆς, οὔτ' ἐπὶ τοῦ προσώπου. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, τιμὴν τοσαύτην ἤκουσαν δι' ἐπιστολῆς τοῦ πρώτου Ῥωμαίων. Ὁ δὲ τοῦτ' εἰπὼν, εἶπε πάντων ἀνθρώπων ἰσχύσαι λύπης ἀφελεῖν τι, καὶ καταμῖξαί τι γαλήνης. Δοκεῖς δέ μοι δίκαιος εἶναι πυρούμενος κατὰ τὸν Αἰγινήτην Αἰακὸν (2), ἓν οὐ δίκαιον ποιεῖν, φεύγειν, ἐν οἷς ἐπιστέλλεις, τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν. ἣν σὺ προσέθηκας τῇ παρὰ τοῦ γένους πολλῇ μὲν ἐπιθυμίᾳ, πολλοῖς δὲ ἱδρῶσι, τοῖς μὲν ἐν ἡλίῳ, τοῖς δὲ πρὸς λύχνον. δι' ὧν ἐνέπλησας τὴν ψυχὴν Ὁμήρου τε καὶ Ἡσιόδου, καὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν, Δημοσθένους τε καὶ Λυσίου καὶ τῶν ἄλλων ῥητόρων. Εἴποι δ' ἂν Ἡρόδοτός τε καὶ Θουκυδίδης, καὶ πᾶς ἐκείνων ὁ χορὸς, εἶναι χώραν καὶ αὐτοῖς ἐν τῇ σῇ διανοίᾳ. καὶ τούτου μάρτυρας εἶναι τοὺς πεποιημένους σοι λόγους, τοὺς πολλούς τε καὶ καλούς. Καὶ ταῦτα οὐ νῦν μὲν ἔγνωσται, πρότερον δὲ ἠγνοεῖτο. ἀλλὰ καὶ πρῶτον ἐπιστεύοντο (3) καὶ ἐν αὐταῖς καὶ μετ' ἐκείνας λόγος ἦν οὐκ ὀλίγος περὶ τῶν σῶν ἐγγόνων λόγων. Τουτὶ δὲ κοινὸν ἁπάσης οἰκίας, ἧ Θεοὶ πρόγονοι. τὸ δ' ἄγαν τῆς ὑμετέρας γενεᾶς. Κτησάμενος δὴ

POSTUMIANO.

Qui omnia vident Dii, quique etiam hominibus adflictis opem ferre solent, videntes me dejectum penitus, & a praesente calamitate oppressum, videntes etiam copiosos illos, qui in solatium adhibiti sunt, sermones, nihil posse, epistolam tuam efficax mihi pharmacum invenerunt. Illa quidem jam poterat aliquid, cum adhuc ostenderetur, (id vero faciebat optimus *Hilarius*) plus vero, cum explicaretur. Difficilis vero illis erat labor, qui vernaculam vestram in nostram convertere nitebantur: ille autem qui faciebat, ut, quod allatum erat, vere ad me veniret, laudibus coronabatur. Ego vero honore hoc tranquillior apparebam, ut familiarium quidam me subridentem videret; nec nubes eadem vel animum vel vultum tegebat. Nec mirum sane, cum tantus honor per epistolam viri, inter Romanos primarii, mihi sit habitus. Qui vero hoc dicit, idem ait, te prae omnibus aliis leviorem facere posse moerorem, illique tranquillitatis aliquid adspergere. Videris vero mihi id, quod fas est, consectans, secundum Aeacum illum Aeginetam, unum praeter fas facere, quod in literis scribendis Graecorum linguam averfaris, quam tamen tu patriae linguae magno tuo desiderio, multis item laboribus; aliis interdiu, aliis noctu exantlatis, junxisti. His enim factum est, ut animum tuum *Homeri* & *Hesiodi*, aliorumque Poëtarum; *Demosthenis* item, *Lysiae*que & aliorum Rhetorum scriptis expleres. *Herodotus* vero etiam & *Thucydides*, omnisque eorum coetus dixerint, & sibi in mente tua locum esse, idque orationes & multas & praeclaras, a te quidem scriptas, testari. Atque illa quidem non nunc demum cognita sunt, ante vero ignorabantur, sed ante etiam credebantur & in ipsis atque post ipsas multus erat de ingenii tui foetibus sermo. Hoc vero commune est omni familiae, quae Deos inter majores suos numerat: inprimis vero geniti vestrae. Cum igitur & id, praeter illa

EP. DCCCCLV. (1) Is est *Abureius*, qui in calce appellatur. Vide supra ep. 536.

EP. DCCCCLVI. (1) Latine scilicet scripta erat epistola. (2) Aeacus, Jovis ex Europa vel Aegina filius creditus, tantum justitiae studium probasse fertur a Mythologis, ut una cum Minoe & Rhadamantho judex inferorum sit constitutus. Confer de eo *Huetium* in Demonstrat. Evangelica *Propos* IV. c. 8. §. 13. (3) *ἀλλὰ κ. πρ. ἐπ. Vatic.* B. habet ex additamento minime recenti. Pro illis vero in *Voss. Reg. max.* & *Mutin.* A. spatium erat vacuum, totidem vocibus recipiendis aptum. Videtur tamen vel sic aliquid deesse, cum non appareat, quo pertineat illud *ἐν αὐταῖς*.

(4) Athe-

la habeas, ut persuadere facile cuique possis, si Atheniensem te dixeris, utere, quaeso, iis, quae habes, & epistolas, quas imposterum miseris (ostende enim, quod cum inceperis, etiam perfecturus sis,) interpretum ori committere noli. Id quidem tu facere potes. Ego vero Deos precor, ut te in subditorum ordine constitutus ego videam, sicut olim patruum tuum vidi, cui filium habes cognominem, in urbe illius Deae, quae eam certamine suscepto suam fecit. Hoc scilicet habeo juris apud vos; praeterea vero & aliud, quod aperire me tibi oportet. Quo enim anno avus vester terrae & mari Consulis nomine & dignitate praeerat, eo ipso a matre editus soli eram conspicuus.

CAJO.

Ἄνδρες ἐν ὅπλοις πολλὰ πεπονηκότες ἐκέλευσάν με τήνδε πέμψαι σοι τὴν ἐπιστολὴν, βουλόμενοι γενέσθαι τάχος τῷ δεομένῳ τάχους. Μαθέτωσαν οὖν, ὡς ὀρθῶς ἧκον εἰς ἐμὲ ζητοῦντές τι παρὰ σοῦ.

DEMONICO.

Viri, qui armis strenuos se praestiterunt, jusserunt me hanc tibi mittere epistolam, vehementer cupientes, ut celeriter expediatur, quod celeritate indiget. Intelligant itaque illi, recte se ad me venisse, a te aliquid petentes.

DCCCCLXXV. EI-

(6) ἤ, *Medic.* (7) τοιούτοις τετιμημένον τοιοῦτον, *idem.*

EP. DCCCCLXXIII. (1) Ex his patet, *Priscionem* tum in foro, causidici instar, causas perorasse, tum instar Sophistae publice declamasse. (2) Hoc de laboribus, quos erudiendis, quibus praeerat, juvenibus impenderat, accipio. (3) τοῖς πρὸς τοὺς οὐ ταῦτα βουλομένοις, *Reg. max.* πρὸς τοὺς οὐ ταῦτα βουλομένους, *Voss.* sed ex emendatione vetere. Non dubito, Libanium ea scripsisse, quae hic exhibui. (4) Ad eloquentiam & alia elegantiae genera respicit noster, quorum *Priscion* & *Hilarius* ex se praeceptore facti erant participes. Graeci enim ἄνθος ad varia accommodant. Pythagoras ἄνθος νοῦ dixit. Vide Interpretes ad Laërtium VIII. 9. ἄνθος πληρῶν, ibidem I. 51. ἄνθος χρυσοῦ, χαλκοῦ, χάλκης, alibi: vide *Salmasium* Homonym. Iatricae p. 29. & 92. ἄνθη οἴνων. Lege Interpretes ad Scriptores Histor. Augustae Tom. II. p. 559. ἄνθος σώματος, *Philostratus* in Iconibus p. 821. Mitto alia. Noster infra 980. ἐν τοιούτοις ἄνθεσι διατεθραμμένον. (5) Post vocem ὑμέτερα in *Voss. Reg. max.* & *Matin.* A. spatium est vacuum, quod in *Vatic.* B. alia manus iis, quae hic legis, explevit: nec omnino inconvenienter. (6) *Priscionem* intelligit, quod ex calce epistolae patet. (7) *Priscion* itaque ab *Hilario* ea sibi fieri volebat, quae honeste dare non poterat. (8) Compara *Hebr.* XII. 5-9. Nec forte fallar, si Libanio ea lecta putem. (9) Lege *Erasmi* Chiliadas p. 293 & 531.

EP. DCCCCLXXIV. (1) Sic scribo cum *Vatic.* B. Δημονίκῳ, *Reg. max.*

EP.

EIDEM.

Et hoc fortunae munus esse existima, quod *Dionysius*, amicus noster, qui recte & sapere & agere didicit, veniat, tuis auspiciis causam istam peroraturus. Nemini vero non constat, te illum ut amicum, & ut tuum, & ut meum denique esse visurum. Nihil itaque opus est, ut de eo ad te scribam.

DCCCCLXXV. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Τῆς τύχης νόμιζε καὶ τοῦτο δοκεῖν, τὸ, τὸν καὶ φρονεῖν καὶ πράττειν δυνάμενον τὸν ἑταῖρον Διονύσιον ἥκειν ὑπὸ σοὶ ταῦτα ἐπιδειξόμενον. ὃν δὴ καὶ ὡς (1) φίλον, καὶ ὡς σὸν, καὶ ὡς ἐμὸν ὄψει, παντί που δῆλον. καὶ οὐδὲν ἂν δεοίμην περὶ τούτου γράφειν.

GEMELLO.

Et gratiam tibi nos habere de iis, quae in nos a te sunt praestita, quamvis omnia illa in perniciem nostram abierint, & aegre vivere nos, & libenter ex vita discedere cupere ex optimo *Dionysio*, fusius exposituro, intelliges. Nihil vero opus est, ut ad benevolentiam illi probandam te cohorter, qui idipsum adversus te ipse sis facturus.

DCCCCLXXVI. ΓΕΜΕΛΛΩι. (1)

Καὶ ὡς ἴσμεν σοι χάριν τῶν εἰς ἡμᾶς πεπονημένων, εἰ καὶ πρὸς τελευτὴν πάντα ἐκεῖνα ἐτελεύτησε, καὶ ὡς δυσχεραίνομεν τὸ ζῆν, καὶ ὡς προθυμοῦμεν ἀπελθεῖν, ἀκούσῃ παρὰ τοῦ καλοῦ Διονυσίου, καὶ λέγοντος, καὶ διηγουμένου. περὶ ὧν (2) οὐδὲν ἂν δεοίμην σε παρακαλεῖν γενέσθαι πρόθυμον, μέλλοντά γε τοῦτο ποιήσειν αὐτόν σε πρὸς ἑαυτόν. (3)

MODERATO.

Eudaemon, vir egregius, qui veteres Poëtas & callet, & imitatur, retulit mihi, se ex literis tuis intellexisse, literis te nostris delectari. Ego vero & fidem illi non denegans, & tibi de hoc desiderio tuo, tum vero fortunae, hoc mihi munus concilianti, gratiam habens, praesentem misi epistolam, non multarum futuram initium. Quomodo enim exiguo, quod superest, tempore fieri possit? Ostensurus saltem sum, fieri potuisse, ut, si juvenis essem, frequentes tibi epistolae adferrentur, viro, qui militibus tam praeclare praeest, urbium autem curam tam dextre agit, ut cohortes tuas cupide teneant, & vereantur, ne qua urbs alia eas sibi vindicet. Valde igitur gloriae mihi duco, talem habere amicum; num vero & tibi sit, me habere, ipse videris. Fortasse enim cito venerit aliquid, contra quod pugnes, qui ex pugnis saepe victor redieris. Quod si tu *Thalassii*, cui omnia mea curae sunt, familiam curae tuae commendatam habueris, scias, meam tibi esse curae, curamque hanc, quaeso te, ad omnia ejus extende. Feceris hoc, si, quos ibi suorum habet, vocari ad te cures, doceasque, te, si quid, etiam minimum, incuriose agatur, non esse toleraturum.

DCCCCLXXVII. ΜΟΔΕΡΑΤΩι.

Εὐδαίμων ὁ γενναῖος, ὁ τά τε τῶν ἀρχαίων ποιητῶν εἰδώς τι καὶ μιμούμενος, ἔφη πρός με παρὰ σοῦ μεμαθηκέναι γραμμάτων, (1) ὡς πάνυ ἂν ἡσθείης τοῖς ἡμετέροις γράμμασιν. Ἐγὼ δὲ τῷ μὲν οὐκ ἀπιστήσας, σοὶ δὲ ἔχων τῆς ἐπιθυμίας χάριν, καὶ τῇ γε δῶρόν μοι τοιοῦτον προξενησάσῃ τύχῃ, πέπομφα τήνδε τὴν ἐπιστολὴν, οὐ πολλῶν μὲν ἐσομένην ἀρχήν. πῶς γὰρ ἂν ἐν οὐ πολλῷ τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ. δεῖξαι δὲ δύναμιν, ὡς, εἰ νέος ἦν, πλῆθος ἂν ἐπιστολῶν ἦλθέ σοι. καλῶς μὲν οὕτως ἡγουμένῳ στρατιωτῶν, καλῶς δὲ οὕτω κηδομένῳ πόλεων. ὡς ἔχεσθαί τι τοῦ λόχου (2) αὐτὰς, καὶ δεδιέναι, μήπως αὐτὸν ἑτέρα πόλις λάβῃ. Ἐμοὶ μὲν οὖν φιλοτιμία τὸ τοιοῦτον κτήσασθαι φίλον. σοὶ δὲ εἰ τὸ ἐμὲ, σκόπει. Τάχα γὰρ ἂν ἔλθοι παθεῖν αἰτία, πρὸς ἣν μάχῃ. πολλὰ δὴ (3) νενικηκὼς ἐν μάχαις. Τοῦ δὲ πάντα ἔχοντός μοι Θαλασσίου τῆς οἰκίας φροντίσας, ἴσθι φροντίσας ἐμῆς, καὶ τὴν φροντίδα τεῖνον ἐφ' ἅπαντα τὰ ὄντα αὐτῷ. Καλέσας δὲ τοὺς αὐτοῦ, καὶ ποιήσας φανερὸν, ὡς, οὐδὲ ῥᾳθυμηθείη, κἂν μικρὸν, οὐ περιόψει.

BRASIDAE.

Nihil mirum, hominem contemtum silere: nos vero a vobis inde ab eo die, quo majorum forte, quam par erat, amantes, vexati sumus. Vexavit vero malus quidam daemon, per quem homo non fit malus: neque enim malus erat. Male utique hinc abiit, male pedibus ivit, male navi transiit, male vero etiam aliis se dedit, aliis non

DCCCCLXXVIII. ΒΡΑΣΙΔΑι. (1)

Οὐδὲν θαυμαστὸν, ἄτιμον ὄντα σιωπᾷν (2) ἡμεῖς δὲ παρ' ὑμῖν ἀπ' ἐκείνης ἄτιμοι τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ μειζόνων ἴσως, ἢ χρὴ, ἐρασθέντες ἠλαυνόμεθα. Ἤλαυνε δὲ ἡμᾶς δαίμων κακὸς, δι' ὃν (3) οὐ κακὸς ἄνθρωπος, οὐ γὰρ ἦν κακός (4). κακῶς μὲν ἐξῆλθεν ἐνθένδε, κακῶς δὲ ἐπέζωσε (5). κακῶς δὲ διέπλευσε, κακῶς δὲ τοῖς μὲν αὐτὸν ἔδωκε,

EP. DCCCCLXXV. (1) Inter ὡς & φίλον vacuum duabus vocibus spatium in *Voss.* & *Mutin.* A. observatur; nihil vero hujusmodi est in *Vatic.* A. & *Reg. max.*

EP. DCCCCLXXVI. (1) *Reg. max.* sed Παλλαδίῳ, *Vatic.* 945. ep. 167. Idem vero codex ep. 201. ubi eadem haec epistola reperitur, Στρατηγῷ inscribit. (2) Sic scripsi pro ὦν, quod est in Reg. max. ὃν habet & *Voss.* (3) πρὸς ἐμέ. *Vatic.* 945.

EP. DCCCCLXXVII. (1) πραγμάτων, *Reg. max.* ex lapsu librariis familiari, quos saepe voces γράμματα & πράγματα invicem confundere alibi in his monuimus. *Voss.* recte γραμμάτων. (2) De voce λόχος & λοχαγὸς supra diximus. (3) δὲ mali, pro δή.

EP. DCCCCLXXVIII. (1) In *Medic.* B. est ἀνεπίγραφος. (2) Sic *Reg. max.* & *Medic.* σιωπᾶν ἄτιμον ὄντα, *Barocc.* 9. (3) δι' ὃ, *Barocc.* invitis ceteris. (4) οὐ γὰρ ἦν κακὸς, ὥς φασι, *Medic.* (5) Ita *Voss.* ἐπέζευσε, *Reg. max.*

ἔδωκε, τοῖς δὲ οὐκ ἔδωκε. Τοῦ αὐτοῦ δαίμονος καὶ τὸ ζεῦγος, καὶ τὸ ἀναβῆναι, καὶ τὸ πτῶμα, καὶ τὸ περὶ τὸν πόδα, καὶ ὁ μὴ προσδοκηθεὶς μὲν, ἐπελθὼν δὲ θάνατος. Σπουδὴν δὲ τὴν ὑμετέραν οὐκ ἀγνοῶν, οὐδὲ ἔργα, καὶ λόγους καὶ μάχας, οἶδα μὲν ὑμῖν ὧν ἐβουλήθητε χάριν. τὸ δὲ μὴ δεδυνῆσθαι οὐκ αἰτιῶμαι. Ἀλλ' ἐν εὐεργέταις μὲν ὁ χρηστὸς Ἀνατόλιος, ἐν εὐεργέταις δὲ ὁ καλὸς Βρασίδας, τῶν δὲ ἐναντιωμένων τούτοις οὐδένα μεμφόμεθα. Φιλοῦντες γὰρ ἂν αὐτοὺς ἴσως ἔργον ἐποίουν. καὶ ταῦτα δ' ἐγὼ προλέγων, τὸν ταλαίπωρον οὐκ ἔπειθον ἐξηπατημένον, ὡς οὐδὲν αἰτήσαι τοιοῦτο, ὃ μὴ ῥᾳδίως αὐτῷ παρ' ὑμῶν ἔσται δι' ἐμέ. Ἔχετ' οὖν τῷ μὲν οἰχομένῳ συγγνώμην ὧν ἤλπισεν, ἐμοὶ δὲ τοῦ σιγῆσαι. Πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις βραδύτερος ὅ, τε νοῦς μοι γέγονε, καὶ ἡ γλῶττα, καὶ ἡ χεὶρ ὑπὸ τῆς κατεσθιούσης με λύπης.

non dedit. Ejusdem daemonis est & biga illa, & ascensio, & lapsus, & ex pede malum, & non exspectata quidem, sed superveniens tamen mors. Studium interim vestrum, & facta, & verba, & contentiones non ignorans ego, gratiam vobis de illis, quae facere voluistis, habeo, id vero, quod nihil potueritis, non culpo. Sed inter patronos est *Anatolius* humanissimus, est etiam elegantissimus *Brasidas*; ex iis vero, qui illis adversatus est, culpamus neminem. Fortasse id fecerunt, quod faciunt, qui se ipsos amant. Haec vero ego praedicens, infelici illi eique decepto persuadere non potui, ut nihil eorum peteret, quae non facile a vobis per me consequi posset. Defuncto igitur veniam facite eorum, quae speravit, mihi vero silentii. Praeter cetera enim mala, & mens mihi, & lingua, & manus ex tristitia, cor edente, torpent.

DCCCCLXXIX. ΜΟΔΕΡΑΤΩι. (1)

Πρότερον μὲν ἡμᾶς τῷ φιλεῖν ἐτίμας, νῦν δὲ αὐτῷ γε τούτῳ καὶ τῷ ἐπιστέλλειν. Καὶ σὺ μὲν τὸ δεύτερον τόλμημα (2) καλεῖς, ἐγὼ δέ σε μὴ γράφοντα ἀδικεῖν ἂν ἡγούμην. Βλέπω γὰρ οὐκ εἰς τὰ ὀνόματα τῆς ἐπιστολῆς, ἀλλ' εἰς τὴν ψυχὴν τοῦ γράψαντος, ἣν ἐρῶσαν εὑρίσκων χρυσᾶ νομίζω τὰ ἀπὸ τῆς τοιαύτης. εἶτα μέντοι καὶ ἀνδρὸς ζῶντα ἐν ὅπλοις, οὐ γλῶτταν Ἀττικὴν ἀπαιτοῦμεν, ἀλλὰ δεξιὰν Λακωνικήν, μᾶλλον δὲ οὐκ ἀπαιτοῦμεν, ἀλλ' ἔχομεν πάλαι, καὶ χαίρομεν ἔχοντες, ἣ πολλοὺς μὲν φεύγειν ἠνάγκασε, πολλοὺς δὲ ἔδησε, πολλοὺς δὲ κατήνεγκεν. Ἕως μὲν οὖν ταῦτα ποιεῖς, τὰ σαυτοῦ ποιῶν ἔσῃ. ποιήσει δὲ καὶ βασιλεὺς τὰ αὐτοῦ, κοσμῶν ἀνδρείαν γέρᾳ (3). Οἶδέ τε γὰρ τὰ πραττόμενα, καὶ εἰδὼς οἶδε ποιεῖν τοῖς παρ' ἑαυτοῦ βελτίω στρατιώτην. Ἐγὼ δέ σε εὔχομαι μάλιστα μὲν στρατεύειν οὐ τιτρωσκόμενον. Εἰ δ' ἀνάγκη καὶ διὰ τούτου νικᾷν, ὑπομένειν. καλὸν γὰρ τὸ τραῦμα τῇ νίκῃ γίγνεται. Τοσοῦτον δὲ ἡγησάμην σου τὴν ἐπιστολὴν φέρειν, ὥστε δεδειχέναι καὶ φίλοις ἡμῶν καὶ οὐ φίλοις, τοῖς μὲν, ὅπως ἡσθεῖεν, τοῖς δὲ, ὅπως ἀποπνιγεῖεν. Χαριζόμενος δέ μοι τῷ περὶ πολλοῦ με πεποιῆσθαι, μείζονα δίδως χάριν, τοιοῦτος ὢν περὶ τὸν θαυμάσιον Θαλάσσιον.

MODERATO.

Olim quidem nos amore tuo ornabas, jam vero & ipso illo, & literis. Tu quidem posterius hoc audax appellas facinus, ego vero te non scribentem peccasse existimassem. Neque enim ad epistolae dictionem, sed ad scribentis animum attendo, quem mei amantem deprehendens aurea ejusmodi epistolae omnia esse existimo. Praeterea vero a viro, in armis occupato, non Atticam linguam, sed dextram Laconicam postulamus, nec tam postulamus, quam pridem habemus, habentesque gaudemus, quippe quae multos in fugam verterit, multos in vincula conjecerit, multos etiam ceciderit. Quoad igitur haec feceris, tua feceris: sua vero etiam Rex faciet, fortitudinem hanc praemiis ornaturus. Novit enim ille res tuas gestas; sciens vero muneribus suis militem reddere novit ornatiorem. Ego vero opto, ut tu, nunquam vulneratus multos jugules; si vero etiam sauciatum vincere oporteat, id quidem sustineas: vulnera enim decus adferunt victoriae. Tantum vero mihi visum est tuam habere epistolam, ut eam & amicis nostris & non amicis ostenderim; illis quidem, ut laetarentur; his vero, ut rumperentur. Cum vero tanti me faciens gratum mihi feceris, majus mihi das beneficium, talem te adversus eximium praestans *Thalassium*.

DCCCCLXXX. ΒΑΚΟΥΡΙΩι. (1)

Τὰ γράμματά σου τοὺς περὶ σοῦ κατέλαβε λόγους, οὓς μετὰ τῶν φίλων εἰώθαμεν ποιεῖσθαι, μεγάλην ἔχοντες ἡδονὴν ἐν τοῖς ἐπαίνοις, οὓς ἡ σὴ φύσις ποιεῖ. (2) Ἄιδει δὲ ὁ μὲν τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὸ πεπεῖσθαι τὰ ἐν τῇ γῇ πραττόμενα πάντα τοὺς Θεοὺς καὶ ὁρᾷν καὶ εἰδέναι. ὁ δὲ τὴν σωφροσύνην καὶ τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν ἄρχειν μᾶλλον (3) ἢ τῶν στρατιωτῶν.

BACURIO.

Literae tuae illis supervenere de te sermonibus, quos cum amicis serere solemus, magnam ex laudibus, quas tua tibi indoles parit, voluptatem sentientes. Laudat vero alius justitiam tuam, quodque persuasum tibi habeas, ea, quae in terra aguntur, omnia Deos & videre & nosse. Alius vero temperantiam, quodque cupiditatibus magis, quam militibus imperes; alius denique sapien-

EP. DCCCCLXXIX. (1) Ita *Reg. max.* Πρισκίωνι, *Medic.* B. Δανιήλῳ *Medic.* D. *Moderato* recte inscribi, patebit hanc epistolam conferenti cum superiore, 977. quae eidem est inscripta. In utraque noster ut militiam sectans describitur: in utraque porro eidem commendatur *Thalassius*. *Priscion* porro Sophista erat: *Tatiano* denique noster ita familiaris, ut saepe ad eum scripserit: haec vero epistola altera est, quam post superiorem illam *Moderato* scripsit. (2) καλεῖς τόλμημα, *Medic.* (3) ἀνδρείαν, γέρας. *Voss.* & *Reg. max.* Pro γέρας scripsi γέρᾳ, sine quo de sensu non constiterit.

EP. DCCCCLXXX. (1) Ita *Voss.* & *Reg. max.* Πακουρίῳ, *Vindobon.* chartac. *Medic.* B. & *Benzel.* A. B. Ἀκουρίῳ, *Vatic.* 943. (2) *Medic.* pro ᾄδει *Regii max.* (3) μᾶλλον deest in *Medic.* A.

(4) μᾶλλον

sapientiam, per quam victor armis evadas. Fuit &, qui diceret, nullum unquam ex ullo periculo metum animo tuo esse obortum. Mihi quidem id ex tuis visum est praeclarissimum, quod & literas & eos, qui illis operantur, ames, ideoque Diis, quibus literae cordi sunt, placeas. Cordi vero sunt illis, qui eas dederunt. Dum in his versamur floribus, quorum tu eras viridarium, tuam in manus tradidit, qui eam adferebat, epistolam, tuum in literas amorem testatum facientem. Nonne enim ille, qui bellicis curis distinetur, & in ejusmodi rebus gerendis totus vivit, & vel sic hominem vitam in literis agentem apud se circumfert, eumque non memoria solum, sed & literis honorat, dicendi artem ornare dicendus est iis, quae adversus oratores praestat? Me vero ad epistolam scribendam saepe pronum erat aliquid, quod cohiberet. Hoc non semper idem erat, semper tamen erat, Diis tibi & hoc largientibus, ut tanto magis laudareris. Neque enim idem est, scribere priorem & rescribere.

ZENONI.

Laetatus ego sum, primo quidem eo, quod, qui afferebat, *Zenonis* mihi repraesentabat epistolam, deinde, literarum longitudine tum vero elegantia epistolae, in libris te versari testatum facientis. Neque enim erat viri, ea, quae Martis sunt, tantum curantis, talem texere epistolam. Videris utique mihi aliud tempus illis, aliud vero his rebus tribuere, & plus quidem illis, quam his. Cumque ego cetera omnia laudarem, unum erat, quod culpabam, prooemium scilicet, jusjurandum. Hoc enim tibi erat literarum initium. Ajebat vero illud, te adversus me & mea justum fuisse, qui semper meorum aliquid in manibus habueris, praesentesque audire feceris, &, ut non contemnenda esse dicerent, persuaseris. Haec tu me, tanquam ignarum, docebas, ego vero nihil eorum ignorabam. Sed illa quidem conjecturis usus perspexeram, cognitum quippe habens *Zenonem*, moresque *Zenonis*, memor etiam, qualis semper in ipsum fuerim, & qualia mihi debeat, quodque ille debitis privare neminem possit. Sciebam itaque omnia, etiam nemine interprete, conjectura nempe omnia haec adsecutus. Erant vero praeterea, qui renunciarent, tum, quae apud indigenas, Erechthei gentem, tum, quae in urbium, quae sub Sole sunt, maxima, & in illa, quae post hanc est maxima, gesseris. Inter cetera nunciabantur & praelia & vulnera verbis inflicta, tropaeum item & tropaea. In illis vero praeliis *Zenon* quoque erat, qui & vincebat. Hanc autem justitiam tuam videntes Dii hoc tibi praemii loco dederunt, ut virum sibi amicum, & tibi facerent, virum, qui locum tam sublimem sua in subjectos

τιῶν. ἄλλος δὲ τὴν σοφίαν, παρ' ἧς σοὶ τὸ κρατεῖν ἐν τοῖς ὅπλοις. Ἤδη δέ τις εἶπεν, ὡς οὐδεὶς φόβος οὐδενὸς κινδύνου τῆς ψυχῆς ἥψατό σου. Μέγιστον δέ μοι τῶν σῶν ἐφαίνετο, τὸ λόγων τέ σε καὶ τῶν τούτους ἐργαζομένων ἐρᾷν, ἀνθ' ὧν εἶναί σε φίλον θεοῖς, οἷς μέλει (4) λόγων. μέλει δὲ (5) τοῖς αὐτοὺς δεδωκόσιν. Ἐν τούτοις τοίνυν ἄνθεσιν ἡμῶν διατριβόντων σὺ δ' ἦσθα δήπουθεν ὁ λειμὼν, ἐνέθηκέ μου ταῖς χερσὶν ὁ φέρων σου τὴν ἐπιστολὴν, πίστιν ἔχουσαν τοῦ σοῦ περὶ λόγους ἔρωτος. Τὸν γὰρ ἐν φροντίσι πολεμικαῖς ζῶντα (6). καὶ τούτων ἐν μέσῳ πραγμάτων, ζῶντα ἄνθρωπον ἐν λόγοις, ἐν ἑαυτῷ περιφέρειν, καὶ τιμᾶν μὴ τῷ μεμνῆσθαι μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ γράμμασι, πῶς οὐ κοσμοῦντός ἐστι ῥητορικὴν ἐν τοῖς πρὸς τοὺς λέγοντας γιγνομένοις. Ἐμὲ δὲ πολλάκις ὁρμήσαντα πρὸς ἐπιστολὴν ἦν τι τὸ κωλῦον. οὐ ταὐτὸν (7) μὲν ἀεὶ, ἀεὶ δὲ ἦν, τῶν θεῶν σοὶ καὶ τοῦτο δεδωκότων, ὡς ἂν μᾶλλον εὐδαιμονοίης. Οὐ γὰρ ἴσον ἐπιστεῖλαι πρότερον, ἢ ἀντεπιστεῖλαι.

DCCCCLXXXI. ΖΗΝΩΝΙ. (1)

Πρώτῳ (2) μὲν ἥσθην, τῷ δεῖξαί μοι τὸν κομίζοντα Ζήνωνος ἐπιστολὴν, δευτέρῳ δὲ, τῷ μήκει τῶν γραμμάτων, τρίτῳ δὲ τῷ κάλλει τῆς ἐπιστολῆς, μηνυούσης, ὡς εἴης ἐν βίβλοις. Οὐ γὰρ ἦν ἀνδρὸς, τὰ Ἄρεως μόνα θεραπεύοντος, ὑφῆναι ταύτην ἐπιστολήν. Ἀλλά μοι φαίνῃ τὸ μὲν ἐκείνοις, τὸ δὲ τούτοις νέμειν, καὶ πλέον γε τούτοις, ἢ κείνοις. Πάντα δὲ τἄλλα ἐπαινέσας ἓν ᾐτιώμην μόνον τὸ προοίμιον, τὸν ὅρκον. τουτὶ γάρ σοι προοίμιον ἦν. Ἔλεγε δὲ τὸ προοίμιον, δίκαιόν σε περί τε ἐμὲ καὶ τἀμὰ γεγενῆσθαι. Φέροντά τε ἐν χερσὶν ἀεί τι, καὶ τοὺς παρόντας ἀκροατὰς ποιοῦντα, πείθοντά τε, μὴ φαῦλα αὐτὰ νομίζειν. καὶ σὺ μὲν ἐδίδασκες τὸ, ὡς ἀγνοοῦντα, ἐγὼ δὲ οὐδὲν τούτων ἠγνόουν. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκ τῶν εἰκότων ἑωράκειν γιγνώσκων Ζήνωνα, καὶ τὸν Ζήνωνος τρόπον, καὶ ὅστις ἀεὶ περὶ αὐτὸν γενοίμην, καὶ ὅσα τὰ ὀφειλόμενά μοι, καὶ ὡς οὐκ οἶδεν ἀποστερεῖν ἐκεῖνος. Ἤδειν μὲν οὖν ἅπαντα, καὶ μηδενὸς ἀπαγγέλλοντος, διὰ τῶν λογισμῶν ἅπαντα μεμαθηκώς. Νῦν δὲ ἦσαν οἱ καὶ ἀπήγγελλον τά τε (3) παρὰ τοῖς αὐτόχθοσι (4) τῷ δήμῳ τῷ Ἐρεχθέως, τά τε ἐν τῇ μεγίστῃ τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον πόλεων (5), τά τε ἐν τῇ μετ' ἐκείνην μεγίστῃ (6). Ἦσαν δὲ ἐν τοῖς ἀγγελλομένοις καὶ μάχαι καὶ πληγαὶ διὰ ῥημάτων, καὶ τρόπαιον, καὶ τρόπαια. ἐν δὲ ταύταις Ζήνων ἦν, ὅσπερ (7) ἂν καὶ ἐνίκα. Καὶ ταύτην ὁρῶντές σου τὴν δικαιοσύνην οἱ θεοὶ μισθόν σοι δεδώκασι τὸν φίλον αὐτοῖς ἄνδρα, καί σοι πεποιηκότες, ἄνδρα τοσοῦτον θρόνον μείζω πεποιηκότα

πρὸ-

(4) μέλει ex additamento veteri legebatur in *Reg. max.* Et sic est in *Voss.* & *Medic.* a prima manu. (5) δὲ ᾧ, *idem.* (6) Quae post vocem ζῶντα leguntur usque ad sequens ζῶντα desiderantur in *Medic.* librarii vitio. Ibidem pro πολεμικαῖς male legitur πολεμικῶν. (7) ἐπ' αὐτὸν, *idem.*

EP. DCCCCLXXXI. (1) Ζήνωνι *Vatic.* B. male. (2) πρῶτον, *Medic.* B. sed praestat πρώτῳ quod est in *Reg. max.* Sequitur enim δευτέρῳ. Nisi malis cum eodem *Medic.* in sequentibus legere δεύτερον & τρίτον. (3) ἀπήγγελλον τά τε. Sic scripsi pro ἀπαγγέλλοντα τε, quod est in *Reg. max.* & παραγγέλλοντα τε, quod habet *Medic.* (4) Athenienses intelligit, quos se αὐτόχθονας vocasse constat. De nominis hujus ratione lege inter ceteros *Rhodiginum* Antiqu. Lect. XIII. 7. & XVIII. 25. (5) *Roma* haec est. (6) *Constantinopolis*, ni fallor. (7) ὥσπερ, *Medic.*

προνοίᾳ τε τῇ τῶν ἀρχομένων, καὶ ῥητορείᾳ, καὶ ἀνδρείᾳ, καὶ φιλανθρωπίᾳ. ὧν αὐτῷ χάριτά τε ὀφείλειν οἶμαι τοὺς θεοὺς, καὶ (8) ἀποδώσειν. Ἔλαθε δὲ αὐτοὺς οὐδ᾽ ὅσα τῷ γενναίῳ πέπρακται τιμὴν ἡμῖν ἔχοντα. καὶ τάχα που τι, καὶ ἀντὶ τούτων ἔσται, τῶν λογίων θεῶν αὐτῶν (9) ἡγουμένων ἐν τούτοις τετιμῆσθαι. μιμούμενος δὲ τὰ αὐτοῦ πάλιν αὐτὸς ἔσται πρὸς ἡμᾶς (10) τοὺς ἐγνωκότας, ὅ, τι ἂν φήσητε, τοῦτ᾽ ἐπαινεῖν. Καὶ ἡ μὲν ἐπιστολὴ τοσοῦτον λέγει. τὰ πλείω δὲ Φιρμῖνος ἐρεῖ, Ζήνωνος (11) ἑταῖρος ὢν καὶ φίλτρῳ καὶ λόγοις, ὃν λαμπρὸν ἡμῖν ποιήσας ἀποπέμψεις, (12) τοῖς τε ἐμοῖς χαριζόμενος πόνοις, καὶ τῇ πατρίδι τῇ σαυτοῦ βοηθῶν. Πεποίηκε δὲ καὶ τὸν ἕτερον πρεσβευτὴν ἐπιτήδειον εἰς πρεσβείαν, ἐκεῖνο τὸ χωρίον (13), ὃ καὶ ὑμᾶς, (14) καί γε τὸν ληψόμενον, καὶ τὸν δώσοντα τὴν ἐπιστολήν.

tos cura, eloquentia, fortitudine & humanitate ampliorem reddidit: quarum quidem rerum gratiam Deos & debere ipsi & reddituros esse existimo. Nec vero latent eos illa, quae a viro generosissimo in nostrum honorem sunt praestita. Fortasse etiam pro his praemii aliquid habebit, Diis, eloquentiae statoribus, se hoc ipso honore affectos esse existimantibus. Ille quoque se ipsum imitatus idem erit adversus nos, quibus constitutum est, omnia, quaecunque dixeritis, laudare. Sufficiat haec per epistolam dixisse: plura *Firminus* referet, *Zenoni* & amore, & eloquentiae studio similis. Eum tu ornatiorem nobis remittes, hoc ipso & laboribus meis gratum facturus, & patriae tuae profuturus. Fecit vero & alterum illum legatum ad legationem idoneum iste locus, qui etiam vos, nempe tum accepturum, tum redditurum, hanc epistolam, tales fecit.

DCCCCLXXXII. ΑΔΔΑΙΩι. (1)

Καὶ πρότερον μὲν ᾔδειν φιλούμενος ὑπὸ τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς, πολλῷ δὲ τοῦτό με μᾶλλον τὸ νῦν ἔπεισε γραμμάτων, περὶ σοῦ παρὰ σοῦ δεῦρο ἡκόντων, μηνυόντων, ἔργον ἡμῖν εἰληφέναι τὰς εὐχὰς, ἥξειν τε ἡμῖν αὐτίκα τὸν τοῖς μὲν πολεμίοις χαλεπὸν, πρὸς δὲ τοὺς οἰκείους ἥμερον. Ἵν᾽ οὖν μὴ στρατηγοῦ λόγους ποιῶν ἄνθρωπος ἀργότερος ἐν γράμμασι γένηται, πέπομφα ταύτην τὴν μικρὰν ἐπιστολὴν ἀπαιτοῦσαν τὸ περὶ τὴν ὁδὸν τάχος. Ἔχειν γὰρ τὸ μέλι τὴν σὴν ψυχὴν (2) βουλόμεθα μᾶλλον, ἢ, ὡς ἕξομεν, ἀκούειν.

ADDAEO.

Jam antea quidem sciebam, me a sacro illo capite amari; idem vero multo magis me docuerunt literae, cum qui ante te ad nos venerunt, significassent, vota nostra eventu esse confirmata, & propediem ad nos venturum esse virum, inimicis quidem gravem, mansuetum vero in familiares. Ne igitur homo in orationibus condendis viro militari, quod ad literas, sit segnior, parvam hanc epistolam misi, quae iter petat maturari. Malumus enim te, instar mellis, habere, quam, quod habituri simus, audire.

DCCCCLXXXIII. ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΩι. (1)

Καί σε ζηλῶ τὴν Ῥώμην ἔχειν, κἀκείνην τοῦ σέ. Σὺ μὲν γὰρ ἔχεις, ᾧ (2) τῶν ἐν γῇ παραπλήσιον οὐδὲν, (3) ἡ δὲ τὸν (4) τῶν ἑαυτῆς πολιτῶν, εἰς προγόνους δαίμονας (5), οὐχ ὕστερον. Ἦν μὲν οὖν δή σοι μέγα καὶ τὸ μετὰ σιγῆς ἐν τῇ τοιαύτῃ διάγειν, καὶ τὸ λόγους ὑπ᾽ ἄλλων λεγομένους δέχεσθαι. πολλοὺς δὲ ἡ Ῥώμη τρέφει ῥήτορας πατέρων ἀκολουθοῦν-

MARCELLINO.

Et te, quod Romam habes, felicem arbitror, &, quod te habet, illam. Tu enim id habes, cum quo nihil in orbe comparari possit; illa vero te, civibus suis, qui Heroës inter conditores suos numerant, non inferiorem tenet. Satis itaque honorificum tibi erat futurum, si in illa ipsa silens vixisses, & orationes ab aliis habitas audivisses. Multos enim eosque majoribus similes Roma alit

(8) καὶ omittit *Medic.* (9) Sic scribo cum *Medic.* αὐτοῖς *Reg. max.* Forte etiam legi poterat αὐτοῖς. (10) Sic *Medic.* pro ὑμᾶς, quod in *Reg. max.* & *Voss.* est. Mox *Voss.* habet: ὅτι ἂν τι φήσητε. (11) Ζήνων, *Reg. max.* & *Voss.* nostrum recte habet. (12) ἀποπέμψεις, *Medic.* (13) Patriam Zenonis terram intelligit. (14) ἡμᾶς, *Reg. max.* male.

EP. DCCCCLXXXII. (1) In *Voss.* & *Mutin.* A. clare legitur ἀδδαίῳ cum spiritu leni, at in *Reg. max.* Θ additum est a recenti manu, deleto spiritu, nescio quam recte. Θαδδαῖος nomen ex sacris tabulis cognitum est, Ἀδδαῖος vero illud minus frequens, neque tamen obscurum. Fuit enim *Addeus* sub Theodosio Magno Comes domesticorum, postea vero Comes & Magister utriusque militiae per Orientem. Vide Gothofredi Prosopographiam p. 347. Nec dubito ego, praesentem epistolam illi esse inscriptam. (2) τὴν σὴν ψυχὴν i. e. *te*, de qua phrasi alibi diximus.

EP. DCCCCLXXXIII. (1) Vide *Centuriam* meam p. 132. ex *Barocc.* 9. & *Zambicar.* lib. III. ep. 295. Maximam ejus partem *Valesius* Gr. & Lat. inseruit praefationi ad suam Ammiani Marcellini editionem p. 4. Hunc enim Historicum hanc Libanii epistolam accepisse non est dubium, quod ibidem amplius ostenditur. (2) ὡς *Medic.* B. male. (3) Ob Romae praestantiam hoc urbi elogium confert noster, non sine aliorum exemplo, qui eam cum nulla alia comparandam censuerunt. Hinc κατ᾽ ἐξοχὴν, ut *Alexandria* olim, *urbs* dicta est. Vide *Scaligerum* ad Eusebii Chronicon an. 1972. *Herodiano*, *Eusebio* & aliis audit πόλις βασιλὶς & βασιλεύουσα: in marmoribus habes ἐν βασιλίδι Ῥώμῃ. Vide *Ezech. Spanhemium* de Usu & praestantia Numismatum p. 687. & 880. edit. in 4. & *Valesium* ad Euseb. III. 17. de Vita Constantini M. p. 221. *Augustinus* similiter *imperiosam* civitatem vocat XIX. 7. de Civit. Dei. & lib. XVIII. 4. *urbem victricem gentium, captivam vitiorum.* Hinc & tanquam *Dea terrarum* & *Regina gentium* celebrata & culta est, quod ex veterum monimentis ostendit *Spanhemius* l. c. p. 414. & ad *Juliani* Orationes p. 42. b. itemque *Doughtejus* in Analectis N. T. Excursu CVI. (4) τὸν non habet *Vales.* ex *Reg. max.* quo tamen opus est sequenti ἑαυτῆς. Habet etiam *Barocc.* & *Medic.* B. (5) Romulum & Remum, Romae conditores, qui genus suum ad Martem referebant, intelligit.

(6) Haec

alit oratores. At enim vero illi, qui a vobis ad nos veniunt, testantur, ipsum te tua partim jam recitasse, partim inposterum esse recitaturum, cum commentationis tuae, in plura capita distinctae, pars in lucem jam prolata, & laudibus excepta, reliquas invitet. Accepi etiam, Romam ipsam labores tuos coronare, & totius civitatis hoc esse judicium, te hos quidem longe superasse, ab illis vero non esse superatum. Et haec quidem non solum historiae scriptorem, sed nos etiam, a quibus profectus est, ornant. Perge igitur talia componere, ac deinde in corona recitare, & admirationem ac plausum referre. Nec desine laudes tuas, ac simul nostras amplificare. Ejusmodi enim civis gloria patriae quoque ornamento est. Ac tuarum quidem rerum eadem semper sit conditio. Ego vero luctu confectus, nisi Deorum quis opem tulerit, quid agam, nescio. Nam qui mihi unicus erat, non malus bonae matris, ac praeterea ingenuae, filius obiit humatusque est, prae dolore mortuus. Hic vero injuriae illatae fructus erat, cujus qui auctores fuerint, ex aliis intelliges. Nos enim quamvis injuria adfecti eos veneramur. Malo interim adhuc fervente, *Calliopius* ex mediis libris & laboribus surripitur, atque adeo ulcus additur ulceri, & discipulorum rebus male est consultum. Hoc ex iis etiam, qui disciplina ejus usi sunt, intelliges. Mihi vero ea, quae antehac, quaeque ipsi, quae denique post ipsum mihi acciderunt, suspiriorum lacrymarumque, quae has literas largiter rigant, materiem suppeditarunt.

κολακευθέντας (6). Νῦν δ', ὡς ἔστιν ἀκούειν τῶν ἐκεῖθεν ἀφικνουμένων, αὐτὸς ἡμῖν ἐν ἐπιδείξεσι (7) ταῖς μὲν γέγονας, ταῖς δ' ἔσῃ, τῆς συγγραφῆς εἰς πολλὰ τετμημένης (8), καὶ τοῦ φανέντος ἐπαινεθέντος μέρους ἕτερον εἰσκαλοῦντος. Ἀκούω δ' τὴν Ῥώμην αὐτὴν στεφανοῦν σου τὸν πόνον, καὶ κεῖσθαι ψῆφον αὐτῆς, τῶν μέν σε κεκρατηκέναι, τῶν δ' οὐχ ἡττῆσθαι. Ταῦτα δ' οὐ τὸν συγγραφέα (9) κοσμεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς, ὧν (10) ἐστιν ὁ συγγραφεύς. Μὴ δὴ παύσῃ τοιαῦτα συντιθεὶς, καὶ κομίζων ἐκεῖθεν εἰς συλλόγους, μηδὲ κάμῃς θαυμαζόμενος, ἀλλ' αὐτός τε γίγνου λαμπρότερος, καὶ ἡμῖν τοῦτο δίδου. Τοιοῦτον (11) γὰρ πολίτης εὐδοκιμῶν, κοσμεῖ τοῖς αὑτοῦ τὴν πόλιν τὴν ἑαυτοῦ. Σὺ μὲν ἔτι ἐν ὁμοίοις (12) εἴης. ἡμῖν δ' ἐν πένθει κειμένοις, εἰ μή τις Θεῶν ἀμύνειεν, οὐκ ἔσθ' ὅπως οἴσομεν. Ὃς γὰρ δὴ μόνος ἦν ἡμῖν οὐ κακὸς ἐκ μητρὸς ἀγαθῆς ἀλλὰ καὶ ἐλευθέρας (13), οἴχεται καὶ τέθαπται λύπῃ τελευτήσας. ἡ δ' ἔργον (14) ἦν ὕβρεως. Οἵτινες δ' οἱ προπηλακίσαντες, παρ' ἑτέρων μάνθανε. Ἡμεῖς δ' αὐτοὺς καὶ παθόντες (15) αἰδούμεθα. Ζέοντος δ' ἔτι τοῦ κακοῦ Καλλιόπιος ἐκ μέσων ἡρπάγη (16) βιβλίων καὶ πόνων, καὶ γίγνεται ἕλκος ἐφ' ἕλκει (17). καὶ χείρω τὰ τῶν νέων. Καὶ τοῦτ' ἂν ἀκούσαις, καὶ παρὰ (18) τῶν τἀκείνου νεμομένων. Ἐμοὶ δ' καὶ τὰ πρὸ τοῦ, καὶ αὐτὸς, καὶ τὰ μετ' αὐτὸν οἰμωγῶν τε ἀφορμαὶ καὶ δακρύων (19). ὧν ἐπὶ τὰ γραφόμενα ῥεῖ τὰ πλείω.

ARISTAENETO.

Recte tibi quidem mala mea sunt deplorata, nempe & filii mei, propter matrem male mulctati, & *Calliopii*, qui veterum scriptorum doctrina aliis profuit, obitus, & oculorum infirmitas, & magna, quam illi fecerunt, jactura, ut parum illud, quod olim erat, non amplius supersit. Merito itaque lacrymae in literas iterum fluebant. Nec mirum, te calamitates meas his talibus esse prosecutum, cum eas & necessitudo nostra, & tum amicitiae lex, tum literarum

DCCCCLXXXIV. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤῼ. (1)

Καλῶς σοι τεθρήνηται τἀμὰ κακὰ, ἥ, τε τοῦ παιδὸς τελευτὴ, τοῦ διὰ τὴν μητέρα δεινὰ παθόντος, ἥ, τε Καλλιοπίου, τοῦ τοῖς τῶν παλαιῶν λόγοις λυσιτελοῦντος, ἥτε τῶν ὀφθαλμῶν ἀσθένεια, καὶ τὸ ἀπολωλὸς αὐτοῖς τὸ πολὺ, καὶ τὸ ὑπὸν, τὸ μικρὸν, ὥστε πάλιν ἔρρει δάκρυα κατὰ τῶν γεγραμμένων. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν ταῦτα (2) ἠξιῶσθαι (3) παρὰ σοὶ τὰς ἐμὰς συμφορὰς, συγγενείας τε βουλομένης, καὶ τοῦ τῆς φιλίας νόμου, καὶ τοῦ περὶ τοὺς λόγους. ὧν

(6) Haec *Zambicarius* vertit: *venalia sequentes*. Legit itaque πρᾶσιν ἀκολουθοῦντας. Scilicet vox κατεράσιν per compendium πρᾶσιν scripta erat. (7) Propria haec vox est orationibus in solemni hominum frequentia non sine ostentatione quadam pronunciari solitis, unde ἐπίδειξις a Latinis dicitur *ostentatio*, ut *Quintiliano* IV. 3. & II. 10. Institutt. Orator. Vide huc *Cresollii* Theatrum Rhetorum III. 5. *Spanhemium* ad *Juliani* Orat. I. p. 15. 16. & *Godofredum Olearium* ad Philostrati Vitas Sophistarum p. 491. Hoc quidem loco *recitationem* infert, qua *Marcellinum* in praelegenda amicis Historia sua persunctum esse recte observat *Valesius* p. 3. Hunc autem veterum morem fuisse aliunde constat. (8) τετμημένοις *Medic.* male: *Salvinus* malebat τεταγμένης, vel τεταγμένη. Praestat utique lectio nostra, firmata *Reg. max.* & *Barocc.* tum vero ipsa *Zambicarii* versione. (9) συγγραφεὺς alias *Sophistam* denotat saepe, quod Cresollius ostendit l. c. III. 11. hic vero Scriptorem historicum infert, quod supra jam monuimus. (10) Hinc *Valesius* p. 5. recte conficit, *Marcellinum* fuisse Antiochenum, quod aliis quoque argumentis adserit. (11) τοιοῦτον, scil. τι, loquendi forma Graecis & Latinis recepta. Vide *Vechneri* Hellenolexiam p. 119. *Salvinus* malebat τοιοῦτος, praeter rem, modo post πολίτης fit interpunctio. (12) Vales. τοιούτοις codd. ὁμοίοις, scilicet πράγμασι Conf. 1 Timoth. IV. 15. (13) Pro ἀλλὰ καὶ, *Reg. max.* & ex eo *Valesius* εἰ μὴ, vertens, *licet non ingenuae*. At *Barocc.* nostrum habet, nec minus *Zambicarius*. Atque hoc malui. Mater quidem illa Libanio non legitimo conjugio juncta erat: poterat tamen vel sic esse ingenua. Fortasse tamen alterum illud locum habere possit, cum filius, ex ea natus, tristitiam & obitum ex eadem nactus sit, quod ex sequentis epistolae initio patet. Lector judicet. *Medic.* εἰ μὴ καί. (14) ἔργον *fructum*, s. effectum infert, quo sensu vox a nostro passim in his epistolis, & in *Vita* sua adhibetur p. 13. εὐχῶν ἔργον. (15) ἂν αἰδούμεθα, *Reg. max.* (16) ἡρπάσθη, *Reg. max.* (17) ἕλκος de molestia & calamitate dici, nemini obscurum est. Vide *Erasmi* Chiliadas p. 439. de proverbio: *unguis in ulcere*. (18) παρὰ deest in *Reg. max.* (19) Quae sequuntur: ὧν ἐπὶ κ. τ. λ. ea desunt in *Medic.* habentur vero in reliquis, & *Zambicarii* quoque versione, cujus cetera multa sunt ulcera, quae non nisi ex Graeco nostro sanari possint.

EP. DCCCCLXXXIV. (1) Vide *Richardi* epistolas p. 25. ex *Lambecio*, qui ex *Vatic.* codice Graece dederat. (2) Sic *Vatic.* & *Barocc.* 9. τοῦτον, *Reg. max.* (3) *Anglicani* quidam ἀξιοῦσθαι.

(4) Sic

ὢν τὰς ἀρχὰς ὅθεν οἶσθα λαβὼν (4), ἐπὶ τοσοῦτον προὔβης, ὡς οὕτως εἶναι καλὸς ἐν ἐπιστολαῖς. Ὅθεν δέ μοι τὸ κλαῦσαι γέγονεν, ἐκεῖθεν καὶ ἡ παραμυθία. Τὸ γὰρ Ἀρισταίνετον τοιαῦτα περὶ τοιούτων εἰπεῖν δεδυνῆσθαι, καὶ εἶναι ῥήτορα πολλοῦ τινος ἄξιον, ἀνέστη μέ πως ἀπὸ τοῦ πτώματος, καὶ ἦν τῇ ψυχῇ φάρμακον. Σὺ μὲν οὖν τὸν Θεόφιλον ἡγῇ μακάριον ὁμιλοῦντα. Ἔστι δὲ τοῦτ᾽ ἐμὸν, ὅτι βιβλίων τε καὶ παιδείας ἀνδρὶ γέμοντι σύνειμι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, τὰ μὲν αὐτὸς ὡς αὐτὸν ἰὼν, τὰ δ᾽ ἐκείνου βαδίζοντος ὡς ἐμέ. Ἐν δὴ τοῖς λόγοις, τοῖς ἐν ταῖς συνουσίαις, ἐπαινοῦμέν τε τοὺς τοσοῦτόν (5) σε πεποιηκότας θεοὺς, καὶ ἅμα παρ᾽ αὐτῶν αἰτοῦμεν εἶναι τοὺς αὐτοὺς περὶ σὲ, τά τε ἄλλα (6) ἀνθρώπων ἄριστον ὄντα, καὶ χάριν (7) ἐν ταῖς τῶν συνήθων εὐπραξίαις εἰδότα, καὶ οὐ χαίρειν γε μόνον, ἀλλὰ καὶ συμπράττειν, ὅπως ἂν (8) ἐν λαμπροτάτοις εἶεν. Οὗ πεῖραν καὶ γενναῖος Θεόφιλος τὴν μὲν ἔλαβε, τὴν δὲ λήψεται.

rarum communio exigant. Ab illis enim earum initiis, quae, unde tibi nata sint, nosti, eo usque provectus es, ut tam eleganter in epistolis scribendis verseris. Unde vero fletus mihi obortus est, inde & solatium accepi. *Aristaenetum* enim talia de his talibus dicere potuisse, Rhetoremque esse maximi pretii, id quidem ex gravi casu me excitavit, & animo medicinam fecit. *Theophilum* tu quidem, quod mecum versatur, felicem arbitraris. Meum vero hoc est fortunae munus, quod homine, & libris & literis instructissimo, quotidie familiariter utor, quando nunc ipse ego illum adeo, nunc ille ad me invisit. In his vero, quos habemus invicem, sermonibus & Deos, qui tantum te fecerunt, laudamus, & eosdem precamur, ut eosdem se adversus te praestent, qui & cetera hominum sis optimus, & gratiam illis pro rebus amicorum prosperis habere soleas, nec gaudere solum, sed & operam conferre, ut rebus florentissimis fruantur. Id vero eximius *Theophilus* expertus jam didicit, & discet inposterum.

DCCCCLXXXV. ΑΦΘΟΝΙΩι (1)

Χαίρω καὶ φέροντός σου τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ γενναίως, καί ἐμε πείθειν ἐπιχειροῦντος, εἰ καὶ μὴ δυναίμην. Σοὶ γὰρ δὴ τὸ τοῦ φίλου πεπράττεται. Χαίρω δὲ καὶ τοῖς πόνοις σου χαίροντος, τοῖς ἐν τῷ παιδεύειν οὖσιν (2), ὅτι πολλά τε γράφεις, καὶ πάντα καλὰ, καλῶς δεικνύντα τὴν σποράν. Χαίρω δὲ καὶ τῷ φιλεῖσθαί σε μὲν ὑπ᾽ Εὐτροπίου, τὸν χρηστὸν δὲ Εὐτρόπιον ὑπὸ σοῦ, ᾧ συγχαίροι τις ἂν εἰκότως οὐ μόνον τῆς δυνάμεως, ἣν κέκτηται τῶν λόγων, ἀλλὰ καὶ τοῦ περὶ τὰς Ἀθήνας ἔρωτος, καὶ τοῦ περὶ τοὺς δόντας αὐτῷ τὴν τέχνην, ᾗ δεινὸς μέν ἐστιν εἰπεῖν, δεινὸς δὲ ἑτέρου λέγοντος ἰδεῖν τά, τε ὑγιαίνοντα, τά, τε μή. καὶ τὰ μὲν ἴδοις αὐτὸν ἐπαινοῦντα, τοῖς δ᾽ ὑπὸ φιλανθρωπίας οὐκ ἐπιτιθέμενον. μίαν μόνην αἰτίαν οὐκ ἂν διαφύγοι ὅτι κάλλιστα ἂν ᾄσας, καὶ χορὸν ᾄδειν διδάξας, οὐκ ἐβουλήθη. καὶ ταῦτα ζῶν ἐν ὥσπερ ἡμεῖς σχήματι. Τούτῳ (3) γὰρ δὴ τιμᾷ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς λῆξιν, εἰ καὶ μὴ τοῖς περὶ τὸν πώγωνα βιβλευμένοις αὐτῷ (4).

APHTHONIO.

Gaudeo ego, quod & tu ea, quae a Deo tibi obtingunt, fortiter feras, &, ut idem ego faciam, cohorteris, quamvis id minime possim. Facis enim id, quod amici est. Gaudeo vero etiam, te gaudere laboribus, qui ad instituendos juvenes pertinent, cum & multa scribas, & praeclare omnia, quae sementem egregie probant. Gaudeo vero etiam, quod & tu ab *Eutropio* amaris, & a te *Eutropius*, cui merito aliquis gratuletur non tantum de facultate, quam habet, dicendi, sed & de amore in Athenas, & in eos, qui artem hanc illum docuerunt, ex qua praeclare dicere potest, sed & alio dicente, acriter pervidere, quae proba sint, quaeve minus. Alia itaque eum videris laudantem, alia vero prae humanitate non carpentem. Unum est, cujus reprehensionem vix effugerit, quod cum elegantissime canere, & chorum idem docere potuisset, nunquam tamen facere id voluerit, quamvis idem, quod nos, vitae genus secutus. Hoc ipso enim Minervae honorat quietem, quamvis non illis, quae ad alendam Rhetoris barbam spectant.

DCCCCLXXXVI. ΦΙΡΜΙΝΩι.

Ἠρχόμην μὲν τοῖς τῶν οἰκετῶν ποσὶν εἰς τὸ βουλευτήριον. προσελθὼν δέ τις τῶν ἐρχομένων, καὶ δοὺς ἐπιστολὴν εἶπεν· ἡ δέ σοι παρὰ Φιρμίνου, καὶ ἥσθην. Ἔκειτο δ᾽ ἄρα γράμματα ἐν γράμμασι, καὶ οὕτως ἑτέραν εἶχον ἀφορμὴν

FIRMINO.

Veni ego domesticorum pedibus usus in theatrum. Occurrens vero aliquis mihi venienti, tradensque epistolam dixit: habe hanc a *Firmino*: ego vero laetatus sum. Jacebat vero in illa epistola & alia. Itaque aliam gaudendi materiam nan-

(4) Sic Reg. max. ἔλαβες, *Vatic.* & *Barocc.* (5) τοιοῦτον, *Barocc.* (6) ἄλλα male omittit *Vatic.* (7) Ita codd. forte rectius legeris χαίρειν. Hoc enim verbum mox sequitur, καὶ οὐ χαίρειν γε μόνον. Eadem hac phrasi noster supra utitur ep. 913. (8) ἂν abest à *Reg. max.*

EP. DCCCCLXXXV. (1) Vix dubito, *Aphthonium* hunc eum esse, cujus *Progymnasmata* in *Hermogenem* scripta aetatem tulerunt. Erat ille *Antiochenus*, talem enim *Matthaeus Camariota* appellat. Sophista erat, & in erudiendis juvenibus occupabatur, quod noster hic tradit. Multa scribebat, quod idem ait, & *Photius* Cod. CXXXIII. μελέτας ejus sibi lectas testatur. Quod si haec indicia rata habeas, Libanio aequalis fuit, quamvis aetate nonnihil junior, atque adeo de tempore, quo vixit, certius, quam antea, constiterit. Vide hanc in rem praestantissimi *Fabricii* nostri Bibliothec. Graec. lib. IV. cap. 31. §. 13. (2) In *Voss.* manu admodum vetere super voces: καὶ τοῖς πόνοις σου χαίροντος scriptum erat: δηλονότι χαίροντός σου ἐν τῷ διδάσκειν πόνοις. (3) τοῦτο, *Reg. max.* (4) Id vult *Libanius*, *Eutropium*, qui Sophistam seu eloquentiae professorem agere egregie potuisset, otium tamen literarum muneri ejusmodi praetulisse. Non dubito, *Eutropium* hunc eum esse, cui Historiae Romanae compendium debemus.

nanciscebar, cum ex una duae essent factae. Superaturum vero, puto, erat duas illas tertium, membrana scilicet, quam statim quidem inspicere volebam, coetus vero non permittebat. Consueta igitur in manibus erant mihi, simul dispicienti, quis tandem histrio dramati huic convenientissimus videretur. Ille vero inventus fuit, & juvenis quidem, mea olim opera institutus, ita, ut omnes, cum audiissent, eum ceteris praeferrent. Qui interim literas attulerat, morosior instabat, petens, ut ante lectionem epistola tibi scriberetur. Cumque refragari ego non possem, adduci me passus, vel potius coactus sum, ut, mutato ordine, ea, quae alias priora sunt, posteriora facerem. Itaque haec nunc tibi scribo. Venient vero, si Deus voluerit, post sumtas illas epulas alia, partem te, partem urbem, literarum studiosissimam, allocutura, cui ut nullum unquam tempus bonum hoc adimat, precor.

HILARIO.

Qui ad te confugiunt, illi unam habent meliora sperandi causam, quod nempe tu injusto adverseris, ipsi vero injuriam patiantur. Qui igitur sint illi, qui male egerint, & quid fecerint, patronus causae dicet, &, quae perorata fuerint, Senatus judicabit. Te vero illos ex casu hoc excitaturum esse, & facturum, ut & domus & urbis curam habere possint, hoc & ex me, & ante me ex multis aliis intellexerunt. Tibi vero & praestantissimae uxori, & filiae, mores illius imitaturae, vota rependent: non minus vero filiorum tuorum & natu majori, & nunc primum nato, cujus nomen audientes & tibi & Deo gratulati sumus: utrisque enim decus parit.

PORPHYRIO.

Novi te adflictis multis opem tulisse, atque hac ope lata laetari. Multis itaque auxilii hujusmodi speciminibus & hoc adde, tum tua ipsius indole, tum mutua nostra amicitia permotus. Si enim forte moriar, etiam morte functus viventibus prodesse potero, cum anima etiam corpore exuta facultatem aliquam habeat. Neque vero dixeris, me de foemina hac nimis laborare, qui scias, ex qua misero illi homini nati sint liberi.

ASYNCRITIO.

Laudaturus te nunc eram ex ope, infelici huic homini lata. Jam vero multum & frequenter te sum precatus: nihil vero unquam effeci. Itaque iterum precor, cum exitus precum laudare tantum liceat. Quod si itaque laesimus te nonnihil, dic illud, & nobis ipsis dicam scribemus. Si vero nihil te offendimus & vel sic contemnimur; sed nihil dicam ejusmodi, quod fraudi esse possit illi, qui inter Syros & factorum copia & morum virtute principatum tenet.

M A-

ἀφορμὴν εἰς ἡδονὴν, δύο τῆς μιᾶς γενομένων. Ἔμελλε δὲ, οἶμαι, νικήσειν τὰς δύο τὸ τρίτον, ἡ διφθέρα, ἣς εὐθὺς μὲν ἠβουλόμην ἀπολαύειν, ὁ χορὸς δὲ οὐκ ἐπέτρεπεν. Ἦν οὖν ἐν χερσὶν ἡμῶν τὰ εἰωθότα, σκοπουμένοις ἅμα, τίς ἂν ὑποκριτὴς πρέπων γένηται τοῖς δράμασι. καὶ ὁ μὲν εὕρητο καὶ ἐφαίνετο νέος, ἀπὸ τῶν ἐμῶν ἀρδευόμενος πόνων, πάντων, ὡς ἤκουσαν, τὸν αὐτὸν ἑλομένων. ὁ δὲ τὰ γράμματα κομίσας ἐφειστήκει βαρὺς, ἀξιῶν πρὸ τῆς ἀναγνώσεως γενέσθαι σοι τὴν ἐπιστολήν. Διαφεύγειν δὲ οὐκ ἔχων ἐπείσθην, μᾶλλον δὲ ἠναγκάσθην κινῆσαι τὴν τάξιν, καὶ πρότερα ποιῆσαι τὰ δεύτερα. καὶ νῦν μέν σοι ταῦτα. Ἥξει δὲ, ἢν ὁ Θεὸς ἐθέλῃ, καὶ τὰ μετὰ τὴν θοίνην, τὰ μέν σοι διαλεξόμενα, τὰ δὲ τῇ φιλολόγῳ πόλει, ἣν μηδεὶς καιρὸς ἀφέλοιτο τὸ καλόν.

DCCCCLXXXVII. ἹΛΑΡΙῼ. (1)

Οἱ παρὰ σὲ καταφεύγοντες οὗτοι μίαν ἔχουσιν ἀφορμὴν εἰς βελτίους ἐλπίδας, τὸ σὲ μὲν ἀδικίᾳ πολεμεῖν, αὐτοὶ δὲ εἶναι τῶν ἠδικημένων. Τίνες μὲν οὖν οἱ κακῶς ποιοῦντες, καὶ τί ποιοῦντες, ὁ ῥήτωρ ἐρεῖ, καὶ δέξεται τὸν περὶ τούτου λόγον αὐτὸ τὸ δικαστήριον. Ὅτι δὲ ἀναστήσεις αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ πτώματος, καὶ πάλιν παρέξεις οἴκου τε καὶ πόλεως ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τοῦτο ἤκουσάν τε παρ' ἐμοῦ, καὶ πρὸ ἐμοῦ παρὰ πολλῶν ἑτέρων. Εὐχαῖς οὖν ἀμείψονταί σέ τε καὶ τὴν ἀρίστην γυναῖκα, καὶ τὴν ταύτης μιμησομένην θυγατέρα. καὶ τοῖν υἱέοιν τόν τε πρεσβύτερον, καὶ τὸν νῦν γεγεννημένον, οὗ τοὔνομα ἀκηκοότες συνήσθημεν καὶ αὐτῷ καὶ τῷ Θεῷ. (2) τιμὴν γὰρ ἀμφοτέροις ἔχει.

DCCCCLXXXVIII. ΠΟΡΦΥΡΙῼ.

Οἶδά σε πολλοῖς ἀσθενέσι βεβοηθηκότα, καὶ φιλοτιμούμενόν γε ταῖς τοιαύταις βοηθείαις. Πρόσθες δὴ ταῖς πολλαῖς ἐκείναις καὶ ταυτηνὶ τὴν βοήθειαν, καὶ διὰ τὸν σαυτοῦ τρόπον, καὶ διὰ τὴν εἰς ἡμᾶς φιλίαν. Καὶ γὰρ εἰ μέλλομεν τελευτᾶν, ἀλλὰ καὶ μηκέτι ζῶντες δυνάμεθα τοὺς ζῶντας ὠφελεῖν, ἰσχυούσης τῆς ψυχῆς καὶ χωρὶς τοῦ σώματος δύναμίν τινα. Πάντως δὲ οὐ φήσεις με περιεργάζεσθαι (1) τὴν γυναῖκα, εἰδὼς, ἐξ ἧς παῖδές εἰσι τῷ ταλαιπώρῳ τούτῳ.

DCCCCLXXXIX. ἈΣΥΓΚΡΙΤΙῼ.

Ἐβουλόμην ἐπαινεῖν σε (1) νῦν βοηθείας γεγενημένης εἰς τὸν οὐκ εὐτυχῆ τοῦτον ἄνθρωπον. Νῦν δὲ πολλὰ μὲν πολλάκις ἐδεήθην. ἔπραξα δὲ οὐδὲν οὐδεπώποτε. διόπερ ἔτι παρακαλῶ, δέον τὰ (2) τέλη τῆς δεήσεως ἐπαινεῖν. Εἰ μὲν γάρ τί σε ἠδικήκαμεν, λέγε, καὶ μεμψόμεθα ἡμῖν αὐτοῖς. Εἰ δ' οὐδὲν ἀδικοῦντες καταπεφρονήμεθα (3), ἀλλ' οὐδὲν ἐρῶ τοιοῦτον, ὃ μέμψιν οἴσει τῷ πρώτῳ Σύρων, καὶ ἔργων (4) ἰσχύϊ, καὶ τρόπων ἀρετῇ.

DCCCCXC.

EP. DCCCCLXXXVII. (1) De Hilario hoc PP. ad quem aliquot Symmachi exstant epistolae, vide *Gothofredi* Prosopographiam p. 366. (2) Malim legere *θείῳ*, *patruo*, propter phrasin sequentem.

EP. DCCCCLXXXVIII. (1) Verbum *περιεργάζεσθαι* h. l. summam curam & intentum studium infert, cujus notionis idonea exempla adfert *Jac. Perizonius* ad Aeliani Var. Histor. II. 44.

EP. DCCCCLXXXIX. (1) σε addidi ex *Vatic.* B. (2) Sic *Voss.* recte pro *δεινὰ*, quod est in *Reg. max.* (3) *καταπεφρονήμεθα*, nostro admodum recepta. (4) Super vocem *ἔργων* in *Vatic.* B. alia manus scripsit *λόγῳ*, forte *λόγων*.

EP.

DCCCCXC. ΜΑΡΙΝΩι.

Ἐλπίδας ἡμῖν βεβαιοῖς τοιοῦτος καὶ γεγονὼς καὶ ὢν περὶ τὸν χρηστὸν Δολεντιανόν. ἀγαθοῦ μὲν γὰρ ἀνδρὸς, τὸ τὰ ὀφειλόμενα ἀποδιδόναι. Σὺ δ' ἀγαθός τε καὶ ὀφείλεις. Οὗτος γὰρ ἀνὴρ περὶ σὲ πλείω μὲν ἐποίησε τοῦ πατρὸς, οὐκ ἐλάττω δὲ ἐμοῦ. Ἥσθεὶς οὖν περὶ τῆς δυνάμεως μαθὼν ἣν ἔχεις ἐν τῇ σαυτοῦ, ἥσθην οὐχ ἧττον διὰ τὰς ἀμοιβὰς, ἃς ἀντεισφέρεις (1) τῷ τροφεῖ. Ποίει τοίνυν ἡμῖν κουφότερα τὰ νοσήματα, φήμαις καλαῖς καὶ λόγοις τοῖς περὶ σοῦ διδοὺς ἀφορμάς.

MARINO.

Exspectationem nostram sustines, qui talem te in optimum *Dolentianum* & praestiteris, & praestes. Boni enim viri est, debita solvere. Tu vero & bonus es, & debes. Hic enim vir plura tibi, quam pater, non minora vero, quam ego, praestitit. Cum igitur gavisus essem de illa, quam habes, facultate, non minus laetatus sum de illis, quae nutritori gratus rependisti. Fac itaque, ut morbus nobis levetur, ea agendo, quae famam tibi egregiam & praeclara hominum judicia conciliare possint.

DCCCCXCI. ἈΡΙΣΤΑΙΝΕΤΩι.

Τὸν Πελαγίου παῖδα (1) τουτονὶ καὶ ἐμὸν (ὁ μὲν γὰρ ἐφύτευσεν, ἐγὼ δὲ ἔπεισα λόγων ἐρᾷν) τὸν εἰπεῖν τε δυνάμενον, καὶ κρίνειν ἐπιστάμενον, τὸν μόνον οὐ φυγόντα τὴν βουλὴν (2) τῶν ἄλλων τοῦτο πεποιηκότων, ἀλλ' ἔτι τιθέμενον ὑπὲρ τῆς πατρίδος τὰ ὅπλα, φίλον τε εἶναι βούλομαι σὸν, καὶ εὖ πάσχειν, εἴτε ἀρκοῖ λόγος, εἴτε καὶ ἔργου δέοι. Δόξεις μὲν οὖν ἄνδρα εὖ ποιεῖν ἕνα, εὖ δὲ ποιήσεις πόλιν ὅλην Κύρον (3). τὴν νῦν μὲν μικρὰν, πρότερον δὲ μεγάλην, ἴσως δὲ πάλιν ἐσομένην μεγάλην σοῦ βοηθοῦντος.

ARISTAENETO.

Hunc & *Pelagii* & meum filium (ille enim genuit, ego vero literas ut amaret, feci) qui & dicendi peritus est, & judicare de rebus potest; quique non solum aversatus est consilium aliorum, id facientium, sed & arma patriae causa posuit, & amicum tibi esse velim, & beneficiis ornari, sive verba suffecerint, sive facto ipso fuerit opus. Videberis tu quidem uni viro bene facere, bene autem facies toti urbi Cyro, nunc quidem parvae, olim vero magnae, fortasse autem, te quidem adjuvante, magnae iterum futurae.

DCCCCXCII. ΛΕΟΝΤΙΩι.

Τοῖς ποιοῦσι λόγους τῶν ἀκουσομένων δεῖ. οὐκοῦν καὶ σοὶ, ποιεῖς γὰρ λόγους, Μακεδονίου τοῦδε, οὗ πρὸς τῷ (1) λέγειν εἰδέναι, καὶ τὰ παρ' ἄλλων δοκιμάζειν ἔχοντος. Ἀπόπεμπε δὴ τὸν πολιτευόμενον ἡμῖν, μεστὸν ἐγγόνων τε σῶν καὶ πρὸς ἐκείνοις εὐεργεσιῶν.

LEONTIO.

Qui orationes condunt, illis auditoribus opus est: itaque & tibi; (scribis enim orationes) *Macedonio* hoc opus est, qui praeterea quod ipse perorare potest, etiam de illis aliorum sententiam ferre didicit. Remitte igitur illum magistratu apud nos fungentem, plenum foetibus ejusmodi tuis, & collatis quoque beneficiis.

DCCCCXCIII. ἈΝΑΤΟΛΙΩι.

Πελαγίῳ χάριτας ὀφείλεις ἄρξαντι Σύρων, Σύρος ὤν. Γνώμῃ γὰρ ἐχρήσατο πατρὸς ἐκείνου, ἡνίκα ἦρχε Σύρων. εἰ δὲ Σύρος τε σὺ (1), καὶ τοῦτο οὐκ ἂν ἀρνήσαιο, μετὰ τῶν ἄλλων εὖ παθὼν, καὶ χάριτας μετὰ τῶν ἄλλων ὀφείλεις. Γίγνου τοίνυν δίκαιος περὶ τὴν ἀμοιβὴν, καὶ οἷς ἂν ἐχρῶ πρὸς ζῶντα ἐκεῖνον, τούτοις φαίνου χρώμενος πρὸς τὸν ἐκείνου ζῶντα.

ANATOLIO.

Gratias debes *Pelagio*, Syris olim imperanti, qui sis Syrus ipse. Ille enim Patris sui mores imitatus est, cum Syris imperaret. Si itaque Syrus tu es, quod nunquam negaveris, beneficiis una cum aliis ipse affectus gratiam una cum aliis debes. Gratum itaque in vice referenda te praesta, & quae illi superstiti praestiturus tu eras, illa, fac, ut praestare videaris filio ejus superstiti.

DCCCCXCIV. ΒΡΑΣΙΔΑι.

Κύρῳ (1) τῇ πόλει τὰ μὲν ἄλλα πέπτωκέ τε καὶ κεῖται. πύργος δὲ οὑτοσὶ λείπεται μόνος χρηστοῦ πατρὸς

BRASIDAE.

Cyro urbi cetera quidem collapsa sunt, & jacent. haec vero turris una superest, optimi Patris

EP. DCCCCXC. (1) ἀντεισφέρειν alias legem legi, aut sententiam sententiae opponere significat: at hoc loco idem est, quod vices referre. Id sermonis series evincit.

EP. DCCCCXCI. (1) *Macedonius* is est, de quo ep. sequens 992. (2) Vide ep. 994. (3) Vide ibidem not. 1.

EP. DCCCCXCII. (1) Scripsi ita pro τὸ, quod est in *Reg. max.* sic paulo post πρὸς ἐκείνοις.

EP. DCCCCXCIII. (1) *Beryto* enim, Phoeniciae urbe, ortus erat, & legum peritia valebat. Vide *Valesium* ad *Ammianum* XIX. 11. p. 223.

EP. DCCCCXCIV. (1) *Cyrum* hanc eam Syriae urbem esse puto, quam *Stephanus* de Urbibus Κύῤῥος, πόλιν Συρίας appellat. Hic enim quandam Syriae urbem intelligi ex antecedente patet epistola, in qua Syrorum fit mentio, qua *Pelagii* filius Anatolio, qui in hac *Brasidae*, commendatur. Videri alioquin poterat legendum Κύρῳ τῇ πόλει. Sed illa Κύρου πόλις in extremis Persiae finibus sita fuit. Vide eundem *Stephanum*.

(2) *Pe-*

tris filius, in aliis non deterior, aliis vero etiam melior. Cum enim, si voluisset, a senatu abstinere potuisset, & senatorem agit, & sumtus facit, ac sumtibus illis delectatur. Hac eadem mente, Vir eximie, nunc etiam legatum agit, illis, quae apud Regem perorabit, confisus, (justa enim poscet) confisus vero etiam tuo praesidio. Jam pridem enim cives tuos tueris. Vide itaque, ut non alio illi clypeo sit opus, cum ad tuum se recipere possit, per quem fit, ut, qui ad vos hinc proficiscuntur, illis omnia prospere cedant.

τρὸς (2) παῖς. τὰ μὲν οὐ χείρων, τὰ δὲ καὶ βελτίων. Ἔχων γὰρ εἴπερ ἐβούλετο μὴ βουλεύειν, βουλεύει τι καὶ δαπανᾷ, καὶ τέρπεται δαπανώμενος. Ἀπὸ ταύτης, ὦ γενναῖε, τῆς γνώμης καὶ νῦν πρεσβευτὴς πορεύεται, πιστεύων μὲν, οἷς ἐρεῖ πρὸς Βασιλέα. δίκαια γὰρ ἐρεῖ. πιστεύων δὲ τοῖς παρὰ σοῦ γενησομένοις. Πάλαι γὰρ δὴ σὺ τοὺς σαυτοῦ πολίτας ἀνέχεις. Σκόπει τοίνυν, ὅπως μηδὲ μιᾶς ἑτέρας ἀσπίδος δεήσεται, καταφυγὴν ἔχων ἐπὶ τὴν σὴν, δι' ἣν πάντα τοῖς ὡς ὑμᾶς ἐνθένδε ἰοῦσι χωρεῖ κατὰ νοῦν.

THEOPHILO.

Risi quidem ego, tu vero ira forte fervebis, si, quae facta sunt, audiveris. Tibi quidem, & iis, qui te adversus me imitantur, in votis erat, ut in auditorio ego apparerem, relictoque domi lecto, alio in auditorio uterer. Ego vero alia a Diis petebam, malis, quae me cingebant, ita suadentibus. Faciebam interim, quod vobis placebat. Vos quidem sperabatis, fore, ut praestantissimi quique doctores ex foro in auditorium confluerent tripudiantes, plaudentes, laetantes, exsultantes, & Diis gratiam habentes. Alius forte etiam lampadum meminisset. Ego vero noveram illos, quaeque & vellent, quoque animo ad me venirent: propterea cunctabar, ut nemo eorum dolore adficeretur. Interim praedicebam moerorem, quem sint habituri, & quam triste hoc illis sit futurum. Sed vel sic tamen, clamante te & jubente, coactum me videbam, & deportari me sinebam. Illorum vero nemo usquam apparebat; sed ex multis illis duo tantum, de quibus poenas eos, qui non venerunt, sumturos esse existimo. Haec quidem, ut dixi, ridendi mihi materiam praebuerunt, tanquam qui vaticinio fidem fecerim, & noverim, eos me, ubi non amplius fuero, esse quaesituros. Te vero precor, ne irae nunc indulgeas, quae saepe in injurios instar telorum ex alto delata est. Videbis enim, si tacueris, eosdem in se invicem grassantes, qui nunc illos invicem in me concitant.

DCCCCXCV. ΘΕΟΦΙΛΩ.

Ἐγὼ μὲν ἐγέλασα, σὺ δ' ὀργῆς ἔσῃ μεστὸς, ἀκούσας τὸ πεπραγμένον. Ἦν ἐν σπουδῇ καὶ εὐχῇ καὶ σοὶ, καὶ τοῖς τὰ σὰ μιμουμένοις εἰς ἐμὲ, φανῆναί τέ με ἐν τῷ διδασκαλείῳ, καὶ τὴν οἴκοι κλίνην ἀφέντα χρήσασθαι τῇ ἐν τῷ διδασκαλείῳ. Ἐγὼ δὲ ἕτερα μὲν ᾔτουν παρὰ τῶν θεῶν, τῶν περικλυζόντων τοῦτο πειθόντων κακῶν. ἔπραττον δὲ, ὅπερ ἦν βουλομένοις ὑμῖν. Καὶ αἱ μὲν ἐλπίδες ὑμῶν δρόμον ἐκ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὸ βουλευτήριον τῶν λαμπρῶν διδασκάλων ἔσεσθαι, πηδώντων, κροτούντων, χαιρόντων, εὐθυμουμένων, τοῖς θεοῖς εἰδότων χάριν. ἕτερος δ' ἂν ἐμνήσθη καὶ λύχνων (1). Ἐγὼ δὲ ᾔδειν μὲν αὐτοὺς καὶ ὧν ἐπιθυμοῦσι καὶ ἃ φρονοῦντες ἔρχοιντο παρ' ἐμὲ, καὶ διὰ τοῦτο ἔμελλον, ὅπως μηδεὶς αὐτῶν λυπήσεται. Προὔλεγον μέντοι τὴν ἐσομένην λύπην, καὶ ὡς πένθος τοῦτο ἐκείνοις. Ἀλλ' ὅμως σου καὶ βοῶντος καὶ κελεύοντος ἠναγκαζόμην καὶ ἐφερόμην. Τῶν δὲ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. μᾶλλον δὲ ἐξ οὕτω πολλῶν δύο, παρ' ὧν (2) οἶμαι λήψεσθαι δίκας τοὺς οὐχ ἥκοντας. Ἐμοὶ μὲν οὖν ὅπερ ἔφην, ταυτὶ γέλως, μαντείας τι τυχόντι, καὶ ὡς οὐκ ὄντα με ζητήσουσιν (3), εἰδότι. Σὺ δὲ δέομαι μὴ χρήσασθαι νῦν τὴν ὀργὴν, ἣ πολλάκις ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας, ὥσπερ τι τῶν ἄνωθεν ἠνέχθη βελῶν. Ὄψει γὰρ δὴ καὶ ἡσυχάζων ἐπ' ἀλλήλους ἰόντας, τοὺς νῦν τούτους ἀλλήλους ἐπ' ἐμὲ παρακαλοῦντας.

PRISCO.

Recreatus sum penitus, ex quo epistolam tuam accepi, quamvis multi alioquin me sint consolati. Nemo vero eorum efficere quicquam potuit. Non ignoro equidem, quanta ipse tu sis perpessus. At alia ratio est viri in philosophando

DCCCCXCVI. ΠΡΙΣΚΩ.

Ἀνέπνευσα λαβών σου τὴν ἐπιστολὴν, καίτοι πολλοὶ μὲν οἱ παραμυθούμενοι. Δεδύνηται δὲ οὐδεὶς οὐδέν. καὶ οὐκ ἀγνοῶ μὲν, οὐδ' ὅσα αὐτὸς πέπονθας. ἀλλ' οὐκ ἴσον ἀνὴρ ἐν φιλοσοφίᾳ πρῶτος, καὶ ἄνθρωπος ἐν ἄλ-

(2) *Pelagius* hic est, quod patet ex epistola superiore. De eo alibi nobis dictum est. Filium ejus, de quo sermo est, *Macedonium* appellatum fuisse puto. Id apparet ex ep. 992. quam pro eodem hoc, quem praesens epistola innuit, scriptam esse non dubito.

EP. DCCCCXCV. (1) Lampadas intelligit, quibus solemnia cohonestari solebant. (2) Ita scribere jubet emendatio vetus in *Voss.* ubi antea, sicut & in *Reg. max.* legebatur *παθὼν*, nullo sensu. (3) Hoc est, quod *Horatius* III. Od. 24. vs. 31. 32. ait:

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quaerimus invidi.

Similiter *Sophocles* Ajace vs. 984.

Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τἀγαθὸν χεροῖν
Ἔχοντες οὐκ ἴσασι, πρίν τις ἐκβάλῃ.

ἄλλοις διατελέσαι. Ἢν οὖν αὖθις τοῦ καιροῦ παρέχοντος πέμψῃς ἑτέραν ἐπιστολὴν, τάχ᾽ ἂν καὶ ἐκείνη τὴν παροῦσαν λύπην ἐλάττω ποιήσειεν.

phando principis, & hominis, aliis studiis occupati. Quod si itaque, tempore ita ferente, aliam miseris epistolam, forte etiam illa praesentem tristitiam leviorem reddiderit.

DCCCCXCVII. ΕΥΘΑΛΙῼ.

Τὰ πρὸς τὴν πατρίδα διὰ τῆς εἰς αὐτὴν ὁδοῦ πεποιηκὼς ὁ νέος ἐποιήσατο, καὶ τὰ πρὸς τὰς Μούσας διὰ τῆς εἰς ἡμᾶς πάλιν.

EUTHALIO.

Postquam juvenis ille, quae patriae debebat, suscepto in eam itinere, praestitit, ad nos nunc reversus ea quoque fecit, quae Musis debet.

DCCCCXCVIII. ΕΥΣΕΒΙῼ. (1)

Ὀδαίναθον (2) τὸν λόγον, Λογγίνου δὲ ὁ λόγος (3), ἐγὼ μὲν ἀπαιτῶ, σὲ δὲ δεῖ δοῦναι, καὶ γενέσθαι δίκαιον περὶ τὴν ὑπόσχεσιν.

EUSEBIO.

Odaenathum, orationem, *Longini* vero ea est oratio, ego quidem posco: te vero eam dare oportet, & promissa, ut fas est, praestare.

DCCCCXCIX. ΦΙΛΑΓΡΙῼ.

Οἶσθα καὶ Θεόδωρον, καὶ ἐμὲ (1), καὶ τίς περὶ ἐκεῖνον ἐγὼ, καὶ τίς ἐκεῖνος εἰς ἐμὲ, καὶ τίνων γινομένων ἡσθήσομαι, καὶ τίνων οὐ πραττομένων ἀνιάσομαι. Κίνησον δὴ σαυτὸν, καὶ δεῖξον ἡμῖν πάλιν τὸν Φιλάγριον. Πρέπει δέ σε πάντα τὸν χρόνον σώζειν τινὰς, ἄλλως τε καὶ τοιούτους.

PHILAGRIO.

Et *Theodorum* nosti, & me, qualisque ego adversus illum sim, & qualis ille adversus me, quibusque ego, si quidem fiant, gavisurus sim, quibus item, si non fiant, moestior futurus. Excita itaque te ipsum, & *Philagrium* iterum nobis ostende. Te vero semper aliquos, in primis vero tales, salvos praestare oportet.

M. ΠΑΙΩΝΙΝῼ. (1)

Τῇ κατεπειγούσῃ με λύπῃ μακροὺς μὲν οὐ προσήνεγκεν ὁ Φαλέριος (2) λόγους, ὀλίγοις δὲ ῥήμασι τοῖς αὐτοῦ μακροὺς καὶ πολλοὺς ἑτέρων λόγους ἐνίκησεν, ἐκβαλεῖν μὲν ὅλως τὴν λύπην οὐ δυνηθείς. Τὰ ῥήματα δ᾽ ἦν, σε μεμνῆσθαί τε ἡμῶν καὶ τινων ἡμετέρων πρὸς σε γραμμάτων (3), καὶ οὕτω δὴ πολλάκις τοῦτο ποιεῖν, ὥστε καὶ τῶν ἀκουόντων τινὰς δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν, τῷ πολλάκις ἀκηκοέναι τοῦτο λαβόντας (4). Τοῦτο δ᾽ οὖν ἐγίγνετό μοι φάρμακον καὶ τὸ ἥδεσθαι (5) τῷ Φαλερίου λιμένι. λιμὴν γὰρ ὄντως αὐτῷ σύ τε καὶ τὰ σὰ, λιμὴν (6), ὅθεν ἀναγόμενος κτήσεται μὲν δόξαν, ἣν ποιεῖ τὸ λέγειν, ἔσται δὲ τῶν εὐπορωτέρων μᾶλλον ἢ πενεστέρων, αὐτῇ τῇ προσόδῳ τὰ τῶν λόγων ἀμείνω ποιῶν. Ὁρῶν δὴ τὸ ἐσόμενον χαίρω μὲν καὶ τοῖς ὑπάρχουσιν ἤδη, πλέον γε μὴν (7) τοῖς οὔπω μὲν ἥκουσι, πάντως δὲ ἐσομένοις, σοῦ πλεῖν αὐτὸν ἐξ οὐρίων

PAEONINO.

Phalerius non multa quidem verba tristitiae me opprimenti opposuit, paucis vero illis suis longos & copiosos aliorum sermones vicit, tristitiam tamen ipsam animo penitus expellere non potuit. Dicebat vero ille, meminisse te nostri, nostrarumque ad te literarum, idque adeo facere frequenter, ut audientium nonnulli idem quoque facere possint, ideo quod saepe eadem ex te perceperint. Atque id quidem medicinam mihi attulit, nec minus illud, quod eo, qui *Phalerio* portus instar est, laetari possum. Vere enim & tu & tua portus loco illi sunt, ex quo si solverit, & laudem, quam eloquentia parit, consequetur, & ex pecuniosorum potius, quam pauperum numero erit, quaestu inde facto eloquentiae res ampliores redditurus. Futura igitur praevidens ego praesentibus quidem modo gaudeo, magis autem illis laetor, quae nondum quidem ipsi obtingunt, obtingent tamen certissime, te inprimis, qui secundis eum ven-

EP. DCCCCXCVIII. (1) Epistolam hanc ab *Emerico Bigotio* ex Cod. *Vatic.* secum communicatam *Tanaqu. Faber* in praefatione ad Longinum περὶ ὕψους exhibuit, inde vero *Jac. Tollius* inter Judicia & testimonia veterum de Longino repetiit. (2) De nomine hoc diximus supra ad ep. 925. (3) *Faber* l. c. merito optavit, ut haec Longini oratio hodienum superesset, quae plura nos de bellis Oriente ab Odaenatho gestis expositura procul dubio erat, quam hodie ex minoribus Historiae Augustae Scriptoribus discimus.

EP. DCCCCXCIX. (1) Καὶ τίς π. ἐ. ἐ. καὶ τ. ἐ. ἐ. ἐ. desunt in *Voss.* & *Reg. max.* exstant autem in margine *Vaticani* B.

EP. M. (1) Vide *Centuriam* meam p. 223. ex *Barocc.* Παιωνίῳ *Reg. max.* Παιωνίῳ, *Barocc.* & *Ambros.* T. 5. Ὀρεωνίῳ *Medic.* B. (2) Φαλέριος, *Medic.* & sic semper, quoties idem nomen in hac epistola occurrit. *Salvinus* legendum suspicatur Φιλάγριος, aut Φιλήριος, quod nomen in quadam *Isidori* Pelusiotae epistola exstat. Secutus ego sum *Barocc.* & *Reg. max.* qui semper scribunt Φαλέριος. *Bodlejanus* quidam habet Φαρέτριος, quae lectio forte non est contemnenda. Latinum *Valerii* nomen hic locum habere non potest. Illud enim Graece scribi debebat Οὐαλέριος. (3) *Bodlejanus* quidam habet προγραμμάτων ex consueta vocum πρόγραμμα & γράμμα apud librarios permutatione. (4) S. Paulus simili sensu παρέλαβον, 1 *Cor.* XI. 23. ubi vide *Curas* nostras. (5) τῷ ἥδεσθαι, *Medic.* (6) Post λιμὴν *Reg. max.* addit καὶ, quo non opus est, sicut & in ceteris omnibus omittitur. (7) Sic *Reg. max.* πλέον δὲ, *Medic.* & *Barocc.*

(8) *si*

ventis provehi curas, operam dante, ut in iis, quae agit, recte rebus suis consuluisse videatur. Multi quidem jam sunt, qui veniant & interrogent, quo tandem adductus sit, ut altera illa urbe relicta alteram eligeret? Ipse quidem multa affert, id autem, quo praecipue permotus est, tacet, ne adulari videatur. Me vero id non latet: imo vero & ipsi hoc professus sum, & ad te nunc scribam. Literarum amantissimus est *Phalerius*: talis autem cum sit, non potest non discendi esse cupidus. In altero igitur loco alios tantum docuit, Tabiae vero utrumque habebit: meliores faciet alios, & ipse melior fiet; id quidem juvenibus praefectus, hoc autem eloquentiae tuae copia usus. Cum igitur non praeceptor magis quam discipulus esse velit, addixit se urbi illi, quae utrumque largitur. Accipe itaque etiam a nobis eum, qui tam magistrum quam discipulum aget, & juvenibus quidem, quae ipse didicit, tradet, a te autem, quae ignorat, discet. Tu vero fac, ut discipulus hic magistris omnibus multis modis evadat superior. Cujus quidem beneficii pars aliqua forte & mihi fuerit tribuenda, qui ea tibi contulerim, quae aliis potes largiri.

ἐθέλων ποιοῦντος, φροντίζοντος, ὅπως οἷς ἔπραξεν εὖ βεβουλεῦσθαι δόξει. Πολλοὶ μὲν οὖν οἱ προσιόντες τε καὶ ἐρωτῶντες, τί (8) τὸ πεῖσαν τὴν μὲν φυγεῖν, τὴν δὲ ἑλέσθαι; ὁ δὲ πολλὰ μὲν λέγει, σιγᾷ δὲ τὸ (9) μάλιστα πεπεικὸς, τοῦ μὴ κολακεύειν δοκεῖν. Ἐμὲ δὲ οὐ λανθάνει. ἀλλὰ δὴ πρὸς αὐτόν τε εἴρηται, καὶ πρὸς σὲ νυνὶ γεγράψεται (10). Φιλολόγος (11) ὁ Φαλέρεύς ἐστι, ὢν δὲ τοιοῦτος, καὶ τοῦ μανθάνειν ἐστὶν ἐραστής. Ἑτέρωθι μὲν οὖν ἐδίδασκε μόνον, ἐν Ταβίᾳ (12) δὲ ἀμφότερα, καὶ ποιήσει βελτίους, καὶ ἔσται. ποιήσει μὲν νέους ἄρχων (13), ἔσται δὲ τοῖς σοῖς ῥεύμασιν. Εἶναι τοίνυν οὐ μᾶλλον διδάσκαλος ἢ μαθητὴς ἐθέλων, ἔδωκεν αὐτὸν πόλει, τῇ τοῦτο χαριζομένῃ. Δέχου δὴ καὶ παρ' ἡμῶν τὸν γενησόμενον καὶ διδάσκαλον, καὶ μαθητὴν, καὶ δώσοντα μὲν νέοις ἃ οἶδε, παρὰ δὲ τῆς σῆς ψυχῆς, ἃ (14) μήπω, ληψόμενον. καὶ ποίει τὸν μαθητὴν ἡμῖν πολὺ τῶν ἄλλων διδασκάλων καλλίω. Ταύτης δὲ τῆς σῆς (15) ὠφελείας ἔσται δήπου τι καὶ ἐμὸν τοῦ σοὶ (16) δεδωκότος, ἃ διδόναι δύνασαι.

LEONTIO.

Honori mihi duco, nec mihi solum, sed & familiae nostrae, imo, quod addiderim, urbi quoque & genti nostrae, terrae item & mari; omnibus, inquam, his honori esse duco, *Aristaenetum* se fovere, qui talis & est & habetur, quique magnam morum, magnam etiam eloquentiae curam habuit, quique tacere etiam novit, & nunc in hoc nunc in illo aliis se probat. Etenim & cum tacet, aliis est admirationi, in tempore scilicet id faciens. Neque enim unquam id dixerit, quod taceri debebat, neque tacuerit, quod dici oportebat. Atque istarum quidem virtutum forte ipse ego auctor sum, idque ex brevi consuetudine: non minus vero tu, qui diutius & perpetuo cum eo versatus sis, ad majorem eloquentiae amorem permovisti, omnes divitias, si cum illius robore comparentur, nugas esse ostendens. Recte itaque fecerit; si facultatem hanc & indoli, & laboribus suis, & fortunae, & ceteris Diis, nec minus cohortationibus tuis acceptam ferat, quarum magnam partem & orationes, quas scri-

ΜΙ. ΛΕΟΝΤΙΩι. (1)

" Ἐμοὶ φιλοτιμία, καὶ οὐκ ἐμοὶ μόνον, " ἀλλὰ καὶ γένει (2) τῷ ἡμετέρῳ. προστίθημι δὲ καὶ πόλιν, καὶ ἔθνος ἡμέτερον, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, πᾶσι τοίνυν τοῖς εἰρημένοις φημὶ φιλοτιμίαν Ἀρισταίνετον φέρειν τοιοῦτον ὄντα, καὶ δοκοῦντα, πολλὴν μὲν τῶν τρόπων, πολλὴν δὲ (3) τοῦ λέγειν ἐπιμέλειαν πεποιημένον, εἰδότα δὲ καὶ σιγᾷν, καὶ εὐδοκιμοῦντα, νῦν μὲν ἐν τούτῳ, νῦν δὲ ἐν ἐκείνῳ. Καὶ γὰρ δὴ καὶ σιωπῶν θαυμάζεται (4) τῷ μετὰ καιροῦ καὶ τοῦτο ποιεῖν. Καὶ οὐκ ἂν οὔτε λέγων ὀφθείη, σιωπᾷν δέον, οὔτε σιωπᾷν λέγειν δέον (5). Καὶ τούτων τῶν ἀγαθῶν γέγονα μὲν ἴσως καὶ αὐτὸς αἴτιος, καὶ ταῦτα ἀπὸ μικρᾶς συνουσίας. γέγονας δὲ καὶ αὐτὸς ἐν μακρᾷ (6) καὶ συνεχεῖ, κινῶν Ἀρισταίνετον ἐπὶ μείζονα λόγων ἔρωτα, δεικνὺς φλυαρίαν ἅπαντα πλοῦτον πρὸς τὸ τούτων κράτος. Εἴη ἂν οὖν δίκαιος, εἰ καὶ φύσει, καὶ πόνοις, καὶ τύχῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς τούτου δὴ τοῦ κλήματος εἰδὼς χάριν. εἰδείη καὶ τοῖς σοῖς παρακλητικοῖς, ὧν μέγα μέρος λόγοι τε οὓς

(8) τί amplexus sum ex emendatione vetere, cum antea legeretur ὅτι, quod & in reliquis, quos dixi, omnibus exstat. (9) Ita omnino scribendum pro σὰ, quod habent *Reg. max.* & *Medic.* Ita quoque correxit manus recens in *Voss.* (10) Sic recte *Reg. max. Medic.* & *Bodlejanus* quidam, pro γέγραπται, *Barocciani.* (11) Vocis hujus notionem in superioribus exposuimus. (12) Ταβίᾳ *Reg. max.* & *Barocc.* ἐν ταμίᾳ, *Medic.* ubi μ pro β a librario facile scribi potuit. Urbis alicujus nomen exprimi hic debuisse per se patet. Est urbs quae alias Τάβιοι Graecis vocatur. Τάβιοι, πόλις Ἰταλίας, ἐν ᾗ οἱ περὶ Ῥῶμον ἐπαιδεύθησαν. *Stephanus* de Urbibus, ubi vide *Thom. de Pinedo* p. 630. qui tamen legere mavult Γάβιοι. *Salvinus* legi malebat ἐνταῦθα. (13) ἄρχων hic juvenum magistrum denotat. In *Reg. max.* male ἀρχῶν. (14) ἃ omittit *Reg. max.* male. (15) σῆς deest in *Medic.* (16) Hinc recte confeceris, Libanium *Paeonii* fuisse praeceptorem.

EP. MI. (1) Vid. *Centuriam* meam p. 227. ex *Barocc.* (2) γένος vox est πολύσημος, quae ut alias, ita h. l. *familiam* speciatim denotare videtur. Vide *Valesium* ad Eusebium p. 13. b. *Laertius* III. 1. γένος ἀναφέρειν εἴς τινα similiter dixit. Compara ibi Interpretes. (3) πολλὴν τε, *Barocc.* (4) Sic Epaminondas quondam silentio, sibi familiarissimo, sui movebat admirationem. *Plutarchus* enim in libro de Genio Socratis testatur, Spintharum Tarentinum esse professum, neminem sibi cognitum, qui plura nosset, & pauciora loqueretur. Alia ex recentiore memoria similia exempla eorum, quorum silentium admirationi fuit, recenset personatus *Marvillius* in Miscellaneis Historic. & literariis p. 38. sqq. Tom. I. (5) Idem habet *Aeschylus* in Prometheo Ignifero: σιγῶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγων τὰ καίρια, & *Euripides*: Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν ἀσφαλές. Utrumque versum retulit *Gellius* XIII. 16. Noct. Attic. Adde *Gatakeri* Adversaria cap. X. (6) μακρῷ, *Medic.* B. male.

(7) Allu-

ὺς ἔγραφες, ἥτε τούτοις ἀκολουθοῦσα δόξα. Ἐπίστευον μὲν οὖν καὶ πιστεύων ἔχαιρον, καὶ ταῖς ἀγγελίαις, ἐν αἷς δὴ ῥήτωρ ὁ Ἀρισταίνετος ἄριστος (7), ἥκοντος δὲ, ἐμφαινομένου καὶ λάμποντος Θεὸν ὄντως εὕρισκον τὴν φήμην (8). Τοσοῦτος ἡμῖν ἐκεῖνος ἐν ἑτέρων τε κρίσει (9) καὶ τοῖς αὐτοῦ ῥεύμασιν, οἷς καὶ ἡμᾶς ἐστεφάνωσε, λόγον (10) ἔπαινον ἡμῶν εἰπὼν, ὥστ' ἐγὼ μὲν ἠρυθρίων. ὁ δὲ ἐχάρη (11), τὸ θέατρον δὲ ἐσείετο (12). Δέδεικται (13) μὲν οὖν μόνος οὗτος ὁ λόγος, πεποίηνται δὲ πολλοὶ, καὶ, τοῦ Θεοῦ διδόντος, εἰς τὸ μέσον ἥξουσιν. Ἐν τοσούτοις ἐσμέν. ταῦτ' ἔχομεν, ὦ καλὲ Λεόντιε, τούτοις τρυφῶμεν, τούτων ἀπολαύομεν, ὧν ἔδει μὲν καὶ τὸν νέον ἐκεῖνον Βασιανὸν (14). Νῦν δὲ ἐντυχεῖν οὐκ οἶδε (15), πλὴν εἰ τοῦτο λέγοις, ὡς ἔτι τοῖς ἀπελθοῦσι (16) πάλαι παρὰ τῶν ἀπιόντων τὰ τοιαῦτα (17) μανθάνειν.

scripsisti, & quae illas secuta est, gloria constituunt. Fidem igitur habui non sine gaudio ipsis etiam nunciis, qui *Aristaenetum* optimum Oratorem esse ferebant: cum autem ipse veniens praesentem se sisteret & splenderet, famam vere Deam esse deprehendi. Tantus ille nobis visus est, &, cum de aliis judicat, &, cum ipse verba facit, quibus & nos cohonestavit, oratione in laudem nostri habita, ut ego quidem rubore suffunderer, gauderet ille, theatrum autem plauderet. Atque haec quidem sola oratio publice dicta est, elaboratae autem complures, quae & ipsae, Deo dante, in medium proferentur. In his jam versor; haec habeo, optime Leonti, his delector, his fruor, quibus etiam *Basianus*, juvenis, frui debebat. Nunc autem particeps illorum fieri non potest, nisi dixeris, quod illis, qui pridem abierunt, ex abeuntibus id cognoscere liceat.

MII. ΗΣΥΧΙΩι.

Βούλομαι δὴ βουληθῆναι καί σε, καὶ δόντα ἡμῖν κερδᾶναι, καὶ αὐτὸν κερδᾶναι ἀπὸ τῶν αὐτῶν. Διδοὺς γὰρ ἀγαθὸν, ἀγαθὸν λήσῃ. Ταυτὶ μὲν παρ' ἡμῶν ἐν ἐπιστολῇ πιεζομένων νοσήμασι. ὁ δὲ λόγῳ κοσμῶν τὸν γάμον βαδιεῖται καὶ διὰ πάντων, πολλὰ μὲν λέγειν ἔχων περὶ τῆς νύμφης, πολλὰ δὲ περὶ τοῦ νυμφίου.

HESYCHIO.

Velim sane, & te hoc velle ut dando & nobis commodum afferas & ipse tu ex eo non minorem fructum percipias. Beneficium enim exhibens, ipse quoque acceperis. Haec quidem morbo vexatus ego per literas: ille vero oratione nuptias ornaturus omnia persequetur, multa quidem habens, quae de sponsa, multa vero etiam, quae de sponso dicat.

MIII. ΙΟΥΛΙΑΝΩι. (1)

Μέγας ἦν Μιλτιάδης, μετὰ τὴν ἐν Μαραθῶνι νίκην, καὶ μέγας ὁ Θεμιστοκλῆς, μετὰ τὴν ἐν Σαλαμῖνι, καὶ μέγας Ἀριστείδης μετὰ τὴν ἐν Πλαταιεῦσι, καὶ μέγας Ἰουλιανὸς μετὰ τὴν νῦν, ἣν ᾄδει γῆ καὶ θάλαττα, καὶ πόλις ἅπασα, μείζων τε καὶ ἐλάττων. Ἐνίκα δὲ οὐ περιδραμὼν, οὐδὲ πολλὰς κόψας θύρας, οὐδὲ χειρῶν ἁψάμενος, οὐδὲ ἱκετεύσας, οὐδὲ δακρύσας, οὐδὲ αἰτήσας ἐν δωρεᾷ τὴν σωτηρίαν. ἀλλ' ὁ μὲν ἐσίγα, τὰ πράγματα δὲ ἐβόα, καὶ τὰ βεβιωμένα σοί τε καὶ αὐτῷ (2) τὴν ἀπολογίαν εἶχον, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, καὶ τῶν ἀρχόντων ἄρχοντος (3) τὴν ἀλήθειαν αἰδουμένου. Καὶ οἱ μὲν ἔλεγον, σωζέσθω

JULIANO.

Magnus fuit *Miltiades* post victoriam Marathoniam, magnus etiam *Themistocles* post Salaminiam illam, magnus porro *Aristides* post Plataeensem, magnus denique *Julianus*, post praesentem illam, quam terra, & mare, urbesque omnes, & magnae & parvae praedicant. Vicit vero, non hinc inde circumvagatus, nec multorum fores pulsans, nec manus prensans, nec supplicans, nec lacrymatus, nec salutem doni instar petens. Sed ipse tacebat, facta vero clamabant, & vita a te illoque acta causam agebant viri probi, & inter imperantes maximi, veritatemque maximi facientis. Et alii quidem dicebant: servetur filius optimus; alii vero, ne

(7) Alluditur hic ad Aristaeneti nomen, quod frequens est nostro. (8) Ita supra noster *famam* Jovis filiam dixit, (9) τῇ κρίσει, *Medic.* male. (10) Hoc malui nunc cum *Medic.* pro λόγων, quod est in ceteris. Orationem enim habuerat *Aristaenetus*, quod mox dicitur, qua Libanium inprimis ornavit. (11) ἐχώρει, *Medic.* & *Reg. max.* forte non inepte, i. e. *procedebat.* (12) θέατρον h. l. dicitur de hominum, qui ad audiendum convenerant, frequentia. Sic *Chrysost.* Homilia X. ad Antiochenos, gaudet sibi λαμπρότερον γενέσθαι τὸ θέατρον, καὶ πλείω τὴν ἀκροωμένων σύνοδον. Verbum σείεσθαι frequentes plausus, qui ab audientibus profecti erant, innuit, quae quidem res variis aliis dicendi formulis exprimi solet. Vide *Cresollii* Theatrum Rhetorum. III. 20. (13) Verbum hoc de declamationibus publice habitis non minus usurpatur, quam composita illa ἐπιδείκνυσθαι. Vide *Cresollium* l.c. III. 5. Illis ὑποδιωκτέον, quod sequitur: εἰς μέσον ἥξουσιν. (14) καιτοιαν, *Medic.* male. (15) Sic *Barocc.* εὐτυχῶν οὐκ οἶδε, *Medic.* & *Reg. max.* i. e. *jam vero beatior nihil horum novit.* Obierat enim *Basianus*, quod mox apertius dicitur. (16) ἀπελθοῦσι, per ellipsin ἐκ τοῦ βίου, vel ἐξ ἀνθρώπων vel ἐκ τοῦ ζῆν, quae voces interdum adduntur, Graeci dicunt de *morte*, sicut Latini eodem sensu *abire.* Vide *Isaac. Casaubonum* ad Laërtium III. 6. & *Alexandrum Morum* in Notis ad N. T. p. 83. Adde ex scriptoribus *Horatium* II. ep. 2. vs. 215. & *Phaedrum* Fabula 71. sensus est, mortuis horum nihil constare; nisi forte ex morientibus aliis ea intelligere existimentur. (17) Ita *Medic.* & *Reg. max.* ταῦτα, *Barocc.*

EP. MIII. (1) Cave, credas, *Julianum* Imp. hic intelligi. Ipsa epistola docet, non de certamine aliquo bellico, sed de negotio gravi, quod *Julianus* hic ejusque filius feliciter confecerint, sermonem esse. (2) Per αὐτῷ *filium* Juliani intelligit, quem mox παῖδα appellat. (3) Simili phrasi S. Paulus Deum O. M. βασιλέα βασιλευόντων & κύριον κυριευόντων appellat 1, *Tim.* VI. 15.

(4) Ita

ne contristetur parens, justi studiosus, qui opes injustas in multis, quibus functus est, magistratibus aversatus est. Vicit igitur, alter praesens, tu vero absens. Manifestum igitur est, eos qui virtuti vitam dedicant, Diis curae esse, & in senectute ab eorum benevolentia foveri. Gaude itaque tibi, qui tanto honore adficiaris, gaude vero etiam de filio, qui talia praeclara quadam ratione perficere potuerit.

ὢν παῖς ἄριστος. σὺ δὲ, μὴ λυπείσθω πατὴρ, δικαιοσύνης ἐραστὴς, πλοῦτον ἄδικον ἐν πολλαῖς ἀρχαῖς φυγών. Ἐκράτει τοίνυν ὁ μὲν παρὼν, σὺ δὲ ἀπών. Δῆλον τοίνυν, ὅτι μέλει τοῖς Θεοῖς τῶν ἐν ἀρετῇ ζώντων, καὶ γηροτροφοῦνται (4) παρὰ τῆς ἐκείνων εὐνοίας. Καὶ σύγχαιρε μὲν σαυτῷ τοιαῦτα τετιμημένῳ, χαῖρε δὲ ὑπὲρ παιδὸς τοιαῦτα μετὰ καλοῦ σχήματος διδυνημένου (5).

PATRIARCHAE.

MIV. ΠΑΤΡΙΑΡΧΗι.

Te quidem, etiamsi nihil scripsissem, curam *Theophili* ejusque rerum habiturum puto fuisse, viri & sapientissimi & justissimi, quique inter medios libros & vigilare & dormire consueverit. Tales enim vos, ex genere illo orti, estis. Omnes quidem juvare consuevistis, optimos vero longe magis *, illos quidem ideo tantum, quod homines sunt, hos vero, quod virtuti operantur. Veritus itaque ego, ne me aut non amicum illi esse existimes, aut adversus amicos ignavum, misi hanc epistolam, non ut permoveam te per se promtum, sed ut tali homini opem ferens tibi ipsi videar laudandus. Illi igitur satisfecero, quod ad hanc causam pertinet. Mihi vero literae tuae lucro erunt, vel duplex potius lucrum feram, nempe & literas tuas mihi mittendas, & victoriam ab iis relatam, qui viro, Lysimachi illum imitanti, aegre faciunt.

Ἔμελλες μὲν, οἶμαι, καὶ μηδὲν ἐπιστείλαντός μου, μεμνῆσθαι ὑπὲρ τῶν Θεοφίλου πραγμάτων, ἀνδρὸς καὶ σοφωτάτου καὶ δικαιοτάτου, καὶ ὃς ἐν μέσῳ βιβλίων, καὶ ἐγρήγορε, καὶ καθεύδει. Τοιοῦτοι γὰρ ὑμεῖς (1) οἱ τοῦ γένους ἐκείνου. Πᾶσι μὲν εἰώθατε βοηθεῖν, τοῖς δ' ἀρίστοις * (2) περὶ μὲν τοὺς ἀνθρώπους μόνον, περὶ δὲ τοὺς ὡς καὶ ἐν ἀρετῇ ζῶντας. Δείσας οὖν ἐγὼ, μή με νομίσῃ ἢ οὐκ εἶναι φίλον αὐτῷ, ἢ ἀργὸν εἶναι περὶ τοὺς φίλους, ἔπεμψα τήνδε τὴν ἐπιστολὴν, οὐχ ἵνα πείσω τὸν πεπεισμένον, ἀλλ' ἵνα αὐτὸς εὐδοκιμήσω παρὰ σοὶ, τῷ τοιούτῳ συμπράττων. ἐκείνῳ μὲν οὖν ὀρθῶς εἰς τὰ πράγματα. ἐμοὶ δὲ ἔσται κέρδος τὰ σὰ γράμματα, μᾶλλον δὲ δύο κερδανῶ κέρδη, τά τε ἐσόμενά μοι γράμματα, καὶ τὸ νικῆσθαι τοὺς ἐπηρεάζοντας τῷ μιμουμένῳ τὸν Λυσιμάχου (3).

PRISCIONI.

MV. ΠΡΙΣΚΙΩΝΙ.

Theophilus literarum gnarissimus, misit aliquem, qui pro se apud vos pugnaret. Fas itaque est, ut & ego & tu videamur opem ferre viro, Graecorum optimo, & nos saepe laudibus prosecuto. Ita enim Diis, literarum praesidibus, gratum fecerimus, quibus utique ratio eorum habenda est. Quod igitur meum erat facere, factum est: hoc vero epistola continetur; reliqua a te ipso pete. Ut scilicet venientes hos serena fronte excipias, ut cum patronis causarum loquaris, & alia quidem dicas, alia vero audias, & una cum illis discas, quomodo res omnis sit comparata. Ego vero etiam causa illum superiorem fore ajo, hominem quippe justum, atque idoneis causae praesidiis nixum, inprimis cum talis ille sit, qui sententiam dicturus est. Tibi vero receptum est, gloriam tibi comparare non ex iis solum, quae ad perorandas causas spectant, sed ex illis quoque, quibus amicis benefieri possit.

Τὸν ἀγωνιούμενον ὑπὲρ αὐτοῦ παρ' ὑμῖν ἀπέσταλκεν ὁ φιλόλογος Θεόφιλος. Δεῖ τοίνυν καὶ ἐμὲ καὶ σὲ φαίνεσθαι βοηθοῦντας ἀνδρὶ τῶν τε Ἑλλήνων ἀρίστῳ, καὶ πολλάκις ἡμᾶς ἐπαινέσαντι. καὶ γὰρ τοῖς λογίοις οὕτως ἂν χαριζοίμεθα τοῖς Θεοῖς, οἷς εἰκὸς ἐκείνων εἶναι λόγον. Ὁ μὲν οὖν ἦν ἐμὸν ποιῆσαι, πέπρακται. τὸ δὲ ἡ ἐπιστολή. τὰ λοιπὰ δὲ σαυτὸν ἀπαίτει. τὸ, τε ἡδέως ἰδεῖν τοὺς ἥκοντας, καὶ τὸ διαλεχθῆναι τοῖς συνδίκοις. καὶ τὸ τὰ μὲν εἰπεῖν, τὰ δὲ ἀκοῦσαι, καὶ τὸ μετ' αὐτῶν, ὅπως ἔχῃ τὸ πρᾶγμα, καταμαθεῖν. Ἐγὼ δὲ καὶ κρατήσειν φημὶ τὸν ἑταῖρον (1), δίκαιόν τε ὄντα, καὶ δίκαια λέγειν ἔχοντα, καὶ τοιούτου, τοῦ τὴν ψῆφον οἴσοντος, ὄντος. Σοὶ δὲ ἔθος, εὐδοκιμεῖν οὐκ ἐν ταῖς ἀποδείξεσι τῶν λόγων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς εὖ παθεῖν δεῖ τῶν φίλων τινάς.

THEO- MVI.

(4) Ita *Medic.* B. γηροτροφοῦ *Reg. max.* (5) *Medic.* recte, pro τετιμημένου, quod est in *Reg. max.* Nostrum etiam *Voss.* habet.

EP. MIV. (1) Sic scripsi pro ὑμεῖς, quod est in *Reg. max.* (2) Deest in *Reg. max. Vatic.* B. *Voss.* & *Mutin.* A. integer fere versus, quod spatium vacuum ostendit. Crediderim, post ἀρίστοις scribendum esse μάλιστα & alia nonnulla, quae factam hic oppositionem edisserant. Sensus est *Patriarcham* opem ferre omnibus, opis indigis, eo quod homines sint, bonis vero, quod bonos se praestent. Conf. praeceptum Paulinum *Gal.* VI. 10. Si Patriarcha hic ex Christianis Antiochenus fuit, quod verisimile esse supra alibi ostendi, quod & ex inscriptione epistolae 1017. quae est in *Vatic.* 943. confirmari possit, utique appareret, quid per τοὺς τοῦ γένους ἐκείνου intelligat noster, nempe homines Christianos. (3) Ita *Reg. max.* Malim ego: τὸν Λυσιμάχου, ut respiciatur ad Lysimachum, quem constat, Callistheni, Alexandri jussu in vinculis haerenti, praesto fuisse, & opem aliquam tulisse. Talis vero erat hic, quem Theophilus pro se militaturum miserat, quod patet ex ep. 1005.

EP. MV. (1) Malim legere ἑταῖρον, *amicum*, nempe *Theophilum*. Plura enim in his epistolis exempla docent, voces ἕτερος & ἑταῖρος confundi.

MVI. ΘΕΟΔΩΡΩι. (1)

Ἠκούσαμεν πάντα, καὶ ἐπῃνέσαμεν πάντα. τά, τε τῆς σῆς συνέσεως, καὶ ὅσα τῆς γνώμης ἦν τοῦ μεταπεισθέντος. Ἰδὼν οὖν, ὅτι πάλιν ἥκεις εἰς τὸ δύνασθαι καὶ βοηθεῖν, δέομαί σου βοηθῆσαι τῷ δεινὰ παθόντι τούτῳ, πρὸς τοὺς ηὐξηκότας αὐτῷ τὴν οὖσαν πενίαν τῇ σφῶν αὐτῶν κακίᾳ.

THEODORO.

Audivimus omnia, & laudavimus omnia; tum quae tuae debentur prudentiae, tum quae ad eum spectant, qui mentem suam mutavit. Videns itaque, te iterum eo pervenisse, ut opem ferre possis, peto a te, ut hominem hunc male mulctatum juves adversus eos, qui paupertatem ejus improbitate sua auxerunt.

MVII. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΩι.

Εὐγενὴς εὐγενῆ δέχου, καὶ ποίει φίλον σώφρων σεσωφρονηκότα, ῥητορεύειν εἰδὼς ῥητορεύειν εἰδότα, φιλούμενος ὑπὸ πάντων ἀγαπώμενον ὑπὸ πολλῶν. Ἐργάζεται δὲ τὴν φιλίαν ὑμῖν, οὐ τὰ ῥηθέντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς αὐτῆς πηγῆς πιεῖν, καὶ τὸ ἐοικέναι μέν σε τῷ πατρὶ, κατὰ τοὺς λόγους, ἐοικέναι δὲ τοῦτον αὐτῷ, ᾧ βούλομαί τι δεῖξαι τοὺς σαυτοῦ καὶ λόγους καὶ πόνους, πολλοὶ δέ σοι καὶ πεποίηνται, καὶ ποιοῦνται. Εὕροις δ' ἂν καὶ περὶ τῷδε τὴν αὐτὴν δύναμιν, κἂν πείθῃς αὐτὸν συνθεῖναι λόγους, συνθήσει. Τί μὲν οὖν αὐτῷ βούλεται γενέσθαι; * (1) ὅπως δὲ καὶ τυχὼν τοῦ σοῦ πάλιν ὡς ἡμᾶς ἔλθοι. τοῦτο σκόπει καὶ πρᾶττε, καὶ σύμπραττε, καὶ τὸ ταχέως προσέσθω.

ARISTAENETO.

Liberalis ingenii virum liberalis ipse accipe, sapiens sapientem instrue, disertus facundum, amatus denique ab omnibus amatum a multis. Amicitiam hanc mutuam conflarunt inter vos non tantum ea, quae dixi, sed id quoque, quod ex eodem bibistis fonte, quodque tu similis es quod ad literas Patri, ille vero similis sit isti, cui ostendi velim tuos & sermones & labores, quorum multos jam fecisti, multos vero facis. Tu vero etiam apud hunc eandem facultatem inveneris; ipse etiam orationes componet, si componi eas volueris. Quid igitur sibi fieri cupit * ut vero etiam tui copiam nactus ad nos revertatur. Hoc itaque provideto, hoc agito, ad haec opem confer, & fac, ut etiam cito fiat.

M VIII. ΑΣΥΓΚΡΙΤΙΩι καὶ ΕΛΛΑΔΙΩι.

Δέξασθε τὴν ἐμὴν συγγενῆ, δεομένην ὅρμου, καὶ περὶ πολλοῦ ποιεῖσθε καὶ σώζετε (1). Καὶ τοῦτο ἔστω ζῶντός τε ἔτι μου, καὶ ἀπελθόντος. εἰμὶ δὲ ἐγγὺς τοῦ πράγματος.

ASYNCRITIO & HELLADIO.

Recipite cognatam meam portu indigentem, eamque magni facite, & salvam praestate. Id vero fiat, me adhuc superstite, nec minus etiam defuncto. Imminet vero mihi posterius.

MIX. ΠΑΝΤΕΙΧΙΩι.

Τὴν Εὐσεβίου γῆν, τοῦ ζῶντος ὑπὸ ταῖς Μούσαις, οὐκ Εὐσεβίου μᾶλλον ἢ ἐμὴν ἡγούμενος, οὕτω βούλευσαι περὶ αὐτῆς. Οἶμαι δέ σε τὴν αὐτὴν καὶ τοῖς λογίοις Θεοῖς δώσειν χάριν. Δεῖ δέ σε νομίζειν καὶ τῷ χορῷ τῶν ποιητῶν διδόναι τὴν χάριν, παρ' ὧν ἁπάντων εἶχες ἂν ἐπιστολὰς, εἴπερ οἷόν τ' ἦν ἰέναι γράμματα περὶ τῶν, οὗπέρ εἰσιν, ἰόντων (1).

PANTEICHIO.

Eusebii, qui sub Musarum praesidio vivit, patriam, non magis *Eusebii*, quam meam esse existimans, consiliis tuis ipsi succurris. Puto vero hanc gratiam te & a Diis, literarum statoribus, esse initurum. Existimabis vero etiam, te toti Poëtarum coetui gratum esse facturum, a quibus omnibus habiturus eras epistolas, si fieri posset, ut literae inde, ubi illi sunt, ad te venirent.

MX. ΗΣΥΧΙΩι.

Καὶ τὸν φοιτῶντα παρ' ἐμὲ παῖδα σὸν φιλῶ. πῶς δὲ οὐ μέλλω φοιτῶντα; καὶ τοὺς ἐπ' ἄλλα πεπορευμένους,

HESYCHIO.

Et filium tuum, mea institutione utentem, amo, & qui non amarem discipulum? & illos quoque, qui aliò se converterunt, ideo, quod

EP. MVI. (1) Deest nomen in *Reg. max. Voss.* & *Mutin.* A. Habet autem *Vatic.* B.

EP. MVII. (1) In *Reg. max. Voss. Mutin.* A. & *Vatic.* B. lacuna h. l. est integri fere versus. Eam fortasse his non inconvenienter expleveris: ὅπως τὴν σὴν κεφαλὴν ἴδοι. Is enim quem *Libanius* Aristaeneto commendat, iter hoc eo tantum consilio fecisse videtur, ut salutaret Aristaenetum. Id patet quoque ex sequente phrasi: τυχὼν τοῦ σοῦ.

EP. MVIII. (1) Sic *Reg. max.* & *Vatic.* B. In *Voss.* vero tres priores tantum literae verbi σώζετε apparent, ceterae autem legi non possunt. Videtur tamen vocula aliqua inter σώζετε & καὶ fuisse. Eadem ratio est codicis *Mutin.*

EP. MIX. (1) Ita *Reg. max.* Lego ὄντων, quod flagitat antecedens εἰσιν.

EP.

quod aliquando ex discipulis meis fuerunt. Hujus rei argumentum tibi sit, quod etiam beneficium ab illorum Parente peto. Beneficium vero hoc est, ut optimo *Eusebio* gratificentur in iis, quae ad agros, quos possidet, spectant. Fructus igitur illius * illum juvat magis agros colentem, quam me, qui scripsi epistolam.

μένως, διότι ποτὲ τῶν φοιτώντων ἦσαν. Καὶ τούτου σοι πίστις ἔστω, τὸ χάριν αἰτεῖν με παρὰ τοῦ κείνων πατρός. Ἔστι δὲ ἡ χάρις, ἰδίαν ποιῆσαι τὸν χρηστὸν Εὐσέβιον, τοῖς περὶ τὴν γῆν πραττομένοις, ἧς ἐκεῖνος δεσπότης. Ὁ μὲν οὖν καρπὸς ἐκείνης * (1) ἐκείνων ὠφελείη τοὺς γεωργοῦντας μᾶλλον, ἢ ἐμὲ τὸν ἀπεσταλκότα.

ANDROCLEO.

Multam mihi videris operam impendisse, ut improbum me esse ostenderes. Ego vero bonum me esse non dixerim; interim tamen silentio ego nec primo nec altero duas tuas excepissem epistolas, sed, quod fieri solet, fecissem. Rescripsissem utique. Miror vero, quod duas illas epistolas non viginti appellaveris, ut me eo improbiorem esse ostenderes. Neque enim fraudis illius convinci potuisses. Gratiam igitur tibi de eo habeo, quod, qui mentiri omnino potueris, id non feceris. Me vero de causa rei nunquam factae non oportet esse solicitum. Si enim nihil aliud, ut responderem tibi, effecisset, id sane persuasisset, quod Musas pectus tuum habitare scirem. Omnino enim vidissem, me Mnemosynes offensurum esse filias, si viro, eas circumferenti, paria non rependerem.

MXI. ΑΝΔΡΟΚΛΕΙ Ω.

Πολλήν μοι δοκεῖς πεποιῆσθαι σπουδὴν δεῖξαί με βδελυρὸν ἄδικον. Ἐγὼ δὲ ἀγαθὸς μὲν οὐκ ἂν εἴποιμι φαίην. σιωπῇ δὲ οὐκ ἂν ἠδίκουν καὶ πρώτης, καὶ δευτέρας, δύ' ἐπιστολὰς, ἀλλ' ἐποίουν ἂν τὸ ποιηθέν. ἀντεπέστελλον ἄν. Θαυμάζω δὲ, ὅπως τὰς δύ' ἐπιστολὰς οὐκ ἐποίησας εἴκοσι, ὥστε με δεῖξαι μᾶλλον κακόν. Οὐ γὰρ ἂν ἦν ἔλεγχος τῇδε τῇ συκοφαντίᾳ. Τούτου μὲν οὖν σοι χάρις ἐν ἐξουσίᾳ πολλῇ τοῦ ψεύδεσθαι, τοῦτο οὐ πεποιηκότι. Ἐμὲ δὲ οὐδὲν δεῖ ζητεῖν αἰτίαν πράγματος οὐ γεγενημένου. Καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἕτερον ἀντεπιστέλλειν ἔπεισεν ἄν, τόγε τὰς Μούσας εἰδέναι σοι τὴν ψυχὴν οἰκούσας, ἔπεισεν ἄν. Πάντως γὰρ ἂν εἶδον, ὡς ἐλύπησα ἂν τὰς τῆς Μνημοσύνης (1) ἄνδρα περιφέροντα αὐτὰς οὐκ ἀμειβόμενος ἴσως.

ARISTAENETO.

Pater hujus ex iis est, qui corpus meum curarunt; memini vero etiam alius operae, quam avus ejusdem mihi, cum puer essem, impendit. Gratum igitur & vivo illi & defuncto alteri facturus, vicesque illis redditurus, precor te, ut huic illum tribuas locum, qui felicem eum reddere possit. Hoc vero fiet, si manifestum fiat omnibus, quod tua quoque benevolentia perfruatur.

MXII. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΩ.

Ὁ πατὴρ, ὁ τούτου, τῶν πονούντων ἐστὶ περὶ τὸ σῶμα τοὐμὸν, μέμνημαι δὲ καὶ ἑτέρων πόνων, οὓς ὁ πάππος αὐτοῦ περὶ παῖδας ὄντας ἡμᾶς ἐπόνει. Χαριζόμενος οὖν καὶ τῷ ζῶντι καὶ τῷ τεθνεῶτι, καὶ βουλόμενός τινα ἀμοιβὴν ἀντεισενεγκεῖν, δέομαί σου δοῦναι τάξιν (1) αὐτῷ ταύτην, ἥτις αὐτὸν εὖ πράττειν ποιήσει. Τοῦτο δὲ γένοιτ' ἂν, εἰ γένοιτο φανερὸν ἅπασιν, ὅτι (2) τῆς παρά σου προνοίας ἀπολαύει.

VRANIANO.

Putabam equidem, fore, qui sinistri aliquid de filiis tuis effutirent, cum videam, multas a multis improbis in bonos viros calumnias conjici. Te vero non credebam sermones ejusmodi libenter auditurum, & temere fidem habiturum, tibique imponi passurum, virum, tot annos natum, rerumque usu tam longo tempore subactum, cognitosque praeterea habentem & eos, qui vere tibi sunt amici, &, qui tales quidem se mentiuntur, tuis vero bonis torquentur. Quoniam vero ita

MXIII. ΟΥΡΑΝΙΑΝΩ. (1)

Ἐγὼ τοὺς μὲν ἐρῶντάς τι δυσχερὲς περὶ τῶν σῶν υἱέων ἡγησάμην ἔσεσθαι, πολλὰς ὁρῶν ἀπὸ πολλῶν κακῶν κατ' ἀγαθῶν ἀνδρῶν γινομένας ἀδίκως λοιδορίας. Οὐ μὴν σέ γε ἐνόμιζον ἡδέως τι τούτων ἀκούσεσθαι τῶν λόγων, καὶ ταχὺ πιστεύειν, καὶ ποιήσειν τὰ τῶν ἠπατημένων. ἄνδρα τοσαῦτα μὲν ἔτη γεγονότα, πολλοῖς δὲ πράγμασιν ἐν πολλῷ χρόνῳ πεπαιδευμένον. εἰδότα δὲ τούς τε ἀληθῶς ὄντας σοι φίλους, καὶ τοὺς λέγοντας μὲν ῥηγνυμένους δὲ τοῖς σοῖς

EP. MX. (1) Hic in *Reg. max. Voss.* & *Mutin.* A. spatium est vacuum dimidii versus; in *Vatic.* B. autem integri.

EP. MXI. (1) Mnemosynes filias esse Musas Poëtae fingunt.

EP. MXII. (1) In *Voss. Reg. max.* & *Mutin.* deest αὐτῷ & post vocem τάξιν spatium quatuor circiter vocibus vacuum exstat. At in *Vatic.* B. unum illud αὐτῷ lacunam implet, quod & ad sensum sufficit. (2) Post ὅτι in *Reg. max.* legitur εἰ, quod recte abest à *Voss.* & *Mutin.* A.

EP. MXIII. (1) In *Reg. max.* scriptum erat Οὐρανιῷ, sed ita, ut inter ρ & ι supra exstarent literae αν.
(2) Hic

σοῖς καλοῖς. Ἐπεὶ δὲ οὕτως ἁρπάσθης καὶ εἰλήφθης, καὶ παρωξύνθης, καὶ ἐχαρίσω διὰ τῶν πεπραγμένων τοῖς βουληθεῖσιν αὐτὰ ταῦτα πραχθῆναι· λυποῦμαι μὲν ὑπὲρ ἀμφοτέρων, καὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν υἱέων, τῶν μὲν τοιαύτην δόντων δίκην, σοῦ δὲ, τοιαύτην λαβόντος. Τοσοῦτον δ' ἂν εἴποιμι νῦν, ὅτι εἰ ἦσαν κακοὶ, τοὺς νῦν κακῶς λέγοντας εἶχον ἂν ἐπαινοῦντας. Οὐδὲ γὰρ νῦν ὡς πονηροὶ μισοῦνται, ἀλλ' ὄντες χρηστοὶ συκοφαντοῦνται. Φαῦλοι δὲ ὄντες οὐκ ἂν τοῦτο ἔπασχον. Ἦσαν γὰρ ἂν, οἵους περ αὐτοὺς ἤθελον εἶναι τῶν τι * (2) κάκιστοι. Νῦν μὲν οὖν αὐτὸν εὔφραινε τῷ θυμῷ χαριζόμενος, τοῦ χρόνου δὲ ποιοῦντος τἀληθῆ τῶν ψευδῶν δυνατώτερα (3), πολλὰ μὲν σαυτὸν αἰτιάσῃ τὸν πεπεισμένον, πολλὰ δὲ χαλεπανεῖς τοῖς πεπεικόσι. ζητήσεις δὲ τὸν ἀπολωλότα χρόνον, τὸν δὲ εὑρήσεις οὐδαμοῦ.

ita abreptus es & captus, & irritatus, ut iis, quae acta sunt, indulseris illis, qui ipsa illa agi voluerunt; tristitia equidem adficior propter utrosque, te nempe, & filios tuos, hos quidem, quod talem poenam dederunt, te vero, quod talem sumseris. Id quidem tantum nunc dicam, quod, si mali illi fuissent, eos, qui nunc male de illis loquuntur, laudatores habuissent. Neque enim, tanquam mali, odio vexantur, sed ut probi calumniis petuntur. Quod si mali essent, id utique non essent experti. Fuissent enim, quales illos esse vellent * pessimi. Jam itaque eo te delecta, quod adfectui tuo aliquid dederis; tempore vero faciente, ut vera vincant mendacia, multum quidem te ipsum, quod persuaderi tibi illa passus sis, culpabis, multum etiam iis, qui persuaserunt, indignaberis. Tempus autem perditum quaeres, nusquam vero invenies.

MXIV. ΕΥΣΕΒΙΩι καὶ ΘΕΟΔΟΤΩι.

Δείξατε καί ἐμε παρ' ὑμῖν δυνάμενον, καὶ Μάρᾳ (1) ἀδελφῷ βοηθῶν, τοῦ μὲν φεισάμενοι, τὰ γράμματα δὲ τιμήσαντες. Ποιούντων δὲ ὑμῶν τοῦτο, προθυμότερος ὁ Μάρας (2) ἔσται περὶ τοὺς λόγους. τὸ δὲ καὶ τοιούτους εἶναί τινας τῶν ὑμετέρων πολιτῶν κόσμος τῇ πόλει.

EUSEBIO & THEODOTO.

Ostendite & me aliquid apud vos posse, & *Marae* fratri opem ferre, huic quidem parcentes, literis vero meis aliquid tribuentes. Si quidem hoc feceritis, *Maras* in eloquentiae studium erit proclivior. Tales vero civium vestratium quosdam esse ipsi urbi decus adfert.

MXV. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΗι.

Ἀνὴρ ἡμῖν τε ὡμιληκὼς, καὶ δεινὸς εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι Λεόντιος, καὶ τὰ (1) παρὰ τῆς τύχης τὰ μὲν ἔχων, τὰ δὲ ἕξων. Μαντεύομαι γάρ. κηδεστὴς σὸς ἐπιθυμεῖ γενέσθαι, βουλόμενος εὐδαιμονέστερος. λαμβάνων δὲ μεγάλα, μεγάλα καὶ δώσει. Τοσοῦτος μὲν ὢν ἐν τῷ βασιλείῳ, τοσοῦτος δὲ ἐν θεάτροις, ἃ ποιοῦσιν οἱ λόγοι. Σύμβουλος οὖν ἐγὼ γίγνομαι, καὶ παραινῶ δῶρον τοῦτο νομίσαι θεῶν. Σὺ δ' ἡμῖν ἐπίστειλον, ὡς ὁ σύμβουλος τῷ πεῖσαι τετίμηται.

APOLLONIDAE.

Leontius, vir nostris scholis usus, & dicendi non minus quam agendi peritus, & alia quidem a fortuna nactus, alia vero habiturus, (ita enim ominor,) gener tuus fieri cupit, hoc ipso felicior futurus. Praeclara itaque accipiens praeclara quoque reddet, qui tantum valeat in aula Regis, tantum vero etiam in theatris, quae parit eloquentia. Auctor itaque tibi sum, & suadeo, ut illud munus divinum esse existimes. Tu vero scribe nobis, quod ego consilii hujus auctor, rem tibi persuadens, a te magni fiam.

MXVI. ΓΕΜΕΛΛΩι.

Ἄνδρες ὧν μοι πολὺς λόγος, ἐκέλευόν με τοῦ δικαίου τυχεῖν (1) τῇ διὰ σοῦ βοηθείᾳ. Βοηθήσειν δὲ πάντως ἔλεγον, εἰ λάβοις ἐμὴν ἐπιστολήν. Οὐκ ἦν οὖν αὐτοῖς μὴ δοῦναι τὴν χάριν, καὶ φίλοις οὖσι, καὶ λέγουσιν ἀληθῆ. Λαβὼν τοίνυν ἀναγίνωσκε, καὶ

GEMELLO.

Viri, quorum rationem maxime habeo, jusserunt me tua ope justam aliquam causam conficere. Te vero illi omnino opem laturum esse ajebant, si literas meas acciperes. Mihi autem non licebat illis gratiam hanc denegare, cum & amici sint, & vera dicant. Literas itaque has nactus

(2) Hic in *Voss. Reg. max. Mutin.* A. & *Vatic.* β. lacuna est, quae versum fere integrum capere possit. (3) *Sophocles* Ajac. v. 657.

Ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος
φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται.

EP. MXIV. (1) Sic *Reg. max.* Lego *Μάρᾳ*, & hunc *Maram Eusebii* & *Theodoti* fratrem fuisse suspicor, cui opitulaturus *Libanius* culpam ejus quandam apud fratres excusat. (2) Ita *Vatic.* β. *Μαρίας*, *Reg. max.*

EP. MXV. (1) Malim νῦν, cum sequatur τὰ μὲν——τὰ δέ.

EP. MXVI. (1) τοῦ δικ. τυχ. est in *Vatic.* B. a prima manu, pro quibus vacuum est spatium in *Reg. max.* & *Mutin.* A.

EP.

nactus lege, & manum porrige, & fac nunc quoque, ut justa causa superior sit hominibus violentis, quod ipsum jam saepius fecisti.

PATRIARCHIS.

Memini multa a *Theomnesto* facta esse, me quidem obsecrante. Cum vero pro his nullam adhuc gratiam retulerim illi, inveni tandem, quomodo redderem per hanc epistolam, quam ille quidem desideravit, ego vero dedi, existimans, me non prorsus a vobis neglectum haberi: quamvis essent, qui illud & dicerent, & demonstrare conarentur. Fieri vero non poterat, ut illud mihi pateret persuaderi, memor scilicet illorum, quae & multa & magna mihi praestitistis. Facite itaque hanc nobis gratiam nec sede sua movete *Theomnestum*, quem senectus sua quiescere potius, quam iter facere jubet. Non est vero, ut vereamini, ne multa a vobis beneficia petam, qui forte non multos vitae dies sim exacturus. Velim itaque, illum id, quod praestat, consequi. Hoc vero est, ut maneat. Si quid vero sit, quod fieri id prohibeat, alterum illud peto, ut quamprimum patriam ipsi suam videre liceat.

EIDEM.

Filius tuus * & literis tractandis idoneus. Mei vero particeps jam factus est, etiam ante, quam me videret, per eam, quam *Argeus* habet, dicendi facultatem. Itaque nihil nactus est praeclarius. Lucrum vero ipsi forte fuerit, urbes saepe videre, sicut & Ulyssi fuit. Te vero precor, ut veniam hujus fugae ipsi facias, neque indigneris, neque ut animum despondeat, efficias. Hoc enim tristitiam illi adferre potest, quam illis etiam saepe videmus impedimento fuisse, qui magno literarum amore ducuntur.

PRISCO.

Per labores illos quos eloquentiae apud nos impendisti, & commoda illa, quae ex laboribus istis percepisti, gratificare nobis adversus puellam illam, a qua epistolam hanc accipies. Est vero illa filia Patris, qui & ipse apud nos sudavit, gloriamque sibi ex arte sua peperit, nec minus nobis conciliavit. Novi quidem, te, quod fas est, etiam tacentibus nobis, facturum. Cum vero existimem, te majore cum voluptate id facturum, si literas tibi allatas videres, epistolam hanc non longam misi, persuasumque mihi habeo, te adversus illam *Priscum* illum fore.

ROMULIANO.

Literae tuae nobis inscriptae nos de te sermocinantes oppresserunt, verbis copiosis illis & ex multorum ore fluentibus. Multi enim praesentes

καὶ χεῖρα ὄρεγε, καὶ ποίει τὸ δίκαιον ἰσχυρότερον τῶν βιαζομένων καὶ νῦν, ὃ πολλάκις ἤδη σοι πέπρακται.

MXVII. ΠΑΤΡΙΑΡΧΑΙΣ.(1)

Οἶδα πολλὰ πραχθέντα Θεομνήστῳ τούτῳ, βουληθέντος ἐμοῦ. Ταύτας δὲ αὐτῷ τὰς χάριτας μέχρι τοῦ νῦν οὐκ ἀποδοὺς, εὗρον, ὅπως ἀποδοίην ἂν διὰ τῆσδε τῆς ἐπιστολῆς, ἣν ἐκεῖνος μὲν ᾔτησεν, ἐγὼ δὲ ἔδωκα, νομίσας οὐ παντάπασιν ἐμαυτὸν ἀμελεῖσθαι παρ' ὑμῖν. καίτοι τινες ἦσαν οἱ τοῦτο καὶ λέγοντες καὶ πειρώμενοι δεικνύειν. Ἀλλ' ἐμὲ τοῦτο πεισθῆναι τῶν ἀμηχάνων, μεμνημένον τῶν ἔργων τῶν ὑμετέρων, τῶν πολλῶν τε καὶ μεγάλων. Δότε δὴ χάριν, καὶ μὴ κινεῖτε γῆρας κεῖσθαι μᾶλλον ἢ πορεύεσθαι βουλόμενον, τὸ Θεομνήστου. Δεῖ δὲ ὑμᾶς οὐ δεδιέναι, μὴ πολλὰς αἰτήσω χάριτας, οὐ πολλὰς ἴσως ἡμέρας ἔτι βιωσόμενος. Εὔχομαι μὲν οὖν αὐτὸν τοῦ μείζονος τυχεῖν. τὸ δ' ἐστὶ μένειν. εἰ δέ ἐστι τὸ διακωλῦον, τόγε δεύτερον αὐτῷ, τάχιστα αὐτὸν αὖθις ἰδεῖν τὴν αὐτοῦ (2).

MXVIII. ΤΩι ΑΥΤΩι. (1)

Ὁ παῖς (2) σοι* (3) καὶ δυνάμενος μανθάνειν. Μετέσχε δὲ ἄρα μου, καὶ πρὶν ἰδεῖν, διὰ τῆς Ἀργείου περὶ λόγους ἰσχύος. ἐπὶ κάλλιον μὲν οὖν οὐδὲν ἀφῖκται. Κέρδος δὲ ἴσως αὐτῷ τὸ πολλάκις ἰδεῖν πόλεις, εἴπερ καὶ Ὀδυσσεῖ. Σὲ δὲ ἀξιῶ συγγνώμην ἔχειν αὐτῷ τοῦ δρασμοῦ, καὶ μήτε χαλεπαίνειν, μήτε ἀπορεῖν ποιεῖν. ὃ λύπην δύναται φέρειν, ἣν καὶ τοῖς σφόδρα λόγων ἐπιθυμοῦσιν ὁρῶμεν ἐμποδὼν γιγνομένην.

MXIX. ΠΡΙΣΚΩι.

Πρὸς τῶν πόνων, οὓς ἐπόνησας παρ' ἡμῖν, ὑπὲρ λόγων, καὶ τῶν καρπῶν, οὓς ἔχεις ἀπ' ἐκείνων τῶν πόνων, ποίησόν τι χρηστὸν περὶ τήνδε τὴν κόρην, παρ' ἧς λήψῃ τὴν ἐπιστολήν. Ἔστι δὲ παῖς πατρὸς καὶ αὐτοῦ παρ' ἡμῖν ἱδρώσαντος, κτησαμένου τε δόξαν ἐπὶ τῇ τέχνῃ, καὶ ἡμῖν πεισθέντος. Τὸ μὲν οὖν δίκαιον ὡς καὶ σιγώντων ἡμῶν [illegible] ἂν οἶδα. νομίζω δέ σε μετὰ πλείονος τοῦτο, ποιήσειν ἡδονῆς, καὶ γράμματα ὁρῶντα ἥκοντα, πέπομφα ταῦτα τὰ γράμματα οὐ πολλὰ, περὶ ἃ πιστεύω σε Πρίσκον ἐκεῖνον ἔσεσθαι.

MXX. ΡΩΜΥΛΙΑΝΩι.

Τὰ γράμματά σου τὰ πρὸς ἡμᾶς ἐν τοῖς περὶ σοῦ λόγοις ὄντας ἡμᾶς κατελάμβανε, πολλοῖς τε ῥέουσι, καὶ ἀπὸ πολλῶν στομάτων. Πολλοὶ γὰρ ἦσαν οἱ παρόντες καὶ παρα-

EP. MXVII. (1) Ita *Voss. Reg. max. Vatic.* B. & *Mutin.* A. in plurium numero. In superioribus aliquot exstant epistolae Πατριάρχῃ inscriptae, atque eodem numero hic quoque opus fuerit, si germana haberi debeat illa sequentis: τῷ αὐτῷ, quae in iisdem, quos dixi, codd. legitur. In Cod. *Vatic.* 943. habes τοῖς Ἀρχιερεῦσιν Ἀντιοχείας. (2) τὴν αὐτοῦ, *Voss.*

EP. MXVIII. (1) Desideratur haec epistola in *Regio max.* quae in *Voss.* & *Mutin.* A. exstat. (2) In *Voss.* ante vocem ὁ παῖς spatium est vacuum trium vocum; at in *Mutinensi* non est lacunae ullius indicium. (3) Post vocem σοι iterum in utroque codice lacuna est totidem vocum. Eam expleveris vel hac τῶν ἐμῶν λόγων, vel simili aliqua sententia.

προσκαθήμενοι * (1) τοῦθ᾽ ὅτι παιδείας κτώμενος, οὐ πέπαυσαι. Καὶ γὰρ τοῦτο ἔγνωμεν. Καὶ μὴν οἱ μὲν τὴν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀρετὴν ἐθαύμαζον, οἱ δὲ τὸ μήτε ἐπ᾽ αὐτὰς δραμεῖν, δεξάμενόν τε ἐκούσας ἀκολουθῆσαι τοῖς νόμοις. ὁ δέ τις τὸ οὐκ ἄρχοντα χρόνον ἐπῄνει. τὸ οὐκ εἰς τὸ λυπεῖν τινας τῷ τῶν ἀρχῶν ἀποχρώμενον. Ἀναγνωσθείσης δὲ τῆς ἐπιστολῆς, καὶ πολλάκις, ἦν γὰρ ἀξία τοῦ καὶ πολλάκις, ἅπαντες ἐμακάριζον σέ τε καὶ ἐμέ. σὲ μὲν, τοῦ τιμᾶν τοὺς περὶ λόγους πόνους, ἐμὲ δὲ, ὡς ὑπὸ τοιαύτης τιμώμενον κεφαλῆς. Ἀνθ᾽ ὧν δὴ τούτων ἀπολαύοις μὲν τῆς εὐνοίας τῶν Θεῶν, ἀπολαύοις δὲ τῆς τῶν θείων βασιλέων, πατρός τε καὶ παίδων, ὧν δεόμεθα τὸν φίλτατον ἡμῖν ἀποδοῦναι Ρωμυλιανὸν, καὶ ποιῆσαι πάλιν ἡμῖν τὴν πόλιν τῇ κείνου παρουσίᾳ βελτίω.

tes erant & adſidebant * altero vero id laudante, quod literarum ſtudia nunquam abjeceris. Id enim jam cognitum habebamus. Alii itaque tuam in magiſtratibus gerendis virtutem mirabantur, alii vero id, quod non per ambitum eos ſis conſectatus, delatos vero recipiens legum fueris obſervantiſſimus. Alius te ex eo tempore, quo magiſtratu non ſis functus, laudabat, alius ex eo, quod magiſtratu nunquam abuſus neminem offenderis. Lecta vero, & quidem ſaepius, illa epiſtola, (digna enim erat, quae ſaepe legeretur,) omnes & te & me laudabant: te quidem, quod operam in literis collocatam coleres, me vero quod a tanto viro obſervarer. Pro his itaque Deorum tu fruaris benevolentia, fruaris vero etiam illa Regum divinorum, Patris & filiorum, quos precamur, ut reddant nobis dilectiſſimum *Romulianum*, noſtramque civitatem illius praeſentia faciant feliciorem.

MXXI. ΜΕΓΕΘΙΩι.

Ἐν τῷ παιδὶ τοῦ σοῦ παιδὸς σέ τε κἀκεῖνον ὁρῶ, φέροντι νῦν μὲν γραμμάτων, νῦν δὲ τῇ μνήμῃ τὸ συντεθέν. ἀλλὰ καὶ κινῶν χεῖρας καὶ ὄμματα. καὶ εἰσιὼν, καὶ καθήμενος, καὶ ἀνιστάμενος, καὶ ἀπερχόμενος. καὶ καθέκαστον τούτων δεικνὺς μὲν τὸν φύσαντα, δεικνὺς δὲ τὸν πάππον, τὸ δὲ χαίρειν αὐτὸν τοῖς περὶ * (1) τοῦ πατρὸς μέν ἐστι βελτίων, τοῦ πάππου δὲ οὐ χείρων.

MEGETHIO.

In filii tui filio & te & illum conſpicio, nunc quidem commentationem aliquam afferente, nunc ex memoria aliquid recitante: Idem vero manus oculoſque movens, & ſalutans me, & ſedens, & ſungens, & abiens, ſingula haec, inquam, faciens, Patrem refert, & avum repraeſentat. Quod vero illis etiam gaudet, quae * in eo Patre quidem eſt melior, avo autem non deterior.

MXXII. ΔΟΜΕΤΙΑΝΩι.

Παρ᾽ οὗ λήψῃ τὴν ἐπιστολὴν, παῖς ἐστιν ἐμὸς, καὶ παῖς τῶν ἔτι φοιτώντων. Ἥκει δὲ καὶ ἀδελφὴ μετ᾽ αὐτοῦ. καὶ ταύτην ἐμὴν νόμιζε τὴν θυγατέρα. Πρόσεστι δὲ καὶ ὁ γήμας ἕτερος παῖς ἐμός. Σκόπει τοίνυν, ὅπως κἀκεῖνος κἀκείνη, καὶ Ἰουλιανὸς, ὁ τῇ γυναικὶ συνοικῶν, εἴσονται χάριν καὶ σοὶ, καὶ ἐμοὶ, τῶν μὲν γραμμάτων ἐμοὶ, σοὶ δὲ τῶν ἔργων.

DOMETIANO.

A quo hanc epiſtolam accipies, is filius meus eſt, & filius quidem ex diſcipulis meis. Venit vero etiam cum eo ſoror, quam itidem filiam meam eſſe putabis. Accedit autem, qui eam duxit, alius filius meus. Fac itaque, ut & ille, & illa, & *Julianus*, qui eam conjugem habet, & tibi & mihi gratiam habeant, mihi quidem de literis, tibi vero de factis.

MXXIII. ΑΙΑΚΩι.

Ἔδει μέν σε μὴ φιλεῖν μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐπεσταλκέναι. καὶ ταῦτα δυνάμενον εὖ τοῦτο ποιεῖν. Θαλασσίου δὲ, τοῦ πάντα ὄντος ἐμοὶ, κελεύοντος ἐπιστέλλειν σοι, καὶ λέγοντος, ὅτι μέγα τὸ πρᾶγμα ἡγήσῃ, χαριζόμενος ἀμφοτέροις, ἐπείσθην. Καὶ ταυτὶ μὲν ἥκει παρ᾽ ἐμοῦ πρὸς σὲ νῦν. Δεῖ δὲ καὶ σὴν παρ᾽ ἡμῖν ἐπιστολὴν ὀφθῆναι. ἀφορμὰς δὲ ἔχεις εἰς ἐπιστολὰς τὰ Βασιλέως καὶ βουλεύματα, καὶ ἔργα, καὶ κατορθώματα (1).

AEACO.

Te quidem nos non amare ſolum oportebat; ſed & ſcripſiſſe, inprimis ideo, quod illud egregie facere poſſis. *Thalaſſio* interim, qui omnia mihi eſt, ſcribere me ad te jubente, & dicente, praeclarum hoc tibi viſum iri, utrique gratificaturus, audiens fui. Itaque epiſtola haec tibi a me nunc venit. Fas vero eſt, ut & tuam nos videamus epiſtolam. Materiam vero ſcribendi tibi exhibent Regis & conſilia, & facta, & egregiae molitiones.

MXXIV. VA-

EP. MXX. * (1) Lacuna hic eſt integri fere verſus in *Voſſ.* & *Mutin.* A. in quo poſtremo pro ſequenti τοῦθ᾽ legitur οὐδ᾽ quod tanquam rectius hic expreſſi. Ex illo vero οὐ etiam colligas, quid forte hic ſcriptum fuerit. Quid ſi ſcribamus: οὐ μὲν σὴν οἵαν φύσιν ἐπαινοῦντος, *altero quidem ingenium tuum laudante, altero* &c. Ita enim noſtrum in ejuſmodi argumento alibi ſcribere memini. Deeſt haec ep. in *Reg. max.*

EP. MXXI. (1) In *Voſſ.* & *Mutinenſi* A. lacuna eſt integri fere verſus. Fortaſſe ſcriptum fuerit τοῖς περὶ τοὺς λόγους πόνοις. In limine enim laudatur ab eloquentiae ſtudio, & exercitiis eo relatis. Deeſt haec *epiſtola in Reg. max.*

EP. MXXIII. (1) κατορθώματα Philoſophi τῷ καθήκοντι opponunt, atque id quidem *perfectum*, hoc vero *commune officium* appellant, interprete *Cicerone* tum alias in libris de Finibus, tum de Officiis lib. I. cap. 3. ubi *Graevii* notae fuerint conferendae.

EP.

VARANI.

Amare te scripsisti quamvis non scribentem. Licet vero etiam amare, & non scribere; quandoquidem & ipse eo, quo non scribebas, tempore nos amabas, quod ipse profiteris.* Interim & te ipsum talem in me esse oportet, & cavere, ut nunquam veniam petere debeas, id saepe faciendo. Si vero saepe id feceris, solaberis hominem senem, magnaque tristitia oppressum. Tu vero inter felices es numerandus, qui ea indole sis praeditus, tali Patre natus, cum tali Rege verseris, vocemque ejus audias, & divinum vultum videas, denique vero labores, voluptatem illi afferentes, suscipias, pro quo vitam ipsam amittere lucro illi fuerit, qui hoc fecerit.

MXXIV. ΟΥΑΡΑΝΗι. (1)

Φιλεῖν (2) σε γέγραφας εἰ καὶ μὴ ἐπεστάλκαντα. ἔνι δέ που καὶ φιλεῖν, καὶ μὴ ἐπιστέλλειν. ἐπεί τοι καὶ αὐτὸς, ὧ οὐκ ἐπέστελλες χρόνον, ἐφίλεις, ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖς * (3). Δεῖ μέντοι καὶ αὐτόν σε τὴν αὐτὴν ἔχειν ἐμοὶ καὶ σκοπεῖν, ὅπως μηκέτι συγγνώμης δεήσῃ τῷ τὸ πολλάκις ποιεῖν. Ποιῶν δὲ τοῦτο πολλάκις παραμυθήσῃ ἄνθρωπον γέροντα ἐν λύπαις μεγάλαις κείμενον. Σὺ δὲ εὐδαίμων εἴ τις, καὶ τοιοῦτος μὲν ὢν τὴν φύσιν, τοιούτου δὲ ὢν πατρὸς, τοιούτῳ δὲ Βασιλεῖ συνὼν (4), καὶ φωνῆς τε ἀκούων ἐκείνης, καὶ πρόσωπον ὁρῶν τὸ θεοειδές. καὶ πονῶν πόνους ἐκείνῳ φέροντας ἡδονήν. ὑπὲρ οὗ καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὴν ἐπιδοῦναι, κέρδος τῷ τοῦτο ποιοῦντι.

PATRIARCHAE.

Quo longiori tempore infelicem vitam egit *Hilarius*, hoc magis uterque, & ille & ego, contristamur. Nihil igitur horum accidere debuisset, neque in urbibus tam multa de iis, quae facta sunt, dici. Quoniam vero in haec eum incidere oportuit, sinistrae id fortunae tribuendum est, quae hominem, alioquin prudentem, peccare coëgit. Neque enim tu, si nihil illi exprobrare potuisses, talem te adversus illum praebuisses, vir quippe talis, qui nemini male faciat, omnibus vero bene facere consueverit. Sis itaque Achilles adversus Telephum, & quae per iram fecisti mansuetudine corrige, efficeque, ut omnes dicant, te familiam apud nos principem male mulctatam instaurasse*. Adhuc itaque laetitiam, tunc apud omnes efflorescentem, videmus nunc in viris maturioribus & senibus, in pueris, uxoribus, liberis & servis: nam & servus dominum imitabatur. Rosae vero nobis etiam apparent, hinc & inde, tum vero superius volitantes, ex quibus quaedam ipsis genibus insident, motisque sub chlamyde cum decore dactylis ad inferiora feruntur. In ore vero omnium idque in tanta urbe unus est *Rufinus*, ejusque res: quid scilicet egerit, quidve dixerit, nunc curiis supplicans, nunc curiarum adsessores allocutus, aut eos, qui in docendo occupantur. Vota vero etiam faciunt foeminae, non contemtae, nec neglectae, nec abactae, sed mitibus mollibusque verbis exceptae. Hae inquam foeminae vota faciunt, ut eximii Regis favor tibi sit perpetuus, tuque urbium medicus ad nos aliquando revertaris, iterumque Daphnen obeas majori quam olim industria, cum accipitris instar nobis esses, pennarum ejus velocitatem imitatus;

MXXV. ΤΩι ΠΑΤΡΙΑΡΧΗι. (1)

Ὅσον χρόνον πράττει κακῶς Ἱλάριος, τοσοῦτον ἀμφότεροι λυπούμεθα, καὶ ἐκεῖνος, καὶ ἐγώ. Ἔδει μὲν οὖν μηδὲν τούτων συμβεβηκέναι, μηδὲ ἐν ταῖς πόλεσι πολὺν εἶναι λόγον τῶν γεγενημένων. Ἐπεὶ δὲ ἔδει τούτοις αὐτὸν περιπεσεῖν, πονηρᾷ τύχῃ, ἣ τὸν ἔχοντα ἄνθρωπον ἁμαρτάνειν ἠνάγκασεν. Οὐ γὰρ ἂν μηδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν τοιοῦτος ἐπεφήνεις περὶ αὐτὸν, ἀνὴρ φεύγων μὲν τό τινας κακῶς ποιεῖν (2), εἰωθὼς δὲ εὖ ποιεῖν. Γενοῦ τοίνυν Ἀχιλλεὺς Τηλέφῳ, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς ὀργῆς ἴασαι πρᾳότητι (3). καὶ δὸς ἅπασι λέγειν, ὡς οἰκίαν τὴν πρώτην τῶν παρ' ἡμῖν πολλῇ ζημίᾳ κατενεχθεῖσαν ὤρθωσας * (4). Ἔτι τοίνυν τὴν ἐν ἅπασιν ἡδονὴν ἀνθοῦσαν τότε νῦν ὁρῶμεν ἐν ἀκμάζουσιν, ἐν γέρουσι, παισὶ, γυναιξὶν, ἐλευθέροις, δούλοις. καὶ γὰρ δοῦλος ἐμιμεῖτο δεσπότην. Φαίνεται δ' ἡμῖν καὶ τὰ ῥόδα, τάτε ἔνθεν, καὶ ἔνθεν, τάτε ἄνωθεν πετόμενα, καὶ τούτων ταυτοῖς γόνασιν ἱζάνοντα, καὶ τοῖς ὑπὸ τῇ χλαμύδι μετ' εὐσχημοσύνης κινουμένοις δακτύλοις ἐπὶ τὰ κάτω φερόμενα *. Λόγος τε εἷς μόνος ἐν τῇ τοσαύτῃ πόλει Ῥουφῖνος καὶ τὰ τούτου. Καὶ τί μὲν ἔπραξε, τί δ' εἶπεν, ἢ πρὸς βουλὰς ἱκετεύσας, ἢ πρὸς τοὺς ὑπὲρ ταύτας ἐν ὁμιλίαις, ἢ πρὸς τοὺς ἐπὶ τῷ παιδεύειν καθημένους. Εὔχονται δὲ γυναῖκες οὐ παροφθεῖσαι, οὐδ' ἀμεληθεῖσαι, οὐδ' ἀπελαθεῖσαι, λόγων τε τυχοῦσαι πρᾴων τε καὶ ἡμέρων. Εὔχονται οὖν αἱ γυναῖκες, σώζεσθαι μέν σοι τὴν τοῦ γενναίου Βασιλέως εὔνοιαν, σώζεσθαι δὲ Βασιλεῖ τοὺς σοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ πόνους, ἐλθεῖν τε αὖθις ὡς ἡμᾶς τὸν τῶν πόλεων ἰατρόν.

EP. MXXIV. (1) Deest haec ep. in *Reg. max.* exstat autem post superiorem illam in *Voss.* (2) Sic scripsi pro φιλῶ, sicut mox ἐπεστάλκαντα pro ἐπεσταλκότι. (3) Vacuum hic in *Voss. Vatic.* B. & *Mutin.* A. spatium est trium circiter vocum. Interim sensus vel sic non admodum haeret. Fortasse scriptum fuit: μηκέτι συγγνώμην αἰτήσεις, *& veniam tibi fieri volebas.* sequitur enim: δεῖ μέντοι καὶ αὐτόν σε τὴν αὐτὴν (scilicet συγγνώμην) ἔχειν ἐμοὶ, καὶ σκοπεῖν, ὅπως μηκέτι συγγνώμης δεήσῃ. (4) *Varanes* hic Consul erat sub *Theodosio* Jun. A. D. 410. Vide *Jac. Gothofredi* Prosopographiam p. 390. ubi & nostri ad illum epistolam ait exstare in *Vatic.*

EP. MXXV. (1) Epistola haec in *Reg. max.* desideratur: est vero in *Voss.* (2) Forte legendum [illegible]. (3) Vide hic *Janum Brouckhusium* ad Propertium II. 1. v. 66. p. 83. (4) Post haec spatium vacuum est versus integri, in *Voss.* & *Mutin.* A. Mihi quidem non dubium est, epistolam Patriarchae inscriptam cum voce ὤρθωσας finisse, postea vero novam incipere, alii cuidam scriptam, cujus nomen cum ejusdem initio perierit. Legens quisque facile intellexerit, argumentum epistolae ad Patriarcham ab illo, quod postea agitur, longe esse diversum. Aut valde ego fallor, aut inscripta est *Rufino*, cujus nomen hic appellatur, ita quidem, ut paulo post sermo ad ipsum vertatur, atque ea de eo dicantur, quae de eodem in epistola ad *Aristaenetum* infra n. 1028. a nostro scribuntur. (*) Oedipo ad haec opus est.

(5) Vide

τερόν. ἀναβῆναί τε πάλιν εἰς Δάφνην (5) δευτέραν ἀκριβεστέραν, ὡς νῦν γε ἱέραξ ἡμῖν ἦλθε, τάχος δὲ πτεροῦ κείνου μιμούμενος, καὶ, τῷ πάσας ἐθέλειν ἰδεῖν ἐν βραχεῖ, τὸ μὴ πάσας ἰδεῖν κεκωλυμένος. Ταῦτ' οὖν τὰ διαφυγόντα (6) τῶν σῶν ὀφθαλμῶν τυχεῖν, καὶ μὴ τῶν ὀφθέντων ἐλάττω ἔχειν. Εἰ δὲ καὶ μετὰ τῶν ἀρίστων Βασιλέων οὐ πολὺς ἔρως τῇ πόλει, καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν τῶν σεσωκότων ἐρᾷν τὴν σεσωσμένην, τίς ἡμῖν ἴσος εἰς εὐτυχίας λόγον. Εἰ δ' οὖν τι καὶ μεῖζον τὰς θείας ἐκείνας κεφαλὰς ἔτι πείθοι μένειν, αὐτὸς ἡμῖν ἧκε, μεθ' ὁμοίου τοῦ δρόμου, καὶ δειχθῆναί με μάντιν ἀγαθόν. Οἶσθα γὰρ ἃ προεῖπον, ὅτι τὸν οὕτω ταχέως ἀπελθόντα, καὶ ταχέως ἡμῖν ἐπανήξειν οἴομαι. Ὅτι δὲ ἐλθὼν τῶν αὐτῶν μεταδώσεις οὐδὲν δεῖ πυθέσθαι τῶν μάντεων, δεικνυμένων τῶν ἐσομένων τοῖς ἤδη γεγενημένοις. Καὶ γὰρ ἕλξεις τῇ σαυτοῦ χειρὶ τὸν θρόνον, ἐγγύς τε μου καθίσαι ἐθελήσεις, ἡσθήσῃ τε ἐγγύθεν ὁρῶν τὰς πολιάς. θέλξεις τέ μου τὸν νοῦν τοῖς σαυτοῦ νοήμασιν. ἐγώ τέ σε θηράσω πάλιν κεκτημένον μὲν τὴν ἡμετέραν φωνὴν, φάσκοντα δὲ οὐκ ἔχειν. Ὃ δὲ ᾔτησα μὲν ἐν τῇ πόλει πολλάκις, ᾔτησα δὲ κἀν τῷ ποταμῷ τῷ πολλῷ μὲν τοῦ χειμῶνος, ὀλίγῳ δὲ νῦν, τοῦτο καὶ νῦν δέομαι δοθῆναί μοι. τίνων τε ἐγένου γονέων, καὶ τί ἐν τοῖς (7) διδασκαλείοις ἔργα δι' ὅσων πεπόρευσαι (8). Καὶ γὰρ εἰ πολλὰ τὰ βεβοημένα καὶ διδάσκειν οὐκ ὀλίγα δύναιτ' ἂν ὁ φίλος Θεόφιλος, ἀλλ' οὐδεὶς ἄλλος σοῦ περὶ τῶν σῶν γένοιτ' ἂν ἡμῖν διδάσκαλος. Ἐμὲ δὲ θεατρείων μὲν ἀπέστησε τὸ γῆρας. τὸ δὲ τῆς χειρὸς ἔργον οὐ προσαφείλετο. Μὴ νομίσῃς δὲ ἀδικήσειν λέγων τι περὶ σαυτοῦ καλόν· πολλοὺς γὰρ δὴ θαυμαζομένους ἄνδρας τοῦτο ποιήσεις.

tatus, atque adeo, cum omnem illam brevi tempore lustrare velles, omnem perspicere prohibitus. Illa itaque, quae oculos tuos tunc quidem subterfugerunt, oculis tuis subjici, nec illis, quae olim visa tibi sunt, deteriora haberi cupiunt. Quando vero, cum praestantissimis versans Imperatoribus, non magno in urbem amore ferri potes, nec mirum est, urbem servatam servatores suos amare, quis tandem nobis, ratione felicitatis, par tibi potest haberi? Quod si itaque majus aliquid divina illa capita adhuc moram facere compulerit, ipse tu simili cursu ad nos te proripias, meque idoneum vatem esse demonstres. Nosti enim, quae ego praedixerim, fore scilicet, me judice, ut cito ad nos revertaris. Nihil vero opus est, ut ex vatibus intelligamus, quod tu ad nos reversus eadem nobis sis largiturus, cum ea, quae jam praestita sunt, futurorum faciant fidem. Tu enim manu tua sedem movebis, mihique propior sedere voles, & canis meis conspectis delectaberis, meum vero animum cogitatis tuis delinies. Ego vicissim te consectabor, qui nostra eloquendi arte valeas, quamvis habere te neges. Quod vero petii in urbe saepius, petii vero etiam juxta fluvium, hyeme quidem amplum, nunc vero exiguum, hoc nunc etiam dari mihi velim; ut sciam, quibus natus sis Parentibus, quaeque in scholis versatus egeris. Quamvis enim multa ad nos sint perlata, & *Theophilus* amicissimus non pauca docere nos possit, nullus tamen rerum tuarum interpres te praestantior fuerit. Me quidem senectus a theatro abstraxit; neque tamen simul manus officium ademit. Cave putes peccaturum me, si quid praeclari de te ipse dixeris. Id enim exemplo multorum aliorum, quod admiramur, feceris.

MXXVI. ΙΑΣΙΩι. (1)

Πολλοὺς ἀδικουμένους ἔσωσεν ἡ σὴ δικαιοσύνη. βούλομαι δὲ προστεθῆναι τοῖς πολλοῖς ἐκείνοις καὶ τοῦτον Ἀσκληπιόν. καὶ πέμψαι γε τὸν Ἀσκληπιὸν πρὸς ἡμᾶς ἐπιστολὴν μηνύουσαν, ὡς οὐ μάτην ᾔτησε τὴν ἐμὴν ἐπιστολήν.

IASIO.

Tuum justitiae studium multos injuria adfectos vindicavit. His multis addi quoque velim hunc *Asclepium*, ut & ille mihi mittat epistolam, nunciantem, quod non frustra eam a me petierit.

MXXVII. ΓΕΜΕΛΛΩι. (1)

Δόμνος ὁ χρηστὸς ἐκ παλαιῶν χρόνων μοι φίλος ἔγημε (2) πολίτιν ἡμετέραν λαμπροῦ γένους. καὶ συμβαίνει δὴ τὴν τηθίδα τῆς γυναικὸς παρ' ὑμῖν διάγειν, ὄντων πραγμάτων, τῶν τοῦτο πειθόντων. Εἰδὼς οὖν ὅσος εἰμὶ παρὰ σοὶ Δόμνος, καὶ ὡς οὐκ ἂν φύγοις (3) δοῦναι χάριν αἴτιος ἐμοῦ, παρὰ τῶν ἐμῶν χειρῶν ἐλθεῖν (4) εἰς

GEMELLO.

Domnus, vir optimus, & a longo tempore mihi amicus, civem quandam nostram, illustri gente ortam, uxorem duxit. Accidit nunc, ut amita uxoris apud vos degat, negotiis quibusdam id postulantibus. Cum igitur norit *Domnus*, quantum apud te valeam, quodque, me petente, beneficium non sis denegaturus, voluit, ut literae ex meis manibus ad tuas venirent.

(5) Vide infra ad ep. 1028. not. 2. (6) Post διαφυγόντα in *Voss.* & *Mutin.* A. spatium est vacuum trium quatuorve vocum. Si verbum ἐθέλοντι addas, de sensu sat constiterit. (7) Sic scripsi pro νέοις τοῖς, quod est in *Voss.* (8) Ex his patet, Libanium de Rufino vel scribere vel dicere instituisse, quam in rem ab ipso quaedam doceri volebat, quae aliis non admodum cognita esse poterant. Hic vero novum habeo conjecturae meae argumentum, epistolam hanc, quae cum illa ad *Patriarcham* male coaluit, ad Rufinum scriptam fuisse. Fulcit me porro ep. 1029. ad *Brasidam*, quem precatur, ut ex *Rufino* quaedam de rebus ipsius cognoscat, sibique perscribat.

EP. MXXVI. (1) Fortasse scribendum erat Ἰασίωνι, quem olim commilitonem suum fuisse testatur & praeclare laudat *Libanius* in Vita sua p. 5.

EP. MXXVII. (1) Latine apud *Zambicarium* lib. III. ep. 318. ubi in epistola ipsa male & repetita quidem vice legitur *Dominus*. (2) Sic *Casanatens.* ἄγει με *Reg. max.* (3) ὡς οὐκ ἂν φύγοις, *Reg. max.* ὡς οὐκ ἀμφοῖν, *Casanat.* Utriusque ope hanc lectionem, quam vides, veriorem judico.

(4) ἐλθεῖν

rent. Eas igitur promisi, nec frustra eum esse volui. Fas enim est, ut, dum potes, & recte potes, & *Beronicae* domus tua sit perfugio, & *Domno*, viro probo & honesto ex hac epistola gaudium nascatur.

(4) εἰς τὰς σὰς ἐβαλλίσθη γράμματα, καὶ ὑπεσχόμην, καὶ οὐκ ἠμέλησα. Δεῖ γὰρ δὴ σὲ δυναμένῳ καὶ δυναμένου γε δικαίως Βερονίκῃ (5) τι τὸν σὸν οἶκον γενέσθαι καταφυγὴν καὶ Δόμνῳ τῷ καλῷ τε κἀγαθῷ διὰ τῆσδε τῆς ἐπιστολῆς (6) ἡδονήν.

OPTATO.

Et tu filius meus es multis nominibus, & *Priscianus* quod ad literas. Necesse vero est, ut Pater ego gaudeam, si vobis invicem amici sitis, re vero aliter habente, contrister. Tu vero me quidem gaudere, quam tristari, malis. Multa enim ejusmodi & a Patre & a matre tua mihi sunt praestita. Auspicatissimum itaque fuisset, si omni tempore concordia inter vos valuisset. Quoniam vero daemon inimicitia gaudens id, quod illi est contrarium, tollere potuit, deteriora illa tandem aboleantur, & meliora praeferantur. Tu vero, si nihil aliud respicias, meae tamen senectutis habens rationem, fac, ut *Priscianus* apud suos commorari, suisque filiis felicitatem hanc exponere possit. Ne vero mireris, quod, multis aliis praetermissis, ad meam confugerit epistolam. Neque enim ignorabat ille, quo ego apud te loco sim, & quod tantus tuus in me favor sit, quantus in alium neminem.

MXXVIII. a. ΟΠΤΑΤῼ.

Καὶ σὺ παῖς ἐμὸς πολλαχόθεν καὶ Πρισκιανὸς κατὰ τοὺς λόγους. Ἀνάγκη δὲ τὸν πατέρα ἐμὲ φιλίας μὲν οὔσης ὑμῖν χαίρειν, τούτου δὲ οὐκ ὄντος ἀνιᾶσθαι. Σὺ δέ με χαίρειν ἂν μᾶλλον, ἢ λυπεῖσθαι βούλοιο. Καὶ γὰρ τῷ πατρί σου πολλὰ τοιαῦτα καὶ τῇ μητρὶ πέπρακται. Τύχης μὲν οὖν ἦν βελτίονος, δι᾽ ὁμονοίας ὑμᾶς πάντα ἐληλυθέναι τὸν χρόνον. Ἐπεὶ δὲ ὁ τοῖς ἐναντίοις χαίρων δαίμων ἴσχυσε παῦσαι τἀναντίον, τὰ χείρω μὲν λελύσθω, τὰ βελτίω δὲ κρατείτω. Σὺ δέ, εἰ μηδὲν ἄλλο, τὸ γῆρας τοὐμὸν τιμῶν, ποίησον τοιαύτην Πρισκιανῷ τὴν ἐπιδημίαν, ὡς αὐτὸν καὶ πρὸς τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτοῦ τοῦτο διηγεῖσθαι τὸ καλόν. Μὴ θαυμάσῃς δέ, εἰ πολλοὺς ὑπερβὰς ἐπ᾽ ἐμὴν ἥκει ἐπιστολήν. Οὐ γὰρ ἠγνόει, τίς ποτε ἐγὼ παρὰ σοί, καὶ ὡς ἔχω τοσοῦτον, ὅσον οὐδεὶς ἕτερος.

ARISTAENETO.

Jocari liceat Praefecto, eique Praefectis omnibus per omnia superiori, suisque sermonibus ipsis Daphnes fontibus, arboribus etiam pulchris & proceris, diversoriorumque elegantiae praeferenti. Ille vero laudet me, & praedicet, & eloquentiae mihi coronam imponat. Laetor equidem ita honoratus, neque tamen mei ipse sum nescius, neque inflor, nec efferor; sed ut literarum amans & laborum patiens, novi, qui sim, certe non tantus, quantum esse ait *Rufinus*, justitiae studiosus, quique in penetralibus ejus & manibus sit educatus. Unde idem & familiam cujusque, & urbes, & gentem, & terram, & mare potest servare. Mihi vero ille his laudibus condecorare me videtur, non sine Deorum nutu, qui fluctus illos decumanos viderint, quibus longo jam tempore agitor, quique adeo velint, esse aliquid, quod ad ferenda illa me compellat. Viderunt scilicet illi, hoc unum solatium mihi adferre posse, si ita de nobis judicaret vir, Diis quidem inferior, at hominibus praestantior. Gaudeo itaque, cum

MXXVIII. b. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤῼ. (1)

Ἐξέστω παίζειν ὑπάρχῳ, πάντων ὑπάρχων διὰ πάντων κεκρατηκότι, καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις τιθέντι μέν με παρὰ τὰς τῆς Δάφνης (2) πηγάς, τιθέντι δὲ παρὰ τῶν δένδρων τῶν καλῶν καὶ μεγάλων, τιθέντι δὲ παρὰ τὸ κάλλος τῶν καταγωγίων. Ἀλλ᾽ ὁ μὲν ᾀδέτω τέ με καὶ ἐγκωμιαζέτω, καὶ χαριζέσθω στέφανον τὸν (3) ἀπὸ τῶν ῥημάτων. Ἐγὼ δὲ χαίρω μὲν τούτοις τιμώμενος, οὐ μὴν ἀγνοῶ γε ἐμαυτόν, οὐδὲ φυσῶμαι (4) καὶ μετεωρίζομαι. ἀλλὰ φιλόλογός τε καὶ φιλόπονος οἶδα, τίς ὤν, ὅπως γε μὴν τοσοῦτον, ὅσον εἶναί φησιν ὁ τῆς δίκης ἑταῖρος Ῥουφῖνος (5), ὁ τραφεὶς ἐν τοῖς ἐκείνης καὶ τεμένεσι καὶ χερσίν. ὅθεν αὐτῷ καὶ τὸ δύνασθαι σώζειν οἶκόν τε ἕκαστον, καὶ πόλεις, καὶ ἔθνος, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν. Καί μοι δοκεῖ τούτοις με κοσμεῖν τοῖς ἐπαίνοις ἐκεῖνος οὐκ ἄνευ θεῶν, τῶν εἰδότων μὲν τὰς τρικυμίας, αἷς πολὺν ἤδη χρόνον ἐλαύνομαι, βουλομένων δὲ εἶναί τι καὶ τὸ πεῖσον τὰ τοιαῦτα φέρειν. Εἶδον (6) οὖν, ὡς μόνον ἂν ἐνέγκῃ τοῦτο παραμυθίαν, εἰ

(4) ἐλθὼν omittit *Casanatens.* (5) Non dubito, idem hoc esse nomen quod nunc Βερονίκη, nunc Βερενίκη, nunc Βερνίκη à Graecis effertur, quasi Φερενίκη. Vide *Curas* nostras ad *Actor.* XXV. 13. Imo *Voss.* diserte habet Βερενίκῃ: nec aliter versio *Zambicarii.* (6) διὰ τῆς ἐπιστολῆς, *Casanatens.*

EP. MXXVIII.b. (1) Vid. *Richardi* epistolas p. 22. ex *Vatic.* ex quo epistolam hanc Graece dederat *Lambecius* in Commentar. de Biblioth. *Vindobon. Aristaeneto* inscribitur in *Vatic. Vindobon. Reg. max. Voss. Medic.* B. *Barocc.* 9. At in *Bodlejano* alio *Rufino*, sed ab alia manu, quae *Aristaeneti* nomen, ibi primum scriptum, cum *Rufini* illo permutaverat. *Rufino* tamen etiam *Mutin.* C. inscribit. In causa puto esse, quod *Rufini* nomen in ipsa hac epistola legitur. Interim nihil obstat, quo minus haec omnia de Rufino ad Aristaenetum sint perscripta. Taceo, ex calce epistolae patere, ad eum esse scriptam, ad quem alias frequentius noster scribere consueverit, quod de *Rufino* non dixeris. (2) Daphnen, Antiochiae suburbium intelligit, nemore quodam illustre. Videatur nostri Monodia super Apollinis Daphnaei fano in hoc suburbio exusto Tom II. n. VI. (3) *Vatic.* τῶν male, & invitis ceteris codd. omnibus. (4) φυσιοῦμαι *Medic.* S. Paulus saepe φυσιοῦμαι. (5) Non dubito, hunc esse *Rufinum* illum, qui sub Constantio Aug. Apparitionis Praefecturae Praetorianae Princeps fuit. Vide *Ammian. Marcell.* XVI. 8. (6) εἶδον, vidit, codd. omnes. Sed non dubito legendum esse, ἴδον, ut ad Deos ante appellatos respiciatur, qui id viderint, & consuli Libanio voluerint. Cum hac epistola *Reg. max.* desinit, ubi etiam manu Graeculi alicujus recentiore additur: εἴληφα σὺν ἐπιστολῇ τοῦ Ἀφθονίου ἐμοῦ εἶναι. At in Cod. *Voss.* praeter illas duae sequentes leguntur.

εἰ τοιαῦτα ψηφίζοιτο περὶ ἡμῶν ἀνὴρ, θεῶν μὲν ἧττον, ἀνθρώπων δὲ ἀμείνων. Καὶ χαίρω μὲν αὐτὸν ἀκούων συνεῖναι τῷ βασιλεύειν εἰδότι, εὔχομαι δὲ αὖθίς τε ἰδεῖν, καὶ συνουσιῶν ἀπολαῦσαι τῶν ἴσων. Καίτοι χαλεπόν γε κρατῆσαι τοσούτων νοσημάτων, ὧν καὶ πολλοστὸν μέρος ῥᾳδίως ἄν με ἀπήνεγκεν, ὃ δὴ καὶ τὴν πυκνότητα τῶν γραμμάτων ἔπαυσε. Σοὶ μὲν γὰρ ἥδιστ' ἂν καὶ καθημέραν ἐπέστελλον, ἰατροὶ δὲ ἐβόων, ὡς εἰ μὴ σιωπῇ διάγοιμι, καὶ πλείω καὶ μείζω ποιήσω τὰ κακά.

eum praesentem esse imperandi peritissimo, opto vero, ut eundem denuo videre, & eadem consuetudine frui mihi liceat. Ceterum difficile mihi accidit, tam graves morbos superare, quorum magna pars fere me e medio sustulit, atque adeo literarum frequentiam prohibuit. Tibi sane etiam quotidie libentissime scripsissem; Medici vero clamarunt, me nisi silentio litarem, mala mea & plura & majora esse facturum.

MXXIX. ΒΡΑΣΙΔΑι.

Μεγάλα μεγάλοις ὁ μέγας Ῥουφῖνος προσέθηκε τοῖς, ὅτε τὸ πρῶτον εἶδέ με, πραχθεῖσιν, οὐ προσδοκηθεῖσι, τἀπὶ τῆς καταγωγῆς. ὧν τὰ μὲν ἦν πρῶτα, τὰ δὲ δεύτερα, τὰ δὲ τρίτα τῆς αὐτῆς τιμῆς τε καὶ ἰδέας. Καὶ δὴ καὶ τὰ νῦν ἐκείνων οὐ λείπεται, μᾶλλον δὲ καὶ νικᾷ καὶ παρέρχεται. Οὐ γὰρ ἴσον οὐκ ἴσον, ὁρώμενον φίλον ἐπαινεῖν (1), καὶ διὰ τοσούτου τοῦ μέσου, καὶ συνόντα κοσμεῖν ἢ πολὺ διεστηκότα. Ἦν μὲν γὰρ ἐλπὶς (2) τοῖς πολλοῖς * (3) γενόμενος ἂν παρὰ τῷ γενναίῳ Βασιλεῖ καὶ μεθ' ὑμῶν, οὐ σφόδρα τῆς ἐμῆς ἐξέσεσθαι (4) μνήμης. Ὁ δὲ τοὺς περὶ ἐμοῦ λόγους διὰ πάσης μὲν ἐφύτευσε τῆς ὁδοῦ καὶ πόλεων, καὶ σταθμῶν μειζόνων τε καὶ ἐλαττόνων. Ταυτὸν δὲ ποιεῖ καὶ παρ' ὑμῖν, ὡς αὐτός τε δηλοῖς, καὶ πολλοὶ πρὸ σοῦ, καὶ μετὰ σοῦ, πάντα ἐλάττω τιθεὶς, ὧν εὗρεν, ὥς φησιν, ἐν (5) ἐμοί. Ἐμοὶ δὲ πολλαὶ μὲν ἀπὸ πολλῶν τῶν νοσημάτων αἱ προσβολαὶ, μετὰ τὴν ἡμέραν (6), ἐν ᾗ τὸν ἄνδρα προπέμψας ἀνέστρεφον, καὶ ἑκάστη πειρωμένη κατενεγκεῖν. Σύμμαχον δὲ πρὸς ταῦτα ἓν μόνον καὶ φάρμακον ἡ παρ' ἐκείνου τιμὴ, καὶ τὸ ἀνέχον τοῦτό ἐστι. ᾯ βούλομαι μὲν ἀμοιβήν τινα ἀντεισενεγκεῖν, κεκώλυμαι δὲ τῷ μὴ τῶν πραγμάτων, ὅσα ὑμεῖς ἐπίστασθε, εἰδέναι. Βοηθήσατ' οὖν οἱ εἰδότες τῷ οὐκ εἰδότι, καὶ γράψαντες ἀποστείλατε, καὶ φεύγοντα τὴν τούτων διδασκαλίαν τὸν ἄνδρα ἐπαναγκάζοντες (7). Δεινὸν γὰρ, εἰ πάντων ὄντων καλῶν τε καὶ θαυμαστῶν καὶ τῆς αὐτῆς ψυχῆς τε καὶ φύσεως, τὰ μὲν εἰρήσεται, τὰ δὲ οὐκ εἰρήσεται, καὶ τὰ μὲν φαίνοιτο, τὰ δὲ λανθάνοι (8).

BRASIDAE.

Magna magnis magnus *Ruffinus* cumuli instar addidit, illis scilicet in me, cum primum videret, praestitis, nec a me exspectatis, ea, quae inter comitandum facta sunt, jungens. Nam & prima eorum, & secunda, & tertia quoque eundem honorem mihi habebant. Praesentia quoque haec illis adeo non sunt inferiora, ut ea etiam vincant, imo longissime superent. Dissimile enim non est simile, nempe hinc amicum visum laudare, idque tanto interjecto intervallo, hinc praesentem honorare, longiusque remoto idem praestare. Multi enim verebantur, fore, ut ubi apud Regem Optimum & vobiscum futurus esset, mei memoriam non admodum servaret. Ille vero sermones de me ubique in toto illo suo itinere, per urbes stationesque majores & minores dispersit. Idem vero facit etiam apud vos, (quod & ipse testaris, & multi alii tum ante te, tum una tecum,) omnia minoris aestimans, quam quae apud me, quod ait, invenerit. Ego vero multos ex multis morbis passus sum insultus, ex eo die, quo virum illum comitatus huc redii, unoquoque impetu interitum mihi minante. Contra haec vero honor ab illo mihi habitus opem mihi & solatium ferebat, insultusque illos cohibebat. Illi vero vices referre vehementer velim, eo autem prohibeor, quod res ejus, quas vos scitis, non adeo cognitas habeam. Vos igitur, qui eas scitis, succurrite nescio, & per literas nunciate, virum ipsum, etiam invitum, eas ut doceat, cogentes. indignum enim foret, si, cum omnia egregia sint & admiranda, & ab eodem animo ac indole profecta, alia quidem dicantur, alia vero non dicantur, alia praedicentur, alia lateant.

MXXX. ΕΥΤΡΟΠΙΩι.

Ἀμφότεροι παῖδες ἐμοὶ, ὅτε ἄρχων καὶ ὁ (1) * καί εἰσιν εὐδαίμονες, ὁ μὲν * (2) ὁ δ' εἰς τοῦτο τούτῳ χρώμενος. Ὑμῖν μὲν οὖν οὖσιν ἀγαθοῖς ὑπάρξει καὶ τὸ

EUTROPIO.

Utrique filii mei sunt, & imperans * utrique. etiam sunt felices; ille quidem * hic autem eodem ad hoc ipsum utens. Vobis itaque, cum boni sitis, prospera quoque fortuna adfuerit.

Saepe

EP. MXXIX. (1) οὖν quod est in *Voss.* omittit *Vatic.* B. Mihi quidem tota haec sententia καὶ διὰ τοσούτου τοῦ μέσου pertinere potius videtur ad sequentia, ἢ πολὺ διεστηκότα. Libanii haec mens est: aliud esse, amicum praesentem laude & honore prosequi; aliud vero idem praestare absenti, & longo locorum intervallo sejunctum. (2) ἐλπὶς καὶ, *Vatic.* B. (3) Post πολλοῖς in *Voss.* spatium vacuum est trium circiter vocum, nec minus in *Mutin.* A. at in *Vatic.* B. integri fere versus. Quod ad sensum suffecerit, si post πολλοῖς legatur ὅτι Ῥουφῖνος ὁ καλός. (4) Sic *Vatic.* B. ἐξέσται, *Voss.* male. (5) ἐν deest in *Vatic.* B. (6) ὑμετέραν, *idem.* (7) *Vatic.* B. pro εἰσαναγκάζοντες, *Voss.* (8) Ex his manifestum est, Libanium Rufino panegyricum destinasse. Conf. supra ad ep. 1025. not. 10.

EP. MXXX. (1) In *Reg. max. Voss.* & *Mutin.* A. spatium est vacuum integri fere versus. Non dubito ego, post καὶ ὁ addendum esse ἀρχόμενος, subditus; quae vero praeterea desint, non facile dixerim. (2) Et hic in dictis Codd. lacuna est unius vel duarum vocum. Fortasse deest, ὅτι ἀγαθός, vel δίκαιος. Mox enim sequitur: ὑμῖν μὲν οὖσιν ἀγαθοῖς; quod effecturum sit, ut & ipsi, utrique illi similes, prospera fortuna utantur.

(3) Pro-

Saepe enim illa ea curat, quae justa sunt. Me vero malorum copia, & maxime, quod eorum est praecipuum, mortem in votis habere jussit, & jubet. Illud enim adeo perpetuum est, ut & Dii ipsi moleste ferre videantur.

ANDRONICO.

Putabam te a criminatione illa destitisse, per quam brevitatem literarum mihi exprobras. Tu vero dicam hanc scribere pergis, &, quod sycophantae maxime facere solent, non scribendi solum brevitatem mihi vitio vertis, sed & aliud inde accusationis caput conficis, sublati mei in te amoris argumentum ex ea capiens. Age itaque per Jovem, si quis inimicorum tuorum longam forte ad te epistolam scripserit, utrum, cetera injuriam passus, illius longitudinem sublatae inimicitiae notam faceres, an potius ex factis de moribus ejus judicium ferres, literas autem ludificationis loco haberes? sicut enim, o bone, longa epistola non est amoris effectus, ita nec brevis inimicitiae est argumentum. Tu porro etiam id, quod ille quem nosti, tecum non libenter in gratiam rediit, mihi imputas, & hac quoque ratione me calumniaris. Neque enim ego adhortandi, nec ille irascendi finem fecit: cujus rei tu quidem causa es, non quod injuria eum affeceris, quod primum fecisse videbaris, sed quod suspicionem hanc a te amoliri neglexeris. Ille vero tunc quidem contemnens, nunc vero se defendens, tunc se ipsum condemnasse, nunc vero magistratui suo aliquid dare videtur. Agamemnon sane, & in ceteris, ut videtur, & in eo speciatim aequum se praestitit, quod Ulyssem ab Achille, non persuaso reversum, neque id diffitentem, minime ob sermones suos redarguit, quasi noluisset Achillem offensum sibi facere commilitonem. Vos vero, quod ille molliorem se non praestat, imputatis interpreti, quem tamen *Cleomenes*, a te observatus & cultus, persuasione feliciter fungi non patitur, Tu vero putas, te, Gygis quasi annulo usum, omnia occulte agere. Enimvero haec omnia in

τ τύχῃ. Μέλει γὰρ αὐτῇ πολλαχοῦ καὶ τῶν δικαίων. Ἐμοὶ δὲ τὸ πλῆθος τῶν κακῶν, καὶ μάλιστα δὲ τὸ κεφάλαιον (3) αὐτῶν ἐν εὐχῇ τὸν θάνατον καὶ πεποίηκε, καὶ ποιεῖ. καὶ οὕτω συνεχὲς τοῦτό ἐστιν, ὥστε μοι δοκοῦσιν οἱ θεοὶ καὶ ἐνοχλεῖσθαι.

MXXXI ΑΝΔΡΟΝΙΚΩι. (1)

Ὤμην σε πεπαυκέναι τῆς κατηγορίας, ἣν, ὅτι σοι βραχέα γράφω, κατηγορεῖς. Σὺ δ᾽ ἔχῃ τῆς γραφῆς, καὶ καθὰ τοὺς ἄγαν συκοφάντας οὐκ αὐτὸ μόνον ἐγκαλεῖς τὴν βραχυλογίαν, ἀλλ᾽ ἐποίησας αὐτὴν ἕτερον ἔγκλημα τεκεῖν, σημεῖον εἶναι ταύτην λέγων τοῦ καὶ τὴν φιλίαν μοι τὴν πρὸς σε κεκινῆσθαι. Φέρε δὴ πρὸς Διός, εἴ τις (2) τῶν πάνυ σοὶ δυσμενῶν ἐπέλθοι πέμψαι σοι μακρὰν ἐπιστολήν, τὸ μῆκος τοῦτο λύσιν τῆς δυσμενίας θήσῃ, κἂν τἄλλα πάσχῃς (3) κακῶς, ἢ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ κρινεῖς τὸν τρόπον, τὰ γράμματα δὲ χλευασίας οἴσῃ (4). Ὥσπερ γὰρ (5), ὦ 'γαθέ, μῆκος ἐπιστολῆς οὐ φιλίας ἔργον, οὕτως οὐδὲ βραχύτης σημεῖον ἔχθρας. Σὺ δέ με καὶ τοῦ (6) μήπω σοι τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον διαλλάχθαι πειθόμενος αἰτιᾷ (7), κἀνταῦθα συκοφαντῶν. Οὔτε γὰρ ἐγὼ λέγων (8), οὔτ᾽ ἐκεῖνος πέπαυται τῆς ὀργῆς. αἴτιος δὲ σὺ οὐκ ἀδικήσας μὲν αὐτόν, ἅπερ ἐνομίσθης (9) πρότερον, ὀλιγωρήσας δὲ τοῦ τὴν ὑποψίαν ἀνελεῖν. ὁ δὲ τότε μὲν ὑπεριδών, νῦν δὲ ἀπολογούμενος, τότε μὲν αὐτοῦ κατεγνωκέναι δοκεῖ (10), νῦν δὲ τὴν ἀρχὴν κολακεύειν. Ὁ δὲ Ἀγαμέμνων (11) τά τε ἄλλα ἦν, ὡς ἔοικεν ἀγαθός, καὶ ὅτι τὸν Ὀδυσσέα παρ᾽ Ἀχιλλέως ἥκοντα, οὐ πεπεικότα, καὶ τοῦθ᾽ ὁμολογοῦντα, οὐδαμοῦ μέμφεται τῶν ἐπῶν, ὡς οὐ βουληθείη σύμμαχον αὐτῷ τὸν ἀχθόμενον ἀγαγεῖν. Ὑμεῖς δ᾽ ὅτι ἂν μὴ οὗτος (12) ἐνδῷ, μέμφεσθε (13) τὸν πρεσβευτήν. ὃν οὐκ ἐᾷ πιθανὸν εἶναι Κλεομένης ὑπὸ σοῦ θεραπευόμενος. Σὺ δ᾽ οἴει μετὰ τοῦ δακτυλίου τοῦ Γύγου (14) πάντα δρῶν λανθάνειν. Τὰ δὲ ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης, καὶ μέσῃ τῇ πόλει, καὶ ταύτῃ μεγάλῃ γίνεται,

(3) Procul dubio dolorem ex capite κεφάλαιον, palmarium morbum appellat, de quo tam frequenter queritur.

Ultima haec est *Libanii* epistola, in *Voss.* & *Mutin.* A. quae in *Voss.* in cunei formam desinit. In calce ibidem ab eadem vetere manu haec leguntur scripta: ἐπιστολαὶ τοῦ Λιβανίου χίλιαι εἴκοσι καὶ μία, i. e. Epistolae Libanii MXXI. At in *Mutinensi* A. post illam, quae non minus ibi, quam in *Voss.* est ͵αϛʹ, legitur alia ͵αϛʹ ʹ *Caesario* inscripta, cujus hoc est initium: Εἰ μὲν καὶ γράφων, κ. τ. λ. Sequuntur vero ibidem aliae Libanii plures, quarum ultima est φεγ. Eas in sequentibus exhibebimus.

In posterum describemus eas Libanii epistolas, quae alio *Codice Regio Parisiensi*, quem Ill. *Fredericus Rostgardus* ibidem descripsit, continentur. Exstat ille secundum antiquum ordinem num. 3280. secundum novum autem n. 2959. & appellari solet *Codex niger*, quo nomine eum in superioribus, varietates lectionum adferentes, aliquoties insignivimus. Ex eo itaque habe sequentes.

EP. MXXXI. (1) Vide *Centuriam* meam p. 118. seqq. ex *Barocc.* (2) *Barocc.* εἰ γὰρ, *Cod. niger*, & *Medic.* A. (3) πάσχοις, *Medic.* (4) οἴσεις, *Barocc.* In nostra lectione consentiunt duo illi, quos dixi, & *Vatic.* A. B. (5) ὡς, *Medic.* (6) ἐν δὲ μοι μήπω *Barocc.* Nostrum habet *Vatic.* A. B. Pro τοῦ male τὸ *codex niger.* (7) ὑμᾶς αἰτιᾷ, *Medic.* quia scilicet antea non habebat με. (8) Malui olim λέγων, ob sequens ἐγὼ. At nunc nihil muto, cum codd. omnes consentiant, & linguae ratio ferat. Φθέγμα plena est: οὔτε γὰρ ἐγὼ λέγων πέπαυμαι. Sensus est, Libanium in sermonibus suis semper urgere conciliationem. (9) ἐνομίσθην, *Medic.* (10) δοκεῖ, *Medic.* rectius. (11) Exponit rem *Homerus* Iliad. ι. Adde *Drelincurtii* Achillem Homericum, & *Baylii* Dictionarium Historicum Tom. I. p. 53. seq. (12) Sic *Medic.* μὴ οὗτος *Vatic.* A. B. neutrum vero habet *codex niger*, sed simpliciter ὅτι ἂν ἐνδῷ. Graeci dicunt ἐνδοῦναι, & plenius ἐνδοῦναι μαλακὸν vel μαλθακόν τι, de eo, qui molliorem se praebet. Vide *Ludolphum Kusterum* ad Aristophanis Plutum v. 988. Adde *Euripidis* Helenam v. 515. & *Herodotum* in Thalia c. 105. Si *Codicis nigri* lectionem sequi velis, vertendum fuerit: *quicquid inde natum fuerit.* Sed praestat prius. (13) μέμφεσθαι, *Medic.* male, sicut paulo ante ὑμᾶς. (14) *Gygis annulus* ad varia accommodatur; hic vero respicitur ad occultationem, quam ope annuli Gygis fieri potuisse nogunt. Vide nostrum Orat. XV. p. 435. Herodotum lib. I. & Ciceron. II. de Offic. *Erasmi* item Chiliadas. p. 98. & *Kirchmannum* de Annulis.

(15) ob

νεται, καὶ ὅθεν ἕτοιμον ἀρθῆναι φήμην. Εἰ δ' οὐκέτι ταῦτα ποιεῖς, ἀλλ' ἐποίεις γε. Καὶ δοκεῖς αὐτὸς μὲν (15) τούτων ἐπιθυμεῖν, ὕβρει δ' Κλεομένους ἐκβεβλῆσθαι, καὶ δεῖν, ἐκεῖνόν σοι δοῦναι δίκην, ἢ σε παρ' αὐτῷ εὐδοκιμεῖν. Ἀλλὰ τὴν μὲν δυσκολίαν ἐφέρομεν (16), εἴ τε ὡς ἁμαρτόντες, εἴτε ὡς ἀτυχοῦντες. Ἐπεὶ δέ σου γράμματα ἀκριβῶς φιλοῦντος (17), καὶ τὸ μὲν οὐ τὸ σαυτοῦ σκοποῦντος, καὶ δὴ καὶ οὕτω ποιήσομεν. Ἀρχέτω (18) μὲν ὁ βουλόμενος παρ' ὑμῖν, ἡμῖν δὲ τῆδε καὶ ἄρχειν τοῦ ἡδίων (19), εἰ καὶ πάντες ἡμῖν ἀφίστανται τῆς ἀρχῆς. Ὁ βασιλεὺς δὲ γράφων τιμᾷ μὲν, ἀναστήσει δὲ ἥκιστα. Κίνδυνος γὰρ ἡμῖν καὶ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν. Οὕτω μία σωτηρία τῷ σώματι τὸ ἡσυχάζειν. Κληματίος δὲ ὅσπερ (20) κάμνοντι παρῆν, καὶ ἀπαγγεῖλαι δύναιτ' ἂν αὐτό τε τοῦτο, καὶ ἄλλα (21) πολλά τε καὶ ποικίλα.

in medio orbe, urbe media, eaque magna aguntur, unde fama facile disseminari possit. Si vero haec non amplius facis, certe antea fecisti. Tu quidem ipse optare haec videris, *Cleomenis* autem contumelia averti; atque adeo illum potius poenas tibi dare, quam te favorem ejus consectari oportet. Tulimus interim hanc tuam morositatem, sive ut peccantes in aliquo, sive ut infeliciores. Cum vero nunc quidem literae tuae te insigniter nos amare, & nostra potius quam tua commoda spectare testentur; nos quoque similiter agemus. Ceterum apud vos magistratu fungatur, cui libuerit, nobis vero heic inter subditos esse volupe est, si vel maxime omnes apud nos illum deseruerint. Rex quidem literis in hac causa scriptis me honorat, nunquam vero ad eum suscipiendum excitabit. Nam vel in forum prodire non sine periculo nobis licet. Adeo omnis corporis nostri salus a quiete pendet. *Clematius* vero, qui aegrotanti mihi adfuit, & hoc ipsum, & multa alia eaque varia renunciabit.

MXXXII. ΒΑΡΒΑΤΙΩΝΙ. (1)

Ἐγώ σε πάλαι (2) μὲν ἄνδρα ἀγαθὸν ἡγούμην ἀπὸ τῆς Θεμιστοκλέους πρός σε φιλίας. ὁ γὰρ ἀνὴρ ἐκεῖνος οὐκ ἂν φιλῆσαι μὴ λίαν ἀγαθόν (3). Ἐπὶ δὲ τῆς προτέρας ἐνταῦθά (4) μοι γενομένης ἐπιδημίας, μικρὰ συμμίξας σοι, οὐ προῆλθον, εἰς ὅσον ἔδει, τοῦ τε σώματός μοι κάμνοντος (5), καί σοι πολλῆς ἀσχολίας οὔσης, τῶν γὰρ μεγίστων ἐπιστατοῦντι. Γεσσίου (6) δέ μοι (7) φοιτῶντος (8) καὶ πιστευομένου παρὰ τοῖς σοῖς οἰκείοις, εἰς τοὺς συνήθεις σοι καὶ ἐμαυτὸν ἐγγράφων οὐκ ἀδικεῖν οἶμαι. ἄλλως τε (9) καὶ Κληματίου κελεύοντος, καὶ ὑπισχνουμένου, μὴ μεταμελήσειν μοι τῶν γραμμάτων. Σέ τε γὰρ εὖ μάλα εἰδὼς, ἐμέ τε οὐκ ἀγνοῶν, ἔφασκεν ἕξειν ἡμᾶς οὐκ ἀγεννῆ τινα (10) πρὸς ἀλλήλους ἁρμονίαν. τὰ τρόπαια δ' ὅσα ἀπὸ βαρβάρων ἔστησας, ἄγων μὲν αὐτὸς τὰς δυνάμεις (11), ἑπόμενος δὲ τῇ Βασιλέως τύχῃ (12), πανταχοῦ (13) μὲν ἔγνωσται, πανταχοῦ δὲ τεθαύμασται. Ἐλπίδες δέ εἰσιν, ὡς αὐτίκα πλείω τε αὐτὰ (14) ποιήσεις, καὶ περιὼν οὐδὲν δεήσῃ τροπαίων, οὐδὲ γὰρ μάχης. Ἡμᾶς δὲ, οὓς δεῖ κοσμεῖν, ὅσα ὑμεῖς ἐργάζεσθε, παρ' αὐτῶν τῶν ποιούντων, ἃ ποιοῦσιν (15), ἀκούειν καλόν.

BARBATIONI.

Jam pridem equidem bonum te virum vel ex *Themistoclis* in te amore judicavi; neque enim ille quenquam, qui non optimus sit, temere amaverit. Cum vero nuper apud vos essem, tecum parumper versatus, in contrahenda amicitia eos progressus non feci, quos facere debebam, eo quod ipse quidem minus recte valebam, tu autem, maximis rebus praefectus, multis negotiis abundabas. Jam autem, quando *Gessius*, qui a cognatis tuis magni fit, mea utitur disciplina, nihil peccaturum me puto, si & me familiaribus tuis adscripsero: praecipue cum *Clematius* me cohortatus fuerit, sponsorque exstiterit, me literarum, ad te scriptarum, nunquam posse poenitere. Qui enim & te probe nosset, nec me ignoraret, egregiam inter nos animorum consensionem fore adfirmabat. Tropaea vero illa, quae tu quidem copias Regis ducens, Augusti vero fortuna usus, a barbaris reportasti, ubique celebrantur, & admirationem omnibus movent. Spes quoque est, fore, ut propediem plura referas, inposterum vero nullus eorum, quia nec praeliorum, tibi sit usus. Nobis autem, qui res, quas geritis, dicendo ornare debemus, eas ex ipsis, qui praestiterunt, cognoscere praeclarum fuerit.

MXXXIII. D A-

(15) μὲν αὐτὸς ἴσι. *Medic.* (16) Sic codices recte pro φέρομεν codicis Nigri. (17) φιλοῦντες & paulo post σκοποῦντες pro nostra lectione habet *Barocc.* male. Quod ad sententiam compara *Philip.* II. 4. Μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος, & vide, an illa quidem Libanius non legisse videatur. (18) Ad magistratum itaque gerendum invitabatur *Libanius*, quem tamen subterfugit, quod & ex aliis ejus patet epistolis. (19) ἡμῖν δὲ —— ἡδίων, ex *Vatic.* A. B. addidi. (20) Malui hoc ex emendatione recente *Vatic.* B. pro ὥσπερ codd. ceterorum. (21) Sic *Medic.* & *Benzel.* A. pro μάλα *Barocc.*

EP. MXXXII. (1) Vide *Centuriam* meam p. 74. ex *Barocc.* ubi Βαρβατίωνι inscribitur, quod & fit in *Vatic.* A. B. *Medic.* A. & *Ambros.* T. 5. At in *Codice Nigro* Paris. Βαρβατίῳ, male utique. *Ammianus* XIV. 11. & XVII. 6. *Barbationem* vocat. (2) καὶ πάλαι, *Medic.* A. (3) Φιλῆσαι μὴ λίαν ἀγαθόν. *Medic.* (4) ἐνθάδε, *Vatic.* A. B. & *Medic.* (5) καμόντος, *Vatic.* A. B. *Cod. Niger* & *Medic.* (6) Γεσίου, *Medic.* (7) σοὶ, male. (8) φοιτᾷν, quod alias *ire* simpliciter significat, frequentissime de scholarum frequentatione adhibetur, adeo ut *Phavorinus* dicat: τὸ φοιτᾷν οἱ μεθ' Ὅμηρον ἐπὶ μαθητοῦ ἰδιάζουσι καὶ φοιτητὴν τὸν μαθητὴν λέγουσι. Sic & *Menagius* ad Laërtium p. 160. a. aliorum auctoritate evicit, discipulos ἑταίρους, φοιτῶντας & φοιτητὰς appellari. His adde γνωρίμων nomen, de quo *Schefferus* de Philosophia Italica p. 98. (9) Particula haec cum aliis significationibus gaudet, de quibus vide *Jac. Perizonium* ad Aeliani Var. Histor. II. 13. tum ea, quam hic in versione expressi. Ea nostro est frequentissima, nec minus *Apollonio*. Vide v. c. ep. 4. (10) τινὰ addidi ex *Cod. Nigro* & *Medic.* (11) Respicit procul dubio noster victoriam à Juthungis reportatam, ad quos repellendos cum valida manu Barbationem, Magistrum Peditum, a Constantio Imp. missum tradit *Ammianus* XVII. c. 6. ex cujus porro verbis intelligas, Ducem hunc militibus antea in spem victoriae erectis, magnam hostium stragem edidisse. (12) *Fortunae Principis* seu *Augusti* multum tribuisse veteres alibi ad has epp. ostendi. (13) πάντα, *Cod. Niger.* (14) αὐτὰ addidi ex *Vatic.* A. B. Pro οὖν paulo ante *Medic.* ἦν. (15) ἃ ποιοῦσιν, ex *Vatic.* A. B. & *Medic.*

EP.

DATIANO.

Fortasse mihi etiam in praesenti negotio opem ferre volueris, & me perpetuo salvum praestando, & superiorem tuam beneficentiam tuendo. Quod si vero adeo fuero infelix, ut animus tuus videatur mutatus, nunquam tamen opem tuam olim frequenter latam animo excidere patiar, sed illam indoli tuae, mutationem vero hanc malignae fortunae acceptam feram. Ceterum per labores illos, quos pro Graecorum amicorumque tuorum salute suscepisti, pone, precor, corpus mihi valere, hanc vero provinciam meam meliorem altera illa judicantem, ipsam illam aversari, (meliorem, puta, respectu ad discipulorum institutionem habito) & tum interroga Imperatorem, (potes autem, qui prudentia & continua ejus benevolentia hanc facultatem tibi pepereris) ô Imperator, vir ille, quem in Thraciam venire jubes, ubi venerit, agricolae naviganti, & in navi perpetuo degenti erit similis. Neque enim ille mare arare poterit, neque hic semina in juvenum animos spargere, civibus scilicet ad omnia alia conversis, exteris autem locum suspectum habituris, luxusque officinam esse existimaturis. Syria contra Musarum jam pridem officina est, Rhetoras nempe procreans; inter quos est, quo laetaris, *Calliopius*; nec minus undecunque confluens juventus, quae & praeceptoris studium excitat, & ea, quorum causa venit, avide recipit. Mavis ne igitur bubulcum boum penuria laborare, an artem suam in gregem copiosum facere? Haec audiens ille, te quidem subridente, oculis alterum horum subindicante, respondebit: boves sunto bubulco. Quod si vero tu nugari me, & fabularum loco habenda haec esse existimans, me insuper habueris; ego sane, vi quadam abstractus, clamabo, *Datianum* auctorem mihi fuisse, ut Antiochiam tenerem; idemque effecisse elegantiam, qua *Datianus* urbem illam splendere fecit, balnea puta, alia quidem perfecta, alia inchoata, porticum late extensam & egregie efflorescentem, idemque urbi

MXXXIII. ΔΑΤΙΑΝῼ. (1)

Ἴσως μὲν ἐμοὶ καὶ πρὸς τὰ παρόντα βοηθεῖν ἐθελήσεις, ἐμέ τε σώζων διὰ τέλους καὶ τὰς ἔμπροσθεν εὐεργεσίας τηρῶν. Εἰ δέ με δεῖ καὶ τοῦτ' ἀτυχῆσαι, τὸ τὴν σὴν γνώμην ἑτέραν (2) γεγονέναι, τάς γε περὶ τῆς βοηθείας οὔποτε ἐκβαλοῦμεν τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἐκείνας μὲν τῇ σῇ φύσει λογιούμεθα, τὴν δ' αὖ μεταβολὴν (3) δαίμονι δυσκόλῳ. καίτοι πρὸς τῶν πόνων, οὓς ἐπόνησας ὑπὲρ Ἑλλήνων τε καὶ φίλων, θὲς μὲν ἐρρῶσθαί μοι τὸ σῶμα, βελτίω δὲ τήνδε ἐκείνης ἡγούμενόν με φεύγειν ἐκείνην, τὸ βελτίω δὲ ὅπως ἀκούσῃ πρὸς τὰς τῶν νέων συνουσίας (4). Εἶτα ἐροῦ (5) τὸν βασιλέα, δύνασαι δὲ, σωφροσύνῃ (6) τε καὶ εὐνοίᾳ διηνεκεῖ τὴν δύναμιν κεκτημένος· ὦ βασιλεῦ ἀνὴρ ἐκεῖνος, ὃν κελεύεις εἰς Θρᾴκην (7) ἐλθεῖν, ἐλθὼν μὲν (8) προσόμοιος (9) ἔσται γεωργῷ πλέοντι, καὶ ἐν νηῒ ζῶντι συνεχῶς. Οὔτε γὰρ ἐκείνῳ τὴν θάλατταν ἔστιν ἀρῶν, οὔτε τούτῳ σπείρειν εἰς νέους, τῶν πολιτῶν μὲν εἰς ἕτερα τετραμμένων, τῶν ξένων δὲ ὑφορωμένων τὸ χωρίον, καὶ νομιζόντων, διδασκαλεῖον εἶναι τρυφῆς. ἡ Συρία δὲ Μουσῶν ἐργαστήριον πολὺν ἤδη χρόνον δημιουργοῦσα ῥήτορας, ὧν εἷς οὑτοσὶ (10) Καλλιόπιος (11), ᾧ χαίρεις, καὶ πολλὴ πολλαχόθεν νεότης, θήγουσά τε παιδευτὴν, καὶ αὐτὴ λαμβάνουσα, ἐφ' ὅπερ ἥκει. Πότερον οὖν βούλει σοι τὸν βουκόλον (12) ἀπορεῖν βοῶν, ἢ περὶ συχνὴν ἀγέλην χρῆσθαι τῇ τέχνῃ; Ταῦτ' ἀκούων ἀποκρινεῖταί σου μειδιῶντος, καὶ ἐν τῷ βλέμματι πρὸς τὸ δεύτερον ἐνάγοντος, (13) βόες ἔστωσαν τῷ βουκόλῳ. Εἰ δέ με οἰηθεὶς ῥαψῳδεῖν (14) καὶ μύθους ταῦθ' ἡγησάμενος ἀμελήσεις, ἀλλ' ἔγωγε ἀποσπώμενος βοήσομαι, ὅτι με τῆς Ἀντιοχείας ἀνέπεισεν ἔχεσθαι (15) Δατιανὸς καὶ τὸ κάλλος, ᾧ Δατιανὸς τὴν πόλιν ἐλάμπρυνε, λουτρὰ τὰ μὲν τετελεσμένα, τὰ δὲ ἀνιόντα, στοὰ τεταμένη τε εἰς μῆκος, καὶ εἰς ὥραν ἀνθοῦσα, τοσοῦτον ἔχουσα ἐν τῇ

EP. MXXXIII. (1) Sic codices omnes per δ, nempe *codex niger. Parif. Barocc.* 9. & *Medic.* B. & sic etiam in tota hac epistola perpetuo scribitur. Ex quo conjectura nasci possit, *Datianum* hunc a *Tatiano*, ad quem in superioribus complures nostri exstant epistolae, esse distinguendum, quamvis idem ille *Tatianus* passim in codd. Δατιανὸς appelletur. *Datianus* certe in Cod. Theodosiano distinguitur à *Tatiano*. Vide utrumque nomen in *Jac. Gothofredi*, viri praestantissimi, Prosopographia Codicis Theodosiani, quae in ultimo volumine Codicis Theodosiani, *Gothofredi* commentariis illustrati, exstat, suo loco. Ibi inter cetera monet vir doctissimus, mentionem fieri *Datiani* Patricii à *Philostorgio* lib. VIII. c. 8. & *Libanio* nostro in Orat. inedita ὑπὲρ Θαλασσίου. Ad *Tatianum* vero, Aegypti sub Valente Praefectum, & sub *Theodosio* M. alisque Impp. variis muneribus functum idem *Gothofredus* plures in Codicibus tum *Vatic.* tum *Regio Parif.* quem nos maximum appellare solemus, refert. Nihil ego hactenus de hac epistola definio, utrum ad *Datianum* illum, an *Tatianum* pertineat. *Datianus* hic a splendore urbis Antiochenae, balneis & porticibus tum instauratis, tum recens conditis laudatur. *Tatianus* vero a *Libanio* Or. I. adversus Lucianum Tom. II. p. 438. a beneficiis Antiochiae praestitis laudatur; quemadmodum ex Codice Theodosiano constat, eundem in Alexandrinorum urbe & aquaeductum & portas fecisse. Mihi quidem non dubium est, eundem *Datianum*, vel *Tatianum* intelligi, quoties ejus in his epistolis vel mentio fit, vel ad eum scribitur. Δατιανὸς scribendum esse eruditissimus *Valesius* ad Socratis Hist. Ecclesiast. lib. II. c. 39. contendit, ideo quod in Fastis Consularibus & ab Ammiano Marcellino ita appelletur. Valesius ibidem aliquot locos ex epistolis Libanii ad Datianum scriptis recitat. (2) ἑτέραν malui cum *Cod. nigro*, quam ἑτέρων cum *Barocc.* & *Medic. Vatic.* A. & B. sequitur mox μεταβολή. (3) μεταβουλὴν, *Medic.* invitis ceteris, quos modo dixi. (4) τὸ βελτίω —— τῶν νέων. Desunt haec in *Barocc.* & *Cod. nigro*; habentur autem in ceteris, ubi tamen in *Vatic.* A. B. pro τὸ male τῷ. (5) ἐρῶ, *Vatic.* A. B. (6) Sic *Barocc.* & *Cod. niger*: φρονήσει, *Medic.* & *Vatic.* B. atque hic quidem ex emendatione recente. (7) Patet hinc, *Libanium* tunc temporis *CPlin* vocatum fuisse. (8) μὲν οὐκέτι. *Vatic.* A. B. (9) προσόμοιος, scilicet ὢν, *Medic.* (10) οὑτοσὶ *Barocciani* & *Cod. nigri* deest in *Vatic.* A. B. & *Medic.* (11) *Calliopius* hic Libanio sociam operam in juvenibus praestabat, quod ex pluribus constat epistolis. Vide supra ep. 971. & hic proxime sequentem. (12) Βουκόλος Graecis *pastor* quicunque vocatur. Vide *Euripidis* Hecubam vs. 646. cum scholiis. Adde *Spanhemium* ad Aristophanis Plutum v. 821. (13) ἄγοντος, *Medic.* (14) ῥαψῳδεῖν sequiore sensu hic adhibetur. *Hesychius* ῥαψῳδία, ψεῦσμα, φλυαρία. Confer *Ludolph. Kusterum* in Historia Critica Homeri Sect. 5. ubi de ῥαψῳδοῖς. (15) Libanius se vel sic ait esse repugnaturum, culpamque omnem in Datianum versurum esse, qui effecerit, ut Antiochiam deserere nunquam possit.

τῇ πόλει, ὅσον ὁ τοῦ Πέλοπος ὦμος (16) ἐν τῷ σώματι τοῦ Πέλοπος (17). Ὅρα οὖν εἰ σοι λίαν ἁρμόττει ἕλκεσθαί με. Ταύτην μὲν οὖν τὴν παιδιὰν ἵλεως εἰδ᾽ ὅτι δέξῃ. Κοινὴν δὲ ἡμῖν ἴσθι πεποιηκὼς ἑορτὴν, ἃς Πομπηϊανῷ παρέστησας ἐλπίδας. Ὁ γὰρ ἀνὴρ οἷος εὖ πράττων πολίτας εὐφραίνειν. Ἦν μὲν γὰρ ἀεὶ ἐκ νέου μέτριος, καὶ τὸ ἄλυπος εἶναι μελετῶν. ἐπήσκησε δὲ τὸν τρόπον εἰς σέ τε βλέπων, καὶ πειρώμενος αὐτὸν ἄξιον τῆς σῆς προνοίας δεικνῦσαι. Διὸ δὴ καὶ νῦν ὑπὸ κοινῶν εὐχῶν (18) στέλλεται (19), πάντων ἐπιθυμούντων ἔγκαρπον αὐτῷ καταστῆναι τὴν ὁδόν. Εἰ δὲ γένοιτο τῷ μὲν τὰ πατρῷα, ἡ μονὴ δέ ἐμοὶ (20), παιᾶνα (21) εἰς τοὺς αἰτίους ᾀσόμεθα.

urbi illi praestantem, quod humerus Pelopis corpori Pelopis praestitit. Vide igitur, nonne te minime omnium deceat, me hinc avocari? Hunc interim jocum meum te benigne interpretaturum esse confido. Ceterum scias, solemnia te nobis gaudia parasse, quando Pompejano spes tam praeclaras fecisti. Vir enim ille, ubi res prospere gesserit, cives laetiores facere poterit. Nam a puero moderate omnia egit, &, ut nemini esset molestus, studuit. Virtutes vero suas usu amplificavit, in te in primis intuens, studioque tuo dignum se praestare conatus. Propterea & nunc communibus omnium votis comitatus proficiscitur optantium, ut itinere suo cum fructu perfungatur. Quod si itaque illi quidem patria bona obtinere, mihi vero heic commorari contigerit, nos utriusque commodi auctores laudibus prosequemur.

MXXXIV. ΚΑΛΛΙΟΠΙῼ. (1)

CALLIOPIO.

Ἧκεν εἰς ἡμᾶς τὰ εἰωθότα. νενίκηκεν ὁ βασιλεὺς, καὶ βαρβάρων (2) ἔθνος ἐκκέκοπται (3). Ταύτην δὲ καρπούμενοι τὴν ἡδονὴν ἑτέραν ἐλπίζομεν. Αὕτη δέ ἐστι, σὴν ἐπιστολὴν ἐλθεῖν, διδαχήν τε ἔχουσαν τῆς μάχης, καὶ τοῦ κεκρατηκότος (4) ἐγκώμιον. Ὡς οὖν (5) μετέωρον ἔχων τὸ θέατρον κήρυττε (6), ὦ κηρύκων (7) ἄριστε, καὶ εὐδαιμονέστατε, γενναίῳ συζῶν ἀθλητῇ. Δοίη δέ σοι χάριν ἀντὶ τῆς φωνῆς ὁ παλαιστὴς, τὸ μένειν ἀτρέμας ἐν δεμνίοις ἐμὲ, τὸν οὐδὲν ἔτι δυνάμενον, πλὴν τὰ ἑτέρων (8) θαυμάζειν (9). Οὕτω πανταχῶς (10) ἀσθενῶ, καὶ σὺ δὲ δὸς ἡμῖν χάριν τὸ πρὸς τῷ τι πράττειν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ (11) ἐπιστέλλειν. Νῦν δὲ πῶς (12) οἴει διατεθῆναι, ἡνίκα πρὸς μὲν τὸν θεῖον ὑπὲρ ἡμῶν ἔγραφες (13). αὐτοῖς δὲ ἡμῖν ἐπέστελλες οὐδέν.

Consueti ad nos allati sunt nuncii. Vicit Rex, & barbarorum gens excisa est. Hujus nos voluptatis fructum capientes aliam exspectamus. Haec vero eo continetur, ut tua ad nos perferatur epistola, quae & praelii rationem & victoris laudes edisserat. Age igitur, praeconum optime & felicissime, qui generoso isti Athletae adsis, defungere praeconis officio, tanquam in sublimi theatro constitutus. Eam vero tibi pro vocis officio gratiam referat luctator, ut mihi liceat tranquille in lecto haerere, qui nihil aliud praestare nunc possim, quam aliorum illa admirari. Tanta me imbecillitas urget. Tu vero eam quoque gratiam inito, ut, ubi pro me laboraveris, etiam ad me scribas. Quem enim, quaeso, animum mihi fuisse putas, cum ad avunculum quidem mei causa, ad me vero nihil scripsisti?

MXXXV. ΙΟΥΛΙΑΝῼ.

JULIANO.

Τῇ τε ἄλλῃ τὸν Ἀβλάβιον εἶδον ἡδέως, καὶ ὅτι μοι παρὰ σοῦ γράμματα ἦγεν. Ἡμεῖς δὲ πρότερον ἡμᾶς αὐτοὺς μισήσομεν, ἢ σοί τι μεμψόμεθα. οὕτω μελέτην πεποίη-

Tum aliis nominibus *Ablavium* libenter vidi. tum ideo etiam, quod literas tuas mihi attulit. Nos vero nos ipsos potius oderimus, quam te culpemus. Adeo operam dedisti, ut res

(16) De illo Pelopis humero, eburneo scilicet, supra alibi diximus. (17) ἐν τῷ σ. τ. Πέλ. desunt in *Barocc.* & *Cod. nigro*, leguntur vero in *Medic.* & *Vatic.* A. in contextu, ad marginem vero *Vatic.* B. (18) ὑπὸ κοινῆς εὐχῆς, *Cod. niger* male, & ceteris refragantibus. (19) ὡς στέλλεται, *Barocc.* at ὡς & in *Benzel.* A. deest. (20) Sic scribo cum *Medic.* & *Vatic.* A. B. & *Benzel.* A. εἰ δὲ γένοιτο αὐτῷ τὰ πατρῷα, παιᾶνα, *Barocc.* & Cod. niger, mutile. (21) Παιὰν proprie quidem Hymnum in Apollinem & Dianam infert; hinc vero ad laudes quascunque transfertur. Lege, si, *Valesium* ad notas Maussaci in Harpocrationem p. 286. *Menagium* ad Laërtium p. 186. & *Blondellum* in Comparatione Pindari & Horatii p. 43. sqq. tum vero *Ezech. Spanhemium* de Usu & praestantia Numismatum Tom. II. p. 123. & ad Juliani Orationes p. 233.

EP. MXXXIV. (1) Vide *Centuriam* meam ep. XXXIII. ex *Barocc.* Ibi inscribitur *Calliopio*, sicut & in codice *nigro*, *Vatic.* A. B. *Medic.* A. C. E. *Mutin.* C. *Ambros.* T. 5. & *Vindobon.* chartac. Μαξίμῳ nomen refert *Medic.* B. male utique. Haec enim epistola eodem tempore de eodem argumento scripta est, quo superior illa ad *Datianum*, in illa vero hujus *Calliopii* fit mentio. Ἀντίγραφος est in Cod. *Paris.* 3073. (2) βαρβάρων, *Medic.* B. invitis ceteris. (3) Emphatica φράσις est, quam alias Graeci exprimunt per νίκας vel νίκης τρόπαιον ἐγείρειν, de qua loquendi ratione lege copiose disserentem *Rich. Bentlejum*, virum summum, in diss. de epistolis Phalaridis p. 169. sqq. (4) κεκρατηκότος, Cod. 3073. male. (5) ὡς ὁ ἂν, *Medic* A. ὡς ἂν B. sicut & ceteri. (6) Patet, hic nostrum voces phrasesque ex palaestra petere, quibus & decertantis Regis victoriam & depraedicantis Oratoris officium ac studium designet. Ἀθλητὴς enim ut & παλαιστὴς, κῆρυξ item & κηρύττω rei athleticae propria esse nemini non constat. De verbo κηρύττω vide, si lubet, *Curas* nostras ad 1 *Cor.* IX. 27. (7) Ita recte cum ceteris *Medic.* A. at B. male κηρύττων. Rhetor erat *Calliopius*, quod ex superiore quoque epistola patet. (8) ἑταίρων, *Medic.* B. (9) Quae sequuntur, desunt in *Medic.* C. (10) Sic Codd. omnes, nec minus *Paris.* 3073. ubi tamen super πανταχῶς scribitur παντελῶς. (11) ἡμῖν καὶ codd. plerique & rectius quidem, quam *Barocc.* qui καὶ omittit. (12) ὅπως, Paris. 3073. male. (13) ὑπ' ἐμοῦ ἔγραφες, *Cod. niger.*

EP.

res nostras amplificares, qui tam diuturnum bellum geras ideo, quod ferre non potes, si quis sinistre de nobis loquatur. Enimvero tuum erat, etiam ridere posse, & veniam illis facere, qui, ut alii adulentur, alium calumniantur. Adulando enim vivunt, atque ex hoc aeque illi vivunt, atque nautae remigando. Sapiens vero ille, cujus mores quidem nobis renunciavit *Ablavius*, nomen vero dicere non potuit, cetera quidem nos non contristavit, si id unum excipias, quod mentionem mei faciens soloecismum commisit, ego vero, quamvis nihil peccans, in mediam Barbariam sum translatus. Doce itaque haec hominem, & permove, ut ab ejusmodi lapsibus sibi caveat, & tum demum me calumnietur; sic forte id saltem non vitiose fecerit. Jam vero totus ille est pertinax. Quod si tamen calumniis suis te offendat, & poenam de illo sumere, quod facillime potes, velis, claude illi, cibum sumens, fores, & domi eum coenare jube, nec graviorem poenam repete, cum ex satietate fiat injurius, & vinum tuum adversus te ipsum bibat. Huic igitur effrenem linguam coërce, &, quocunque nomine appelletur, id mihi significa, ut, ubi forte encomium ejus scripsero, non sine multis nominibus laudetur.

ποιῆσαι τὸ τὰ ἡμέτερα μείζω ποιεῖν, ὃς ἤδη καὶ πόλεμον πολεμεῖς οὕτω (1) μακρὸν ἀπὸ τοῦ μὴ φέρειν, ἐάν τις ἐπὶ τὰ χείρω μνησθῇ. καίτοι σε δεῖ καὶ γελᾶν εἰδέναι, καὶ συγγνώμην ἔχειν τοῖς ἵνα κολακεύωσιν (2) ἕτερον, βλασφημοῦσιν ἕτερον. ζῶσι γὰρ ἀπὸ τοῦ κολακεύειν, καὶ τοῦτο (3) αὐτοῖς βίος, ὥσπερ τοῖς ναύταις τὸ ἐρέττειν. Ὁ δὲ σοφὸς οὗτος, οὗ τὸν μὲν τρόπον ἡμῖν ἤγγειλεν Ἀβλάβιος, τοὔνομα δὲ εἰπεῖν οὐκ εἶχε, τὰ μὲν ἄλλα ἡμᾶς οὐκ ἐλύπει, τουτὶ δὲ μόνον, ὅτι μου μεμνημένος ἐσολοίκισε, καὶ μέσος ἐγενόμην οὐδὲν ἀδικῶν βαρβαρίας (4). Πεῖσον οὖν αὐτὸν (5) μαθόντα, μὴ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτάνειν, εἶθ' οὕτω με λέγειν κακῶς, ἢ τόγε (6) ἴσως οὐκ ἐρεῖ κακῶς. νῦν δὲ στάδιον (7) ἀνήρ. εἰ δέ σε λοιδορῶν ἀπᾷ, καὶ λάβοις ἂν ἡδέως δίκην, ῥᾷστον λαβεῖν, κλεῖε τὰς θύρας, ἐπειδὰν ἐσθίῃς, αὐτῷ, καὶ κέλευε δειπνεῖν αὐτὸν οἴκοι. καὶ μείζω μὴ ζήτει δίκην. ὡς νῦν γε ὑβρίζει τῷ κόρῳ, καὶ πίνει τὸν σὸν οἶνον κατὰ σοῦ. Τούτῳ τι οὖν τὴν ἀκόλαστον γλῶτταν, ἀμείνω (8), καὶ ὅ, τι ποτε καλεῖται, μήνυσον (9), ἵν', ὅταν εἰς αὐτὸν ἐγκώμια γράφωμεν, μὴ ἀνώνυμος ἐπαινοῖτο (10.

ARISTAENETO.

Nec olim me fides destituit ad cives nostros ea de te loquentem, quae loqui de te fas erat. Jam vero illi cives mei, qui tecum versati sunt, adversus urbem omnem instar testium majorem verbis meis fidem fecerunt. Humanissimus enim *Antiochus*, & optimus *Apellio*, omnesque adeo, qui vestram urbem transierunt, hoc fortunae munus habuerunt, ut indolem tuam perspicerent, ex quo fit, ut tu quidem in iis, qui in foro habentur, sermonibus, maximam dicendi materiem praebeas, nonnulli etiam eorum, qui peregre ire non consueverunt, urbem vestram videre cupiant, non tam, ut illam videant, quam ut in illa te, incantatorem illum contueantur. Hoc enim nomen tuum *Antiochus* ad nos attulit, totus quippe a te fascinatus. Ceterum laudo te, qui a tumulo uxoris tandem aliquando discesseris. Ajunt vero, te nihilo hilariorem factum, quam cum sepulchro

MXXXVI. 2. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΩι. (1)

Οὐδὲ πρότερον (2) ἐν τοῖς πολίταις ἠπιστούμην (3) περὶ σοῦ λέγων, ἃ περὶ σοῦ λέγειν ἄξιον ἦν. Οἱ δὲ συγγενόμενοι τῶν ἐμῶν πολιτῶν μάρτυρές μοι γενόμενοι, πρὸς ἅπασαν τὴν πόλιν πλείω τὴν πίστιν ἐποίησαν. Ἀντίοχος ἐκεῖνος ὁ χρηστὸς, Ἀπελλίων ὁ βέλτιστος, πάντες ὅσοι δι' ὑμῶν ἰόντες ἔλαβον παρὰ τῆς τύχης τὸ γνῶναι τὴν σὴν ψυχὴν, ὥστε ἐν τοῖς ἐπ' ἀγορᾶς (4) συλλόγοις τὸ πολὺ τῶν λόγων σὺ ποιεῖς, καί τινες ἤδη τῶν οὐκ (5) εἰωθότων κινεῖσθαι σπεύδουσιν ἰδεῖν τὸν ὑμέτερον (6) τόπον, οὐχ ὅπως ἐκεῖνον ἴδωσιν, ἀλλ' ὅπως ἐν ἐκείνῳ (7) σὲ τὸν γόητα. Τοῦτο γὰρ ἐκόμισεν (8) Ἀντίοχος τοὔνομα, μάλα δὴ κατασχεθεὶς ὑπὸ σοῦ. Σὺ δ' ὅτι μὲν ἀπηλλάγης ποτὲ τοῦ τάφου τῆς γυναικὸς (9), ἐπαινῶ. Φασὶ δέ σε μηδὲν γεγονέναι φαιδρότερον, ἢ ὅτε παρεκάθου (10) τῷ τάφῳ. ἀλλὰ τὸ

EP. MXXXV. (1) οὕτω Barocc. 9. & Cod. niger. deest vero in Vatic. A. quemadmodum in B. a recente manu additur. (2) κολακεύωσιν, Barocc. (3) τοῦτο deest in eodem. (4) Illudit Libanius homini, per quem, barbare de se loquentem ipse quasi barbarus factus sit. (5) αὐτὸν addidi ex Vatic. A. B. (6) τοίνυν. Benzel. A. (7) Nescio an assecutus satis sim Libanii mentem. στάδιος Graecis passim est *stabilis* & *immotus*. Subintelligo itaque h. l. εἶ, ut indicetur homo, qui mutari non possit, sed perpetuo idem sit futurus. (8) τὴν —— μήνυσον, abest a *Codice nigro*. (9) δήλωσον, *Vatic.* A. B. (10) ἐπαινῆται, *Vatic.* A. B.

EP. MXXXVI. 2. (1) Vide *Richardi* epistolas ex *Lambecio*, qui ex *Vatic.* ediderat, p. 42. sqq. (2) μὲν οὖν, *Vatic.* A. B. (3) Post ἠπιστούμην recens manus in *Vatic.* B. addidit τοῖς ἐμαυτοῦ. (4) Convenire enim veteres quotidie in aliquo urbis loco frequentes solebant, ibique de rebus, quae agebantur, familiari sermone disserere. Id vero fieri inprimis consueverat eo tempore, quod inter mane & meridiem hora tertia a sole orto interjicitur. Hoc propterea appellari solebat ἀγορᾶς πληθούσης, *foro frequenti.* Vide *Kusterum* ad Suidam Tom. I. p. 34. Ἀγορὰ πλήθουσα meridies est *Philostrato* Vit. Apollon. II. 35. & VII. 29. Conf. *Salmasii* Observatt. ad Jus Atticum p. 171. (5) οὐκ habet *cod. niger*, quod deest in *Vatic.* & *Medic.* B. (6) ὑμέτερον, *Vatic.* A. sed B. ἡμέτερον ex emendatione, quod etiam *Cod. nigro* & *Medic.* firmatur. (7) ἐκεῖνον pro ἐν ἐκείνῳ, *Vatic.* nostram lectionem habent *Codex niger* & *Benzel.* A. (8) sic *cod. niger*, *Medic.* & *Vindob. membranac.* & *Benzel.* A. ἐκόμισαν, *Vatic.* Ceterum nomen γόητος *Aristaeneto* ab Antiocho ex moribus aeque atque eloquentia impositum est, quibus scilicet aliorum animos fascinare quasi sibique obnoxios reddere potuerit. Similiter Sophistas γόητας appellatos esse iisque γοητείαν tributam, ostendit *Cresollius* in Theatro Rhetorum p. 90. 91. (9) Amiserat *Aristaenetus* uxorem suam, de cujus obitu eundem solatur noster in superiore quadam epistola. (10) Sic *Medic.* & *Vatic.* παρεκάθου, *cod. niger.* Veteres defunctorum sepulchra adire frequenter consuevisse ex iis patet, qui de *luctu veterum* exposuerunt. Vide nominatim *Jos. Lanzoni* Adversaria de luctu mortuali veterum. Ferrar. 1713. & confer Ephemerides Italorum Venetas Tom. XVI. p. 406. sqq.

(11) τὸ

τὸ μὲν τόπον ἀφεῖναι, τὸ δὲ ἀθυμίας ἔχεσθαι, καὶ τὸ πρόσωπον πάνυ διεσώθη γέροντος. σοὶ (11) μὲν οὖν ἐκ λύπης, ἐμοὶ δὲ τοῦτο παρὰ τοῦ νοσεῖν. Νοσῶ δὲ, ἐξ οὗπερ ἥκον (12), καὶ οὐδὲ παύσεταί γε τὸ κακὸν, πρὶν ἂν παύσωμαι τῆς πατρίδος ἐρῶν. Θαυμάζω δὲ, ὅπως ἠχθέσθης τὰ γράμματα ἀπαιτούμενος, εἰδὼς τὸν ἡμέτερον τρόπον, ὡς (13) οὐκ οἶδεν ἀντὶ τῆς Πηνελόπης τὴν Ἑλένην ἐπαινεῖν (14). Νῦν δὲ, ἐπειδὴ διδάσκεις, μικρὰ μὲν καὶ νῦν γέγραφας (15) ἐὸν πλείω. Τοῦ δὲ μηδενὸς τοῦτο πλέον. Πειρασόμεθα δὲ (16) μὴ γενέσθαι κακοὶ, τοῦ θέρους ἡμᾶς ἀπὸ τῶν μειρακίων ἐλευθεροῦντος (17), ἐν ᾧ τι καὶ βέλτιον ἄν τις φθέγξαιτο.

chro adsideres; sed locum quidem illum reliquisse, luctui vero adhuc esse obnoxium, vultumque viri admodum senis praeferre. Atque haec quidem tu ex aegritudine, ego vero ex morbo habeo. Aegroto enim, ex quo huc veni, nec cessabit hoc malum ante, quam ego patriam amare desiero. Miror ego interim, te indignatum mihi esse literas a te exigenti, qui mores nostros noris, quod nempe Helenam pro Penelope laudare non possimus. Nunc, postquam doces, etiamnum pauca scribis, cum plura potuisses. Interim vel hoc ipsum plus est nihilo. Nos quidem operam dabimus, ne ingrati videamur, ubi aestas nobis a juvenibus instituendis otium fecerit: tunc enim & melius aliquid proferre licuerit.

MXXXVI. b. ΟΥΛΠΙΑΝΩι.

Τοιαῦτα καὶ τὰ (1) τοῦ Ἡρακλέους, ὃν ἀγαθὸς ἂν (2) ἄρχων ἐν τῇ διανοίᾳ περιενέγκαι. Οὐ γὰρ ἂν ῥᾶστα πράττων, ἀλλ' οἷα οὐκ ἂν ἄλλος, εὐθὺς μὲν ἐθαυμάζετο, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ θεὸς ἦν. Σὺ δὲ εἰ μὲν ἡνίοχος ἡμῖν ἦσθα, καί σοι παρεδίδομεν ἵππους ἐπὶ παιδείᾳ κακῶς ἠγμένους, οὐκ ἂν ἔφυγες τὸ ἅρμα κατηγορῶν τοῦ κακῶς (3) ἀποφήναντος. Ἀλλ' ᾔδεις ἄν, ὅτι δι' αὐτὸ τοῦτο ὑπὸ σοὶ τὸ ζεῦγος ἐποιοῦμεν, ὅπως εὐήνιον ἀντὶ τεταραγμένου γένοιτο. πόλεις δὲ μαθούσας ὑβρίζειν εἰ δέησει σώφρονας ἀποδεῖξαι, δεινὸν ποιῇ, καὶ, οὐδὲ ἐξ ὧν κατηγορεῖς τοῦ διαφθείραντος, ἐνθυμῇ τῶν ἐπαίνων, οὓς ἕξεις ἐπανορθώσας; Ταῖς μὲν ἀρχομέναις προσάγειν τὰ πικρὰ μὲν σώζοντα τὰ φάρμακα. τῶν δὲ ἀρχόντων τοῦ μὲν τὸ θράσος (4), τοῦ δὲ τὴν βαρύτητα, εἰ μὲν ἔνεστιν ἄνευ ταραχῆς, καὶ κακῶν, παῦσαι, ὧδ' ἔστω (5). εἰ δὲ εἰς πόλεμον ἐμπίπτειν (6) βλαβερὸν τοῖς ἄστεσι, μίμησαί μοι τοὺς Ἀθηναίους, οὓς οὐ μᾶλλον ἐπαινοῦμεν τὸ Σαλαμῖνι τρόπαιον, ἢ ὅτι εἶξαν τοῖς τὰς ὀλίγας ναῦς παρεχομένοις, ἔχοντες ὁπόσας οἶσθα. Οἶμαι δὲ αὐτοὺς νῦν μὲν (7) ἀπαίρειν ὑπὸ τοῦ ζητεῖν, ἃ τέως εἶχον. Εἰ δ' ἀρετὴν ἡγεμόνος ἴδοιεν, ἔσεσθαι ταπεινοὺς, μᾶλλον δὲ τὰ αὐτῶν ἀγαπήσειν. Χειμὼν δὲ καὶ λῃσταὶ προσδοκηθέντες, καὶ ὁδὸς ἀλγεινοτέρα κυμάτων παρελήλυθε, καὶ νῦν οὐδὲν ἂν λυποῖ (8). Σὺ δ' ὥσπερ οἱ δεινοὶ τῶν Σοφιστῶν πάντας ὁμοῦ συνάγεις, ὅπως σε μᾶλλον θαυμάζωμεν, ὥσπερ ἀδαμάντινον. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔσται, καί σε ἡγησόμεθα ἀδαμάντινον καὶ χρυσοῦν (9). Μηδὲν δέ σου ἅψαιτο

ULPIANO.

Talia scilicet ipsum Herculem facere decet, quem imperans quisque bonus mente utique circumferet. Neque enim is facilia perficiens, sed qualia vix alius praestare posset, statim erat admirationi, postea vero Deus etiam habebatur. Tu quidem si auriga nobis fuisses, tibique nos equos male institutos tradidissemus, currum certe non subterfugisses, eum accusans, qui male eos instituerit. Sed scivisses omnino, quod ideo bigam ejusmodi tibi subjecerimus, ut ex feroce habenas audire disceret. Tunc itaque, quando urbes, petulanter agere edoctae, in ordinem redigendae sunt, grave hoc putas, neque postquam illum, qui eas corrupit, culpas, laudes illas recogitas, quas, ubi emendaveris, sis reportaturus? Imo vero subjectis medicamina, amara illa quidem, sed salutaria tamen, adhibere te oportet, apud imperantes vero alterius audaciam ,alterius autem importunitatem si quidem id sine tumultu & aliis incommodis fieri possit, compescere. Ita omnino agatur. Sin urbibus fraudi fuerit bello impediri, Athenienses imitare, quos non magis praedicamus ex tropaeo Salamine reportato, quam ex eo, quod cesserunt illis, qui paucis navibus utebantur, cum ipsi tot, quot nosti, essent instructi. Ego vero eos nunc quidem vela soluturos existimo ideo, ut, quae olim habuerunt, quaerant. Si vero ducis virtutem videant, modestos fore, & rebus suis contentos. Hyems porro, latronesque exspectati, & iter ex tempestate difficilius abierunt, nec quidquam est, quod molestum esse possit. Tu vero ad exemplum callidorum Sophistarum omnes congregas, ut te instar adamantini cujusdam hoc

(11) σὺ *Vatic.* invitis ceteris omnibus, & vocum quoque structura. (12) Ex hoc patet, scriptam esse hanc epistolam, cum primum Libanius Antiochiae, quam patriam habebat, rerum suarum sedem figeret. (13) Codd. omnes habent ὡς, at *Codex niger* ὅς superscripto tamen eodem ὡς. (14) Formula videtur proverbialis. (15) Hoc malui cum *Medic. Cod. nigro*, & *Vindobon.* pro ἔγραφες *Vaticani.* (16) Pro δὲ codd. plerorumque οὖν habet *Vatic.* B. ex additamento recenti: sed neutrum est in *Vatic.* A. (17) Aestate enim vacare solebant a laboribus scholasticis, quod ex superioribus aliquot epistolis constat.

EP. MXXXVI. b. Sic *Barocc.* & *Cod. niger*: τὰ νῦν, *Medic.* B. (2) ὁ κἀγαθὸς, *Mutin.* A. male: ὃν respicit Herculem. (3) κακῶς, *Medic.* male. (4) Sic scripsi cum *Barocc.* & C. N. pro θάρσος, quod est in *Medic.* θάρσος enim laudi, θράσος vero vitio ducitur. (5) ᾧ δ' ἔστω, *Barocc.* & C. N. nostrum habet *Medic.* (6) ἐμπίπτειν, *Medic.* male. (7) Hoc malui cum *Medic.* pro ἀσπαίρειν i. e. *trepidare*, quod est in *Barocc.* & C. N. Prius illud ad sequentia magis videtur accommodatum. (8) λυπῇ, *Medic.* (9) *adamantinum* ex laboribus fortiter superatis, *aureum* ex rebus feliciter gestis. De *adamantino* i. e. forti, lege *Erasmi* & aliorum Chiliadas p. 256. Sic Ephraim Syrus apud *Zacagnium* in Collectaneis Monumentorum veterum *adamantinum murum* appellat. p. 109.

(10) Forte

hoc magis admiremur. Hoc scilicet omnino fiet, teque nos adamantinum imo aureum esse judicabimus. Nihil vero eorum te moveat, quae post illum terrae motum evenerunt. Enimvero illam rerum difficultatem ver imminens facile sustulerit. Augures quidem varia ominantur: Dii vero multa etiam praeter exspectationem largiuntur.

ἄψαιτο τοῦ ὑπὸ σεισμοῦ (10) γενομένου (11). Ἀλλ' ἐκεῖνον στήσειε τὸ περὶ χειμῶνα πραγμάτων. Χρησμολόγοι μὲν γὰρ παντοῖα ᾄδουσι, πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί (12).

JULIANO.

Haec ego vaticinatus, ut in patriam ires, suadebam: tu vero Rhetor quidem eximius, vir autem subtimidus eras. Jam vero experientia te docuit, me vatem non sine Numine ea, quae nunc evenerunt, praedixisse. Laudo te itaque, tum quod venatus es, tum quod non occidisti. Altero enim mortem evitasti, altero vero gloriam tibi peperisti. Ceterum patria tua bonos cives alere mihi videtur, qui te instar Dei revereantur. Multae enim sunt urbes, quae vel non agnoscunt civium suorum virtutes, vel, si agnoscunt, iisdem invident. Tua vero illa & agnoscit dotes tuas, & de iis laetatur, ac triumphat, teque in theatro publice celebravit. Tu vero ea fecisti, quae hominem & liberalem, & voluptatibus non obnoxium facere decet, quandoquidem missis illuc muneribus domi mansisti. Quantam vero voluptatem vobis res gestae, tantam mihi eaedem perscriptae attulerunt. Inter cetera enim tum longitudo epistolae, tum suavitas ejus undiquaque emicans ostendit, boni te foetus esse parentem. Et literae quidem tuae majus mihi donum praestant, quam si, venditis agris tuis, pecuniam ex iis collectam mihi misisses. Multa igitur praeclara praesta, &, ubi ea praestiteris, scribe. Praemium enim maximum mihi fuerit, si praestantissimus & sis, & videaris.

D O-

MXXXVII. ΙΟΥΛΙΑΝῼ. (1)

Ταῦτα ἐγὼ μαντευόμενος ἐκίνουν σε πρὸς τὴν σεαυτοῦ (2). σὺ δ' ἄρ' ἦσθα (3) δεινὸς (4) μὲν ῥήτωρ, δειλὸς δ' ἀνήρ. Ἀλλὰ νῦν σε ἡ πεῖρα περὶ τοῦ μάντεως πέπεικεν, ὡς οὐκ ἄνευ Θεοῦ προὔλεγεν, ἃ δὴ τετέλεσται. Σὲ μὲν οὖν ἐπαινῶ, καὶ ὅτι τεθήρευκας (5), καὶ ὅτι οὐκ ἀπέκτεινας (6). τῷ μὲν γὰρ διέφυγες θάνατον τῷ δ' ἐκτήσω δόξαν. Ἡ πόλις δέ σου χρηστοί μοι δοκοῦσιν ἄνδρες εἶναι, τιμῶντές σε, ὁπόσα θεόν. Καίτοι πολλαὶ πόλεις, αἱ μὲν οὐκ αἰσθάνονται τῆς τῶν πολιτῶν ἀρετῆς, αἱ δὲ φθονοῦσιν αἰσθανόμεναι (7). ἡ δὲ καὶ ἔγνω τὰ ἐν σοὶ καλὰ, καὶ ἥσθη, καὶ ἐχόρευσε, καὶ διὰ τοῦ ἐν θεάτρῳ γενομένου ἐκόσμησεν. Σὺ δὲ καὶ τὸ τοῦ φιλοδώρου (8) πεποίηκας, καὶ τοῦ κρείττονος τῶν ἡδονῶν, πέμψας μὲν ἐκεῖσε χρήματα, μείνας δὲ εἴσω θυρῶν. Ὅσην δὲ ὑμῖν (9) ἡδονὴν τὰ πραχθέντα ἤνεγκε, τοσαύτην ἐμοὶ τὰ γραφέντα. Πρὸς γὰρ ἂν τοῖς ἄλλοις τὸ μῆκος τῆς ἐπιστολῆς, ἥτε διὰ πάσης χάρις ἐδείκνυεν, ὡς ἀγαθοῦ παιδὸς εἴης (10) πατήρ. Καί μοι μεῖζον τὰ γράμματά σου δῶρον, ἢ εἰ τὸ πλέον τῶν ἀγρῶν ἐξαργυρώσας ἐπεπόμφεις. Ποίει δὴ πολλὰ τὰ γενναῖα, καὶ ποιῶν ἐπίστελλε. Μισθὸς γάρ μοι μέγιστος, ἢν ᾖς τε ἄριστος καὶ δοκῇς (11).

MXXXVIII.

(10) Forte respicitur terrae motus, qui Nicomediam concussit. (11) Quae sequuntur usque ad finem epistolae, petita sunt ex *Vatic.* B. in ceteris omnibus & *Vatic.* quoque 944. desiderata. Scripsi tamen pro ἐκεῖνο, ἐκεῖνον, ut referatur ad χειμῶνα. (12) Alluditur ad *Euripid.* Helenam vs. 1705.

Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοὶ
Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη.

EP. MXXXVII. (1) Vide *Centuriam* meam p. 122. ex *Barocc.* Cave, putes, hanc epistolam ad *Julianum* Imp. scriptam esse. (2) Haec olim ita verti, ut φύσιν, *indolem*, subintelligerem. Jam vero aliter sentio, & vel πατρίδα, vel πόλιν intelligendam puto, quo sensu eadem phrasi alias noster utitur. Porro paulo post *urbis patriae* meminit, eamque ideo laudat, quod talem se in Julianum praestiterit, qualem debebat. In *Medic.* B. legitur πρὸς τὸν σεαυτοῦ, prave utique, *Codex Niger* pro nostra facit. (3) ᾔδεισθα, *Medic.* B. (4) Vox δεινὸς h. l. sine dubio in bonam partem accipienda est, quae alias etiam in malam sumitur, inprimis, ubi de Sophistis sermo est. Tunc enim *vafrum & versutum* denotare solet. Ita Philostratus de Vitis Sophistarum in Vita Antiphontis lib. I. n. 15. τὸ, δεινὸς ῥήτωρ ἐπὶ ἐπῶν ἐπωνυμίαν, a vulgo Sophistis inditam, vocat. Compara *Ludov. Cresollium* in Theatro Sophistarum lib. I. c. 13. & *Gothofred. Olearium* in not. ad Prooemium Philostrati in Vit. Sophist. n. 38. p. 483. & ad Phavorini Vitam n. 8. In laude tamen ponitur τὸ δεινὸν apud *Platonem* in Pythagora: Πρωταγόρας πάνυ γε δεινός ἐστιν ἀνήρ. Hinc & δεινότης apud Rhetores non postremam dictionis virtutem infert, de qua vide elegantissimum *Schraderi* commentarium de Sensu & usu Rhetoricorum Aristotelis p. 399. Vide praeterea quae de vocis hujus significatu erudite adfert *Jac. Perizonius* ad Aeliani Var. Histor. l. 1. & in Addendis p. 977. (5) τεθήρευκας erat in *Anglic.* sicut & in *Medic.* at *Cod. Niger* τεθήρακας. Utraque lectio locum tueri potest, cum Graeci θηρεύειν & θηρᾶν dicant. Neque tamen insolens est, ut ε εὐ & ἐν a librariis permutentur. Vide dissertationem meam de Lectionibus Hieroclis in commentar. ad Pythagorae Carmina & *Cotelerium* ad Tomum II. Monument. Eccles. Graecae p. 636. & ad Tom. III. p. 521. (6) Quid sibi velit noster, non admodum dixerim. Si ad *Julianum* Imp. spectet, videri possit de praelio sermo esse, ex quo superior sine magna hostium clade discesserit. Suspicor tamen, ad aliud aliquod negotium respici. (7) Vide *Curas* nostras ad *Matth.* XIII. 57. (8) φιλοδώρου male olim pro nomine proprio habui. Significat enim *munificum* & *liberalem*: mox enim *donorum*, quae miserit, meminit. (9) ὑμῖν, *Medic.* (10) εἴη. sic & *Cod. Niger* & *Medic.* quod male olim sollicitavi, legendum putans εἴης. Pertinent enim haec, quae dicuntur, ad epistolam Juliani, Libanio scriptam, quam cum prole elegante comparat. Sic alibi noster infra epistolas θυγατέρας vocat. (11) Videtur alludere ad Catonis illud: *malo esse quam videri.*

MXXXVIII. ΔΟΜΝΙΩΝΙ. (1)

Ἀνὴρ Ἑρμοῦ (2) φίλος, ὁ σοφιστὴς Στρατήγιος (3), ἐπὶ τῆς σῆς ἀρχῆς (4) πάσχει κακῶς, σοῦ οὔτε κελεύοντος, οὔτε εἰδότος. Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτ' αὐτὸν ἀπόλλυσιν, ὅτι σὺ τούτων οἶσθα οὐδέν. Εἰ γὰρ ᾔδεις, ἐκώλυσας ἄν, τούς τε νόμους βεβαιῶν, καὶ τῆς ὑμετέρας (5) ἄξια δρῶν οἰκίας, ἐξ ἧς (6) ἅπαντα εἴδη λόγων, ὅπου καί σε λόγοι πρὸς τοῦτο σχήματος ἤγαγον (7). Νῦν οὖν ἀκούσας, καὶ μαθὼν, βοήθησον ἀνδρὶ χρηστῷ καὶ δικαστηρίων ἀπείρῳ, πολλὰς δεξαμένῳ προσβολὰς ὑπὸ Φρυνώνδου (8) τινὸς, ὃς ἀφέλκει τῶν νέων τὸν διδάσκαλον, ζημιῶν μὲν αὐτὸν ἐν τοῖς ἐκεῖ χωρίοις, ζημιῶν δὲ ἐν τῷ παρ' ἡμῖν χορῷ. Ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι, φησί τις παρ' Ὁμήρῳ, ποίησον δ' αἴθρην (9), καὶ μέλιττας (10) ἐλευθέρωσον, ἀδικουμένην ὑπ' ἀναισχύντου κροκοδείλου.

DOMNIONI.

Strategius, Sophista, Mercurio amicissimus, sub praefectura tua injuria afficitur, te neque jubente, neque conscio. Hoc ipsum enim illi fraudi est, quod tu nihil eorum, quae aguntur, nosti. Si enim nosses illa, fieri vetares, legum afferturus auctoritatem, & quae gente tua digna sunt, praestiturus. Illi enim omnia dicendi genera debentur, quemadmodum te ipsum dicendi facultas ad eam amplitudinem provexit. Postquam igitur rem intellexisti, & edoctus es, succurre, quaeso, Viro bono, & fori ignaro, multis autem Phrynondae cujusdam insultibus vexato, qui praeceptorem hunc a discipulis avocat, aegre illi cum in vestris provinciis, tum apud nos faciens. Tu autem, quod ille apud *Homerum* ait, libera hominem, serenam reduc lucem, & libera apem, quae ab impudente crocodilo vexatur.

MXXXIX. ΤΩΙ ΑΥΤΩΙ. (1)

Καλὰ μὲν σοῦ (2) γράμματα βραδέως ἥκει (3), τύχην δ' ἥντινα λέγεις μεταπεσεῖν (4) μοι, δι' ἣν οὐκέτ' ἕξω τοὺς θεραπεύοντας, μόλις ἠδυνήθην μαθεῖν, ὅτι περὶ τὴν τελευτὴν τοῦ Βασιλέως λέγεις. Ἐγὼ δὲ ἐφίλουν μὲν ἐκεῖνον οὐχ ἧττον ἢ τὴν ἐμαυτοῦ μητέρα, καὶ ἐφιλούμην (5) γε μᾶλλον, ἢ οἱ πάνυ δοκοῦντες (6). Οὐ μὴν ταῖς γε ὡς αὐτὸν (7) εἰσόδοις εἰς τὸ τοὺς μὲν μείζους, ἢ προσῆκε (8), ποιεῖν, τοὺς δὲ ταπεινοὺς (9) κατεχρησάμην. Οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν, ὡς δραχμῇ πλουσιώτερος ἐκ τῶν βασιλείων ἐγενόμην, ὅς γε οὐδ' ὅσα ἦν ἐκεῖ τῶν παππῴων μοι, οὔτ' αὐτὸς ἠξίουν ἀπολαβεῖν (10), οὔτε ἀναγκάζοντος (11) ἐδεξάμην. τὸ δὲ δοθὲν (12) ἐκεῖνο τὸ μικρὸν Ἀριστοφάνει ἔργον ἦν λόγου τινὸς, οὐκ ἐμὴ δέησις. Ἀτυχὴς μὲν οὖν εἶναι φίλου τοιούτου στε-

EIDEM.

Elegantes literae tuae serius ad me perferuntur. Ego vero fortunam, quam mihi adeo dicis esse mutatam, ut clientes inposterum non sim habiturus, vix potui ex eo perspicere, quod Regis mortem mihi nuncias. Eum equidem non secus ac matrem meam amabam, vicissim autem magis ego ab ipso amabar, quam qui maxime amari videbantur. Neque tamen salutationibus & frequenti aditu ita abusus sum, ut alios quidem magis, quam deceret, proveherem, alios autem deprimerem. Neque dici potest, me ex Regiis donis vel drachma locupletatum esse, qui nec illa, quae ex avitis mihi facultatibus ibi relicta erant, vel conferenda mihi petii vel a Rege, quamvis prolixe invitante, accepi. Exiguum vero illud, quod *Aristophani* datum fuit, orationi cuidam ipsius, non meis precibus debebatur. Tali interim amico pri-

EP. MXXXVIII. (1) Vide *Centuriam* meam ep. XXXV. ex *Barocc.* (2) Ἰοῦ *Barocc.* Ἑρμοῦ, *Vatic.* B. *Ambros.* T. 5. & *Upsaliensis.* Quae lectio praeferenda videtur alteri illi. Noster enim frequenter alias Rhetoras Mercurio amicos, vel ad Mercurii chorum pertinere ait. (3) *Strategius* hic est, qui facundia sermonis utriusque clarus dicitur *Ammiano*, ac postea Praefectus Praetorio per Orientem fuit. De eo alibi in superioribus plura. (4) ἐν τῇ σῇ ἀρχῇ, *Mutin.* A. (5) ὑμετέρας, *Mutin.* (6) ὧν, *idem.* (7) προήγαγον, *idem.* (8) Φρυνώνδας ἄλλος de homine improbissimo proverbialiter. Vide *Erasmum* p. 308. (9) αἴθριον, *Barocc.* αἴθρίαν, *Cod. Niger.* αἰθρίαν, *Mutin.* A. *Homeri* versum vult noster Iliad. ρ. v. 645.

Ζεῦ ἄνα, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν,
Ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.

(10) Rhetores etiam alibi noster cum *apibus* confert.

EP. MXXXIX. (1) Vide *Centuriam* meam ep. XLVI. ex *Barocc.* Latinam habes apud *Zambicarium* lib. III. n. 286. *Juliano* inscribitur haec epistola in *Barocc.* perperam omnino, si de Imperatore accipias. De hoc enim, tanquam mortuo, epistola haec agere recte videbitur, ideo, quod & vehementem Regis defuncti in se, & suum in ipsum amorem iisdem verbis celebrat, quibus alibi usus est. Sic p. 42. *Vitae* suae ait, Julianum dixisse, quod mater non majori se, quam Libanius amore sit prosecutus. Ipse vero Juliani in se amorem praedicat Orat. IV. p. 152. Nec minus ad Julianum Imp. spectant, quae in epistola hac de opibus suis ab Rege non amplificatis affert. Vide eundem in *Vita* sua p. 41. Quamobrem vel ad Julianum quendam, Imperatori ὁμώνυμον, epistola haec referenda erit, vel alterius amici nomen, fuerit substituendum. Ita Δομνίωνι diserte inscribitur in *Codice nigro*, in quo alia ad eundem antecesserat: Ἰουλίῳ autem in *Medic.* B. *Mutin.* C. *Benzel.* A. B. & Ἰουλίῳ in *Mutin.* A. ubi tamen utrinque Ἰουλιανῷ legendum putem. Ἰουλιανῷ nomen exstat etiam in *Casanat. Ambros.* T. 5. & in *Vindobon.* utroque membranaceo & chartaceo, nec non in versione *Zambicarii.* (2) Ita *Barocc.* & *Cod. niger:* τὰ σὰ καλά, *Ambros.* T. 5. *Mutin.* A. & *Medic.* B. C. *Benzel.* A. B. item versio *Zambicar.* Atque hoc fere malim. Memini enim nostrum alias eadem phrasi uti. (3) ἥκει μοι, *Mutin.* C. (4) Sic *Isocrates* πρὸς Φίλιππον. τῆς πάλαι μεταπεσούσης τύχης, & *Phavorinus* in Lexico: μεταπεσεῖν τὸ λαὶ δόξης εἰς ἀτιμίαν πεσεῖν, ἢ τὸ ἐναντίον. (5) ἐφίλουν, *Medic.* B. male. (6) scilicet φιλεῖσθαι. (7) ἐκείνου *Medic.* B. pro ὡς αὐτόν. (8) ita codd. plerique: προσῆκεν, *Mutin.* A. & *Medic.* (9) Sic *Cod. niger.* ceteri ταπεινοῦν, eodem sensu. (10) λαβεῖν, *Barocc.* (11) ἀναγκάζειν non semper externam & violentam coactionem, sed & persuasionem, quae verbis fit, infert. Vide Interpretes ad *Luc.* XIV. 23. (12) Explica & emenda ex his, quae in *Vita* nostri p. 42. leguntur, & confer, quae supra ad ep. 372. dicta sunt.

(13) σοῦ

privatus infelicem me quidem fateor; adulatores autem non amisi, qui nec habuerim. Amicos vero eosdem, quos olim, habeo, eosque hilariores, qui mores meos probent, quos temporis felicitas insolentiores reddere non potuit. Tu autem nunc quoque ad me scribens, gratum facis, sicut olim: &, siquidem per eas honoratum me voluisti, amicum quendam illis cohonestasse, non autem fortunae causa mihi assentatus esse videberis.

στερηθεὶς ὁμολογῶ. Κόλακας δὲ οὐκ ἀπολώλεκα, οὕς γε οὐδὲ ἐκτησάμην. Φίλοι δὲ οἱ περὶ τοῦ (13), καὶ νῦν. Καὶ ἥδιόν γε νῦν οἱ ἐπαινοῦντές μου τὸν τρόπον, ὃν οὐκ ἐτήρει καιρὸς ὑβρίσαι. Σὺ δὲ καὶ νῦν ἐπιστέλλων χαρίζῃ, καὶ τότε (14). εἰ τοῖς αὐτοῖς ἐβούλου τιμᾷν, τιμᾷν ἔδοξας ἂν (15) ἄνδρα ἑταῖρον, ἀλλ' οὐ κολακεύειν τύχην.

TATIANO.

Aegre quidem legati nostri prae vehementi quodam timore hinc sunt profecti. Timorem vero illum tua adversus urbem ira procreavit. Qui igitur in culpa sunt, jurati confirmant, se, quae fecerint, coactos fecisse, & manibus quidem suis, alieno autem consilio agros esse vastatos. Ponam ego, illos omnes peccasse, & communem hanc esse, quod rem fieri non prohibuerunt, Senatus culpam, meminisse tamen te velim sermonum tuorum, quibus me saepe docuisti, quod, quos culpare poteras, eos, patronorum indigos, ipse sublevaris. Qui enim rem ejusmodi ut praeclaram laudat, illum utique parum decet suam ipsius legem negligenter habere. Nam qui injurias ulciscitur, non quidem peccat; melior vero is est, qui, cum possit, poenam sumere detrectat. Multa enim & ubique & quotidie eorum, qui ab injuriis se vindicant, videmus exempla; veniam vero aliis facere Dei est, & Deo simillimi. Ubi vero ad vindictam non sumtam illud accesserit, ut poenas debentibus auxilium etiam feratur, id quidem, mehercle! corona dignum fuerit habendum. Porro, si quis imbecillior de potentiore poenam sumere possit, merito id quidem aliquis tanquam rem non facilem, miretur. Quando vero aliquis ea, qua tu vales, potentia instructus, qua utinam perpetuo fruaris! imbecilliores affligit, injucundum utique est spectaculum. Neque enim Hercules, si in aegrotos aut mortuos homines grassatus fuisset, admiratione dignus haberetur. Itaque, si supplicii aliquid expectantes illi ad te venerint, meliorem te, quam quidem delinquentes sperant, praebe: si vero confidunt, fore, ut se non male mulctes, noli hanc spem fallere. Novi enim multos, qui ex eo, quod irati fecerunt, brevi tempore voluptatem ceperunt, postea vero illa, quibus antea fuerant laetati, doluerunt: novi etiam alios, ex eo semper laetatos, quod illam, quae adfectui indulgentibus nascitur, voluptatem non senserunt. Quod si tu non tam multa urbi nostrae praestitisses, reprehensioni non ita futurus erat locus, si nunc quidem eam laederes. Postquam vero &

MXL. ΤΑΤΙΑΝΩ. (1)

Μόλις ἐκινήθησαν οἱ πρεσβευταὶ παρ' ἡμῶν ὑπὸ φόβου θαυμαστοῦ. τὸν φόβον δὲ ἐνεποίει, τό σε πρὸς τὴν πόλιν ἐσχηκέναι χαλεπῶς (2). Οἱ μὲν οὖν ἐν ταῖς αἰτίαις ὀμνύουσιν ἦ μὴν ἠναγκασμένοι ποιῆσαι, ἃ πεποιήκασι, καὶ ταῖς μὲν χερσὶν αὐτῶν, τῇ γνώμῃ δὲ ἑτέρων πεπορθῆσθαι τοὺς ἀγρούς. Ἐγὼ δὲ θείς τε τούτους ἠδικηκέναι, καὶ κοινὴν εἶναι τῆς βουλῆς τὴν ἁμαρτίαν, εἴ γε οὐκ ἐκώλυσεν, ἀναμνησθῆναί σε βούλομαι τῶν σεαυτοῦ λόγων, ἐν οἷς ἡμῖν διηγοῦ πολλάκις, ὡς οἷς ἐγκαλεῖν εἶχες, τούτους ὄντας ἐν χρείᾳ συμμάχων ὤρθωσας. Τὸν (3) γὰρ ὡς καλῶν ἐκείνων μεμνημένον (4) οὐ πάνυ καλὸν τὸν αὐτοῦ παραβαίνειν (5) νόμον. Οὐκ ἀδικεῖ μὲν γὰρ ὁ ἀμυνόμενος (6), ἔστι δὲ βελτίων, ὁ παρὸν τιμωρίαν λαβεῖν οὐκ ἐθελήσας. Τοῦ μὲν γὰρ πολλὰ τὰ παραδείγματα καὶ πανταχοῦ καὶ καθ' ἡμέραν τοὺς ἀμυνομένους (7) ὁρῶμεν, τὸ δὲ δοῦναι συγγνώμην θεοῦ τε καὶ θεῷ παραπλησίου (8). Εἰ δὲ προσέσται τῷ μὴ λαβεῖν τὴν δίκην καὶ τὸ βοηθῆσαι τοῖς ὀφείλουσι τὴν δίκην, Ἡράκλεις, ὡς στεφάνων ἄξιον. Ἔτι δὲ τὸ μὲν ἀσθενῶς διακείμενον παρὰ τοῦ μέγα δυναμένου δυνηθῆναι δίκην λαβεῖν, τάχ' ἄν τις θαυμάσειεν, ὡς οὐκ ὂν (9) τῶν ῥᾳδίων. Ὅταν δέ τις ἰσχὺν, ἡλίκην σὺ, κεκτημένος, καὶ μόνος γε ἐπὶ τῆς ἰσχύος, ἐλαύνῃ τοὺς ἀσθενεῖς, μάλα οὐχ ἡδὺ (10) τὸ θέαμα. Οὐδὲ γὰρ ὁ Ἡρακλῆς εἰ (11) νοσοῦντας καὶ κειμένους ἀνθρώπους ἕλκων ἐρρίπτει (12), θαυμαστὸς ἂν ἦν. Καὶ μὴν εἰ μὲν οἰόμενοι πείσεσθαί τι κακὸν ἥκουσι, κρείττων φάνηθι τῆς τῶν ἁμαρτανόντων ἐλπίδος. εἰ δὲ θαῤῥοῦσιν, ὡς σοῦ γε οὐκ ἂν λυπήσοντος, μὴ χείρων γένῃ τῆς ἐλπίδος. Οἶδα γὰρ ἐγὼ πολλοὺς ἐκ μὲν τοῦ μετ' ὀργῆς τι πρᾶξαι βραχὺν ἡσθέντας χρόνον, ὕστερον δὲ ἀνιωμένους, ἐφ' οἷς ἥσθησαν. ἑτέρους δὲ πάντα τὸν χρόνον ἡδομένους (13), διὰ τὸ μὴ τὴν ἡδονὴν ἐκείνην ἡσθῆναι τὴν ἀπὸ τοῦ χαρίσασθαι τῷ θυμῷ συμβαίνουσαν. Εἰ μὲν οὖν μὴ πολλὰ περὶ τὴν πόλιν ἡμῶν ἐπεποιήκεις, ἧττον ἂν

ἦν

(13) ἀεὶ νῦν, *Cod. niger* & *Medic.* (14) Sic scribo cum *Cod. nigro* & *Medic.* pro νῦν, *Barocc.* Consentit versio *Zambicarii.* (15) ita iidem codd. at *Barocc.* male ἂν ἔδοξαν.

EP. MXL. (1) *Barocc. 9.* Αντιανῷ & sic *cod. niger.* & *Benzel.* B. Τατιανῷ *Mutin.* C. (2) Spectant haec ad turbas, Antiochiae excitatas, de quibus alibi in superioribus. (3) τὸ γὰρ, *Medic.* B. (4) μεμνημένος, *Barocc.* invito sensu & reliquis codd. (5) παραβαίνει, *Medic.* (6) οὐκ ἀδικεῖν μὲν γὰρ ὁ ἀμυνόμενος, *Medic.* male. (7) ἀμβλυνομένους, *idem.* (8) Frequenter hoc inculcat noster. Conf. *Luc.* VI. 36. 37. (9) οὐκ ὢν, *Barocc.* (10) οὐχ omittit *Medic.* (11) εἰς, *Barocc.* paulo post καὶ omittit *Ambros.* T. 5. (12) ἐῤῥίπτουν, *Medic.* (13) ἡδομένους, *idem.*

(14) ἦνα

ἦν ἂν μέμψις, εἰ τὰ νῦν (14) ἔβλαπτες. Ἐπεὶ δὲ σώζων καὶ κοινῇ πάντας, καὶ καθ' ἕκαστον ἐν μέρει, καὶ ῥυόμενος, καὶ χεῖρα ὀρέγων, καὶ κοσμῶν οἰκοδομίαις διατελεῖς, μὴ (15) διαφθείρῃς πολλὰς καὶ λαμπρὰς εὐεργεσίας ἐν τῷ τελευταίῳ. μηδ', ἂν ἐγὼ τὰ βελτίω διηγῶμαι, λόγος ἕτερος ἐπεισίτω τὸ δυσχερὲς περιφέρων. Ἀλλ' ἔστω πᾶσα περὶ σοῦ διήγησις καθαρὰ τοῦ χείρονος. Ἥξεις ὡς ἡμᾶς Θεοῦ διδόντος. Ἐμπλήσομέν σοι τὴν οἰκίαν οἱ τὸ προσειπεῖν σε κέρδος ἡγούμενοι. Πότερον οὖν κάλλιον λέγειν σε τὰς αἰτίας, ὑπὲρ ὧν ἔτρωσας διὰ τῶν πρεσβέων τὴν πόλιν, ἢ φιλοτιμεῖσθαι τῷ τοὺς τραυμάτων ἀξίους εὖ πεπονθότας ἀποπέμψαι; Ἔστι δὲ οὐ περὶ τοῦ παρόντος ἡμῖν (16) ὁ λόγος χρόνου. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἡμῶν ὁ τελευτήσας εὐθὺς ἐν λήθῃ, τὸ δὲ σὸν λαμπρόν τε καὶ κρεῖττον ἢ σβεσθῆναι (17). Ὅ, τε γὰρ ὕπατος αἵ τε ἐκ βασιλέων τιμαὶ, καὶ τὸ βασιλέων τοῦ μὲν μαθητὴν, τοῦ δὲ γενέσθαι διδάσκαλον, ἔτι δὲ οἰκιῶν κάλλη καὶ λουτρῶν πλῆθός τε καὶ μέγεθος, καὶ χάρις πάντα τοὔνομα καθέξει, κἂν τὸ σῶμα ἀπέλθῃ. Δὸς δὴ τοῖς ἐσομένοις λέγειν, ὡς οὗτος μέντοι τὴν Ἀντιόχου πόλιν, οὐ πάντη ἄμεμπτον εἰς αὐτὸν λαβὼν, ἔχων ἀνατρέψαι καὶ καταδῦσαι, διεφύλαξεν οὐχ ἧττον ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἐγκλημάτων, ἢ ὅτε βελτίστην ἡγεῖτο. Ταῦθ' ὅτε ἐπέστελλον, ἦσαν οἳ ληρεῖν με ἐνόμιζον, καὶ λύκου, φασὶ, πτερὰ ζητεῖν (18). οὐ γὰρ ἂν πεῖσαι. Ἐγὼ δὲ ἐκείνους, οἷς ἐδόξαζον, ληρεῖν ἡγούμην. πείσειν γὰρ ἂν καὶ ταῦτ' ἐμαντευόμην, οὐ τῇ τέχνῃ Κάλχαντος (19), ἀλλ' εἰς τὴν σὴν ἀποβλέπων γνώμην τε καὶ φύσιν. Σὺ δ' οἶμαι κύριος ἢ δεῖξαί με μάντιν φαῦλον, ἢ Τειρεσίου βελτίω.

& publice omnibus, & privatim singulis profuisti, urbemque nostram & tueri, &, manu porrecta, aedificiis ornare non desinis, magna, quaeso, illa & illustria beneficia ultimo hoc facto perdere noli: nec permitte, ut quando praeclara haec edisserui, sermones alii, sinistri aliquid secum ferentes, spargantur. Imo vero omnis de te narratio a malo omni sit immunis. Venies ad nos, propitio Numine: nos autem, qui te salutare in lucro ponimus, domum tuam implebimus. Praestat ne igitur rationem te reddere, cur per legatos urbem nostram laeseris, an potius de eo gloriari, quod qui verberibus digni erant, beneficiis adfectos dimiseris. Neque vero de praesenti tantum tempore loquimur. Nam qui ex nostri ordinis hominibus diem obit, oblivione illico sepelitur, tua vero conditio illustrior & melior est, quam ut exstingui possit. Praefectum enim te fuisse, tantoque a Regibus honore mactatum, ut alterius Regis discipulus, alterius doctor fueris, aedificia porro elegantissima, balneaque non copiosa minus, quam ampla & jucunda, nomen tibi, si corpus abierit, immortale praestabunt. Fac itaque, ut posteri dicant, virum illum, qui Antiochi urbem, non prorsus adversus se innoxiam expertus perdere illam & evertere potuerit, salvam illam non minus eo tempore, quo reprehensioni locus erat, quam, quo optimam esse judicabat, praestitisse. Fuerunt, qui me, haec scribentem, nugari, & lupi alas quaerere dicerent: nihil enim me effecturum. Ego vero eosdem, ita sentientes, insanire putabam. Rem enim omnino tibi me persuasurum ominabar, non Calchantis arte usus, sed animum tuum indolemque respiciens. Tu vero facere potes, ut vel vanus, vel melior Tiresia vates videar.

MXLI. ΤΩι ΑΥΤΩι. (1)

Τοῦ (2) χαίρειν τοῖς ἡμετέροις γράμμασι σημεῖον τὸ (3) ἀντεπιστέλλειν φέρεις (4). Τῶν οὖν ἐκεῖθεν ἐπιθυμῶν οὐ παύσομαι γράφων. Ἡ γὰρ ἐμπορεία καλὴ, χρυσᾶ ἀντὶ χαλκῶν ἔχειν (5). Ἔναγχος μὲν οὖν ὑπὲρ ὅλης τῆς ἡμετέρας (6) ἐδεόμην, ἀδικεῖν μὲν αὐτὴν ὁμολογῶν, σὲ δὲ ἀξιῶν καὶ οὕτως ἐκ φιλανθρωπίας κτήσασθαι (7) δόξαν. Καὶ οὕτως ἐγώ σε (8) καλῶς ἐπίσταμαι, ὥστε καὶ ὑπεσχόμην αὐτοῖς τὰ βελτίω (9). καὶ νῦν οἶμαί τι, ὧν ἐμαντευσάμην, πεπρᾶχθαι. ἡ παροῦσα δέ μοι σπουδὴ Ἀλεξάνδρῳ (10) τούτῳ γενέσθαι γινώσκεσθαι παρὰ σοῦ. Τοῦτο δέ ἐστιν Ἀλεξάνδρῳ τύχης ἀμείνονος γε-

EIDEM.

Jucundas tibi accidisse literas nostras rescribens ipse testatum facis. Quoniam itaque & vestras vehementer cupio, scribere non desino. Mercatura enim proficua est, aurea pro aereis recipere. Nuper quidem pro omni urbe nostra preces supplices feci, peccasse quidem illam confessus, te autem, ut humanitatis laudem tibi parares, obtestatus. Te vero ego pridem ita perspectum habeo, ut illis bonam spem fecerim. Jamque nonnihil eorum, quae ominatus sum, confectum esse crediderim. Modo vero id curae mihi est, ut *Alexander* hic tibi cognitus fiat. Hoc est, ut *Alexandro* sub tua praefectura melior sors obtingat. Qui-

(14) *οὕτω νῦν*, *idem*. (15) *μὴν* pro *μὴ*, *idem*. (16) Pro *ὑμῖν*, quod est in *Medic*. *σοὶ μόνος* est in *Barocc*. & *cod. nigro*. (17) Locum hunc adfert *Valesius* ad Socratis Hist. Eccles. II. 39. (18) De hoc proverbio alibi diximus. (19) De Calchante & Tiresia, vaticinandi arte illustribus ad superiores epistolas commentati sumus.

EP. MXLI. (1) Latine inter *Zambicarianas* lib. III. ep. 281. ubi operarum vitio *Paciano* inscribitur. (2) *Ου* *Mutin*. A. *Τὸ* *Medic*. B. reliqui recte *τοῦ*. Id enim requirit sequens *σημεῖον*. (3) *τι* *Mutin*. C. *τοῦ*, *Medic* B. (4) Sic *Barocc*. *ο*. *ἐπιφέρεις*, *Cod. niger*, *Medic*. & *Mutin*. A. rectius. (5) Proverbium pervulgatum. (6) *ὑμέρας*, *Mutin*. C. male: respicit epistolam proxime superiorem, quam pro Antiochia scripserat. (7) Sic *Mutin*. A. & *Medic*. B. Alii *κεκτῆσθαι*, ut *Barocc*. & *Mutin*. C. (8) *ἔγωγε*, *Medic*. (9) *τὴν βελτίω*. *Mutin*. A. scilicet *τύχην*. Sic mox *τύχης ἀμείνονος*. (10) Quae inde à voce *τούτῳ* usque ad *Ἀλεξάνδρῳ* in codd. reliquis leguntur, desunt in *Mutin*. A. librarii culpa.

(11) *οἶμαι*,

Quicunque enim alis tuis sunt subjecti, illis res ex voto semper fluxerunt. Neque vero cura tua indignus vir est. In Musarum enim hortis est nutritus, artemque suam in foro testatam fecit, inimicis gravis, amicis autem utilis, porro vero beneficia accepta praedicare didicit. Ingenium habet excitatius, corpus vero tale, quod rebus agendis sufficiat. Hunc itaque ex tuis esse velim, copiamque nancisci & adloquendi te, & suavissimos utilissimosque sermones tuos audiendi. Quod si enim ad hunc honorem nihil accesserit aliud, his tamen rebus honoratum esse prudenti cuique omnibus Croesi talentis praestare videbitur.

γενέσθαι ταύτην ἀρχήν. Ὅσοι γὰρ ὑπὸ τῇ σῇ γεγένηνται πτέρυγι, τούτοις ἐξ εὐχῆς ὁ βίος ἔδραμεν. Ἔστι δ' οὐκ ἀνάξιος τῆς παρὰ σοῦ προνοίας ἀνήρ. Καὶ γὰρ ἐν Μουσῶν ἐτράφη κήποις, καὶ ἐπὶ τοῦ βήματος ἔδειξε τὴν τέχνην, καὶ βαρὺς ἐχθροῖς καὶ χρήσιμος φίλοις. καὶ χάριν λαβὼν οἶδεν φράσαι (11) τὸ δοθέν. Ἔτι δὲ ἡ γνώμη μὲν ἐγρήγορε, τὸ σῶμα δ' οἷον ἔργοις (12) ἀρκέσαι. Τοῦτον οὖν δέομαι τῶν περὶ σὲ γενέσθαι, καὶ λαβεῖν ἐξουσίαν εἰσιέναι τε καὶ λαλοῦντος ἀκούειν ἐκεῖνα τὰ ἥδιστα καὶ ὠφελιμώτατα. Καὶ γὰρ ἂν μηδὲν ἕτερον προσγένηται τῇ διὰ τούτων τιμῇ, τόγε τούτοις τετιμῆσθαι τῶν ταλάντων Κροίσου (13) τῷ γε νοῦν ἔχοντι μεῖζον.

DOMETIANO.

Existimas forte magistratum tuum tenuem levemque esse, &, quod proverbio dicitur, Scyrium; aliorum autem illos ampliores, & in majore existimatione. Ego vero aliter judico, tuumque etiam illis, quibus inferior videtur, majorem esse atque eos adeo, qui palmam tenere videntur, superari judico. Cur autem hoc judicium feram, mox intelliges. Scilicet ego quidem urbis decus ex habitantium virtute, non ex porticuum amplitudine aut multitudine aedium judico. Quae cum ita sint, Tyro sane, quae & ingenuos & bonos viros alat, brabeum debetur. Jam quidem optimum *Aristonem* non commemorabo, ne me laudare videar ipse. *Pelagius* autem hic nos omnes compositis suis moribus obnoxios sibi habet, neque nos solum, sed & omnes, cum quibus versatur. In legatione enim sua, qua perfunctus est, jam Italiam attigit; neque inventus ullus est adeo lapideus & durus, qui non statim ab eo caperetur. Imo, si in saevissimos Scythas inciderit, etiam illos mites & benignos sibi habiturus videatur. Nonne igitur magna est civitas, cujus talis est civis? nonne eximius pastor, qui tales pascit? Eum tu quidem jam pridem cognitum habuisti: neque enim ignotum honorasses. Praestetur vero eidem aliquid am-

MXLII. ΔΟΜΕΤΙΑΝῼ.(1)

Ἴσως οὖν μικρὰν εἶναί σοι τὴν ἀρχήν, καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν Σκυρίαν (2), ἑτέρας δὲ εἶναι μείζονάς τι καὶ ἐν μείζονι λόγῳ. Ἐγὼ δὲ οὐχ ὧδε κρίνω, ἀλλὰ ἣν μὲν ἔχεις, εἶναι μείζω, ὧν ἐλάττων εἶναι δοκεῖ, νικᾶσθαι δὲ ἐκείνας, αἳ δοκοῦσι νικᾶν. Καὶ ὅθεν γε ταύτην τίθεμαι τὴν ψῆφον, ἀκούσῃ ἄν. Ἐγὼ πόλεως κάλλος (3) ἡγοῦμαι τὴν τῶν ἐνοικούντων ἀρετήν, οὐ μῆκος στοῶν, οὐδὲ ὕψος θεάτρων, οὐδὲ πλῆθος οἰκιῶν. Τούτου δὲ ὄντος τοιούτου, Τύρῳ τὰ νικητήρια γίγνεται, γενναίους ἄνδρας καὶ ἀγαθοὺς τρεφούσῃ. Καὶ τὸν μὲν ἄριστον Ἀρίστωνα (4) ὑπερβήσομαι τοῦ μὴ δοκεῖν ἐμαυτὸν ἐπαινεῖν. Πελάγιος δὲ οὑτοσὶ πάντας ἡμᾶς ἐξαψάμενος ἔχει τῇ τῶν ἠθῶν ἁρμονίᾳ, καὶ οὐχ ἡμᾶς γε μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας, οἷς ἐπέμιξεν. Ἦλθε γὰρ δὴ μέχρι τῆς Ἰταλίας, ἡνίκα ἐπρέσβευε. καὶ οὐδεὶς οὕτως οὔτε λίθινος, οὔτε σκληρὸς, ὃς οὐκ εὐθὺς εἴχετο (5). Δοκεῖ δέ μοι κἂν εἰς τοὺς ὠμοτάτους Σκυθῶν (6) ἐλθὼν ἡμέρων αὐτῶν τυχεῖν (7). Οὐκοῦν μεγάλη μὲν πόλις ἧς ὁ πολίτης τοιοῦτος, λαμπρὸς δὲ νομεὺς (8) ὁ τοιούτους ποιμαίνων; Ἤδη μὲν οὖν αὐτὸν ἔγνωκας. οὐ γὰρ ἂν ἐτίμας ἀγνοῶν. Γενέσθω δέ τι πλέον καὶ παρὰ τῶν γραμμά-

(11) οἶσαι, *cod. niger.* (12) οἷον δὲ, *Barocc.* (13) τῶν Κινύρου ταλάντων ἀνδρί, *Mutin.* A. ἔτι δὲ ἡ γνώμη μὲν ἐγρηγόρε, τὸ σῶμα δὲ οἷον ἐν ἔργοις ἀρκέσαι. *Benzel.* B. Scilicet & Cinyrae & Croesi opes in proverbium abierunt. *Croesi* nomen & *Zambicarius* habet.

EP. MXLII. (1) Vide *Centuriam* meam, ep. XXXVIII. ex *Barocc.* ubi Δομετιανῷ inscribitur. Δονατίῳ autem in *Vatic.* 943. & *Vindobon.* chartac. Δομετιανῷ in *Cod. nigro.* Δονατίῳ *Benzel.* A. (2) Imperium Scyrium de dominatu tenui & nullius ponderis dicitur a Scyro insula, quae olim, cum Pelasgi & Cares illam incolerent, sterilitate famosa erat. Vide *Suidam* & *Zenodotum*, atque hinc *Erasmum* p. 139. Adagiorum. (3) Varia urbis ornamenta interque ea viros vel bonos, vel celebres recenset *Philostratus* lib. I. de Vitis Sophist. cap. 25. §. 2. Πόλιν γὰρ δὴ λαμπρύνει μὲν ἀγορὰ καὶ κατασκευὴ μεγαλοπρεπὴς οἰκοδομημάτων. λαμπρύνει δὲ οἰκία εὖ πράττουσα. Οὐ γὰρ μόνον δίδωσι πόλις ὀνόματα ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἄρχεται ἐξ ἀνδρός. (4) Allusio ad Aristonis nomen facile hic apparet, quam apud Scriptores frequenter observes, ita ut nunc cum laude eorum qui nomina ferunt, nunc cum dedecore conjungatur. Exempla vide apud *Aegid. Menagium* Tom. I. Anti Bailleti p. 178. & 187. & *Victorium* lib. XXXVI. c. 24. *Var. Lect. Barthium* lib. LVII. c. 11. Adversariorum, & *Stephan. Morinum* in Exercitatt. de lingua primaeva c. VI. p. 32. Vide plura in *Centuria* mea ad h. l. p. 90. Sic supra noster ep. 952. Θεατίνεσθαι ὄντως ἀνὴρ Θεατίνεσθαι. (5) εἴχετο de homine, incredibili alterius amore capto, adhibetur. Vide *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Plutum v. 100. Hinc Aristippus de meretrice Laide dicebat: ἔχω, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι, teste *Laërtio* II. 75. ad quem locum vide Menagium p. 111. (6) Scytharum immanitas & barbaries pridem in proverbium abiit. Vide *Erasmi* Chiliadas fol. 155. *Scytharum more.* Adde, quae ad h. l. plura dixi in *Centuria*, & in *Curis* meis ad *Coloss.* III. 11. (7) sequitur in *Benzel.* A. καὶ αὐτῶν τὸν νόμον τῷ ἀστῷ δεῖξαι τρόπῳ. (8) Reges apud Graecos, inprimis Poëtas, dicuntur νομῆς & ποιμένες, *pastores*. Vide *Sam. Bochartum* in Hierozoico lib. II. c. 44. p. 441. qui ipsum quoque *Regis* nomen a verbo Hebr. רעה i. e. *pavit*, derivandum censet, quae etymologia, quamvis non satis firmata videatur, magis tamen veri videbitur similis, quam quae *Steph. Morino* Exercit. I. de Lingua primaeva p. 131. arrisit, ex *Abrech Genes.* XLI. 43. derivanti. Noster alibi etiam Reges cum Pastoribus comparat: vide eum Tom. II. p. 394. & p. 435.

μάτων, ὅπως ἡμεῖς οἱ ἰδιῶται (9) παρὰ τῶν ἀρχόντων ὑμῶν κοσμώμεθα, καὶ δόξαν τινὰ λαμβάνωμεν.

amplius, etiam ex his literis meis, ut nos, privatae sortis homines ab imperantibus vobis ornemur, idque honori nobis ducamus.

MXLIII. ΝΙΚΕΝΤΙΩι (1).

Ἐγώ σοι πάλαι γεγένημαι φίλος ἐν πολλαῖς (2) καιρῶν δυσκολίαις εὑρὼν εἰς ἐμαυτὸν πρόθυμον. τῇ φιλίᾳ δὲ ταύτῃ χρόνος δύο καὶ εἴκοσιν ἔτη. καὶ πρόσεισί γε δι' ὁμοίας ἀκμῆς, ἕως ἂν ἐμπνεῖν ἐξῇ. Ἐν (3) δὲ τῷ παρελθόντι χρόνῳ πολλὰ μὲν σὺ χαριζόμενος ἔδρασας, ἁπάντων δὲ ἐγὼ μέμνημαι, πρόσθες δὲ (4) τοῖς πολλοῖς ἐκείνοις τουτὶ, μεῖζον μὲν οὐκ ἂν φαίην, ἔλαττον δὲ οὐδαμῇ. Τοῦ γὰρ αὐτόν με σώζεσθαι τὸ τοὺς φίλους τοὺς ἐμοὺς εὖ πράττειν οὐκ ἐλάττονος σπουδῆς. Φίλος δέ μοι γέγονεν Ἀλέξανδρος, μετὰ μακρὸν πόλεμον, ἐν ἑκατέρῳ τὸ τοῦ δικαίου μέρος τηρῶν. Ἐμάχετό τε γὰρ, ὅτε μὴ τοῦτο (5) ποιῶν ἀδικῶν ἠλέγχετ' ἄν. ἧκέ τε ἐπὶ θάτερον, τοῦ καιροῦ διδόντος ἄνευ μέμψεως φιλεῖν. Ἐγὼ δὲ αὐτὸν τότε μὲν (6) ἐλύπησα οὐδὲν, νῦν δὲ ὠφελεῖν βουλοίμην ἄν. Οὐ μὴν αἰτιάσομαί γε τὴν τύχην, ὡς ἀφῃρημένην με τὸ δύνασθαι. Εἰ γὰρ κοινὰ τὰ φίλων (7), ὑμῖν δ' ἐστὶ δύναμις, οὐδ' αὐτὸς ἂν εἴην ἀσθενής. Ἔστω δέ σοι φίλος Ἀλέξανδρος, καὶ δοκείτω καὶ καλείσθω, κἂν τοῦτο παγῇ (8) καλῶς (9), ἥξει τὰ λοιπὰ ἀκολουθοῦντα. ὡς μᾶλλον σύ γε τῶν οὐ φίλων τινὰς εὖ ποιήσειας ἂν, ἢ φίλου τινὸς ἀμελήσαις ἂν, ἄλλως τε καὶ τοιούτου τὴν φύσιν, ὁποῖός ἐστιν Ἀλέξανδρος (10), νοῦ μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἥκων, θυμῷ δὲ ὡς δέον χρώμενος, ὡπλισμένος δὲ λόγοις, ὄκνου δὲ κρείττων, καιροῦ δεόμενος εἰς (11) ἐπίδειξιν ἀρετῆς, ὃς, εἰ σὺ βουληθείης, εὐθὺς φανεῖται.

NICENTIO.

Jam pridem te inter amicos habeo, quem in multis temporum difficultatibus faventem mihi sim expertus. Haec vero nostra amicitia inde a duobus & viginti annis viget, & unam, dum spirare licebit, eodem illa vigore continuetur. Tu quidem superiori illo tempore multa in mei gratiam fecisti, quorum omnium probe memini; multis itaque his tuis in me beneficiis id, quaeso, adde, quod non quidem majus, neque tamen levius dixero ceteris. Mea enim ipsius salus non magis mihi curae est, quam amicorum meorum felicitas. Amicum autem post longam contentionem nactus sum *Alexandrum*, qui utrinque justi leges servavit. Adversabatur enim mihi eo tempore, quo, si non fecisset, peccasse dici poterat. Jam vero in contrariam se partem vertit, oblata me sine reprehensione amandi occasione. Hunc igitur, quem in isto rerum statu non laesi, nunc quidem libentissime adjuvarem. Neque fortunam accusare possum, quae facultatem mihi inviderit. Cum enim omnia amicorum sint communia, tu autem juvare eum possis, neque ipse non potero. Sit igitur *Alexander* amicus tuus, videatur talis, & vocetur. Quod si enim hoc constitutum tibi fuerit, cetera quidem sua sponte a te sequentur, qui facilius iis etiam bene feceris, quos amicos non agnoscis, quam amicorum ullum neglexeris, praecipue talem, qualis est *Alexander*. Hic enim maximam sibi prudentiam comparavit, adfectui autem non nimis indulget, dicendi porro arte munitus, & ab ignavia alienus, virtutis suae demonstrandae occasionem requirit, quae, si tu volueris, facile se exhibebit.

MXLIV. ΓΑΙΑΝΩι (1)

Ὅ ἐνομιζόμην (2) ἀδικεῖν, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐνεκάλουν, καὶ ἔπειθόν γε ἐμαυτὸν, ὡς δικαιότερα (3) ἐνεκάλουν. Σὺ μὲν γάρ με ᾐτιῶ (4) τοῦ μὴ ἐπιστεῖλαί σοι, ἐγὼ δέ σε τοῦ μὴ ἀντεπιστεῖλαι. Αἴτιος δὲ οὔτε σὺ, οὔτε ἐγώ. Εἰ δὲ μήθ' ὁ γράψας, μήθ' ὁ λαβὼν αἴτιος, τί οὖν; ἐγκαλοῖμεν (5) ἂν Μαΐῳ τῷ γρα-

CAIANO.

Quam tibi facere visus sum injuriam, eam tecum ipse expostulavi, & majori quidem, ut putabam, jure. Tu enim in crimen me vocabas, quod non scriberem, ego vero te, quod non responderes. Sed nec tu nec ego criminis rei sumus. Si autem nec qui scripsit, culpam habet, nec qui accepit literas, quid tandem superest? accusaverimus me-

(9) ἰδιώτης de privato & ἀπολιτεύτῳ dicitur. Vide *Doughtejum* in Analectis N. T. Exc. XLVII. De cive dici monuit Hesychius, quo sensu & ab *Aristophane* in Ranis v. 460. adhibetur.

EP. MXLIII. (1) Vide *Centuriam* meam ep. XXXIX. ex *Barocc.* *Nicentio* & ibi, & in *Cod. nigro* inscribitur: at *Themistio* in *Medic.* B. fortasse rectius. Noster enim *Themistio* familiarissimus fuit. (2) πολλῶν, *Barocc.* πολλοῖς in utroque, quem modo dixi. (3) Sic *itidem* ἐν, *Barocc.* (4) δὲ, *Medic.* pro δὴ *Barocc.* (5) μὴ τοῦτο, *Cod. niger:* πῶς μὴ τοῦτο, *Medic.* (6) τὸ μὲν *Medic.* (7) τὰ κοινὰ τῶν φίλων, *idem.* (8) ita codd. quos dixi, omnes; ex πήγνυμι. Itaque nihil nunc velim mutatum. (9) βεβαίως, *Medic.* (10) Alexandrum hunc crediderim eum esse, qui a Juliano Syriae fuit praefectus, homo turbulentus, & saevus, de quo *Ammianus* XXIII. 2. ubi vide *Valesium.* (11) εἰς abest a *Cod. nigro.*

EP. MXLIV. (1) Vide *Centuriam* meam ep. III. ex *Barocc.* Ibi est ἀντιγραφεύς. In ceteris vero, v. c. *Cod. nigro*, *Medic.* A. & *Vindobon.* membranaceo Γαιανῷ inscripta est. (2) ἐνόμιζον, *Mutin.* C. (3) δικαιότερος, *Cod. niger.* ceteri, ut nos, & sic quoque *Ambros.* T. 5. (4) ἐπιστεῖλαι varie variisque casibus jungitur, unde in codicibus saepe varietates lectionum occurrunt; quod & hic usu venit. Alii enim τὸ, alii τοῦ habent; posterius tamen puto praeferendum. Conf. *Budaei* Commentar. Gr. Linguae p. 2. (5) ἐγκαλοίμην, *Barocc.* male. Id patet ex sequente ἐγκαλοῖ, pro quo *codex niger* male ἐγκαλεῖ.

(6) ὑπολα-

merito *Marium*, virum ingenuum, qui epistolam non reddiderit: ille vero accuset sua, quae ex gerendo magistratu nascuntur, negotia, quaeque saepe multarum rerum oblivionem secum ferunt. Pro me quidem causam exemplum epistolae dicet. *Marius* vero se ipsum, ut vult, a culpa liberet. Ceterum, si ego inde ab obtento magistratu admirari te coepissem, adulatus tibi essem, illique adeo vitio obnoxius, quo qui laborat, ne liber quidem videri possit. Quod si vero animum tibi meum eloquentia tua, quae imperio longe prior fuit, obnoxium tibi fecisti, cave, ne transilias alia, alia vero subdole fingas, neque putes, res nostras, ut cum *Pindaro* loquar, tam infirmo talo niti, sed roboris aliquid habere. Ego vero magistratum gerere te optaverim: amo enim urbes; non autem minus te nunc magistratu perfunctum, quam antea fungentem revereor & amo. Tu vero adeo durus es, ut, tempore etiam jam praeterlapso, me puniveris. *Julianus* enim ab aliis literas mihi attulit, a te vero eam silentii tui caussam, quae hominem ingenuum, qualem & facta multa & sermones multi probarunt, minime decet.

γενναίῳ, τῷ τὴν ἐπιστολὴν οὐ δόντι. ἐγκαλοῖ δ' ἂν ἐκεῖνος τοῖς περὶ τὴν ἀρχὴν πράγμασιν, ἃ πολλῶν πολλάκις ἠνάγκασεν ἐπιλαθέσθαι (6). Ἐμοὶ μὲν οὖν συνηγορήσει τὰ τῆς ἐπιστολῆς ἀντίγραφα (7). Μάριος δὲ αὐτὸν, ὅπως βούλεται, τῆς αἰτίας ἀπαλλαττέτω (8). Σὲ δὲ εἰ μὲν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἠρξάμην θαυμάζειν, κεκολάκευκα, καί εἰμι κακὸς ταύτην τὴν κακίαν (9), ἣν ὅστις νοσεῖ, μηδὲ ἐλεύθερος (10) δοκείτω. Εἰ δὲ ἐπεσπάσω μου τὴν ψυχὴν τῇ σαυτοῦ ῥητορικῇ, τοῦτο δὲ τῆς ἀρχῆς πολλῷ πρεσβύτερον, μὴ τὰ μὲν ὑπερπήδα, τὰ δὲ συκοφάντει. μηδ' οὕτως (11 οἴου τὰ ἡμέτερα κατὰ Πίνδαρον (12) ἐπὶ λεπτῷ δένδρῳ βαίνειν, ἀλλά τι (13) καὶ ἀδάμαντος (14 μετέχειν. Ἐγὼ δέ σε ἄρχειν μὲν εὐξαίμην ἄν, φιλῶ γὰρ τὰς πόλεις· οὐ μὴν ἄρχοντα μᾶλλον ἢ πεπαυμένον ἐν αἰδοῖ τε πεποίημαι, καὶ φιλῶ. Σὺ δ' οὕτω πικρὸς, ὥστε, καιροῦ παρεμπεσόντος, ἐτιμωρήσω. Ἰουλιανός (15) γέ τοι παρὰ μὲν (16) τῶν ἄλλων γράμματα ἐκόμισε, παρὰ σοῦ δὲ σιγῆς αἰτίαν, ἥκιστα πρέπουσαν ἀνδρὶ γενναίῳ, καὶ οἷον (17) πολλὰ μὲν ἔργα, πολλοὶ δὲ ἔδειξαν λόγοι.

PALLADIO.

Minervae auspiciis & auxilio periculosa quidem Stygis fluenta effugit Hercules, Diomedes vero tandem confirmatus viribus & illustris erat.

E galea & scuto constanter splenduit ignis.

Tu vero utrumque erga *Dionysium* praestitisti, &, periculo sublato, prospicis, ut clarus cum Argivis omnibus evadat, gloriamque consequatur. Cum autem magna praestiteris, parva scribis. Ille vero ipse copiose exposuit, tum quibus malis liberatus sit, tum quibus bonis fruatur. Hoc autem factum prologus quasi erit ad ea, quae facies, ubi Syriae cathedram tenueris. Id vero brevi tem-

MXLV. ΠΑΛΛΑΔΙΩι. (1)

Τῇ παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς ῥοπῇ τε καὶ συμμαχίᾳ τὰ μὲν τῆς Στυγὸς χαλεπὰ ῥέεθρα διέφυγεν Ἡρακλῆς (2), ὁ δὲ Διομήδης ὕστερον ἐπεῤῥώσθη τε καὶ λαμπρὸς ἦν.

Δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ (3).

Σὺ δ' ἡμῖν ἄμφω περὶ τὸν Διονύσιον ἐπεδείξω, καὶ παύσας τὸν κίνδυνον σκοπεῖς, ὅπως ἔκδηλος μετὰ πᾶσιν Ἀργείοισι γένοιτο 4) καὶ δόξαν ἐνέγκαιτο (5). Καὶ μεγάλα διδοὺς μικρὰ ἐπιστέλλεις. Ἀλλ' ἐκεῖνος ἱκανῶς ἐδίδαξεν, ὧν τε ἀπήλλακται κακῶν, ἐν οἷς τέ ἐστιν ἀγαθοῖς. Ἔσται δέ ποτε τοῦτο τὸ ἔργον πρόλογος, ἐπειδὰν τὸν τῆς Συρίας παραλάβῃς θρόνον. Τοῦτο δὲ ἐκ εἰς

(6 ἐπιλαθέσθαι, idem. (7) Describi scilicet ex ἀντιγράφῳ suo illas, quas ad amicum dederat, literas curaverat, quarum exemplum nunc mittit. Ceterum ἀντίγραφα in plurium numero de uno exemplo Attice dici monuit *Thomas Magister* de Dictionibus Atticis ad hanc vocem, idque probat, adducto hoc ipso nostri loco. Ἀντίγραφα alias in Jure Graeco aliam quoque habere notionem ostendit *Heraldus* Animadversion. in Salmasii Observatt. ad Jus Atticum & Roman. lib. II. c. 5. (8) In *Ambros.* ad marginem scribitur: ἴσ. ἀπολυέτω. Sed nulla mutatione opus est. (9) Sic malui cum plerisque codd. pro ταύτης τῆς κακίας, quod est in *Barocc.* (10) Itaque servis potius, quam liberis & ingenuis hominibus adulatores annumerat noster. Sic & S. *Chrysostomus* Homil. V. in ep. ad Philipp. κολακείαν & ἀνελευθερίαν conjungit. Similes veterum locos adfert *Isaacus Casaubonus* ad *Theophrasti* Characteres c. III. p. 110. Noster in *Vita* sua p. 41. de Juliano ait: τὸν μὲν ἄνδρα ἐφίλουν, τὴν ἀρχὴν δὲ οὐκ ἐκολάκευον. (11) οἴου omittunt plerique codd. quo nec opus est. (12) Phrasin Pindaricam frustra quaero, quamvis copiosissimo Sudorii indice instructus. (13) ἀλλά τι, *Cod. Nigr.* (14) ἀδάμας non de *lapide*, sed *ferro* accipiendum. *Hesychius*: ἀδάμας, γένος σιδήρου. Eadem notione usurpavit *Hesiodus* Theogon. v. 161. & Scuto v. 136. ad quem locum posteriorem Scholiastes haec habet: ἀδάμαντα ἐνταῦθα οὐ λέγει τὸν λίθον, ἀλλὰ τὸν σίδηρον. Conf. *Jo. Clericum* ad Hesiod. p. 29. & 161. *Graevius* ad Scutum l. c. & *Kuhnius* ad Aeliani VI. 12. recte monent, quidquid firmum & maxime munitum est, id ἀδαμάντινον vocari. Junge, si placet, *Rittershusium* ad Oppiani Cyneget. III. 240. (15) Ita *Barocc.* Ἰούλιος, *Cod. nig.* & *Medic.* & *Bentzel.* B. (16) παρὰ μὲν omittit *Barocc.* (17) ὁποῖον, *cod. niger.*

FP. MXLV. (1) Vide *Centuriam* meam ep. XI. ex *Barocc.* ubi inscribitur *Palladio*, sicut & in *Codice nigro.* Ἀνεπίγραφος est in *Medic.* A. Θεοφίλῳ nomen praefert *Medic.* B. Ἱέρακι, *Mutin.* C. & Ἰαμβλίχῳ, *Vindobon. chart.* (2) Alludit ad Herculem, ad inferos profectum, & Cerberum inde eductum. Herculem Minervae auspiciis stygem superasse auctor est *Homerus* in Odyssea, quando *Apollodorus* eum, stygem aditurum, Cereris sacris se initiandum curasse tradat. Noster Orat. IV. Julianum p. 178. ita alloquitur: Οὐκ ἔστιν ὅπερ ταῦτα σὺ χωρὶς τῆς Ἀθηνᾶς εἰργάσω, ἀλλ' ἔχων Ἀθήνηθεν τὴν θεὸν καὶ βουλῆς καὶ πράξεως συνεργὸν, ὥσπερ Ἡρακλῆς ἐπὶ τὸν ἄλλοτε νίκαι. Ad hunc locum *Morellus* nostri epistolam ad *Acacium* & *Jamblichum* allegat, & posterioris hujus idem, quod nostrae est, adfert initium. Itaque & ille codice usus est tali, qui epistolam hanc *Jamblicho* inscripsit. (3) Ita de Diomede *Homerus* Iliad. ε. v. 4. (4) Et haec phrasis Homerica. Iliad. ε. v. 2. 3. (5) ἐνέγκαι, *cod. niger.*

(6) νέος,

εἰς μακρὰν, τῶν Θεῶν τὰ δίκαια ποιούντων. Καὶ νῦν δὲ οὐδεὶς ἀνήκοος τῶν ἡμῖν ὁμιλούντων τῆς προθυμίας, οὐδ᾽ ἀπλῶς διηγούμεθα, τίνα καὶ τίνων (6) ἔλυσας, καὶ τίνων ἠξίωσας, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑκάστῳ (7) τὰ τῆς εὐχῆς, αὐτόν τε σῶν εἶναι καὶ παῖδα, καὶ οἶκον, καὶ (8) τὴν τύχην εὐμενῆ, καὶ τὴν δόξαν ἀκίνητον.

tempore fiet, si Dii quidem, quae fas est, faciant. Nunc vero eorum, qui nobiscum versantur, nemo est, qui prolixam illam tuam voluntatem non intellexerit. Neque nude tantum commemoramus, quem tu, quantisque malis liberaveris, quibusque bonis ornaveris, sed optamus etiam singuli ut & te & filium, & familiam omnem salvos, fortunam vero benignam vobis, & gloriam perpetuam videamus.

MXLVI. ΤΑΤΙΑΝΩι.

Ἔλαβόν σου καὶ αὐτὸς τὴν πλείστου ἀξίαν ἐπιστολὴν, καὶ ἀνέγνων οὐ μόνος, ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον μόνος, θαυμάσας δὲ καὶ θάτερον καθίζω τοῖς γράμμασι τὴν βουλήν. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν οὐ βουλευόντων ἐπίῤῥεον γνόντες, ἐφ᾽ ὅτῳ γε συγκαθίζομεν. Δεικνυμένων δὲ τῶν γραμμάτων οἱ μὲν ἐπήδων, οἱ δὲ ὠχρίων, οἱ δὲ ἠρυθρίων, οἱ δὲ εἰς γῆν ἔκυπτον. Ταῦτα δὲ πάντα θαῦμα σὸν (1), ὅτι τοῖς αὐτῶν κατηγοροῦσιν ἀφῆκας τὰ ἐγκλήματα (2). Ἐπὶ τούτοις τρέπονται τῷ θυμῷ πρὸς τοὺς ἡμαρτηκέναι δοκοῦντας οἱ ἀναμάρτητοι, καὶ κατεβόων, καὶ μόνον οὐ κατεσπάραττον (3). Οἱ δ᾽ ἦσαν ἕτοιμοι πάσχειν, ὅτι δόξειε τοῖς εἰκότως αἰτιωμένοις. Ἐγὼ δὲ πάντων ἄτοπον ἔφην ποιεῖν τοὺς ταῖς παρὰ σοῦ διαλλαγαῖς ἐπεισάγοντας πόλεμον, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς σπουδῆς (4) ἡδονὴν διαφθείροντας δάκρυσι τῶν οὐκ εἰδότων, ἃ ἔδρων. Καὶ οὕτω διελύθημεν σὲ μὲν ἄνδρα γενναῖόν τι καὶ μεγαλόψυχον ἁπάντων καλούντων, ἐμὲ δὲ μάντιν, καίτοι προλέγων οὐκ ἐπιστευόμην (5). Προὔλεγον δὲ, ὅτι σε πείσω, προλέγων δὲ εἶχον, οὐκ εἰς ἀετόν τινα φερόμενον βλέψας, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν σῶν ἠθῶν Κάλχας γενόμενος. Τοῖς δὲ τότε μὲν ἐδόκουν ἀλαζών τις εἶναι. Τὸ τέλος δὲ μαρτυρήσαντος ἀτεχνῶς Μελάμπους (6), καὶ μὴν καὶ μακάριος οὐ μόνον μάντις ἐδόκουν, ὑπὸ τῆς σῆς ἐστεφανωμένος φωνῆς. Καὶ εἰκότως ἐδόκουν, ὥς ἔμοι γε τοῦτο μεῖζον τῆς Πριηνέων δεκάτης (7), καί μοι κειμήλιον γέγονε τὰ γράμματα, καὶ χώραν ἐν τοῖς βιβλίοις τετύχηκε (8). Τὸ γὰρ ὑπ᾽ ἀνδρὸς τοσαύτας μὲν βασιλείας ὠρθωκότος, πλείστους δὲ εὖ πεποιηκότος, πλήξαντος δὲ οὐδένα, φρονῶν δ᾽ ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντος, δόξης τε ἐμπεπληκότος γῆν τε καὶ θάλατταν, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἀκηκοέναι μεῖζον ἀνδρί γε νοῦν ἔχοντι τῶν τε ὄντων ἁπάντων τῶν τε ἐσομένων χρημάτων. Δεόμεθα δὴ σοῦ, ζεῦγος ὡς ἡμᾶς ἐλάσαι καὶ πάλιν. Καὶ ὥσπερ νῦν ἡμῖν ἐπιστέλλεις ἐκεῖθεν, οὕτως ἐκείνοις ἐντεῦθεν. Ἐπιθυμοῦμεν γὰρ, εἰ καὶ σφόδρα τὴν ὀργὴν ἐκίνησας (9), ἅψασθαί τε καὶ χειρῶν, καὶ δάκρυον ἀφεῖναι, καὶ διὰ παντὸς εἴδους ἀπολογίας ἐλθεῖν. Εἰ δὲ ἡδύ τι ὁ πορθμὸς, καὶ φαῦλον Ὀρρόντης (10) πρὸς Βόσπο-

TATIANO.

Et ego epistolam tuam, quam maximi facio, accepi, & legi non solus, quamvis primum quidem solus. Miratus vero eam Senatum ad audiendam illam vocavi. Multi vero etiam extra Senatum confluxerunt, postquam intellexerunt, quo fine essemus congregati. Praelectis itaque literis alii quidem exsultarunt, alii palluerunt, alii erubuerunt, alii oculos dejecerunt. Haec quidem omnia admirationem tui produnt, qui scilicet hominibus se ipsos condemnantibus criminum veniam feceris. Propterea etiam innocentes quique iram suam in eos, qui te visi sunt laesisse, converterunt, invectique ita sunt, ut fere discerperent. Hi vero libenter perferre volebant, quae ex merito reprehendentibus infligenda sibi esse viderentur. Ego vero rem indignissimam fore dixi, si ex conciliatione tecum facta novum parerent bellum, voluptatemque, ex studio tuo natam, eorum, qui, quae fecerint, ipsi ignorent, lacrymis perderent. Atque ita discessimus, omnibus te quidem virum generosum & magnanimum, me vero vatem appellantibus, quamvis fides mihi haec praenuncianti habita non fuerit. Praedicebam autem, me rem tibi esse persuasurum: praedicere autem poteram, qui non in aquilam aliquam volitantem respicerem, sed ex moribus tuis agerem Calchantem. Tunc quidem illis jactantior videbar, jam vero, exitu acta probante, vere Melampus. Imò vero non vates solum, sed & felix habebar, laudibus tuis cohonestatus. Et vere habebar, cui id quidem Priaenensium decimis praestare videretur. Itaque literas tuas cimelii instar habeo, locumque illis inter libros meos feci. Talia enim audiens ex viro, qui tot regnis consuluit, tam multis benefecit, neminem vero laesit, tantam prudentiam probavit, suique fama & terram & mare implevit, talia, inquam & tanta audire posse, homini sapienti majus merito videtur omnibus, quas vel habet, vel habiturus est, divitiis. Vehementer vero te precamur, ut equis vectus iterum ad nos venias, &, sicut nobis inde scribis, ita ad illos quidem illuc scribas. Velimus enim, quamvis vehementer nobis succensueris, manus tuas deosculari, & lacrymas fundere, atque adeo nullo non excusationis genere defungi. Sin vero suavior fuerit trajectus, & Orontes noster Bosphoro longe est in-

(6) τίνος, *Medic.* (7) ita codd. omnes. In *Ambros.* T. 5. ad marginem: γρ. ἀφ᾽ ἑκάστου, non inconvenienter, idque in versione expressimus. (8) καὶ illud addidi ex *Medic.* & *codice nigro.*

MLIX. ΕΝΤΡΕΧΙΩι.

Ἀπὸ χαιρούσης τῆς ψυχῆς ἐπέσταλκας οὔπω τῇ φήμῃ βεβλημένος. οὐ μὴν ἔτι ὁμοίως ἔχων δέξῃ τὴν ἐπιστολήν. Οἶμαι γὰρ ἤδη καὶ παρ᾽ ὑμᾶς ἀφῖχθαι τοῦ κακοῦ τὸν λόγον, τοσοῦτο κερδάναντας, ὅσον ὑστέρως πεπύσθε. Καὶ ἔγωγε θαυμάσαιμ᾽ ἄν, εἰ ἔτι δυνήσῃ μακρὰς οὕτω καὶ καλὰς πέμπειν ἐπιστολάς, οὐ πείσῃ δὲ, ὅπερ ἐγώ. τὸ δὲ ἐμὸν πάθος ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἄφωνος ὡς εἰπεῖν γέγονα, καὶ κατέλυσα τὸ γράφειν. τὸν πάντα δ᾽ ὄλβον ἦμαρ ἕν μ᾽ ἀφείλετο (1). Ἀλλ᾽ ἐκ τραγῳδίας μὲν πολλὰ μὲν ἐγὼ, πολλὰ δὲ σύ. πολλὰ δὲ τῶν εὖ φρονούντων ἕκαστος φθεγξόμεθα (2) τοιαύτης οἰχομένης κεφαλῆς. Ἐφ᾽ ᾧ δέ σε μάλιστα ἠγάσθην, ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι τῶν ἄλλων ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς πραγμάτων ἀμβλυνομένων τὴν γλῶτταν, ὥστ᾽ ἤδη καὶ τῶν Σοφιστῶν τινας ἐνταῦθ᾽ ἥκοντας ἀπέβαλον τὴν ἰσχὺν, σὺ μόνος μετὰ τῶν πόλεων ἀμείνω τὴν γλῶτταν πεποίηκας, καὶ θεραπεύεις μὲν ἐκείνας ὡς ἀφεστηκὼς λόγων, λέγεις δὲ, ὡς ἐν τοῦτο ἐργαζόμενος μόνον. Καὶ τούτου γε αἴτιον ἡγοῦμαι τὸν οὐκ ἔτ᾽ ὄντα βασιλέα (3). Ἐλογίζου γὰρ ἄτοπον, εἰ ὁ μὲν ἐν ταῖς ὑπὲρ ὅλης τῆς γῆς φροντίσιν εἴχετο τῶν βιβλίων, σὺ δ᾽ ἐκεῖνον θαυμάζων οὐκ εἰς ἔργον ἄξαις τὸν ἔπαινον. Ἀλλ᾽, ὦ ᾽γαθὲ, βιβλία μὲν ἐν χερσὶν ἀεὶ κεῖσθαι. γενναῖα μέντοι καὶ σοφὰ, καὶ πατέρων (4) ἀγαθῶν. σὺ δ᾽ ἐπὶ φαῦλα καὶ ἄμορφα τὰ ἡμέτερα φέρῃ, καὶ οὐ δέδοικας, μή σε λαβόντα διαφθείρῃ. Ἀλλ᾽ ὑπὲρ μὲν τούτων ἄμεινον βουλεύσῃ. Τῆς δ᾽ εἰς τὸν ἑταῖρον προθυμίας τε καὶ σπου-

ENTRECHIO.

Hilari animo nuncio illo nondum perculsus scripsisti: hanc vero epistolam non accipies similiter adfectus. Puto enim & ad vos perlatum esse tristem illum nuncium, id tantum lucri habentes, quod serius ad vos pervenit. Mirarer sane ego, si adhuc tam longas easque praeclaras scribere literas possis, nec idem, quod ego, sentias. Ego quidem ita adfectus sum, ut inde ab illo die, mutus quasi evaserim, & scribere omiserim. Unus enim dies omnes mihi divitias abstulit. Itaque ex Tragicis multa quidem ego, multa tu quoque, multa etiam bene sentientium quisque, tam charo capite sublato, loquemur. Ceterum te ex eo inprimis miratus sum, quod cum alii ex negotiis, quae magistratus secum ferunt, eloquentiam suam hebetari senserint, adeo ut etiam Sophistae quidam eo delati suum amiserint robur, tu unus & urbes & tuam dicendi facultatem provexeris, atque illis quidem prosis, tanquam ab hac alienus, hac autem utaris, ac si id ageres unum. Hujus vero rei caussam in Regem qui abiit, refero. Indignum enim putabas, si ille quidem orbem universum curis suis complectens libris incumberet, tu vero, illum alias admiratus, eandem laudem non opere ipso probares. At enimvero, vir optime, libri tibi perpetuo ad manus sint; tales tamen, qui nobiles sint & eruditi, & a bonis auctoribus profecti. Tu vero ad viles nostros & informes abripi te pateris, nec vereris, ne te illis captum corrumpant. Sed de his rectius inposterum ipse statues. Quodnam vero ego praemium tibi pro benevolentia & studio, quod amico nostro probasti, rependam? Utrum pecuniam? at non

EP. MLVIII. (1) τἀνδρὸς, *Barocc.* 9. Nostrum est in *Cod. nigro* pariter & *Medic.* B. (2) ὅτι μάλιστά, φησιν, ἐπίστευες. (3) i. e. Constantinopoli, ubi per annos aliquot docuisse Libanium constat. (4) *Homerus* Iliad. β. v. 372. Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν, quae ibi Agamemnonis verba sunt ad Nestorem. (5) ἐτόλμησα, *Medic.* (6) ita *Barocc.* ceteri ἀπήγγελλεν. (7) Se ipsum vult Libanius, tanquam praeceptorem *Basilidis*.

EP. MLIX. (1) *Euripidis* verba sunt in *Hecuba* v. 285. (2) φθεγγόμεθα, *Barocc.* Nostrum est in *Cod. nigro*, & *Medic.* B. (3) *Julianum* Imp. intelligit, de cujus caede nuncius tunc erat allatus. (4) Sic, *Medic.* πρώων, *Barocc.* Scribi debebat πρων.

(5) Pe-

non magni facis aurum, qui Periclem magni facias. an laudes? sed hae quidem ab omnium ore in te profunduntur. Quo junior enim tu res administras, eo diligentius quisque interrogat: quo loco nunc sint res Pisidarum. Ubi deinde intelligunt, leges imperantis consilio ratas esse, & res collapsas instaurari, communi laude & te, & illum, qui hanc provinciam commisit, prosequuntur. Reliquum igitur est, Deos precari, ut varios obeundo magistratus ad senectutem proveharis, virtute illa, quam juvenis probasti, intemerata.

σπουδῆς τίνα σοι μισθὸν ἑτοιμάσομεν; χρήματα; ἀλλ' εἰ θαυμάζεις χρυσίον τὸν Περικλέα (5) θαυμάζων. ἀλλ' ἐπαίνους; ἀλλ' ἀπὸ παντὸς ὁμοίως σοι τοῦτό γε στόματος. Ὅσῳ γὰρ ἂν νέος ὢν ἄρχῃς (6) ἐπιμελὲς πᾶσιν ἀνερωτᾷν ἐν ᾧ νῦν τὰ Πισιδῶν. εἶτ' ἀκούοντες νόμους ἄρχοντος γνώμῃ βεβαιουμένους, καὶ τὰ κείμενα ἀνιστάμενα, κοινοὺς ἐπαίνους εἴς σέ τε καὶ τὸν δόντα τὴν ἀρχὴν ᾄδουσι. Λείπεται δὴ θεοὺς αἰτεῖν δι' ἀρχῶν εἰς γῆρας σε ἀφικέσθαι, τηροῦντα τὴν ἐκ τῆς νεότητος ἠρξαμένην ἀρετήν.

SALUSTIO.

Magis nunc, quam ante, laudo Poëtam illum qui in scolio quodam suo bonam valetudinem bonorum ait esse maximum. Eo vero ego destitutus, sedeo inhians tibi adventanti, & ad te proficiscentes numero, beatosque illos judico non minus, quam alii carcere detenti eos, quos per exiguam fenestram vident praetereuntes. Deinde partim super his animo angor, (vera enim dicere fas sit,) partem gaudeo, cum illis scilicet in societatem gaudii quodammodo venire mihi visus. Id vero nunc etiam usu mihi venit. Quando enim honestissimus *Eudaemon* apud te futurus est, & de aliis quidem interrogabit, alia vero audiet, & de nobis quoque nonnulla dicet, ab his quidem sermonibus me non prorsus remotum fore arbitror. Ita scilicet, qui filios suos ad coenam mittunt, nec ipsi invitantibus morem gerere possunt, se inter convivas numerare consueverunt. Tu vero, vir optime, noli me amplius talibus tantum solari, sed majora ipsamque adeo mentis serenitatem praestato. Tantus tui apud nos amor est, quantus non alibi; quamvis enim ubique sit magnus, heic tamen major est. Imo ab ipsa quoque aëris temperie corpori bene esse fortasse possit.

MLX. ΣΑΛΟΥΣΤΙῼ.

Νῦν πλέον ἐπαινῶ τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον (1), ὃς ἐν τῷ σκολιῷ (2) μέγιστον τῶν ἀγαθῶν εἶναί φησι τὸ ὑγιαίνειν. Ἔγωγέ τοι τοῦτο οὐκ ἔχων (3) κάθημαι κεχηνὼς ὁπόθ' (4) ἥξεις, καὶ τοὺς ὡς σὲ τρέχοντας ἀριθμῶ (5), μακαρίζων ἅμα καθάπερ οἱ ἐν δεσμωτηρίῳ διὰ μικρᾶς θυρίδος τοὺς παριόντας (6). Εἶτ' ἐπὶ μὲν τῷ δάκνομαι, δεῖ γὰρ τἀληθῆ λέγειν. τοῖς δὲ συγχαίρω κοινωνεῖν τρόπον τινὰ δι' αὐτῶν τῆς ἑορτῆς ἡγούμενος. οἷόν τι καὶ τὸ νῦν. Εὐδαίμονος γὰρ τοῦ καλοῦ σοι συνεσομένου, καὶ τὰ μὲν ἐρησομένου, τὰ δ' ἀκουσομένου, καί τι καὶ περὶ ἡμῶν ἐροῦντος, οὐ πάντα τῶν λόγων (7) ἐμαυτὸν ἀπεῖναι νομίζω. ὥσπερ οἱ τοὺς υἱεῖς πέμποντες ἐπὶ δεῖπνον, ὅταν αὐτοὶ (8) μὴ δύνωνται τοῖς καλοῦσιν ὑπακοῦσαι, ἐν τοῖς δαιτυμόσιν ἑαυτοὺς ἀριθμοῦσιν. Ἀλλ', ὦ ἄριστε, παῦσαί με τοιούτοις ἐμαυτὸν παραμυθούμενον, ἀποδοὺς τὰ μείζω, καὶ τὴν εὐθυμίαν καθαράν. Ἔστι δέ σοι φίλτρον παρ' ἡμῖν, οἷον οὐκ ἄλλοθι, καίτοι πανταχοῦ μέγα. παρὰ δ' ὅμως τόγε ἐνθάδε. καὶ περὶ τὴν ἀέρων δὲ ἴσως ἄν τι γένοιτο χρηστὸν εἰς τὸ σῶμα.

THEMISTIO.

Egregiam tuam pro homine egregio orationem accepi. Egregium enim illum esse, qui hac oratione laudatus est, tu ipse largieris. Quamvis enim fatis sit functus; veritas tamen plus, quam multorum mentientium ora, va-

MLXI. ΘΕΜΙΣΤΙῼ. (1)

Ἔλαβόν σου τὸν καλὸν λόγον ὑπὲρ ἀνδρὸς καλοῦ (2). συγχωρήσεις δὲ καλὸν εἶναι τὸν κοσμηθέντα τῷ λόγῳ. καὶ γὰρ εἰ τέθνηκεν, ἥγε ἀλήθεια ζῇ πολλῶν ψευδομένων στομάτων ἰσχυροτέρα. Λαβὼν δὲ καὶ περιελόμενος Κέλ-

(5) Periclem Atheniensium ducem vult, cujus animum ab opum studio alienum Plutarchus laudavit. (6) ἄρχεις, *Barocc.*

EP. MLX. (1) *Ariphronem Sicyonium* vult, cujus paean in sanitatem servatus est ab *Athenaeo* lib. XV. in calce. Is ita habet:

> Ὑγίεια πρεσβίστα μακάρων
> Μετὰ σοῦ ναίοιμι
> Τὸ λειπόμενον βιοτᾶς.

Illius meminerunt ex veteribus alii, quos recitat diligentissimus *Jo. Albertus Fabricius* in Biblioth. Graec. lib. II. c. 15. p. 574. (2) σκολιὰ dicebantur carmina convivalia. Vide ex veteribus *Pollucem* VI. 108. & IV. 53. *Athenaeum* XV. p. 694. & Scholiasten ad Aristophanis Ranas v. 1337. ex recentioribus *Steph. le Moyne* ad Varia Sacra p. 971. & *Fabricium* l. c. p. 574. (3) ἴσχω, *Barocc.* Nostrum est in *Cod. nigro*, & *Medic.* B. (4) ὁπόθεν, *Barocc.* (5) ἀριθμῶν, *Cod. niger.* nostram lectionem tuetur *Benzel.* B. (5) παρόντας, *Barocc.* (7) τὸν λόγον, *Idem.* (8) αὐτοὺς & mox δύνανται, *Medic.*

EP. MLXI. (1) Exstat inter *Zambicarii* illas lib. III. ep. 314. (2) *Julianum* Imp. hunc esse puto, qui superstes adhuc a Themistio sit laudatus, paulo post autem interfectus. Nuncius enim de caede ejus allatus per τὸν τοῦ σφαγέως λόγον mox indicatur, qui Libanii animum penitus dejecerit. Ceterum non exstat hodie illa Themistii oratio.

(3) Malim

Κέλσον εἰς τὴν τοῦ λόγου κρείσσω ἀνάγνωσιν, ἔτι ζῶντος τοῦ ἐπαινουμένου, πηδῶν ἐφ' ἑκάστῳ. ταῦτα (3) δὲ ἡμῖν καὶ τὸν Κέλσον κατεῖχε. Θεώμενος δὲ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τέχνην καὶ τὸ καινὸν τῆς εὑρέσεως, καὶ τὸ τρίπωλον ἅρμα δαιμόνων τὸ καλλίζυγες (4), καὶ τὰς ἀνάγκας, αἷς ἐδέθησαν, καὶ τὰς τῶν ἐγκωμίων εἰσόδους καὶ τῆς λέξεως τὴν χάριν, ἕτοιμος ἦν βιβλίον ὑπὲρ τοῦ βιβλίου ποιεῖν. Τοσαῦτα ἐπέρρει τῆς τε ἀναγνώσεως χωρίσης, καὶ ἀπιόντων (5) ἤδη, καὶ μάλιστά γε δὴ τῆς νυκτός. Οὐ γὰρ εἴα καθεύδειν ὁ λόγος ἐνδιαιτώμενος τῇ ψυχῇ. Μέλλοντος δέ μου τῆς γραφῆς ἅπτεσθαι φερόμενος ὁ τῆς σφαγῆς λόγος ἐνέπεσεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ πάντα διεσκέδασται. καὶ ἓν ἠπιστάμην μόνον δακρύειν. ὃ καὶ νῦν εὑρών ποιοῦντά με Κλέαρχος ἐπετίμησε μὲν, οὐ μὴν ἔπαυσεν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐγὼ τοὺς χαίροντας. Μὴ τοίνυν θαύμαζε σιγῶντος. οὐ γὰρ τῶν πενθούντων τὸ λέγειν, οὐδὲ τὸ γράφειν. τῆς λύπης δὲ εἰ μὲν ὁ χρόνος (6) ἀπαλλαγὴν εἴσει, Θεὸς οἶδε. Σὺ δ' εἰ πρεσβεύων ἀφίξο, τάχ' ἂν ἤρκεσας τῇ σαυτοῦ σοφίᾳ τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἰώμενος. ἀλλ' οἶμαι ἔφυγες ἀτυχοῦντα ἄνδρα. Καὶ περὶ Κλεάρχου μὲν ὡς (7) ἐρῶντος γράφεις, καὶ φὴς αὐτῷ περὶ τῆς πρεσβείας εἶναι τιμόν. σὺ δ' οὔθ' ὡς ἐρῶν, οὔθ' ὡς ἐρασθεὶς (8) ποτε ἦλθες· καίτοι τὴν βελτίω ἀμήχανον τὴν σὴν ὑπερβῆναι πειθώ, δι' ἣν πλείω γεωργεῖ καὶ γεγένηται μείζων. Ἀλλ' οἶμαι ἐξαμόσω (9). χρῆν γάρ με καὶ ταύτῃ κακῶς παθεῖν.

valebit. Nactus ego illam *Celsum* ad recognoscendam eam vocavi &, laudato illo adhuc superstite, legi ad singula exsultans. Iisdem vero, quibus nos, *Celsus* etiam captum se sentiebat. Cum autem perspicerem tuam in singulis artem, novumque inventionis genus, currumque a tribus Diis jucunda societate rectum, necessitatemque, qua sibi invicem juncti fuerint, porro laudandi artificium, dictionisque venustatem, in eo eram, ut aliam super illam commentationem conscriberem. Haec mihi & inter legendum, & post abitum illorum, & cum maxime noctu in mentem venerunt. Neque enim oratio illa, animo penitus infixa, somnum me capere permittebat. In literas itaque haec missurus eram, cum ille de caede facta nuncius per urbem ferretur. Ita vero omnia mihi peribant, nec quicquam, nisi lacrymari, poteram; quod & nunc facientem *Clearchus* videns, objurgavit quidem, sed cohibere non potuit, quemadmodum nec ego alios gaudentes reprimere possum. Ne itaque mireris silentium meum. Lugentibus enim nec dicere, nec scribere convenit. Num vero temporis mora immunem me sit praestitura, Deus novit. Tu quidem si legatus ad nos venisses, sapientia fortasse tua idoneam animo medicinam tulisset. Enimvero hominem, puto, infelicem fugisti. *Clearchum* tu quidem amare me, resque meas legatione potiores habere scribis: tu vero nec ut amans, nec ut amatus, unquam ad nos venisti. Quanquam fieri non potest, ut consilium tuum ulla vincat persuasio, quo factum est, ut ampliorem agrum colat, & illustrior evaserit. Tu vero, puto, legationem hanc obire detrectasti: nam & hac in parte infelicem me esse oportebat.

MLXII. ΣΚΥΛΑΚΙΩι. (1)

Οἶμαι καί σε πεπλῆχθαι τὴν ψυχὴν, ὥσπερ ἡμεῖς. τῶν τε γὰρ αὐτῶν ἐτυγχάνομεν ἐρῶντες, καὶ τῶν αὐτῶν ἐστερήμεθα ἀνδρὸς ἑταίρου τε καὶ βασιλέως. εἰ δὲ βασιλέα προσεῖπον ἑταῖρον, θαυμαστὸν οὐδέν. Αὐτὸς γὰρ ἡμᾶς οὕτω κέκληκε φθάσας, καὶ τῷ ἐκείνου βαίνομεν ἐν τῷ ὀνόματι νόμῳ. Πάντων δὲ ὄντων μοι τῶν τότε (2) ἡδονῆς ἀξίων, μέγιστον ἦν (3) ἡ σὴ φιλία γινομένη (4) τε ὁμοῦ καὶ εἰς ἀκμὴν ἐλθοῦσα, πρότερον οὐκ οἶδ' ὅπως οὐκ ἐθελήσασα γενέσθαι. πλὴν εἰ τοῦτ' εἴποις, ὅτι μοι τὸν χρόνον ἐκεῖνον ὑπερβολὰς ἀγαθῶν ἐνεγκεῖν ἔδει. Ἀναμιμνήσκει γὰρ ὅσα τε ἐσπουδάσαμεν, ὅσα τε ἐπαίξαμεν ἐμμελῶς, τούς τι (5) οἰομένους εἶναι καταλύοντες ἐλέγχους, καὶ ποθοῦντες ἑσπέραν, καὶ θέοντες ἐπὶ τὴν συνουσίαν, ἐν ᾗ βραχέα μὲν ἔλεγον, πλείω δὲ ἤκουον. Ἔρρεον δὲ ἐκ τοῦ σοῦ στόματος οἱ

SCYLACIO.

Te non minus quam nos perturbatum fuisse existimo. Eadem enim uterque amavimus, & iisdem privati sumus, viro scilicet & amico & Imperatore. Regem me amicum vocare nihil utique mirum. Ipse enim nos prior ita appellavit, ejusque adeo morem hoc nomine utentes imitamur. Inter cetera vero, quae tunc habebam, gaudendi argumenta, amicitia tua mihi erat praecipua, quae vix nata maximum capiebat incrementum, cum initio quidem nescio quo pacto, coalescere non velle videretur; nisi id fortasse dixeris, illud demum tempus bonorum copiam adferre mihi debuisse. Meministi utique, quod & seria egerimus, & convenienter jocati simus, eos, qui multum sibi placebant, rerum argumentis confundentes, vesperamque desiderantes & ad familiares sermones concurrentes, in quibus illi quidem pauca loquebantur, plura vero audiebant. Ex tuo inprimis ore sermones fluebant Nestoris illis

(3) Malim τ' αὐτά. (4) Fortasse Julianum laudaverat à fortitudine, sapientia & eruditione, quas deberet Marti, Minervae & Apollini. (5) Eos intelligit, qui praeter *Celsum* orationem illam praelectam audiverant. (6) ἡ λύπης δ' ὁ μὲν χρόνος. (7) ὡς deest in *Cod. nigro.* (8) *idem* ἱερεὺς, male: opponitur enim τῷ ἐρῶντι. (9) de legatione loquitur, qua Themistius defungi noluerit. Ita noster in Presbeutico ad Julianum p. 151. Tom. II. Opp. de se ipso, legationis munus declinante: ἐγὼ δ' οὐδὲν μὲν ἐξωμοσάμην, ὦ βασιλεῦ, πρὸς πᾶν πειθόμενος ἀφῆκα, ἃ τοῦτο.

EP. MLXII. (1) Σκύλακι, *Barocc.* male. (2) τῇδε, *idem*; nostrum illud tuentur *Cod. niger* & *Medic.* (3) ἦν, *Medic.* (4) γενομένη, *Barocc.* (5) pro τούς τι idem τινί.

(6) He-

lis non deteriores, quos audiens quisque & sic sapientior factus abibat. Propter haec omnia itaque similiter ac Nestor ille robur, quod tuoc mihi erat, redire mihi optem. Enimvero non omnia simul dantur. Tunc felix eram, jam vero senectus me opprimit, ex moerore potius, quam annorum multitudine nata. Solabor tamen me illis, quae ad te scribo, quaeve a te adferentur. Nihil vero fortasse pecco, primam hanc ad Graecum per Graecum hominem mittens epistolam, cui non Graeco solum, sed & bono esse contigit. Eundem vero etiam felicem aliquis dixerit, si cura tua dignus habeatur. Eam autem consequetur tum ob mores suos, tum vero etiam ob genus suum, hasque literas, ac denique ob eam causam, ad quam agendam venit. Postquam enim in Phoenicia legum peritiam sibi comparavit, portum illis, qui injuria adficiuntur, in Graeciam transferre constituit.

οἱ λόγοι τοῦ Νέστορος (6) οὐ χείρους, ὡς ὁ δεξάμενος πρὸς φρόνησιν ἐπιδοὺς ἀπῄει. Διὰ δὴ ταῦτα πάντα ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Πύλιος ἀκμὴν ποθῶ τὴν χρόνων ἐκείνων (7). ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα (8). τότ' εὐτύχουν, νῦν αὖτέ με γῆρας ἱκάνει (9), λύπης ἔργον μᾶλλον, ἢ πλήθους ἐτῶν. Παραμυθήσομαι δ' οὖν ἐμαυτὸν, οἷς τε ἐπιστέλλω πρὸς σὲ, τοῖς τε ἥξουσι παρὰ σοῦ. Πρώτην δὲ Ἕλληνι δι' ἀνδρὸς Ἕλληνος πέμπων ἐπιστολὴν ἴσως οὐκ ἀδικῶ. τῷ δ' οὐχ Ἕλληνι μόνον ἀλλὰ καὶ χρηστῷ συμβέβηκεν εἶναι. Προσερεῖ δέ τις αὐτὸν καὶ εὐδαίμονα, τῆς σῆς εἰ τύχοι προνοίας. Τεύξεται δὲ διὰ τὸν τρόπον, καὶ τοῦ γένους ἕνεκα, καὶ τῶν γραμμάτων, καὶ τῆς γε αἰτίας, καθ' ἣν ἥκει. Νόμους γὰρ ἐκ Φοινίκης (10) κτησάμενος εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι βούλεται τοῖς ἀδικουμένοις λιμένα.

ELPIDIO.

Salvius hic, si non ante, saltem nunc amicis tuis adscribatur, vir, qui non molta quidem verba facere possit, at, quae facit, prudenter faciat, nec odisse minus, quam amare didicerit. Malis enim se opponens bonorum partes tuetur, vitamque ita egit, ut aliis sit superior, opibus praeterea iis, quas & agri & alia emolumenta, honeste parta, pararunt, instructus, cum temperantiae a primis initiis studuerit, legesque solicite observarit. Pugnas itaque suscipit, etiamsi vulneretur: cum vero tela mittere ipse possit, ab aliorum illis sibi non metuit. Multum idem pro *Olympio*, & ejus commodis, magis vero pro me, meisque rebus dimicavit. Spero vero, eundem etiam apud vos similia certamina iterum ingressurum esse adversus Achivos, qui Agamemnonem pro acceptis beneficiis vinculis constrinxerunt. Te itaque precamur, ut illi Ajacis instar clypei loco sis, & opem, ubi fas est, feras. Tu vero omnino pugnandi, ut ille Zeuxidami, es peritus, ut cum Hectore dicere possis: *ad dextram non minus, quam ad sinistram scutum movere didici.*

MLXIII. ΕΛΠΙΔΙΩι. (1)

Σάλβιος (2) οὑτοσὶ νῦν, εἰ (3) καὶ μὴ πρότερον, γενέσθω (4) σοι φίλος. ἀνὴρ πολλὰ (5) μὲν οὐκ εἰδὼς λέγειν, ὅ, τι δὲ φθέγξαιτο, φθεγγόμενος μετὰ νοῦ, μισεῖν εἰδὼς οὐχ ἧττον, ἢ φιλεῖν. Πολεμῶν γὰρ τοῖς κακοῖς μετὰ τῶν ἀγαθῶν ἵσταται. τὸ κρατεῖν δὲ αὐτῷ τὰ βεβιωμένα δίδωσι, εὐπορίαν μὲν ἀπὸ γῆς καὶ τῶν ἄλλων προσόδων, ὅσαι καλαί. σωφροσύνην δὲ ἐξ ἀρχῆς τετιμηκότι, καὶ τὸν νόμον τηρήσαντι. Οὔκουν ἐν ταῖς μάχαις ἐστὶν, ὅτῳ ἂν τρωθῇ. ἀλλ' ἔχων ἀφεῖναι βέλη, παρ' ἄλλου βέλος οὐ δέδοικεν. Ἠγώνισται δὲ αὐτῷ πολλὰ μὲν ὑπὲρ Ὀλυμπίου, καὶ τῶν ἐκείνῳ συμφερόντων, πλείω δὲ ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν πραγμάτων. Οἶμαι δὲ αὐτὸν καὶ παρ' ὑμῖν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἀγωνιεῖσθαι πάλιν πρὸς τοὺς (6) ἀντ' εὐεργεσίας Ἀγαμέμνονα δήσαντας (7) Ἀχαιούς. Δεόμεθα δὴ σου τοῦ Αἴαντος μεταδοῦναί τι αὐτῷ τῆς ἀσπίδος καὶ βοηθῆσαι τὰ εἰκότα. Πάντως δὲ πολλῶν πολέμων ἔμπειρος εἶ κατὰ τὸν τοῦ Ζευξιδάμου (8), καὶ ἔχοις ἂν ὥσπερ ὁ Ἕκτωρ λέγειν οἶδ' ἐπὶ δεξιὰ, οἶδ' ἐπ' ἀριστερά (9).

CAESARIO.

Enimvero & hoc negotium tibi datum esse existima, neç hoc ministerii genus aversare, ad animum revocans, illos inprimis equos laudari solere, qui nunc jugales, nunc funales vices praeclare impleant. Ita nec insulanus ille

MLXIV. ΚΑΙΣΑΡΙΩι.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτον μέντοι σαυτοῦ νόμισον τὸν ἆθλον, καὶ μὴ δυσχέραινε τὸ τῆς διακονίας εἶδος, ἐνθυμούμενος, ὅτι καὶ τῶν ἵππων μάλιστα ἐπαινοῦμεν, τὸν νῦν μὲν ὑπόζυγον, πάλιν δὲ σειραῖον (1) τὰ αὐτοῦ καλῶς πληροῦντα.

(6) *Homerus* de Nestore Iliad. ά. v. 249. Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. (7) Indicat illud Nestoris votum Iliad. λ. v. 669.

Εἴθ' ὣς ἡβώοιμι, βίη δέ μοι, ἔμπεδος εἴη.

(8) *Homerus* Iliad. δ. v. 320. Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν. (9) Ibidem v. 321. Εἰ τότε κοῦρος ἔα, νῦν αὖτέ με γῆρας ἱκάνει. Paulo ante pro νῦν *Medic.* ταῦτα. (10) Berytum, legum officinam in Phoenicia intelligit.

EP. MLXIII. (1) Ita *Barocc. Mutin.* C. *Ambros.* T. 5. & 231. Ἐλπίῳ *Codex niger*, male. (2) Φάλβιος, *Mutin.* C. male. (3) νῦν εἰ, *Barocc.* (4) γενέσθαι, *idem.* (5) πολλοὺς, *Cod. niger.* (6) πρὸς τοὺς, abest à *Cod. nigro.* (7) Ita *Cod. nig.* & *Barocc.* alius vero εἴναντας. (8) Codices habent Ζευγιδάμου. At intelligendus est Archidamus, Lacedaemoniorum Rex, Zeuxidami filius, de quo *Thucydides* II. 47. (9) *Homerus* Iliad. η. v. 238.

EP. MLXIV. (1) Phrasin utramque intelliges ex illis *Pollucis* I. 141. οἱ (ἵπποι) οἱ μὲν ὑπὸ τῷ ζυγῷ, ζύγιοι. οἱ δὲ ἑκατέρωθεν παρήοροι, καὶ παρηόρειοι, καὶ σειραφόροι, καὶ σειραῖοι Conf. *Kusterum* ad Suidam Tom. III. p. 303. & *Spanhemium* ad Aristophanis Nubes v. 122.

(2) Ulyssem

τα. Ἀλλ' οὐδ' ὁ νησιώτης ἐκεῖνος, ὁ τῶν Κεφαλλήνων ἡγεμὼν (2), μόνον ἠπίστατο πολλὰ τοξεύειν, καὶ ὁπλιτεύειν, ἀλλὰ καὶ κυβερνᾷν. καὶ τέκτων δ' ἦν, καὶ παλαιστὴς, καὶ ὅλως ἀνὴρ ἔγεμε τεχνῶν (3). Γίγνου δὴ καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐκ τῶν πολλοῖς ἀρκεῖν ἔργοις θαυμαζομένων. Αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ διὰ πάσης ᾄδονται γῆς, καὶ οὐδεὶς οὕτως ἄτοπος, ὥστε μὴ ταυτὰ (4) ψηφίζεσθαι. Ἐγὼ δὲ πιστεύω καὶ τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους ἐν σοὶ φανεῖσθαι, καὶ δείξειν φύσεως ῥώμην. Δεῖ δέ σε νῦν, εἴπερ ποτ', ἐγρηγορέναι, καὶ σκοπεῖν, ὅπως ὁ κεκληκὼς εὖ βεβουλεῦσθαι δόξει. Ὀφείλεις δὲ ταύτην τῷ τετιμηκότι τὴν χάριν, ὅπερ ἐνομίσθης καὶ φαίνεσθαι. Ἔδοξας (5) δὲ οὐ μόνον καλὸς κἀγαθὸς, ἀλλὰ καὶ τὰ νῦν οὐκ ἂν χεῖρον τῶν πρόσθεν μεταχειρίσαι. Ἐννόει δή μοι τοὺς Πλαταιέας (6) ἐκείνους, τοὺς οὐ ναυτιάσαντας ἐν τῇ ναυμαχίᾳ, καὶ ταῦτα ἐξ ἠπείρου (7) μέσης εἰς κώπην τε καὶ τριήρεις ἥκοντας. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνάγκη τοὺς μὲν ἐπαινεῖν τὴν γνώμην, ἔστι δ' οὓς οὐχ οὕτως ἔχειν, τῇ τῶν ἔργων μαρτυρίᾳ, τοῖς μὲν ἡσθῆναι δίδου, τοὺς δὲ μετάπεισον (8), ὥστε πανταχόθεν (9) εὐδοκιμεῖν ὑπάρχειν τῷ Βασιλεῖ. Ταῦτ' εἶπον, οὐκ ἀργὸν κινῶν, ἀλλ' ὡρμημένον κρείττω ποιῶν. Σὺ δ' ἀντεπιστέλλων μὲν χαριεῖ, μὴ δυνάμενος δὲ οὐ λυπήσεις. Ἴσμεν γὰρ τὴν αἰτίαν μεταφέρειν ἐπὶ τὸν ὄχλον τῶν πραττομένων.

ille, Cephallenum dux, sagittis tantum & graviori armatura valere credebatur; sed & faber erat, & luctator, &, quantus quantus erat artibus scatebat. Itaque & tu nobis sis ex iis, qui ad plura perficienda idonei sui moveant admirationem. Magistratus enim a te gesti ubique locorum celebrantur, nec quisquam adeo est infrunitus, ut non idem de te sentiat. Ego vero te, *Themistoclem* imitaturum, vimque ingenii tui demonstraturum existimo. Modo autem, si unquam, excitatiorem te esse oportet, operamque dare, ut, qui te vocavit, prudenti consilio usus esse videatur. Debes scilicet illi, qui tantum tibi tribuit, hanc gratiam, ut, qualis habitus es, talis quoque appareas. Jam vero non honestus solum & probus visus es, sed idoneus etiam, qui praesentia haec aeque bene ac superiora illa tractet. In mentem tibi revoca Plataeenses illos, qui in navali pugna nauseam non patiebantur, quamvis ex media continente ad remos & triremes admoverentur. Quoniam enim necesse est, ut alii voluntatem tuam laudent, alii vero aliter sint comparati, fac tu, ut ipsarum rerum testimonio illi quidem gaudeant, hi vero rectius de te sentire incipiant, atque adeo Regi undiquaque decus nascatur. Haec scripsi, non ignaviorem incitaturus, sed sua sponte currenti calcar admoturus. Tu vero, si rescripseris, gratum facies, neque tamen, si non possis, offendes. Rei enim causam in negotiorum molem vertere didicimus.

MLXV. ΦΟΥΡΤΟΥΝΑΤΙΑΝΩ.

Ἡγούμενος Στρατήγιος οὐ χείρω τῆς οἰκείας τὴν ξένην ἕξειν, εἰ τῆς σῆς αὐτῷ γένοιτο βοηθείας ἀπολαύειν, γράφειν ἐκέλευσέ με. Ἐγὼ δὲ τίς μὲν οὗτος τὸν τρόπον, καὶ ἐν ὅτῳ σχήματι, καὶ τίνων ἠξίωται παρ' ἡμῖν, οὐκ ἂν λέγοιμι. τὸν γὰρ εἰδότα διδάσκοιμ' ἄν. Δέομαι δέ σου φοιτῶντά τε αὐτὸν ὡς σὲ δέχεσθαι προθυμότατα, καὶ βουλευομένῳ συμβουλεύειν, κἂν ἀντιπέσῃ τι, παραμυθεῖσθαι, κἂν εὐτυχεῖν συμβῇ συγχαίρειν. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ταῖς παρ' ἄλλων ἐλπίσι θαῤῥοῦσιν. ὁ δ' εἰς σὲ βλέπων ἀφῖκται, νομίζων, ἐκείνοις μὲν ἴσως κολακείας δεήσειν, αὐτῷ δ' ἔσεσθαι μετ' ἐλευθερίας εὖ παθεῖν. Ἔργα δὲ αὐτῷ τῆς πρεσβείας δύο. στεφανῶσαί τε τὴν θείαν κεφαλὴν, καὶ τὸν ἀποκναίοντα μακρολογίᾳ τοὺς ἀκούοντας ταράξαι τε καὶ εἴ τι δύναιτο ἐν τοῖς λόγοις, καὶ τὰ ἄλλα πλῆξαι. Οἶσθα δὲ, ὅτι σοί τε καί ἐμοὶ δίκας ὁ δυσσεβὴς ἐκεῖνος ὀφείλει. Φαίην δ' ἂν ὅτι καὶ τῇ πόλει, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὃν εἰκὸς οὐδὲ νῦν ἡσυχάζειν. Ἔχει δὲ, ὡς οἴεται, μάχαιραν τὸν ἐπιστήμονα τῶν πονηρῶν φαρμάκων, καὶ οὐκ αἰσχύνεται διὰ τῶν αὐτοῦ ταπεινοτέρων ἀξιῶν δύνασθαι. Καὶ ταῦτ' ἂν σεμνυνόμενος τῷ μὴ δεῖσθαι προστάτου. Ἀλλ' ἢν σύ τε σαυτὸν ἐπεγείρῃς, καὶ πεισθῇ Στρατήγιος, ὡς οὐκ ἄνευ Ἀθηνᾶς μαχεῖται, τάχα γνωσθεὶς, ὅστις ἐστὶν, ἐπάνεισιν.

FORTUNATIANO.

Strategius regionem peregrinam patria sibi non fore deteriorem arbitratus, si tua ope frui sibi contingeret, scribere me jussit. Ego vero, quibus ille sit moribus, quove loco habitus, & quibus dignitatibus apud nos auctus sit, non dicam: gnaro enim id tibi dicerem. Precor vero te, ut illum, te adeuntem, liberaliter excipias, consilium petenti des, &, si quid secus acciderit, consoleris, sin prospere res fluant, gratuleris. Alii quidem spes suas in aliis collocant: hic vero te unum respiciens venit, existimans, illis fortasse blanditiis opus fore, sibi vero ut homini libero beneficia sperari posse. Duos vero habet legationis, quam obit, scopos, nempe, ut & divinum caput laudibus ornet, eumque, qui audientes multiloquio suo obtundit, confundat, &, si quid dicendo valeat, etiam quod ad cetera mulctet. Nosti vero, improbum illum hominem & tibi & mihi poenas debere, dixerim vero etiam urbi, & hominibus omnibus; quem ne nunc quidem quiescere posse veri est simile. Habere is sibi videtur ensem, hominem scilicet pravarum artium callentissimum, nec pudori sibi ducit, hominum inferiorum opera aliquid efficere: eo interim gloriatus, nullo sibi patrono opus esse. Quod si vero tu te ipsum excitaveris, *Strategio*que fides facta fuerit, se non sine Minervae auspiciis praeliaturum, fortasse testatum fecerit, qualis sit; & sic ad nos revertetur.

MLXVI. PAL-

(2) Ulyssem vult, Cephallenum ducem; vid. *Homerum* Iliad. β. v. 330. & alibi. (3) Ideo l. c. πολύμητις vocatur. (4) Sic recte *Cod. niger*: ταῦτα, *Barocc.* & *Medic.* (5) φαίνεσθαι ἔδοξας. οὐχ ὁ sic *Medic.* male. (6) Πλαταιείας, *Barocc.* De illis tradit *Thucydides*. (7) ἀπείρου, *Barocc.* (8) μετάπεισον, *Medic.* μετάπεισαν, *Barocc.* (9) πανταχῇ, *Medic.*

EP.

PALLADIO.

Bonum factum, quod tu *Pindaro* obtemperans magistratus tui initia illustria esse jubes. Percrebuit enim, quae agens fines attigeris; ea, si de te ad alium scriberem, fusius exponerem. Jam vero quis tibi, qui & noris ea, & feceris, edisserat? Da igitur operam, ut posteriora semper sint meliora. Ita enim cursores quoque expediti agere solent. Tua vero omnino ita erunt comparata. Id enim sperare jubet institutio, quam nactus es, justique studium, nec minus ea, quae frater tuus adversus Cappadocas praestitit. Si enim patruelem patruelis, Theseus Herculem, est imitatus, genus suum reveritus, qui non multo magis frater fratrem imitaretur. Ceterum quando *Dionysium* statim accersivisti, me quidem honore, illum vero beneficio affecisti. Quamvis enim illi quidem non statim paruerint, qui cum quaeri à te audiverunt, ab eo tamen laedendo, credo, abstinuerunt, imo etiam ex parte bene fecerunt. Fortasse tamen ego de eo, tanquam nondum tibi viso, haec scribo, cum interim & praesens sit tibi, & causas agat, & magnus evaserit. Quod si vero adhuc rus colit, & refugit forum, per literas instar malefici accersatur; ubi vero comparuerit, ea, quae virum bonum decent, consequatur.

MLXVI. ΠΑΛΛΑΔΙΩ. (1)

Καλῶς ἐποίησας Πινδάρῳ (2) πεισθεὶς, καὶ πρόσωπον τηλαυγὲς τῇ ἀρχῇ θέμενος. Βεβόηται γὰρ, μεθ' οἵων ἔργων ἧψω τῶν ὅρων, ἃ εἰ μὲν (3) πρὸς ἄλλον ἐπέστελλον περὶ σοῦ, διηγούμην ἄν. Σοὶ δὲ τί ἄν τις, ἃ οἶσθα, καὶ πεποίηκας, λέγοι; Σκόπει οὖν, ὅπως ἀεὶ τὰ δεύτερα ἔσται βελτίω. Τοιοῦτοι γὰρ καὶ οἱ τῶν δρομέων ἀγαθοί. Τουτὶ μὲν ἔσω (4) τοιοῦτον. Ὑπισχνεῖται γὰρ ἥτε παίδευσις, ἣν ἐπαιδεύθης, ἥτε τῆς δικαιοσύνης ἄσκησις, ἅτε ἐπεδείξατο περὶ Καππαδόκας (5) ὁ ἀδελφός. Εἰ γὰρ ἀνεψιὸς ἀνεψιὸν ἐμιμήσατο, Θησεὺς Ἡρακλέα, τὸ γένος αἰδούμενος, πῶς οὐ μᾶλλόν γε ἀδελφὸς ἀδελφόν; Διονύσιον δὲ ζητήσας εὐθὺς, ἐμὲ μὲν ἐτίμησας, ἐκεῖνον δὲ ὤνησας. Καὶ γὰρ εἰ μὴ παραχρῆμα ὑπήκουσαν, οἵγε ἀκούσαντες, ὅτι ζητοῖτο, τοῦ τε βλάπτειν αὐτὸν, ὡς εἰκὸς, ἀπέσχοντο, καί τι καὶ εὖ πεποιήκασιν. Ἴσως δὲ ἐγὼ μὲν ὡς οὔπω πεφηνότος μὲν γράφω (6). ὁ δέ σοι καὶ παρέστηκε καὶ ἀγορεύει, καὶ γέγονε μέγας. εἰ δ' οὖν ἔτι γεωργεῖ καὶ φεύγει τὰς ἀγορὰς, καλείσθω μὲν ὥσπερ οἱ κακοῦργοι γράμμασι· φανεὶς δὲ, ὧν τὸν χρηστὸν εἰκὸς, τυγχανέτω.

MAXIMO.

Legati qui apud vos sunt, Regi quidem auream coronam tulerunt, te vero absentem illa ex laudibus texta cinxerunt, quarum multas quidem apud multos, plures vero apud eos, qui magistratu funguntur, plurimas denique apud Regem ipsum enarrarunt. Laborandum quoque illis non erat, ut fides dictis haberetur. Nihil enim praeclarum de te dicitur, quod fidem non inveniat. Tales enim sunt res tuae, inde a prima linea aeque praeclare continuatae. Me vero incitans etiam non incitando recte fecisti. Alterum enim te, alterum me decebat. Omne tamen auxilium, quod ajunt, ficulnum est. Neque enim legati etiam lacrymantes & ad pedes provoluti, quod tamen ad permovendum alias plurimum valet, & plus certe, quam illius, quem nosti, sermones, ea, quae petebant, impetrare potuerunt. Adeo magni fit, quae instituta est, inquisitio. Rem mox amplius intelliges.

MLXVII. ΜΑΞΙΜΩ.

Οἱ πρέσβεις, οἱ παρ' ὑμῶν, χρυσοῦν μὲν στέφανον κεκομίκασι τῷ Βασιλεῖ, σοὶ δὲ τὸν ἀπὸ τῶν ἐπαίνων ἀπόντι περιέθηκαν, οὓς πολλοὺς μὲν παρὰ τοῖς πολλοῖς, πλείους δὲ παρὰ τοῖς ἐν τέλει, πλείστους δὲ διεξῆλθον παρ' αὐτῷ τῷ Βασιλεῖ. Πόνος δὲ οὐδεὶς ἔδει πρὸς τὸ πιστευθῆναι. Καλὸν γὰρ οὐδὲν κατὰ σοῦ λεγόμενον ἀπιστεῖται. Τοιαῦτά σου τὰ ἔργα, ἀπὸ γραμμῆς εὐθὺς δι' ὁμοίας ἀρετῆς προϊόντα. Ἐμὲ δὲ παρακαλέσας τε καὶ οὐ παρακαλέσας ὀρθῶς ἐποίησας. Τὸ μὲν γὰρ ἔπρεπέ σοι, τὸ δέ ἐμοί. Πᾶσα μέντοι βοήθεια συκίνη φασίν (1). Οὐδὲ γὰρ δακρύοντες οἱ πρέσβεις καὶ προκυλινδούμενοι (2), καίτοι ταῦτα τὰ μέγιστα εἰς πειθὼ, καὶ μείζω γε τῶν παρὰ τοῦ δεινοῦ ῥημάτων, οἷοί τε ἐγένοντο μεταθεῖναι, περὶ ὧν ἐδέοντο. Οὕτω πανταχοῦ τὸ τῆς ἐξετάσεως τετίμηται. γνώσῃ δὲ αὐτίκα.

HYPERECHIO.

Nihil opus nunc est, ut animum despondeas, quod fortuna tibi Midae, qui ex majoribus vestris est, aurum non dedit, ut tibi, quicquid libuerit, emere liceat, magno pretio ex amplis opibus exigua redimenti. Neque enim imperium

MLXIX. ὙΠΕΡΕΧΙΩ.

Οὐδέν σε δεῖ νῦν ἀθυμεῖν, ὅτι μή σοι τὸ Μίδου, τοῦ ὑμετέρου (1) προγόνου, δέδωκεν ἡ τύχη χρυσὸν, ὥστ' ἐξεῖναι, ὅ, τι ἂν ἐθέλοις (2), ὠνεῖσθαι, πολλοῦ τῶν μικρῶν ἐξ ἀφθόνων διδόντα τιμήν (3). Οὐ γὰρ τῶν πείσεσθαι

EP. MLXVI. (1) Exstat apud *Zambicarium* lib. III. ep. 315. sed mutila: desinit enim, nonnullis etiam omissis, in illis verbis: τὰ δεύτερα ἔσται βελτίω. (2) *Pindarus* Olymp. VI. v. 4. (3) ἀεὶ μὲν, *Medic.* B. (4) ἂν ἴσῃ. (5) Καππαδοκίας, *Medic.* Sic vero scribendum fuerat Καππαδοκίαν. (6) γράφων, *Medic.*

EP. MLXVII. (1) Proverbium, de quo alibi in superioribus. (2) Verbum hoc exponit *Suidas.*

EP. MLXIX. (1) ὑμετέρου, *Medic.* B. Nostrum habet *Cod. niger*, & *Barocc.* 9. (2) *Barocc.* ἐθέλεις, *Medic.* ἐθέλῃς, *Codd. niger.* (3) ita *Codd. Salvinus* legere hic malebat: ἐξ ἀφθόνων διδόντα τιμὴν, sed non video mutatione opus esse.

πείραν δυναμένων τὸ ἄρχειν· ἀλλὰ τῶν πόλεων εἰδότων ἐπιστατεῖν. Εἰ μὲν οὖν μηδέν σοι συνῄδειν χρηστὸν, ἤλγουν ἂν, ὡς οὐκ ὂν τῷ τοιούτῳ πρὸς τὰ τοιαῦτα παρελθεῖν. Νῦν δὲ, νοῦς γάρ ἐστί σοι, καὶ γλῶττα ἀγαθὴ, καὶ οὐκ ἂν εἰς πλῆθος πραγμάτων ἐμπεσὼν θορυβοῖς, πολλὰς ἐλπίδας ἔχω ταχέως σέ τινος καὶ σχήματος ἐπιβήσεσθαι (4). Δεῖ δὲ μὴ τὰ μέγιστα εὐθὺς ζητεῖν, μηδ᾽ ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν φασὶν (5), ἀλλὰ κἂν μικρὰ διδῷ τις, μεθ᾽ ἡδονῆς δέχεσθαι, νομίζοντα, ἀφορμὴν ἔσεσθαι τοῖς μεγάλοις τὰ μικρά. Ἡ γὰρ ἐν τοῖς ἐλάττοσι τῶν τεχνῶν ἐπίδειξις ταχέως ἀνέῳξε τῶν λαμπροτέρων θύρας (6). Ὑπὲρ δὲ τούτων λόγοι τέ μοι γεγένηνται πρὸς τὸν ἄριστον Καισάριον, καὶ γράμματα πρὸς τὸν αὐτὸν φέρεται, ἃ σὺ δὴ λαβὼν αἰδοῦ, καὶ πειρῶ φαίνεσθαι φρόνησιν ἔχων, ἡνίκα ἂν δοκιμάζοι (7) σε. Δεινὸς δὲ ἀνὴρ ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα (8). Ἐγὼ μὲν οὖν ὁ αὐτός εἰμι, φησὶ Περικλῆς. σὺ δ᾽ οὐ παύσῃ (9) μεταβολὴν ὑφορώμενος;

rium illis committitur, qui multa emere, sed qui urbibus praeesse possint. Quod si mihi de virtute tua non constaret, dolerem utique, quod tibi, ejusmodi homini ad talia provehi nefas sit. Jam vero, cum & prudentia & eloquentia valeas, nec negotiorum mole unquam perturberis, magna mihi spes est fore, ut ad locum aliquem & dignitatem proveharis. Neque tamen maxima statim petere oportet, neque, quod dici solet, in dolio figulinam; sed parva etiam, quae quis dederit, cum voluptate accipere, existimantem, parva illa magna consequendi occasionem esse facturа. Artis enim in exiguis rebus demonstratio ad splendidiora viam facile munit. Super his sermones mihi ad optimum *Caesarium* habiti sunt, ad quem etiam literae hae mittuntur. Eas tu nactus saluta virum modeste, & fac, ut, ubi te exploraverit, cordatus videaris. Potest enim ille ex ungue leonem cognoscere. Ceterum ego idem adhuc in te sum, quod *Pericles* ait: tu vero vel sic mutationem suspicari non desines?

MLXX. ΚΑΙΣΑΡΙΩ.

Αἰσθόμενός σε τοῖς παρ᾽ ἐμοῦ γράμμασιν ἡδόμενον, καὶ διὰ τοῦτο τὰ πολλὰ ὀλίγα ἡγούμενον, ὥρμησα μὲν καὶ πρὸς παρόντα γράφειν, ὅπως σε ἡδίω ποιοίην. Ὁρῶν δὲ πολλαχόθεν μὲν ἐρχομένας παρὰ (1) τῶν φίλων ἐπιστολὰς, ἐνοχλουμένας (2) δὲ τῷ πλήθει τῶν πραγμάτων (3) καὶ χρόνον αὐταῖς εἰς ἀνάγνωσιν ὄντα (4), καλῶς ἔχειν ᾠήθην μὴ προστιθέναι τῷ φορτίῳ, μηδὲ γλαῦκα Ἀθηναίοις. Ἀλλὰ νῦν οὐκ ἐνῆν μοι μὴ γράφειν, ἢ πᾶσαν ἦν ἀνάγκη προδεδωκέναι (5) φίλον, ὑπὲρ οὗ πολλὰ διαλεχθεὶς μικρὰ ἐπιστέλλω νῦν, ὡς ἂν μὴ καταβοῷεν οἱ περιεστηκότες, ἡνίκα ἂν λαμβάνῃς τὴν ἐπιστολὴν, ὃ ἐγὼ πεποίηκα πολλάκις ἑσπέρας (6). Ὑπερέχιος οὑτοσὶ καὶ γένους ἕνεκα καὶ τοῦ πρὸς λόγους εὖ πεφυκέναι καὶ βίου σώφρονος, καὶ τοῦ τὰ γέροντος ἐν νεότητι μιμεῖσθαι, σπουδῆς τε καὶ φίλτρου παρ᾽ ἡμῶν ἔτυχε πλείονος, ἢ κατὰ φοιτητήν. Καὶ συνέβη δὴ πολλὰ μὲν ἡμᾶς ὑπὸ τῶν τοῦδε γονέων θεραπευθῆναι, πολλὰ δὲ παρὰ τῆς ἡμετέρας οἰκίας εἰς αὐτοὺς πεποιῆσθαι. καὶ ὅλως τὰ συγγενῶν εἰς ἀλλήλους ἐπιδεδείγμεθα. Χαίρω δὲ νικῶν αὐτοὺς εὖ ποιῶν, καὶ χρόνον οὐδένα διαλείπων, νῦν οἶμαι τὰ μέγιστα εὐεργετήσειν, ἢν σὺ βουληθῇς. Ἔστι γὰρ ἀνὴρ ἐπιτήδειος πράγμασι

CAESARIO.

Literis te meis delectari, ideoque multas illas paucas existimare, sentiens ad praesentes has exarandas, ut gratum tibi facerem, accessi. Antea vero edoctus, epistolas amicorum undiquaque ad te afferri, quae per negotiorum molem nec tempus ad perlegendum integrum faciant, pulchrum esse existimavi, si oneri illi aliud non imponerem, nec Athenas noctuam portarem. Jam vero non poteram non scribere, nisi amicum simul prodere vellem, de quo multa olim locutus pauca nunc scribo, ne circumstantes, ubi epistolam hanc acceperis, male mihi precentur, quod vespere me saepe facere memini. *Hyperechius* hic & familiae suae causa, & quod ad literas natus est, vitamque honeste agit, & juvenis senes imitatur, studium nostrum amoremque majorem, quam in discipulum alias cadit, est expertus. Accidit vero etiam, ut nos a Parentibus ejus acque multis beneficiis ornaremur, quam multa nostrae familiae in illos exstarent studii argumenta. Summatim ut dicam, ea, quae cognati solent, nobis invicem praestitimus. Gaudeo vero ego, qui illos beneficiis vincam, nunc vero, nullam alias occasionem negligens, omnium maxime illis bene me facturum, si tu volueris, spero. Vir sane est ad res agendas maxime idoneus. Prudentia enim valet, & lingua

(4) sic *Medic.* B. rectius, quam ceteri illi ἀποβήσεσθαι. Ita enim Graeci, v. c. ἐπιβαίνειν γῆς, ἵππων, κ. τ. λ. *Hesiod.* Theogon. v. 396. τιμῆς καὶ γεράων ἐπιβησέμεν, ἣ θέμις ἐστί. Conf. ep. 1071. (5) ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν illi dicuntur, qui protinus maximis in rebus artificii sui experimentum capiunt, cum à minutis ad summa proficisci conveniat. Vide *Erasmum* p. 227. (6) Eadem phrasis 1 *Cor.* XVI. 9. (7) sic *Barocc.* δοκιμάζῃ *Medic.* δοκιμάσῃ, *Cod. niger.* (8) Proverbium, quo & *Lucianus* utitur Tom. II. Opp. p. 232. (9) *Barocc. Medic.* & *Ambros.* T. 5. παύσαι, *Cod. niger.*

EP. MLXX. (1) περὶ, *Medic.* B. male. (2) ita scribo cum *Medic.* pro ἐνοχλουμένας, *Cod. nigri* & *Barocc.* (3) γραμμάτων, *Medic.* ubi *Salvinus* recte vidit legendum esse πραγμάτων, quam vocem habet *Barocc.* (4) ita codd. at sensus requirit οὐκ ὄντα. (5) Sic *Cod. niger*: προδεδωκέναι, *Barocc.* προδιδόναι, *Medic.* (6) In his desinit epistola haec in *Medic.* Et quae sequuntur, novam alibi in eodem constituunt epistolam; sed ἀνεπίγραφον. Non dubitem, & haec ad praesentem referenda esse. Spectant enim ad commendandum Hyperechium, cui hanc operam in proxime superiore promiserat noster. Ideo & in *Cod. nigro* & in *Barocc.* praesentis epistolae partem constituunt.

(7) οὐ-

lingua promtus; opibus quoque patriis instructus, a puero vero ab inhonesto lucro alienus. Talem igitur hominem nolim equos & canes feris immittere, aut leporem aliquem afferendo matrem tantum exhilarare, sed majoribus rebus & me & patriam suam, teque ipsum, ubi ad negotia publica agenda eum admoveris, ornare. Expende vero tu, quod, si homines, magistratu olim functos, eidem iterum admoveris, prioribus illis, qui antea hoc dederunt, decus concilies, tanquam qui recte hanc provinciam illis, quibus fas erat, commiserint. Quod si vero tu primus equos currui junctos in circum duxeris, facies, ut tua tanto magis celebrentur. Admove igitur *Hyperechium* palaestrae, & gratiam hanc nobis fac; de qua ego quidem nunc gaudebo, tu vero de rebus gestis non minus. Noli autem vereri, ne, si primum hoc obtinuero, postea aliis petendis sim molestus. In gratiis enim tibi habendis persistemus, reliqua fortunae arbitrio permissuri.

πράγμασι χρῆσθαι. Νοῦς τε γὰρ ἔνεστι, καὶ ἡ γλῶττα θεῖ, καὶ πλοῦτος πατρῷος, καὶ τὸ μὴ κερδαίνειν κακῶς ἐκ παιδὸς μεμελέτηται. Τὸν δὴ τοιοῦτον οὐκ ἂν βουλοίμην ἵππους καὶ κύνας ἐπελαύνειν θηρίοις, οὐδ' ἄγειν τὸν λαγὼν κομίζων εὐφραίνειν τὴν μητέρα, ἀλλ' ἐκ μειζόνων ἐμέ τε κοσμεῖν, καὶ τὴν αὑτοῦ πατρίδα, καὶ τὸν ἐπιστήσοντα τοῖς κοινοῖς πράγμασί σε. Ἐνθυμοῦ δὲ, ὅτι τοὺς μὲν ἄρξαντας αὖθις εἰς ἀρχὰς ἄγων τοῖς πρώτοις, δοῦσιν ἀρχὰς, περιάπτεις εὔκλειαν, ὡς καλῶς δοῦσιν, οἷς δοῦναι χρῆν. Πώλους δὲ αὐτὸς εἰς ἅρμα τε καὶ ἱππόδρομον ἕλκων τὰ σὰ δώσεις καθαρῶς ᾄδεσθαι (7). Δεῖξον δὴ τὸν Ὑπερέχιον ἐν ἄθλοις, καὶ δίδου χάριν, ἐφ' ᾗ νῦν μὲν ἡσθήσομαι, τῶν ἔργων δὲ πραττομένων καὶ σύ. Καὶ μὴ δείσῃς, ὡς τὸ τοῦ πρώτου τυχεῖν πείσει καὶ περὶ δευτέρων ἐνοχλεῖν. Ἐν γὰρ τῷ χάριν εἰδέναι διατρίψομεθα τὰ λοιπὰ ἀφέντες τῇ τύχῃ.

ACACIO.

Calumniatores ego prae aliis omnibus odio prosequens, qui ab hoc hominum genere sim vexatus, parum abest, quin gratiam illis habeam, quod *Clematium*, virum honestissimum, mihi spectandum praebuerunt, quo viso veteris felicitatis sum recordatus, quando Thesei Athenas salutavi. Memini vesperae illius, balneorum, coenarum, & inter coenandum sermonum, cum alii quidem venabantur, aliis vero avis in praedam cedebat. Delectabar vero ego in ipsum intuens, sacris & consuetudine Deorum occupatum. Vox ejus limpido flumini, quale Pylii illud, similis erat. Bonum se idem praebebat, eum, quem ipse ego, lugens, qui terram orbam reliquerat. Testatus praeterea est, urbem universam similiter adfectam esse, cui bene sit a Jove, eo quod defunctum aeque ac vivum olim, coluit. Magna vero illa urbs exsultavit, ejecto illo, qui te praesentem vexabat, absentem autem requirebat. Ille vero turbarum plenus esse nunquam cessaverit. Ceterum sacrorum Antistes, ut par erat, salvus ad vos revertitur, Minervam, puto, aeque ut Hercules olim, patronam nactus.

MLXXI. ἈΚΑΚΙῼ.

Ἐγὼ τοὺς συκοφάντας μισῶν πλεῖστα ἀνθρώπων, ὑπὸ τῶν τοῦτο ποιούντων πεπληγμένος μικροῦ χάριν αὐτοῖς ἔχω, ὅτι μοι τὸν καλὸν Κλημάτιον (1) ἔδειξαν, οὗ φανέντος (2) καὶ παλαιᾶς ἀνεμνήσθην εὐδαιμονίας, ὡς ἐπέβην (3) τῆς Θησέως Ἀθηνῶν, ὡς ἑσπέρα τότ' ἦν, τῶν λουτρῶν, τῶν δείπνων, τῶν ἐν τῷ δείπνῳ λόγων, καὶ ὡς ἕτεροι μὲν ἐθήρευσαν, ἑτέρων (4) δὲ ἦν ἡ ὄρνις. Ἐτερπόμην δὲ καὶ εἰς (5) αὐτὸν βλέπων μεστὸν ὄντα ἱερῶν, καὶ τῆς πρὸς θεοὺς συνουσίας. Ἡ δὲ δὴ φωνὴ ῥεῦμα καθαρὸν, οἷον τὸ τοῦ Πυλίου (6). χρηστὸς δὲ ἦν ὀδυρόμενος, ὥσπερ ἐγὼ, τὸν ἐν ὀρφανίᾳ καταλιπόντα τὴν γῆν (7). Ἀπήγγελλε δὲ καὶ πόλιν ὅλην εἶναι τοιαύτην, ᾗ γένοιτό τι παρὰ τοῦ Διὸς ἀγαθὸν, ὅτι τὸν οἰχόμενον, ὁπόσα (8) ζῶντα, τιμᾷ (9). Ἡ μεγάλη δὲ αὕτη καὶ ἐχόρευσε τοῦ σε παρόντα μὲν λυποῦντος, ἀπιόντα δὲ ζητοῦντος, ἐξηγουμένη (10). Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν μὴ παύσαιτο τῆς ταραχῆς γέμων (11). Ἄτρωτος δὲ ὑμῖν, ὥσπερ ἦν δίκαιον, ἐπάνεισιν ὁ τῶν ἱερέων ἄρχων, τὴν Ἀθηνᾶς οἶμαι συμμάχου τυχὼν, ὥσπερ πρότερον Ἡρακλῆς.

JAMBLICHO.

Nihil mirum est, si tu nobis sis superior, qui

MLXXII. ἸΑΜΒΛΙΧῼ. (1)

Οὐδὲν δεινὸν, εἰ τοῦ (2) πρὸς ἡμᾶς ἦρξας βασιλεύ-

τι-

(7) Ἴδεσθαι, *Barocc.* at *cod niger*, ex emendatione ᾄδεσθαι, quod etiam est in *Ambros.* Alioquin legi etiam poterat ἴσεσθαι. quod etiam habet *Benzel.* B.

EP. MLXXI. (1) Λαμμάτιον, *Barocc.* male. *Clematius* ex nostri epistolis sat notus est, cujus nomen praeterea in *Cod. nigro* & *Medic.* B. exstat. (2) φανέντος, Cod. niger. (3) ἐπέβην, *Barocc.* male: de phrasi ipsa lege ad ep. 1069. n. 4. (4) ἕτερος, *Barocc.* Proverbialiter hoc dicitur. (5) ὡς, *Barocc.* (6) *Nestorem* vult: vid. ep. 1052. n. 6. (7) *Julianum* Imp. intelligit. (8) ὅπως, *Medic.* ubi *Salvinus* malebat ὡς. (9) τιμᾶς, *Barocc.* (10) ita codd., quos dixi, omnes, sine sensu. Verti ego ac si legeretur: ἐξηγουμένου vel ἐξηγημένου. Idem *Salvino* in mentem venerat. (11) γέμων, *Medic.*

EP. MLXXII. (1) Edidit hanc epistolam eruditissimus *Fabricius* noster Biblioth. Graec. vol. IV. c. 28. p. 284 ex *Barocc.* ubi recte praeterea observat, *Jamblichum* hunc non Chalcidensem illum Philosophum, sed juniorem alium, & ipsum philosophiae deditum existimari debere, ad quem etiam *Juliani* exstent epistolae. *Chalcidensis* scilicet ille est, qui in calce epistolae θεῖος ὁμώνυμος appellatur. (2) εἰ τι, *Medic.* B. male, quod *Salvinus* ex ingenio correxit, a *Codice Nigro* & *Barocc.* firmatus. εἰ σὺ tamen etiam *Benzel.* B. & defendi posse videtur.

τιεος (3) ὤν. Πρέπει γὰρ ὑμῖν τοῖς φιλοσοφοῦσι (4) τὸ ῥῆμα μᾶλλον, ἢ ὅτῳ ἐν τῷ ἔπει (5) δέδοται. Γράμματα δὲ ἡμῶν εἰ μὴ πολλὰ λαμβάνεις, μὴ θαυμάσῃς. Τῶν γὰρ σῶν οὐδεὶς ἔτι μοι προσέρχεται. τὴν δὲ αἰτίαν εἰδὼς οὐκ ἐρῶ. Εἰ μὲν γὰρ κατηγόρουν, εἶπον ἄν. ἀπολογουμένῳ δὲ ἀρκεῖ κἀκεῖνο. Τὸν δὲ ἔρωτά σου τὸν περὶ τὸν ἀγρὸν, διότι μὲν οὐχ ὁρῶ σε, μέμφομαι. διότι δέ σε ποιεῖ θορύβων ἔξω, μάλ' (6) ἐπαινῶ. Ἔπρεπε δ' ἄρα ἄνδρα φιλόμουσον τὰ Μουσῶν μιμεῖσθαι. Τῶν Μουσῶν δ' ἦν ἄρα ἐν ὄρει τὰ αὑτῶν ποιεῖν καθ' ἡσυχίαν πολλήν. Εἰ δ' ἐν ἀγορᾷ τὰ ᾄσματα ὕφαινον, ἴσως ἂν καὶ ἐξεκρούσθησαν. Νῦν δ' ἐν ὄρει μὲν ἦσαν, ἐν ἐρημίᾳ δ' οὐδαμῶς, ὥσπερ οὐδέ σύ. Αἱ μὲν γὰρ ἀλλήλας εἶχον, σὺ δ' ὧν ἥψαντο ἐκεῖναι (7) τὸν Πυθαγόραν, τὸν Πλάτωνα, τὸν Ἀριστοτέλην, τὸν ὁμώνυμον τὸν θεῖον. Πῶς οὖν ἂν εἴη ἐρημία, οὗ χορὸς τοιούτων ἕστηκε;

qui magis rex sis. Vobis enim Philosophis nomen hoc magis competit, quam cui in carmine tribuitur. Ceterum noli mirari, quod literas a nobis non multas accipis. Nemo enim tuorum amplius ad me venit. Caussam, quam novi, non dicam: dicerem autem, si te accusare vellem; sed excusanti jam mihi etiam hoc sufficit. Tuum rusticae vitae amorem, ideo quod te non video, culpo, eundem tamen, quod a molestiis te liberat, valde laudo. Virum scilicet, Musis amantem, Musas imitari decebat. Musarum enim erat sua in monte in multo otio agere. Si enim in foro hymnos texere instituissent, fortasse fuissent explosae. Itaque in monte quidem, minime. tamen in solitudine versabantur, sicut nec tu versaris. Illae enim sibi invicem jungebantur, tu vero, quos illae suos fecerunt, *Pythagorae*, *Platoni*, *Aristoteli*, & cognomini tibi patruo. Quomodo vero ibi solitudo fuerit, ubi hujusmodi hominum coetus versatur?

MLXXIII. ΣΕΛΕΥΚῼ.

Ἀνεπνεύσαμεν (1), ἀκούσαντες, ὅτι τὸν ἆθλον ἐκεῖνον τὸν καλὸν καὶ δίκαιον διήνυσας. ἡμῶν δὲ τὰ μὲν ἔργα οὐκ ἂν ἴσως ἐπαινεθείη. Μικρὰ γάρ. τὴν γνώμην δὲ οἶμαι καὶ παρὰ τοῖς Θεοῖς εὐδοκιμεῖν. Καὶ γὰρ ἐστενάξαμεν, καὶ ἐδακρύσαμεν, καὶ παρήλθομέν σου τὴν λύπην, καὶ νῦν ὥσπερ ὑμεῖς χαίρομεν, ὅτι πᾶν τὸ πέλαγος ἐπλεύσθη. χαίρω δὲ καὶ δι' ἐκεῖνο, ὅτι παλαιόν τι τῆς ὑμετέρας οἰκίας νόμιμον σώζεται, καὶ δῶρα δύνασθε (2) πέμπειν, καὶ μετὰ τὸ σκηπτόν. Νῦν μὲν οὖν ἴσως οὐ πολλῶν παρόντων, ταχέως δὲ καὶ πολλῶν παρόντων πέμψετε. Τοιαῦτα γὰρ τὰ τῆς τύχης. ἔδωκεν, εἶτα ἀφείλετο. πάλιν οὖν ἀφείλετο, δέδωκε πλείω. Τέρψιν γὰρ οἶμαί τινα ταύτην (3) τέρπεται, κινοῦσα τὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἐῶσα τοὺς αὐτοὺς ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένειν. Οὐδ' ἂν εἴποις, ὅτι πλείους καθεῖλεν, ἢ ἦρεν, ἀπομιμνήσκου δὲ τἆλλα πάντα ἀφεὶς Ὀδυσσέως τοῦ γυμνοῦ, ὡς φύλλων (4) δεηθεὶς εἰς τὸ κρύπτειν, ἃ κρύπτειν ἔδει, μετὰ πολλῶν χρημάτων οἴκαδε ἦλθε. Σοὶ δὲ δώσει μὲν Θεῶν τις χρυσὸν ἀντὶ χρυσοῦ. δέδωκε δὲ, ἃ πολλῷ παντὸς χρυσίου βελτίω. πάλαι μὲν γυναῖκα, νῦν δὲ θυγατέρα. χρυσῆς ἀτεχνῶς γενεᾶς, ἣν οὔσαν ὁπόσων λέγεις, ἐτῶν, εἰδέναι (5), ὁπόσα ἔφης, θαυμαστὸν οὐδέν. Ἡ γὰρ τῶν γονέων φύσις καὶ τοῦτο πιστὸν ποιεῖ. Ὅπου γὰρ τοιοῦτος μὲν γεωργὸς, τοιαύτη δὲ ἄρουρα, πολλῆς οἶμαι τῆς ἀνάγκης

SELEUCO.

Respiravimus nos, edocti, te laborem illum praeclarum & honestissimum feliciter exantlasse. Nostra vero facta fortasse laudem non promeruerint; sunt enim exigua: intentionem tamen nostram Diis ipsis probari confidimus. Nam ingemuimus nos, & lacrymati sumus, teque lugendo vicimus; jam vero pelago omni superato, vobiscum gaudemus. Gaudeo vero etiam de eo, quod antiquum domus vestrae morem servatis, & dona etiam post fulmen illud mittere potuistis. Modo quidem fortasse non multa habentes, mox vero multa habituri mittetis. Haec scilicet fortunae ratio est: nunc dedit, mox abstulit, rursus plura dedit, quam abstulit. Ludum hunc, puto, ludit, res hominum continuo mutans, nec eosdem iisdem frui permittens. Cave dixeris, plures eam depressisse, quam extulisse. Memineris potius, missis ceteris omnibus, Ulyssis adeo nudi, ut etiam foliis ad tegenda, quae pudor tegere jubet, indigens multis tamen opibus onustus domum rediret. Tibi vero Deorum aliquis aurum pro auro dabit: dedit vero etiam, quae auro omni longe praestant: olim quidem uxorem, nunc vero filiam, aetatis vere aureae, quam iis, quos habere ais, aetatis annis ea, quae dixisti, scire nihil est mirum. Parentum enim indoles & hoc credere jubet. Ubi enim talis est agricola, tale vero arvum, ibi magnum aliquid & ceteris praestans nasci necesse est. Adducito itaque nobis filiolam a Mu-

(3) *βασιλευτέρως*, *Ambros.* T. 231. Alludit ad *Homeri* illud Iliad. *ι.* v. 160. ubi Agamemnon ita: *Καί μοι ὑποστήτω, ὅσσον βασιλεύτερός εἰμι.* Confer ibidem v. 392. & *κ.* v. 239. (4) Spectant huc magnifica illa elogia, quae Stoici inprimis, interque hos *Seneca* viro sapienti tribuerunt. (5) Apud *Homerum* l. c. (6) *μεγάλα*, *Medic.* (7) *τὸν Πυθαγ.* usque ad *τὸν θεῖον* absunt a *Medic.* male. (8) *τοιοῦτος* *Medic.* & *Cod. nigr.*

EP. MLXXIII. (1) *ἀνεπλεύσαμεν*, *Medic.* B. (2) *δύνασθαι*, *Barocc.* (3) *ταῦτα*, *Medic.* (4) *φίλων*, *Medic.* male. Apparet enim de variis Ulyssis casibus, & inopia nominatim sermonem esse. Ita naufragium ipse suum exponens Odyss. *ε.* v. 284. haec ait:

——— ——— ——— *ἐγὼ δ' ἀπάνευθε διιπετέος ποταμοῖο*
Ἐκβὰς ἐν θάμνοισι κατέδραθον· ἀμφὶ δὲ φύλλα
Ἠφυσάμην.

(5) *εἰ δόναι*, *Barocc.*

(6) *ἐκεῖ*.

Musis agitatam, ut urbem, in qua sata est, videat. *Eustathium* vero nemo urgeat, neque gratiam priorem expungat, nec nos tales velit esse creditores, quales fugere jubet *Phocylides*.

νάγκης μέγα τι φῦναι καὶ διαφέρειν τῶν ἄλλων. Ἄγε οὖν ἡμῖν τὸ μουσόληπτον παιδίον, καὶ ὁράτω πόλιν, ἐν ᾗπερ ἐσπάρη. Τὸν Εὐστάθιον δὲ μηδεὶς ἐπειγέτω (6), μηδὲ διαφθειρέτω τοῖς δευτέροις τὴν χάριν, μηδὲ τοιούτους ἡμᾶς ἀποφαινέτω χρήστας, οἵους φεύγειν παραινεῖ Φωκυλλίδης (7).

MODESTO.

Cum vulgo festum agis, quamvis cetera non sis e vulgo. Scilicet, qui ex pedibus laborant, illis, qui nondum laborarunt, invident. Et ubi idem morbus illis obtigerit, gaudent, non quod ipsi sic cursum ingressuri, sed, quod, quando nec illi possunt, suum hoc commodum interpretantur. Ego vero & me & te immunem ab his esse vellem; & si minus me, te saltem. Interim malum hoc bonum tibi esse videtur. Quando enim sedere cogeris, id quidem aedium structuram provehit. Si enim ambulasses multum, & circumcursitasses, famulorum potestati eam subjecisses. Jam vero famulus aegre bonus est. Modo autem podagrae familiaritas lignorum lapidumque custodem te constituit, &, si quis ignavior sit, non pateris, imo vero & voce & vultu fabros excitas, ut proinde gratiam illi, structuram hanc provehenti, habere te oporteat. Praeterea & alea mihi ludere majore arte videris, domum fori loco nactus. Mihi vero forte & aliud commodum peperit, maximum vero illud, quod auro circa crura ornatus Persarum satrapas imitor. Imo & nunc equo perpetuo vehor, qui antehac pedum erat labor. Vides, quantam tibi gaudendi materiem faciam. Unum vero est, quod te non delectaverit: dicam tamen, si vel maxime displicuerit. Vicina est Cilicia, vicinum etiam benignissimum Numen; & facillimum laboranti est & mittere, & redire, & medicinam nancisci. Quoniam vero interrogas, quo nunc sim loco, scias ab Aesculapio honorem mihi esse habitum. Capitis enim dolores, dicam hoc illo propitio, profligati sunt; pedum vero illi prae nimia insolentia non cessarunt. Si fidem non habes, optimum *Celsum* interroga, interroga vero etiam *Apellionem*, tibi amicissimum, virumque ingenuum, qui risus fontes olim habere visus, siccus nunc evasit res justae Veneris dimittere coactus.

MLXXIV. Μ Ο Δ Ε Σ Τ Ω.

Τὰ τῶν πολλῶν ἑορτάζεις, καὶ ταῦτα οὐ τῶν πολλῶν ἡμῖν ὤν. οἱ τὼ πόδε νοσοῦντες τοῖς οὔπω νενοσηκόσι φθονοῦσι (1). κἂν συμβῇ νοσῆσαι, χαίρουσιν, οὐχ αὐτοὶ δραμεῖσθαι μέλλοντες, ἀλλ' εἰ μηδ' ἐκεῖνοι, τοῦτ' αὐτοῖς ἀγαθὸν κρίνοντες. Ἐγὼ δὲ μάλιστα μὲν ἐβουλόμην, καὶ ἐμαυτὸν καί σε λυθῆναι. εἰ δὲ μή ἐμὲ δυνατὸν, σέ γε ἐβουλόμην ἄν. Ἔοικε δέ σοι τὸ κακὸν ἀγαθὸν εἶναι. Τὸ γὰρ ἀναγκάζεσθαι καθῆσθαι τὴν οἰκοδομίαν σοι κρείττω ποιεῖ. Βαδίζων μὲν γὰρ πολλὰ ἂν, περιτρέχων ὑπὸ τοῖς οἰκέταις ἂν, ἐκείνην (2) ἐποιεῖς. χαλεπὸν δὲ οἰκέτην εἶναι χρηστόν. νῦν δὲ ἡ τῆς ποδάγρας φιλία φύλακα ξύλων καὶ λίθων ἐκάθισεν. κἂν βλακεύῃ τις, οὐκ ἐπιτρέπεις, ἀλλὰ καὶ φωνῇ καὶ ὀφθαλμῷ τέκτονα ἐπεγείρεις, ὥστ' εἰκότως ἂν αὐτῇ χάριν ἔχοις συνοικοδομούσῃ. καὶ κυβεύειν δὲ νῦν μοι τεχνικώτερον δοκεῖς, τὴν οἰκίαν ἀντὶ τῆς ἀγορᾶς ἔχων. Ἐμοὶ δὲ ἴσως μέντοι καὶ ἄλλο κέρδος ἐνήνοχε. μέγιστον δὲ, ὅτι χρυσοφορῶ (3) περὶ τοῖν σφυροῖν κατὰ τοὺς Περσικοὺς σατράπας. ἀλλὰ καὶ φέρομαι συνεχῶς ἐφ' ἵππου. τὰ πρὸ τοῦδε τοῖν ποδοῖν ἦν ὁ πόνος. Ὁρᾷς ὅσας (4) σοι παρέχω πρὸς ἡδονὴν ἀφορμάς. ἓν μὴν ἐκεῖνό σε ἔτι τέρψει. λέξω δὲ, εἰ καὶ ἀπάσει. Πλησίον μὲν ἡ Κιλικία, πλησίον δὲ ὁ φιλανθρωπότατος θεός. καὶ ῥᾷστον ἀλγοῦντι καὶ πέμψαι καὶ ἀφικέσθαι, καὶ τυχεῖν φαρμάκου. Ἐπεὶ οὖν πυνθάνῃ (5), ποῦ τέταγμαι τῶν χορῶν, ἴσθι με τιμώμενον ὑπ' Ἀσκληπιοῦ. καὶ τὸ μὲν τῆς κεφαλῆς κακὸν, σὺν αὐτῷ δὲ ἐρῶ, λελωφηκός. τὸ δὲ τοῖν ποδοῖν τῆς ἄγαν ἀναιδείας οὐ πεπαυμένον. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἐροῦ τὸν ἄριστον Κέλσον, ἐροῦ τόν σοι φίλτατον Ἀπελλίωνα, τὸν γενναῖον, ὃς ἔχειν πηγὰς δοκῶν ἐν αὐτῷ γέλωτος νῦν αὖος (6) γέγονε, τὰ τῆς δικαίας Ἀφροδίτης ἀναγκασθεὶς ἀφεῖναι.

NICOCLI.

Quae Imperator, qui accersivit, *Celso* sit commissurus, ea ipse omnium optime novit. Hoc

MLXXVI. Ν Ι Κ Ο Κ Λ Ε Ι. (1)

Ἃ μὲν ὁ κεκληκὼς βασιλεὺς ἐγχειριεῖ Κέλσῳ, καλῶς ἂν (2) αὐτὸς εἰδείη. Τουτὶ μέντοι καί ἐμοὶ καὶ παν-

(6) ἐπαγγελέτω, *Cod. niger.* (7) *Phocylides*: μηδέποτε χρήστης πικρὸς γίνῃ ἀνδρὶ πένητι. Vox χρήστης & *foeneratorem* & *creditorem* denotat. Vide *Kusterum* ad Aristophanis Nubes v. 239. Adde *Salmasium* de Modo Usurarum p. 191. & 618. & de Usuris passim.

EP. MLXXIV. (1) φθονῶσι, *Medic.* B. qui & paulo post αὐτοῖς pro αὐτοί. (2) ἐκεῖνο, *Medic.* (3) De Persarum vestibus, auro ornatis lege *Valesium* ad Ammianum lib. XXIII. p. 387. ubi haec Libanii verba etiam adfert, & epistolam hanc elegantem appellat. (4) ὅσα, *Barocc.* (5) πυνθάνῃ, *Medic.* (6) αὖος, *Barocc.* i. e. ἄνθρωπος. ἀγέλαστος, *Medic.* ex glossemate, ut puto: αὖος rectum est: opponitur enim ταῖς πηγαῖς γέλωτος.

EP. MLXXVI. (1) Exstat inter *Zambicarianas* lib. III. ep. 319. ubi tamen in editis *Celso*, in codice vero *Ambrosiano* MS. *Nicocli* inscribitur, cujus nomen etiam habent *Barocc.* & *Medic.* B. *Celsi* illud nomen ex ipsa, in qua exstat, epistola natum est. (2) ἂν abest à *Medic.*

(3) παν-

παντὶ δῆλον, ὅτι πρὸς τῷ παρ' ἐκείνων κέρδει οὐ μικρὸν αὐτῷ τὸ σέ τε ἰδεῖν, καὶ τῶν σῶν ἀκοῦσαι λόγων, οὓς οὐκ ἀπὸ βιβλίων τοῖς ἀνθρώποις δεικνύεις, ἀλλὰ τῷ Σωκράτους τρόπῳ. Ἔδειξας δὲ τὴν σαυτοῦ φιλοσοφίαν, εὖ τε φερόμενος, καὶ μεταπεσόντος τοῦ πνεύματος, οὔτε τόθ' ὁρμήσας ἐπὶ πλοῦτον οὐ καλὸν, τὸν χειμῶνά τε ἐνεγκὼν ἀνδρείως. Ἀκούων δὲ πάλιν ἧφθαί σε τοῦ παιδεύειν (3) τοὺς νέους, μακαρίζω μὲν τὴν πόλιν, μακαρίζω δὲ αὐτούς τε ἐκείνους, καὶ τοὺς ἐκείνων πατέρας. κοινῇ τε γὰρ, παρ' οἷς τοῦτο ποιεῖς (4), κοσμοῦνται, καὶ οἱ πίνοντες τῆς πηγῆς ἑτέρων βελτίους. Ἐμοὶ δὲ οὕτως ἀῤῥαγὴς πρὸς σὲ (5) πίστις, ὥστ' ἐπεχείρησε μέν τις διακόψαι τὸν δεσμὸν, εὗρε δὲ αὐτὸν ἀδαμάντινον. Ἂν οὖν τι γίγνηται καὶ πρὸς σὲ παραπλήσιον, οὐκ ἄδηλον, ὡς ἀσθενὴς ὁ πέλεκυς φανεῖται.

Hoc vero & mihi & omnibus constat, ei prae illis, quae inde habebit, commodis illud non parvum esse futurum, quod & te videre, & tuos audire sermones poterit quos non ex libris, sed Socratico more, hominibus facis. Philosophiam scilicet tuam fecisti testatam, cum prospere tibi res fluerent, & cum adversis utereris ventis. Neque enim tunc divitiis non honestis inhiabas, sed procellam fortiter sustinebas. Ceterum quando intellexi, te juvenum institutioni iterum incumbere, beatam quidem judico civitatem, beatos vero etiam juvenes ipsos, eorumque Parentes. Communiter enim illi, quibus hoc praestas, laudantur, & qui de fontibus tuis bibant, ceteris anteferuntur. Mea vero in te fides adeo frangi non potest, ut quidam vinculum hoc scindere conatus, adamantinum illud deprehenderit. Si quid hujusmodi & tibi acciderit, non dubium mihi est, & hanc securim frustra fore.

MLXXVII. ΤΑΤΙΑΝῼ. (1)

Ἔχω τοῦ γάμου τὸν μισθὸν ὁ τοῦ γάμου συναγωγεὺς, πολὺ μείζονα καὶ κρείττονα τοῦ γιγνομένου ταύταις δὴ ταῖς προμνηστρίαις (2). Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐσθὴς καὶ ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἐμοὶ δὲ γράμματα σά. ὡς ὅστις ἔχει νοῦν, τούτου (3) χρυσὸν ἅπαντα ἡγήσεται ὕστερον. Παιάνιος (4) δὲ οὐ τοσοῦτον κερδαίνει μόνον, ὅτι κόρην ἀγαθὴν τε καὶ τῆς σῆς οἰκίας ἄγεται. Ἀλλ' ὅτι καὶ τῇ σῇ ψήφῳ κέκριται τῆς κόρης ἄξιος εἶναι. τουτὶ γὰρ αὐτῷ καὶ πάντα ποιεῖ τὸν βίον σεμνότερον. Λυκοῦργος μὲν γὰρ καὶ Σωκράτης τοῖς ἐκ Δελφῶν χρησμοῖς ἐκοσμήθησαν. οὗτος δὲ γνώμῃ τῇ σῇ, τῇ πάντα ἀκριβῶς καθορώσῃ, τίς μὲν χρηστὸς, τίς δ' οὐ τοιοῦτος· καὶ τίνα μὲν προσίεσθαι χρὴ, τίνα δ' ἀποστρέφεσθαι. Ἔστι δὲ οὔτε τούτων ἀθλιώτερος οὐδεὶς, οὔτ' ἐκείνων εὐδαιμονέστερος. Ἐν δὲ τοῖς εὐδαίμοσι καὶ Κέλσον τουτονὶ τίθεμαι, πάλαι τε ὑπὸ σοῦ χρηστὸν νομιζόμενον, καὶ νῦν τευξόμενον βοηθείας, ἢ τοῦτον ὡς τάχιστα ἀποδώσει τῇ γυναικί.

TATIANO.

Nuptiarum praemium habeo, nuptiarum conciliator, idque majus & praestantius eo, quod feminis illis pronubis obtigit. Illis enim vestis, & argentum, & aurum, mihi vero literae tuae dono cesserunt. Prudens quisque aurum omne rebus illis inferius judicabit. *Paeanius* interim non tam hoc lucri habet, quod virginem probam tuaeque gentis domum ducit, quam, quod virgine illa tuo suffragio dignus est judicatus. Hoc ipsum enim omnem illi vitam spectatiorem reddet. *Lycurgus* quidem & *Socrates* oraculis Delphicis sunt cohonestati, hic vero judicio tuo, quod omnia accurate perspicit, quis scilicet bonus, quisve minus, & quem admittere deceat, quemve aversari. Est vero nec his miserior ullus, nec illis felicior. In felicibus illis & *Celsum* hunc numero, qui & olim a te probus est habitus, & modo opem tuam experturus est, ut uxori suae quamprimum restituatur.

MLXXVIII. ΣΕΛΕΥΚῼ. (1)

Ἐδάκρυσα ἐπὶ τοῖς γράμμασι, καὶ πρὸς τοὺς Θεοὺς ἔφην, τί ταῦτα, ὦ Θεοί; Δοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων, οἷς μάλιστα πιστεύω, τὴν ἐπιστολὴν, κἀκείνους ταὐτὸ εἶδον παθόντας πρὸς τὴν ἐπιστολήν. Ἐλογίζετο γὰρ ἕκαστος, ὢν ἄξιος ὢν τυχεῖν, ἐν οἷς ἠνάγκασαι διάγειν. Ἐγὼ δὲ οἷς κἀκείνους καὶ ἐμαυτὸν παραμυθησάμην ἐρῶ. καὶ γάρ σοι τοῦτο ἀρκέσειν οἶμαι. Εἰσῆλθέ με Ὀδυσσεὺς ἐκεῖνος, ὃς, ἐπειδὴ τὴν Τροίαν κατήνεγκε, ἐκομίζετο διὰ τῆς θαλάσσης, ὡς οἶσθα, ἡμεῖς

SELEUCO.

Illacrymatus ego sum literis, & ad Deos dixi, quid, ô Dii, haec sibi volunt? Cumque & aliis, quorum fidei inprimis multum tribuo, eandem legendam tradidissem, illis ex hac epistola idem vidi accidisse. Unusquisque enim eorum reputabat, quibus tu dignus quantis aerumnis sis objectus. Dicam vero ego, quibus & illos, & me ipsum sim consolatus. Hoc enim & tibi puto suffecturum esse. Recordatus ego sum Ulyssis, quem, Troja subacta, mari jactatum esse nosti. Nos vero nec foliis ad verenda tegenda egemus, nec unquam

(3) παιδεύοντος, *Medic.* (4) ποιεῖ, *idem.* (5) πρὸς σὲ deest in *Medic.*

EP. MLXXVII. (1) Latine inter *Zambicarianas* lib. III. ep. 265. ubi inscribitur *Deciano* i. e. *Datiano*. In Graecis est vel Δατιανῷ, vel Τατιανῷ, quod saepe monuimus. In *Barocc.* ἀνεπίγραφος. (2) Vide *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Nubes, v. 41. & Interpretes ad Polluc. III. 31. (3) Ita *Barocc.* & *Medic.* B. τούτων, *Cod. niger.* (4) De eo infra dicemus: videtur is *Eutropii* interpres Graecus esse.

EP. MLXXVIII. (1) Ita *Medic.* B. *Cod. niger*: ἀνεπίγραφος est in *Barocc.*

(2) Ita

unquam indigebimus, nec a famulis vexamur, domusque tibi ab insolentia omni est immunis. Quando vero ab urbibus, earumque balneis abstraheris, expende, quaeso, quot homines, qui urbes habitare poterant, agros praeferant, eorum delicias urbium tumultibus jucundiores esse existimantes. Quod si Achilles tu esses, & in Pelio cum Centauro versari deberes, quid eras facturus? Num ad urbes fugeres, montem illum non ferendum tibi arbitratus? Absit, per Jovem! *Seleuce*, ne te ipsum affige, neque immemor sis illorum belli ducum, ex quibus, cum tropaea statuissent, alter quidem in vinculis erat, ceteri vero fugam capessebant. Neque enim ista quidem, ut affligeremur, didicimus, sed, ut afflicti inde peteremus solatium. Tu vero opportunitatem demonstrandae fortitudinis nactus, nec a Persis olim tibi metuens, arbores non putas ferendas, & solem quidem, juxta Tigrin ferventem, pertulisti, jam vero umbra ex foliis in Ponto fruens, urbium fora desideras, teque solitarium esse ais, quod in virum literarum amantem nunquam ceciderit. Quomodo enim *Plato* te & *Demosthenes*, omnisque ceterorum coetus unquam deseruerint, quos ibi, ubicunque tu volueris, manere necesse est? Cum his igitur differe, & bellum, quod gessisti, describe, nec praesentia illa te angent ad labores tantos respicientem. Hoc ipsum & *Thucydidi* exilium suum tolerabilius reddidit. Rem tibi omnem exponerem, nisi ipse probe scires. Commentatione hujusmodi omni hominum generi gratum te facturum arbitrare. Vidisti quidem res illas cum multis, tibi vero uni ex illis, qui viderunt, eloquentia est gestis istis digna.

ἡμεῖς δὲ οὔτε κλάδων (2) ἐπὶ τὰ αἰδοῖα δεόμεθα, καὶ μήδ' αὖ δυσθυμῶμεν, οὔθ' ὑπὸ τῶν οἰκετῶν (3) συντρίβομεθα, καθαρός τέ σοι πάσης παροινίας ὁ οἶκος. Εἰ δ' εἴργῃ πόλεων, καὶ τῶν ἐν ἐκείναις λουτρῶν, ἐνθυμοῦ, πόσοι (4), παρὸν ἐν πόλει διατρίβειν, τοὺς ἀγροὺς αἱροῦνται (5), τὰς ἡδονὰς ἡδίους τοῦ ἐκεῖ θορύβου κρίνοντες. Εἰ δὲ ἦσθα Ἀχιλλεὺς καὶ ἐχρῆν σε ἐν Πηλίῳ (6) συνεῖναι τῷ Κενταύρῳ, τί ἂν ἔδρασας; ἀπέδρας ἂν εἰς τὰς πόλεις οὐκ ἔχει, συμφορὰν τὸ ὄρος (7) ἡγούμενος; μή, πρὸς Διός, ὦ Σέλευκε, μὴ κόπτε (8) σαυτόν, μηδ' ἀμνημόνει τῶν στρατηγῶν ἐκείνων, οἳ ἄρτι τὰ τρόπαια στήσαντες, ὁ μὲν ἦν ἐν δεσμοῖς, οἱ δὲ ἔφυγον. Οὐδὲ γὰρ ὅπως ποιῶμεν (9), ἐκεῖνα ἐμανθάνομεν, ἀλλ' ὅπως ἐν τοῖς δεινοῖς ἐκεῖθεν κουφιζοίμεθα. Σὺ δ' ἔχων καιρὸν εἰς ἐπίδειξιν ἀνδρείας ὀδύρῃ, καὶ τοὺς Πέρσας οὐ δείσας τὰ δένδρα ἡγῇ δεινά, καὶ τὸν μὲν ἥλιον τὸν περὶ Τίγρητα ἤνεγκας, σκιὰν δὲ ἔχων ἐκ φύλλων ἐν Πόντῳ τῶν ἐν ἄστεσιν ἀγορῶν ἐπιθυμεῖς, καὶ φῂς εἶναι μόνος, ὃ ἥκιστ' ἂν ἀνδρὶ φιλολόγῳ συμβαίη. Πῶς γὰρ ἄν σοι καταλίποι Πλάτων, καὶ Δημοσθένης, καὶ ὁ χορὸς ἐκεῖνος, οὓς ἀνάγκη μένειν, ὅπου περ ἂν ἐθέλῃς; Τούτοις τε οὖν διαλέγου, καὶ τὸν πόλεμον, ὃν ὑπέσχες, συγγράφε, καί σε τὰ παρόντα οὐχ ἅψεται βλέποντος εἰς ἆθλον οὕτω μέγαν (10). Τοῦτο καὶ Θουκυδίδῃ (11) τὴν φυγὴν ἐποίησεν ἐλαφράν. καὶ δηλώσω ἄν σοι τὸ πᾶν, εἰ μὴ ἠπίστω καλῶς. Πάνυ γε ἐγὼ τῇ γραφῇ χαριεῖσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις. Εἶδες μὲν γὰρ ἔργα μετὰ πολλῶν, μόνῳ δέ σοι τῶν ἑωρακότων ἡ φωνὴ τῶν ἔργων ἀξία.

SENATUI ANCYRANO.

MLXXIX: ΤΗι ΕΝ ΑΓΚΥΡΑι ΒΟΥΛΗι.

Non audax puto esse facinus, communem vobis epistolam mittere, nisi & in eo fuerim audacior, quod vos omnes amo. Si vero hoc ipso talis non sim, quomodo prius illud vitio vertetur? Quae enim adversus Senatum nostrum absens ego facturus eram, audacter scribendo, eadem adversus vestrum facio, cui me ipsum ab initio dedicavi. Quod si ego vos ad aliquid, quod insuetum sit, cohortaturus essem, vel sic rem vobis persuasurus mihi viderer, si novum illud simul honestum esset: ecquid vero tandem honestum est, quod vobis more non sit receptum? Jam vero ea, quae jampridem curae vobis fuerunt, quaeque omnis aetas testata facit, etiam nunc praestare vos velim. Scilicet vos omne literarum doctrinaeque genus amatis; ipsi enim illis estis instructi, earumque peritos libenter auditis, & non refugitis praesentes. Imo vero confluitis, & concurritis, & de dicturis gaudetis, dicentes autem plausu excipitis. Quod itaque aliis ludi sce-

Οὐδὲν οἶμαι θρασὺ ποιῶ, κοινὴν ὑμῖν πέμπων ἐπιστολήν, εἰ μὴ κἀκεῖνο θρασύ, τὸ πάντας ὑμᾶς φιλεῖν. Εἰ δ' ἥκιστα ἐκεῖνο, πῶς ἂν τοῦτο αἰτίαν ἔχοι; Ἐγὼ γὰρ ἃ πρὸς τὴν ἐμαυτοῦ βουλὴν ἐποίησα ἂν ἀπών, ἐπέστελλα ἂν θαρρῶν, ταῦτα ποιῶ πρὸς τὴν ὑμετέραν, ἧς ἕνα ἐμαυτὸν ἐξ ἀρχῆς ἐνεγραψάμην. Εἰ μὲν οὖν ἐπί τι τῶν οὐκ εἰωθότων ὑμῖν ἔμελλον ὑμᾶς παρακαλεῖν, καὶ οὕτως ἂν εἰκότως ἔπειθον, εἰ τῶν καλῶν ἦν τὸ καινόν. καίτοι τί καλὸν οὐχ ὑμῖν (1) γε ἐν ἔθει; Νῦν δ' ἃ πάλαι μὲν μεμελετήκατε (2), καὶ νῦν μάρτυς ἅπας ὁ χρόνος, ταῦθ' ὑμᾶς βουλοίμην ἂν καὶ νῦν ἐπιδείξασθαι. Ὑμῖν τοίνυν ἔρως εἰς ἅπασαν λόγων ἰδέαν, καὶ αὐτοί τε τοῦτο κτᾶσθε, καὶ τῶν ἐπισταμένων ἡδέως ἀκροᾶσθε, καὶ οὐ φεύγετε φανέντων. ἀλλὰ συῤῥεῖτε καὶ τρέχετε, καὶ μελλόντων ἐρεῖν χαίρετε, καὶ λεγόντων πηδᾶτε, καὶ ὃ τοῖς ἄλλοις αἱ σκηναί, τοῦθ' ὑμῖν οἱ τῶν

(2) Ita codd. omnes. *Salvinus* malebat κλονῶν, praeter rem. Vide, quae scripsimus ad ep. 1073. n. 4. (3) οἰκείων, *Medic.* (4) πόσοι, *idem.* (5) ἱρῶντα, *idem.* (6) Pelion, Thessaliae montem vult, in quo Centauros degisse tradunt, vel fabulantur veteres. Vide *Sam. Bocharti* Hierozoicon, lib. VI. c. 10. In *Medic.* est ἐν πεδίῳ, unde *Salvinus* legi volebat ἐν ὕλῃ, vel ἐν ταῖς ὕλαις. (7) τὰς πόλεις, *Medic.* (8) σκῶπτε, *idem.* (9) ποιοῖμεν ἐκεῖνα, *Medic.* male. (10) μέγα, *Medic.* (11) De *Thucydidis* exilio vide eruditissimum *Jo. Alb. Fabricium* Biblioth. Graec. lib. II. c. 24.

EP. MLXXIX. (1) ὑμῖν, *Medic.* B. (2) μεμελήκατε, *idem.* (3) λόγω

τῶν λόγων ἀγῶνες. Γίγνεται δὲ (3) τοῖς μὲν κρότου δεομένοις τοῦτο, τοῖς δὲ χρημάτων, ἀμφότερα, καὶ χρήματα καὶ κρότος. Τοιγαροῦν πολλῶν μὲν ῥητόρων, πολλῶν δὲ ποιητῶν κεκόσμησθε στόμασι, καὶ πλεῖσται, ὧν ἴσμεν, πόλεων εἰς τὴν ὑμετέραν ᾖσται, καὶ ᾀσθήσεται γε, μέχρις ἂν ἦτε φιλόμουσοι· τοιοῦτοι δὲ ἔσεσθε, μέχρις ἂν ἡ πόλις ᾖ. Αὕτη δὲ ἡ δόξα καὶ Δωρόθεον ὑμῖν τὸν ποιητὴν ἤγαγεν, ἄνθρωπον ᾄδοντα μὲν οὐκ ἄνευ Μουσῶν, πολλὴν δὲ ἰδόντα γῆν τε καὶ θάλατταν, πανταχοῦ δὲ δείξαντα τὴν μανίαν, ἐπαινέσαντα μὲν τοὺς δόντας, τοὺς δ' οὐ δόντας οὐ μεμψάμενον. Ἀλλ' ὑμᾶς γε χρὴ γενέσθαι τῶν ἐπαινουμένων, ἵν' ὑμῖν ἀκμάσῃ (4) τὸ κλέος, καὶ ἦτε παῖδες πατέρων οὐ χείρους. Βλέψατε δὲ εἰς τὴν γραφὴν ἐκείνην, ἐν ᾗ ποιητοῦ (5) γενναίου χρυσῷ τὰ χείλη τετίμηται, καὶ νομίσατε τοῦτ' εἶναι παράκλησιν τοῦ δεῖν χρῆσθαι ποιηταῖς. Δωρόθεος δὲ ὅτι μὲν ὑμᾶς ὀνήσει λέγων, οἶδα. τιμῆς δὲ ἄξιος καὶ διὰ τὸν τρόπον. καὶ γὰρ ἁπλοῦς, καὶ χρηστὸς, καὶ πάσῃ τῇ ψυχῇ φέρει τὰς Διὸς καὶ Μνημοσύνης (6), δόλῳ δὲ οὐδενὶ χώραν δεδωκὼς ἐν αὐτῇ.

MLXXX. ΑΥΣΟΝΙΩ.

Διδοὺς μοι τὴν ἐπιστολὴν Μίκκαλος (1), πολλοῦ μὲν ᾤετο δεήσεσθαι πόνου, εἰ μέλλοι με τοῦ γράφοντος (2), ἀναμνήσειν. Πάνυ δὲ αὐτῷ ῥᾷστον ἐγένετο τὸ ἔργον. Ὡς γὰρ εἶπεν Αὐσόνιον, καὶ τὸν Λάκωνα (3) προσέθηκε, τὸν συμφοιτητὴν, ἔφην, τὸν ἐμὸν λέγεις; τὸν χρηστὸν; τὸν ἄδολον (4); τὸν μνήμονα; καὶ διεξῄειν δὴ κεφαλῆς τε καὶ προσώπου τὸν τύπον, καὶ ὡς πάντα ἦμεν ἀλλήλοις. Ἔπειτ' ἐρωτῶν, ἐν ὅτῳ εἴης, τῇ μὲν ἄλλῃ δυνάμει σου μάλα ἥσθην, τὸ δὲ μὴ τὼ πόδε σε ἐρρῶσθαι πῶς οἴει με ἠνίασε, κοινωνὸς δέ σοι καὶ αὐτὸς τοῦ πάθους; καίτοι (5) δίκαιον ἦν ἀπαθεῖς εἶναί μοι τοὺς πόδας τῆς κεφαλῆς βεβλημένης. Νῦν δὲ ἠδίκημαι, προστεθέντος κακοῦ κακῷ, παλαιῷ νέου. Ἀλλά σοι μὲν ἡ χώρα παραμυθία. τὸ γὰρ ἐπιέναι νῦν μὲν τὰ τέρματα τῆς Λακωνικῆς (6), νῦν δὲ τὰ μέσα, νῦν δὲ ἐπιβαίνειν Σπάρτης, καὶ διαβαίνειν Εὐρώταν (7), τούτων ἕκαστον ἀνίαν μὲν ἂν λύσειε, νῦν δ' ἂν ἐλάττω ποιήσειεν. Εἰσὶ γὰρ καὶ ἡμῖν καὶ ποταμοὶ, καὶ γῆ, ἀλλὰ τῶν γε ὑμετέρων καὶ αὐτὰ τὰ ὀνόματα θέλγει], καὶ ἃ μέγα τοῖς ἄλλοις ἀναγνῶναι, ταῦτα ὑμῖν ὁρᾶται. ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ ἐρέσθαι περὶ τῶν τόπων τὸν Μίκκαλον (8) ἡδονῆς με πλείστης ἐνέπλησεν. Ἤκουον γὰρ ἄλλα τε, οἷα περ ἐβουλόμην, καὶ περὶ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τῆς τὰ ὅπλα ἐχούσης

scenici, id vobis dicendi palaestra praestat. Qui igitur plausum desiderant, iis plausus, qui vero pecuniam, utrumque, & pecunia & plausus obtingit. Propterea multorum & Oratorum & Poëtarum oribus estis celebrati, & plura in vestram, quam in alias, quas scimus, urbes carmina cantata sunt, & canentur, quoad Musis fueritis amici: tales autem eritis, quoad urbs vestra fuerit. Haec fama etiam *Dorotheum*, Poëtam, ad vos pertraxit, hominem, qui non invitis Musis canit, quique & terras varias & maria vidit, & ubique poëtici sui furoris specimina edidit, largientes laudans, nihil largientes non vituperans. Vos vero ex illis, qui laudantur, esse oportet, ut fama vestra crescat, vosque non degeneres Patrum filii videamini. Respicite vero ad picturam illam, in qua nobilis Poëtae labra auro decorata sunt, idque ipsum incitamenti loco habete, Poëtis esse utendum. Ceterum *Dorotheum* canendo vobis apprime placiturum esse novi. Idem vero etiam ob mores magni fieri debet. Nam & ingenuus est, & bonus, & mente sua Jovis ac Mnemosynes filias circumfert, dolo vero nulli locum apud se relinquit.

AUSONIO.

Literas tuas mihi reddens *Miccalus* multa sibi opera opus fore censebat, ut scriptorem earum in memoriam mihi revocaret. At perquam facilis hic labor fuit. Simulac enim *Ausonium* dixisset, & Laconem addidisset, condiscipulum, inquam, meum appellas? bonum illum, non fucatum, amicorum memorem? Commemorabam praeterea capitis tui vultusque formam, quodque omnia nobis invicem fuerimus. Quaerens porro, quid ageres? cetera quidem potentia tua valde sum delectatus: quanto vero dolore me correptum putas, cum ex pedibus minus te valere intelligerem, qui & ipse in ejusdem morbi societatem veniam. Fas enim utique erat, ut capite male adfecto pedes mihi essent salvi. Jam vero injuria mihi fit, malum malo, pristinum novo auctum sentienti. Tibi quidem regio ipsa solatium praestat. Nunc enim fines obire Laconiae, nunc in illa media esse, nunc Spartam adire, nunc Eurotam trajicere, haec vero singula nunc quidem dolorem facile solverint, nunc vero mitigarint. Sunt quidem etiam nobis & fluvii, & agri, vestrorum vero vel ipsa nomina delectent, &, quae aliis legere volupe est, ea a vobis spectantur. Mihi sane *Miccalum* de locorum istorum conditione interroganti magna subnata est voluptas. Nam & alia audivi, quae volebam, & illa quoque, quae ad Minervam vestram & Venerem illam arma-

(3) λέγω δὲ, *idem*. (4) ἀκμάσῃ, *idem*. (5) Obscurum est, cujus poëtae effigiem hic intelligat. (6) i. e. Musas. *Barocc.* & *Cod. niger* in hac epistola exhibenda penitus consentiunt.

EP. MLXXX. (1) In *Barocc.* Μίκαλλος, in *Medic.* B. & *Cod. nigro.* Μίκαλος. Nostrum est in *Ambros.* T. 5. recte: nam ita frequenter in his epistolis vocatur. (2) συγγραφέος, *Ambros.* ceteri, ut nos. (3) Λεόντα, *Medic.* B. ex familiari τοῦ α & ω permutatione. Quis hic sit *Ausonius*, non dixerim. Burdigalensem illum non esse, vel epitheton hoc ostendit, quamvis is nostro fuerit aequalis. *Ausonii* cujusdam Sophistae ad Nonnum epistolas *Suidas* laudat. (4) ἄδηλον, *Barocc.* (5) καὶ τὸ, *Medic.* (6) Λακωνικοῖς, *Medic.* (7) Εὐρώτα, *idem*. (8) ita recte h. l. *Barocc.* Μίκαλον, *Medic.* & *Cod. niger.*

(9) Ve-

matam, Helenaeque fratres, & hujusmodi alia pertinent, quae perpetua vobis esse velim. Sed nec vobis Spartam incolumem esse passi sunt Gigantes. Ajunt enim, Pausaniae sepulchro Pausaniarum, qui post eum fuerunt, neminem institisse, sed illud in flammas eorum, qui tunc rebus praeerant, arte abiisse. Atque id quidem Dea, proh terra & Sol, patienter tulit.

σης ὑμῖν Ἀφροδίτης (9), περί τε τοῖν ἀδελφοῖν τῆς Ἑλένης, τῶν τε ἄλλων, ἃ μένοι. Ἀλλὰ γὰρ οὐδ᾽ ὑμῖν τὴν Σπάρτην ἀκέραιον ἀφῆκαν οἱ γίγαντες. Τῷ γοῦν τάφῳ τῷ τοῦ Παυσανίου φασὶν οὐκ ἐφιστάναι τοὺς ἀπ᾽ ἐκείνου Παυσανίας, ἀλλ᾽ ἀπελθεῖν εἰς πῦρ ὑπὸ τῆς σοφίας τῶν τότε ἀρχόντων (10). καὶ ἡ θεὸς, ὦ γῆ καὶ ἥλιε, πρᾴως ἤνεγκε.

CLEMATIO.

Bene sit & illi, qui opem tulit, & tibi, qui ista per literas nunciasti. Illi quidem, quod te vinculis illis solvit, tibi vero, quod nos tristitia, vinculis non multum leviore, liberasti. *Acacius* quidem nihil novi fecit, dum humanum se adversus amicum praestitit, qui & non amicos saepe felicitati vindicarit, indoli suae obsecutus. Quod si quis virum illum laudare instituat, is certe post praefecturas binas, apud Phrygas & Galatas, & per Jovem! tertiam hanc: nam & hanc praefecturam appello, quae argumentum habeat animi pecuniae studio vel inferioris, vel superioris; post haec, inquam, omnia praeclarum illud recte commemoraverit, quod Acacius Hercules Prometheo *Clematio* fuerit. Idem interim & ad alterum laborem animum convertat, ut toti medeatur vulneri, victoriaeque victoriam jungat, atque sic priora illa istis quae Athenienses juxta Artemisium, altera vero, quae iidem juxta Salaminem fecerunt, respondeant. Vides utique, quod commemoratis tropaeis pristina tempora in memoriam tibi revoco.

MLXXXI. ΚΛΗΜΑΤΙΩι. (1)

Πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτο κἀκείνῳ τῷ βεβοηθηκότι, καί σοι τῷ γεγραφότι. τῷ μὲν, ὅτι σε τῶν δεσμῶν ἔλυσε, σοὶ (2) δ᾽ ὅτι τῆς λύπης ἡμᾶς οὐ μάλα τῶν δεσμῶν οὔσης μετεωροτέρας. Καινὸν δὲ οὐδὲν Ἀκάκιος ποιεῖ χρηστὸς περὶ φίλον γενόμενος, ἐπεὶ καὶ μὴ φίλους ἀτυχοῦντας πολλάκις ὤρθωσεν αἰδούμενος τὴν φύσιν (3). καί τις ἴσως ἐγκωμιάζων τὸν ἄνδρα μετὰ τὰς ἀρχὰς τὰς δύο καὶ Φρύγας, καὶ Γαλάτας, καὶ νὴ Δία γε τὴν τρίτην. Καὶ γὰρ ταύτην ἀρχὴν καλῶ βάσανον ἔχουσαν ψυχῆς, ἥττονός τε καὶ κρείττονος χρημάτων (4). Ἐπ᾽ ἐκείνοις δὴ καὶ τοῦτο διηγήσεται τὸ καλὸν, ὡς Ἡρακλῆς Ἀκάκιος Προμηθεῖ (5) Κληματίῳ (6) γένοιτο. Σκοπείτω μέντοι καὶ τὸν δεύτερον (7) ἆθλον, ὅπως ἅπαν ἰάσαιτο τὸ τραῦμα, καὶ προστιθέτω νίκῃ νίκην. ὥστ᾽ ἐοικέναι μὲν τὰ πρῶτα τοῖς περὶ Ἀρτεμίσιον (8) τῶν Ἀθηναίων (9), τὰ δὲ ἐχόμενα τοῖς περὶ Σαλαμῖνα (10). Ὁρᾷς ὅπως σε διὰ τῶν τροπαίων παλαιῶν ἀναμιμνήσκω χρόνων.

NICOCLI.

Laetatus ego sum, cum intelligerem, violentam illam tempestatem tandem praeteriisse, precorque te, ne plures ejusmodi tempestates ipse tibi concilies. Indignum enim fuerit, si ipsi nos, animo dejecti, malis, quae sinistrae fortunae debentur, alia praeterea addamus. Quo igitur pacto id quidem vitaveris? Eo omnino, si rationem adfectu jusseris esse superiorem? Fas vero utique est, ut praestantior illa hunc deteriorem vincat. Vides enim, quae ex ira praevertente nobis acciderint: multae nempe noctu, multae etiam interdiu turbae, fama vero sequior. Dicam enim, etiamsi tibi displicuero. Amicorum moerores, inimi-

MLXXXII. ΝΙΚΟΚΛΕΙ. (1)

Ἥσθην ἀκούσας, ὅτι σοὶ τὸ σφοδρὸν τοῦ χειμῶνος παρελήλυθε, καί σου δέομαι μὴ πολλοὺς σαυτῷ χειμῶνας ποιεῖν. Δεινὸν γὰρ, εἰ πρὸς τὰ ἐκ τοῦ δαίμονος ἀθυμοῦντες αὐτοὶ τοῖς παρ᾽ ἐκείνου προσθήσομεν. Πῶς ἂν οὖν αὐτὸ διαφύγοις, εἰ κρείττω ποιοῖς τοῦ θυμοῦ τὸν λογισμόν. Ὅπερ (2) οὖν καὶ δίκαιον κρατεῖν τὸ ἄμεινον τοῦ χείρονος. Ὁρᾷς γὰρ ἃ συμβέβηκεν ἡμῖν ἀπὸ τῆς προεκτρεχούσης ὀργῆς. πολλοὶ μὲν ἐν νυξὶ, πολλοὶ δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις θόρυβοι, δόξα χείρων. Ἐρῶ γὰρ, εἰ καὶ λυπήσω. λῦπαι φίλων, ἐχθρῶν ἡδοναὶ, φόβος περὶ τῆς οὐσίας πολὺς, ὄχλος κακῶν, ἄλις δή φασι

(9) Venus armata memoratur à *Pausania* Corinth. p. 48. & *Lacon.* p. 97. (10) Pausaniam, auctore Deo Delphico, in Minervae aede, ubi occisus erat, sepultum tandem esse, & cadaver ejus in fani vestibulo situm esse, quod ex literis lapidi incisis intelligatur, testatum reliquit *Thucydides* lib. I. c. 134. Hoc itaque monumentum deinde sublatum esse indignatur *Libanius*.

EP. MLXXXI. (1) Ita *Medic.* B. Λαμματίῳ, *Cod. niger* & *Barocc. Clematii* illud nomen germanum esse aliae nostri epistolae testantur. (2) σὺ, *Cod. niger*, & *Medic.* (3) Haec etiam ita accipere possis, quod *Acacius* homines juvet, ideo quod homines sint. Idem alias nostrum dicere memini. (4) i. e. ex qua cognosci possit, num quis opum studio ducatur, an minus. (5) Προμηθεὺς, *Medic.* male. Acacius enim heic cum Hercule, Clematius autem cum Prometheo comparatur. (6) ita recte iterum *Medic.* ceteri Λαμματίῳ. (7) Pro δεύτερον, *Medic.* ὅσον, ubi *Salvinus* legi volebat ὅσιον. (8) De navali praelio Atheniensium ad Artemisium in aliorum gratiam suscepto, lege *Thucydidem* lib. III. c. 54. p. 201. edit. recentissimae & luculentissimae. (9) τῶν Ἀθηνῶν, *Medic.* (10) Vide *Pausaniam* in Atticis.

EP. MLXXXII. (1) *Nicocli* inscribitur in *Vindobon.* membranaceo & *Cod. nigro*: ἀνεπίγραφος est in *Barocc.* (2) Sic *Cod. niger*: ὅπως, *Barocc.*

(3) Pro-

φασὶ δρυός (3). Καὶ ἡμεῖς τὸ μειρακιῶδες (4) ῥίψαντες φαινώμεθα γέροντες, ὅπως ἂν ἐν τῷ τιμᾶσθαι διεξέρχοιο τὸν χρόνον (5), ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ θεραπεύειν ἀνθρώπους ἀλάστορας. Τούτων τε οὖν μέμνησο, καὶ τὸν Εὐσέβιον πολλῶν ποίει συνήγορον. ὡς ἔγωγε ἀποπνίγομαι γενναίου στόματος οὐκ ἔχοντος ἀφορμάς.

inimicorum gaudia, metus de facultatibus ingens, malorum moles, *satis*, quod ajunt, *quercus*. Nos itaque abjecto aestu juvenili, senes videamur, ut vitae tempus omne ab omnibus cultus, non autem improbos homines consectans, transigas. Horum igitur memineris, & *Eusebium* tibi in multis adjutorem concilia, cum ipse aegre feram, quod ore ejus ingenuo carere me oportet.

MLXXXIII. ΙΟΒΙΑΝΩι. (1)

Ἔτι (2) μέμνησαι ἡμῶν εἰς Ῥώμην ἀπηρκὼς καὶ θαυμάζων, ἣν οὐ πρότερον, πείθων τε σαυτόν, ὡς οὐκ ἔστι (3) γῆ ταύτη (4), ἀλλ' οὐρανοῦ μοῖρά τις; Ἡμᾶς μὲν γὰρ σοῦ μεμνῆσθαι θαυμαστὸν οὐδέν. Ἐν γὰρ τοῖς ἀρχαίοις ἡμεῖς, καὶ οὐδενὶ καινῷ καταφρονοῦμεν ἂν τῶν φίλων. Ἀλλ' ἴσως οὐκ ὀρθῶς ἠρόμην. Σὺ γὰρ οὐδ' εἰ τὸν Ὄλυμπον κοινωνήσαις τοῖς Θεοῖς, οὐκ ἔσθ' ὅπως ἐπιλήσῃ (5) τοῦ ἐρωμένου. Μὴ θαυμάσῃς δέ, εἰ σὸν ἔφην ἐρώμενον ἐμαυτόν, νέον πρεσβύτερον. Ἐρᾷς γάρ, καὶ τὸ πραττόμενον εἴρηται, καὶ ἅμα παλαιὸν τοῦτό γε καὶ περὶ Σωκράτει (6) συμβάν. ἤρων γὰρ τοῦ γέροντος τὰ μειράκια (7). Ἔχεις δὲ καὶ κοινωνὸν τοῦ πάθους Κληματίον (8) τουτονί, δεινῶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ κεκρατημένον, καὶ οὐδὲν οὔτ' ἀκούειν οὔτε λέγειν ἀνεχόμενον, πλὴν ὅτι εἰς ἐμὲ φέροι (9). Τοῦτον ἥκοντα μὲν εὐθὺς εἰς τὸ βουλευτήριον εἰσήγομεν ἐπ' ἀκρόασιν, καὶ ἦν τοῦτο Κληματίῳ μεῖζον ἢ στρατοπέδων ἄρξαι. μικρὸν δὲ ὕστερον ἀρρωστήσας μόνον (10) εἶχον τὸν ἄνδρα παραψυχήν, καὶ διὰ τοῦτον (11) οὐκ ἐπέκλυσε τὴν ψυχὴν λύπη. Παρών τε γὰρ ἐκούφιζε, καὶ ἀπιόντος (12) ἡ τῆς παρουσίας ἐλπὶς ἤρκει βοηθεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἀνέστην, ἵππος μὲν ἦν ἑκατέρῳ. Ἐφερόμεθα δὲ εἴ ποι δέησειεν, ἀλλήλοιν ἐχόμενοι παρὰ τοὺς ἄρχοντας. ἐπὶ λουτρά τε ἐν τῇ πόλει, καὶ τὸ (13), περὶ τὴν πόλιν. Ἀκούεις ἐκεῖνο τὸ μέγα, καὶ καλόν, ᾧ Δατιανὸς τὴν ἡμετέραν ἐκόσμησε. Τῶν δὲ ὁρώντων ἐνίους ἤδη καὶ φθόνος ὑπῄει. ὦ Ἡράκλεις, οὗτοι τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν Θησέα τῇ πρὸς αὐτοὺς φιλίᾳ παρελθεῖν ἀξιοῦσιν (14). τούτοις ὅρκος ἰδίᾳ κωλύει λαλεῖν. Ἤδη δέ ποτε ὁ μὲν ὡς Στρατήγιον εἰσῆλθεν, ἐγὼ δὲ οὔ. καὶ ὃς ἐξεπλάγη τε καὶ ἤρετο, ποῦ δέ σοι τὸ ἥμισυ; καὶ πάλιν ἔφθην ἐγὼ τοῦτον, καὶ ταὐτὸ θαῦμα, καὶ ταὐτὸ ἐρώτημα. Τῶν Κληματίου δὲ κάλλιστον τὸ πάντας μὲν εὖ πεποιηκέναι τοὺς τῇδε, χάριν δὲ ἀπαιτῆσαι μηδένα. Οἶσθα γάρ, ὡς ἡνίκα ἦν τῷ χρηστῷ Παλλαδίῳ συνεργός, πᾶν λυπηρὸν τοῖς ἐμοῖς πολίταις ἐκ τῆς τοῦδε γνώμης ἐκωλύετο,

JOVIANO.

Nostrine adhuc memor es, postquam Romam profectus es, quae nunquam antea, nunc vides, persuadens tibi, eam non tellurem, sed coeli quandam esse portionem? Nos quidem meminisse tui nihil mirum. Antiqua enim tenemus, nec nova re ulla amicos unquam neglexerimus. Fortasse tamen non recte ita interrogavi. Neque enim tu, si vel Olympum cum Diis communem haberes, amasii tui oblivisci unquam possis. Ne mireris, quod me amasium tuum, juvioris seniorem, appellem. Amas enim utique, dixique adeo, quod res est: idem vero & antiquum est, cum ipsi *Socrati* usu venerit. Eum enim senem juvenes amabant. Amoris vero hujus socium habes *Clematium* hunc, Deo isti vehementer obnoxium, adeo, ut nec audire nec dicere quicquam, quod in me non feratur, sustineat. Illum adventantem statim in auditorium deduximus, declamationes auditurum. Hoc vero praeclarius illi, quam castris imperare, videbatur. Paulo post morbo correptus ego illum unum solatii loco habebam, perque eum stabat, quo minus tristitia animum submergeret. Nam & praesens eam levabat, &, cum discedebat, reditus spes idoneam praestabat medicinam. Convalui deinde, & uterque equo vehebamur. Eramus enim, si quo eundum erat, semper una nunc apud Praefectos, nunc in balneis, tum urbanis, tum suburbano. Audis vero hic ingens illud & pulcherrimum, quo *Datianus* urbem nostram ornavit. Jamque, nonnulli nos intuentes invidia corripi se patiebantur. Mehercle, ajebant, Herculem illi & Theseum mutuo in se amore superaturi sibi videntur: isti privatim colloqui, jurejurando quasi prohibentur. Accidit aliquando, ut ille quidem *Strategium* adiret, me non praesente. Miratus ille interrogabat: ubi tui dimidium? Alio tempore illum ego praevertebam aditu; eadem tunc erat admiratio, quaestio eadem. Inter haec *Clematius* hoc habet praecipuum, quod in omnes, qui heic locorum sunt, beneficia contulit, a nemine vero ipse postulavit. Nosti ipse, quod, cum optimo *Palladio* opem is ferret, ejus consiliis tristia quoque

(3) Proverbium, de quo *Erasmus* p. 597. in eos dicitur, qui relicta deteriore vitae conditione meliorem consectantur. (4) Confer 1 *Cor.* XIII. 11. (5) τὸν χρόνον, *Barocc.*

EP. MLXXXIII. (1) Sic *Cod. niger*, & *Medic.* A. Καλλιστίῳ *Medic.* B. ἀνεπίγραφος est in *Barocc.* (2) Ὅτι, S. *Marc.* Florentinus, invitis & sensu & ceteris codd. (3) ita *Barocc.* ἐστὶν, *Cod. niger* & *Medic. Vatic.* A. B. (4) ταῦτα, *Medic.* A. (5) ἐπιλήσῃ, *Barocc.* (6) Sic *Barocc.* & *Medic.* περὶ Σωκράτη, *Vatic.* A. B. (7) de hoc amore in superioribus diximus. (8) *Clematii* nomen recte hic in codicibus omnibus, quando in iisdem alias *Lematius* perperam vocatur. Vide supra ad ep. 1081. (9) ita *Vatic.* A. B. ceteri φέρει. (10) μόνον, *Barocc.* (11) τοῦτο, *Cod. niger* & *Medic.* (12) ἀπιόντος, *Medic.* (13) τὸ, *Barocc.* τὰ *Medic.* Prius rectum est: loquitur enim mox de uno balneo, quod *Tatianus* fieri curaverat. (14) τούτοις —— λαλεῖν desunt in *Barocc.* & *Cod. nigro*; exstant vero in *Vatic.* A. B. & *Medic.* & *Bentel.* A.

(15) Sic

que a civibus nostris depulsa sint, quorum hi quidem mentionem faciendam esse censebant, ille vero omittendam statuebat. Propterea etiam ejusmodi locos fugiebat, in quibus sermones de hoc negotio expectari poterant, ne scilicet ex auditis elogiis erubesceret. Ceterum in eo morosiorem se praestitit, quod nec a Praefectis praemii quicquam domum referre voluit. Precibus quidem tale quid extorquere eum non decebat; sed nec, ut darent, petentes aversari oportebat. Ille vero famem potius tolerare quam quicquam, unde non omnino honeste id fieri poterat, accipere posse videbatur. Scilicet ex omnibus, quos noverimus, hic inprimis in lucro ponit non lucrari. Talis cum sit, te meliorem se ducit, filiosque suos tibi similes esse optat. Imo eo amor hic processit, ut, si quis Deorum illum interrogaverit, dicens: visum nobis est, *Clemati*, immortalitate te donare, veremur autem, ne illam tu nactus eandem alii quoque conferri velis: num igitur eam tibi habere sufficiat, responde. Si quis, inquam, Deorum haec dixerit *Clematio*, hic, auditis illis, responsurus videtur, nec se donum hoc accepturum, nisi tecum illud commune habere possit. Adeo *Clematium* tibi vindicasti, laetaturque ipse, ubi se tuum esse profitetur. Ceterum congressi vos, ut Regem permoveatis, consueta ista dicetis: revertatur Sophista, ne cunctetur, non maneat ibi, in Thracia sit. Ridebitis etiam, viri duri, ad haec verba: ego vero flevero, si me per illud amicorum studium in coenum prolabi oporteat, qui fugiam frigus. Quid vero per coenum illud intelligam *Clematius* te docuerit.

ALEXANDRO.

Quae & fieri & audiri maxime volebas, haec & facta tibi sunt, & nunc significantur.

Qui prius inter se miscebant praelia Martis illi, positis armis, sibi invicem cesserunt: optimus nempe *Julianus*, & *Marius* Sophista, quique causam inferiorem superiorem esse facit *Theodorus*. Illi, inquam, Pacem, magnam Deam celebrantes, sublata inimicitia abierunt. Nos itaque in conciliandi negotio Corinthiis non fuimus deteriores, quanquam negotium hoc sub initium ridendi materiem praebere videbatur, cum spes non esset, fore, ut contentio adeo gravis sopiretur. Propterea eos etiam, quos juxta mecum arbitros elegerant, non puto advenisse, diem illum inaniter consumtum iri existimantes. Ego interim, & Diis ceteris, & fortuna, quae rebus tuis omnibus propitia est, advocatis, negotium hoc sumebam. Aderant vero mihi *Megethius* Rhetor, & *Theodorus*, legum peritissimus,

το, ὧν οἱ μὲν ἠξίουν μεμνῆσθαι, τῷ δὲ ἐδόκει πρέπειν ἐπιλελῆσθαι. Καὶ διὰ τοῦτ' ἄρα τοὺς τόπους ἔφευγεν, ἐν οἷς ἐπιεικῶς οἱ σύλλογοι, ἵν' μὴ ἐρυθριᾷν ἐπαινούμενος. Τούτου δὲ ἐκεῖνο (15) σεμνότερον, τὸ μηδὲ παρὰ τῶν ἀρχόντων οἴκαδε (16) κέρδος ἐνεγκαθαι, καίτοι οὐκ ἐνοχλήσαντα ἔχειν ἤδη, ἀλλὰ καὶ δοῦναι δεομένων μὴ ἀτιμάσαι. Ὁ δ' ἔοικε μᾶλλον δύνασθαι λιμὸν ἐνεγκεῖν ἢ τὸ λαβεῖν, ὅθεν οὐ πάνυ καλόν. καὶ μάλιστα, ὧν ἴσμεν, τὸ μὴ κερδαίνειν κέρδος ἡγεῖται. Τοιοῦτος δὲ ὤν, αὐτοῦ βελτίω σε τίθησι, καὶ παῖδάς σοι γενέσθαι παρομοίους εὔχεται. Καὶ τοσοῦτόν ἐστι τὸ φίλτρον, ὥστε, εἴ τις αὐτὸν ἔροιτο θεῶν, ὦ Κληματίε, δέδοκται ἡμῖν ἀθανασίας σοι μεταδοῦναι, ἀλλ' ὑφορώμεθά γε, μὴ τυχὼν (17) εἶτα καὶ ἄλλῳ δοῦναι δεηθῇς. Εἰ οὖν ἀπόχρη σοι μόνῳ λαβεῖν, ἀπόκριναι. Δοκεῖ οὖν μοι ταῦτ' ἂν ἀκούσας εἰ μὴ μετὰ σοῦ τοῦτο λαβεῖν ἐξείη, μὴ ἂν αὐτὸς ἐθελῆσαι λαβεῖν. Οὕτως ἡμῖν ἀφῄρησαι τὸν καλὸν Κληματίον, καὶ ὁμολογῶν ὅτι σοι δέδωκεν αὐτόν, ἀγάλλεται. Συνελθόντες δέ, ὅπως κινήσετε τὸν βασιλέα τὰ συνήθη ταῦτα ὁ Σοφιστὴς ἐπανίτω, μὴ μελλέτω, ἐκεῖ μὴ ἔστω, ἐν Θρᾴκῃ ἔστω. γελᾶτε, ὦ βίαιοι, πρὸς τὰ ῥήματα, ἀλλ' ἐγὼ κλαίω, εἴ με δεήσει διὰ φίλων φιλονεικίαν φεύγοντα ψῦχος εἰς βόρβορον ἐμπεσεῖν (18). Ὅ, τι δὲ ὁ βόρβορός μοι νοεῖ, Κληματίός σε διδάξει.

MLXXXIV. ΑΛΕΞΑΝΔΡΩι. (1)

Α (2) μάλιστα ἐβούλου καὶ γενέσθαι, καὶ πυθέσθαι, ταῦτά σοι καὶ πεποίηται, καὶ δηλοῦται.

Οἳ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι φέρον πολύδακρυν Ἄρηα (3) καταθέμενοι τὰ ὅπλα καὶ ἀλλήλοις εἴξαντες, ὅ, τε χρηστὸς Ἰουλιανός, ὅ, τε σοφιστὴς Μάριος, καὶ ὁ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιῶν (4) Θεόδωρος (5), εἰρήνην ὑμνοῦντες μεγάλην θεὰν ἀπῆλθον τὰ διάφορα λελυκότες, καὶ τῶν Κορινθίων οὐ γεγόναμεν εἰς τὸ διαλλάξαι χείρους, καίτοι τὸ πρᾶγμα ἀρχόμενον γέλως εἶναι ἐδόκει. Μὴ γὰρ ἄν ποτε στῆναι φιλονεικίαν οὕτως αἰθοῦσαν (6). ὅθεν οἶμαι καὶ οὓς εἵλοντο σὺν ἐμοὶ κείνους οὐχ ἥκειν, ἀνάλωμα νομίζοντες ἔσεσθαι μάταιον τὴν ἡμέραν. Ἀλλ' ἐγὼ θεούς τε τοὺς ἄλλους, καὶ τὴν ὀρθοῦσάν σοι τὰ πάντα καλέσας τύχην ἔργου εἰχόμην. συνελάμβανον δέ μοι Μεγέθιός τε ὁ ῥήτωρ (7) καὶ ὁ τῶν νόμων πλήρης Θεόδωρος ἄρτι ἥκων ἐκ Σελευκείας, ὃς δὴ καὶ τὸ πλῆθος

(15) Sic *Vatic.* A. B. & *Medic.* τοῦτο ϗ ἐκεῖνο, *Barocc.* (16) Pro οἴκαδε *Barocc.* habet τὸ, pro quo prius illud est in *Cod. nigro* & *Medic.* (17) τυχεῖν, *Cod. niger.* (18) ποιεῖν, *Barocc.* Ceterum proverbialis haec formula est, illi similis: *fumum fugientes in ignem incidimus*: de qua *Erasmus* p. 494. Quae nunc sequuntur epistolae, descriptae sunt ex *Codice Regio Parisiensi* 3073.

EP. MLXXXIV. (1) Ita inscribitur in Cod. 3073. *Ambros.* T. 5. & V. 445. *S. Marci* Florentino, *Medic.* B. &c. Ἀντιγραφὴ est in *Laudano.* (2) Ἃ, *S. Marci* Florentin. (3) *Homeri* habes versum ex Iliad. γ. v. 132. (4) Phrasis est *Isocratis.* (5) *Theodorus* causidicus erat, de quo noster alibi. In *Medic.* posita post vocem ποιῶν, ῥήτωρ legit Θεόδωρος, pro quo *Salvinus* legi volebat θεῶν δῶρον. In *Codice nigro* pro ἱλαρὰς legitur ἱλαρὰν. (6) ἰδοῦσαν, *Medic.* (7) ῥήτωρ, *Cod. nig.* & *Ambros.*

(8) λιν-

θος τῶν ἐκεῖ θυσιῶν ἤγγελλεν, ὁ μὲν ἐκ χειμῶνος εἰς γαλήνην τότε προῆλθεν. ἀλλ' οὕτως ἄρα δαίμων τις τὸ πᾶν ἔπραττεν, ὥστ' ἄνευ βοῆς καὶ θορύβου καὶ βλασφημίας ἀλλήλοις χαριζόμενοι, καὶ τὰ μὲν σπουδάζοντες, τὰ δὲ παίζοντες εἰς γράμματα τὰς συνθήκας ἤγαγον. καὶ ταῦτα ἐν τετάρτῳ μέρει τετέλεσταί σοι τῆς ἡμέρας ἀπὸ πληθούσης ἀγορᾶς (8) εἰς μεσημβρίας σταθεράν. Οὕτως οὐδὲν δύσκολον ἀνίατον τοῖς ἀνθρώποις, ὧν ἄρχεις. Ἀλλὰ τὰ μὲν οὐδὲ φύεται, τὰ δὲ εὐθὺς κοιμίζεται (9).

mus, qui ex Seleucia nuper advenerat. Ille vero sacrificiorum ibi factorum copiam nunciabat. Sed nondum tamen ex tempestate ad tranquillitatem tunc processimus. Genius tamen aliquis ita agebat omnia, ut sine clamore, tumultu & conviciis sibi invicem veniam facerent, & nunc serio, nunc joco ea, de quibus convenerant, literis consignarent. Atque illa quidem intra quartam diei partem, nempe inde a pleno foro usque ad plenum meridiem sunt confecta. Ita nihil adeo difficile est, quod apud illos, quibus praees, sanari non possit. Sed alia ne nascuntur quidem, alia vero illico abolentur.

MLXXXV. ΕΥΣΕΒΙΩι. (1)

Ἀκούω σε ἐπαινεῖν με, καὶ μὴ λήγειν τοῦτο ποιοῦντα, καί μοι φαίνῃ δίκαιά τε δρᾶν καὶ σαυτῷ συμφέροντα. Ὁ γὰρ ὡς παρὰ ἄριστον ἐφοίτησε λέγων τῷ διδασκάλῳ τε τὸ εἰκὸς ἀποδίδωσι, καὶ ἅμα αὐτὸν ἐσέμνυνε, δεικνὺς, οἵων ἀπολέλαυκε τῶν πηγῶν. Χρὴ μέντοι προσεῖναι τοῖς ἐπαίνοις καὶ τὸ ἐπιστέλλειν, ὅπως μηδὲν μέρος ἀργὸν ᾖ σοι (2) τὸ πρὸς ἐμέ. ἀλλά μοι δοκεῖς δεδιὼς, μή σε χάριτας ἀπαιτῶμεν (3), καὶ λαβόντες πρώτας ἐπαγγέλλωμεν (4) δευτέρας, σιγᾶν (5) ἀποκλείων ἡμῖν τὴν ὁδὸν τοῦ χρῆσθαί σοι τὰ εἰκότα. Εἰ δὲ ψεύδεσθαί με φὴς, ἔλεγξον. ἔλεγχος δὲ, εἰ γράψαις. εἰ δὲ οὐ γράψαις, ὑπὸ Κληματίου εἴην ἂν ἠπατημένος, ὃς ἐκεῖνά τε ἀπήγγειλε, καὶ τοῦτο ἔπεισεν ἐπιστεῖλαί σοι.

EUSEBIO.

Audio te laudare me, nec illud unquam omittere: qua in re & recte & commodis tuis convenienter agere mihi videris. Qui enim optimo praeceptore usum se esse profitetur, is & praeceptori sua rependit, & se ipsum ornat, ostendens, ex quibus fontibus bibere sibi licuerit. Enimvero ad laudes has etiam literas tuas accedere necesse est, ut nulla ex parte segnior adversus me esse videaris. Tu autem veritus, ne beneficium aliquod a te peteremus, quo accepto etiam plura poscamus, tacuisse mihi videris, occasionem mihi praerepturus ope tua utendi. Si falli me dixeris, demonstra. Demonstrabis autem, ubi scripseris. Sin minus scripseris, deceptum me dicam à *Clematio*, qui & illa mihi nunciavit, &, ut ad te scriberem, persuasit.

MLXXXVI. ΑΝΩΝΥΜΩι.

Ἆρα μέμνησαι τῆς ἑσπέρας ἐκείνης, καὶ τοῦ δείπνου, καὶ ὡς ἡμεῖς μὲν ἐπὶ τὸ σαθρὸν τῆς οἰκίας ἐθέομεν μέρος, σὺ δ' ἡμᾶς ἐπὶ τὸ καινὸν καὶ φαιδρὸν ἄστων (1) εἱστίας. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐ δύναμαι τῆς ψυχῆς οὔτε τὴν τράπεζαν, οὔτε τοὺς ἐν αὐτῇ λόγους ἐκβαλεῖν, ἀρχὴν ἡμῖν φιλίας γεγενημένους, δι' ἣν ἥδεσθαί μοι περίεστι νῦν. ὅτι σοὶ πάλιν ὑπῆρξεν εἶναί τε ἐν βασιλείοις καὶ βασιλεῦσι (2) διακονεῖν, οἳ σώζοιντό τε καὶ τὴν οἰκουμένην σώζοιεν χρηστοί τε ὄντες καὶ κοινοὶ τῶν ἀρχομένων πατέρες, καὶ συκοφαντίας ἐχθροί. Σὺ δ' ὅτι μέν με φιλεῖς, οἶδα. προσκείσθω δὲ τῷ φιλεῖν καὶ τὸ ἐπιστέλλειν, ἵνα σοι δοκῶμεν καὶ ἀπόντες συνεῖναι. Τοῦτο γὰρ ἴσως τὰ γράμματα, ἃ πολὺ ἂν ἡδίω γένοιτο, εἰ διὰ Παιανίου (3) πέμποιτο. ὃν ὅτι σοι φίλον ὄντα μετ' ἀμείνονος ἀποπέμψεις τοῦ σχήματος, δῆλον ἐμοί τε καὶ αὐτῷ, καὶ πᾶσι τοῖς τὰ ἡμέτερα ἐπισταμένοις.

ANONYMO.

Meministi ne vesperae illius, & convivii, quando nos quidem in vile aliquod domus conclave currebamus, tu vero nos in novo splendidoque urbis loco excipiebas. Ego sane ex animo dimittere non possum vel mensam illam, vel habitos inter coenandum sermones, qui amicitiae mutuae, de qua etiam nunc laetor, initium fecerunt. Tibi enim iterum tam felici esse licuit, ut in Regia aula versareris, & Regibus ministrares, quos & ipsos salvos esse, & Orbem salvum praestare velim, qui & clementissimi sint, & subjectis omnibus parentum vices praestent, fraudi vero omni adversentur. Novi quidem te nos amare: amori vero illi etiam literarum scriptio jungatur, ut sic absentes etiam praesentes tibi esse videamur. Hoc enim literae praestant, quae multo mihi jucundiores sunt futurae, si per *Paeanium* mittantur. Eum vero, tanquam tibi amicum, dignitate auctum, remissurum te nobis esse non minus ego, quam ille ipse, & praeterea omnes, quibus res nostrae perspectae sunt, persuasum habemus.

MLXXXVIII. N I-

(8) ἀποπληθούσης ἀγ. *Landenus*. Phrasin hanc in superioribus exposuimus. (9) Sic Cod. 3073. & alii: κομίζεται, *Medic.* & *Landen.*

EP. MLXXXV. (1) Huic inscribitur in *Vatic.* A. B. ἀνεπίγραφος est in Cod. 3073. (2) ᾗ σοι, *Vatic.* A. B. ἔτι τὸ, alter ille. (3) Sic C. 3073. at *Vatic.* B. ex emendatione recente ἀπαιτῶμεν. (4) *Vatic.* uterque pro ἐπαγγέλλωμεν Cod. 3073. (5) *Vatic.* B. ex emendatione recente pro σιγῶν. Pendet illud σιγᾶν ab antecedente phrasi μοὶ δοκεῖς.

EP. MLXXXVI. (1) Ita codex. Fortasse legendum ἀστῶν, *civium*, ut domus civis cujusdam splendidior intelligatur; nisi malis ἄγων, *ducens*. (2) *Valentinianus* & *Valens*, Augusti, videntur indicari. (3) De *Paeanio* hoc alibi.

EP.

NICOCLI.

Cur ignaviorem me in literis scribendis praestiterim, ex literis meis didicisti, si quidem eas, quas per *Bassi* filios misi, accepisti. Indignum vero mihi visum est, nisi *Malchus* hic, qui ad vos nunc proficisceretur, amicus tibi per me redderetur. Non equidem dubitabam, eum etiam sine literis meis, navi relicta, te ante alios omnes statim aditurum, te vero adeuntem sereno vultu excepturum esse; jucundius tamen fuerit, me utrique mutuae hujus amicitiae esse pararium. Venit itaque *Malchus* plenus habitis de te sermonibus, quorum alios ex me, alios ex aliis audivit, qui ex me primum auditos ad alios perferunt. De ipso vero illo id tantum scribo, quod bonus sit, qualis vix alius: nec minus disertus, quam bonus. Urbem porro ita sibi conciliavit, ut eum de suscepto itinere laudet. Ceterum nihil amplius est, in quo elabores. Modo illi hoc unum praestes, ut eum pro tali habeas, qualis est, amicisque tuis adscribas, uberrimum itineris sui fructum ceperit.

MLXXXVIII. ΝΙΚΟΚΛΕΙ. (1)

Δι᾽ ὃ μὲν ἐκπρεπῶς πρὸς τὸ ἐπιστέλλειν ἔχοι περὶ τῶν γραμμάτων ἔμαθες, εἴπερ ἔλαβες. ἃ διὰ τῶν Βάσσου παίδων ἔπεμψα. Μάλχον δὲ τουτονὶ πρὸς ὑμᾶς (2) ἀφορμώμενον μὴ δι᾽ ἐμοῦ σοι γενέσθαι φίλον, τῶν ἀτόπων ἐφαίνετό μοι. Ὅτι μὲν γὰρ καὶ χωρὶς ἐμῶν γραμμάτων οὗτος τὴν ναῦν ἐκβὰς, σέ τι πρὸ τῶν ἄλλων εὐθὺς ἔμελλε ζητήσειν, σύ τε (3) προσιόντα τοῦτον ὡς ἡμερώτατα (4) δέξεσθαι, δῆλον, μακρῷ δὲ ἥδιον ἀμφοῖν ἐμὲ τὸν συνάγοντα εἶναι. Μάλχος μὲν οὖν πλήρης ὢν τῶν περὶ σοῦ λόγων ἔρχεται, τοὺς μὲν παρ᾽ ἐμοῦ δεξάμενος, τοὺς δὲ παρ᾽ ἄλλων, οἱ παρ᾽ ἐμοῦ μαθόντες (5) ἄλλους (6) διδάσκουσι. περὶ δὲ τοῦδε γράφω τοσοῦτον, ὅτι χρηστὸς μὲν, ὡς οὐκ ἄλλος. ῥητορικὸς δὲ οὐχ ἧττον ἢ χρηστός. Ποιεῖ (7) δὲ τὴν πόλιν αὐτῷ τοιαύτην, ὥστε αὐτὸν ἐπαινεῖν τὴν ὁδόν. μᾶλλον δὲ οὐδέν σε δεῖ τὰ ἄλλα ποιεῖν (8). ἀλλ᾽ ἐν σοὶ τούτῳ χαρίσῃ τῷ νομίσαι (9) τὸν ἄνδρα, οἷός ἐστι, καὶ γράψασθαι ἐν ἐπιτηδείοις, τὰ μέγιστα ἀπολέλαυκε τῆς ὁδοῦ.

ULPIANO.

Vellem utique tam praeclarus esse, ut, quantum ais, per literas efficere possim; jam vero tu ex ipsis laboribus voluptatem capere mihi videris. Pro bonis enim laborare laborantem ipsum hilariorem reddit, sicut & amici literas cohonestare. Nobis vero non literae tuae solum voluptatem adferunt, sed & qualiscunque elegantissimi *Ulpiani* memoria. Memini vero ejus nunc quidem apud *Olympium*, nunc apud *Pergamium*, ceterosque omnes, qui viris bonis, ubi laudantur, non invident. Ita literas mittens delectas, & non mittens aliunde gaudendi materiam amicis suggeris.

MLXXXIX. ΟΥΛΠΙΑΝΩι. (1)

Ἐβουλόμην οὕτως εἶναι καλὸς, ὥστε μοι ὁπόσον φῂς δύνασθαι διὰ τῶν γραμμάτων, νῦν δέ μοι δοκεῖς τὴν μὲν τέρψιν ἐξ αὐτῶν ἔχειν τὸν πόνον. Τὸ γὰρ ὑπὲρ τῶν καλῶν ποιεῖν ἥδιον ποιεῖ τὸν ποιοῦντα, κοσμεῖν δὲ φίλου γράμματα γράμμασι σοῖς. Ἡμῖν δὲ οὐ τὰ γράμματά σου κομίζει μόνον ἡδονὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὁπωσοῦν μεμνῆσθαι τοῦ κάλλους Οὐλπιανοῦ. Ποιῶ (2) δὲ αὐτὸ νῦν μὲν πρὸς Ὀλύμπιον, νῦν δὲ πρὸς Περγάμιον, καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι τοῖς ἀγαθοῖς (3) οὐ φθονοῦσιν ἐπαινουμένοις. Οὕτω καὶ πέμπων ἐπιστολὰς εὐφραίνεις, καὶ μὴ πέμπων εὐφροσύνης ἀφορμὰς ἄλλως παρέχεις τοῖς φίλοις.

AMMIANO.

Ego te & novi, & laudo, & amo: &, ubi mei, tunc & tui oblivíscar: causam vero, cur ad te non scripserim, non celabo. Ne putes, me multorum illud esse allaturum, quod nec ipse tu ad me scripseris. Neque enim ignoro, multis vos negotiis urgeri, quae otium non faciant, quando nos in literis toti ver-

MXC. ΑΜΜΙΑΝΩι. (1)

Ἐγώ σε καὶ οἶδα, καὶ ἐπαινῶ, καὶ φιλῶ. καὶ ὅταν ἐμαυτοῦ, τότε ἐπιλήσομαι καὶ σοῦ. Τοῦ δὲ μὴ γράψαι σοι τὴν αἰτίαν οὐκ ἀποκρύψομαι. Καὶ μήτι με νομίσῃς ἐρεῖν τοῦτο δὴ τὸ τῶν πολλῶν, τὸ, οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἐπέστειλας. Οὐ γὰρ ἀγνοῶ τοῦθ᾽, ὅτι ὑμῖν πολλὰ τὰ πράγματα, σχολὴν οὐ πάνυ διδόντα, τὸ δ᾽ ἡμέτερον ἐν λό-

EP. MLXXXVIII. (1) Huic inscribitur in cod. 3073. & *Mutin.* C. *Themistio*, in *Vatic.* A. B. *Elpidio* in *Vatic.* 937. *Philippo* in *Vindobon. chartaceo.* & *Benzel.* A. Ἀντίγραφος autem est in *Medic.* A. (2) *Vatic.* A. B. & *Mutin.* C. *Benzel.* A. recte. hunc enim proficiscentem commendat illi, ad quem scribit Libanius. Male itaque ἡμᾶς in Cod. 3073. & *Medic.* (3) καί σε, Cod. 3073. invitis sermonis structura & aliis Codd. (4) ἡμερώτατον, *idem*, & mox δέξασθαι, vitiose. (5) μαθόντες, *Mutin.* C. (6) ἄλλως, *Vatic.* A. (7) Ita codd. plerique: alii ποιεῖν. (8) ποιῶν, *Mutin.* C. (9) Cod. 3073. Malim cum *Vatic.* A. B. ἀλλ᾽ ἐν ἐν τούτῳ χαρίσῃ, τὸ νομίσαι. Accedit fere *Medic.* ἀλλ᾽ ἐν (μοι) τούτῳ χαρίσῃ τὸ νομίσαι.

EP. MLXXXIX. (1) Huic inscribitur in *Mutinensi* A. at in Cod. 3073. est ἀντίγραφος. Recte ita inscribi ipsa epistola, in qua nomen hoc exstat, testatur. (2) ἴσω, cod. 3073. quod emendavi ex *Mutinensi* (3) τῶν ἀγαθῶν, *Mutin.* non absurde. Sensus est: *quicunque boni.*

EP. MXC. (1) Ἀντίγραφος in Cod. 3073. Nostri nomen refert *Vatic.* B. *Ammianus* hic videtur is esse, qui sub Valentiniano & Theodosio Comes Rerum privatarum fuit. Vide *Jac. Gothofredi Prosopographiam* p. 349.

(1) Malim

λόγους. Ἀλλ' εἰώθασιν οἱ ἄνθρωποι, τίς τίνι φίλος, ἀνερωτᾷν. καὶ αἴσθωνται, παρὰ τῶν δυναμένων ὑμῶν εὖ πάσχειν ἀξιοῦσι διὰ τοὺς γράφοντας ἡμᾶς. καὶ δὴ δεῖ καθημέραν ἐπιστέλλειν, καὶ δεῖσθαι, καὶ χάριν αἰτεῖν. Εἶθ' ὑμεῖς τῷ μὲν ἔδοτε, τῷ δ' οὔ. τίς δ' ἂν πάντα (2) δοίη. τῆς δ' οὐ τυχόντος κατηγορεῖν ἀνάγκη τῆς ἐπεσταλμένων εἶναι. Μὴ γὰρ ἂν ὑμᾶς μὴ δύναι τῆς ἐπιστολῆς πάντα χρείαν ἐχούσης (3). Ὅπως οὖν μοι μὴ τὸ πλῆθος γένοιτο πολέμιον, οὐκ ἐκήρυττον τὴν πρὸς σέ μοι φιλίαν. Ἐπεὶ δὲ σὺ τοῦτο ἀναγκάζεις, ὑπακούω, καὶ γράφω, καὶ κηρύττω, καὶ τὰ πρῶτα γράμματα πρώτην εὐθὺς αἰτῶ χάριν, τὸν Ἀλέξανδρον ἡμῖν ἀποφῆναι λαμπρότερον, ἢ ὡς νῦν. Ἔστι δὲ πολλῶν ἀξιώτερος, καὶ γένους ἕνεκα, καὶ τρόπων, καὶ πόνων, τῶν ἐν λόγοις, τῶν τε δευτέρων (4), ὡς ἐφ' ἵππων ἐσθίειν (5) καὶ καθεύδειν ἤνεγκεν.

versamur. Enimvero homines solicite solent inquirere, quis alteri sit amicus: iidemque hoc edocti, literis nostris commendari optimatibus vobis ad beneficia reportanda cupiunt. Hac vero ratione quotidie & scribere, & petere, & gratiam postulare nos oporteret. Vos vero tunc aliis quidem gratiam faceretis, aliis minus: quis enim omnibus suffecerit? Hinc vero necesse est, ut, qui nihil acceperit, literas accuset. Vos enim omnibus dare non potestis, cum literae omnia petant. Ne itaque pugnarum copia ipse obruerer, amicitiam tecum mihi intercedere non praedicavi. Quando vero ita jubes, obedio, & scribo, & praedico, & primis his literis beneficium statim expeto, ut nempe *Alexandrum* feliciorem quam nunc est, praestes. Ille enim prae aliis dignum se probat, sive gentem spectes, sive mores, sive operam, quam primum quidem literis, deinde vero aliis rebus, impendit, quando equo insidens & cibum & somnum cepit.

MXCI. ΜΕΝΑΝΔΡΩι. (1)

Ἐγὼ τὰ μὲν ὑπ' ἀσχολίας (2), τὰ δ' ὑπ' ἀθυμίας (3), τὰ δὲ τὸ τοὺς παρ' ὑμᾶς (4) ἰόντας οὐ ποιεῖν δῆλον, ὡς ἐξίοιεν (5), ἀφῃρέθην τὸ ἐπιστεῖλαί σοι. πῶς οἴει βουλόμενός τε καὶ ἐπιθυμῶν; Ἑνὸς μὲν ἕνεκα, τοῦ προσειπεῖν τὸν καλὸν καὶ ἀγαθὸν Μένανδρον, ἑτέρου δὲ, τοῦ παρακαλέσαι σε φιλεῖν τε καὶ εὖ ποιεῖν Καστρίκιον (6) τὸν σοφιστὴν, σοφιστὴν μὲν ὄντα δεξιὸν, καὶ ἄνδρα χρηστὸν, δεδεμένον δὲ νόσῳ τοὺς πόδας (7), ὅθεν πολλὰ καὶ πολλῶν ἐλαττοῦται. Ἀλλ' εἰ καὶ βραδέως ἀμφότερα νῦν ποιῶ, σέ τε προσαγορεύω, καὶ Καστρίκιον ἐν τοῖς ἄγαν σοι φίλοις ἀξιῶ γεγράφθαι (8). Πάντως δὲ οὐ νῦν πρῶτον τοὺς Μουσῶν ἑταίρους ὠφελῶν ὀφθήσῃ. πάλαι γάρ σοι τοῦτο μελετᾶται τὸ ἔργον, ἐπεὶ καὶ ὅλως πάντα, οἷς ἔπαινος ἀκολουθεῖ μᾶλλον ἢ κέρδη, ποιῶν διατετέλεκας. πρότερον μὲν βελτίω τὴν γνώμην τοῦ σχήματος παρεχόμενος, νῦν δὲ ἀξίαν τῆς ἀρχῆς, μεθ' ἣν ὄψομαί σε ἐν λαμπροτέρᾳ, καὶ πάλιν ἐν τρίτῃ, καὶ πολλαῖς ἑτέραις, τῶν θεῶν τὰ δίκαια ποιούντων, καί σε μὲν (9) τιμώντων, τὰς δὲ πόλεις σωζόντων.

MENANDRO.

Ego tum negotiis obrutus, tum tristitiae indulgens, tum vero etiam, quod qui ad vos irent, profecturos se esse una dicerent, ad te scribere non potui. Vix tu credideris quam cupide id alioquin facturus fuissem, primum quidem, ut honestissimum & optimum *Menandrum* salutarem, deinde vero, ut ad amandum ornandumque *Castricium* Sophistam, Sophistam illum egregium, virumque optimum, jam vero morbo ex pedibus vinctum, atque ideo multum varieque adflictum, te cohortarer? Quamvis vero utrumque tarde nunc faciam, te tamen compello, & ut *Castricium* valde tibi amicum habeas, precor. Tu vero non nunc demum Musis amicos juvare videberis. Hoc enim jam pridem tu agis, qui omnino & alia, omnia, quae laudem potius quam lucrum adferunt, consectari non desinis. Ante quidem animum dignitate tua superiorem, jam vero eadem dignum probas, qua te defunctum in alia ampliore, mox vero in tertia & porro aliis pluribus constitutum videbo, si Dii, quod fas est, fecerint, & te quidem ornarint, urbes autem salvas praestiterint.

MXCII. ΚΑΙΣΑΡΙΩι. (1)

Εἰ μὲν μὴ γράφων ἡμῖν, ὑπὲρ ὧν ἐγράφομεν, ἔπραττες, παρεμυθοῦ τ' ἂν τὴν ἀπ' ἐκείνου λύπην ἡ ἐπὶ τῶν ἄλλων χάρις. Νῦν δὲ καὶ σιγᾷς, καὶ κενὸς ἡμῖν

CAESARIO.

Si, dum non scribis ad nos, illis saltem, quorum causa nos scripsimus, opis aliquid tulisses, tristitia inde orta levata aliquantulum tua in alios gratia fuisset. Jam vero & taces, & literas

(2) Malim πάσι, vel etiam paulo ante τὸ μὲν —— τὸ δ' οὔ, pro τῷ μὲν. (3) Ulcus hic est, quod tetigi quidem, sed sanare non potui. Sensus videtur esse, literis omnia imputari, si quis ex commendatione non profecerit. (4) Militarem vitam nunc consectatus fuisse videtur. Conf. infra ep. 1092. (5) Codex ἐσίων. Legi poterat ἐσιῶν, nisi significatus verbi obstaret.

EP. MXCI. (1) Ἀνεπίγραφος est in Cod. 3073. Huic autem inscribitur in *Vatic.* B. *Menandrum* hunc eum esse credo quem PP. Galliarum fuisse suspicatur *Gothofredus* in Prosopographia p. 373. (2) ita *Mutin.* C. pro ἀγαλιῶν. (3) ἐνθυμίας, *Mutin.* male. (4) ita *Mutin.* nisi quod ἡμᾶς habet, pro ὑμᾶς, quod sensus postulat. In Cod. 3073. & compendio & prave id omne scriptum erat. (5) ἀξιοῖεν, *Mutin.* (6) Καστρίον, *Mutin.* C. sed infra recte Καστρίκιον, cujus & alibi noster meminit. (7) Eadem phrasis *Luc.* XIII. 16. (8) τετάχθαι, *Mutin.* C. (9) μοί, Cod. 3073.

EP. MXCII. (1) Caesario inscribitur in *Mutin.* A. ἀνεπίγραφος est in Cod. 3073.

(2) Vide

literas pro amicis nostras inanes esse jubes. Propterea etiam *Alexandro* hunc, scribere me tibi jubenti, dicebam, epistolam meam majus quidem ipsi onus, nihil vero amplius allaturam. Cum vero persuadere ipsi non possem, ut ita de literis meis sentiret, ut scriberem, coactum me sensi. Ajo itaque virum hunc multis nominibus cura tua dignum esse, sive Parentes, sive doctrinam, sive prudentiam, sive justitiam ejus spectes. Nunquam enim is amicum fefellit: maximis vero periculis, amicis suis consulturus, fuit obnoxius. Rectius vero illum cognitum habueris, si optimum *Olympium* interroges, a quo non minus animis, quam corporibus medicina praestari solet. Si non magnam mei ipsius rationem habueris, hujus saltem tanto magis habeas, faciasque, ut appareat, tribuere te aliquid *Alexandro*, eumque aliis praeferre. Neque enim te viro militari eidemque Rhetori decus conciliare dedecet.

ἡμῶν ποιεῖς τοὺς ὑπὲρ τῶν φίλων λόγους. Διὸ καὶ πρὸς Ἀλέξανδρον τουτονὶ κελεύοντα ἐπιστέλλειν, ἔφην· ὅτι μεῖζον μὲν αὐτῷ ποιήσει τὸ τῆς ἐπιστολῆς φορτίον· πλέον δὲ ἴσως οὐδέν. Πεῖσαι δὲ αὐτὸν οὐ δυνηθεὶς, τὰ ὄντα περὶ τῶν γραμμάτων δοξάζειν, εἰς ἀνάγκην καταστάμενον τοῦ γράφειν. Λέγω τοίνυν, ὡς πανταχόθεν ἄξιος ὁ ἀνὴρ προνοίας, καὶ πατέρων, καὶ παιδείας, καὶ σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης (2), οὐδαμοῦ μὲν γὰρ προδέδωκε φίλον. οἱ μέγιστοι δὲ αὐτῷ γεγόνασι κίνδυνοι, τὰ τῶν φίλων θεραπεύοντι. Μάθοις δ' ἂν αὐτὸν ἀκριβῶς· εἰ τὸν ἄριστον Ὀλύμπιον ἔροιο, παρ' οὗ φάρμακα μὲν ψυχαῖς, φάρμακα δὲ σώμασι (3). Σὺ δ' εἰ καὶ ἡμῶν βραχύς σοι λόγος, ἀλλ' ἐκείνου γε ποιοῦ πολὺν, καὶ φαίνου πιστεύων Ἀλεξάνδρῳ (4), καὶ πρὸ τῶν ἄλλων (5) ἄγων. Οὐ γὰρ αἰσχύνη κοσμεῖν στρατιώτην ῥήτορα.

DIONYSIO.

Laudo & fortunam, & mentem, & epistolam tuam: istam, quod tibi conciliata est, illam, quod gratias habere novit, hanc denique, quod Graecorum sapit linguam. Enimvero liberatoris laudes epistolae modulo metiri non decet, sed exigua potius pro magnis oratio requiritur, ut non solum miserationem consecutus, sed & admirationi aliorum expositus, beneficiis afficiaris.

MXCIII. ΔΙΟΝΥΣΙΩ. (1)

Ἐπαινῶ σου καὶ (2) τὴν τύχην, καὶ τὴν γνώμην, καὶ τὴν ἐπιστολήν. Τὴν μὲν, ὅτι διήλλακται, τὴν δὲ, ὅτι χάριν οἶδεν εἰδέναι, τὴν δὲ ἔχουσάν τι γλώττης Ἑλλάδος. οὐ μὲν (3) ἐπιστολαῖς γε ἐπαίνους τοῦ σεσωκότος μετρητέον (4), ἀλλὰ δεῖ τινα καὶ λόγον ὑπὲρ μεγάλων γενέσθαι μικρόν. ὅπως μὴ ἐλεούμενος οὐ πάσχῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ θαυμαζόμενος.

JOVINO.

Laudo fortunam, quae tibi adest perpetua. Homini enim & aequo & ingenuo de suis largitur. Quod si igitur illa, ubi malis prospere res fluunt, recte culpatur, merito quoque, ubi bonis bene est, celebratur. Precor itaque, ut semper illi sis amicus. *Alexandrum* vero etiam, virum optimum, illustriorem fieri velim, qui & prudentia & dicendi arte valeat, ac pericula pro amicis exantlata omni securitate jucundiora existimet. Idem nunciabit tibi, quantopere defunctos quidem lugeamus, neque tamen dicendi exercitium abjecerimus, non tam gloriae studio, quam ut animum a rerum tristiorum memoria avocemus. Jam exiguam id quidem opem praestat, nec victoriae reportandae sufficit. Interim majus futurum erat malum, nisi id faceremus. Itaque & tu amico tibi solatium praesta. Solatio autem fueris, si mea tibi adhoc curae esse videantur. Curae vero esse videbuntur, si *Alexander* ornatior evaserit, te quidem ipso quaedam, aliis vero alia, te auctore & opitulante, illi praestantibus.

MXCIV. ΙΟΒΙΝΩ. (1)

Ἐπαινῶ τὴν τύχην παραμένουσάν σοι. χρηστῷ γὰρ ἀνδρὶ καὶ γενναίῳ δίδωσι τὰ παρ' αὐτῆς. Εἰ γοῦν ὀρθῶς ἐν τῇ τῶν πονηρῶν ἰσχύϊ κατηγορεῖται, δικαίως ἂν ἐν ταῖς τῶν σπουδαίων εὐτυχίαις ἐγκωμιάζοιτο. Ταύτης μὲν οὖν ἀεὶ τυγχάνοις φίλος. τὸν Ἀλέξανδρον δὲ ἡμῖν ἀγαθὸν ὄντα καὶ λαμπρὸν ἀποφαίνοις, νοῦν τε ἔχοντα καὶ λέγειν δυνάμενον, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῶν φίλων κινδύνους ἡδίους ἀσφαλείας ἡγούμενον. Ἀπαγγελεῖ δέ σοι περὶ ἡμῶν, ὡς ἐπὶ μὲν τοῖς οἰχομένοις ἀλγοῦμεν, τοῦ ποιεῖν δὲ λόγους οὐκ ἀμελοῦμεν, οὐ φιλοτιμίᾳ μᾶλλον, ἢ τῷ τὴν ψυχὴν ἐπιχειρεῖν ἀπὸ τῶν λυπούντων ἀφέλκειν. καὶ μικρὰ μὲν ἡ βοήθεια, καὶ οὐκ ἀρκεῖ νικῆσαι. μεῖζον δ' ἂν ἦν τὸ κακὸν, εἰ μὴ τοῦτο ἐδρῶμεν. Παραμυθοῦ τοίνυν καὶ αὐτὸς ἄνδρα φίλον. παραμυθήσαιο δ' ἂν, εἰ φαίνοιο τὰ πρὸς ἐμὲ φυλάσσων. Φαίνοιο δ' ἂν φυλάττειν, εἰ μέγας Ἀλέξανδρος γένοιτο. τὰ μὲν αὐτοῦ σοῦ πράττοντος, τὰ δὲ τῶν ἄλλων, σοῦ κινοῦντος καὶ συναγωνιζομένου.

ANONYMO.

Eumathium inde ab illo die amicum mihi habui,

MXCV. ΑΝΩΝΥΜΩ.

Εὐμάθιον ἐγὼ φίλον ἀπ' ἐκείνης πεποίημαι τῆς ἡμέρας,

(2) Vide supra ep. 1090. in calce. (3) σώματι, *Mutin.* A. (4) Ἀλεξάνδρου, cod. 3073. (5) πολλῶν, *Mutin.* A.

EP. MXCIII. (1) Ita Cod. 3073. & *Medic.* A. Διογένει, *Ambros.* T. 231. (2) σου illud est ex *Ambros.* T. 231. & *Vatic.* B. (3) μὲν alii. (4) μετρεῖν, Cod. 3073.

EP. MXCIV. (1) ἀνεπίγραφος est in Cod. 3073. *Jovini* nomen habet *Vatic.* B.

ρας, ἐν ᾗ σοι τὴν καλλίω ἦλθε κομίζων ἐπιστολήν. Ὃ γὰρ ἐπὶ τῶν τ' ἄλλα λαμβανόντων συμβαίνει τὸ καὶ τοὺς φέροντας ἡδέως ὁρᾶν, τοῦτό μοι καθ' ὑπερβολὴν περὶ Εὐμάθιον γεγένηται. καὶ γὰρ τὸ δῶρον πάντα εἴδη δώρων ἐνίκα. Τί γὰρ τοσοῦτον χρυσὸς, ὁπόσον γράμματα σά; Ποίει τοίνυν ἡμῖν ἔτι πλείστους Εὐμαθίους. τοῦτο δέ σοι ῥᾷστον. Αἱ γὰρ ἐπιστολαὶ τοῦτο δύναιντ' ἄν. καὶ γὰρ εἰ μὲν οὐκ ἐτύγχανον τῆς ἐξ ἐπιστολῶν γεγενημένος τιμῆς, ἐπεθύμουν μὲν ἄν. Οὐ μέντοι σφόδρα ἦν ἴσως τῷ μηδὲ πεπειρᾶσθαι, νῦν δὲ τὸ πεπωκέναι τοῦ κρατῆρος Δίκαιος ἂν οὖν εἴης, ὧν ἔγευσας (1), μὴ ἀποστερεῖν, ἄλλως θ' ὅτι καὶ τὰ πράγματα ἡμῖν οὕτως ἂν γένοιτο μείζω. Τὸ γὰρ ἀκούειν καὶ ὁρᾶν τὴν πόλιν τὰ γράμματα, καὶ ὡς οὐκ ἐκβέβλημαι τῆς σῆς διανοίας, καὶ γνώμης, ἀλλ' ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν φίλων ἐγγέγραμμαι, πάντας ἡμῖν ἀπεργάσονται τοιούτους, ὥστε μήτε μικρὸν μήτε μεῖζον μηδὲν μηδαμόθεν ἐναντίωμα ἀπαντᾶν.

habui, quo elegantissimas tuas literas attulit. Quod enim hominibus alia accipientibus accidere solet, ut, qui attulerint, eos libenter videant, idem mihi adversus *Eumathium* vel maxime usu venit. Donum enim hoc omnia donorum genera superabat. Quid enim auro propius, quam literae tuae, unquam accesserit. Fac itaque, ut plures nobis sint *Eumathii*. Id vero facile potes efficere. Nam epistolae tuae id effecerint. Quod si enim ego hunc honorem ex literis tuis nunquam degustassem, illius tamen fuissem cupidus. Neque vero idem fuisset desiderium, si nunquam fuissem expertus, quam nunc est, postquam ex poculo illo bibi. Fas itaque fuerit, iis quae semel gustavi, me non privare, inprimis cum rerum nostrarum conditio sic futura sit illustrior. Ubi enim urbs nostra literas tuas & audiverit & viderit, intellexeritque adeo, me animo & favore tuo adeo non excidisse, ut amicis potius tuis sim adscriptus, fieri non potest, quin omnes tibi similes se nobis praestent, adeoque nec parvum nec magnum nobis impedimentum usquam nascatur.

MXCVI. ΤΑΤΙΑΝῼ. (1)

Ἡμεῖς τὰ ἡμέτερα πάντα τῆς σῆς ἐξηρτήσαμεν καὶ γνώμης (2) καὶ προνοίας, ὧν τε εὖ πεπόνθαμεν μεμνημένοι, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἡγούμενοι μίαν ἡμῖν ταύτην ἀσφάλειαν ἔσεσθαι. Εἰκότως ἂν οὖν περὶ τῶν μικρῶν (3) ἀνακοινούμενοί σοι, περὶ τῶν μεγίστων, μαινοίμεθα ἂν (4), εἰ μὴ τοῦτο ποιοῖμεν. Οἶσθα Ἀρίστωνα τὸν ἐκ Κύρου, τὸν ἐπιεικῆ, καὶ πρᾶον, καὶ φρόνιμον, καὶ πάντα ἐπαινούμενον μέμψει δὲ χώραν οὐ διδόντα. Οὗτος παίδων πατὴρ ἐπιθυμῶν γενέσθαι, προσελθὼν αἰτεῖ τὴν θυγατέρα τοῦ θαυμαστοῦ (5) Θαλασσίου, τὴν ἡμῖν συγγενῆ, τοῦ τρόπου τε (6) γυναικὸς ἀγαθῆς, οὐ τῶν χρημάτων ἐπιθυμῶν, ἐπεὶ πλοῦτός γε αὐτῷ μέγας (7), ἅπας ἐκ τοῦ δικαίου. τὰ μὲν γὰρ πατρῷα, τὰ δὲ ἐκ γεωργίας. Ἡμεῖς μὲν οὐκ εἴχομεν, ὅ, τι ἂν (8) ἐγκαλοῦντες ἀπελαύνοιμεν (9) τὸν ἄνδρα, τῶν πραγμάτων δὲ ἁπάντων παραινούντων δέχεσθαι, τουτὶ μόνον ἀναβολὴν ἐποίει, τὸ μήπω τὴν σὴν ἱερὰν ἐπινεῦσαι κεφαλήν. Διόπερ ἥκει ταυτὶ τὰ γράμματα, πευσόμενα, τί ποιοῦντες ἀρέσκοιμεν.

TATIANO.

Nos omnia nostra a tua & benevolentia & cura pendere jussimus, memores beneficiorum, quae a te accepimus, sperantesque, eandem nobis inposterum quoque certissimo praesidio fore. Qui igitur in caussis parvis tuam opem requisivimus, insanire merito videremur, si idem in majoribus non faceremus. Nosti *Aristonem*, Cyrensem illum, aequum illum, & modestum, & sapientem, & omni ex parte laudatum, nec reprehensioni locum unquam facientem. Hic liberorum parens fieri cupiens *Thalassii* filiam, nobis cognatam, in matrimonium petit, honestis feminae moribus, non divitiarum studio ductus. Nam amplis opibus, iisque juste partis, valet. Alias enim Patri, alias agriculturae debet. Nihil itaque erat, quod exprobrare illi, atque adeo repulsam dare possemus. Cumque contra omnia ad illum admittendum nos cohortarentur, unum hoc differri rem jussit, quod sacrum tuum caput nondum adnuisset. Propterea hae tibi veniunt literae, interrogaturae, quid facientes tibi simus placituri.

MXCVII. ΣΤΡΑΤΗΓΙῼ καὶ ΑΛΒΑΝΙῼ. (1)

Ἥσθην τῷ δώρῳ, καὶ ᾤμην ἐν ἐκείνοις εἶναι τοῖς χρόνοις, ἐφ' ὑμᾶς (2) ὁ πατὴρ ἧκεν ἄγων, τὸν μὲν ὡς λόγους ληψόμενον, τὸν δὲ ὡς ταῦτα (3) ὀψόμενον. Ὑμεῖς δὲ

ἄρα

STRATEGIO & ALBANIO.

Dono illo laetatus sum, visusque mihi illud agere tempus, quo pater vos ad nos ducebat, alterum, ut literas disceret, alterum, ut, quae apud nos agerentur, videret. Uterque vero

ad

EP. MXCV. (1) Sic *Plutarchus* in Numa: δούλους ἔγευσε τιμῆς ἐλευθέρας.

EP. MXCVI. (1) Ita *Mutin.* A. Δατιανῷ, *Medic.* B. Παλλαδίῳ, *Mutin.* C. & *Vindob.* chartac. (2) καὶ γνώμης deest in *Medic.* (3) ita Cod. 3073. περὶ τῶν νῦν, *Medic.* (4) μαινοίμεθ' ἂν *idem*, vitiose, & paulo post ποιοῦμεν, pro ποιοῖμεν. (5) *Mutin.* A. & *Medic.* θαυμασίου, Cod. 3073. (6) ita *Medic.* alii τρόπου δ. (7) μέγας deest in *Mutin.* A. C. & *Medic.* (8) ἂν ex *Mutin.* A. C. & *Medic.* (9) ἀπελαύνοιεν, Cod. 3073. Nostrum illud est in *Mutin.* utroque, & *Medic.*

EP. MXCVII. His inscribitur in *Medic.* B. Ad duos, eosque fratres datam esse ipsa epistola docet. Interim *Palladii* nomen refert *Mutinens.* C. & *Maximi*, *Vatic.* 945. (2) ὑμᾶς, *Medic.* (3) Ita *Medic.* B. ζῶντα, Cod. 3073.

(4) ἐπι-

ad literas percipiendas eratis idonei. Et si senectutem exuere mihi liceret, futurum id esset, si in senectute nunc illo, quod junior olim habebam, frui daretur. Interim vultuum & vestrorum & Patris forma & imago nunquam ex animo meo effluxit. Postquam vero *Eusebius* advenit, omnia illa expressius mihi repraesentavit, aliquam singulorum partem referens. Magna quoque coetus nostri portio exclamabat, ex quibus juvenis ortus esset, edocta: nec interrogare debebant. *Unde, quis, aut urbs est quaenam tibi, quive parentes?* Illum itaque diem festum nobis fecit, magnaeque felicitatis argumentum mihi videbatur, quando ex familia vestra nova apis fovenda ad nos veniebat. Illius quidem curam apiarium habiturum maxime esse, vos vobis invicem confirmare poteritis, qui fortasse nostro studio tanti evasistis, quosque semper magnos esse vehementer velim.

ἄρα ἦτε λόγους ἀγαθοὶ λαμβάνειν, καὶ εἰ δή ἐστι γῆρας ἐκδῦναι, τοῦτ' ἂν εἴη, τὸ ἐν γήρᾳ παραπλήσιόν τι τῷ ἐπὶ τῆς νεότητος ἔχειν. Ἐμοῦ δὲ τῆς μὲν ψυχῆς οὐδεπώποτε τῶν ὑμετέρων ὁ τύπος ἐξεῤῥύη προσώπων οὐθ' ὑμῶν, οὔτε τοῦ πατρός. Ἐλθὼν δὲ Εὐσέβιος πάντα ἀκριβέστερον ἐπέδειξε (4) φέρων ἑκάστου μέρος ἐν ἑαυτῷ. Ἐβόα δὲ καὶ τοῦ χοροῦ τὸ πλέον, ὅτου (5) ὁ νέος εἴη, μανθάνων, οὐδὲν δεόμενοι ἐρωτᾷν, τίς, πόθεν, καὶ πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες (6). ὥσθ' ἡμῖν ἑορτὴν ἐποίει τὴν ἡμέραν ἐκείνην. σύμβολόν τε ἀγαθοῦ τινος ἐφαίνετο (7) μεγάλου, πάλιν ἐκ τῆς ὑμετέρας οἰκίας ἐν ἡμετέρῳ (8) βοσκομένη μέλιττα, ἧν (9) ὅτι πάσης ἀξιώσει προνοίας ὁ μελιττουργὸς, ὑμεῖς ἂν εἴποιτε πρὸς ἀλλήλους (10), οἱ παρὰ τὴν ἡμετέραν ἴσως εὔνοιαν τηλικοῦτοι γεγένησθε, καὶ εἴη γε διὰ τέλους εἶναι μεγάλους.

ANONYMO.

Ne nescius sis, ubi videris filium, scias velim, cum in literis multum valere, moribus vero talem se probare, cujusmodi decem mihi a Diis expetam, non quidem, ut urbem hostilem expugnem, sed, ut coetus noster ingenuis, qui educentur, adolescentibus fiat ornatior. *Agathius* enim nullius unquam molestiae hunc praeceptoribus, hunc condiscipulis in hunc usque diem, multis contra saepius laetitiae auctor exstitit. Ex quo factum est, ut alii eum instar filii, alii instar fratris habuerint, egregiam sibi famam re bene gesta comparantem, nec indignantem, si quis non laudaret. Interim corporis quoque robur probare poterat, si hac parte timorem aliis incutere voluisset. Sed vel sic magis, quam imbecillimi quique, tranquille vivere amat. Propterea gaudeo, quoties me adit, delector vero, quoties publice dicit. Sunt sane, qui ad dicendum non sint inepti, moribus vero ita perversi, & in creandis molestiis ita sibi placentes, ut, ubi eos conspicio, arti meae maledicam.

MXCVIII. ΑΝΩΝΥΜΩι.

Ἵνα μὴ ἀγνοῇς ἐντυχὼν, ἴσθι σοι τὸν υἱὸν περί τε τοὺς λόγους ἐῤῥῶσθαι, καὶ τοὺς τρόπους εἶναι τοιοῦτον, οἵους δέκα μοι δοῖεν οἱ θεοὶ (1), οὐχ ἵνα πόλιν πολεμίαν ἕλοιμεν, ἀλλ' ὅπως ἡμῖν ὁ χορὸς κοσμῆται χρηστῶν νεανίσκων ἐν αὐτῷ τρεφομένων. Ἀγάθιος γὰρ ἀηδίας μὲν οὐδεμιᾶς οὔθ' ἡγεμόσιν, οὔτε συμφοιτηταῖς αἴτιος εἰς τήνδε τὴν ἡμέραν γέγονεν, εὐφροσύνης δὲ πολλοῖς πολλάκις. ὥσθ' οἱ μὲν αὐτὸν ὡς υἱὸν, οἱ δὲ, ὡς ἀδελφὸν ὁρῶσιν, ἔργῳ κτώμενον δόξαν ἀγαθὴν, οὐ μαχόμενον, εἰ μή τις αὐτὸν ἐπαινεῖ. καίτοι καὶ ἰσχύος μετέχειν δύναιτ' ἂν, εἰ βούλοιτο ταύτῃ φοβεῖν. ἀλλ' ὅμως πλέον τῶν ἀσθενεστέρων τὸ μεθ' ἡσυχίας ζῆν ἀγαπᾷ. Διὰ δὴ ταῦτα χαίρω μὲν εἰσιόντος, τέρπομαι δὲ λέγοντος. Εἰσὶ δὲ λέγειν μὲν εἰσὶν οὐ κακοὶ, δύστροποι δὲ οὕτω καὶ μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τῷ λυπεῖν, ὥσθ' ὅταν φανῶσι, καταρῶμαι τῇ τέχνῃ.

MODESTO.

Probe sciebam, illos quidem brevi nihil amplius requisituros, te autem convenientem tibi dignitatem obtenturum esse. Huic igitur, quam reportasti, victoriae adjice aliam, vel, ut rectius loquar, jam adjecisti, quando communis Arabiae Stator haberis. Hoc enim nomen non haberes, nisi civitates ab interitu vindicasses, quem malus aliquis genius inferebat. Insiste igitur medelae adferendae, & laboribus laudem tibi para, ac fumo Ithacae tuae

MXCIX. ΜΟΔΕΣΤΩι (1)

Καλῶς ἠπιστάμην, ὅτι ταχέως οἱ μὲν ἀποστήσονται τοῦ τι πλέον ζητεῖν, σὺ δ' ἐπὶ τοῦ προσήκοντος ἔσῃ σχήματος. Νικηκὼς δὴ (2) ταύτην τὴν νίκην προσθὲς ἑτέραν, μᾶλλον δὲ ἤδη προσέθηκας, κοινὸς εἶναι δοκῶν Ἀῤῥαβίας οἰκιστὴς, ὃ οὐκ ἂν ἐκαλοῦ, μὴ τῆς φθορᾶς ἐξελόμενος τὰς πόλεις, ἣν κακὸς δαίμων ἐπήνεγκεν. Ἔχου (3) δὴ τῆς ἰάσεως, καὶ κτῶ πόνοις ἐπαίνους, καὶ τοῦ καπνοῦ τῆς Ἰθάκης (4) μηδὲν ἀτιμότερον ἡγοῦ τῆς

(4) ἐπέδειξε, *Medic.* prave. (5) μεθ' ὅτου, *Medic.* (6) *Homerus* Odyss. α. v. 170. (7) ἐγένετο, *Medic.* (8) Sic Cod. 3073. consueta ellipsi: *Medic.* ἡμετέρου. (9) ἣ, *Medic.* (10) ἄλλως, *Medic.* fortasse rectius. Frequens est utriusque vocis permutatio.

EP. MXCVIII. (1) Agamemnonis est votum quod ad Nestorem apud *Homerum* Iliad. β. v. 372.

EP. MXCIX. (1) Vid. *Centuriam* meam ep. XCV. *Modesto* inscribitur in *Barocc. Ambros.* T. 5. *Medic.* D. E. *Benzel.* B. *Andronico* in *Casanatensi.* Strategio; *Benzel.* A. Ἀνωνύμῳ est in *Medic.* A. (2) δὲ, *Medic.* & *Casanat.* (3) Attica haec phrasis est, quam illustrat *Ezech. Spanhemius*, vir summus, ad *Aristophan.* Plut. v. 100. (4) Alludit ad *Homerum* Odyss. α. v. 58. de Ulysse.

(5) Sic

τῆς γῆς ἐκείνης, ἐν ᾗ τοιαῦτα (5) ἐργάζῃ. Ἀλλ' ἐνθυμοῦ, ποῦ πότ' ἂν ἦν ἐκεῖνος, ὁ πάντα ποιῶν ὅπως ἴδῃ (6) τὸν τῆς Ἰθάκης καπνόν, εἰ (7), τῷ σφόδρα (8) ἔχεσθαι τοῦ καπνοῦ, μηδὲ τὴν ἀρχὴν (9) ἐστράτευσε, μηδὲ τὰς ναῦς εἶχε (10) τὰς μιλτοπαρῄους (11). Οὐδὲ γὰρ αὐτὸ (12) τοῦτο τὸ ἔπος ᾔδειμεν (13) ἂν τὸ περὶ τοῦ καπνοῦ, οὐδ' ἂν ἦν τὸ περιεῖναι τὸ ἔπος, εἰ οἴκοι καθῆστο Ὀδυσσεύς, εἰς τὴν κύνα βλέπων, καὶ εἰς τὸν ἀγρόν. Σὺ δ' εἰ μὲν οὐκ ἐπιθυμεῖς ἐπαίνων, οὐ καλῶς ποιεῖς, εἰ δ' ἐπιθυμῶν οἴει τοῦτο καθεύδων ἕξειν, οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνεις. Πόνος τὸ θεραπεύειν πόλεις (14), οἶδα, ἀλλ' ἡδὺ τὸ διηγεῖσθαι μετὰ ταῦτα τὴν θεραπείαν. Οἶσθα ταύτην τὴν ἡδονήν, καὶ γὰρ ᾔσθης (15) ταύτης (16) ἐκ τῶν Καππαδόκων ἥκων, ὅθ' ἡμῖν διηγοῦ, τίς μὲν σὺ πρὸς ἐκείνους, τίνα δὲ τἀκείνων πρὸς (17) σέ. Τούτων οἶμαι καί σε διηγήσεσθαι (18), καὶ ἡμᾶς ἀκούσεσθαι βελτίω (19). Καὶ ταῦτά σοι (20) τῆς ἀρχῆς μετὰ τοῦ πρὸς τὸ πέρας ἐλθούσης.

tuae puta non ignobiliorem esse illum terrae, in qua talia praestas, fumum. Cogita potius, quo loci ille fuisset, qui omnia agebat, ut Ithacae fumum videret, si, cum vehementer fumo illi inhiaret, nec militasset omnino, nec naves, rubris proris instructas, habuisset. Non sane hoc de fumo proverbium sciremus, neque exstaret prorsus, si *Ulysses* canem & agrum adspiciens, domi haesisset. Tu quidem, si laudum desiderio non duceris, minus recte agis, si vero, laudum cupidus, illas somno obtineri posse existimas, judicio tuo falleris. Est quidem, probe scio, laboris plenum, civitates administrare, sed jucunda quoque est administrationis peractae commemoratio. Cognita tibi haec est voluptas, quam a Cappadocibus reversus percepisti, cum nobis narrares, qualis tu fueris adversus illos, & quales illi se adversus te praestiterint. Multo majora his te aliquando nobis narraturum atque adeo nos etiam audituros spero. Haec tibi obtingent, ubi imperio tuo prudenter fueris perfunctus.

ΜϚ. ΕΥΣΤΡΑΤΩι καὶ ΕΥΣΤΟΛΙΩι. (1)

EUSTRATO & EUSTOLIO.

Ὁ ὑμέτερος (2) μὲν (3) πολίτης, φίλος δὲ ἐμοῦ τε καὶ ὑμῶν τέθνηκεν ὁ χρηστὸς Οὐρβίκιος (4), πολλοῖς ὀφείλων χρήματα, διὰ τὸ πολλῶν ὀφειλόντων αὐτῷ φείδεσθαι. εἰ δὲ πικρῶς εἰσέπραττεν ἑτέρους, οὐκ ἔσθ', ὅστις ἂν ἐκεῖνον εἰσέπραττεν. Ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν οἴχεται, προσβολαὶ δὲ αὐτίκα ἔσονται, κατασεῖσαι τὴν οἰκίαν ἱκαναί· πρὸς θεῶν, ὦ ἑταῖροι, μὴ περιίδωμεν, ἀλλ' ἀμύνωμεν, καὶ συνδιασώσωμεν, εἰ καὶ μὴ πάντα οἷόν τε, ἀλλ' ὅσα γε ἔξεστι (5). Τὸ μὲν οὖν ἐμὸν ἐστιν (6), ὑμᾶς τε ἐπεγεῖραι, καὶ τοῖς ἄρχουσι διαλεχθῆναι. παρ' ὑμῶν δὲ πολύτροπος ἡ βοήθεια. Καὶ γὰρ ἐλέγξαι ψευδομένους, καὶ τοῖς ὀφείλουσιν ἀνάγκας προσθεῖναι, καὶ τὰ μὲν διαλῦσαι, τὰ δὲ ἀναβαλέσθαι (7). Πολλὰ ἂν δύναιντο δύο τοιοῦτοι (8) πύργοι πρὸς σωτηρίαν πραγμάτων. Δεῖ δὲ ὑμᾶς οὐ μόνον συμπονεῖν ζῶσι τοῖς φίλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκείνων συμπονεῖν υἱέσιν. ὡς οὐδὲν ἂν τοσαύτην ἤνεγκε δόξαν, ὅσην (9) τὸ νέοις ὀρφανοῖς ἀφανίσαι τὴν τύχην. Ὥσπερ γὰρ οἱ τοὺς τοιούτους ἀδικοῦντες μᾶλλον ἢ οἱ τοὺς ἄλλους μισοῦνται (10), οὕτως οἱ προ-

Civis vestrus, mihi vero & vobis amicus, optimus *Urbicius*, obiit, multis obaeratus, eo quod multis, qui ipsi debebant, pepercit. Si enim ab aliis sua duriter exegisset, nemo foret, qui ab ipso quicquam exigere posset. Postquam vero ille obiit, multique mox futuri sunt incursus, qui familiam ejus pessundare possint, per Deos, amici, precor, ne patiamur hoc, sed, auxilio lato, salvam illam praestemus, si non omni ex parte, saltem, quoad fieri potest. Meum quidem est, & vos cohortari, & Optimates adloqui: vos vero variis modis opem ferre potestis. Nam & convincere debita negantes, & debitores cogere, atque alia quidem amoliri, alia differre potestis. Multum enim omnino duae ejusmodi turres ad rerum prosperitatem conferre possunt. Vos quidem non viventibus solum amicis, sed & eorum filiis opem ferre decet. Nihil enim tantam unquam cuiquam gloriam peperit, quantam auxilium orphanis adflictis praestitum. Sicut enim illi, qui talibus injuriam inferunt, magis odio habentur, quam qui aliis; ita, qui cura sua illos dignos habent, majore, quam quae ex aliis rebus

(5) Sic Cod. 3073. & *Medic.* ταῦτα, *Barocc.* & *Ambros.* male. (6) ἴδοι, Cod. 3073. (7) οὐ, *Barocc.* (8) σφοδρῶς, *Medic.* & *Casanatens.* (9) *minime.* Frequens ille phraseos usus est apud scriptores. Exempla lege apud eruditissimum *Jac. Perizonium*, ad *Aeliani* Var. Hist. III. 14. & in Indice. Confer *Melanchthonis* praefat. ad Neandri Erotemata Graec. Linguae p. 5. Balthas. Stolbergium de Barbarismis & Soloecismis N. T. p. 250. *Colomesium* Observatt. Sacr. p. 123. & Interpretes ad *Job.* VIII. 25. Saepius haec vocis notio latuit Interpretes, quod ostendit *Jo. Clericus* in notis ad Aeschinis Dialogos §. 4. p. 88. & 107. (10) Ita *Barocc.* εἶχε, Cod. 3073. & *Medic.* rectius. (11) Vid. *Homerum* Iliad. β. v. 648. (12) *Barocc.* αὐτοῦ, *Medic.* & *Casanat.* (13) ᾔδειμεν —— —— τὸ ἔπος desunt in *Casanat.* & *Benzel.* A. (14) πολλάκις, *Casanat.* (15) *Barocc.* & Cod. 3073. ἐποίεις, *Casanat.* & *Medic.* ubi *Salvinus* legi volebat ἤκουσας. (16) ταύτης scripsi pro ταύτην, *Barocc.* & ταύτῃ Cod. 3073. Ita enim verbum αἰσθάνομαι jubet. (17) εἰς, *Medic.* & Cod. 3073. (18) διηγήσασθαι, *Casanat.* & *Medic.* male. (19) *Barocc.* καλλίω, *Casanat.* & *Medic.* καλλίους, Cod. 3073. βελτίους, *Ambros.* (20) ταύτης σοι, *Medic.* & Cod. 3073. Ceteri ταῦτα, quod malim propter antecedens καί.

EP. MϚ. (1) Θαλελαίῳ. *Benzel.* A. (2) ὑμέτερος, *Medic.* B. pro ὑμέτερος Codicis 3073. & *Mutin.* A. (3) μὲν abest a *Medic.* (4) Confer supra ep. 1171. ubi rectius haec collocari poterat epistola. (5) ἔξεστι, *Mutin.* A. (6) sic *idem* & *Medic.* τὸ μὲν ἐν ἐμοί, Cod. 3073. (7) *Medic.* & *Mutin.* ἀναλαβέσθαι, *Mutin* fortasse rectius, hoc sensu, quod hinc alienum aes soluta pecunia expungere, hine debita exigere & recipere liceat. (8) Cod. 3073. ceteri duo ὄντες. (9) ὅσον, Cod. 3073. (10) μισοῦνται, *Mutin.*

(11) οἱ

rebus nafcitur, laude mactantur. Nos vero hac opera non folum amici filios falvos praeftabimus, fed & ingenia ad literas percipiendas idonea ab exitio vindicabimus. Uterque enim excitatioris funt indolis. Et, nifi quis prohibeat, patriae fuae communem falutem egregie amplificabunt.

προσήκει ἐνταῦθα ἐπιδεικνύμενοι, πλείω φέρονται τ̃ ἐπαίνων τ̃ ἐπ' ἄλλοις εὐδοκιμούντων. Καὶ ὑ(11) τοσῦτό γε πράξομεν μόνον, ὅσον φίλε διασῶσαι παῖδας, ἀλλὰ καὶ φύσεις δεξιῶς ἐχούσας εἰς λόγους, ὑ περιοψόμεθα διολλυμένας (12). Ἄμφω γὰρ ἐγρηγόρασι, καὶ ἐπιτρέψη τις ὀνήσουσι τὰ κοινά ποτε τ̃ αὐτῶν πόλεως τῇ τέχνῃ.

ANONYMO.

Jam quidem beneficii aliquid in *Evagrium* te contuliffe exiftimo. Neque enim ignoraturus mihi tantam calamitatem, aut affictum neglecturus tu fuiffe videris. Nam facultas tibi in promtu eft; & haec & majora etiam emendandi. Quod fi itaque vulnus adhuc reliquum eft; nunc faltem, Vir praeftantiffime, vices ejus miferare; eumque vindica, recogitans, miferabile effe fpectaculum, fi illius agri vendantur, qui nihil unquam magiftratus fui tempore emerit. *Evagrius* enim tantum auri jam habuit, non autem inde lucratus eft. Aequus enim erat in explendis officii fibi crediti partibus. Quod fi tamen poenam omnino luere debet, fatis magnam luit. Hyems nunc imminet, ille vero & uxorem & ancillas, duorumque filiorum, alterius fuperiore anno, alterius nuper admodum natorum, nutrices alit, interim nec tecto nec pecunia, nifi quam quis illi mutuam dederit, inftructus. Tantam fane mutationem pro ingente poena habere oportet, quando vir, heri magiftratu functus, hodie folicite laborat, ut uxor fua fame non pereat. Itaque, fi etiam graviter peccarit, fatis jam eft punitus, & hanc poenam usque ad aeftatem dabit, condemnatio vero illum penitus opprimet, & perdet, & mendicum faciet. Id vero tu ne pro nihilo habeas, recordatus, non dicam *Olympii*, matrisque *Olympii*, fed * His enim tu es patrocinatus, ex quibus multi, qui vitam tibi debent, adhuc fuperfunt.

MCI. ΑΝΩΝΥΜΩι.

Οἶμαι μὲν ἤδη τι παρὰ τ̃ σῆς ψυχῆς εἰς Εὐάγριον γεγονέναι. Οὔτε γὰρ ἀγνοήσειν ἔμελλες τηλικαύτην συμφορὰν, οὔτ' ἀμελήσειν τ̃ παθόντος. ἦτε δύναμις ἱκανὴ, καὶ ταῦτα καὶ ἔτι μείζω μεταστῆσαι. Εἰ δ' οὖν ἔτι μένει τὸ τραῦμα, ἀλλὰ νῦν γε, ὦ θαυμάσιε, καὶ ἄλγησον, καὶ ἐπάμυνον, ἐνθυμηθεὶς, ὡς ἐλεεινὸν τὸ θέαμα, πωλεῖσθαι τοὺς ἀγροὺς τ̃ μηδὲν ἐπὶ τ̃ ἀρχῆς πεπραχότος. Εὐάγριος γὰρ χρυσὸν τοσῦτον εἶχε μὲν, ἐκτήσατο δὲ οὐδέποτε. χρηστὸς δὲ ἦν, ἐν οἷς ἐπιστεύετο, καὶ μὴν, εἰ πάντως δεῖ δοῦναι δίκην, δέδωκεν οὐ μικράν. χειμὼν μὲν οὕτως προσέρχεται, ὁ δὲ γυναῖκα τρέφει, καὶ θεραπαίνας, καὶ τροφοὺς παιδίοιν, τ̃ μὲν πέρυσι, τ̃ δ' ἄρτι γενομένῃ. Μηδὲ στέγης εὐπορῶν μηδὲ χρημάτων, ἂν μή τις θελήσῃ χρῆσαι. Τοσαύτην τοίνυν μεταβολὴν μεγάλην νομιστέον δίκην, ἄνδρα χθὲς ἄρχοντα, σήμερον σκοπεῖν, ὅπως ἡ γυνὴ μὴ πεινήσῃ. ὥστ' εἰ καὶ σφόδρα ἠδίκηκε, κεκόλασται, καὶ μέχρι θέρους γε δώσει ταύτην τὴν δίκην. ἡ καταδίκη δὲ αὐτὸν καταχώσει, καὶ ἀπολεῖ καὶ δείξει πτωχόν. ὃ μὴ περιίδῃς ἀτιμασθεὶς, οὐ λέγω νῦν Ὀλυμπίου καὶ τ̃ Ὀλυμπίου μητρὸς, ἀλλ' ὅσῳ μείζονα * (1) ἐγκαλῦμαι ὧν τὴν χεῖρα ὑπερίσχες. ὧν ἔτι ζῶσι πολλοὶ παρὰ σοῦ τὰς ψυχὰς λαβόντες.

ANONYMO.

Arbores dejectas jam pridem effe, lignaque ad portum deportata navi, dum mare patiatur, committi poffe exiftimo. Jam enim & vernum eft tempus, & hirundines audiuntur, ventique adfpirant fecundi, & mare quoque eandem, quam terra, fecuritatem praeftat. Navi itaque tradantur ligna una cum eo, qui pretium pro illis accipiet. Sic enim oftenderis, te olim ex tuo in me ftudio, non vero ex fuga amico opitulandi aurum illud effe averfatum.

MCII. ΑΝΩΝΥΜΩι.

Οἶμαι πάλαι τὰ δένδρα τετμῆσθαι, καὶ κεῖσθαί γε πρὸς τῷ λιμένι τὰ ξύλα, καὶ δεῖσθαι, θαλάττης παρεχούσης τὸ θαῤῥεῖν. Ἔαρ δὴ τουτὶ, καὶ χελιδόνες καὶ ἄνεμοι πέμποντες (1), καὶ πελάγη μιμούμενα τ̃ ἠπείρου τὴν ἀσφάλειαν. Πλείτω δὴ τὰ ξύλα, καὶ ὁ τὴν τιμὴν ληψόμενος. Οὕτω γὰρ δείξεις, ὅτι τιμῶντος ἦν τὸ τότε διαδεῖσθαι τὸ χρυσίον, ἀλλ' οὐ φεύγοντος τὸ συναγωνίσασθαι φίλῳ.

SALUSTIO.

Quando bona mens & fortuna confpirant, idem-

MCIII. ΣΑΛΟΥΣΤΙΩι. (1)

Οταν συνέλθωσιν ἀγαθὴ γνώμη καὶ τύχη, καὶ ὁ αὐτὸς

(11) καὶ οἱ, *Mutin.* (12) ἀλλὰ καὶ φύσεις δεξιῶς ἔχοντας εἰς λόγους οὐ περιοψόμεθα διολλυμένους. *Bentzel.* A. non male.

EP. MCI. (1) Spatium hic vacuum in codice erat, uni duabusve vocibus capiendis aptum. Sed non dubito ego plura deeffe, quae fine alterius codicis ope vix conjectura adfequaris.

EP. MCII. (1) Malim *πνέοντες*, nifi *πέμποντες* illud per *provehere naves* interpretari velis.

EP. MCIII. (1) Ita in *Medic.* D. *ἀνεπίγραφος* eft in Cod. 3073.

(2) *ταύτη*

τός τε ἄνθρωπος χρηστός τε ᾖ καὶ δυνατὸς, κοινόν τι τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαθὸν καθίσταται. Νῦν τοίνυν ἥ τε σύνοδος ἐκείνη λαμπροτάτη φαίνεται, τό, τε τρίτον οὐ πάνυ ἠκολούθησεν. Εὐθυμοῦνται μὲν αἱ πόλεις, ἀνθοῦσι δὲ οἱ οἶκοι, καὶ ἄρχουσι μὲν ἐθνῶν οἱ ἀρχῆς ἐπιστήμονες, ἰδιωτεύουσι δὲ οἷς κάλλιον. Ἐγὼ δὲ τῇ μὲν ἄλλῃ τῶν παρόντων ἀπολαύω. Φιλοῦμαι γὰρ, καὶ οὐκ ἂν ἀρνηθείην. Γράμματα δὲ παρὰ τοῦ φιλοῦντος οὐ λαμβάνων ἀδικοῦμαι. Καὶ εἰ μὲν οὐκ ἦν πω ταύτην τὴν τιμὴν (2) τετιμημένος, ἴσως ἂν οὐδὲ ἐζήτουν. νῦν δὲ Εὐφράτης μοι γλυκύτερος Βοσπόρου. ἐντεῦθεν μὲν γὰρ (3) ἐπέστελλες, καὶ ταῦτα τὸ σῶμα ἔχων ἐν χερσὶν ἰατρῶν. Ἐκεῖνον δὲ ἰδὼν τὸν πόρον οὐκ ἂν μὲν φαίην, ὡς ἐπελάθου μου. τοῖς δὲ γράμμασιν εὐφραίνειν οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἀπέστης. ἀλλὰ πρὸς θεῶν, οἵ σε ἡμῖν ἐκ τῶν ἐσχάτων κινδύνων σεσώκασιν, ἀνανέωσαι τὴν τιμὴν, καὶ δὸς ἐκεῖνα τὰ πρότερον (4). Βουλοίμην δ᾽ ἂν τὸν αὐτὸν ἄνδρα μοι (5) δοκιμάσαι, τὴν ἐπιστολὴν κεκοσμημένον, οἷς (6) εἰκὸς, ἀρχῇ δευτέρᾳ (7). Δεινὸν γὰρ, τὸν πρὸ τῶν ἄλλων τότε, νῦν οὐδὲν ἐργαζόμενον ἔργα ἑτέρων ὁρᾷν.

idemque homo & benignus & potens est, commodum inde nascitur omnibus commune. Jam itaque haec conjunctio vel maxime conspicitur, quam tertium illud, nempe beneficium, excepit. Lactantur enim civitates, florent domus, & imperandi periti gentibus praeficiuntur, illi vero, quibus hoc satius est, privata vivendi sorte fruuntur. Ego cetera quidem praesentibus bonis fruor; amor enim, neque id unquam negavero: literas vero ab amante non accipiens injuria adficior. Quod si honore illo nunquam fuissem adfectus, eum fortasse non desiderassem. Jam vero Euphrates suavior mihi est Bosphoro. Inde enim ad me scribebas, eo etiam tempore, quo corpus tuum Medicorum manibus erat obnoxium. Postquam vero eo trajecisti, non quidem te mei oblitum penitus esse dixerim: nescio tamen, qui factum sit ut literis me tuis exhilarare negligeres. Per Deos vero, qui te nobis ex maximis periculis salvum praestiterunt, precor, ut pristinum illum honorem renoves, atque ea, quae olim, largiaris. Vehementer enim velim eundem virum epistolam meam, novo facto initio us, quibus decet, ornantem videre. Maxime enim indignum fuerit, eundem, qui olim prae aliis multa praestiterit, nunc nihil agentem, aliorum studia intueri.

MCV. ΒΗΛΑΙΩι. (1)

Πεῖραν ἔλαβον Ἐγκρατίου τουτουὶ οὐκ ὀλίγην μὲν ἐν Ἀγκύρᾳ, πλείω δὲ τῇδε. Καί μοι ἔδοξε καὶ τότε καὶ νῦν εἶναι χρηστὸς, καὶ οἷος εἰκότως ἂν πιστεύεσθαι καὶ φιλεῖσθαι. Εἴς τε γὰρ οἰκίας λαμπρὰς εἰσιὼν, κακοῦ μὲν οὐδενὸς (2), πολλῶν δὲ αἴτιος αὐτοῖς ἀγαθῶν γεγένηται, σπουδῆς τε (3) καιροὺς οὐκ ἀγνοῶν οἶδε καὶ παίζειν, χαρίτων μεστὰς τὰς συνουσίας ποιῶν. Τῶν δὲ σῶν καλῶν ᾔσθετο καὶ τοῖς ἐνταῦθα μηνυτὴς ἧκε τέρπων αὐτόν τε καὶ τοὺς ἀκούοντας τῇ διηγήσει τῶν ἔργων. Ἔστω (4) δή τις αὐτῷ καὶ παρὰ σὲ εἴσοδος, καὶ θαρρείτω τάγε τοιαῦτα, καὶ τοὺς αὐτοῦ (5) πολίτας ἡ τιμὴ μὴ (6) λανθανέτω. Ὥσπερ γὰρ τοὺς ἐν δυνάμει τοὺς πονηροὺς φεύγομεν, οὕτω τῶν οὐ (7) δυνατῶν μὲν, τἄλλα δὲ ἐπιεικῶν, ἀσπάζεσθαι (8) προσήκει τὰς ὁμιλίας (9). Οὕτω γὰρ ἂν καὶ (10) πολλοὺς προτρέποιμεν ἐπὶ τὰ ἴσα, δεικνύντες, ὡς ἐν ἁπάσαις τύχαις ἡ καλοκαγαθία τιμᾶται. Ἐγκράτιος δὲ ὁμοῦ μὲν αὐτὸς ἠξίωσε τυγχάνειν λόγου τινὸς, ὁμοῦ δὲ Ἀρίωνα τῶν περιεστηκότων ἀπαλλαγῆναι κακῶν. Τοῦτ᾽ οὖν Ἐγκρατίῳ χάρισαι, καὶ γενέσθω διὰ τὴν χάριτος μέγας, ἵν᾽ οὗτος μὲν ἐμοὶ χάριν εἰδῇ, τοιαῦτα ἔχων αἰτεῖν (11), ὁ δὲ τούτῳ. ταῦτα πρὸ τῶν ἄλλων ᾔτηκε (12).

BELAEO.

Expertus cognovi, *Encratium* hunc, non parum quidem Ancyrae, magis autem heic locorum. Et mihi quidem & tunc & nunc visus est optimus, talisque qui & fide & amore sit dignus. Multis enim familiis familiarior factus nihil illis molestiae, multa vero commoda paravit, idemque seria agendi tempus non ignorans, etiam jocari, & amicorum consortia suaviora reddere didicit. Idem praeclaras dotes perspexit, earumque interpres apud nos factus est, & se ipsum & audientes rerum tuarum enarratione delectans. Illi, velim, etiam ad te aditus pateat, & hoc sibi sumat, cives vero ejus hic honor non lateat. Sicut enim illos, qui multa possunt & mali sunt, fugimus; ita eorum, qui parum possunt, sed cetera boni sunt, consortia consectari debemus. Ita enim etiam alios ad similia excitaverimus, ostendentes, probitatem in omni fortunae genere magni aestimari. Ceterum *Encratius* & sui quandam rationem haberi, & *Arionem* illis, quibus urgetur, calamitatibus liberari cupit. Largire itaque utrumque *Encratio*, tuaque is ope fiat illustrior, ut hic quidem, qui haec petere potuit, mihi gratiam habeat, huic vero ille. Haec enim ante omnia petiit.

MCV. ACA-

(2) ταύτῃ τῇ τιμῇ, *Medic.* D. (3) *Medic.* μέν γε, Cod. 3073. (4) τὰ πρότερα, *Medic.* (5) Mallem με, ut respondeat τῷ κεκοσμημένον. (6) Sic *Medic.* pro ὡς Cod. 3073. (7) Ita scripsi pro ἀρχὴ δευτέρα, quod in utroque est codice. Libanius precatur, ut Salustius, novo facto initio, pristinum sibi studium probet.

EP. MCV. (1) Ἀντίγραφος est in Cod. 3073. *Belaeo* inscribitur in *Mutin.* C. *Honorato* in *Medic.* B. & *Maximo* in *Vatic* B. (2) οὐδενὶ *Medic.* male. Nam κακοῦ οὐδενὸς opponitur sequenti πολλῶν ἀγαθῶν. (3) σπουδῶν τε, *Medic.* (4) Ἔτι, *idem.* (5) αὐτοῖς, *idem.* (6) μὴ illud deest in Cod. 3073. quod recte habet *Medic.* (7) οὐδὲν, *Mutin.* C. (8) ἀσπάζεσθαι, Cod. 3073. vitiose. (9) ὁμιλίαι consortia & consuetudinem hic denotant, ut 1 *Cor.* XV. 33. (10) καὶ deest in *Medic.* (11) τοιαῦτα l.-ἂ. desunt in *Mutin.* C. (12) Sic Cod. 3073. pro ᾔτει, quod est in *Medic.* & *Mutin.*

EP.

ACACIO.

Jam diu tacui prae pudore, quod nonnulla a te praeter leges fieri volui. Postquam enim a te petii, ut generosum mihi equum emeres, lege id prohibitum esse intellexi: neque licere imperanti a subjectis quicquam emere. Tu quidem me non contristaturus, id tacuisti, ego vero ab aliis edoctus erubui, recogitans, qualis fueris ea, quae in tua non sunt potestate, rogatus. Hujus igitur rei veniam mihi expeto. Cum enim in aliis rebus verser, harum sum ignarus. Jam vero a te peto, ut *Achaei* filiis, quorum mater *Sopatri* soror est, opem feras. Trahuntur enim illi in Senatum majorem; patre vero nati sunt exigua magnis praeferente, quique patriam suam juvare, quam juxta Bosphorum sublimia aucupari, maluerit. Fac igitur, ut juvenes illi in ea conditione, in qua sunt, persistant, atque adeo, quae patri videntur consulta, praeferantur, illis vero sua conserventur. Salus enim eorum in eo posita est, ut, in quibus sunt, perseverent. Si quid vero mutationis acciderit, omnia perierint. A me itaque hoc tantum dicitur, ut amicos juves, quomodo vero juvare oporteat, id ipse statues, qui & vias ejusmodi cognitas habeas, & facultate ex paupertate sis instructus. Hanc enim omnes, qui tua non ignorant, reveriti, nutui tuo statim in omnibus obtemperant.

MCVI. ΑΚΑΚΙΩ. (1)

Πάλαι ἐσίγησα χρόνον ὑπ' αἰσχύνης, ὅτι (2) σε ἠξίωσα πρᾶξαί μοί τι τῶν νόμων ἔξω. Μετὰ γὰρ τὸ δεηθῆναί σου πρίασθαί μοι πῶλον εὐγενῆ, νόμον τοῦτο ἤκουσα κωλύεσθαι. μὴ γὰρ ἐξεῖναι τὸν ἄρχοντα παρὰ τῶν ἀρχομένων ὠνεῖσθαι. Σὺ μὲν οὖν με λυπεῖν οὐκ ἐθέλων τοῦτο ἔκρυψας, διδαχθεὶς δὲ αὐτὸς ὑφ' ἑτέρων ἠρυθρίασα, λογιζόμενος, τίς ἦσθα αἰτούμενος τὰ μὴ σά; Ἐκείνων μὲν οὖν μοι συγγνώμη. Τὸ γὰρ ἐπ' ἄλλοις διατρίβειν, ἄπειρον τῶν τοιούτων ποιεῖ. Νῦν δέ σε παρακαλοῦμεν, ἀμῦναι τοῖς Ἀχαιοῦ παισὶν, ὧν ἡ μήτηρ Σωπάτρου θυγάτηρ. Ἕλκονται μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν μείζω βουλὴν, πατρὸς δέ εἰσι τὰ μικρὰ πρὸ τῶν μεγάλων ἑλομένου, καὶ τὴν αὐτοῦ μᾶλλον βουληθέντος ὀρθοῦν, ἢ περὶ Βόσπορον ἀεροβατεῖν. Τήρησον τοίνυν τοὺς νέους ἐπὶ τῆς τάξεως, ἧς εἰσι κληρονόμοι. ὡς τά γε τῷ πατρὶ δοκοῦντα νικάῃ, καὶ τοῖς δὲ τὰ ὄντα σωθείη. Μία γὰρ αὐτοῖς ἀσφάλεια, μένειν, ἐφ' ὧν εἰσί. Καινὸν δὲ εἴ τι γένοιτο, πάντα οἴχεται. Παρ' ἡμῶν μὲν οὖν τοσοῦτον λέγεται, ὅτι βοήθει φίλοις, τὸ δ' ὅπως δεῖ βοηθεῖν αὐτὸς κρίνῃς, εἰδὼς δὲ τὰς τοιαύτας ὁδοὺς καὶ δύναμιν ἐκ πενίας ἔχων. ταύτην γὰρ αἰδούμενοι πάντες οἱ τὰ σὰ οὐκ ἀγνοοῦντες, ὅ, τι νεύσειας, εὐθὺς ὑπουργοῦσιν.

ANONYMO.

Multa sunt, quae me ad *Petronium* colendum adducunt. Nam & condiscipulus meus fuit, & magistratu mascule functus est, nunc autem in libris & literis versatur, de rebus ad sapientiam spectantibus perpetuo nunc interrogans nunc respondens, somnumque docentibus excutiens. *Petronium* enim mox adfuturum esse dum sperant, somnio indulgere non possunt. Atque ille quidem, quoad caussidicus erat, permultis injuria adfectis adfuit, pluribus vero suo Judicis suffragio. Haec Euphrates novit, fluvius, quem poëticum aliquis dixerit. Et nisi fortuna asperior obstitisset, nunc quidem res maximas administraret. Interim inclementiam ejus, qua est prudentia, fert patienter. Cum vero ipsi caussa aliqua agenda erat, in qua ex legibus ipsis nascebatur disputatio, optimus *Secundus* novit, ut opinor, illius partes illis aliorum fuisse superiores. Ille vero consultius arbitratus, ut haec legum pugna Regis arbitrio dirimeretur, per literas interrogavit Imperatorem, quid factu sit opus. Ille autem responsionem differens obiit. Posthaec otium non erat Regum pari, sed multa potius agenda: itaque haec caussa negligebatur. Ne itaque procedens tem-

MCVII. ΑΝΩΝΥΜΩ.

Πολλά με τὰ πείθοντά ἐστι τὸν γενναῖον αἰδεῖσθαι Πετρώνιον (1). Καὶ γὰρ συμφοιτητὴς, καὶ ἦρξε σὺν ἀρετῇ, καὶ νῦν ἐστιν ἐν βιβλίοις καὶ λόγοις, ὥστε τῶν εἰς σοφίαν φερόντων τὰ μὲν ἐρωτῶν, τὰ δὲ ἀποκρινόμενος, διατελεῖ, καὶ τὸν ὕπνον ἀφαιρεῖ τῶν διδασκάλων. Τὸ γὰρ ἐλπίζειν ὡς αὐτίκα φανεῖται Πετρώνιος, οὐκ ἐᾷ καθεύδειν. Οὗτος ἐβοήθησε μὲν ἐν τάξει ῥήτορος μυρίοις ἀδικουμένοις, ἐβοήθησε δὲ ἀπὸ ψήφου πλείοσι. Καὶ ταῦτα οἶδεν Εὐφράτης, ὁ ποταμὸς εἴποι ἄν τις ποιητικός (2). Εἰ δὲ μὴ δαίμων τις ἄγριος ἀντέκρουσεν, ἦν ἂν νῦν ἐγγὺς τοῦ τὰ μέγιστα διοικεῖν. ἀλλὰ τὴν μὲν ἐκείνου ἐπήρειαν τῷ πεπαιδεῦσθαι ῥᾳδίως φέρει. Δίκης δὲ αὐτῷ γενομένης, ἐν ᾗ πόλεμός τις ἐξεφάνη νόμων, εἶδε μὲν ὁ κράτιστος Σεκοῦνδος, ὡς οἴομαι, τὰ τῶνδε τοὺς ἑτέρους τρέποντα. νομίσας δὲ μακρῷ βέλτιον, βασιλέως γνώμῃ τὸν ἀγῶνα λυθῆναι τῶν νόμων, γράψας ἐρωτᾷ τόν τε κρατοῦντα, τί χρὴ δρᾷν. Ὁ δὲ, μέλλων ἀποκρίνεσθαι ᾤχετο. Μετὰ ταῦτα ἀσχολία τοῖν βασιλέοιν, καὶ πλῆθος πραγμάτων. τὰ τούτου δὲ οὐδαμοῦ. Ἵν' οὖν μὴ προϊὼν ὁ χρόνος

EP. MCVI. (1) Huic inscribitur in *Vatic*. B. quae in Cod. 3073. est ἀνεπίγραφος. (2) ὅτι hic est pleonasticum, quale & in Novo Instrumento passim occurrit.

EP. MCVII. (1) Quis hic sit *Petronius*, non dixerim. Plures hujus nominis Libanio aequales fuisse manifestum facit *Jac. Gothofredi* Prosopographia p. 377. Videtur is esse, ad quem aliquot Symmachi exstant epistolae. (2) ποιητικὸς forsasse idem h. l. est, atque *ad res agendas promtum & idoneum reddens*, quemadmodum *Aristoteles* Rhetoricorum I. ἀρετὰς ἀγαθῶν ποιητικὰς appellat. Interim ea notione, quam in versione expressi, paulo post ep. 1113. occurrit.

τοῦ περισύρῃ τὴν ἐρώτησιν, σὺ, ὦ 'γαθὲ, γενόσθω ζητῆσαί τε τὰ γράμματα, καὶ τἄλλα τούτοις πρᾶξαι. τὸ πλεῖστον δ' ἐστὶ τῶν περὶ ταῦτα ἐν σοί. πρέποι δ' ἂν σοι τῶν ῥητόρων ἐπιμελεῖσθαι πλεῖστα δὴ λόγων ἀπολελαυκότι. ἐπεὶ καὶ τὸ παρὸν σχῆμα καὶ ἡ νῦν ὑπάρχουσα δύναμις, ὡς μὲν καὶ δι' ἄλλο τι, πλέον δὲ διὰ τούτους ὑπῆρξεν.

tempus interrogatum hoc prorsus intervertat; da quaeso, vir optime, operam, ut literae investigentur, &, quae decet, fiant. Per te vero hoc omne stat potissimum. Tuum autem fuerit Rhetorum causam agere, qui maximum eloquentiae fructum ceperis. Nam & praesens dignitas, &, quam habes, auctoritas, ut aliis tuis dotibus, ita potissimum eloquentiae illi tuae debetur.

MCVIII. ΦΙΛΟΞΕΝΩι. (1)

Πρᾶγμά ἐμοι ποθεινὸν, ἐπιστολὴ παρ' ὑμῶν. καὶ εἴθε μὲν ἐξεγένετό μοι καὶ αὐτῆς συνεῖναι τῆς φωνῆς. οὕτω γὰρ ἂν ἥδιον ἔσχον ὥσπερ τις ἐραστὴς, αὐτὸν ὁρῶν τοῦ πυθομένου τὴν θέαν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰς εἰκόνας εἰώθαμεν ἀγαπᾷν τῶν ἐρωμένων, ὅταν αὐτοὺς μὴ δυνηθῶμεν ἰδεῖν. Τὰ σύμβολα δὲ ὅτι μὲν τῆς ἑορτῆς ἐστιν, ἀγαθά μοι δοκεῖ. διότι δὲ παρ' ὑμῶν, διπλάσια δικαίως λογισθήσεται.

PHILOXENO.

Vestrae literae mihi jucundissimae accidunt. Utinam vero & vocem vestram audire mihi licuisset! Sic enim amantis instar majorem cepissem voluptatem, ipsum loquentis vultum conspicatus. Enimvero amatorum quoque imagines amare solemus, si ipsos videre non liceat. Ceterum symbola illa, tanquam solemnis festi indicia, optima mihi videntur, recte vero duplici nomine talia aestimabuntur, quod per vos mittantur.

MCIX. ΙΕΡΟΚΛΕΙ. (1)

Σὺ πατρώαν μὲν πάνυ μικρῶν ἐκληρονόμησας χρημάτων. ἃ δὲ δίκας λέγων εἰργάσω, δικάζων ἀνήλωκας (2). καί σοι σύνεστιν ἀντὶ χρυσίου δόξα. Πόθεν οὖν μοι πέπομφας τὸ χρυσίον; Εἰ μὲν ἐντυχὼν θησαυρῷ φράζε, καὶ δεξόμεθα. εἰ δ' οὐκ ἐντυχὼν, ἐπειδὰν ἐντύχῃς, δεξόμεθα.

HIEROCLI.

Tu patrimonium valde quidem exiguum nactus es: ea vero, quae causis perorandis tibi peperisti, Judicis officio fungens, impendisti. Gloriam itaque pro auro habes. Unde igitur aurum mihi misisti? Quod si in thesaurum aliquem incideris, expone rem, & munus illud accipiam: sin minus incideris, quamprimum incideris, accipiam.

MCX. ΑΝΩΝΥΜΩι. (1)

Συνήσθην σοι τὸν γενναῖον Εὐάνθιον εὖ πεποιηκότι. Ταῦτα γὰρ αὐτὸς ἐδίδασκε. Συνήσθην δὲ καὶ αὐτῷ τὸν καλὸν Ἀρίστωνα κεκτημένῳ φίλον. Καί πω οὐχ ἥκιστα τὴν παροιμίαν ὁρῶ βεβαιουμένην, ἣ τὸν ὅμοιον παρὰ τὸν ὅμοιον ἄγει. Ἡμᾶς δὲ ὁμοίως ἴσως μέν τι καὶ ἄλλο ποιεῖ, μέγιστον δὲ, τὸ φίλοις εἰδέναι βοηθεῖν. Σύ τε γὰρ πανταχῇ θαυμαστὸς ὢν ἐντεῦθεν διαφερόντως ᾄδῃ. καὶ οὗτος τοῦ Θησέως εἰς φιλίαν οὐ χείρων. Ἃ μὲν οὖν ἤδη σοι πέπρακται περὶ αὐτὸν, ἐπαινῶ. Βουλοίμην δ' ἂν λαμπρότερον δειχθῆναι τὴν εὔνοιαν, ὅπως τι καὶ τῶν γραμμάτων ἔργον εἶναι δοκῇ.

ANONYMO.

Gratulatus tibi sum, qui eximium *Evanthium* beneficiis ornaveris. Id enim ipse nos docuit. Huic vero itidem gratulatus sum, qui optimum *Aristonem* amicum sibi conciliarit. Jam non minus intelligo, ratum esse proverbium, quod similes similibus jungi ait. Nos vero fortasse & alia quaedam similes faciunt; id tamen in his praecipuum est, amicos juvare didicisse. Tu enim, qui undiquaque admirationem tui moves, hoc potissimum nomine celebraris. Itaque in amicitiae negotio Theseo non es inferior. Quae itaque illi a te jam praestita sunt, illa laudo. Velim tamen ut benevolentia illa tua illustrior appareat, atque sic meae quoque literae aliquid apud te valuisse videantur.

MCXI. ΘΕΜΙΣΤΙΩι. (1)

Σύρος μὲν ὁ ἄριστος Ἰουλιανὸς, χαίρων δέ παρ' ἡμῶν ὡς ὑμᾶς ἠπείγετο. Θαυμάζοντος δὲ ἐμοῦ τὸ μετ' εὐθυμίας οἴκοθεν ἄλλοσε τρέχειν, μὴ θαύμαζε, ἔφη, τῆς

THEMISTIO.

Praestantissimus *Julianus* gente quidem Syrus est, sed vel sic laetus a nobis ad vos contendit. Miranti mihi, quod tam hilaris domo peregre abiret, noli, inquit, mirari: rei enim in-

EP. MCVIII. (1) Epistola haec inter illas Dionysii, Sophistae Antiocheni, ab H. Stephano & aliis editas, exstat n. 1. Libanio autem tribuitur in Cod. 3073. ἀνεπίγραφος, & in *Medic. E. Philoxeno* inscripta.

EP. MCIX. (1) Ἀνεπίγραφος est in Cod. 3073. At in *Vatic.* A. *Hieroclis* nomen refert. (2) ἀνάλωσας, *Medic.* D.

EP. MCX. (1) Ἀνεπίγραφος est in Cod. 3073. Ad *Aristonem* datam esse ex ipsa epistola suspicor. Qui enim in ea *Ariston* appellatur, eum de eo accipio, ad quem scripta fuit. Ita enim noster etiam alias.

EP. MCXI. (1) Ἀνεπίγραφος est in Cod. 3073. *Themistio* inscribitur in *Medic.* C. *Menandro* in *Mutin.* C. & Μενάνδρῳ in *Vatic.* 945. Themistii nomen recte exprimi ipsa docet epistola.

(2) He-

insolitae auctor est *Themistius*, alliciens omnes & fascinans, resque maximas, & inter has etiam literarias, proponens. Haec ego audiens miratus sum, recteque ille judicare mihi videbatur. Oraculum enim illud homini Graeco terram omnem patriam esse ajebat. Ego vero, si quid addere mihi liceat, terram omnem, in qua *Themistius* sit, homini literarum amanti patriam esse dixero. Inter hos vero princeps est *Julianus*, qui non solum nostram norit linguam, sed & Romanorum illam suam fecerit, praetereaque Platonis nonnihil & siderum doctrinam calleat. Horum ille nihil, cum magistratu fungeretur, vilipendit, at pauper abiit ab ipsis Phoenicibus, qui tamen alios ditare norunt. Ostende itaque homini libros, qui librorum & doctrinae elegantiam & perspicere & admirari didicit.

τῆς καινῆς γὰρ ταύτης Θεμίστιος αἴτιος, ἕλκων καὶ γοητεύων, καὶ μεγάλα παρατιθεὶς ἕνα καὶ μουσικά. Ταῦτα ἀκούων ἠγάσθην, καί μοι ἔδοξεν ὀρθῶς ἔχειν. ὁ μὲν γὰρ χρησμὸς ἀνδρὶ Πελασγῷ πᾶσαν ἔφησε γῆν εἶναι πατρίδα (2). Ἐγὼ δὲ, εἴ μοι προσθεῖναι θέμις, πᾶσαν γῆν, ἐν ᾗ Θεμίστιος, παντὶ φιλολόγῳ φαίην ἂν εἶναι πατρίδα. Τῶν δ᾽ αὖ φιλολόγων ὅτι περ κεφάλαιον Ἰουλιανὸς (3), εἰδὼς μὲν τὰ ἡμέτερα, προσειληφὼς δὲ τὰ Ἰταλῶν, ἔχων δέ τι καὶ περὶ Πλάτωνος, καὶ τὸ κατ᾽ οὐρανὸν λέγειν. ὧν οὐδὲν ἄρχων κατῄσχυνεν, ἀλλ᾽ ἀπῆλθε πένης καὶ παρὰ τῶν πλουτίζειν ἐπισταμένων Φοινίκων. Δεῖκνυ (4) δὴ τῶν βιβλίων ἀνδρὶ δυναμένῳ κάλλος βιβλίων καὶ ἰδεῖν καὶ θαυμάσαι.

CLEARCHO.

Naumachius, vir humanissimus, jam pridem nobis amicus est, quem, qui norunt, amant, cum omnia ejus laude prosequi, nihil autem reprehendere possint. Tu vero ipse, si virum fueris expertus, idoneas eum amandi causas esse fateberis. Modestus enim est, & alios revereri didicit, neminem vero eloquentiae suae vi unquam laesit, contra vero aliis injuria affectis adsuit. Hac ratione Phoenicas sibi conciliavit. Modo vero agros suos, quos in Pamphylia possidet, per tempus aliquod visurus venit, opportunum hoc eam videndi tempus esse ratus, quo illa Orbis pars tuis auspiciis gubernatur. Ex tuo igitur leges tuendi studio proficiet. Hoc enim commodum omnibus jubes esse commune. Praeter hoc vero etiam in ceteris humanitatem tuam illi testatam facito, & tibi eum esse acceptum, non opere tantum sed & vultu tuo demonstra. Quod si eum tergiversari prae pudore videas, (modestiae enim inprimis studuit,) ipsum excita, & exponere sua jube. Si vel sic nullo se urgeri responderit, insta; & sic videbis, ea illum tacuisse, de quibus dicere debuisset. Ubi igitur res suas tua ope feliciter confecerit, remitte eum nobis, rebus a te gestis onustum, quas Syris, interpretis instar, nuncians, *Clearchi* imperandi peritiam praedicare possit.

MCXII. ΚΛΕΑΡΧΩι. (1)

Τῶν παλαιῶν ἡμῖν φίλων Ναυμάχιος ὁ χρηστὸς, ὃν, ὅσοιπερ ἐπίστανται, φιλοῦσι, πάντα μὲν ἐπαινεῖν ἔχοντες, αἰτιᾶσθαι οὐδέν. Φήσεις δὲ καὶ αὐτὸς, πεῖραν αὐτοῦ λαμβάνων, λόγον ἔχειν ἐν τοῖς φιλοῦσι τὸ φίλτρον. πρᾶός τε γὰρ ἀνὴρ, καὶ εἰδὼς αἰσχύνεσθαι, καὶ τῇ τῶν λόγων δυνάμει κακὸν μὲν ἔδωκεν οὐδὲν οὐδενὶ, εὖ δὲ ἐποίησεν, οὓς ἀδικουμένους εἶδε. Φοίνικας μὲν οὕτως ἀπηρτήσατο. γῆν δὲ ἣν ἐν Παμφυλίᾳ κέκτηται, διὰ χρόνου νῦν ὀψόμενος ἥκει, νῦν εἶναι καιρὸν ἡγούμενος ἐπιβῆναι Παμφυλίας, ὅτε δὴ τῇ σῇ γνώμῃ τὸ μέρος ἐκεῖνο τῆς οἰκουμένης ἄγεται. Τῶν μὲν οὖν νόμων μετὰ τῶν ἄλλων ἀπολαύσει. Κοινὸν γὰρ τοῦτο προτίθης ἀγαθόν. τὴν δ᾽ ἄλλην φιλανθρωπίαν ἅπασαν αὐτῷ πέτασον, καὶ ποίει δῆλον, ὅτι αὐτῷ χαίρεις, μὴ μόνον τοῖς ἔργοις, ἀλλὰ καὶ τῷ βλέμματι. κἂν ὀκνοῦντα εὑρίσκῃς ὑπ᾽ αἰδοῦς, πάνυ γὰρ τὸ αἰδεῖσθαι ἤσκηκεν, αὐτὸς κίνει, καὶ κέλευε λέγειν. κἂν φάσκῃ μηδὲν ἐπείγειν, ἔγκεισο. καὶ οὕτως αὐτὸν ὄψει σεσιγηκότα, περὶ ὧν ἦν ἀνάγκη λέγειν. Ὅταν οὖν τὰ αὐτοῦ μετὰ σοῦ θῆται καλῶς, πέμπε ἡμῖν αὐτὸν γέμοντα τῶν παρὰ σοὶ πραττομένων ἄγγελον εἶναι Σύροις τῆς Κλεάρχου περὶ τὸ ἄρχειν τέχνης.

IPHICRATI.

Quis te decepit, ut Poëtam me crederes? Carmina quidem ego amo, condere autem non possum, quamvis saepe voluerim: sed natura votis non respondebat. Tu vero de tuis illis judicem te meliorem ne requiras, qui

MCXIII. ΙΦΙΚΡΑΤΕΙ. (1)

Τίς ὁ ἐξαπατήσας ὡς ἐγὼ ποιητικός; Ἐγὼ δὲ ἔπη φιλῶ μὲν, ἐργάζεσθαι δὲ οὐκ οἶδα. καίτοι πολλάκις ἐπεθύμησα. Ἀλλ᾽ ἡ φύσις οὐκ ἠκολούθησε. Τῶν (2) δὲ σῶν κριτὴν ἀμείνω σαυτοῦ μὴ ζήτει, ἐπεὶ καὶ νῦν λέ-

(2) *Herodotus* id, si recte memini, refert. Constat alias, sapientes terram omnem patriam sibi esse professos. Ita Diogenes κοσμοπολίτην se dixit, quod Socrati alii tribuunt. Vide *Menagium* ad Diogenem p. 250. a. Adde *Gatakerum* ad M. Antoninum VI. 44. II. 26. & III. 11. (3) *Julianus* hic ab Imperatore diversus est, quod sequentia ostendunt. (4) δεῖκνυε δὲ, *Mutin.* C.

EP. MCXII. (1) Ἀντίγραφος est in Cod. 3073. *Clearcho* inscriptam esse ex calce epistolae apparet.

EP. MCXIII. (1) Ἀντίγραφος est in Cod. 3073. *Iphicratis* nomen habet *Medic.* B. *Modesti*, *Medic.* A. *Iphicratis* nomen recte habere epistola ipsa docet: ea enim illum Poetam repraesentat, cui arti *Modestum*, in rebus quippe agendis semper versatum, & amplissimis dignitatibus functum, studuisse non credideris. (2) τῶν, Cod. 3073. sed ita, ut supra ο scriptum sit ω: τῶν *Medic.* A. clare.

λέγων, ἢ χρὴ γενέσθαι τὴν βάσανον, ἐδήλωσας, ἣν ἔχεις περὶ τὸ κρίνειν τέχνην. Μᾶλλον οὖν αὐτὸν ἔδει μετὰ τοῦ ποιήματος καὶ τὸν ἐφ' ἑκάστῳ μέρει χαρίσασθαι λόγον, ἢ παρ' ἡμῶν μεταπέμπεσθαι τὸ δεύτερον, ὃς οὐ πώποτε πείσεις ἐπιλαβέσθαι τῶν σῶν, πρὶν ἂν καὶ τῶν Ὁμήρου καὶ τῶν Ἡσιόδου καὶ ὅσοι μετ' ἐκείνους ἐν χορῷ ποιητῶν ἠρίθμηνται. καίτοι πολλοὺς οἶδα καὶ τῶν πάλαι καὶ τῶν νῦν ἀπὸ τοῦ ῥᾳδίως τῶν γραφόντων κατηγορεῖν θηρεύοντας δόξαν, οἳ τοὺς μὲν ἄλλους ἐκφοβοῦσιν, ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν εἶναι ψυχροί. οὐ δὴ πείσομαι, ὃ μέμφομαι. Φημὶ δέ σοι τὸ ποίημα μετὰ Μουσῶν συγκεῖσθαι. καὶ τοῦτο οἶσθα (3) μᾶλλον ἑτέρων. Ἀλλ' εἰ δεῖ πάντως τι καὶ ἡμᾶς περὶ αὐτοῦ διελθεῖν, ὅταν ἐν ταυτῷ γενώμεθα. σύν τε δύ' ἐρχομένω (4).

qui etiam nunc, ostendens, quomodo illa examinanda sint, tuam de illis judicandi artem testatam fecisti. Te itaque potius una cum carmine ipso commentationem in singulas partes mittere ad me, quam illam a me exigere oportebat, quem nunquam adduxeris, ut tua reprehendat, nisi idem in *Homerum*, & *Hesiodum*, omnesque, qui inter Poëtas unquam numerati sint, fecero. Novi quidem multos veteris & nostrae memoriae, qui ex facili scriptorum reprehensione gloriam captant. Qua quidem re alios timidiores reddunt, mihi vero frigidi videntur. Absit itaque, ut ad illud, quod ipse culpo, faciendum adducar. Ajo potius, carmen hoc tibi Musis propitiis natum esse, quod & tu rectius aliis nosti. Quod si tamen omnino & nos de eo dicere oporteat, fiet illud, ubi una fuerimus. *Uterque igitur idem agemus.*

MCXIV. ΝΙΚΕΝΤΙΩι. (1)

Ἀνδρὸς ἡμῖν δεῖ τοῦ Παιανίῳ συγκαταπράξαντος, ὑπὲρ ὧν ἐσπούδακε. Σὲ δὴ (2) τοῦτον ἐκεῖνον ἡγούμενος ἔδωκα τὴν ἐπιστολήν, παρασκευάσας αὐτῷ μηδενὸς μὲν δοκεῖν ἀμελεῖν, σοὶ δ' ὡς ἀληθῶς πιστεύειν. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων οἱ μὲν οὐδ' ἂν προέλοιντο βοηθεῖν, τῶν δὲ τὰ μὲν προοίμια σφοδρά (3), τὰ δὲ ἑξῆς οὐ τοιαῦτα. Πάρα δέ σοι καὶ τὸ ἐθέλειν, καὶ δύναμις (4), καὶ τὰ δεύτερα ἀεὶ τῶν προτέρων ἀμείνω. Ταῦθ' ἡμᾶς πέπεικεν ἐν σοὶ τὰς ἐλπίδας περὶ τοῦ παντὸς ἔχειν. Βεβαίου τοίνυν ἡμῖν τὰς προσδοκίας, παύων μὲν ἅπαν δύσκολον, προξενῶν δέ τι καλόν, οὐκ εἰς ἀχάριστον, ἀλλ' εἰς ἄνδρα σπουδαῖον ἐπιδείξῃ τὴν ἀρετὴν λόγων τε ἐπιστήμονα (5), καὶ πρὸς ταραχὰς ἀνδρεῖον, δόξης τε ἐραστήν, καὶ δοῦναι μᾶλλον ἢ λαβεῖν εἰδότα. Νῦν μὲν οὖν με μείζω λέγειν οἰήσῃ, τῇ πείρᾳ δὲ τὸν ἑταῖρον μανθάνων πολλὰ φήσεις (6) σεσιγῆσθαι τῶν ὄντων.

NICENTIO.

Viro nobis opus est, qui *Paeanio* opituletur ad illa, in quibus versatus est, perficienda. Te itaque talem esse existimans ego, hanc ad te dedi epistolam, auctorque ipsi fui, ut ipse quidem nihil negligentius agere videatur, tibi autem certissime confidat. Inter reliquos enim alii quidem vix animum ad juvandum adjicient, alii vero sub initium alacres erunt, ubi vero res processerit, non item. Tibi autem nec voluntas, nec facultas deest, & posteriora prioribus semper sunt meliora. Haec nos adduxerunt, ut spem totius negotii in te positam haberemus. Ratam itaque esse jube nostram hanc de te exspectationem, & adversa quidem amolire, prospera autem concilia, virtutem tuam non ingrato, sed ingenuo, dicendi quoque perito, in turbis porro animoso, gloriaeque cupido, tali denique, qui dare, quam accipere malit, demonstraturus. Jam quidem praeclarius, me, quam par erat, loqui de eo putabis, deinde vero multa, quae habet, silentio praeterita dices, ubi amicum hunc nostrum expertus didiceris.

MCXV. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι. (1)

Ἀπήλλαξάς με δέους, οὗ εἶχον, ὥς σέ τι λελυπηκὼς ἄκων. Οὐ γὰρ δὴ ἑκών γε μήποτε οὕτως ἀτυχήσαιμι (2). Καί μοι λαμπρὸν ὁ Πολύβιος προσήνεγκε (3) μισθόν, γράμματα σά, ἃ Σωκράτην τινὰ μηνύει παρὰ (4) σοὶ διατρίβοντα, καὶ τῷ ὄντι (5) βλέπων εἰς Σωκράτην ἐπέστελλες. Οὕτως ἦν (6) ἐκεῖθεν τὰ ῥήματα. Τοῦτο δ' ἐστὶ κατηγορία τοῦ συγκρότου τὸν

PRISCIANO.

Liberasti me timore, quo angebar, ne forte invitus te laeserim. Neque enim unquam destinata opera tam infelicem me reddidero. *Polybius* epistolam tuam, egregium munus, mihi attulit, quae *Socratem* quendam apud te commorantem demonstrat. Vere enim, dum scripsisti, *Socratem* ante oculos habuisti. Adeo verba omnia eum referebant. Hoc ipsum vero culpam tibi impingit, qui superiora tem-

(3) οἶδα, *Medic.* A. (4) Vide *Homerum* Iliad. κ. v. 224. [Sequentes epistolae debentur *Codici Regio Parisiensi* 3290. qui manu *Caesaris Strategi* est exaratus.]

EP. MCXIV. (1) Vide *Centuriam* meam ep. XCII. ex *Barocc.* ubi inscribitur *Nicentio*, sicut & in *Medic.* B. & E. & *Ambros.* In Cod. 3290. male νικεντίῳ. Ad *Nicentium* hunc, qui sub Valente rebus praefuit, plures nostri exstant epistolae. Conf. *Gothofredi* Prosopograph. p. 375. (2) alii δὲ, *Golian.* nec δὴ nec δὲ habet. (3) σφοδρὰ deest in Cod. 3290. (4) τὸ δύνασθαι, *Golian.* (5) καὶ ἐπιστήμονα λόγων, *Golian.* (6) φήσεις μὲν πολλά, *idem.*

EP. MCXV. (1) Vid. *Centuriam* meam ep. LXXXIII. ex *Barocc.* Πρισκιανῷ, *Mutin.* A. (2) *Medic.* B. Cod. 3290. & *Golian.* pro ἀτυχήσαιμι, *Barocc.* (3) προσήνεγκε *iidem*, quos dixi, & *Mutinens.* A. pro προσενήνοχε, *Barocc.* (4) παρὰ, *Mutin.* A. (5) Sic Codd. omnes excepto 3290. ubi est τῷ ὄντι. Schol. *Golianus* recte exponit per ὄντως. (6) ἦν deest in 3290.

(7) εἰ

tempora silentio transmiseris. Si enim propterea tacuisti, quod scribendi facultas deesset, majori autem, quam antea, nunc videris instructus, certe non scribens injuriam mihi fecisti. Oportebat itaque te operam sponte dare, ut ineptus ad defensionem appareres. Jam vero fieri non poterat, ut inconditas literas effunderes. Epistola enim tua elegantissima est, culpaeque adeo tuae te convincit.

τὸν παρελθόντα χρόνον. Εἰ (7) γὰρ ὡς οὐκ οὔσης σοι δυνάμεως ἐσίγησας (8), φαίνῃ δὲ ἔχων μείζω τῆς πρόσθεν (9), ἠδίκεις (10) οὐκ ἐπιστέλλων. Ἔδει οὖν ἑκόντα φαίνεσθαι φαῦλον ὑπὲρ τῆς ἀπολογίας. Νῦν δ' οὐ γὰρ ἦν οἷόν τε τὸν λόγον ἄμορφον γενέσθαι παρὰ σοῦ. Καλὴ μὲν γὰρ ἡ ἐπιστολὴ, τὸ δ' ἔγκλημα βεβαιοῖ (11).

MARIO.

Aprincius, quod est in proverbio, iterum in Pythum, h. e. in juvenum exercitationes fertur. Illi enim, qui forenses causas praeclare sit acturus, legum peritia opus esse existimat. Olim quidem Rhetor legum peritum in auxilium adhibebat, & uterque sibi invicem egregiam operam navabat: jam vero, qui legum ipse ignarus est, vere est Aegieus, qui nec numero nec loco ullo habetur. Laudo itaque *Aprincium*, & felicem judico. Laudo, eo, quo debebat, proficiscentem, felicem autem puto, quod Phoeniciam nunc adit, quam tu quidem, etiam antea pulchram, effecisti pulchriorem. Quae enim habiturus erat, si pater ipsius genti illi praeesset, iisdem, imo etiam amplioribus te Phoeniciae res administrante, fruetur! Patrem enim fortasse asperiorem nonnihil erat habiturus, tua vero omnia suavitate quadam & mansuetudine temperantur. Itaque juvenem hunc doctoribus commendabis, faciesque immunem ab iis, quibus juventus durius & morosius tractari solet. Copiam praeterea te adeundi illi facies, & in ceteris quoque humanitatem probabis.

MCXVI. ΜΑΡΙΩι.

Ἀπείγκιος κατὰ τὴν παροιμίαν, αὖθις Πυθώδε (1), πάλιν εἰς νέων διατριβάς. Ἡγεῖται γὰρ καὶ νόμων δεῖν (2) τῷ γε μέλλοντι συναγορεύσειν καλῶς. Καίτοι παρὰ μὲν τοῦ (3) ἔμπειρον ὁ ῥήτωρ προσελάμβανεν δὲ ἀλλήλων ἴσχυον. ἀλλὰ νῦν ὁ μὴ ἐκείνων μετέχων Αἰγιεὺς (4) ἀτεχνῶς. οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Καὶ ἐπαινῶ τοίνυν (5) τὸν Ἀπείγκιον, καὶ μακαρίζω. ἐπαινῶ μὲν, οἷ χρῆν (6), δραμόντα. μακαρίζω δὲ νῦν ἐπιβαίνοντα Φοινίκης, ἣν καλὴν οὖσαν καλλίω πεποίηκας. Ἃ γὰρ ἂν εἶχεν, εἰ ὁ πατὴρ αὐτῷ τὸ ἔθνος ἦγε (7), τούτων ἀπολαύσεται νῦν σοῦ Φοινίκην ὀρθοῦντος, μᾶλλον δὲ καὶ μειζόνων. Τοῦ μὲν γὰρ πατρὸς ἐπειρᾶτο ἂν ἔστιν ὅπῃ καὶ τραχυτέρου (8). τὰ δὲ σὰ πάντα ἡμέρας καὶ γαλήνης γέμοντα. Δῆλον οὖν, ὡς διδασκάλοις τὸν παιδίον ἐγχειριεῖς, καθαρόν τε (9) τηρήσεις, ὧν εἴωθεν ἡ νεότης ἀγροικίζεσθαι. δώσεις τε εἰσόδους παρὰ σὲ καὶ τ' ἄλλα φιλανθρωπεύσῃ (10).

PALLADIO.

Negas te curare scribere, ut etiam sine elegantia scribere tibi liceat. Scias vero te in scribendis literis eleganter versari, neque ab hoc impetu unquam remittere debere. Memor porro sis eorum, quae hinc profectus dixisti, quod nempe exigua illa, quam geras, praefectura ita sis usurus, ut literarum exercitium urgeas. Nunc itaque eam aut amplam esse fatere, aut dicendi elegantiam demonstra. Initium vero *Maternus* hic faciat, ut sic etiam observes proverbium: *ab ipsa Vesta incipiens.*

MCXVII. ΠΑΛΛΑΔΙΩι. (1)

Ἀργῇ τὸ μὴ σὺν ὥρᾳ ἐπιστέλλειν, ὅπως ἐξείη (2) σοι καὶ ἄνευ κάλλους ἐπιστέλλειν. Ἀλλ' εὖ ἴσθι πάνυ γε ὢν καλὸς (3) ἐν τοῖς γράμμασι καὶ οὐκ ἀφαιρεθησόμενος ταύτης τῆς φορᾶς (4). Ἀναμιμνήσκει δὲ ἃ ἔλεγες (5) ἐξιὼν, ὅτι τῷ μικρῷ τῆς ἀρχῆς (6) εἰς ἄσκησιν καταχρήσῃ λόγων. Καὶ νῦν ἢ μεγάλην ὁμολόγει τὴν ἀρχὴν, ἢ κάλλος ἐπιδείκνυσο λόγων. ὧν πρῶτος ἀρχέτω Μάτερνος, ἵνα καὶ σώζῃς τὴν παροιμίαν ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος (7).

CLEAR- MCXVIII.

(7) εἰ μὲν γὰρ, *Golian.* (8) sic *Mutin.* A. p. 20. ἐσίγας aliorum. (9) *Barocc.* τῆς πρώτης *Medic.* (10) *Barocc.* & alii, ἠδίκεις, Cod. 3290. ἠδίκει, *Ambros.* (11) βεβαιοῖ, *Golianus.*

EP. MCXVI. (1) Proverbium hoc esse recte monet Schol. *Golianus*: de eo in his alibi diximus. (2) δεῖν *Barocc.* 9. & *Ambros.* quod deest in Cod. 3290. (3) παρὰ τούτων, Cod. 3290. καίτοι τὸν παρὰ τοῦ ἐμπείρου. *Benzel.* B. (4) In Codd. male Αἰγιεύς. Αἰγιεὺς ab urbe Achajae Αἴγιον dictus, auctore *Stephano* de Urbibus p. 36. qui oraculum iis datum hoc affert: Ὑμεῖς δ' Αἰγιέες οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι, quod alii versu hoc altero augent: Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Confer *Th. de Pinedo* ad h. l. p. 36. Huc respicit noster. Ad Aeginenses hoc refert *Erasmus* p. 393. Adagiorum, ex nominis convenientia falsus. (5) Pro his *Golianus*: ἐγὼ δὲ ἐπαινῶ. (6) *Barocc.* & *Ambros.* ἢ χρὴ, Cod. 3290. (7) *Barocc.* ἦγεν αὐτὸ τὸ ἔθνος, *Golian.* Pro ἔθνος habet γένος Cod. 3290. (8) Schol. *Golianus* ita explicat: τοῦ πατρὸς πειράσαιτο τραχυτέρου. Pro τραχυτέρου. Cod. 3290. ταχυτέρου. (9) καθαρόν τε, *idem.* (10) Sic *idem* & *Golian.* & *Benzel.* B. *Langbaenius* in apographo suo φιλανθρώπευε, pro quo legi volebat vel φίλα ποιήσῃ, vel φίλα ποίησῃ, vel φιλανθρώπως.

EP. MCXVII. (1) Huic inscribitur in *Barocc. Medic.* B. *Golian. Mutin.* A. & Cod. 3290. *Paris.* ἀνεπίγραφος est in Cod. 3073. (2) *Barocc.* ἐξῆν, invitis ceteris codd. (3) ὢν καλῶς, *Mutin.* A. (4) φορᾶς, *Mutin.* A. (5) ἔλεγες, Cod. 3073. & *Mutin.* A. (6) i. e. ut Schol. *Golianus* exponit, τῇ μικρᾷ ἀρχῇ. (7) Proverbium, de quo *Erasmus* p. 393.

MCXVIII. ΚΛΕΑΡΧΩι.

Ἔγνωμεν (1) ὅτι λαμπρὸς ἐπὶ λαμπροῖς, ἀπὸ τῆς Εὐρώπης πάλιν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἔπλευσας, εὐδοκιμήσας, οἷς τε ἐποίησας, οἷς τε συνεβούλευσας. Ἔδει (2) δὲ οἶμαι τὰ σώζοντα ὑπὸ σοῦ τὰς πόλεις κοινοὺς ἀποδειχθῆναι νόμους, ὥστε καὶ τοὺς ὑπ' ἄλλων ἀρχομένους σώζεσθαι διὰ σέ. Τουτὶ μὲν οὖν περιϊὼν ὁ χρόνος ποιήσει, νικήσας τὸν φθόνον. Νῦν δὲ ἡμῖν τὸν ἀπὸ τῶν θηρίων τέρποντα τὴν Συρίαν, ὅ, τι ἔχεις, ὠφέλει. πολλοὺς δ' ἂν δύναιο. καὶ πρῶτόν γε τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, ὃς ἄρκτους ἥκει ληψόμενος, σαυτοῦ τε νόμιζε, καὶ ὑπὲρ σοῦ πεποιῆσθαι τὸν πλοῦν. Καὶ πᾶσιν ἔστω δῆλον, ὅτι σοὶ τῶν τῇδε περὶ ταῦτα δρωμένων οὐχ ἧττον ἢ τῶν ἐκεῖ πραττομένων μέλει.

CLEARCHO.

Intelleximus, te ex rebus praeclare gestis illustrem ex Europa iterum in Asiam navigasse, famamque nominis amplificasse iis, quae & fecisti ipse; & fieri suasisti. Fas scilicet, puto, erat, ut ea, quae urbes tuis auspiciis salvas praestiterunt, communes quasi leges viderentur, per quas etiam aliis subjecti tua ope juvarentur. Hoc itaque sequentia tempora, quae invidiam omnem vincent, praestabunt. Ceterum eum, qui Syriam nunc ferarum spectaculis delectat, quoad potes, juva. Adversus multos tu quidem hoc praestare possis: inter eos vero hunc primum, qui ursas secum sumturus venit, tuum esse existimato, & talem, qui tui causa navigationem hanc fecerit. Fac itaque, ut intelligant omnes, tibi non minus illa, quae in hoc negotio apud nos geruntur, quam quae apud vos factitantur, curae esse.

MCXIX. ΑΚΑΚΙΩι. (1)

Ἔδει τὸν ἐπιστείλαντά σοι περὶ τοῦ σκύτους (2) καὶ τῶν πληγῶν καὶ τὴν αἰτίαν προσθεῖναι τῶν πληγῶν. Οὕτω γὰρ οὐκ ἂν ὥσπερ νῦν ἐλυπήθης. Φαίνῃ γάρ μοι λίαν ἀλγεῖν, οὐχ ὅτι πληγὰς ὁ σὸς υἱὸς ἔλαβεν, ἀλλ' ὅτι μὴ μεγάλα ἁμαρτὼν οὐκ ἄν ποτε ἐδόκει πληγῆναι. Ἐγὼ δὲ ὡς ἔχω περὶ τούτων, ἄκουσον. Ἢν μέν τις τῶν νέων ἀδικῇ τι τοιοῦτον, ὃ μηδὲ εἰπεῖν καλὸν, ἐκβάλλω, καὶ οὐκ ἐῶ τὸν χορὸν ἀναπίμπλασθαι τῆς νόσου. κατὰ δὲ τῶν ὑπτίων (3) εἰς λόγους αἱ πληγαί. Τῶν μὲν γὰρ τὰ ἕλκη φοβοῦμαι, καὶ ἀπελαύνω, τοὺς δὲ ἀφυπνίζω τῷ σκύτει (4). Τοῦτ' ἔλαβε (5) καὶ τὸν σὸν υἱὸν ἀλγοῦντα. Τὸ γάρ τοι βιβλίον ἀφεὶς ἀπεδείκνυτο τάχος (6) ποδοῖν, καὶ δίκην ἔδωκεν ἐν τοῖς ποσὶν, ἵν' ἑτέρου δρόμου φροντίζῃ τοῦ τῆς γλώττης. Μὴ τοίνυν δευτέραν δίκην προστίθει τὴν σὴν ὀργὴν, μηδὲ ἡγοῦ τὸν παῖδα κακὸν, βλέποντά γε πρὸς τὸν ἀδελφὸν (7), καὶ ἐρῶντα τῶν σῶν καὶ ἴσως δυνησόμενον (8) ἴσα.

ACACIO.

Qui tibi de scutica & plagis scripsit, eum & causam addere oportuisset. Sic enim non ita, ut nunc quidem fuisses contristatus. Valde enim dolere tibi videtur, non tam quod filius tuus plagas acceperit, quam quod non nisi gravi perpetrato flagitio verberibus excipiendus fuisse videatur. Quomodo vero ego de his sentiam, accipe. Si quis juvenum ejusmodi aliquid patrarit, quod dictu turpe sit, eum ejicio, nec peste tali coetum meum infici patior. Contra negligentiores vero in literis plagas adhibeo. Ab illorum enim ulceribus mihi metuens expello, hos vero corio bubulo ex somno excito. Atque idem & filio tuo negligentiori usu venit. Libris enim relictis pedum velocitatem testatam fecit, atque adeo pedibus poenam dedit, ut alium, linguae nempe, cursum susciperet. Noli itaque & alteram sumere poenam, illi succensens, neque filium tuum improbum esse existima, qui & fratrem respiciat, & tua amet, & forte aliquando eadem sit praestiturus.

MCXX. ΛΗΤΟΙΩι. (1)

Ἡ μὲν ἀθυμία πολλαχόθεν τῶν μὲν ἀρχαίων κακῶν οὐ λυομένων, ἑτέρων δὲ ἐπιρρεόντων, παραμυθία δὲ οὐδαμόθεν. ὅθεν γε (2) Πολέμιος (3) ἡμᾶς ἐν δάκρυσι καταλέλοιπεν, οὐδ' αὐτὸς οἷός τε ὢν μὴ κλάειν (4). Τῶν γὰρ φιλτάτων ὑμῖν τινες μείζοσι τέχνης

LETOIO.

Aegritudo quidem multis ex partibus locisque me infestat, pristinis malis non intermittentibus, accedentibus vero novis; solatium vero nullibi occurrit. Propterea & *Polemius* flentem me reliquit, qui nec ipse a lacrymis sibi temperare poterat. Quidam enim ex amicissimis mihi cum morbis, omnem Medicorum

EP. MCXVIII. (1) Ἔγνω μὲν, *Barocc.* 9. (2) Cod. 3290. pro Ἔδει, *Barocc.*

EP. MCXIX. (1) Latine inter *Zambicarianas* lib. III. ep. 282. ubi *Seleuco* inscribitur, sicut & in *Casanatensi*. *Acacii* nomen repraesentat *Barocc.* 9. & *Laudan.* 11. Atque hujus quidem filius *Titianus* nostri disciplina usus est. (2) σκύτου, *Barocc.* male. Schol. *Golianus* per μάστιγα exponit. Vide de hac voce *Kusterum* ad Aristophan. Plutum v. 514 & *Salmasium* de Usuris p. 453. (3) i. e. ἀργῶν, secundum Schol. *Golianum*. (4) κύτει, Cod. 3290. (5) ἔλαβεν, idem, & *Golian.* (6) ἐπεδείκνυ τὸ τάχος. *Benzel.* B. recte. (7) *Barocc. Ambros.* Γ. 5. & 231. *Casanatens.* & *Zambicarius* in versione Lat. τὸν ἀδελφὸν, Cod. 3290. & *Golian.* (8) δυνησόμενον, *Casanat.*

EP. MCXX. (1) Vide *Centuriam* meam p. 43. seqq. & *Zambicarium* lib. III. n. 257. (2) ita *Barocc.* & Cod. 3290. ὡς γε, *Medic.* B. ἀφ' ὁ Πολέμιος ὅγε, *Golian.* (3) Πολέμων, Cod. 3073. & *Mutinens.* A. Ceteri rectius Πολέμιος, etiam *Zambicarii* versio Lat. in qua tamen nomen hoc proprium instar appellativi per *hostilis* male vertitur. Exstat in his quaedam nostri ad *Polemium* epistola. (4) codd. plerique, & inter hos *Golian.* & *Medic.* pro κλαίειν *Barocc.*

(5) ἐν-

rum artem eludentibus, confli&tantur. Et, nisi Deus opem ferat, funera & luctus denuo obvenient. Nosti autem, quantopere aerumnis his partim futuris, partim oblatis adfligar, quod Dii omnes, ita precor, prohibeant.

τέχνης ἰατρῶν προσπαλαίουσι νοσήμασι, κἂν μή τις ἐκ θεῶν ἐπικουρία, πάλιν ἐκφοραὶ (5) καὶ πένθη. Οἶδα δέ, ὅπως ὑπὸ τῶν τούτων πλήττομαι, μελλόντων τε καὶ γιγνομένων. ὃ μὴ γένοιτο, ὦ πάντες Θεοί (6).

EUMORPHIO.

Quam mihi prolixam voluntatem adversus inimicos promisisti, eam in virum mihi amicum proba: vicimus enim, postquam contentionem posuimus. Fas enim, puto, erat, homines cum simus, conciliari invicem posse. *Alexander* vero hic legem hanc non amat, sed eam potius, quae, quoad vixeris, pugnare jubet. Ego quidem id non culpo, ipse vero ad conciliationem sum promior. Utrum recte ita statuam, an minus, tu judicabis. Ceterum *Alexandrum* tibi etiam animi robore similem, & jampridem vere, non specie, amicum inter pecuniosos numerari facias, honestam ipsi opportunitatem suppeditans. Malis enim artibus jampridem fortunas suas amplificare potuisset: id vero fieri probi ejus mores prohibuerunt.

MCXXI. ΕΥΜΟΡΦΙΩι. (1)

Ἣν ὑπέσχου μοι προθυμίαν ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς, ταύτην ὑπὲρ ἀνδρὸς ἀπόδος φίλου, ἐπειδὴ τὸν πόλεμον κατεθέμεθα νικῶντες. Ἔδει γάρ, οἶμαι, ἀνθρώπους ὄντας εἰδέναι (2) καὶ διαλλάττεσθαι. καίτοι Ἀλέξανδρος οὑτοσὶ τοῦτον οὐκ ἐπαινεῖ τὸν νόμον, ἀλλ' ἐκεῖνον μᾶλλον, τό, ἕως ἂν ἐξῇ ζῆν (3), προσπολεμοῦντα πολεμεῖν. Ἐγὼ δὲ τούτῳ μὲν οὐκ ἐπιτιμῶ, ῥᾳδίως δέ πως εἰς τὸ σπένδεσθαι (4) καταφέρομαι. Καὶ εἰ μὲν ὀρθῶς, ἢ μή, σὺ κρινεῖς. Ἐοικότα δέ σοι τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὴν ἀνδρείαν, καὶ πάλαι φίλον ὄντα, καὶ μὴ δοκοῦντα, δεῖξον ἐν τοῖς εὐπόροις, δοὺς ἀφορμὰς καλάς, ὡς ἔκ γε πονηρῶν πάλαι μὲν εὐπορεῖν ἦν. ὁ τρόπος δὲ οὐκ ἐπέτρεπε δίκαιος ὤν.

DEMETRIO.

Aurei olim sermones habebantur; nunc vero omnes sunt ferrei, & vel parum vel nihil a se invicem diversi. Te vero utrumque puto facere, atque hinc literis meis delectari, hinc eas aliis, ut optimas, commendare. Utrumque vero facere mihi videris amore mei deceptus. Quod si, praesentibus tantum amicis, iisque similiter deceptis, illas praelegisses, tuto id a te fieri poterat. Cum vero res ita sit comparata, cave, ne, dum tu oculos in literas meas habes conversos, illi quidem nutibus inter se invicem laudes, quas tu mihi tribuis, exsibilent.

MCXXII. ΔΗΜΗΤΡΙΩι. (1)

Ἦν, ὅτε ἐγίνοντο λόγοι χρυσοῖ, τὰ νῦν δὲ σιδηροῖ πάντες, καὶ ἢ μικρὸν (2) ἢ οὐδὲν ἕτερος ἑτέρου διαφέρων. Σὲ δὲ ἄμφω μὲν πιστεύω ποιεῖν, αὐτόν τε ἥδεσθαί μου τοῖς γράμμασι (3), καὶ τοῖς ἄλλοις ὡς καλὰ δεικνύειν. ποιεῖν δὲ ἡγοῦμαι καὶ τοῦτο κἀκεῖνο, τῷ φιλεῖν ἐξηπατημένον. Ἀλλ' εἰ μὲν καὶ ἐν φιλοῦσιν ἅπασιν ἀνεγίνωσκες, ἐν συνεξηπατημένοις (4) τοῦτο δρῶν, ἀσφαλῶς ἂν ἐποίεις. Νῦν δ' οὕτως (5) ἐχόντων, ὅρα, μὴ σὺ μὲν εἰς τὰ γράμματα βλέπῃς, οἱ δὲ ὡς (6) ἀλλήλους νεύμασι τὸν ἔπαινον ψέγωνται (7).

MEGETHIO.

Mirarer utique, si non & ipse una cum aliis Berytum festinarem. Adeo omnes, & pueri, &

MCXXIII. ΜΕΓΕΘΙΩι. (1)

Θαυμάζοιμ' ἄν, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς εἷς (2) τῶν τρεχόντων εἰς Βηρυτὸν (3) ἐσόμαι. Οὕτω καὶ παῖδες, καὶ ἄνδρες,

(5) ἐκφοραὶ de funeribus deducendis. *Aristophanes* in Pluto v. 1009. ἐπ' ἐκφορὰν ἐβάδιζε, ubi vide *Spanhemium*. Ita Latini quoque *efferre* adhibent, quod praeter *Kirchmannum* de funeribus Romanorum ostendit *Jo. Faes* ad Gregor. Gyraldum de Sepultura p. 736. a. Opp. (6) Formula hac uti solebant Gentiles, quoties Diis suis vehementer supplicabant. Interdum etiam dicebant: ὦ πάντες θεοί, καὶ πᾶσαι θεαί, totum scilicet divinum chorum venerantes, quem in varias classes, ac nominatim in νέους sive νεωτέρους, & πρεσβυτέρους sive παλαιτέρους &c. dividere solebant. Plura in hanc rem commentatur *Pet. Jurieu* in historia cultuum & dogmatum, Part. III. Tract. I. c. 4. de diverso autem in ficta Gentilium divinitate lege eruditissimum *Fabricium* nostrum ad Codicem Apocryphum N. T. Tom. I. p. 361.

EP. MCXXI. (1) Vide *Zambicarium* lib. III. ep. 321. (2) *Zambicarius* ita: *& irasci & reconciliari*. Itaque pro εἰδέναι aliud verbum, v. c. ἐγγίζεσθαι vel simile legit. (3) *Zambicarius* ita: *dum vincendi facultas detur*. Puto vero, operis id potius tribuendum esse, quae *vincendi* vocem pro *vivendi* illa posuerunt. (4) *ad regulationem*; idem. Lege, *reconciliationem*.

EP. MCXXII. (1) Vid. *Centuriam* meam p. 287. ex *Barocc.* ubi inscribitur *Demetrio*, quod & fit in *Reg. Paris.* 3290. & *Medic.* B. ἀναγινωσκόμενος autem est in Cod. 3073. (2) ἢ μικρὸν deest in *Medic.* (3) Sic *Paris.* 3290. & *Medic.* quod malui: συγγράμμασι. *Barocc.* & *Ambros.* Paulo post enim eadem vox γράμματα legitur, nec dubium est, de Libanii epistolis, ad Demetrium scriptis, sermonem esse. (4) ἐξηπατημένοις, cod. 3073. male. (5) Sic codd. omnes. At *Salvinus* malebat οὐχ οὕτως. Sed nihil mutandum est, si praestruimus, *Demetrium* nunciasse Libanio, se epistolas ejus illis etiam praelegisse, qui ipsi minus faverent. (6) εἰς *Paris.* 3290. (7) Sic *Barocc.* at ψέγοντες *Medic.* & ceteri, quod malim.

EP. MCXXIII. (1) Ita codd. omnes, *Barocc.* 9. *Medic.* B. & *Paris.* 3290. Unus *Ambros.* T. 23 τῷ Μεγεθίῳ. (2) εἷς abest à *Barocc.* (3) De *Beryto*, praestantissima legum officina, in superioribus diximus.

(4) μέ,

δρες, καὶ γέροντες πλέουσί γε καὶ πεζεύουσι, καὶ πέτονται, δόξης, οἶμαι, κεκρατημένοι, ἀσθενῆ συνήγορον εἶναι τὸν μὴ (4) ἐκεῖθεν πλεύσαντα (5). καίτοι πολλὰ μὲν τῇ δόξῃ παραδείγματα μάχεται, πάντων δὲ μάλιστα τὸ σὸν, ὃς μετὰ Δημοσθένους ἐπιθέμενος τοῖς τὰς μεγάλας περιφέρουσι διφθέρας (6), ἔσωσας τοὺς ἐπὶ σὲ καταφεύγοντας. Ἀλλ' ὅμως οὔτε σὺ πείθεις, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδείς. Ἀλλ' ὁ φίλτατος ἡμῖν Ἀπρίγκιος (7) ἥκει τὰ τῶν νέων ποιήσων, περὶ ὃν, οἶμαι, χρήσῃ σπουδῇ, παίζων μὲν ἐν προοιμίοις, μετὰ (8) ταῦτα δὲ ἤδη σκοπῶν, ὅπως ἂν ὡς κάλλιστα (9), ὧν ἐπιθυμεῖ, τύχοι (10).

& viri, & fenes eo & navigant, & pedibus eunt, & volant, hac, puto, opinione capti, exiguum esse causarum patronum, qui eo non navigaverit. Interim multa huic opinioni exempla adversantur, omnium vero maxime tuum, qui cum *Demosthene* tuo illis, qui ingentes pelles gestant, te opponens eos, qui ad te confugiunt, salvos praestiteris. Sed vel sic tamen nec tu nec quisquam aliorum alia illis persuadetis. Interim *Aprincius*, nobis amicissimus, venit, quod alias juvenum est, facturus. Illi itaque, puto, studium tuum probabis, sub initium quidem ludens, postea vero id serio agens, ut ea, quae cupit, optime adsequatur.

MCXXIV. ΔΟΜΝΙΝΩ, (1)

DOMNINO.

Ἰδοὺ καὶ ἄνδρας ἀναπέπεικας τὰ νέων ποιεῖν. Ὁ γοῦν ἑταῖρος (2) Ἀπρίγκιος μετὰ συχνὸν περὶ τὸ βῆμα (3) δρόμον ἥκει νόμους κτησόμενος, ἐπειδὴ παρὰ σοῦ κτήσασθαι τοὺς νόμους ἐστίν. ἄλλως δὲ οὐκ ἄν μοι δοκεῖ τῆς ἐμπορείας (4) ἅψασθαι. Πρὸς μὲν οὖν τοὺς σκώπτειν αὐτὸν ἐπιχειροῦντας ἕξει τὸν Σωκράτην (5) σύμμαχον, τὸν ἐν γήρᾳ παρὰ τὸν διδάσκαλον (6) φοιτῶντα τῆς Μουσικῆς. Σὺ δέ μοι συντεμεῖν (7), ὡς οἷόν τε, τὴν παίδευσιν, ὅπως, οἷς λαμβάνει, πλείω χρήσηται χρόνον. Ἠξίουν δ' ἄν τι καὶ περὶ τοῦ μισθοῦ λέγειν (8), ὡς ἀνὴρ μὲν ἀγαθὸς, πένης δὲ, εἰ καὶ δοῦναι οὐχ οἷός τε, χάριτός γε οἶδε μνημονεύειν, εἰ μὴ πάλαι ᾔδειν τοῦτον παρὰ σοὶ κείμενον ὑπὲρ τῶν νόμων (9) τὸν νόμον.

Ecce & viris persuasisti, ut, quae juvenum sunt, faciant. Scilicet *Aprincius*, amicus noster, circa tribunal jam pridem versatus, venit ad te legum doctrinam percepturus, quam a te doceri potest. Alioquin enim hujusmodi negotiationem suscepturus fuisse non videtur. Si qui illi hoc nomine illudere voluerint, illis *Socratem* opponit, qui senex Musicae magistrum erudiendus adiit. Tu, vero, quaeso, quoad potes, praeceptis breviter defungere, ut, quae didicerit, illis diutius uti possit. De mercede quoque est, quod a te peterem, dicendo, bonum quidem eum, sed pauperem esse. Qui vero dare non potest, beneficii tamen meminisse didicit. At pridem novi, hanc tibi legem in legum negotio positam esse.

MCXXV. ΙΟΥΛΙΑΝΩ. (1)

JULIANO.

Ἰοὺ, ἰοὺ, τῆς πλεονεξίας! καὶ τὸν τῶν λόγων κλῆρον ἀρπάσας ἔχεις (2), ὁ αὐτὸς ἄρχων τ' ἀγαθὸς, κρατιστὸς

Heu! heu! quanto plura habendi studio duceris! in eloquentiae etiam possessionem, aliis

(4) μὲν, Cod. 3290. (5) Sic idem. *Barocc.* compendium quoddam scriptionis habebat, quod *Langbaenius* in apographo suo per ἐκεῖνα expresserat. In *Anglic.* alio ad marginem legebatur ἀκεῖνα. *Medic.* B. πεῖνα, non inepte. Noster enim passim fontes seu πηγὰς doctrinae commemorat. Ita *Benzel.* B. (6) Obscurum est, quid per διφθέρας h. l. intelligi debeat. Vox enim illa nunc *pellem*, nunc *membranas* & *libros*, nunc *codicillos* infert, quod ex superioribus passim constat. Malui *pelles* interpretari, ut respiciatur ad vestes, quibus se Rhetores & Sophistae ab aliis distinguere solebant. His vero opponit *Megethium*, in eo docentium ordine non constitutum. (7) Confer supra ep. 1116. (8) μετὰ deest in *Barocc.* (9) μάλιστα, *Ambros.* T. 231. (10) τύχοι non habet *Cod.* 3290. at ceteri omnes, inter quos etiam est *Ambros.* T. 5.

EP. MCXXIV. (1) Vide *Centuriam* meam p. 280. ex *Barocc.* & *Zambicarium* lib. III. ep. 277. Ibi vero inscribitur *Domno*, sicut & in *Medic.* B. *Domnini* nomen est in MS. *Ambros.* versionis *Zambicarii.* Video tamen *Domnum* quendam a Libanio aliquoties aliis commendari, quod ex indice patebit. Fuit vero *Domnus* Consularis Siciliae sub Valentiniano Seniore an. 367. & 368. atque ad illum & hanc & alias nostri epistolas datas esse existimat *Gothofredus* in Prosopographia Codicis Theodos. p. 356. ubi etiam *Domini* cujusdam, seu *Domnini* tanquam sub Arcadio Primicerii Officii meminit. *Domnini* nomen recte habet. Neque enim dubito, *Domninum* Sophistam innui, quem *Libanius* laudat Tom. II. p. 558. Adde p. 555. (2) *discipulum* etiam vertere possis, quo sensu & nostro & aliis saepe adhibetur. Vid. *Aeliani* Var. Histor. III. 2. & XIV. 42. & ad priorem locum *Perizonium*. Adde *Menagium* ad Laërtium III. 8. & *Schefferum* de Philos. Ital. p. 99. Conf. ep. 150. (3) βῆμα significat tribunal, quod & ad conciones in foro habendas, & ad judicia pronuncianda accommodatum erat. Vide inprimis *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Orationes p. 214. & *Curas* meas ad N. T. Vol. I. p. 397. & 1176. (4) ita *Codd.* & *Zambicarii* versio ἀπορίας *Medic.* ubi *Salvinus* πορείας i. e. *itineris* malebat, non inepte. (5) de hoc in superioribus dictum est. (6) παρὰ τοῦ διδασκάλου, *Barocc.* ceteri inter quos & *Gorianus* est, nostrum tuentur. (7) συντελεῖν. *Benzel.* male. (8) ita codd. omnes: *Salvinus* malebat λέγων. (9) Sic *Medic.* B. E. *Ambros.* *Casanat.* & *Barocc.* ὑπὲρ τὸν νόμον, *Parif.* 3290.

EP. MCXXV. (1) Vide *Centuriam* meam p. 23. ex *Barocc.* Latine quoque exstat inter illas *Zambicarii*, non tamen edita, sed manu exarata in *Ambros.* Ibi vero *Juliano* inscribitur, nec minus in *Barocc.* *Medic.* A. *Mutin.* D. & *Casanat.* ubi duobus postremis additur [illegible]. Ἀπρίγκιος autem est in *Reg. Parif.* 3290. *Strategii*, & in *Coisliniano* apud Montefalconium Tom. II. Catalogi p. 517. (2) i. e. ἥρπακας. Verbum enim ἔχω per Atticismum saepe cum participiis verborum conjungitur. Exempla habes apud *Aristophanem* multa, v. e. Ran. v. 204. & 527. Adde *Ezech. Spanhemium* ad Nubes v. 109. & Plutum v. 306. ubi ex Moeridis seu Eumoeridis libello

aliis praereptam, missus es, Princeps idem egregius & potens Rhetor. Alias quidem vestri ordinis homines res strenue gerebant; nos autem eas laudabamus: nunc unus tu utrumque facis. Quae enim tanta de rebus tuis gestis diceremus: quanta tu de exigua illa epistola? De eo vero inprimis cogito, quid Phoenicia tibi subjecta, si facturus, qui jam popularibus tuis jus dicens, barbaris vero bellum inferens, orationes elaborandi facultate non sis privatus. Neque tamen de futuris solicitus sum: imo vero clade hac tanquam victoria, delectabor. Quando enim victus & vincens amici sunt, victus quoque victoriae redditur particeps. Amicorum enim, ajunt, omnia sunt communia.

ALEXANDRO.

Fortasse nunc cum uxore & domesticis per agros obambulas, & juxta fontes, quibus racemi imminent, prandes, nostras vero vices miseraris, qui variis turbis & infinitis negotiis assidue premamur, nihilque, quo delectemur, habeamus. Nobis vero, una considentibus, sermones de te habiti ad voluptatem plus contulerunt, quam & Alcinoi, & alter aurea mala ferens hortus, ad quae Herculem ajunt venisse. Alius enim tuum in judicandis causis acumen, &, quae cum eo conjuncta est, industriam, alius decore temperatam facundiam, alius animum omni perturbatione superiorem, alius artem omnium animos mansuetudine sibi devinciendi laudabat. *Olympius* au-

τορός τε σοφιστής (3). Τὸν δέ γε ἄλλον χρόνον ὑμεῖς μὲν ἐπράττετε, ἡμεῖς δὲ ἐσεμνύνομεν. ἀλλὰ νῦν εἷς ἄμφω. Τί γὰρ ἂν τοσοῦτον ἡμεῖς περὶ τῶν σῶν εἴπωμεν ἔργων, ὅσον σὺ περὶ τῆς μικρᾶς ἐκείνης ἐπιστολῆς (4). Ἐνθυμοῦμαι δὲ, τί ποτε ἄρα δράσεις, Φοίνικης (5) λαβόμενος, ὁπότε νῦν, δικάζων μὲν τοῖς οἰκείοις, πολεμῶν δὲ τοῖς βαρβάροις, τόγε ἐργάζεσθαι δύνασθαι λόγους οὐκ ἀφῃρέθης. Οὐ μὴν (6) δέδοικά γε τὸ μέλλον, ἀλλ᾽ ἀσπάσομαι (7) τὴν ἧτταν ὡς νίκην (8). Ὅταν (9) γὰρ ὅ, τε κρατούμενος, ὅ, τε νικῶν (10) ὦσιν ἐπιτήδειοι, μετέχει πως ὁ νενικημένος τῆς νίκης. Κοινὰ γάρ, φασι, (11) τὰ τῶν φίλων (12).

MCXXVI. ΑΛΕΞΑΝΔΡΩι. (1)

Ἴσως που νῦν μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν οἰκείων ἀγρούς τε (2) ἐπέρχῃ, καὶ πρὸς πηγαῖς (3) ἀριστᾷς, ὑπὲρ ὧν αἰωροῦνται βότρυες, ἡμᾶς τε (4) ἐλεεῖς, ὡς ἂν ἐν πολλῷ θορύβῳ καὶ μυρίοις πράγμασι κυλινδουμένους (5), καὶ τερπνὸν ἔχοντας οὐδέν. Ἡμῖν δὲ καὶ (6) τοῦ Ἀλκινόου (7) καὶ τοῦ (8) χρυσᾶ μῆλα φέροντος (9), ἐφ᾽ ἃ ἐλθεῖν Ἡρακλέα λόγος (10), μείζων (11) εἰς ἡδονὴν ὁ περὶ σοῦ καθημένοις (12) ἐνταῦθα γιγνόμενος λόγος. Ἄδει γὰρ ὁ μέν τις τὴν ἐν ταῖς δίκαις ἀκρίβειαν, καὶ τὸ ἐνταῦθα φιλόπονον. ὁ δὲ τὸ σὺν ὥρᾳ ῥεῦμα (13) τοῦ στόματος (14), ὁ δὲ τὸ πάσης ταραχῆς κρείττω παρέχεσθαι τὴν γνώμην, ὁ δὲ τὸ τῇ πρᾳότητι πάντας

ὑπὸ

libello de dictionibus Atticis tunc ἀνεκδότῳ, postea vero ab *Hudsono* edito haec affert: φλυαρεῖς ἔχων; ὁ αὐθάδης ἔχων, quae tamen phrasis, si cum nostra hac comparetur, inversa est. Confer *Stolbergium* ad Ajacem μαστιγοφόρον Sophoclis p. 113. & *Joach. Kuhnium* ad Laërtium p. 545. ed. Amstelodam. (3) Alludit ad *Homeri* illud Iliad. γ. v. 178. Ἀμφότερον βασιλεύς τ᾽ ἀγαθὸς, κρατερός τ᾽ αἰχμητής. Libanium hic Juliani auribus nihil dedisse, quando eum ab eloquentia laudat, testantur orationes ejus & epistolae adhuc superstites. Adde *Spanhemii* praefationem ad Opera Juliani, ubi c. 2. haec legas: *Etsi inter Augustos ejus decessores vel ex iis, qui illum sunt in eodem excelso honoris gradu subsecuti, haud videam, qui vel doctrinae varietate, vel eruditionis copia, vel ingenii luminibus, vel vi facundiae, palmam iis quidem in artibus ac in scribendi facultate possit ei dubiam relinquere.* Libanius noster simile, quod hic habes, elogium in Julianum confert p. 41. de Vita sua, σωφρονέστατον καὶ ῥητορικώτατον καὶ πολεμικώτατον appellans. Sic in Prosphonetico ad Julianum Tom. II. p. 78. ὁ αὐτὸς γενόμενος καὶ στρατηγὸς καὶ συγγραφεύς. (4) Julianus alias quoque orationes Libanii laudibus egregus mactavit. Vide hanc in rem Juliani epistolam singularem, quam antea ἀνέκδοτον supra ad ep. 670. attuli. (5) De Rhetoribus Phoeniciae hoc acceperim. (6) *Barocc.* μὲν. (7) sic malui cum *Medic.* & Cod. 3290. pro ἀσπάζομαι, quod est *Barocc.* (8) Alias a superiore vinci gloriosum haberi solet. Huc spectat illud *Longini* περὶ ὕψους Sect. 13: n. 11. καλὸς ἄρα καὶ ἀξιονικότατος εὐκλείας ἀγών τε καὶ στέφανος, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι τῶν προγενεστέρων οὐκ ἄδοξον. Sic apud *Macrobium* VI. Saturnal. legas:

Nam tropaeum ferre me à forti viro pulchrum est.
Si autem & vincar, vinci a tali nullum est probrum.

(9) ὅτε, Cod. 3073. (10) ὅ, τε κρατῶν, ὅ, τε νικώμενος, *Medic.* (11) φησὶ Cod. 3290. (12) Legitur hoc proverbium apud *Euripidem* in Oreste, totidem verbis. Conf. Erasmi Chiliadas. *Plutarchus* de philadelphia: αἱ κοινὰ τὰ φίλων, μάλιστα δεῖ κοινοὺς φίλους εἶναι τοὺς φίλους. Inspice quoque *Gregorium Nazianz.* ep. 64.

EP. MCXXVI. (1) Vide *Centuriam* meam p. 69. ex *Barocc.* ἀνεπίγραφος est in *Reg. Paris.* 3073. (2) ἀγροῦ τε, *Medic.* (3) πηγαῖς, *Barocc.* & *Cod.* 3073. Dandi vero casum praepositio haec in isto quidem significatu requirit. (4) καὶ ἡμᾶς δε, *Golianus.* (5) Sic *Medic.* alii κυλινδουμένους, eodem sensu. (6) καὶ addidi ex *Cod.* 3073. (7) Ἀλκίνου *Cod.* 3290. & *Barocc.* *Alcinoi hortos* de amoenis & fertilibus proverbialiter dici constat. Vide, quae attulit *Erasmus* in Chiliadibus p. 191. *Nicol. Llovdius* in Dictionario suo, & ex eo *Bastius* Tom. I. p. 151. Coreyraeos quidem hos hortos in numis suis exhibendos curasse ostendit *Ezech. Spanhemius* de Usu & praestantia Numismatum Tom. I. p. 211. (8) τῶν καὶ, *Golianus* male; sic enim, quae sequuntur, ad eosdem Alcinoi hortos referri debebant, quae tamen ad Hesperidum illos pertinent. (9) Hortus hic est *Hesperidum*. de quo idem *Spanhemius* laudati modo operis, nec satis unquam laudandi Tom. I. p. 330. sq. edit. Londinens. diligenter commentatur, quod idem facit in notis ad *Callimachi* hymnum in Cererem p. 670. Utroque in loco expressus aere numus exstat, repraesentans arborem quinque malis onustam, quae Hercules, Hesperidibus tribus praesentibus, decerpit. Adde *Salmasium* p. 670. & 955. Exercitatt. Plinianarum, & *Jo. Clericum* ad Hesiodi Theogoniam v. 215. *Plinius* XIX. 4. eadem ratione Alcinoi & Hesperidum hortos conjunxit: *Antiquitas*, inquit, *nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos, ac Regum Adonidis & Alcinoi.* (10) ἐφ᾽ ὃ λέγεται τὸν Ἡρακλέα ἐλθεῖν. *Golianus.* (11) μεῖζον idem; & *Barocc.* (12) καθημένῳ, Cod. *Paris.* 3073. (13) ῥῆμα, *Anglican.* quidam & *Golian.* male, & praeter receptam Libanio loquendi rationem. (14) Quae sequuntur usque ad τὴν γνώμην, desunt in *Cod.* 3290.

(15) Noster

ὑπὸ σαυτῷ πεποιῆσθαι. Ὀλύμπιος δὲ συλλαβὼν, πάντα φησὶν εἰς μίαν τὴν σὴν συνελθεῖν φύσιν, ἃ ποιεῖ καὶ εἶναι καὶ καλεῖσθαι (15) δικαίως ἄρχοντα τέλειον (16). Ταύτους οὖν εὑρίσκων ἐπ' ἀγορᾶς λόγους, μικροὺς μὲν ἡγοῦμαι τοὺς θησαυροὺς, οἷς ἐντυγχάνουσιν ἄνθρωποι, μικρὸν δὲ τὸν Μίδου χρυσὸν, μικρὰν δὲ τὴν Κύρου βασιλείαν. Ὅταν γὰρ ἀνὴρ φίλος πολλούς μοι καὶ δεινοὺς συνδιενεγκὼν ἄθλους ἀρετῆς ἐπ' ἔσχατα ἥκειν δοκῇ, καὶ αὐτὸς ἐπ' ἔσχατα ἥκειν εὐδαιμονίας πέπεισμαι (17), καὶ πάσχω (18) τὸ τῶν πατέρων, οἳ ταῖς τῶν παίδων εὐδοξίαις ἰσοθέους αὐτοὺς ἡγοῦνται. Εἰ γὰρ καὶ χρόνος ἴσος ἡμῖν, ἀλλ' ἐν τάξει γε πατέρων καὶ παίδων (19) ἀλλήλοις γεγενήμεθα. Ἆρά σοι δοκῶ καὶ αὐτὸς τρυφᾶν τὰς ἀφορμὰς ἔχων ἀπὸ τῆς εὐωχίας τῶν σῶν ἀγαθῶν (20); οἶμαί γε. Εἰ δ' ἀπιστεῖς, Ἀνδρόνικον (21) ἐρώτα. ὁ δ' ἄμφω μαρτυρήσει, καὶ ὅσα αὐτὸς ἐπαινῇ, καὶ ὅσα ἡμεῖς ἥδόμεθα.

autem, summatim complexus, omnia ad indolem tuam constituendam ajebat concurrisse, quae efficiant, ut aliquis & imperet recte, & optime emperare merito dicatur. Tales itaque de te fermones in foro audiens, parvi pendo thesauros, quos alii consequuntur, parvi facio Midae aurum, parvi quoque Cyri regnum. Ubi enim amicus, qui multos mecum eosque graves labores sustinuit, ad virtutis apicem pervenisse mihi videtur, ipse mihi ad felicitatis culmen deductus videor. Idem scilicet mihi, quod Parentibus, accidit, qui ex filiorum celebritate Diis se putant similes. Quamvis enim aequales simus aetate, Parentum tamen & filiorum vices nobis iovicem praestamus. Videorne itaque tibi geniales dies sumere, lactandi occasionem ex bonis tuis nactus? Ita puto. Sin fidem minus habeas, *Andronicum* interroga. Ille enim utrumque testabitur cum, quantum ipse lauderis, tum, quantopere ego exsultaverim.

MCXXVII. ΚΑΛΛΙΣΤΙΩΝΙ. (1)

Μετὰ τοῦ Ἰδομενέως παρεκαλοῦμεν καὶ τὸν Μηριόνην (2), μετὰ τοῦ γενναίου Σαλουστίου Καλλιστίωνα τὸν καλὸν, κοινωνὸν ὄντα τῶν ἐπαίνων, ὅσοι γίνονται παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνῳ. γεγόνασι δὲ πολλοὶ μὲν ἀεί. πλεῖστοι (3) δὲ νῦν διὰ τὴν ἐπιεικείαν, ἣν τοῖς λόγοις βεβοηθήκατε, ὁ μὲν πράττων, σὺ δ' εἰσηγούμενος. Ἐγὼ δὲ ἥσθην μὲν (4) ταῖς δεδομέναις ἀρχαῖς, ἤλγησα δὲ οὐ μικρῶς. Τὸν γὰρ φίλτατον ἡμῖν Ἀρσένιον ἡδέως ἂν δικάζοντα καὶ αὐτὸν ἐν τοῖς δίκας λέγουσι (5) τετηρήκατε, καί τε τῶν (6) μὲν ἡλικιώτης, τῶν δὲ οὐ πολὺ νεώτερος, τῶν δὲ καὶ πολὺ πρεσβύτερος. λόγοι τε ἰσχυροὶ καὶ γνήσιοι, καὶ γνώμη βελτίων τῶν λόγων. Ὃ δὲ ἐγκέκληται πρῶτον μὲν, ὦ 'γαθὲ, μικρὸν εἶναι δοξάτω, καὶ γάρ ἐστι τοιοῦτον. Ἔπειτ' ἐμὸν κείσθω (7) τοῦ καταναγκάσαντος, καὶ ὁ μὲν μὴ κεκωλύσθω (8) τιμᾶσθαι, περὶ δὲ ἐμοῦ βουλεύεσθε (9). Τίμημα δὲ, ὅτῳ (10) ἂν με κολάζητε (11), οἴσω. Πάντως οἷον ἂν ᾖ, τοῦτ' ἔσται κουφότερον. Ἀλλὰ πρὸς Ἀπόλ-

CALLISTIONI.

Cum Idomeneo & Merionen, hoc est, cum praestantissimo *Salustio Callistionem* optimum qui laudes, ab hominibus in illum collatas, communes habet, obsecramus. Multae enim tales vestrae fuerunt, nunc vero plurimae propter patrocinium, quod literis praestitistis, ille quidem opere ipso, tu vero consiliis. Ego gavisus quidem sum de distributis magistratibus, neque tamen parum dolui. Amicissimum enim nobis *Arsenium* qui Judicis officium avide expetit, inter causarum patronos reliquistis, cum aliis quidem sit aequalis annis, aliis autem non multo junior, aliis denique superior. Eidem mascula & germana est eloquentia, mens autem melior eloquentia. Crimen vero illud, ò bone, cujus postulatur, primo quidem merito leve habeatur; tale enim omnino est. Deinde vero mihi, qui eum invitum compulerim, imputetur. Illius itaque honoribus id non obsit, de me vero statuite. Quamcunque enim poenam mihi decernetis, eam feram, quae certe, quantacunque fuerit, levior mihi videbitur. Ceterum per Apollinem & Musas, a quibus dicendi facultatem habes,

(15) Noster distinguit hic *esse & vocari*, quamvis usu veniat, ut τὸ καλεῖσθαι non *vocari* solum, sed & *esse* inferat. Notus est *Homeri* locus Iliad. δ. v. 60. καὶ οὕνεκα σὴ παράκοιτις κέκλημαι, ubi dignus est, qui legatur *Eustathius*, observans: τὸ κέκλημαι ἀντὶ τοῦ εἰμὶ κεῖται. Idem observes in aliis Scriptoribus. Vide *Casaubonum* in lectionibus Theocriteis & *Graevium* ad Hesiodi Ἔργα v. 141. Exsulat igitur Hebraismus *Matth.* V. 9. & alias. Adde *Grotii* Annotatt. Ceterum *Alexandrum* elogio hoc indignum se praestitisse patebit ex *Ammiano* XXIII. 2. Nam hic ab illo, Syrorum Jurisdictioni praefecto non est distinguendus. Conf. supra ep. 722. (16) τέλειον addidi ex *Paris.* 3073. (17) πέπεισμαι, *idem.* (18) Hunc verbi usum aliis etiam scriptoribus videas esse familiarem. Vide *Aristophanis* Plutum v. 603. & Nebulas v. 334. utrinque vero *Spanhemii* & *Kusteri* notas. (19) Sic scribo cum Mediceo: *Golianus* pro παίδων simpliciter & nude πατέρων. (20) ita Cod. 3073. (21) Ἀλέξανδρον, *idem*, male: ad hunc enim scripta est haec epistola.

EP. MCXXVII. (1) Vide *Centuriam* meam p. 275. ex *Barocc.* Καλλιστίωνι, Cod. Paris. 3290. *Barocc.* & *Medic.* Καλλιστίῳ, *Vindob.* membranac. at *Callistionis* nomen in ipsa epistola occurrit. (2) Idomeneus, Minois, Regis Cretensis, nepos suos una cum Merione ad Trojam oppugnandam duxit, hinc ab Homero, ubi belli duces enumerat, Iliad. β. v. 661. uterque commemorantur his versibus:

Τῶν μὲν ἄρ' Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευε,
Μηριόνης τ' ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ.

Adde *Eustathium* ad Iliad. p. 279. ubi *Merionen* ὑποστρατηγὸν Idomenei vocat. Pro Μηριόνην, Cod. 3290. & *Medic.* Μηριόνῳ male. (3) πλεῖστος, *Barocc.* (4) δὲ pro μὲν Cod. 3290. (5) ἐν τοῖς δικαίοις λόγοις, *Medic.* male. (6) scilicet δικαζόντων, ut Scholiastes *Golianus* recte monet. (7) κεκρίσθαι, Cod. 3290. (8) κωλύεσθαι, *idem.* (9) βουλεύεσθε, *Medic.* (10) ὅτῳ, *Barocc.* Malui alterum illud cum reliquis codd. inter quos etiam est *Ambros.* (11) κολάζετε, *Barocc.*

(12) Ho-

bes, te obtestor, ut hunc quidem honoratiorem reddas, alterius vero iram sedes. Amici enim allocutio multum potest.

πόλλωνος καὶ Μουσῶν, παρ' ὧν σοι τὰ ἔπη, τὸν μὲν ἔντιμον κατάστησον, τοῦ δὲ ἔξελε τὴν ὀργήν. Ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου (12).

THEODORO.

Fures insuper accusant, ait proverbium. Similiter vos quoque nos, quos orbos reliquistis, ad captanda maris munera festinantes, vel sic accusare sustinetis, qui contenti esse debebatis, si vobis ipsis dica non scribatur. Ego quidem vos abituros non vidi, illi, quam nosti, necessitati obnoxius. Postea vero scribere cupienti deerat, qui epistolam perferret. Interim in communi vivo timore, vaticinii terrore in proximo versante, quo superato metus sublatus gaudendi dabit materiem. Si vero Neptunus iratus aliquid fecerit, tu saltem nostri memor esto, & lacrymis nos prosequere, addita etiam reprehensione, quod ex nimio loci hujus amore periemus.

MCXXVIII. ΘΕΟΔΩΡΩι.

Οἱ φῶρες προσεγκαλοῦσι, ἡ παροιμία φησί (1). Καὶ νῦν ὑμεῖς ἡμᾶς ἐρήμους καταλιπόντες καὶ δραμόντες ἐπὶ (2) τὰ δῶρα τῆς θαλάσσης προσκατηγορεῖν ἀξιοῦτε (3), δικαίως (4) ἂν ἀγαπῶντες, εἰ μηδεὶς ὑμᾶς ἐγράφετο. Ἐγὼ δὲ ἐξιόντας μὲν οὐκ εἶδον, δοῦλος ὢν τῆς ἀνάγκης, ἣν (5) οἶσθα. γράψαι δὲ βουληθεὶς τοῦ κομιοῦντος (6) ἠπόρουν. Ζῶ (7) δὲ ἐν τῷ κοινῷ φόβῳ, τοῦ φόβου (8) τῆς μαντείας (9) καὶ δὴ πλησίον ὄντος, ὃν εἰ μὲν διαφύγοιμεν, ἴσως γέλωτος ἀφορμὴ τὸ πεπαυμένον (10) δέος. Εἰ δ' (11) ὁ Ποσειδῶν ὀργῇ τι ποιήσαι (12), σὺ δ' ἡμῶν μεμνῆσθαι, καὶ τιμᾷν δάκρυσι, προσθεὶς τι καὶ μέμψεως, ὡς ὑπὸ τοῦ σφόδρα φιλοχωρεῖν (13) ἀπολώλαμεν.

TATIANO.

Literae tuae paucos fugerunt: imo multi & viderunt illas, & legerunt saepius, quorum alii, ut de illis inaudiverunt, sua sponte illis inhiarunt, alios autem invitavi ipse, neminem, quo loco a te habear, ignorare passus. Ita scilicet agere fere solemus, ut tum demum ex praestantissimis, quae possidemus, bonis fructum retulisse nos putemus, si multos habeamus rei conscios. In quorum itaque manus incidit epistola, illorum singuli te quidem laudarunt, me vero felicem habuerunt; te quidem, quod tanta tribuis illis, qui eloquentiae operantur, me vero, quod tanto fruar patrono, qui & calamitates dispellere possit, & meliore sorte beare. Ne igitur cives nostri idem facere imposterum omittant (quibus merito tu quidem succenses, succurres autem, si qua offenderint, hic enim tuus est mos;) mitte, quaeso, crebras mihi epistolas, quae ex capite laboranti levamen adhibere possint.

MCXXIX. ΤΑΤΙΑΝΩι (1).

Ὀλίγους ἐξέφυγέ σου τὰ γράμματα. οἱ πολλοὶ δὲ καὶ ἔγνωσαν αὐτὰ καὶ ἀνέγνωσαν πολλάκις. οἱ μὲν ἐπ' αὐτὰ, ὡς ᾔσθοντο, δραμόντες, τοὺς δὲ καὶ αὐτὸς ἐκάλουν οὐδένα βουλόμενος ἀγνοεῖν, οὗ (2) παρὰ σοῦ τέταγμαι. Ποιοῦν δὲ τοῦτο εἰώθαμεν ἐπιεικῶς, ἐπὶ τῶν καλλίστων ἡμῖν κτημάτων κερδαίνειν νομίζομεν, ἣν (3) πολλοὺς ἔχομεν (4) τοὺς συνειδότας (5). Δι' ὅσων (6) τοίνυν ἦλθεν ἡ ἐπιστολὴ, σὲ μὲν ἕκαστος ἐπῄνεσεν, ἐμὲ δὲ εὐδαιμόνισε. σὲ μὲν, ὅτι τοσοῦτον ποιῇ λόγον τῶν περὶ λόγους (7) διατετριβότων, ἐμὲ δὲ, ὅτι τοσούτῳ συμμάχῳ κέχρημαι, δυναμένῳ (8) λῦσαί τε συμφορὰς, καὶ τὰ τῆς βελτίονος δοῦναι μοίρας. Ἵν' οὖν μὴ παύσωνται τοῦτο ποιοῦντες ἡ πόλις, ἣ δικαίως μὲν ἐγκαλεῖς, βοηθήσεις δὲ, ἤν τι λυπῇ. Τοιοῦτος γὰρ ὁ σὸς τρόπος. Πέμπε μοι πολλὰς ἐπιστολὰς παραμυθίας τῶν τῆς κεφαλῆς κακῶν.

PALLADIO.

In ambigua causa judicium meum requisivisti.

MCXXX. ΠΑΛΛΑΔΙΩι (1)

Οὐκ εὐχερῆ μοι δίαιταν ἐπέτρεψας (2). οὔτε γὰρ ἐπαινῶν

(12) Homeri habes verba ex Iliad. λ. v. 792. *Barocc.* male παράφασις, & *Anglic.* alius παράφασις. Schol. *Golian.* per ἀπάτην minus convenienter exponit.

EP. MCXXVIII. (1) De proverbio hoc lege *Erasmi* Chiliadas p. 478. (2) περὶ *Mutin.* A. invitis *Barocc.* 9. *Medic.* B. *Parif.* 3290. (3) Quae sequuntur usque ad ἐγράφετο, desunt in *Goliano.* (4) δικαίως, *Medic.* mox ἂν deest in *Mutin.* pro ὑμᾶς vero est ὑμῖν, male. (5) ἧς, *Mutin.* A. (6) κομίζοντος, *idem.* (7) ὦν, *Golianus.* (8) χρόνου, *Mutin.* A. forte non inepte. (9) Vaticinium indicare videtur, quod de urbe aliqua, fortasse Nicomedia, proxime affligenda, circumferatur. (10) πεπαυμένου, Cod. *Parif.* 3290. ceteri omnes nostrum tuentur, quibus & *Ambrof.* accedit. (11) οἱ δ' *Mutin.* A. (12) ποιήσει, *Medic.* (13) φιλῶν συγχωρεῖν, *Mutin.* A. & margo *Benzel.* B. at in contextu *Benzel.* uterque nostram lectionem habet.

EP. MCXXIX. (1) Vide *Centuriam* meam ex *Barocc.* p. 265. Δατιανῷ, *Medic.* B. E. & *Ambrof.* (2) *Anglic.* quidam οἷον. (3) ὡς, *Medic.* (4) ἔχω, *Golian.* & Cod. 3290. (5) Ita *Ambrof.* reliqui εἰδότας. (6) ὅσον, *Barocc.* (7) λόγων, *Medic.* (8) μὲν addidi ex Cod. 3290. in reliquis, & cod. quoque 3073. omissum, qui postremus male συμφορᾶς mox legit.

EP. MCXXX. (1) Vide *Centuriam* meam p. 266. ex *Barocc.* Confer cum hac epistola eam, quae exstat infra n. 1308. (2) Phrasis haec forensis est, qua partes litigantes arbitro cuidam controversiam dijudicandam pro-

ἐπαινεῖν ἔχω τὰ πεπραγμένα, ψῆφον δὲ (3) οὐκ ἂν δυναίμην θέσθαι κατὰ τοῦ νεανίσκου, μεμνημένος πολλῶν τε ἐτῶν καὶ μακρῶν διατριβῶν. Διονύσιον δὲ κακοδαίμονα ἡγησάμην ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ παρὰ σοῦ καλούμενος τὰ δένδρα καὶ τοὺς ἐπ᾽ αὐτοῖς ὄρνιθας τοῦ δύνασθαι παρὰ σοὶ (4) προτέρους ἔθετο. Εἰ δ᾽ οὖν ὑπακούσας καὶ δεξάμενος προσαΐξασαν τὴν τύχην, λέγων (5) ἂν εὐδοκίμει καὶ εὐπόρει, σχολὴν δ᾽ οὐκ ἂν εἶχεν (6) εἰς ἁρπαγήν. Τὸν οὖν οὕτως ἄθλιον μέμφομαι μὲν, οὐκ ἂν δὲ ἡδέως ἴδοιμι ζημιούμενον, οὐδ᾽ εἰ σφόδρα οἱ νόμοι βούλοιντο. Διὰ τοῦτο πρὸς μὲν τὸν δικαστὴν (7) οὐδὲν γράφω περὶ φιλανθρωπίας, τοῖς δὲ Θεοῖς εὔχομαι τὸν ἑταῖρον (8) ἡμῖν ἐκσῶσαι.

visti. Neque enim ea, quae facta sunt, laudare possum, neque tamen adolescentem meo condemnare suffragio, qui multorum annorum & longae mecum in literis consuetudinis sim memor. *Dionysium* vero infelicem putavi inde ab eo tempore, quo a te vocatus arbores, &, quae in illis nidulantur, aves potiore loco, quam apud te aliquid posse, habuit. Quod si is dictis audiens fortunae, quae se offerebat, uti voluisset, dicendi arte & famam sibi & facultates comparare potuisset, nec rapinis faciendis vacasset. Hominem itaque adeo miserum culpo quidem, puniri autem minime vellem, si vel maxime leges ita postulent. Interim ad judicem te de humanitate exercenda nihil scribo, Deos vero precor, ut amicum illum a poena nobis immunem praestent.

MCXXXI. ΒΙΤΑΛΙῼ. (1)

Οὐχ ὅτι ἄρχεις, θαυμάζω, ἀλλ᾽ ὅσον χρόνον οὐκ ἄρχεις (2). Τὸ μὲν γάρ ἐστι πράττειν σε τὰ σά (3). τὸ δὲ ἀργεῖν σε κατὰ ἐθνῶν (4). Νῦν οὖν γνόντες ὑπὸ σοὶ γεγονέναι τὴν Ἰωνίαν, συνήσθημεν τοῖς πατρῴοις (5). Ἐσμὲν (6) γὰρ Ἰώνων γένος. Ἐκείνους μὲν οὖν τῷ νέμῳ (7) τῆς ἀρχῆς εὖ ποιεῖς, ἔχοις δ᾽ ἂν τι καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων ἡμᾶς εὖ ποιεῖν. Ἥδιστον μὲν γὰρ θεαμάτων (8) ἡ διὰ τῶν θηρίων λειτουργία. Θηρία δ᾽ ἂν ἡμῖν ἐκεῖθεν ᾠόμεθα γενέσθαι πλείστου ἄξια. Οἱ (9) μὲν οὖν κομιοῦντες ἥκουσι. Τοῦ δὲ μηδὲν αὐτοῖς ἐναντίωμα ἀπαντῆσαι σὺ κύριος (10). Ποίει τοίνυν αὐτοῖς, ὦ θαυμάσιε, πάντα εὔπορα καὶ λεῖα, καὶ ἀνεῳγμένα, καὶ ὄρη, καὶ πεδία, καὶ λιμένας (11).

VITALIO.

Non equidem, quod magistratum geris, sed, quod tam diu non gessisti, miror. Illud enim tua agere, hoc vero adversus populos otiari te efficit. Postquam igitur Ioniam tibi subjectam esse intelleximus, majoribus nostris sumus gratulati. Sumus enim ex Ionum gente. Illos itaque magistratu fungens demereris, demereri vero etiam nos poteris ex illis oriundos. Jucundissimum enim, quod ex bestiis nascitur, est spectaculum. Feras autem maximi pretii inde ad nos venturas arbitramur. Veniunt itaque eas ad nos ducturi, quibus ne quid sinistri accidat, tu cavere poteris. Fac igitur, Vir praestantissime, ut omnia illis in promtu sint, & expedita, & aperta, tum montes, tum campi, tum portus.

MCXXXII. ΚΑΙΣΑΡΙῼ.

Παροφθήτω καὶ ταυτὶ μετὰ τῶν ἄλλων τὰ γράμματα. Τὸ γὰρ ὑβρίζειν τῶν τοῦτο ποιούντων, οὐχὶ τῶν ὑβριζομένων τὸ (1) ἔγκλημα. Ἐγὼ δὲ ἄλλαις (2) μὲν οὐκ ἂν ἠνώχλουν, πεπονθὼς, ὃν (3) οὐκ ἔπεισα, μηκέτ᾽ (4) αὖθις πείθειν ἐπιχειρεῖν. Κέλσου δὲ κελεύοντος γράφειν, καὶ φάσκοντος, ὡς δεινὰ ἂν πάθοι μὴ γράφοντος, οὐχ οἷός τε ἦν διαφεύγειν. Σὺ δ᾽ ἔργῳ μὲν ἔδειξας τὰς ἀπειλεῖς (5), ὡς οὐ δεῖ λήψεσθαι

CAESARIO.

Et hae literae juxta cum aliis contemtim habeantur. Injuria enim illis, qui eam faciunt, non, qui patiuntur, vitio vertitur. Equidem pluribus tibi literis non futurus eram molestus, statuens, eum, quem permovere non potuerim, nunquam iterum permovendum mihi sumere. Cum vero *Celsus* scribere juberet, diceretque, aegre se laturum, si non scriberem, subterfugere hoc officium non poteram. Tu

proponentes, istius se judicio permittere dicebantur. Hinc *ἐπιτετραμμένος τὴν δίαιταν*, vel *δίαιταν*, vel *ἀμφισβήτησιν*. Callistrato, JCto, est compromissarius Judex, quod *Budaeus* observavit. *Varinus* in Lexico: *ὁ δίαιτα, ...* (3) *ψῆφόν τε*, Cod. 3290. & *Medic.* B. (4) *σοῦ*, Cod. 3290. unus. (5) Id malui cum pluribus quos dixi, codd. & *Goliano* quoque pro *λόγων Barocc.* (6) *εἶχες*, cod. 3290. (7) *δικαστὴν Barocc.* invitis ceteris. (8) *ἑταῖρος discipulum* hic notare potest, qualem fuisse *Dionysium* ex limine epistolae patet.

EP. MCXXXI. (1) Vide *Centuriam* meam p. 275. ex *Barocc.* (2) Sic *Golian.* Ceteri cum Cod. 3290. *ἀλλ᾽ ὅσον οὐκ ἄρχεις χρόνον.* (3) *σε τὰ σά*, abest a *Medic.* legitur autem in reliquis, *Barocc. Parif.* 3290. &c. (4) scribo ita cum codd. quos dixi: *ἰδίων Barocc.* male. (5) *πατρῴοις*, *Medic.* male. (6) Schol. *Golianus* exponit per *εἰμί.* (7) *τῷ νόμῳ*, *Medic.* (8) *θεαμάτων*, *Barocc.* praestat alterum ceterorum codicum. Constat, Graecos aeque ac Romanos ferinis hujusmodi spectaculis multum tribuisse. Illa ideo *Voluptatis* nomine *κατ᾽ ἐξοχὴν* insigniebant, &, qui illis praeerant, *Voluptatis tribunos* vocabant. Vide *Cassiodorum* VI. 19. & VII. 10. epp. Confer *Panvinium* de ludis Circensibus p. 92. & *Zimmermanni* Analecta p. 208. Inprimis autem delectabantur, ubi animalia ex peregrinis terris allata oculis ipsorum objiciebantur. Vide *Symmachum* IX. ep. 125. & X. ep. 19. aliosque idem testantes apud *Ezech. Spanhemium* de Usu & praestantia Numismatum p. 148. ed. Amstelod. in 4. (9) *οἱ Parif.* 3290. (10) *κύριος*, *Golian.* (11) *καὶ λιμένας. Benzel.* B.

EP. MCXXXII. (1) *τὸ* addidi ex *Medic.* B. & *Mutin.* A. (2) sic *Cod.* 3290. *Ambrof.* T. 5. & *Mutin.* A. *ἄλλως*, *Medic.* & *Barocc.* 9. (3) *ὃ* *Medic.* ceteri *ὃς.* (4) ita plerique, *οὐκ ἔτ᾽* Cod. 3290. (5) *ἀπειλεῖς*, *Mutin.* A.

(6) sic

Tu quidem re ipsa responsum jam dedisti, exspectari scilicet beneficium hoc non debere. Fortasse vero res non fuerit indigna, abrogare legem illam & amico gratificari. Sed decuerit etiam operi ipsi verba jungere, & prohibere, ne *Celsus* vana spe ducatur. Sic vero etiam mihi gratum facies, si non amplius frigidas mittere cogar epistolas.

ψεῦδαι προσδοκᾷν. Δεινὸν δὲ ἴσως οὐδὲν, λυθῆναι νόμον, χαριζόμενον φίλῳ (6). καλὸν δὲ, καὶ προσθεῖναι τῷ ἔργῳ λόγον, καὶ παῦσαι Κέλσον κεναῖς ἀπαρτώμενον (7) προσδοκίαις. Ἔσται (8) δὲ καί ἐμοι κεχαρισμένος τῷ (9) μὴ ψυχρὰς ἀναγκάζεσθαι πέμπειν ἐπιστολάς.

ACACIO.

Tu quidem vis me scribere, ego vero velim te non quidem scribere, sed ad nos venire. Facile vero ignoscetur mihi magna potius quam parva petenti. Noli interim mirari, me senem te seniorem diligere. Animum enim amo. Hujus autem pulchritudo augetur, ubi corpus deflorescit. Illud porro, quod minus tibi apud me placet, anni tempus praeteriit, postquam uvae in vinum abierunt, & Baccho ubique in campis hymni canuntur: ex quo & ipse, celebrata nunc vindemia, respiravi. Idem vero & tibi usu venire fas est. Quid itaque cunctaris? Legationem ne exspectas? Imo vero eam, si opus fuerit, itidem obibimus.

MCXXXIII. ΑΚΑΚΙΩι. (1)

Σὺ μὲν ἀξιοῖς με γράφειν, ἐγὼ δέ σε ἀντὶ τοῦ γράφειν ἐλθεῖν. Συγγνώμη δὲ ῥᾴστη τὰ μείζω παρὰ (2) τῶν ἐλαττόνων ζητοῦντι. Εἰ δὲ ἐρῶ (3) γέρων καὶ γεραιτέρου, μὴ θαυμάσῃς. ψυχῆς γὰρ ἐρῶ (4). Τὸ δὲ ταύτης αὔξεται κάλλος, ὅταν ἀπανθῇ τὸ σῶμα. Καὶ μὴν τὸ δυσχεραίνεις παρ᾽ ἐμοὶ τοῦ ἔτους ὥραν, παρελήλυθε, καὶ νῦν οἱ βότρυες οἶνος, καὶ ὁ Διόνυσος πανταχοῦ τῶν ἀγρῶν ᾄδεται (5), ὥστε ἀναπέπνευκα τρυγητοῦ (6) φανέντος. εἰκὸς δὴ καί σοι. Τί δὴ μέλλεις (7); ἢ πρεσβείας ἀναμένεις; ἀλλ᾽ ἡμεῖς γε (8), εἰ τούτου (9) δεῖ, καὶ τοῦτο ποιήσομεν.

THEMISTIO.

Profiteor me non crebro ad vos scribere, atque adeo etiam nunc me scripsisse miror. Unde

MCXXXIV. ΘΕΜΙΣΤΙΩι.

Ὁμολογῶ (1) μὴ πυκνὰ γράφειν, ὥστε καὶ νῦν ὅτι γέγραφα, θαυμάζω. Τί οὖν; ἀδικοῦντες (2) ἠναγκάσατε

(6) sic scripsi pro ἔχλῳ cum *Medic. Libanius* id vult, fortasse fieri recte posse, ut amicus non juvetur, idem tamen etiam literis esse profitendum, ne frustra exspectetur auxilium. (7) ἀπαρτώμενον, *Barocc.* ἀπαρτώμενον, *Medic.* (8) ὡς ἔσται. *Barocc.* ἐσὶ δὲ *Medic.* Nostrum habet *cod.* 3290. (9) sic *Barocc.* & *Ambros.* alii τὸ, ut *Medic.* & Cod. 3290.

EP. MCXXXIII. (1) Vide *Zambicarii* versionem Lat. lib. III. n. 288. & *Centuriam* meam p. 66. sqq. (2) παρὰ h. l. comparandi notionem habere, atque idem esse, quod *magis*, videtur. Hoc sensu idem adhibuit *Plato* lib. II. de Republ. ἐναντίον παρὰ δικαιοσύνης ἀδικίαν. *Aristoteles* Politicor. l. 4. ὄργανον παρ᾽ ὀργάνων ὑπηρέτης, *servus est instrumentum prae aliis instrumentis.* Confer *Gatakeri* Adversar. posthuma c. V. p. 464. (3) Alludit ad amorem, quo viri adolescentes, vel pueros, forma elegantes, prosequi apud Graecos solebant, quod non solum permisisse Laconas, sed lege etiam praecepisse testis est *Aelianus* III. 10. Var. Histor. Sperare se illi ajebant fore, ut ejusmodi pueri ad probos amantium mores induendos hac ratione adducerentur. Stoici dicebant, sapientem ἐρασθήσεσθαι τῶν νέων τῶν ἐμφαινόντων διὰ τοῦ εἴδους τὴν πρὸς ἀρετὴν εὐφυΐαν vid. *Laërtium* VII. 129. ibique *Menagii* notas. Verendum autem vehementer est, ne amor improbus praetextu qualicunque fuerit obtectus. Confer *Pet. Baelii* Dictionarium Tom. I. p. 212. Ceterum *Medic.* pro nostro, quod in *Barocc.* & *Parisiensi* 3290. manu *Caesaris Strategi* descripto, exstat, *Medic.* B. habet ἐρῶ γέρων σε. (4) Ita excusare & interpretari solebant amorem juvenum Platonicum, de quo praeter *Apulejum* & *Hieroclem* Fragment. de Providentia videbis Cl. *Barnesii* Vitam Anacreontis, ubi & hunc & alios ex antiquitate, amore hujus generis hactenus infames ab improbitatis suspicione liberare conatur. De *Socrate*, cujus delicias Alcibiadem fuisse ajunt veteres, idem nonnulli judicarunt. Vide *Maximum Tyrium* dissertat. singulari causam ejus agentem quidem, sed parum feliciter aut solide, judice *Jo. Clerico* Tom. XI. Biblioth. Select. p. 316. sq. Compara *Aelian.* IV. 21. *Athenaeum* XIII. 2. & *Laërtium* II. 38. ibique *Menagii* notas p. 91. Sicut autem noster *Acacii* animum amare se ait; ita alii amicitiam μίξιν ψυχῶν appellarunt. Vide *Pontanum* ad Macrobium p. 663. & adde elegantem *Jamblichi* locum in vita Pythagorae p. 216. edit. Arceria. (5) Graecis receptum erat, ut, redeunte vindemia, in Bacchi honorem certos hymnos modularentur, qui ἐπιλήνια & ᾄσματα, sive μέλη ἐπιλήνια appellabantur. De his vide *Athenaeum* I. 3. & 5. *Pollucem* IV. 7. & *Anacreontem* passim. Adde, quae ex his collegit *Doughtejus* in Analectis V. N. Exc. CLV. p. 413. sq. Hymni illi maximam partem absolvebant illius festi, quod tertium erat eorum, quae Baccho sacra habebantur. Habebant enim Ἀνθεστήρια, tum ἀστικὰ, sive κατ᾽ ἄστυ, h. e. *urbica*, vel, *in urbe*, ac denique *Lenaea*, sive κατ᾽ ἀγρὸν, ad quae hic noster respicit. Vide de his praeter *Scaligerum* lib. I. de Emendat. Temporum, *Isaac. Casaubonum* de Poësi Satyrica lib. I. c. 5. & ad *Athenaeum*, inprimis vero *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Nubes v. 310. qui omnium, quos diximus, diligentiam hic superavit, nec unum eorum errorem, non modeste minus, quam scite, emendavit. De *Lenaeis* nominatim ostendit p. 298. ea non tantum κατ᾽ ἀγροὺς, sive in agris, qui mos plerumque obtinebat, sed etiam in urbe celebrata fuisse. (6) τρυγητοῦ, *Parif.* 3290. (7) τί δὲ μέλλεις desunt in *Medic.* B. (8) Sic *Medic.* & *Ambros.* T. 231. recte, pro ἡμεῖς γε *Barocc.* & ἀλλ᾽ ὁ μὲν γε *Parif.* 3290. (9) τοῦτο, *Ambros.*

Ita profligavimus illas LIBANII epistolas, quae codicibus GALLICANIS iisque *Parisiensibus* REGIIS continentur. Eas excipient nunc illae, quas Illustris ROSTGARDUS ex ITALICIS descripsit, in superioribus non exstantes. Ita enim Vir praestantissimus optimo consilio egit, ut ceteras, quas ex *Gallicanis* habebat, cum aliis *Italorum* codicibus maximam partem compararet, ex his vero eas deinde ordine describeret, quae in prioribus illis frustra quaerebantur. Series, fateor, temporis hic observari non potuit. Dabimus tamen operam, quoad fieri potest, & ubi res ipsa exegerit, ut ex notis nostris constare possit, ad quasnam in superioribus epistolas sequentes hae debeant referri. Primum itaque locum illae nunc occupent, quae in Codice Bibliothecae AMBROSIANAE *Mediolanensis.* T. 5. exstant.

EP. MCXXXIV. (1) ὁμολογῶ *Medic.* B. & paulo post γέγραφα. Neutrum series sermonis admittit, quae ostendit, de se loqui Libanium. (2) ἀδικοῦντες, *Medic.*

σατε μὴ (3) σιγᾷν. Ἣν ἂν ἐπιστολὴν λάβοιτε (4), τοῖς ἐνταῦθα εὐθὺς ἔγνωσται, καὶ προδόντες φίλον ἐν τῷ Καρὶ κινδυνεύειν (5) οἴεσθε. Ὑμεῖς μὲν ἐπ' ἀγορᾶς δείκνυτε τὰ γράμματα, πνεῦμα δὲ ἐκεῖθεν ἀρθὲν καὶ δεῦρο ἐμπεσὸν κύματα ἡμῖν ἐγείρει, καὶ ποιεῖ ταῦτα, ἃ Μακεδόνιος (6), εἰδὼς, εἴ τις ἔροιτο, διδάξει. Τὴν μὲν οὖν πληγὴν ἐκείνην οὐκ ἂν ἰάσαιτό τις. Δέομαι δὲ ὑμῶν, μὴ προσθεῖναι δευτέραν. Ὅταν δέ μοι παραινῇς, μὴ τῷ πράττειν εὖ τῶν φίλων ἀμνημονεῖν, αὐτὸς ἐπιλελῆσθαι φαίνῃ τῶν φίλων. Ἐμὲ γὰρ ὅτι τούτων δὴ τῶν τοῖς πολλοῖς δοκούντων ἀγαθῶν οὐδὲν οὐδεπώποτε ἐπῇρε (7), πάλαι μὲν ᾔδεις, νῦν δὲ εἰ βούλει, καίτοι με πολλάκις ἐπιτιμῶν, ὅτι τὰς τῶν ἀρχόντων δυνάμεις οὐκ ἠξίουν θεραπεύειν, ὃ τοσούτῳ νῦν πλέον φυλάττεται (8), ὅσῳ προσείληφεν εἰς τὸ θαῤῥεῖν ἡ πατρίς. Καὶ μὴν εἰ καὶ σφόδρα οὕτως εἶχον, ὡς τοῦτ' (9) εὐτυχίαν ἄγειν, ἑτέρων τὸ δύνασθαι νῦν, τῶν καὶ ἡμᾶς ἀφῃρημένων τὸ δύνασθαι. Ζήτει οὖν, ὅστις σοι πράξει τὰς διαλλαγάς. Ὡς ἔγωγε δέδοικα, μὴ τοῦ πράγματος ἁπτόμενος Ἀκεσίας γένωμαι (10).

de vero hoc? injuria nos afficientes silentium rumpere coëgistis. Simulac enim epistolam nacti estis, ea nostratibus statim innotescit, vosque, amicum prodentes, in vili Caris capite periculum facere vos putatis. Vos scilicet in foro literas publicatis, turbo autem inde sublatus huc irruit, & fluctus nobis excitat, efficitque ea, quae *Macedonius* novit, & interroganti cuique exponet. Hoc igitur vulnus nemo sanaverit. Rogo autem vos, ne addatis alterum. Ceterum, quando me mones, ne, res prospere agens, amicorum obliviscar, tu ipse amicorum videris oblitus. Me enim nihil eorum, quae vulgo bona videntur, elatiorem animo unquam reddidisse pridem tu noveras, jam vero nosse non vis, quamvis saepe me objurgaris, qui Optimatum potentiae adulari nunquam sustinuerim: quod quidem tanto magis nunc observo, quanto majorem animum patria mihi facit. Quamvis, si vel maxime ita animo fuissem affectus, ut hoc in felicitatis parte ponerem, nunc tamen aliorum est valere potentia, eorum nempe, qui & nos potentia exuerunt. Alium igitur quaere, qui tibi conciliationem conficiat. Vereor enim, ne ego negotium hoc suscipiens Acesias videar.

MCXXXV. ΔΗΜΗΤΡΙΩι. (1)

DEMETRIO.

Πρὸς ἕτερον Τάνταλον (2) τὰ τοιαῦτα ἐπιστέλλεις, ἐπεὶ καὶ αὐτός με πόθος μὲν τῶν σῶν πηγῶν. πλησίον δὲ αἱ πηγαὶ, πιεῖν δὲ οὐ δίδως, καίτοι τῶν ἡμετέρων αὐτὸς ἀξιοῖς (3) λαμβάνειν. καὶ διδοίης ἂν εἰκότως τῶν σαυτοῦ. Φιλοῦντι γὰρ πέμψεις, ὃς ἐθέλεις λαμβάνειν. Ὁ δ' ἀνὴρ ἐκεῖνος, ὅν φῂς ἀναγνῶναι βιβλίον (4), σοῦ δεδωκότος, εἰ μετ' εὐνοίας τοῦτο ἔδρα, θαυμαστὸν οὐδέν. Ἃ γὰρ ἔγνω πάλαι, ταῦτα ἐπῄνει (5). Πάλαι γὰρ ἡμᾶς ἀντὶ τοῦ βασανίζειν ἐπῄνει, καίτοι δεινὸς μὲν ἂν εἰπεῖν, ἀμείνων δὲ δοκιμάζειν. Ἀλλ' ὅμως ἐπειδὰν ἅψηταί τι τῶν ἐμῶν, εὐθὺς ὁ γενναῖος κριτὴς λευκὴ στάθμη (6) γίνεται. Τοῦτο δ' ὁπόθεν αὐτῷ τὸ πάθος, ἐγώ σε διδάξω. Ἀρισταίνετος, ἀνὴρ Βιθυνὸς, Ἀθήνησιν αὐτῷ συμφοιτᾷ (7), καὶ φιλίαν ἐκτησάσθην ταῖς ὑμετέραις ὑμνουμέναις (8) ἴσην. Καὶ δὴ (9) καὶ ὅ, τι ἂν τῷ ἑτέρῳ ἀρέσῃ (10), τὴν ἀμφοῖν ἔχει ψῆφον. Ἔπειτα

Tantalo alteri haec scribis; nam & ipse ego fontium tuorum desiderio ducor. Prope enim sunt fontes illi, tu vero non das, ut bibam, qui tamen ex nostris haurire cupias, atque adeo merito etiam de tuis largiri debeas. Nam, qui accipere aves, & mihi cupidissimo mittes. Quod porro vir ille, quem commentationem nostram, te dante, ais legisse, id quidem non sine testata benevolentia fecit, nihil est mirum. Quae enim pridem cognita habebat, ea laudavit. Jam olim enim ante, quam nos explorasset, laudavit, quamvis ipse dicendi sit peritissimus, judicandi autem peritior. Nihilominus tamen, simulac quidquam meorum conspexerit, idoneus judex statim alba fit linea. Unde vero ita adfectus sit, te docebo. *Aristaenetus*, Bithynus ille, Athenis cum eo in literis est versatus, eamque uterque amicitiam coluerunt, quae vestrae illi adeo celebratae est simillima. Quicquid itaque alteri eorum arridet, id utriusque fert calculum. Ille enim hunc, hic

(3) μὴ deest in *Vatic.* A. B. (4) λάβετε, *iidem.* (5) Proverbium notissimum, de quo *Erasmus.* (6) Μακεδόνιε *Medic.* (7) ἐπῇρεν, *Ambros.* (8) φυλάττει, *Medic.* (9) ὦν pro ὡς τοῦτ', *Medic.* (10) h. e. ad medendum ineptus. Vide *Erasmum* p. 153.

EP. MCXXXV. (1) Vide *Centuriam* meam ex *Barocc.* ep. XXXIV. (2) Alludit ad Poëtarum de Tantalo fabulas, qui in flumine constitutus & siti pressus aquas fugientes captet. Vide *Erasmi* Adagia p. 86. Hinc *Gregorius Nazianz.* ep. ad Basilium Ταντάλους τινὰς ἡμᾶς κατανοήσατε, διψῶντας ἐν ὕδασι τοῦ Ταντάλου ἐκεῖνο καὶ ἄτροφον τανταλείαν. Confer *Eusebium* in Vita Constantini M. lib. I. c. 55. (3) ἀξιῶν, *Vatic.* B. (4) βιβλία, *Medic.* B. (5) Sic *Ambros.* & *Medic.* ἐπῄνει, *Vatic.* A. B. atque hoc malim. Sensus foret: *quae enim pridem statuerat*, vel judicaverat, *ea rata esse jussit. Medic.* κὰν ταῦτ' ἐπῄνει. (6) *alba linea* de iis proverbialiter dicitur, qui minus exacte aut diligenter de re aliqua judicant. Commentatur de illa phrasi *Gellius* Noct. Attic. XX. cap. ultimo. Distinctius autem & brevius rem expressit Auctor Collectionis Proverbiorum, quae in Codice *Mediceo* sub Plutarchi nomine exstat, & à Jac. Gronovio in praefat. ad Tom. X. Antiquit. Graecar. vulgata est. *Ibi* enim p. 20. haec legas: Λευκὴ στάθμη. αὕτη κατ' ἔλλειψιν λέγεται ἐπὶ τῶν μὴ ἀκριβῶς τι διαγινωσκόντων. Ἐν γὰρ λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη λέγεται. ἄσημος γὰρ διὰ τὸ ὁμοειδὲς αὐτῆς ἐστι. Adde *Phavorinum*, inprimis autem *Eustathium* ad Iliad. ι. p. 1028. edit. Basil. qui inter alia ita pronunciat: αὕτη δ' ἡ παροιμία λέγεται ἐπὶ τῶν ἄδηλα ἀδήλοις σημαινομένων, ἢ ἐπὶ τῶν μηδὲ σημαινόντων, οἷον, τοῖς λόγοις τοῖς τούτου οὐ τεκμαίρομαι, οὐ μᾶλλον, ἢ λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη. (7) συμφοιτῶ, *Ambros.* male. (8) ὑμνουμένην, *Medic.* (9) Pro his ita *Medic.* καὶ δὴ νῦν καὶ νῦν γέγραφας, οὐκ ὀκνῶ. Τὸ δὲ μηδὲν ταῦτα πλέον. παραιτούμεθα δὲ μὴ γενέσθαι κακοί, τοῦ δέους ἡμᾶς ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἐλευθεροῦντος, ἐν ᾧ τι καὶ βέλτιον ἄν τις φθέγξαιτο. In his desinit ibi epistola, reliquis, quae heic exstant, prorsus omissis. Cordato cuique manifestum est, clausulam hanc ad aliam epistolam pertinere, quae etiam in superioribus exstat. (10) ἀρέσει, *Vatic.* A. B.

hic vero illum sequitur. Quoniam igitur *Aristaeneto* visum est me non putare contemnendum, *Acacio* non licuit, me dexterrimum non putare. Adeo inter ipsos convenerat, rebus meis opitulari & verbis, & vocis contentione, & manuum gestibus, aliisque omnibus, quae efficerent, ut etiam non bona saepe egregia aliis viderentur. Quod si hac necessitate non urgeretur, omnino eum nostra ridere vidisses. Jam vero, sive jure, sive injuria, nunquam me laudare desinet. Ceterum quando tu impudentem illum depressisti, & docuisti, frenis non esse obluctandum, recte fecisti. Quando vero Megarenses illos cum nostratibus comparas, non recte agis. Illi enim incantatorem ad se non vocarunt. Quae vero vestratium conditio sit, ipse nosti.

ἕπεται γὰρ τούτῳ μὲν ἐκεῖνος, ἐκείνῳ δὲ οὗτος. Ἐπεὶ δὲ ἐπῆλθεν Ἀρισταινέτῳ, νομίσαι με μὴ φαῦλον, οὐκέτ' οὖν Ἀκακίῳ, μὴ νομίζειν με δεξιόν, ἀλλ' ὅσα συνηγωνίζετο (11) τῷ λόγῳ, καὶ τόνῳ (12) φωνῆς, καὶ χειρὸς σχήματι, καὶ τοῖς ἄλλοις, ἃ καὶ τὰ μὴ καλὰ πολλάκις ἐποίησε δόξαι καλά, τὰ πρὸς ἐκεῖνον ἦν εὐθηρῶν. Εἰ δὲ οὐκ ἐπῆν ἀνάγκη, πάντως ἂν εἶδες καταγελῶντα. Ἀλλ' οὗτος μὲν εἴτε δίκαιον, εἴτε μή, μή με ἐπαινῶν παύσαιτο. Σὺ δὲ τὸν μὲν ἀναιδῆ τοῦτον καθελὼν, καὶ διδάξας, ὡς ἄρα οὐ χρὴ πρὸς χαλινοὺς ἀντιτείνειν (13), εὖ (14) ποιεῖς. Τοὺς μέντοι Μεγαρεῖς εἰς ἴσον ἄγων τοῖς παρ' ὑμῖν (15), οὐ καλῶς ποιεῖς. Οἱ μέν γε οὐκ ἐκάλουν πρὸς αὐτοὺς τὸν φαρμακέα (16). τὰ δὲ τῶν παρ' ὑμῖν οἶσθα (17).

ARISTAENETO.

Non accepisse te literas, quas *Clematius* perferendas accepit, nunquam crediderim. Causam vero, cur nihil ad nos scribas, requirens, non invenio, nisi quod sepulchro alligatus animum ab omnibus aliis pateris abduci. At vel hoc nomine scribere te mihi, uxorisque tuae virtutes exponere, atque sermonem ejusmodi ad demonstrandum tuum adversus illam cultum facere, existimare oportebat. Hoc utique majus illi decus erat allaturum, quam quicquam eorum, quae nunc facis. Sed de hoc statues ipse, quicquid praestare tibi videbitur. Nos quidem cum morbo, quem simulantes tunc inde discessimus, heic loci vere conflictamur. Itaque tunc locus nobis, jam vero vita ipsa molesta est. Praeter enim capitis morbum renum dolores nos oppugnant nunc violentius, nunc remissius, semper vero moleste vexantes. Jam quidem omnia undique medelae genera accersuntur; superius tamen est malum, & renes instar mortarii, quod ajunt, caput premunt. Sed vel sic non tacere conamur. Horum aeque & aliorum interpres *Meterius* tibi fuerit, qui quamvis urbem nostram patriae suae, amicos vero, quos heic habet, civibus suis opponere possit, a te tamen in Bithyniam, miro sui desiderio

MCXXXVI. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤῼ (1).

Μὴ λαβεῖν μέν (2) σε τὰ γράμματα, ἃ Κλημάτιος ἐκόμιζεν, οὐκ ἂν πεισθείην. Τὸ δὲ μηδὲν ἡμῖν ἐπιστέλλειν (3) τὴν αἰτίαν ζητῶν (4) οὐχ ὁρῶ, πλὴν εἰ τὸ (5) τῷ μνήματι (6) προσδεδεμένον πάντων σε τῶν ἄλλων ἀφίστησι. Καίτοι καὶ κατ' αὐτό γε τοῦτο χρῆν σε ἐπιστέλλειν διδάσκοντά με τὴν τῆς γυναικὸς ἀρετήν, νομίζοντα μέρος εἶναι τῶν εἰς ἐκείνην τιμῶν τὸν λόγον. Τὸ δὲ οἱ (7) μείζων ὁ κόσμος ἔσται ὧν νῦν ποιεῖς. Περὶ μὲν οὖν τούτου (8) πράξεις, ὅ, τι σοι βέλτιον ἂν φαίνηται. Ἡμεῖς δὲ ἣν πλασάμενοι νόσον ἀπέστημεν ἐκεῖθεν, τῇδε νοσοῦμεν. ὥστε περὶ τὸν μὲν ἐδυσχεραίνομεν τόπον τινά, νῦν δὲ αὐτὸ τὸ ζῆν. Πρὸς γὰρ τῷ περὶ τὴν κεφαλὴν κακῷ νεφρῖτις ἡμᾶς πολιορκεῖ, νῦν μὲν σφοδρότερον ἐμβάλλουσα, νῦν δὲ ἡσυχαίτερον (9), πάντως δέ τι λυποῦσα. Καὶ πάντα μὲν πανταχόθεν εἰς τὴν ἴασιν ἀγείρεται. κρατεῖ δὲ τὸ κακόν, καὶ οἱ νεφροὶ ἡμῖν ὅλμος, φασίν, ὑπὲρ κεφαλῆς (10). ἀλλ' ὅμως πειρώμεθα μὴ σιγᾶν. Μηνυτὴς δέ σοι καὶ τούτων κἀκείνων ἔσται Μητέριος, ὃς τῇ πατρίδι μὲν ἔχων ἀντιθεῖναι (11) τὴν ἡμετέραν, τοῖς πολίταις δὲ τοὺς ἐνταῦθα φίλους, ὅμως σὺ πάλιν εἰς Βιθυνίας

A. B. ἀρέσκειν communiter quidem cum dandi, Attice autem cum accusandi casu jungitur; unde & Attici dicunt σε ἀρέσκει i. e. μοὶ ἀρέσκει, pro, μοὶ ἀρέσκει. Vide *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Plutum v. 353. (11) συναγωνίζεσθαι non declamationem heic significat, quod in *Centuria* olim dixi; sed potius opem declamanti Libanio latam. At ἀγωνίζεσθαι *declamare* frequenter infert. Ita *Philostratus* l. 20. 2. de Vitis Sophistar. de Isaeo ait: τοὺς μὲν γὰρ Λακεδαιμονίους ἀγωνιζόμενος, τοὺς βουλευομένους περὶ τοῦ τείχους, h. e. *Lacedaemonios nempe declamatione repraesentans de muro consultantes.* Idem in Philagro ait: ἀγωνίζεσθαι τὴν ἐπίδειξιν. Vide utrinque *Gothofr. Olearium*, τὸν μονῳδίαν, & adde *Cresollii* Theatrum Rhetorum lib. III. c. 17. ex quo intelliges, ἀγωνίζεσθαι, ἀγῶνα & ἀγωνιστὴν de *declamando*, *declamatione* & *declamatore* dici. Hinc & ἀγῶνας in λογικοὺς, νομικοὺς, & ἠθικοὺς distribuebant. Vide eundem Olearium ad Philostratum l. 22. §. 1. & Spanhemium ad Juliani Orationes p. 11. 12. (12) τόνος de robore & contentione vocis h. l. adhibetur, quamvis alias sublimitatem orationis inferat, ut apud *Longinum* περὶ ὕψους Sect. IX. n. 81. ubi videbis *Langbaenium*. Ceterum τόνον & σχῆμα χειρὸς ex veteribus amplius illustrat *Cresollius* lib. III. c. 17. & 18. (13) Proverbialis locutio. (14) εὖ, *Vatic.* A. B. recte pro οὐ, quod est in *Ambros.* ἀντιτείνειν uterque ille codex omittit, quod tamen B. in margine scriptum habet. (15) Sic *Barocc.* τοῖς παρ' ὑμῖν, *Ambros.* & *Benzel.* B. (16) Quid sibi hic velit noster, non adsequor. De voce φαρμακὸς lege *Valesium* ad Harpocrat. Eustathium ad Odyss. δ. p. 1415. & *Meursium* Lection. Attic. IV. 22. (17) τῶν παρ' ὑμῖν, *Benzel.* B.

EP. MCXXXVI. (1) Edita à *Lambecio* ex *Vatic.* & hinc à *Richardo* p. 36. sqq. (2) μὲν deest in *Medic.* B. (3) τὸ δὲ —— ἐπιστέλλειν, deest *ibid.* (4) ζητῶν, *Ambros.* (5) τὸ illud male omissum est in *Vatic.* in ceteris omnibus obvium. (6) Uxor enim ejus fatis functa erat, quod ex aliis nostri epistolis constat. (7) Codd. omnes hic habent οἱ, sine sensu. *Salvinus* malebat σοὶ, quod & ipse expressi. Legi etiam poterat ᾗ. (8) τούτων. (9) ἡσυχαίτερον, *Medic.* vitiose. (10) Proverbii hujus mentionem alibi fieri non memini. Lege de voce ὅλμος *Ezech. Spanhemium* ad Callimachum in Delum v. 90. p. 389. (21) deest in *Medic.*

θυσίαν ἕλκεται, θαυμαστὸν αὐτοῦ φίλτρον (12) ἐγκαταλιπὼν Σύροις. ἃ μήτ᾽ ἀγνοεῖν ἔα (13) τὸν πρεσβύτην μήτ᾽ εἰδότα ὀργίλον εἶναι.

siderio Syris relicto, pertrahitur. Haec facito ut non ignoret senex ille, &, ubi sciverit, irasci desinat.

MCXXXVII. ΝΙΚΟΚΛΕΙ.

Καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ πολέμου, ὡς ἐπολεμήθη, καὶ ὡς ὁ μὲν ἐπὶ πᾶν μανίας ἀφίκετο, κρείττω δὲ ἦν τὰ ἡμέτερα διὰ τοὺς ὑπὸ σοῦ (1) κληθέντας θεοὺς, καὶ ὅτι κρύψας αὐτὸν οἴκοι μένει περιῃρημένος τὸ θράσος, ὁ τὰ τῶν γιγάντων μιμούμενος, πάντα ἀναγγελεῖ σοι δι᾽ ἀκριβείας ὁ γενναῖος Ἑρκουλιανός. καλῶ δὲ αὐτὸν γενναῖον, ὅτι πόσος τέ ἐστιν ὁ διδάσκαλος, οἶδε, καὶ τιμὰς, αἳ ὀφείλονται, ἀνθ᾽ ὧν αὐτὸν ἐλπίζω σὺν εὐδαιμονίᾳ περάσειν τὸν βίον, τά τ᾽ ἄλλα καὶ παῖδας ὁρῶντα ἀγαθοὺς ἐν ταῖς σαῖς χερσί (2). Ταῦτα μὲν οὖν τελοίη Θεός. Σὺ δέ μοι μὴ πάσης τῆς ἡμετέρας κατηγορεῖν μηδὲ τὴν ἑνὸς μοχθηρίαν πόλεως ὅλης ἔγκλημα ποιεῖσθαι, ἀλλ᾽ εἰδέναι διαιρεῖν ἀπὸ τῶν δυσσεβῶν τοὺς οὐ τοιούτους. ὡς οἵ πολλοί γε καὶ κατεβόησαν, καὶ ἐστέναξαν, καὶ κατηράσαντο τῷ τὴν σὴν ἀγνοήσαντι φιλοσοφίαν. Πέντε καὶ δέκα δὲ μυριάδας ἀνθρώπων πάντας εἶναι χρηστοὺς οὐκ οἶδα ἔτι τῶν δυνατῶν. οὐδὲ γὰρ ἐν τῇ σῇ Σπάρτῃ, καίτοι τῇ Σπάρτῃ Λυκοῦργος διδάσκαλος, πάντες ἄμεμπτοι, καὶ κατὰ τοὺς νόμους ζῶντες. Ἀλλ᾽ ἤδη τις καὶ φαῦλος ἔδοξεν, οὐ τἀναντία ἐκ παιδὸς ἐδιδάσκετο.

NICOCLI.

Et reliqua contentionis illius momenta exantlata, & quomodo ille quidem ad extremum furorem processerit, nostra vero causa per eos, quos appellaveras, Deos superior fuerit, quod denique alter ille, sublata audacia, domi nunc delitescat, qui Gigantas antea aemulabatur, haec, inquam, omnia curate tibi liberalissimus *Hercullianus* exponet. Liberalissimum eum appello, quia, quantum bonum sit praeceptor, novit, nec minus honores, qui illis debentur. Quo nomine eum vitam felicissime acturum esse spero, tum alias, tum eo, inprimis, ut bonos filios in manibus tuis esse videat. Sed haec quidem Deus perfecerit. Tu vero noli regionem nostram omnem culpare, neque unius hominis improbitatem urbi toti imputare; sed ab improbis disce distinguere illis dissimiles. Multi enim & contradixerunt, & ingemuerunt, & male precati sunt homini, philosophiam tuam ignoranti. Inter quindecim vero hominum myriadas ut non nisi boni sint, fieri vix posse puto. Neque enim in tua Sparta, cujus tamen doctor ipse fuit *Lycurgus*, omnes a labe sunt immunes, aut legibus obtemperant. Sed & ibi improbus aliquis exstitit, quamvis a puero alia omnia edoctus.

MCXXXVIII. ΟΥΛΠΙΑΝῼ. (1)

Χαίρω, ὅτι τῆς τοῦ Βασιλέως εὐνοίας ἀπολαύεις. τεκμαίρομαι δὲ τοῦτο, τῷ μένειν σε ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. Εἰ γὰρ μὴ ᾽κεῖνο ἦν, οὐδὲ τοῦτ᾽ ἂν ἦν. Ὁ δὲ πρὸς Σέλευκον πόλεμος εἰ μὲν καταλέλυται (2), εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ λυθήτω γε πρὸς τοῦ Διός. Εἴ τε γὰρ πρότερος ἐλύπεις, εἰκός τοι σε καὶ ἄρχειν τῆς εἰρήνης. εἴτε παρ᾽ ἐκείνῳ τὸ ἔγκλημα, μεῖζόν σοι ταύτῃ τὸ θαῦμα. Οὐ γὰρ οὕτω τὸ ἀμύνασθαι (3), ὡς τὸ παρὸν ἀμύνασθαι, μὴ βουληθῆναι θαυμάζεται. Τὸ μὲν γὰρ καὶ τῶν βαρβάρων καὶ τῶν θηρίων. τὸ δὲ Ἑλληνικὸν καὶ Ἀθηναίων, καὶ θεοῖς ἐοικότων. Ἀναμιμνήσκου δὲ ἐκείνου τοῦ παρέχοντός σοι δακρύων ἀφορμὴν ἑαυτὸν ἀποθανόντα (4), καὶ τάχα τι εὑρήσεις αὐτὸν ἀφέντα πολλαῖς αἰτίαις οὐ μικραῖς, οὐδ᾽ οἵας

ULPIANO.

Imperatoris te benevolentia frui gaudeo. Id vero ex eo, quod provinciam adhuc tenes, auguror. Absque illa enim si foret, nec hanc haberes. Si illa cum *Seleuco* contentio composita est; sin minus, per Jovem, quaeso, componatur. Sive enim tu prior laesisti, pacis quoque auctorem te esse decet; sive ille reprehensioni est obnoxius, hoc major tui futura est admiratio. Neque enim vindicta, quae sumitur, tantam, quantam vindicta, quae sumi poterat, neglecta admirationem movet. Alterum enim illud etiam in barbaros & bestias cadit; alterum vero Graecos, & Athenienses, & Diis simillimos decet. Memento, quaeso, ejus, qui obitu suo lacrymas tibi elicuit, & fortasse videbis, eum multis offensas non leves, qualesque vos non commiserunt,

(12) φίλτρον, *Vatic.* B. (13) Ita codices: malim ἴα, ut ad Aristaenetum referatur.

EP. MCXXXVII. (1) σοὶ, *Medic.* B. invitis ceteris codd. inter quos etiam est *Barocc.* 9. (2) σαῖς omittit *Medic.* Videtur *Hercullianus* vel filius, vel gener Nicoclis fuisse, cui proinde noster optat, ut filios aliquando habeat non degeneres, & Nicocli ipsi placituros.

EP. MCXXXVIII. (1) Vide *Centuriam* meam ex *Barocc.* ep. XLI. (2) *Barocc.* καταλέλυται, *Ambros.* (3) Egregia sunt, quae heic, ut alias passim, noster monet de negligenda injuriae ultione, quorum similia passim apud externos Scriptores inveneris. Vide *Gatakerum* ad Marc. Antoninum VI. 6. p. 220. sqq. Quod in sequentibus ait, istam à vindicta abstinentiam esse τῶν θεοῖς ἐοικότων, id quidem apprime respondet verbis *Paulini* ep. 2. *Vicem injuriae reddere, ultio humana est, at inimicum etiam diligere vindicta coelestis est.* *Seneca* VII. 31. de Beneficiis: *vincit malos pertinax bonitas.* *Valer. Max.* IV. 2. *Speciosius aliquanto injuriae beneficiis vincuntur, quam mutui odii pertinacia pensantur.* Egregius est *Hieroclis* locus apud Stobaeum Serm. LXXXII. qui ex eo repetitus est in luculenta ejus edit. Cantabrig. p. 296. Ἐσεται καὶ ὄντως τοιοῦτος ὁ ἀδελφὸς, ἀλλὰ σύγε, φαίην ἄν, ὁμοίως ἐπιδεῖς, καὶ νικῶν αὐτοῦ τὴν ἀγριότητα ταῖς εὐνοίαις. (4) ita Codd. *Salvinus* malebat ἀποθανόντα. Fortasse *Julianus* Imp. intelligitur.

(5) Quos

runt, condonasse. Nosti vero etiam octo illos, & eorum gladios. Hos cum tu nobiscum olim probaris, quomodo fieri potest, ut eosdem non imiteris? Quamvis etiam Atrides invisus tibi & irae tenacior fuerit visus, tu tamen uxorem illa saltem pristina gratia dignare ejusque rationem habere perge, quae neque Assyrios vidit, nec Euphratem, nec ludis his interfuit. Sic enim causam hanc omnem appellare malim.

οἷαι ὑμᾶς συνέκρυψαν. Ἀλλ' οἶδα δὴ τοὺς ὀκτὼ (5), καὶ τὰ ἐκείνων ξίφη, ἃ (6) μεθ' ἡμῶν ἐπαινῶν τότε πῶς ἂν δύναιο μὴ μιμεῖσθαι νῦν; Εἰ δέ τοι Ἀτρείδης μὲν ἀπήχθετο (7), καὶ δέδοκται τηρεῖν τὴν ὀργὴν, σὺ δ' ἀλλὰ τὴν γυναῖκα τῆς ἔμπροσθεν ἀξίου τε καὶ τὸ αἰδεῖσθαι φύλαττε, ἣ οὔτε Ἀσσυρίους εἶδεν, οὔτε Εὐφράτην, οὔτε ἐκοινώνησε τῆς ἐκεῖ παιδιᾶς. οὕτω γάρ μοι καλεῖν ἥδιον.

FORTUNATIANO.

Neptuno supplicavi, ut fluctus vobis objiceret, montibus pares, atque sic timore, ex mari oborto, terrae meminisse vos cogeret. Quod si enim adessent vobis, qui furens mare incantamentis componere norunt, qualibus Xerxen illud sibi ajunt conciliasse, vererer utique, ne tempestatem illam salvi effugeretis. Jam vero urgebit vos, donec ipsa illa tempestate, eam, quae apud nos est, procellam disjiciat & solvat. Loquor vero non de anni temperie, sed de tristitia, quam, vobis destituti, animo circumferimus, illo etiam solatio, quod fabularum artifices afferre alias consueverunt, carentes. Scilicet sceleratis hominibus navis secundis ventis fertur; nobis vero ex re nulla, nec ipso quidem mendacio, voluptas nascitur.

MCXXXIX. ΦΟΡΤΟΥΝΑΤΙΑΝΩι. (1)

Ἐγὼ τοῦ Ποσειδῶνος ἐδεήθην, ὅπως ὑμῖν ἐπαγάγοι κύματα ὄρεσιν ἴσα (2), καὶ διὰ τοῦ περὶ τῆς θαλάττης φόβου μνησθῆναι τῆς μεσογείας ἀναγκάσαι. Εἰ μὲν γὰρ ἦσαν ὑμῖν ἄνδρες οἷοι παύειν ἐπῳδαῖς μαινομένην θάλατταν, δι' οἵων αὐτῷ Ξέρξην (3) φασὶ διαλλάξαι τὴν θάλατταν, ἔδεισα ἄν, μὴ κρείττους γίνησθε (4) τοῦ χειμῶνος. Νῦν δ' ὑμῖν ἐπικείσεται, μέχρις ἂν ἀπαντήσῃ (5) καὶ λύσῃ χειμῶνα, τὸν παρ' ἡμῖν (6) χειμῶνα (7). λέγω δὲ οὐ τὴν ὥραν, ἀλλὰ τὴν λύπην, ἣν οὐχ ὁρῶντες ὑμᾶς (8) ἐν ταῖς ψυχαῖς φέρομεν. οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῶν λογοποιῶν (9) ἔτι παραμυθίαν ἔχοντες. Ἦ τι γὰρ ναῦς ὀρθὴν πλεῖ τοῖς ἀλιτηρίοις (10), ἡδονή τε ἡμῖν οὐδαμόθεν οὐδ' ἀπὸ ψεύδους.

CLEARCHO.

Si pelago se commissurus esset *Alexander*, & ipse Castores invocaret, & nos pro ipso. Tyndaridis enim illis id a Jove datum est, ut navigantes a periculo tutos praestare possint. Quoniam vero ille nec per Aegaeum nec per Ionium mare fertur, sed publico munere, quod freto Siculo saevius est, jactatur, tuam illi opem expetimus, qui unus efficere possis, ne fluctibus opprimatur. Mihi vero *Alexander* hic illi Philippi Alexandro, qui urbis fundamentum jecit, poenas solvere videtur. Nos enim ille aversatus & amantes contemnens

MCXL. ΚΛΕΑΡΧΩι.

Εἰ μὲν εἰς τὸ πέλαγος ἀφήσειν (1) ἔμελλεν Ἀλέξανδρος, αὐτὸς ἂν ἐκάλει τοὺς Διοσκόρους, καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ αὐτοῦ. Τοῖς γὰρ δὴ Τυνδαρίδαις (2) γέρας ἐδόθη παρὰ Διὸς ῥύεσθαι τοὺς πλέοντας ἐκ κακῶν. Ἐπεὶ δὲ οὐ δι' Αἰγαίου (3), καὶ Ἰονίου κομίζεται νῦν, ἀλλὰ διὰ λειτουργίας πολλῷ χαλεπωτέρας τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ (4), παρὰ σοῦ τὴν σωτηρίαν αἰτοῦμεν τοῦ μόνου κυρίου κωλῦσαι τὰ κύματα (5) ὑπερέχειν. Δοκεῖ δέ μοι τίνειν (6) δίκας Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρῳ (7) οὗτος ἐκεί-νῳ

(5) Quos heic ex veteri memoria repetat, non recordor. Tales fuisse necesse est, qui inimicitias, quas armis exseruerant, tandem deposuerint. (6) sic scribo pro ὃ, quod est in codicibus. (7) *Homerus* Iliad. ἀ. v. 300.

EP. MCXXXIX. (1) Vide *Centuriam* meam ep. XXXVII. ex *Barocc.* Φορτουνατίῳ, *Mutin.* A. Φορτουνατιανῷ, *Medic.* B. Fortunatianus recte appellatur, & frequens ejus in his epistolis mentio est. Comes Rerum Privatarum fuit sub Valente Imp. Confer *Jac. Gothofredi* Prosopographiam p. 363. (2) *Homeri* phrasis Odyss. γ'. v. 290. Confer *Erasmum* in Adag. Pro ἐπαγάγοι *Medic.* ἐπάγῃ. *Mutin.* A. ἐπαγάγῃ. (3) De Xerxe ex veteribus *Herodotus* VII. 35. *Valer. Max.* III. 2. & *Tzetzes* Chiliad. II. 32. testatum reliquerunt, eum Hellesponto trecenta verbera infligi, in pelagus autem par compedum immitti, stigmata quoque inuri & colaphos impingi curasse. Id tamen in dubium alii vocant; nominatim Laërtius in Prooemio ad Vitas Philosophorum Sect. IX. (4) γένοισθε, *Mutin.* A. (5) ἀπαντήσει, *idem.* (6) ὑμῖν, *idem.* (7) χειμὼν proprie quidem de hyeme & maris quoque procella usurpatur: hinc vero saepius ad calamitates easque graves transfertur. Vide *Aeschylum* in Prometheo v. 1014. & *Sophoclem* in Ajace v. 207. Alia exempla affert *Spanhemius* ad Aristophanis Ranas v. 364. (8) ὑμεῖς, *Medic.* male. (9) λογοποιοὺς fabularum consarcinatores heic denotant: id patet ex sequente phrasi ἀπὸ ψεύδους. Ita *Phavorinus*: ὁ λογοποιὸς, ὁ λόγους ποιῶν, καὶ γράφων, καὶ ὁ ψευδῆ συντιθεὶς καὶ γράφων. *Eustathius* ad Iliad. ἀ. p. 29. monet, ὅτι λογοψευδομυθίας ταῦτα ἔχει. (10) Phrasi hac metaphorica & proverbiali saepe secunda fortuna indicatur, quam noster hominibus flagitiosis obtingere non sine indignatione queritur. Idem ex Gentilibus alii non sine injuria in Numen ipsum fecerunt. Eorum locos attulerunt *Gassendus* Tomo I. Opp. p. 382. de Philosophia Epicuri, *Muretus* Orat. III. Tomi II. *Baelius* Tom. I. Dictionarii p. 1053. & Tom. III. p. 2624. edit. secundae, *Gerh. Joh. Vossius* de Philologia c. XIV. §. 14. *Petavius* in Dogmat. Theolog. Tom. I. lib. VIII. c. 5. & *Gorallus*, i. e. *Joh. Clericus* ad Pedonis Albinovani Eleg. I. v. 129. De voce ἀλιτήριος lege Scholiasten Aristophanis ad Equites v. 441. & ex eo *Suidam.* Utrumque locum *Kusterus* illustravit. *Mutin.* A. vitiose ἀιτηρίοις.

EP. MCXL. (1) ἀφήσειν, *Mutin.* C. (2) De *Tyndaridis* illis seu *Dioscoris* alibi ad has diximus. Alii codd. habent Διοσκόρους pro Διοσκούρους. Utraque scriptio frequentatur. (3) Ἀιγαίου, *Mutin.* A. (4) De hoc proverbio alibi. (5) κύματα, *Barocc.* 9. (6) τείνειν, *Mutin.* A. (7) Alexandrum Magnum, Philippi filium, Alexandriae conditorem, intelligit.

(8) πρ-

νῳ τῷ Φιλίππου (8) τῷ τῇ πόλει βουλομένῳ κρηπῖδα. Φυγὼν γὰρ ἡμᾶς καὶ ἀτιμάσας φιλοῦντας οὐδὲν γλύκιον Παμφυλίας ἡγήσατο, καὶ γήμας αὐτόθι παῖδάς τε εἶδε, καὶ οἰκίαν ᾠκοδόμησεν, ἧς ἐρᾷ (9) πλέον ἢ παιδικῶν ἕτερος (10). Αὕτη τε γὰρ καλὴ καὶ μεγάλη, καὶ ὁ δειπνῶν ἀποβλέποι τ' ἂν εἰς τὴν θάλατταν, καὶ ναῦς ἐξ οὐρίου τρεχούσας, καὶ ναυτῶν ἂν ἀκούσαι (11) ᾀδόντων ἃ εἰώθασι. Τοιαῦτα αὐτὸν ἀφέλκει τῆς πατρίδος φάρμακα. Ποιῶν δὲ αὐτὸν ἄληπτον κοινωνεῖ μὲν αὐτὸς τοῦ μεγάλου συνεδρίου, τὸν υἱὸν δὲ φέρων εἰς λειτουργίας ἐνέβαλεν, ἀγαθῷ τὸ κακὸν ἰώμενος. οὕτω γὰρ βέλτιον εἰπεῖν, ἢ κακῷ τὸ κακόν. Καὶ ὅτι μὲν φεύξεται, οἶδεν. οἷ δὲ ἥξει τοῦτό δε, οὐκ ἐνεθυμήθη. ἀλλὰ νῦν τετάρακται, καὶ τὸ βάθος ὁρᾷ, καὶ ὡς πολλῶν δεῖ, καὶ ὡς μικρὰ τὰ ὄντα. καὶ δέδοικεν ὑπὲρ τῆς φίλης οἰκίας. Ποίησον δὴ τὰ δυσχερῆ λεῖα, καὶ δεῖξον εὖ κακῶς βεβουλευμένον. Μέγα δὴ τοῖς χορηγοῦσιν ἄρχοντος εὔνοια (12) μεῖζον δὲ τὸ παρὰ τηλικούτου. Ὅταν δὲ πρὸς τῷ δύνασθαι καὶ σοφὸς εἰς τὸ βοηθεῖν ὁ τὴν ἰσχὺν ἔχων ᾖ (13), μεγάλην οὐ μεγάλαις δαπάναις (14) ὁ χορηγὸς ἐκτήσατο δόξαν. Φρούρει τοίνυν τὸν ἡμέτερον πολίτην. καλοῦμεν γὰρ αὐτὸν εἰ καὶ μὴ βούλεται (15) τοῦτο.

temnens Pamphylia suavius nihil habuit, uxoreque ibi ducta, & liberos vidit, & aedes struxit, quas magis, quam alius quivis delicias suas, amat. Sunt enim & amplae & elegantes, ex quibus coenans in mare prospiciens & naves secundis ventis latas videre, & nautas consueta carmina cantantes audire possit. Haec scilicet lenocinia eum a patria avocant. Ipse porro immunem se a publico munere praestiturus, magnae curiae adscribi se fecit, filium vero offerens in munus publicum praecipitem agit, malum bono aliquo sanaturus. Ita enim, quam malum malo, dicere praestat. Illum quidem id aversaturum esse, novit: quo vero res processura esset, non expendit. Jam vero turbatus est animo, videtque abyssum, quodque amplae opes requirantur, cum tamen in promtu sint exiguae. Itaque charae sibi domui timet. Tu itaque aspera haec levia effice, eumque non male rebus suis consuluisse ostende. Praesidibus alias Praefecti gratia multum, plus vero viri tanti, praestat. Qui ubi praeter facultatem etiam sapientia ad juvandum fuerit instructus, praeses ejusmodi sumtibus etiam non magnis magnam sibi gloriam compararit. Tuere igitur civem hunc nostrum. Hoc enim eum nomine, etiamsi nolit, appellamus.

MCXLI. ΣΑΛΟΥΣΤΙῼ. (1)

Ἔδει μέν σοι τὸν οἶκον ἅπαντα εἶναι σῶν, καὶ μήτε μικρὸν, μήτε μεῖζον (2) ἀπὸ τοῦ φθόνου βέλος ἐφ' ὑμᾶς ἐνεχθῆναι (3), ἀλλ' ᾗ σὺ κέχρησαι περὶ τοὺς ἀρχομένους φιλανθρωπίᾳ, ταύτῃ (4) τοὺς θεοὺς περὶ σέ. Ἴσθι μέντοι θαῦμά σοι γενόμενον ἀπὸ τῆς συμφορᾶς. Ἁπάντων γὰρ ἡμῶν οὕτως ἀφόρητον τὸ πρᾶγμα ἡγουμένων, ὥστε μηδὲ τὴν ἐκ λόγου τολμᾶν προσάγειν παραμυθίαν, σὺ γενναίως ἤνεγκας τὴν τῆς τύχης προσβολὴν, νομίσας πολὺ ταύτην μείζω εἶναι τὴν ἀριστείαν, ἢ ὅσας αἱ (5) πρὸς ἀνθρώπους δέχονται μάχαι. Τὰ γὰρ παρὰ τῶν ποιητῶν περὶ τῆς ἀνθρωπείας (6) εἰρημένα φύσεως εἰδὼς, μετὰ τῶν ἐκεῖθεν ἐπῳδῶν παρετάξω, καί σε οὐκ ἔκλινε τοσοῦτον κακόν. ἀλλ' ὁ μὲν ἐπηρεάσας ἡμῖν δαίμων, καὶ γάρ ἐμὲ νόμιζε τῶν πενθησάντων εἶναι, τρέποιτο ἐφ' ἑτέρους (7), ἐπειδὴ τοῦ κακῶς

SALUSTIO.

Oportebat tibi quidem totam domum salvam esse, nec vel parvum, vel magnum invidiae telum in vos vibrari, sed, qua tu in subjectos humanitate usus es, eandem a Diis quoque experiri. Scias tamen, ipsam hanc calamitatem admirationem tui movisse. Cum enim illa nobis patienter ferri adeo non posse videretur, ut nec sermones in solatium adhibere auderemus, tu quidem fortiter tulisti fortunae impetum, praestantioris fortitudinis specimen hoc esse arbitratus, quam quae praeliis quibuscunque, contra homines susceptis, alias demonstratur. Quae enim a Poëtis de hominum natura & indole dicta esse noras, ea cum eorundem delinimentis, instructa quasi acie, confligere fecisti, multumque abest, ut tanta calamitas de gradu te dejecerit. Malus interim genius, qui nos insectatus est, (inter eos enim, qui vices tuas doluerunt, me quo-

(8) βουλομένῳ, *Ambros.* βουλομένῳ *Barocc.* (9) ἐρᾷ, *Mutin.* A. sicut paulo ante εἶδε. (10) Alii ἕτερος. (11) ἀκοῦσαι, *Barocc.* & *Ambros.* (12) εὔνοια, *Medic.* (13) Ita scripsi cum *Medic.* pro quo ceteri: εἰς τὸ βοηθεῖν τὴν ἰσχὺν ᾖ. Nonnulli pro πρὸς τῷ δ. habent πρὸς τὸ δ. male. (14) δαπάναις deest in *Ambros.* T. 5. quod reliqui habent. (15) βούλοιτο, *Barocc.*

EP. MCXLI. (1) Vide *Centuriam* meam ep. XXXVI. ex *Barocc.* (2) i. e. *nullum*: quae loquendi ratio Hebraeis quoque recepta fuit. Vide 1 *Sam.* XXII. 15. Eadem delectatus fuit scriptor epistolarum, quae sub *Phalaridis* nomine circumferuntur. Ita ep. 31. οὐδὲν ὑπ' ἐμοῦ πλημμεληθέντος ἂν ἔλαττον ὡς μεῖζον. Conf. ep. 32. & 72. Noster saepissime illa utitur tum in epistolis his, tum in *Vita* sua. (3) ἐλθεῖν, *Mutin.* A. (4) ταύτης, *Ambros.* (5) Sic *Mutin.* A. recte: ἢ ὅσας σε, *Ambros.* & sic *Medic.* ubi *Salvinus* recte suspicatur legendum, ἢ ὅσας αἱ. *Barocc.* ἢ ὅσας τε. (6) In *Medic.* τῆς αἰνείου, quasi de Aenea sermo esset. Librarii hic error ex compendio scribendi ἀνου vel ανου natus est. Innuuntur vero Poëtarum dicta de animis hominum calamitate fractis, quae Seleucus recordatus, adhibitis etiam eorundem cohortationibus, infortunio suo fortiter opposuerit. (7) formula est malum aliquod à se averruncandi. Dicere etiam solebant: κατὰ σεαυτὸν νῦν τρέπου. Vide *Aristophan.* Acharnens. v. 1011. & ibi *Kusterum.* Adde Nubes v. 1266. Eadem ratio est phraseos: εἰς τὴν κεφαλήν σοι subintellecta voce τρέποιτο. Vide Plutum Aristophanis v. 526. Acharnens. v. 833. & Nubes v. 40. *Phalaris* ep. 102. ἀποτρέποιντο εἰς κεφαλήν σοι καὶ τῷ σῷ γένει τρίψω. *Medic.* hic legit τρέποιτο, male.

(8) Sic

quoque numeratum velim) ad alios se convertat, quoniam male facere praemii quasi loco habere videtur. Ceterum legatos, rebus omnibus potitos, ad nos remitte. Adeo nihil est, in quo bene nobis non feceris, id omne, quod petierimus, justum appellans, Regique persuadens, ut credat, & nos acqua petere, & recte illa nobis conferri.

χῶς ποιεῖ ὅστις τινὸς γέρως ἐπιθυμεῖ. Τὴν δὲ πρεσβείαν ἡμῖν τυχοῦσαν ἁπάντων ἀπόπεμψον. ὡς οὐκ ἔστιν, ὅ, τι οὐκ εὖ ἐποίησας, ἁπλῶς, ὅ, τι ἐπαγγείλαιμεν (8) δίκαιον τοῦτο καλῶν, καὶ βασιλέα πείθων, ὡς καλὰ μὲν αἰτοῦμεν, καλὸν δὲ, τὸ τοιαῦτα χαρίζεσθαι.

NICOCLI.

MCXLII. ΝΙΚΟΚΛΕΙ. (1)

Ex *Alexandro* intelliges, quae rerum nostrarum sit conditio: qualis vero tuarum sit, nemo erat, qui diceret. Tu itaque tuarum ipse sis interpres: inprimis vero si quid tibi ab hominibus adversi contigerit. Vel potius, quod praestat, Dii tibi sint propitii, quorum ope ea etiam, quae hic molesta erant, vicisti. Me quidem ex facta illa reconciliatione nec cothurnum, nec Euripum, neque venti, quod ajunt, campum esse suspiceris. Si enim vel tua ego vituperassem, vel, quos antea culpavi, commendarem, illorum, quae dixi, proverbiorum omen in me caderet. Si vero in illis persisto; pacisque simul sum studiosissimus, atque illos etiam, qui me laeserunt, beneficiis cum voluptate afficio, veniam mihi, per Jovem, quaeso, facias, vel potius, quam pridem fecisti, perpetuam praestes. Cum enim pridem scires; quod, qui malo me affecerunt, illos auxilio dignarer meo, dicebas quidem, hujusmodi humanitatem ei utenti esse noxiam, neque tamen, quando prohibere non poteras, me propterea minus amabas. Ipse enim meministi, te cum multis post longam contentionem in pacem rediisse, quos laudare quidem non poteras, hostes tamen appellare non sustinuisti. Multa praeterea tempus ipsum suasit, multa vero etiam facere coëgit. Ipsi etiam rerum eventus consilia nostra optima fuisse, postea testatum fecerunt. Aperius de his scribere periculo non vacat. Ea vero *Alexandrum* praesentem nunc habens, non ignorabis: quem votis saltem proveheis, si minus juvare possis; juvabis autem, si facultas adsit. Posterius vero ut fiat, Deos precor.

Παρὰ Ἀλεξάνδρου μάθοις ἂν, ἐν οἷς ἡμεῖς. ὁ δὲ τὰ σὰ πρὸς ἡμᾶς ἐρῶν οὐκ ἦν. Σὺ δὲ τῆς σαυτοῦ γίγνου διδάσκαλος. πάντως δὲ, εἰ καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔχει σοι δυσκόλως, ἀλλ᾽ ὃ πολὺ τοῦδε κάλλιον, εὐμενεῖς οἱ θεοὶ, μεθ᾽ ὧν καὶ τῶν ἐνταῦθα ἐνοχλούντων ἐκράτεις (2). Ἐμὲ δὲ μήτε Κόθορνον, μήτε Εὔριπον, μήτε ἀνέμων πεδίον (3) ἡγήσῃ ταῖς γενομέναις (4) διαλλαγαῖς. Εἰ μὲν γὰρ ἢ (5) τὰ σὰ ἔψεγον (6), ἢ, ὡς πρὶν ἐμεμφόμην, ἐπῄνουν, εὐχόμην ἂν ὡς ἀληθῶς ταῖς παροιμίαις. Εἰ δὲ ἐκεῖνα μὲν τηρῶ, πρὸς δὲ τὸ εἰρήνην ἄγειν ἑτοίμως ἔχω (7), καὶ τοὺς βλάψαντας ὠφελῶν χαίρω, σύγγνωθι πρὸς Διὸς τῷ πάθει. μᾶλλον δὲ φύλαξον, ἣν πάλαι συγγνώμην ἔδωκας. Πάλαι γάρ τοι τοῦτο εἰδὼς, ὅτι, ὑφ᾽ ὧν ἔπαθον κακῶς (8), τούτοις βοηθεῖν ἠξίουν, βλαβερὰν μὲν ἐκάλεις τὴν τοιαύτην φιλανθρωπίαν, αὐτῷ τῷ ταύτῃ χρωμένῳ, κωλύειν δὲ οὐκ ἔχων, οὐδὲν ἧττον ἐφίλεις. Ἤδεις γὰρ καὶ αὐτὸς πολλοὺς εἰς λόγους (9) ἐλθὼν μετὰ μακροὺς πολέμους. οὓς ἐπαινεῖν μὲν οὐκ ἂν δύναιο, μὴ καλεῖν δὲ ἐχθροὺς ἐπείσθης. Πολλὰ δὲ καὶ (10) ὁ καιρὸς τὰ μὲν ἔπεισε, τὰ δ᾽ ἠνάγκασεν. Ἐπεγένετο δέ τις εὐθὺς μαρτυρία παρὰ τῶν πραγμάτων (11), ὡς ἄριστα βεβουλεύμεθα (12). Τὸ σαφὲς δὲ γράφειν μὲν σφαλερόν. Ἀλέξανδρον δὲ ἔχων οὐκ ἀγνοήσεις, ᾧ συνεύξῃ μὲν, εἰ μή σοι πάρεστι δύναμις, συμπράξεις δὲ τῆς δυνάμεως παρούσης. Εἴη (13) δὲ, ὦ θεοί, τὸ δεύτερον.

SALUSTIO.

MCXLIII. ΣΑΛΟΥΣΤΙΩι. (1)

Memini utique pristini illius tui beneficii, quando

Μέμνημαί σου τῆς παλαιᾶς ἐκείνης χάριτος, ὅτ᾽ Ὀλύμ-

(8) Sic scribo cum *Medic.* pro ἐπαγγείλῃ μὲν *Ambros.* & οὐκ ἐπαγγ. *Mutin.* A.

EP. MCXLII. (1) Vide *Centuriam* meam ep. XL. ex *Barocc.* (2) ἐνοχλούντων abest à *Mutin.* A. (3) Tria heic proverbia conjungit noster, quae ad denotandam lubricam hominis fidem, & incertam animi sententiam adhibentur. κόθορνος & ποδὶ μεταβολώτερος dicitur homo variae sententiae a calceamento, quod ἀμφοτεροδέξιος vocabatur, quia utrique pedi aptum erat, vel, quod *Suidas* tradit, utrique sexui accommodatum. De muliebri calceamento vocem adhibet *Aristophanes* in Ranis v. 47. & Concionatric. v. 346 ad priorem locum lege *Ezech. Spanhemium.* De proverbio ipso leges etiam *Erasmum* p. 345. ubi & de Euripo, sicut de tertio idem p. 343. (4) Sic *Mutin.* A. γενομέναις vel γεγονυίαις, ceteri. (5) εἰ pro ἢ, *Medic.* (6) ἔλεγον, *Mutin.* (7) Haec phrasis Atticismum refert. Attici enim modo adverbium, modo adjectivum nomen qualitatis cum verbo ἔχω conjungunt. Ita *Aristophanes* Pluto v. 127. ἔχ᾽ ἥσυχος, & Nubibus v. 262. ἔχ᾽ ἀτρέμας. Vide ibi *Spanhemium.* (8) Auro digna indoles & sententia, quam noster aliis saepe inculcat. Πάσχειν saepe simpliciter pro κακῶς τι πάσχειν usurpatur, quod exemplis idoneis commonstravit B. *Jo. Andr. Danzius* in dissertat. luculenta de Jure talionis p. 9. sq. in notis. Deinde vero additis particulis εὖ, καλῶς, vel his similibus ad certum sensum adstringi solet, ut in epist. Apollonii 21 & 48. εὖ πάσχειν de felicitate & accepto beneficio usurpatur. Sic & δεινὰ πάσχειν in contrariam sententiam dicit *Aristophanes* Acharn. v. 322. δεινά γ᾽ ἄρα πείσομαι. (9) εἰς λόγον, *Medic.* (10) πολλὰς δὲ ὁ, *Medic.* (11) μάρτυς παρὰ τῶν γεγραμμένων, *idem* male, & invitis reliquis codd. (12) βεβουλευμένος. *Mutin.* A. (13) ἔστω, *idem.*

EP. MCXLIII. (1) Epistolam hanc Graece edidit *Fridericus Brummerus*, Lipsiensis, in Commentar. ad Legem Cinciam *Paris.* 1668. 4. p. 108. ubi inter oratores gratuitos quintum locum adsignat *Arsenio* his verbis:

Quintum

Ὀλύμπιος μὲν ἔτρεμε, μὴ τὸν βουλευόντων ἀδελφὸς αὐτῷ γένηται. τὸν φόβον δ' ἐμήνυσά σοι, καὶ παραχρῆμα ἐλέλυτο, κληθέντος ἐπ' ἀρχὴν τοῦ τὸ (2) τῆς βουλῆς προσδοκῶντος δίκτυον. Τοῦ μὲν οὖν θαυμάζειν σε ἠρξάμεθα, ὅτι καὶ τοῦ γνῶσκειν (3). ἡ βοήθεια δὲ ἐκείνη, καὶ τὸ μὴ τῶν ἐλκόντων ἡττηθῆναι, οὐδὲ τοὺς γονεῖς ἐᾷ περὶ τῆς σῆς παρ' ἡμῖν τετάχθαι κεφαλῆς. Νῦν δὲ τιμῶν σοι δικαίων παρὰ τοῦ βασιλέως γεγνομένων, καὶ παντὸς στόματος ἐν ἔργῳ ἔχοντος τὰ σὰ θαυμάζειν, νικῶμεν ἡμεῖς τῇ κατὰ ταῦτα ἡδονῇ πάντας ἀνθρώπους. Καλὰ μὲν οὖν σου (4) καὶ τἄλλα. τὰ γὰρ ἐκ πεπαιδευμένης ψυχῆς οὐκ ἔνι μὴ κάλλους μετέχειν. Κάλλιστον δὲ, ὃ (5) περὶ τῶν τοῖς ἀδικουμένοις συναγορευόντων ἔγνως, καθίσας εἰς ἀρχόντων θρόνους, οὓς ὁ σὸς θρόνος πολλοὺς ἱδρῶτας συνῄδει. Μεγάλου δὲ δοκοῦντος τοῦ δύο ἢ τρεῖς εἰς τοῦτ' ἀφικέσθαι σχήματος, καὶ τῶν τοῦτο δυνηθέντων ὑπάρχειν ἢ βουληθέντων ἐπαινουμένων, σὺ παντὶ φέρων ἔθνει ῥήτορας ἐπέστησας (6) τὰς μὲν πόλεις σώζων τῇ τῶν ἐπιμελητῶν ἐμπειρίᾳ, τοῖς δὲ μακρῶν πόνων ἆθλα διδοὺς, τὰ δὲ τῶν διδασκάλων (7) ἢ ἄλλων πραγμάτων προαγαγὼν εἰς εὐδαιμονίαν. Ἤδη γὰρ ἀνισταμένων τῶν τὰς δεξιὰς εἰς τὸ ταχέως γράφειν ἀκονώντων, τῶν δ' αὖ παρ' ἡμῖν ταπεινουμένων, σὺ τὸ τῶν λόγων χρῆμα (8) τοῖς τὰς ἀρχὰς λαβοῦσι κοσμήσας, ἐνέπλησας ἡμῖν τὰ διδασκαλεῖα νέων, ἔρωτα λόγων ἐνθεὶς ἐλπίδι τιμῶν ἴσων. Μὴ οὖν ἐκείνους μᾶλλον ἢ ἡμᾶς, τοὺς ὑπὸ ταῖς Μούσαις ζῶντας, εὖ πεποιηκέναι νόμιζε. Μηδ' εἶναι τοὺς τὰς μεγάλας στοὰς ταῖς πόλεσι δεδωκότας τοσαύτης τετυχηκέναι δόξης, ὅσην σοι τὰ περὶ τοὺς ἄρχοντας τούτους καὶ λόγους εὔνοια (9). Τὰ μὲν γάρ ἐστιν ἄψυχα μεγέθη, τὰ δὲ τὴν τῶν ψυχῶν ἀρετὴν ἀνθεῖν ποιεῖ, καὶ πολλοὺς εἶναι τοὺς ἀσκεῖν αὐτὴν βουλομένους. Ὃ δ' ἀπορεῖν ἐπῆλθε (10) τοῖς τὴν γνώμην εὐπορουσι, φράσω, καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι (11). ὡς τοὺς μὲν ἑώρων τὰ γραμματεῖα (12) δεχομένους, περὶ δὲ τῶν ἤκουον, Ἀρσένιον (13) δὲ ἀπερριμμένον, ἐζήτουν πρὸς αὐτοὺς, ὅθεν (14) τοῦθ' οὕτω γένοιτο. καὶ τοιαυτὶ διεξῄεσαν (15). οὐκ εὐγενὴς ἄνθρωπος; οὐ σώφρων ἐν παισὶν (16); οὐ δίκαιος ἐν ἀνδράσιν; οὐ δεινὸς εἰπεῖν; οὐ διὰ δρόμων δικανικῶν ἐγγὺς ἥκει γήρως; οὐ καθαρὸς αἰτιῶν, οἵαι πολλοὺς (17) τῶν ἐν δικαστηρίῳ βεβιωκότων κατέλαβον; εἰκὸς δὴ, τὸν ἐνταῦθα κρείττω κακῶν λημμάτων καὶ δικάζοντα τὸ καλὸν περὶ τοῦ κέρδους τιμήσειν. Ἀπὸ τούτων

quando *Olympius* vehementer timebat, ne frater suus Senatui adscriberetur. Timorem hunc vix nunciaveram tibi, cum statim tolleretur, eo, qui a Curiae reti sibi timebat, ad Praefecturam vocato. Admirari igitur te coepimus, simulac cognovimus. Auxilium vero illud, quodque noster ille insidiatoribus suis non succubuerit, efficit, ut nos nec ipsos Parentes tibi praeferamus. Jam igitur, postquam promeriti tibi a Regum pari honores habiti sunt, omniumque ora id agunt, ut tua admirentur, nos quidem voluptate, ex his nata, omnes alios superamus. Scilicet praeclara sunt tua omnia: quae enim ab animo recte instituto proficiscuntur, ea egregia esse necesse est. Praeclarissimum vero illud est, quod de causarum patronis faciendum putasti, eos in Praefectorum ordinem adsciscens, quos multum sudasse Praefectus ipse didiceras. Cumque olim magnum videretur, si duo tresve ad eam dignitatem proveherentur, Praefectique illi, qui id efficere vel possent, vel vellent, laudarentur, tu unus beneficium hoc ad universam gentem transferens, Rhetores illis praefecisti, urbes hac ratione Curatorum peritia salvas praestans, illis vero laborum suorum praemia persolvens, Praeceptorum denique & item aliorum res feliciores praestans. Cum enim jam surgerent, qui dextras ad celeriter scribendum acuebant, illi vero, qui nobiscum fuerant, attererentur, tu quidem eloquentiae causam per illos, qui magistratui sunt admoti, ornans, scholas nobis juvenibus implevisti, illisque amorem in literas, similium honorum spe facta, insevisti. Noli igitur putare, te illis magis, quam nobis, sub Musarum praesidio viventibus, beneficium contulisse. Neque eos, qui amplis urbes porticibus instruxerunt, tantam gloriam consecutos esse existima, quantam tibi illud in Praefectos illos & literas studium conciliavit. Illa enim inanimatas structuras sistunt, haec vero virtutem animorum efflorescere, multosque illi studere faciunt. Unum, quod illos, qui judicio alias valent, suspensos tenuit dicam tibi, nec celabo. Videntes illi, alios codicillos istos nactos, de aliis autem idem, *Arsenium* interim neglectum audientes, apud se ipsos quaerebant, unde hoc ita ageretur. Itaque sic illi disserebant: nonne nobili gente ille ortus est? nonne prudentem se inter pueros? nonne inter viros justum praestitit? nonne eloquentia valet? nonne per forenses cursus ad senectutem pervasit? nonne ab illis criminibus est liber, quae multos, in foro versatos, obnoxios sibi habent? Veri utique simile est, cum,

Quintum Oratorem ἀδωροδόκητον *debeo indicio Viri summi & humanissimi* Henr. Valesii, *e Libanii lib. IV. epistolarum ineditarum* CXI. *quarum apographum è Biblioth.* Vatic. *habet eruditissimus, mihique amicissimus* Vir Emericus Bigotius, *a quo integram epistolam mecum communicatam adscribam.* (2) τῆς, *Brummerus* male. Rectius *Barocc.* & *Ambros* ut nos. (3) Post haec ita *Brummerus*: ἐπολάσθη (sic scribo pro ὠπολάσθε.) δὲ γε τοῦ θαυμάζειν καὶ τὸ φιλεῖν. Desunt haec in reliquis quos dixi, & in *Medic.* B. sed germana utique videntur. (4) σὺν, *Brummerus.* (5) ᾧ, *idem.* (6) Sic *idem* & codd. omnes, excepto *Ambros* ubi est ἐπιέστησας, nullo sensu. (7) διδασκόντων, *Brummerus.* (8) λόγων χρῆμα i. e. λόγους, de qua phrasi alibi in his diximus. (9) ἐνίσχει, *Brummerus.* (10) ἐπῆχθη, *Ambros.* (11) Eadem phrasi noster alibi utitur. Similem habes *Job.* I. 20. (12) γραμματεῖα sunt codicilli seu rescripta Regia, quibus aliquis ad capessendum munus vocabatur. Vide omnino *Valesium* ad Ammianum p. 510. (13) de Arsenio hoc confer infra ep. 1507. (14) πόθεν, *Barocc.* (14) ita *Barocc.* & *Ambros.* καίτοι ἀνεὶ, *Brummer.* (15) διεξῄεσαν, *Ambros.* (16) ita *Brumm.* ex *Vatic.* ceteri omnes etiam *Medic.* ἐν πᾶσιν. Prius illud rectum est, quod sequens ἀνδράσιν evincit. (17) πολλάκις, *Brumm.* male, nisi legendum censeas πολλάκις πολλούς.

(18) φι-

eum, qui in his turpi lucro non ducitur, etiam Judicis officio fungentem honestum lucro esse praelaturum. Ab hujusmodi colloquiis mutuis ad me illi progressi sunt, tanquam horum omnium auctorem, qui, quae non oportebat, praeceperim, illo interim, qui amico obtemperaverit, decepto. Quem mihi, haec audienti, animum esse putas? Quamvis enim *Arsenius* nihil queratur, multos tamen habet, qui id ejus loco faciant. Me vero, qui amicis non paucis opitulari visus sum, jam amicum eo, quem omnino consecuturus erat, honore privasse, quomodo fas aut ferendum videri potest? Succurre itaque mihi per Jovem de gloria periclitanti, & ab opprobrio me libera, quo adfectus vivere nolim. Quod si calumnia est, qua ita quidem suspicantes me petunt, siste calumniam: sin revera aliquid hic peccavi, poenam mihi impone; illum vero inter eos colloca, qui felices habentur.

τοιούτων τῶν πρὸς ἀλλήλους λόγων ἐπ' ἐμὲ προῆεσαν, ὡς ἐγὼ μέντοι τούτων αἴτιος, ἐπιτάξας, ἃ μὴ χρῆν, κἀκείνου φίλῳ (18) πειθομένου βέβλαπται. Τίνα οἴει με ψυχὴν ἔχειν (19), ὅταν ταῦτα ἀκούω. Καὶ γὰρ εἰ μηδὲν Ἀρσένιος ἐγκαλοῖ (20), ἀλλὰ πολλοὺς ἔχει τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦτο ποιοῦντας. Ἐμὲ δὲ τὸν φίλοις οὐκ ὀλίγοις δόξαντα βεβοηθηκέναι, δοκεῖν φίλον ἀπεστερηκέναι τιμῆς πάντως ἂν γενομένης, πῶς (21) μέτριον, ἢ πῶς φορητόν; Βοήθησον δή μοι πρὸς Διὸς κινδυνεύοντι περὶ δόξης, καί με ἐπίδους ἀπάλλαξον, ᾧ συζῆν οὐκ ἂν δυναίμην. Καὶ εἰ μὲν παρὰ τῶν οὕτως ὑπειληφότων συκοφαντοῦμαι, τὴν συκοφαντίαν στῆσον. Εἰ δ' ὄντως τι καὶ τετόλμηται, δίκην μὲν ἐπίθες ἡμῖν (22). τὸν δὲ δεῖξον τῶν μακαριζομένων.

M A X I M O.

Non ego, ut melior adversus amicum evaderes, labores, quos ille sustinuit, edisserui. Qui enim omne beneficii genus in eum contulit, nec vel parvum vel magnum sive in ipsum, sive in necessarios ejus praetermisit, quomodo is tandem benevolentiam amplificare possit? Imo vero, cum scire te vellem, quod homini non malo benignum te praestiteris, omnia illa exposui, ostendens *Hyperechium* gratiam referre didicisse. Hac vero gratis res tuas non reddidit meliores. Quae enim inde a primis initiis egregia fuerunt, ea indolem suam utique tuentur, nec per calumnias loco moveri possunt. Suae tamen tecum amicitiae specimen dedit, quando aegerrime tulit, si quis te calumniari auderet. Nosti vero etiam, me ipsum esse ex iis, qui lapides in eos conjicere non sint gravati, quibus nulla est veri reverentia. Jam vero lapidibus non amplius opus est. Fama enim a labe purgata est, nec praeclaris tuis rebus, sicut alias radiis solis nubes, officit. Una ubique voce traditur, *Maximum* optimum Rhadamanthi esse discipulum, qui nec legum tenax subjectos offendat, nec nimia in hos mansuetudine leges violet. Quicunque etiam inde adventans interrogatur, quomodo gentem gubernes, bene & sapienter id fieri respondet. Atque hi sermones per aulam Regiam ubique circumferuntur, qui ulterius vagati fidemque invenientes, illi, qui & Diis amicus est, & orbis servator, suavissimi videntur.

MCXLIV. Μ Α Ξ Ι Μ Ω.

Οὐχ ὅπως ἀμείνων γένοιο περὶ τὸν ἑταῖρον, τοὺς ἀγῶνας, οἷς κέχρηται, διῆλθον. ὁ γὰρ διὰ παντὸς εἴδους εὐεργεσίας ἥκων, καὶ μήτε μικρὸν, μήτε μεῖζον, μήτ' εἰς αὐτὸν, μήτ' εἰς τοὺς αὐτοῦ παραλιπὼν, πόθεν ἂν τὴν εὔνοιαν ἐπιτείνοι. Ἀλλ' ἐγώ σε εἰδέναι θέλων, ὡς οὐκ ἄρα εἰς κακὸν ἀγαθὸς γεγένησαι, πάντ' ἐκεῖνα διηγησάμην, δεικνὺς, ὡς Ὑπερέχιος οἶδεν, ἀποδοῦναι χάριν. σὺ δὲ τῇ χάριτι τὰ πράγματα μέν σου οὐκ ἐποίει (1) βελτίω. καλῶς γὰρ ἐξ ἀρχῆς πεπραγμένα τὴν αὐτῶν ἔσωζε φύσιν, καὶ οὐκ ἂν ὑπὸ βλασφημιῶν μετέστη. Τῆς μέντοι φιλίας εἶμαι (2) τῆς πρὸς σὲ δεῖγμα ἐξέφερεν, ἀποπνιγόμενος, εἴ τις τολμῴη συκοφαντεῖν. Ὅτι δὲ καὶ αὐτός εἰμι τῶν οὐκ ἂν ὀκνησάντων λίθους ἀφεῖναι κατὰ τῶν οὐκ αἰσχυνομένων τὴν ἀλήθειαν, οἶσθα. Δεῖ δὲ ἡμῖν οὐδὲν ἔτι λίθων. Ἐκκεκάθαρται γὰρ ἡ φήμη, καὶ οὐδὲν τοῖς καλοῖς, ὥσπερ ἀκτῖνι νέφος, ἔτ' ἐνοχλεῖ. ἀλλὰ πανταχοῦ μία φωνὴ, Μάξιμον τὸν καλὸν Ῥαδαμάνθυος εἶναι μαθητὴν, οὔτε τῇ φυλακῇ τῶν νόμων λυποῦντα τοὺς ἀρχομένους, οὔτε τῇ πρὸς ἐκείνους πραότητι παραβαίνοντα τοὺς νόμους. ἁπλῶς τε ἅπας ἐκεῖθεν ἐρχόμενος ἐρωτώμενος, εἰ (3) τὸ ἔθνος ἄγοις (4), εὖ καὶ ἐπισταμένως ἀπεκρίνατο. καὶ οὗτος ὁ λόγος πανταχῇ περιφέρεται διὰ τῶν βασιλείων, ῥυείς τε καὶ πιστευθεὶς καὶ ποιήσας ἡδίω τὸν θεοῖς τε φίλον καὶ τῆς οἰκουμένης σωτῆρα.

S O Z O M E N O.

Multa sunt, quae *Severo* amicum me fecerunt.

MCXLV. Σ Ω Ζ Ο Μ Ε Ν Ω. (1)

Πολλά με τὰ πεποιηκότα (2) φίλον Σευήρῳ, ὅτε πρὸς

(18) φίλων, *Brumm.* (19) Post ἔχειν *Brumm.* addit, ἢ ποίας νόστους διάγειν, quae in altero utroque & *Medic.* quoque desunt. (20) ἐγκαλεῖ, *Brumm.* (21) πῶς, *idem.* (22) ἐμοὶ, *idem.*

EP. MCXLIV. (1) ἐποίεις, *Medic.* B. (2) εἶναι, deest *ibid.* (3) ita *Ambros.* T. 5. & *Medic.* B. εἰς, *Ambros.* T. 445. *Salvinus* malebat ὡς vel ὡς. (4) ἄγεις, *Medic.*

EP. MCXLV. (1) Ita *Ambros.* & *Medic.* B. ἀνεπίγραφος est in *Barocc.* (2) πεποιηκότα. *Medic.* B. (3) i.e.

πρὸς Μάξιμον αὐτοῦ συγγένεια, δι' ὃν οὐχ ἧττον ἐν λόγῳ Λυκία ἢ διὰ Δημοκρίτου ἡ κείνου (3). Καὶ δὴ συνεστρατησάμεθα Ἀθήνησι καὶ προϊόντες ηὐξήσαμεν τὴν πρὸς ἀλλήλους προθυμίᾳ καὶ σπουδῇ τὴν φιλίαν. Τοῖς οὖν ἀεὶ τὴν Λυκίαν ἐπιτροπεύουσι γράμματα ἔπεμπον, τὰ μὲν παρακαλοῦντα τὸν Σεβῆρον ἡμῖν εὖ ποιεῖν, τὰ δὲ ἐπαινοῦντα τὰς παρ' αὐτῶν περὶ τὸν ἄνδρα σπουδὰς καὶ τιμάς. Καὶ διετέλεσεν ὁ ἑταῖρος τῆς παιδείας, ἣν πεπαίδευται, κομιζόμενος τοὺς καρπούς. Ἀκούσας οὖν τὰς πόλεις ἐκείνας ὑπό σοι γεγονέναι, σοί τε συνήσθην σχῆμα λαβόντι τὸ πρέπον, Σεβήρῳ τε ἤλπισα βελτίω τὰ πράγματα ἔσεσθαι. Οὐ μὴν ἥγε ἐλπὶς ἐβεβαιώθη τοῖς ἔργοις, ἀλλ', ἡνίκα ᾤχετο, ἐξελήλαται, καὶ βέβλαπται βλάβας οὐ μικράς. καὶ γέγονε τὰ τοῦδε Μυσῶν λεία. τοῦτο μὲν ξύλων ἡρπασμένων, ἃ ἦν αὐτῷ πρόσοδος, καὶ ὅθεν εἰσέφερέ τε καὶ τἄλλα διῴκει. τοῦτο δὲ τῆς τάξεως, ἐφ' ἧς εἱστήκει κεκινημένης, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν αἰδουμένων καταφρονεῖν ἐπηρμένων. Ὡς δὲ ἧκον παρ' ἡμᾶς ταῦτα ὀδυρόμενος, πολὺν μὲν ἠπίστουν (4) χρόνον, οὔτε τῆς Λακεδαίμονος, οὔτε τῆς σῆς φύσεως ταῦτα νομίζων. Τῶν δὲ ἐκεῖθεν ἐπιῤῥεόντων, οὓς ἡ θάλαττα ἐκόμιζε, πολλῷ δεινότερα ἀγγελλόντων, ἠθύμησα, ὅτι πιστεύειν ἠναγκαζόμην. Τύχης δέ τινος ἀγαγούσης ἡμῖν Νικοκλέα τὸν σοφώτατον, οὐθ' ὅλως ἤνεγκε Σεβῆρος, τὰς αὐτοῦ σιγῆσαι συμφοράς, πάντα (5) δὲ διεξελθεῖν ἀκριβῶς τὰ ὑπ' ἐμοῦ διεκωλύθη, μᾶλλον δὲ ἓν εἶπε μόνον, ὡς δέοιτο φιλείας. Καὶ τούτου μάρτυς ἡ ἐπιστολὴ πικρὸν ἔχουσα οὐδέν, ἴσως ἂν ἐνεγκοῦσα πολλά, εἰ πολλὰ τῶν πεπραγμένων ὁ σὸς ἀδελφὸς ἐπέπυστο. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τὰ μέγιστα ἠγνόηκεν. ἐγὼ δέ σε διαλλάττω πρὸς τὸν ἑταῖρον. ἀνὴρ κἀν τοῖς πολέμοις ἐκείνοις εἰρήνην ἄγων πρὸς σέ. Ἀναμιμνήσκω δέ, ὅτι μετ' ἐμοῦ τὴν ταραχὴν ἐμέμφου. ἀλλ' ἐκεῖνά τε εὖ ποιοῦντα λέλυται, καὶ νῦν πάντα ἐμοὶ Νικοκλῆς. οὐκ οἶδα δὲ εἰ πολλὰ περὶ (6) ἐμοῦ παρ' ἐκείνῳ, ὥστε καὶ Νικοκλεῖ χαρίζοιο ἂν πειθόμενός τε μοι καὶ σπενδόμενος (7) πρὸς τὸν ἄριστον Λυκίων. Τοῦτο δὲ νῦν μὲν οὐχ ἡδέως ἀκούσῃ διὰ τὰς οὔσας ὑποψίας. εἰ δὲ ταύτας ἀπελθὼν γνοίης ὡς ἀληθῶς τὸν ἄνδρα, τὴν αὐτὴν καὶ αὐτὸς θήσῃ. Τοῦτ' ἦν τοῖς γράμμασι πέρας. Εἶθ' ἧκέ τις ἑτέραν ἀγγέλλων προσβολὴν (8), ὡς καλέσαις αὐτὸν ἐκεῖθεν τὴν κλῆσιν ἐν γράμμασιν, ἐφ' ᾧ πάντες ἠλγήσαμεν. Τὸ δὲ πάντες ἐστὶν ἡ πόλις. ὅλην γὰρ ἐρᾷν αὐτοῦ τὴν ἡμετέραν (9) ὁ Σεβῆρος ἀνέπεισεν. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, τὰ πεπραγμένα μὲν ἐάσθω. τὰ δεύτερα δὲ ἔστω βελτίω. καὶ ὁ μὲν τὸν ἄρχοντα θαυμαζέτω. ὁ δὲ ἄρχων τὸν ἄριστον Λυκίων, πάλιν γὰρ ἐρῶ τοῦτο, καὶ φιλείτω καὶ παραμυθείσθω. ὡς τὸ σφόδρα ἐνίους λυπεῖν (10) ἀρχὴν ἔδωκε πράγμασιν, ἃ μὴ γενέσθαι λυσιτελέστερον ἦν.

MCXLVI.

Παρῆλθεν ὁ Κλέαρχος τὸν πατέρα τῇ περὶ τὴν Ἀσίαν ἐπιμελείᾳ. χρηστὸς (1) μὲν κἀκεῖνος καὶ δίκαιος, καὶ τὸ τῶν ἀρχομένων αὐτοῦ κρῖνον συμφέρειν. ἀλλ' ἦγε τοῦ παιδὸς ὀξυτέρα διάνοια, καὶ δι' ὧν ἂν εὐδαιμονήσειεν πόλις, δεινὴ μᾶλλον συνιδεῖν. Σὺ δ' ὡς μὲν διδάξων συνηκολούθησας. γέγονας δὲ ὡς ἐμοὶ φαίνεται, μαθητής. Καί σε μακαρίζω κοινωνοῦντα τῆς δόξης τῶν εὑρημένων, εἰ καὶ τῆς Κλεάρχου γνώμης ὁ πόνος. Ἡμεῖς δὲ οὗ (2) παρέδωκας ἡμῖν νέου φροντίζοντες, οὐδὲ τοῦ μήπω φανέντος ἡμῖν ἀμελοῦμεν υἱέως, μηνύσαντος μὲν ἡμῖν τοῦ καλοῦ Ἰουλία (3) τὴν ὠμότητα τοῦ παιδαγωγοῦ, κωλύσαντος δὲ τὸν πλὴν τοῦ τύπτειν εἰδότα οὐδὲν, μὴ τοιαῦτα ποιεῖν. Ἐκωλύθη δὲ πληγῶν ἀπειλῇ, τὸ σκύτος ἤδη βλέπων ἐπ' αὐτὸν κεκοσμημένον. καί μοι ἔδοξεν ἐκ πλοίου τε ἀφῖχθαι καὶ θαλάττης, καὶ κακὸς ὢν ἁλιεὺς δόξαι ὑμῖν ἀγαθὸς ἂν γενέσθαι παιδαγωγός. Ὅθεν καὶ πολὺς (4) ὁ κατάρατος ἐν τῷ τύπτειν, ὃ ἔδερε τῇ κώπῃ τὴν θάλατταν. Ὅτι δὲ οὐ ταυτὸν ἐλάτης (5) νῶτα καὶ παιδὸς ἐλευθέρου τοῦτο οὐκ οἶδε. μᾶλλον δὲ οἶδεν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν δείσας.

THEODORO.

Clearchus Parentem sua Asiae administratione superavit. Nam & ille quidem bonus & justus erat, subjectorumque commodum suum arbitrabatur. Filii autem major est rerum perspicientia, per quam, quae urbem feliciorem reddere possint, rectius adsequitur. Tu quidem, tanquam eum edocturus, comitem te praebuisti, meo vero judicio discipulus factus es. Te interim, tanquam participem gloriae ex inventis partae, felicem praedico, quamvis *Clearchi* ingenio omnis hic labor debeatur. Nos vero illius, quem nobis commendasti, juvenis curam habemus, neque vero filii, qui nondum se nobis stitit, illam abjicimus, postquam optimus *Julias* paedagogi asperitatem nobis significavit, effecitque, ut, qui nihil nisi verberare didicisset, ita quidem agere desineret. Plagarum itaque comminatione prohibitus est, ut scuticam sibi destinatam vidit. Mihi quidem ille ex navi & mari venisse visus est, vos autem, qui malus olim fuerat piscator, eum egregium fore paedagogum sperastis. Hinc factum utique est, ut maleferiatus ille in verberando multus fuerit, qui remis olim mare ferierit. Non novit autem maris & ingenui pueri terga differre. Jam vero id didicit, a plagis ipse sibi metuens.

MCLXXIV. ΕΥΓΕΝΙΩι.

Ἔμελλε μὲν καὶ μὴ δόντος μου τὴν ἐπιστολὴν λήψεσθαι πεῖραν τῆς σῆς φιλοξενίας Αὐξέντιος οὑτοσί. Μιμούμενος σύγε δὴ τὸν θεὸν ὑπτίαις φασὶ ταῖς χερσὶ τοὺς παρ'

EUGENIO.

Etiamsi ego literas has non scripsissem, vel sic tamen *Auxentius* hic hospitalitatis tuae fructum erat percepturus. Tu scilicet Deum imitatus extensis, quod ajunt, manibus adventantea

(11) ἀποκεκλεῖσθαι, *idem.* nostrum etiam in *Benzel.* A. (12) ὑπάρχοι. *Medic.*

EP. MCLXXII. (1) ita *Mutin.* ὢν vero pro οὖν habet *Medic.* C. sed neque sic haec sana putarim. (2) *Medic.* pro μεταβεβλημένοις *Mutin.*

EP. MCLXXIII. (1) χρηστὸς, *Mutin.* (2) Sic scribo pro οὐ, quod idem habebat: refertur enim ad vocem νέου. (3) Ita *Mutin.* Legerim Ἰουλιανοῦ. (4) Habe hoc loco πονηρός, quod erat in *Mutin.* (5) ita codex. Malim legere θαλάττης, *maris*, cujus ante mentio facta est, ut talis, quod ferire hactenus consueverit ὁ δεῖνα. Hoc enim rectius cum tergo juvenis comparari potest, quam *remus*, quo mare percutitur. Alias enim ἐλάτη remum significat, quod ex *Homero* Iliad. ή. v. 5. patet.

EP.

tantes excipis; & ille quidem a morbis liberat, tu vero, ut & alios profligare possint, libenter efficis. Itaque antiquum illud tuum etiam nunc, nostra quoque causa, tuere. Vicissim & hic iis te delectabit, quae de nobis exponet. Laudare enim amicos consuevit, & strenuum se in rebus agendis, copiosum autem in laudibus conferendis praestat. Quae vero dicet, praeclara erunt, nec fide apud te indigna, ideo quod, quae dicentur, ea tibi placebunt. Idem vero etiam de te adversus nos faciet, & fide mihi dignum videbitur, quicquid a te gestum esse dicetur. Tua enim sunt hujusmodi.

OLYMPIO.

Non commendo tibi *Alexandrum*, amicum nostrum: jampridem enim vos cognitos invicem habetis, & laudatis; tu quidem multa hujus, te vero ille per omnia. Nihilominus tamen nefas mihi visum est, hac occasione literas non scribere. Scribenti vero in mentem venit recordari conviviorum illorum & sermonum, qui ex ore tuo manabant & *Themistocle*, & Sophista bibente delectatis. Ea enim, quae Baccho placebant, dicens & ipse risit, & aliis ridendi materiem praebuit. Opinor vero, vos & nunc eadem ratione convivari, & te quidem cum praestantissimo *Themistio* nonnulla *Platonis* meditari.

THEODORO.

Si tu *Demetrium*, Medicum illum, non amares, rogarem utique, ut amares. Quoniam vero recte eum amas, scire te velim, te amore hoc & nobis gratificari.

PALLADIO.

Numenius optimus multam sibi dicam scriptam esse dixit, quod, meas non afferens literas, videre te sustinuerit. Patronum causae suae me fore porro censuit; ego vero eundem altero loco accuso. Injuria enim non minus ipse, qui non scripserim, quam tu, qui non acceperis, adfecti sumus. Ipse vero dubius & anceps, quid tandem regerere deberet: *nec Hercules adversus duos*, respondens, bono facto utrumque nunc reficit. Postquam enim literas a me accepit, non dubium est, quin easdem sit redditurus. Persuasum vero & illud habeo, eum post traditas has literas curae tuae magis fore commendatum. Qui enim jam pridem virum illum beneficiis cumulas, tum ipsi, tum necessariis ejus exhibitis (nunciavit enim mihi, tum quae a te acceperit, tum quoque insignes tuas virtutes, quod pecuniae a te

παρ' αὐτῶν ἀφικνουμένους δέχῃ, καὶ ὁ μὲν ἀπαλλάττει νόσων, σὺ δὲ ὅπως καὶ τὰς ἄλλας διώξουσιν, ἡδέως ποιεῖς (1). Ἐπίτεινον δὴ τὰ εἰωθότα καὶ ἡμετέρας χάριν. Εὐφρανεῖ δέ σε καὶ οὗτος, οἷς περὶ ἡμῶν ἐρεῖ. μεμελέτηκε γὰρ ἐπαινεῖν τοὺς φίλους. καὶ ἔστιν ἀνδρεῖος μὲν ἐν ἔργοις, πολὺς δὲ ἐν εὐφημίαις. Ἔσται δὲ, ἃ μὲν ἐρεῖ, λαμπρὰ, σοὶ δὲ οὐκ ἄπιστα (2), διὰ τὸ χρηστὸν εἶναί σοι τὰ ῥηθησόμενα. Ποιήσει δέ που ταυτὸν καὶ παρ' ἡμῖν περὶ σοῦ, καὶ πᾶν ἔσται πιστὸν, ὅ, τι ἂν περὶ σοῦ πεπρᾶχθαι λέγηται. Τοιαῦτα γὰρ δὴ τὰ σά.

MCLXXV. ὈΛΥΜΠΙῼ.

Οὐ συνίστημί σοι τὸν ἑταῖρον Ἀλέξανδρον, πάλαι γὰρ ἀλλήλους ἴστε καὶ ἐπαινεῖτε. Σὺ μὲν οὐκ ὀλίγα τούτου, σὲ δὲ οὗτος τὰ πάντα. Ἀλλ' ἐδόκει μοι πλημμελὲς τοιούτῳ καιρῷ μὴ χρήσασθαι γραμμάτων. γράφοντα δέ με εἰσῆλθε μνήμη δείπνων τε ἐκείνων καὶ λόγων, οἵ ἀπὸ τοῦ σοῦ στόματος ἔῤῥεον καὶ Θεμιστοκλέους (1) ἡδομένου, καὶ τοῦ πίνοντος σοφιστοῦ. καὶ ὡς τὰ δοκοῦντα τῷ Διονύσῳ λέγων αὐτός τε ἐγέλα, καὶ παρεῖχε τοῖς ἄλλοις γελᾷν. Οἶμαι δὲ καὶ νῦν ὑμᾶς ὁμοίως δειπνεῖν, καί σε μὲν μετὰ τοῦ γενναίου Θεμιστίου τῆς Πλάτωνος ἅπτεσθαι μελέτης.

MCLXXVI. ΘΕΟΔΩΡῼ. (1)

Τὸν ἰατρὸν Δημήτριον εἰ μὲν οὐκ ἐφίλεις, ἐδεόμην ἄν σου φιλεῖν. Ἐπεὶ δὲ (2) εὖ ποιῶν φιλεῖς, ἴσθι καὶ ἡμῖν χαριζόμενος ἐν τῷ φιλεῖν (3).

MCLXXVII. ΠΑΛΛΑΔΙῼ.

Νουμήνιος ὁ χρηστὸς ἐν μεγάλοις ἐγκλήμασι γεγενῆσθαι ἔφησεν, ὅτι σε ἰδεῖν ἐτόλμησε, γράμμα ἐμὸν οὐ φέρων. Εἶτ' ᾤετο συνήγορόν με εὑρήσειν, ἐγὼ δὲ αὐτῷ γίνομαι κατήγορος δεύτερος. Ἠδικήμην γὰρ μὴ γράψας, ὥσπερ σὺ μὴ λαβών. Ὁ δὲ ἀμφίβολος ὢν καὶ ἀπορῶν, ὅ, τι χρὴ λέγειν, πρὸς δύο δέ φησιν, οὐδ' Ἡρακλῆς, ἔργῳ καλῷ παραμυθεῖται ἀμφοτέρους. Λαβὼν γὰρ ἐπιστολὴν οὐκ ἄδηλον ὡς ἐθελήσει δοῦναι. καὶ μὴν κἀκεῖνο δῆλον, ὅτι μείζονος ἀπολαύσει τῆς παρὰ σοῦ προνοίας, μετὰ τὴν ἐπιστολήν. Εἰ γὰρ πάλαι (1) τὸν ἄνδρα εὖ ποιεῖς ἔν τε τοῖς πρὸς αὐτὸν καὶ τοῖς εἰς τοὺς οἰκείους, (ἀπήγγειλε γὰρ, ὧν τε ἔτυχε, καὶ περὶ τῆς ὅλης ἀρετῆς, ὡς καταπεφρόνηται μὲν χρήματα, τετίμηνται δὲ οἱ νόμοι, θαυμάζεται δὲ ἡ γλῶττα,) εἰ οὖν εἴδε

EP. MCLXXIV. (1) Haec non sana videntur. In Codice scriptum erat τοὺς ἄλλους; sed utrumque ο supra scriptum habebat ω. (2) ἄπιστον, codex, & paulo post τοὺς ῥηθησομένους.

EP. MCLXXV. (1) Θεμιστίου legendum esse suspicor, cujus mox fit mentio, atque adeo respici convivium, cui Olympius quondam una cum Themistio & Libanio, quem Sophistae nomine puto indicari, interfuerit.

EP. MCLXXVI. (1) Sic *Matin.* A. Διοδώρῳ, *Vatic.* 943. Τρωίλῳ, *Medic.* E. (2) ἐπειδὴ δὲ, *Medic.* E. (3) ἐν τῷ φ. abest à *Matin.*

EP. MCLXXVII. (1) In Codice ita haec vox scripta erat, ut vel πάλαι, vel πάλιν legi posset. Prius illud rectum esse mox sequens phrasis; εἰ οὖν οὐδὲ πρότερον, evincit.

(2) Codex

οὐδὲ πρότερον ἀμελῶς εἶχες Νουμηνίου, γράμματα ἔχων νῦν ἐμὰ καὶ παράκλησιν, οἶδ' (2) ὅτι καὶ τὴν ἐπιμέλειαν αὐξήσεις. Ἀλλ' ὅπως ἡμῖν μετ' ἴσων (3) ἐπαινέσῃς γραμμάτων, μᾶλλον δὲ αὐτὸς αὐτῷ περὶ τούτου διαλέξεται, μνήμῃ προτέρας γραφῆς οὐκ ἐπισπώμενος δευτέραν.

a te parvi habeantur, leges vero observentur, eloquentia denique tua praedicetur) qui, inquam, etiam antea *Numenii* res non neglexisti, eundem nunc, literas meas & cohortationem nactum, studium in illum tuum amplificaturum esse certissime credo. Tu vero similibus eum literis nobis commenda, nisi potius ipse mihi id omne expositurus sit, nec commemorata priore hac epistola alteram excitaturus.

MCLXXVIII. ΜΑΡΙΩι. (1)

Χρυσόγονος οὗτός ἐστι μὲν Φοίνιξ ἀπὸ τῆς ἐν τῇ μεσογείᾳ. γέγονε δὲ ἐξ εὐπόρου πένης διά τινας τῶν πολιτῶν, οἳ ἐγένοντο ἐκ πενήτων εὔποροι. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἀπὸ τῶν περὶ ἡμᾶς ἦν, καὶ ἦν οὐ κακὸς εἰς λόγους. ἔπειτα ἔπλευσεν εἰς Αἴγυπτον, ὡς ταχέως κτησόμενος τὴν ἰατρικὴν τέχνην. καὶ γὰρ ἐκάλει Μάγνος (2) αὐτὸν ὁ ταύτης διδάσκαλος, οἰκεῖος ὤν. ἐλθόντα δὲ προσεποιεῖτο οὐκ εἰδέναι. ὁ δὲ ἀθυμήσας ἐνόσει. Ἐπαναπλεῖ τοίνυν τῷ μὲν καταρώμενος, προσλαβὼν δὲ οὐδὲν. οὐ μικρὸν, καὶ ὧν ἠπίστατο ἀποβαλών (3). τῶν πατρῴων δὲ χωρίων ἐπέβη μὲν, ἡνίκα τοὺς ἀδίκους ἠνάγκαζε σωφρονεῖν ὁ φόβος. πάλιν δὲ ἐξέπεσε παρελθόντος τοῦ φόβου. Μία τοίνυν σωτηρία αὐτῷ γενέσθαι τε τῶν παρὰ σοὶ ῥητόρων, καὶ τυχεῖν (4) εὐνοίας τινός. Εἰ γὰρ αἴσθοιντο ταῦτα οἱ μεμφόμενοι τῷ Διῒ, μικρὰν πεποιηκέναι τὴν γῆν, πρὸ τῆς ψήφου πάλιν ἀποστήσονται τῶν ἀλλοτρίων. ἢ τοῦτό γε οὐ βουλευόμενοι τῇ ψήφῳ γε ἐξωσθήσονται.

MARIO.

Chrysogonus hic Phoenix quidem est ex mediterraneis, ex divite vero inops evasit per cives quosdam suos, qui ex pauperibus facti sunt divites. Primum quidem ille ex nostris erat discipulis, nec ad eloquentiam ineptus erat. Postea in Aegyptum profectus est, medendi artem brevi tempore sibi comparaturus. *Magnus* enim, cognatus ejus, & hujus artis doctor eum vocaverat. Ille vero venientem non nosse se simulavit: hic ex animi moerore in morbum incidit. Revertitur itaque male illi precatus, nihilque quod ad doctrinam lucratus, non parum autem eorum, quae sciebat, oblitus. Postea paternos agros occupavit, quando timor homines injurios temperare sibi cogebat: metu vero illo sublato, iisdem iterum excidit. Salus itaque ejus in eo nunc posita est, ut caussarum patronis, qui apud te sunt, adscribatur, gratiaque tua potiatur. Si enim hoc illi intellexerint, qui Jovem tellurem nimis parvam condidisse queruntur, ante latam sententiam alienis bonis cedent, aut, si hoc noluerint, ex Judicis suffragio expellentur.

MCLXXIX. ΕΥΕΛΠΙΣΤΙΩι.

Καλῶς ἐποίησαν οἱ θεοὶ, σοί τε δείξαντες τὴν οἰκίαν καὶ τῇ Λακεδαίμονι τὸ μέγιστον ἀποδόντες φυλακτήριον. Ἐπαινοῖτο δ' ἂν δικαίως, καὶ ὅτι τῆς εἰσβολῆς ἐκείνης τῆς οὐ πάντα εὐτυχοῦς μετέσχες, καίτοι ἡμεῖς γε ἠγανακτοῦμεν, ὡς ἂν ἠδικημένοι. σοφώτεροι δὲ ἄρα οἱ κρείττους, δι' οὓς οὐκ εἶδες τετρωμένον, οὐ τὸ τραῦμα ἀκούων οὐ φέρεις. Ἐκεῖνον μὲν οὖν ἴσως μένοι ἐν τῇ περὶ αὐτοὺς θεραπείᾳ (1). Περγάμιος δὲ ὁ σοί τε καὶ ἐκείνοις φίλος τὰς μεγάλας καὶ πολυανθρώπους πόλεις, καὶ παρ' αἷς κῶμος καὶ μέθη, καὶ τὸ τὰ χείρω τιμᾶν ἀφεὶς εἰς Σπάρτην τὴν σώφρονα, μᾶλλον δὲ εἰς σὲ, δι' ὃν ἡ Σπάρτη τοιαύτη καὶ οἴεται πολλῶν τε ἀγαθῶν πλήρης ἔσεσθαι μαθημάτων, καὶ ὀρθῶς οἴεται. Ἐγὼ γὰρ τό σοι συνεῖναι τοῦ θεοῖς ἔλαττον ἡγοῦμαι, κρεῖττον δὲ, ἧς ἂν εἴπῃς

EUELPISTIO.

Bene fecerunt Dii, qui & tibi domum illam ostenderunt, & Lacedaemoni praestantissimum praesidium reddiderunt. Recte vero etiam illud laudetur, quod insultum illum non prorsus felicem, sustinuisti, quamvis nos, tanquam injuria adfecti, indignaremur. Divi vero sapientiores sunt, per quos factum est, ut non videres vulneratum, de cujus vulnere ne nuncium quidem tulisti. Ille itaque in sua adversus illos reverentia permanserit. *Pergamius* vero & tibi & illis amicus magnas illas & populosas urbes, quibus comessari & bibere, deterioribusque delectari volupe est, relinquens, Spartam temperantem, vel te potius, per quem talis est Sparta, adit, speratque, fore, ut multis doctrinae spoliis onustus revertatur: & recte utique sperat. Tecum enim versari minus quidem esse puto, quam cum Diis esse; melius vero quacunque alia consuetudine ar-

(2) Codex οἶδ'. (3) In Codice μετὰ τῶν sed ita ut supra ω legeretur ι. Itaque scribendum puto μετ' ἴσων. Sensus est, Palladium per literas significare sibi debere, quantopere sibi placuerit *Numenius*, & quantopere ipsum ornarit; imo vero Numenium ipsum id sibi expositurum, ne nova opus sit epistola.

EP. MCLXXVIII. (1) Ita *Mutin.* Μαρίωνι, *Medic.* B. (2) Videtur hic *Magnus* ille esse, quem Eunapius ut Medicum insignem describit p. 138. Idem p. 160. in Vita Epigoni meminit *Chrysogoni* tanquam Philosophi, cujus nomen in limine hujus epistolae exstat. Hunc tamen ab illo Eunapii puto distinguendum, quem noster patronis caussarum adscribi velit. (3) Sic scripsi cum *Medic.* In *Mutin.* sic: προσλαβὼν δὲ οὐδὲν οὐ μικρὸν οὐδὲ ὧν. (4) Τυχῇ, *Mutin.*

EP. MCLXXIX. (1) Sic codex. Verti ego ac si legeretur: ἐκεῖνος μὲν οὖν ἴσως μένοι ἐν κ. τ. λ. Sensus est, illum, quem vulneratum ante dixerat, in Deorum cultu perpetuo esse futurum. Fortasse ille ob Deastrorum cultum male erat mulctatus.

arbitror. Suscipe igitur amicum serena fronte, & civem facito, quod quidem factum Lycurgus nunquam culpaverit. Ego vero illum, si quando a te huc revertatur, haec commemorantem videns laetabor; si vero apud te manserit, vel sic dixero me laetaturum. In lucro enim meo ponam, si ille, ubi convenientissimum fuerit, versetur.

εἴπης ἑτέρας ὁμιλίας. Δέχου δὴ τὸν ἑταῖρον ἡδέως, καὶ ποίει πολίτην, ὡς οὐ μέμψαιτό γε ταύτην ὁ Λυκοῦργος τὴν ποίησιν. ἐγὼ δὲ αὐτὸν, εἰ μὲν ἔλθοι ποτε παρὰ σοῦ, μεμνημένον ἰδὼν ἡσθήσομαι. μένοντος δὲ παρὰ σοὶ καὶ οὕτως ἄξιον εἰπεῖν ὡς ἡσθήσομαι. Τὸ γὰρ τοῦτον οὗ προσήκει ποιεῖσθαι τὰς διατριβὰς, ἐμαυτοῦ κέρδος ἡγήσομαι.

JOVINO.

Literas meas te accepisse, sufficiebat: tuas tamen ego cum voluptate accepi, non indignaturus, si non accepissem. Multa enim vos premunt negotia, nec otium vobis ad epistolas scribendas suppetit. Hoc vero facile tibi est, nec quicquam est, quod prohibeat, ne illa agas, quorum causa venit *Paeanius*. Potes vero alia quidem ipse dare, ad alia autem alios permovere. Studium tuum nemo reprehenderit ex iis, qui & genus ejus & mores & eloquentiam noverit. Illud enim illustre est, isti commodi, haec denique solidissima.

MCLXXX. ΙΟΒΙΝῼ.

Ἤρκεσέ μοι τὸ λαβεῖν σε παρ' ἐμοῦ γράμματα (1). σὰ δὲ ἡδέως μὲν ἔλαβον, μὴ λαβὼν δὲ, οὐκ ἀγανακτῶ. Πολλὰ γὰρ τά τε ὑμέτερα πράγματα, καὶ σχολῆς οὐ μέτεστιν εἰς ἐπιστολάς. ἀλλὰ τοῦτό γέ σοι ῥᾴδιον, καὶ τὸ κωλῦον οὐδὲν, δοῦναι σαυτὸν εἰς ταῦτα, ὑπὲρ ὧν ἧκε Παιάνιος (2). Δύνασαι δὲ τὰ μὲν αὐτὸς πρᾶξαι, τὰ δὲ ἑτέρους πεῖσαι. Μέμψεται δὲ τὴν σπουδὴν οὐδεὶς, τῶν τοῦδε τὸ γένος καὶ τὸν τρόπον, καὶ λόγους ἐπισταμένων. Τὸ μὲν γὰρ λαμπρὸν, ὁ δὲ χρηστὸς, οἱ δὲ ἰσχυροί.

CASTRICIO.

Tempus nunc est, quo & honoribus potiri, & orationes declamare possis. Talis enim est *Maximus* praestantissimus, qui ad audiendas orationes currat, & Rhetoras disertos ornet. Utrumque horum in ampla & elegante Medi urbe, quae & recte *Maximi* illa vocari possit, probavit. Praeter enim aedificia & fontes & lymphas ea quoque, quae ad sapientiam pertinent, amplificavit, aucto docentium numero, institutisque mutuis inter eos certaminibus, in quibus victores quidem praemiis affecit, victos autem ad meliora excitavit. Eloquentia itaque tua utere apud aures, quae etiam judicio valent. Quod si te pudor quidam detinuerit, cum exuens facultatem tuam ne celato. Tranquillitatem ego tibi ex praesentibus turbis polliceor. Talem tibi adjutorem Serapis adduxit.

MCLXXXI. ΚΑΣΤΡΙΚΙῼ.

Καιρὸς ἥκει σοι καὶ τιμῶν καὶ λόγων, τοὺς μὲν δεικνύειν, τῶν δὲ τυγχάνειν. Τοιοῦτος γὰρ ὁ γενναῖος Μάξιμος, οἷος τρέχειν τε ἐπ' ἀκροάσιν λόγων, καὶ κοσμεῖν ἀγαθοὺς ῥήτορας. Ἔδειξε δὲ ἀμφότερα ταῦτα ἐν τῇ δι' αὐτὸν μεγάλῃ τε καὶ καλῇ τοῦ Μήδου πόλει. δικαίως δ' ἂν κληθείσῃ καὶ Μαξίμου. Πρὸς γὰρ ταῖς οἰκοδομίαις καὶ κρήναις, καὶ νύμφαις, καὶ περὶ τὴν σοφίαν ηὔξησεν αὐτόθι διδασκάλων τε προσθήκαις καὶ τοῖς τούτων πρὸς ἀλλήλους ἀγῶσι, καὶ τῷ τοὺς μὲν νικῶντας τιμᾷν, τοὺς δὲ ἡττηθέντας παρακαλεῖν. χρῆσαι οὖν τῇ γλώττῃ πρὸς ὦτα ἐπιστάμενα καὶ κρίνειν. καὶ εἴ τις ὄκνος κατέχει, τοῦτον ἐκδὺς μὴ κρύπτε τὴν δύναμιν. Ὑπισχνοῦμαι δέ σοι τὴν νῦν ταραττόντων εἰρήνην. Τοιοῦτον σύμμαχον ὁ Σάραπις (1) ἤγαγεν.

BELAEO.

Admiratio magistratus tui apud nos orta est, illis eloquentiae speciminibus, quae ante magistratum edebas, digna. Res in eo posita est, quod tota Sophistarum gens una tecum, tanta agente, ideo celebretur, quod facultas nostra non nudis verbis absolvatur, sed, qui ad res agendas nos admoveat, nec ad has ineptos sentiat. Perge itaque, qua coe-

MCLXXXII. ΒΗΛΑΙῼ.

Ζῆλος εἰς ἡμᾶς ἀφῖκται τῆς σῆς ἀρχῆς, ἄξιος τῶν λόγων, οὓς πρὸ τῆς ἀρχῆς εἰργάζου. Τοῦτο δ' ἐστὶ μετὰ τοῦ πράττοντος ἅπαν τὸ τῶν σοφιστῶν γένος εὐδοκιμεῖν, ὡς οὐκ ἄρα ἐν ῥήμασι τὴν ἡμετέραν μόνον ἀλλὰ κἂν εἰς ἔργα τις ἄγῃ, κἀνταῦθα οὐ κακοὺς εὑρήσει. χώρει δὴ τὴν αὐτὴν ὁδὸν, καὶ ποίει τὰς μὲν πόλεις εὐδαίμονας, ἡμᾶς

EP. MCLXXX. (1) Fortasse respicitur epistola 1169, quam *Jovino* inscriptam esse ibi suspicatus sum. (2) Non dubito, *Paeanium* hunc illum esse, cujus exstat Graeca Breviarii Historiae Romanae, ab *Eutropio* Latine scripti, metaphrasis. Noster illum a literis & eloquentia commendat, quas interpretatione hae sua satis testatas fecisse videtur. Eutropium Constantini M. & Juliani Impp. aetate vixisse constat, fierique adeo potuit, ut Paeanius noster Breviarium ejus Graecorum lingua donaret. Si hoc ponamus, non obscura inposterum *Paeanii* aetas erit, qualis adhuc fuit. Cum enim à Libanio commendari potuerit, hoc juniorem fuisse necesse est. Ceterum de incerta hactenus *Paeanii* aetate lege eruditissimum *Fabricium* nostrum Biblioth. Lat. lib III. c. 6. §. 6. Noster *Paeanii* honorifice iterum meminit infra ep. 1221. & alias.

EP. MCLXXXI. (1) Librarii vitio scriptum erat Σαφίνος. Serapis Aegyptiorum Numen erat, de quo praeter *Athanas. Kircherum* in Oedipo Aegyptiaco Tom. I. p. 194. seqq. legere juverit *Huetium* in Demonstrat. Evangel. Propos. IV. c. 4. & *Spencerum* ad Originem contra Celsum p. 65. Ex hoc conjecturam feceris, *Castricium* hunc in Aegypto Rhetorem, *Maximum* vero, cujus meminit noster, tum Aegypti Praefectum fuisse. Talis autem *Maximus* quidam fuit A. C. 356. Vide *Gothofredi* Prosopographiam Codicis Theodosiani p. 371.

ἡμᾶς δὲ ἡδίους, καὶ πᾶσι μὲν βεβαίου τοὺς νόμους, τοὺς δὲ τῶν φίλων συγγενεῖς ἡμερώτερον ὅρα. Φίλος δέ σοι Γαυδέντιος ὁ ῥήτωρ, ὥσπερ ἐμοί. καὶ οὐκ ἂν αἰσχύναις κηρύττων, ὅτι τοῦτον τὸν ἄνδρα τιμᾷς ταῖς εἰς τὸ τούτου γένος εὐεργεσίαις, μάλιστα μὲν γὰρ, εἰ καὶ παρὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐτύγχανον ἠμελημένοι, νῦν γε δικαίως ἂν βελτίονος ἐγεγόνοντο τῆς τύχης. Ὑπάρχει δὲ αὐτοῖς πάλαι τῶν ἀρχόντων ἀπολελαυκέναι, καὶ ὅσοι τὰ ὅπλα καταθέμενοι πρὸς τὸν θρόνον ἧκον. Τοσοῦτόν ἐστι Γαυδέντιος, καὶ οἱ τούτου τρόποι. Δεῖ δὴ νῦν μειζόνων Λεόντιόν τε καὶ Δορυμένην τυχεῖν, ὅπως καὶ ταύτῃ νικῶν τοὺς προτέρους φαίνῃς.

coepisti, & urbes quidem redde felices; nos vero hilariores; & omnibus quidem leges ratas esse jube, amicorum vero cognatos sereniore fronte dignare. Jam quidem *Gaudentius* Rhetor tibi aeque ac mihi est amicus: nec pudere te debet, publice profiteri, quod beneficiis, in gentem ejus collatis, virum illum demerearis. Ille enim, si a superioribus illis neglecti fuissent, nunc tamen jure merito meliori sorte perfruerentur. Jam vero illis antea Praesidum favore frui licuit, quotquot scilicet armis positis, ad dignitatem hanc sunt evecti. Tantum potest *Gaudentius*, & mores ejus. Itaque nunc *Leontium* & *Dorymenem* amplioribus potiri fas est, ut hac quoque in parte priores illos vincere videaris.

MCLXXXIII. ἈΚΑΚΙῼ. (1)

Γλυκείας με γεύσας τιμῆς, εἶτα διψῆν ἀφῆκας, γράμματα (2) πρότερον μὲν λαμβάνοντα, νῦν δὲ, πῶς οἴει ποθοῦντα. καίτοι τοῦτο μὲν τιμωρία πικρά. δι' ὃ δὲ δίκην ὑπέχω, ζητῶν οὐχ εὑρίσκω. καί τοι φιλῶν, καὶ ἐπαινῶν καὶ συνευχόμενός σοι τὰ ἄριστα (3) διατελῶ, καὶ χαίρω, ὅτι μεγάλα μὲν καὶ καλὰ πράττεις, ἀξίαν δὲ κέκτησαι τῶν ἔργων τὴν δόξαν. Ἢ οὖν ἀπόδος ἡμῖν τὴν εὐφροσύνην, ἢ δίδαξον, ὑπὲρ ὅτου κολάζεις, ὅπως ἢ λύσω τὰς αἰτίας, ἢ ἐμαυτῷ μέμψωμαι. Οὕτω δὲ ἐμαυτῷ σύνοιδα οὐδὲν (4), ὥστ' ἤδη καὶ ἄλλοις ἀξιῶ βοηθεῖν. Σύγγνωθι δέ μοι, πρὸς Διὸς, εἰ φίλον ἄνδρα μὴ περιεῖδον τεταραγμένον. Οὐρβίκιος γὰρ ἐμὸς καὶ συμφοιτητὴς καὶ ἑταῖρος, καὶ νῦν ἄγων μοι παρέδωκε τοὺς υἱεῖς, μίαν ἔχοντας ἐλπίδα, τὴν ἀπὸ τῶν λόγων. ὡς ἥγε οὐσία αὐτῶν (5) ἐκ πάνυ μεγάλης γέγονε μικρὰ διὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐπιείκειαν. Οὐ γὰρ ἦν τῶν ἁρπαζόντων Οὐρβίκιος, οὐδὲ τῶν γῆν ἀποτεμνομένων ἢ τῶν ἐπιορκούντων, ἢ τἄλλα ποιούντων (6), ὅθεν ἂν γένοιτο πλοῦτος κακός. ἀλλ' ἐκ τοῦ λειτουργεῖν καὶ προσφέρειν, καὶ τῶν οἵων ἀναισχυντίας μὴ δύνασθαι κρατεῖν, εἰς τοῦθ' ἥκει τύχης, ὥστε ταῖς παρὰ τῶν ἀρχόντων ἐπικουρίαις ὑπω τὴν ἑαυτοῦ πέφευγε. Τὸ δὴ (7) μέγιστον τῶν κακῶν, ὅτι νῦν καὶ ὑβρικέναι δοκεῖ, πᾶν τοὐναντίον παρὰ πάντα μεμελετηκὼς τὸν βίον, σωφροσύνην καὶ μετριότητα. καὶ τὸ μηδ' ἂν ἰδεῖν (8) ἡδέως ὕβριν, μὴ ὅτι τολμῆσαι. Ἀλλ' ὅμως ἔλαβεν αἰτίαν (9) οὕτως ἀλλοτρίαν τοῦ τρόπου, καὶ ὡς θρασὺς ὑπὲρ τὸν Εὐφράτην ἕλκεται, πιστεύων (10) μὲν ὡς ἀποφεύξεται, σοῦ γε ψηφιζομένου, παρ' ᾧ τἀληθὲς ἰσχυρόν, αἰσχυνόμενος δ' αὐτῇ τῇ γραφῇ καὶ τῷ περὶ τούτων ἀπολογεῖσθαι. Τοῦ μὲν οὖν μηδὲν ἀδικεῖν ἀξιόπιστον ἔχει μάρτυρα τὸν καλὸν Ἀλέξανδρον. Καλοῖτο δ' ἂν (11) δικαίως καλὸς, τῶν γε τῶν (12) σῶν αἰσθα-

ACACIO.

Qui dulcissimum honorem gustare me fecisti, postea sitire jussisti. Literas enim tuas olim nactus, eas nunc mirum quantum desidero. Grave sane hoc est supplicium, quod, cur sustineam, quaerens, non invenio. Interim vel sic amare te, & laudare, & optima quaeque precari non cesso, gaudeoque, magna te & egregia praestare, & dignam factis gloriam referre. Tu itaque aut pristinam nobis benevolentiam redde, aot doce saltem, quam ob rem punias, ut sic vel diluam criminationem, vel me ipsum accusem. Adeo vero nullius criminis mihi sum conscius, ut aliis etiam opem tuam conciliare sustineam. Tu vero, per Jovem! ignosce mihi, quod hominem valde vexatom non deserui. *Urbicius* enim & commilito & amicus meus est, idemque nunc filios suos mihi credidit, unam spem in eloquentiae studios positam habentes: adeo facultates eorum ex valde amplis per Patris facilitatem exiguae evaserunt. Neque enim *Urbicius* ex iis erat, qui aliena raperent, aut agros diminuerent, aut pejerarent, aut alia facerent, unde lucrum injustum nasceretur. Sed ex eo, quod publico munere functus est, & sua largiter contulit, & nonnullorum impudentiam frangere non potuit, adeo ad incitas est redactus, ut, implorata Magistratuum ope, exilium aegre a se averterit. Maximum in his malum est, quod prave aliquid egisse existimatur, qui tamen omnia alia, temperans scilicet & aequabile vivendi genus per omnem vitam sit consectatus. Adeo insolentiae quicquam non libenter vidit, tantum abest, ut ipse patrarit. Sed vel sic crimine hoc, a moribus ejus alienissimo, est impetitus, & tanquam homo insolentior ultra Euphratem trahitur. Se tamen absolutum iri credit, te quidem, apud quem veritas potior est, sententiam ferente: interim tamen vel ipsius criminationis, defensionisque, adversus eam suscipiendae, pudet. Quod enim nihil pec-

Habe nunc sequentes ex Codice *Mutinensi*. C.

EP. MCLXXXIII. (1) Huic inscribitur in *Mutin.* C. *Anatolio* in *Medic.* A. & E. & *Maximo* in M. *Vindobon.* chartaceo. (2) γράμματα σὰ, *Medic.* D. (3) σοι ἄριστα, *idem.* (4) Phrasis Paulina 1 *Cor.* IV. 4. (5) αὐτοῖς, *Medic.* D. (6) ἢ τἄλλα ποιούντων, petita sunt ex *Medic.* D. (7) τὸ δὲ, *idem.* (8) ἰδεῖν, est ex *Medic.* D. (9) αἰτίαν λαβεῖν est *criminatione peti.* Contrarium illi est αἰτίαν ἐπάγειν & ἐπιφέρειν. Vide Cl. *Jac.* *Elsnerum* in Observatt. Sacris Vol. I. p. 383. & *Curas* nostras ad *Actor.* XXV. 18. (10) *Medic.* A. & D. pro πιστεύων, quod est in *Mutinensi.* Nostrum illud postulat sequens αἰσχυνόμενος. (11) γὰρ ἂν, *Medic.* D. (12) τῶν γε σῶν, *idem.* & *Medic.* A.

(13) ἀρχη

peccarit, testem habet optimum *Alexandrum*. Optimus ille merito vocetur, qui & praeclaras tuas virtutes magni faciat, & hoc unum agat, ut ex tua sententia imperet. Tu itaque illum recrea, & benigne exceptum dimitte, quem & res ipsa absolvat, & nos commendemus.

αἰσθανόμενος καλῶν, καὶ τοῦθ᾽ ἓν σκοπῶν, ὅπως σοι κατὰ νοῦν ἄρχοι (13). σὺ δ᾽ αὐτὸν καὶ παραμύθησαι, καὶ πρᾴως ἰδὼν ἀπόπεμψον, τῶν τε πραγμάτων ἀπολυόντων, καὶ ἡμῶν δεομένων.

PARNASIO.

Zenobias & praeceptor nobis & instar omnium erat. Huic cognatus est *Boethus*. *Boetho* vero huic cognominis est filius, qui praeceptorem nostrum dilexit, ut filius, coluit vero, ut servus. Quicunque vero illi etiam in minimis gratificetur, illum inter eos numeramus, qui maxima nobis praestiterit. *Boetho* itaque huic juniori, apud nos habitanti, bene facimus, quoad possumus. Tu vero seniorem illum, apud vos commorantem, & propter filii probitatem beneficiis dignum, beneficio aliquo imperti. Amicos enim ex aequo juvare non deterius est, quam in causis definiendis justitiam tueri.

MCLXXXIV. ΠΑΡΝΑΣΙῼ. (1)

Ζηνόβιος (2) ἡμῖν διδάσκαλος καὶ πάντα ἦν. τούτου συγγενής ἐστι Βοηθός (3). τῷ δ᾽ αὖ Βοηθῷ τούτῳ παῖς ὁμώνυμος, ὃς τὸν διδάσκαλον ἡμῖν ἀγαπῶν μὲν (4) ὡς υἱὸς, ἐθεράπευσεν (5) ὡς οἰκέτης. ὅστις δὲ ἐκείνῳ τι καὶ μικρὸν ἐχαρίζετο, τοῦτον ἡμεῖς τίθεμεν εἰς τοὺς τὰ μέγιστα κεχαρισμένους ἡμῖν. Τὸν μὲν οὖν νεώτερον Βοηθὸν ἐνθάδε οἰκοῦντα ὅ, τι ἔχομεν, εὖ ποιοῦμεν. τὸν δὲ πρεσβύτερον παρ᾽ ὑμῖν τε ὄντα, καὶ διὰ τὴν τοῦ παιδὸς χρηστότητα δίκαιον εὖ παθεῖν ὄντα, σύ τι ποίησον ἀγαθὸν, ὡς τὸ ἐπὶ τῶν δικῶν ἀκριβείας οὐ χεῖρον τὸ τοὺς φίλους ἐκ τῶν δικαίων εὐφραίνειν.

STRATEGIO.

Doluimus, ut nunquam alias, &, ut nunquam alias, sumus gavisi. Doluimus, uxorem tuam, celebratissimas quasque virtute sua superantem, aegrotasse: laetati autem sumus, morbum Medicis cessisse intelligentes. Scias vero, eam, etiam absque Medicis si fuisset, salvam tibi fuisse futuram, cum Dii tibi ob pertinax justi studium gratiam debeant. Urbs itaque nostra in choreis nunc est. Nuptiae quidem praetexuntur, vere autem cives ex sublato metu eo adducti sunt. Quod si vero tu id, quod maxime cupimus, addideris, ductisque una cum matre filiolis veneris, duplex nobis festum pepereris. Nec ignoro utique, me quoque praesentem & spei debere esse participem, & praesentibus frui, atque haec, quae scribo, ore potius effari. Etenim, vir optime, audio quidem proverbium, quod amicos ad amicos procul absentes jubet accedere. Morbus vero, quo corpus premitur, obsecundare vetat proverbio. Una enim mihi salus est, in lecto frequenter esse. Nam vel in forum procedere, non caret periculo, in quo saepe morbi insultum passus abire coactus sum. Quibus vero hoc integrum est, eos currere vides, tum alios multos, tum *Clematium*, cui omnia & es & eris. Is tantillum temporis apud nos fuit, ut quaerere tantum & intelligere potuerimus, quo res tuae loco essent. Edoctus vero eas meliore esse, nec

MCLXXXV. ΣΤΡΑΤΗΓΙῼ.

Ἠλγήσαμέν τε, ὡς οὔπω πρότερον, καὶ ἥσθημεν, ὡς οὐκ ἄλλοτε. τὸ μὲν γὰρ (1), ὅτι σοι ἔκαμνεν ἡ γυνὴ, γυνὴ (2) τὰς ὑμνημένας ἀρετῇ νικῶσα. τὴν εὐθυμίαν δὲ ἐποίει τὸ τὴν νόσον εἶξαι τοῖς ἰατροῖς. Εὖ δὲ ἴσθι καὶ μὴ παρόντων ἰατρῶν ἐσώζετο ἄν, ὀφειλόντων σοι τῶν θεῶν χάριν ἀντὶ τῆς περὶ πάντα δικαιοσύνης. ἡ πόλις δὲ ἡμῖν (3) ἐν χορείαις τὸ νῦν. καὶ πρόφασις μὲν οἱ γάμοι, τὸ δ᾽ ἀληθὲς ὑπὸ τοῦ πεπαῦσθαι τὸν φόβον εἰς τοῦτο κεκίνηται (4). Εἰ δ᾽, ὃ μάλιστα ποθοῦμεν, προσθείης καὶ φανείης ἄγων μετὰ τῆς μητρὸς τὰ παιδία, διπλῆν ἑορτὴν ἐργάσῃ. Καὶ οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὅτι με παρόντα χρὴ τῶν τε ἐλπίδων κεκοινωνηκέναι, καὶ τῶν νῦν ἀπολαύειν, καὶ ταῦτα ἀντὶ τοῦ γράφειν ἀπὸ στόματος λέγειν. Ἀλλ᾽ ὦ ἄριστε, τῆς μὲν παροιμίας ἀκούω στείχειν (5) ἀξιούσης παρὰ τοὺς φίλους τοὺς τηλοῦ φίλους (6). τὸ κακὸν δὲ, ᾧ μοι πιέζεται τὸ σῶμα, πείθεσθαι τῇ παροιμίᾳ κωλύει. Μία γάρ μοι σωτηρία τὰ πολλὰ διάγειν ἐπὶ τῆς εὐνῆς. κίνδυνος δὲ ἤδη καὶ τὸ ἀγοράζειν, καὶ πολλάκις ἐκεῖ δεξάμενος προσβολὴν ἐλαυνόμενος ἀπῆλθον. Ἀλλ᾽ οἷς ἔξεστιν, ὁρᾷς ὡς θέουσιν, ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ Κλημάτιος, ᾧ πάντα γέγονάς τε καὶ ἔσῃ. ὃς τοσοῦτον ἔστη (7) παρ᾽ ἡμῖν, ὅσον ἐρέσθαι καὶ μαθεῖν, ὅπως ἔχοι (8) σοι πράγματα. Γνοὺς δὲ, ὡς ἄμεινον, οὐδ᾽ αὐτὸς ἡγεῖται

(13) ἄρχῃ, *idem*.

EP. MCLXXXIV. (1) *Mutinens.* C. at *Syncletio Vatic.* A. B. & *Medic.* A. E. Latine inter *Zambicarii* illas III. 311. ubi inscribitur *Singlicio*. (2) Vide supra ep. 100. & 101. (3) Vid. ep. 446. 849. & 874. (4) Sic scripsi pro ἀγαπώμενος, quod est in *Mutin.* C. & *Medic.* A. Et sic quoque *Vatic.* A. sed B. olim habuit ἀγαπῶ μὲν, hodie vero ἠγάπα μὲν ex recentiore emendatione, quae admitti potest, si postea cum eodem legatur ἐθεράπευσε δέ. (5) Ἐθεράπευσεν, *Vatic.* A & *Medic.* D.

EP. MCLXXXV. (1) γὰρ deest in *Medic.* A. quod habet *Mutin.* C. (2) γυνὴ posterius abest ab utroque: inserui autem ex *Vatic.* A. B. (3) *Vatic.* A. B. & *Medic.* A. D. quod praestat τῷ ἡμῖν *Mutinensis*. (4) κεκίνηται. *Medic.* A. fortasse rectius. (5) τοίχων, *Mutin.* male. (6) τ. τηλοῦ φίλους omisit *idem*: habet autem *Medic.* A. & D. item *Vatic.* B. quando A. τοῦ τηλοῦ φίλους librarii vitio exhibet. *Benzel.* A. τοὺς τηλοῦ φίλους, addita nota voci τηλοῦ, quae alias nomen proprium indicat. (7) *Vatic.* A. & B. & *Medic.* A. pro ἔστι *Mutinensis*. (8) ἔχοι, *Vatic.* A. B.

(9) *Medic.*

ἡγεῖται τοὺς αὐτοῦ κρείττους (9) ἔτι κακῶς. καίτοι τῷ χειμῶνι κεχρημένον ἀνὴρ, ἀλλ' ὅμως ἐκ τῶν σῶν εἰς τὰ αὐτοῦ κουφίζεται (10). Οὕτως ἅπασι καταφυγὴ μία, Στρατηγίῳ τῷ (11) χρηστῷ σῶν εἶναι τὸν οἶκον.

nec ipse putat suas esse deteriori. Quamvis enim calamitatibus ille jactatus sit, tuis tamen sua levat. Adeo omnibus hoc unum est solatium, optimo *Strategio* domum esse salvam.

MCLXXXVI. ἈΡΙΣΤΟΦΑΝΕΙ ΤΩι ΚΟΡΙΝΘΙΩι. (1)

Οὐδέπω με πεπαυμένον (2) δακρύων εἰς μείζω θρῆνον ἐνέβαλες διὰ τῆς ἐπιστολῆς. οὕτως ἀκριβῶς διελέχθης (3) περί τε τῶν ἀγαθῶν, ὧν ποτε ἀπελαύομεν (4), καὶ περὶ τῶν γενομένων ἄν, εἴτις ἡμῖν θεῶν ἀποδεδώκει τὸν τὰς νίκας ἀνῃρημένον (5). Ἐκεῖνον μὲν οὖν μᾶλλον ἐπαινοῦσιν οἱ πληγέντες ἢ ὑπὲρ ὧν παρετάξατο. Τούτου δέ γε καὶ ὠρχήσαντό τινες δύο πόλεις (6), ὧν ὑπὲρ τῆς ἑτέρας αἰσχύνομαι, καὶ συγγνώμη γε αὐταῖς (7). Ὁ γὰρ κακὸς εἶναι βουλόμενος τὸν οὐκ ἐῶντα εἶναι κακὸν ἐχθρὸν εἶναι ἡγεῖται (8). κἂν ἀποθανεῖν συμβαίνῃ τὸν σωφρονιστήν, ὁ μὴ (9) δυνάμενος σωφρονῆσαι χαίρει, διὰ τὸ ἐξεῖναι ἤδη εἶναι κακῷ (10). Τοιούτῳ συζῶμεν ὄχλῳ, θεοῖς τε (11) ἐχθρῷ κἀκείνῳ, περὶ οὗ (12) καλῶς δοξάζεις θεῶν αὐτὸν γραφόμενος (13) χοροῦ. Ἐγὼ δὲ καὶ (14) αὐτὸς ταῦτά τε ὑπείληφα, καὶ ἅμα στένω λογιζόμενος, τίνα μὲν ἠλπίσθη, τίνα δὲ ἐξέβη. Καὶ γὰρ εἰ κεῖνος (15) μετὰ τῶν κρειττόνων (16), ἀλλὰ τάγε ἐμὰ χείρω. λεγέσθω γὰρ οὕτως, ὅτι ἐμά (17). Οἷον γὰρ ἂν ἦν, τὸν μὲν ἐκ Μήδων, σὲ δὲ (18) ἐκ Φοινίκης ἀφῖχθαι, τὸν μὲν αἰχμαλώτους ἄγοντα, σὲ δὲ οἰσόμενον τὰ ἆθλα τῶν πόνων, ἐμὲ δὲ λέγειν τι περὶ τῶν πεπραγμένων, μικρὸν ὑπὲρ μεγάλων, ἐκεῖνον δὲ εἶναι τὸν τὰ αὐτὰ (19) διηγούμενον. Ἦλθεν ἂν καὶ νέφος κολοιῶν (20), γέλως ἐμοί τε καί σοι, λέγων

ARISTOPHANI CORINTHIO.

In majorem luctum me, lacrymis nondum prorsus perfunctum, per epistolam tuam praecipitasti: tam accurate exposuisti commoda, quibus olim gavisi sumus, & gavisuri eramus, si quis Deorum eum, qui tot victorias reportavit, redderet. Illum magis quidem nunc laudant, qui caesi sunt, quam pro quibus dimicavit. Ex his duae civitates prae gaudio etiam exsultarunt, quarum alterius me pudet. Sed condonetur illis haec culpa. Qui enim improbitatem amat, is inimicum sibi arbitratur, qui malum esse non permittit. Quod si autem monitorem mori contingat, is, qui ad frugem redire non potest, gaudet, quod jam sibi improbo esse liceat. Cum ejusmodi populo nunc vivimus, qui & Diis inimicus est, & illi, de quo recte statuis, in Deorum illum chorum referens. Ego vero eadem ipse judicavi, & simul ingemisco, recogitans, quae speraverimus nos, & quae modo evenerint. Quamvis enim ille beatioribus sit adscriptus, meae tamen res factae sunt deteriores. Dicere enim liceat meas. Quantum enim futurum mihi erat, si ille quidem à Medis, tu vero ex Phoenicia advenisses; ille captivorum turbam ducens, tu laborum praemia laturus: me quidem de rebus gestis, quamvis de magnis exiliter, dicente, illo autem eadem copiosius edisserente. Advenisset fortasse & graculorum nubes, mihi aeque ac tibi ludibrio, qui, quamvis dicendi sint imperiti,

(9) *Medic.* A. & *Vatic.* A. τὰ αὐτοῦ πρ. *Vatic.* B. ex emendatione. τοὺς ἀντιπράττοντας ὄντας, *Mutin.* male. editam lectionem in *Benzel.* A. offenderis. (10) Lectio haec est codicum, quos dixi omnium, praeter *Mutinensem*, qui nullo sensu habet εἰς τὰ αὐτοῦ κομίζεσθαι. (11) Στρατηγίῳ τε, *Mutin* male.

EP. MCLXXXVI. (1) Latinam versionem habes inter illas *Zambicarii* lib. III. ep. 310. sed male admodum habentem, & maxima sui parte truncatam. Definit enim cum verbo ἀφῖχθαι. Integram ego *Gr.* & *Lat.* exhibui ex *Baroccian.* in *Centuria* p. 14. sqq. Apud *Zambicarium* inscribitur in editis *Aristophani Corsucchio*, quae vox posterior in MS. *Ambros.* rectius legitur *Corinthio*. *Aristophanes* porro is est, quem noster quondam feliciter defendit, & Juliani favorem conciliavit. Vide supra ep. 670. & quae ibi dicta sunt. (2) πεπαυμένων, *Medic.* A. (3) sic *Mutin.* B. διηλέχθης, *Medic* B. διελέχθης, *Barocc.* & *Medic.* A. (4) ἀπελάβομεν, *Barocc.* librarii errore, ex similitudine, quae cum in pronunciatione, tum in scriptione τοῦ υ & β in MSS. maxima est, orto, qui alias etiam occurrit. Vide dissertationem meam epistolicam ad *Hieroclis* commentarium in aurea Pythagorae carmina p. 2. (5) Julianum Imp. vult, qui contra Persas pugnans felici Ecclesiae, tum vehementer afflictae, fato cecidit. Schol. *Mutin.* C. τουτέστι τὸν νικηφόρον, περὶ Ἰουλιανοῦ τοῦτο φησι. De caede ejus lege nostri ἐπιτάφιον in Julianum, & ejusdem orationem de vindicanda caede ejus, quam utramque edidit *J. A. Fabricius* lib. V. Bibl. Graec. c. 9. Adde *Ammianum Marcellin.* lib. 25. & *Sozomenum* lib. V. c. 9. (6) *Antiochiam* & *Caesaream* intelligit: has enim urbes tum temporis lux veritatis coelestis inprimis illustravit. Schol. Cod. *Barocc.* ita: ἤτοι ἡ Ἀντιόχεια καὶ ἡ κ..... ubi per κ. illam Caesaream innui non dubito. Altera, cujus nostrum puduit, procul dubio Antiochia est, patria scilicet ejus, quae Juliano etiam alias adeo non favit, ut praesenti etiam barbae nomine illuderet. (7) αὐτοῖς, *Mutin.* C. (8) Idem ait *Dio Prusaeensis* Orat. LXXII. οὐ δύνανται ἡδέως ὁρᾶν τοὺς φιλοσόφου σχῆμα ἔχοντας, ὅτι νομίζουσιν, καὶ ἐξελέγχειν παρεσκευασμένους λογίζονται, ἀλλὰ καταφρονοῦσι καὶ διαμάχονται, ὥσπερ οὐδὲ οἱ παῖδες ἡδέως ὁρᾶν δύνανται, ὃς ἂν ἴδωσι παιδαγωγοῦ σχῆμα ἔχοντας καὶ παρεσκευασμένους ὥστε, ὡς ἐπιπλήξοντας αὐτοῖς καὶ σὺν ἐπιτρίψοντας ἁμαρτάνοντας, οὐδὲ ῥᾳθυμοῦσι. (9) ὁ μὲν, *Mutin.* (10) κακῷ, *idem.* (11) θεοῖς, *Barocc.* (12) ὃ σὺ, *Medic.* A. (13) γραφόμενος, *Barocc.* Nostrum habet *Medic.* A. & *Mutin.* procul dubio rectum, quod in praefatione ad *Centuriam* monui. Ita quoque *Zambicarium* legisse interpretatio ejus ostendit. (14) καὶ abest à *Barocc.* (15) Hoc malui cum *Medic.* & *Mutin.* pro ἐκεῖνος, quod est in *Barocc.* Id scilicet postulat sequens ἐμά. (16) κρείττονες alias dici solent Heroes, quod veteres Lexicographi observant: hic autem Dii procul dubio designantur, quo significatu vocem *Plutarchus* in Pyrrho adhibuit: τοῦτο τοὺς βαρβάρους ἐπέσχε τοῦ κρείττονος χωρεῖν, ὡς ὑπὸ τῶν κρειττόνων θαυμάσαντας. (17) Phrasin hanc Schol. *Mutin.* C. ita exponit: δέον λέγεσθαι, καλῶς φησι. (18) Pro σε δὲ & hic, & paulo post *Mutin.* habet ὁ δὲ. (19) Sic *Mutin.* & *Medic.* pro ταῦτα *Barocc.* (20) Christianos hic pungit. Scholiast. *Mutin.* πλῆθος τι χριστιανῶν, & *Vatic.* 937. τοὺς μισοῦντας αὐτὸν Χριστιανοὺς κολοιοὺς καλεῖ, διαβάλλων αὐτοὺς, ὡς βαναύσους, καὶ μὴ κατὰ λόγον μισοῦντας. Non inepte alias νέφος sive turbam graculis tribuit, quos gregatim volitare vel proverbium probat, quo dicitur, κολοιὸς ποτὶ

periti, alios tamen pro ignorantia sua mordere sustinent. Hanc festam sollemnitatem fortuna sinistra abstulit. Me quoque multi armis petierunt, quibus, viribus tunc destitutus, succubuissem, nisi liberasset me, qui Martem etiam vinctum furtim subduxit. Modo aliquis ex latebris sagitta me petiit, & magni flagitii accusabar; sed iterum Deorum aliquis telum hoc irritum esse jussit, ut loco non movear, meque non deturbatum iri sperem. Ejusmodi igitur sagittariis facile arcu jaculari placuerit. Ceterum Persarum regio satis vastata est: ego vero ab amicis, ex pugna reversis, quosque talia literis consignare oportuisset, rerum gestarum rationes requisivi. Cumque singuli se & in promtu eas habere, & exposituros dicerent, nemo tamen, nec vel coram ore quisquam docuit. Illo enim, qui occubuit, neglecto; unusquisque sua tantum curavit. Milites vero quidam, qui me antea non noverant, dierum quorundam numerum & viarum spatia ac locorum nomina exposuerunt. De rebus vero gestis nihil narratur, quod argumentum exhauriat, sed tralatitia omnia & umbrae similia, quaeque scriptori futuro non sufficiant. Quod si & ipse scire haec aveas, significa id mihi, & venient ad te militum narrata. Nam illi quaedam consignarunt; ego vero alios sperabam interpretes.

γων μὲν οὐκ ἐπισταμένων, παύειν δὲ ἄλλους ἐπιχειρούντων ἀντὶ τῆς αὐτῶν ἀμαθείας. Ταύτην ἡμᾶς πανήγυριν (21) ὁ δαίμων (22) ἀφείλετο. καί μοι πολλοὶ μεθ' ὅπλων ἐπέθεντο, καὶ ἐκείμην ἂν ὡς μὴ (23) τότε ἰσχύσας, εἰ μή με ἐξήρπασεν ὅστις καὶ τὸν Ἄρη δεδεμένον ἐξέκλεψε (24). Καὶ νῦν δέ τις ἀφῆκε βέλος κρυπτόμενος (25), καὶ ἐνγεγραμμένην, ὡς δεινὰ ποιῶν (26), ἀλλὰ πάλιν θεῶν τις κοῦφον τὸ βέλος (27) ἐποίησε, καὶ μένω κατὰ χώραν, ἐλπίσας ἀνάσπαστος (28) ἔσεσθαι. Τοῖς μὲν οὖν τοιούτοις τοξόταις ἀρέσειέ ποτε λῦσαι τὰς νευράς (29). γῆ δὲ ἡ Περσῶν ἐφθάρη μὲν ἱκανῶς. Τὸν δ' ὑπὲρ τῶν ἔργων λόγον ἀπῄτουν μὲν τοὺς ἐπανελθόντας τοὺς φίλους, καὶ οὓς εἰκὸς ἦν μὴ τοῦ περὶ τῶν τούτων ἀμελῆσαι γραφῆς. Φάσκων δὲ ἕκαστος καὶ ἔχειν καὶ δώσειν, ἔδωκεν οὐδεὶς, ἀλλ' οὐδ' ἀπὸ στόματος ἐδίδαξεν (30). Ὁ μὲν γὰρ οἰχόμενος ὠλιγωρεῖτο (31). Πᾶσα δὲ ἡ σπουδὴ τὰ περὶ αὐτὸν (32) ἑκάστῳ. στρατιῶται δέ τινες οὐ πρότερόν με εἰδότες ἔδοσαν ἡμερῶν τε τινων ἀριθμὸν, καὶ ὁδοῦ μέτρα, καὶ προσηγορίας τόπων. Ἔργων δὲ οὐδαμοῦ διήγησις, τὸ πᾶν δυναμένη μηνῦσαι (33), ἀλλ' ἀμυδρὰ καὶ σκιὰ, καὶ συγγραφέως οὐχ ὑπηρετοῦντα (34) στόματι. Εἰ δή σοι καὶ (35) τούτων ἐπιθυμία, ποίει μοι δῆλον, καί σοι ἥξει τὰ τῶν στρατιωτῶν (36). οὗτοι (37) καὶ ἔγραψαν, ἡμεῖς δὲ ἄλλους ἠλπίζομεν.

PALLADIO.

MCLXXXVII. ΠΑΛΛΑΔΙΩι. (1)

Adventantes a vobis singulos interrogamus, quomodo corpus tibi valeat. De animo nunquam interrogaverimus, an valeat: hoc enim aliis ipsi dicere possimus. Edocti vero nos, te valere, & gaudemus, & miramur insuper, quod, cum scias, quantum morbus malum sit, &

Τῶν ἐκεῖθεν ἀπιόντων (2) ἕκαστον ἐρωτῶμεν, ὅπως ἔχει σοι τὸ σῶμα. περὶ γὰρ τῆς ψυχῆς οὐκ ἂν ἐροίμεθα, εἰ χρηστή. τοῦτο γὰρ καὶ πρὸς ἄλλους εἴποιμεν. ἀκούοντες δὲ, ὡς ἔρρωσαι, χαίρομέν τε καὶ προσέτι θαυμάζομεν, εἰ εἰδὼς ἡλίκον τι κακὸν τὸ ἀρρωστεῖν, καὶ ὡς μά-

ὸς, vel, ποτὶ κολοιὸν ἱζάνει, de quo ex veteribus vide *Didymum* & *Eustathium* ad Iliad ρ'. v. 755. τῶν δ' ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν, ad quem locum noster allusisse mihi videtur. Adde *Zenobium* in Proverbiis & *Suidam*, item *Gregorium Nazianz.* ep. 46. ad Africanum & *Dionem Chrysost.* Orat. 4. Ex recentioribus praeter *Erasmum* proverbium hoc illustravit *Aegid. Menagius* in Amoenitat. Juris Civilis p. 271. Νέφος alias *copiam* in utraque lingua denotare *Gatakerus* Adversar. cap. 2. *Menagius* ad Laërtium VII. 18. & *Lamb. Bos* Exercitatt. ad N. T. p. 253. ostenderunt. (21) πανήγυρις proprie sollemnem agonum celebritatem & frequentem ad eos conventum denotat, speciatim vero ad agones equestres transfertur. Vide *Ezech. Spanhemii* notas ad Juliani Orationes p. 258. *Aelianus* Var. Histor. III. 1. πανήγυριν ὀφθαλμῶν commemorat, ubi videbis *Perizonium*. (22) δαίμων *infortunium* hic significat, ut apud *Aeschylum* v. c. in Theb. v. 967. ubi Scholiastes per δυστυχίαν vertit. Alias prosperam quoque fortunam denotat, ut apud *Apollonium* ep. 73. σὺν δαίμονι. Sic *Aeschines* in Ctesiphonte p. 94. ed. Oxon. δαίμονα καὶ τύχην conjungit. *Eustathius* recte: τὸ μέντοι ἐστὶ καὶ ὁ δαίμων, καὶ ἡ τύχη. (23) Pro μὴ *Medic.* & *Mutin.* δή. (24) Mercurius is erat, de quo *Homerus* Iliad. ε. v. 389.

Εἰ μὴ μητρυιὴ περικαλλὴς Ἠερίβοια
Ἑρμέᾳ ἐξήγγειλεν· ὁ δ' ἐξέκλεψεν Ἄρηα
Ἤδη τειρόμενον.

(25) κρυπτόμενον, *Mutin.* C. (26) Forte hoc illud est, de quo in Vita sua conqueritur p. 45. (27) Homeri phrasis Iliad. λ'. v. 390. (28) ἀνάσπαστος, *Barocc.* Malui alterum illud cum *Medic.* & *Mutin.* (29) Videtur hic in Christianos Juliani caedem referre. 30 ἐδίδαξεν, *Barocc.* nostrum *Medic.* A. B. (31) Hoc amplius patet ex nostri oratione de vindicanda Juliani caede, quam modo excitavimus. (32) αὐτῶν, *Barocc.* (33) δηλῶσαι, *Mutin.* C. (34) Hoc malui cum *Medic.* A. B. pro ὑπηρετοῦντα *Barocc.* & *Mutin.* quamvis & hoc locum tueri possit, si referatur ad vocem διήγησις. (35) καὶ addidi ex *Mutin.* & *Medic.* (36) τὰ τῶν στρατιωτῶν clare *Mutin.* & *Medic.* quod praestat lectioni *Barocc.* sine τά: nec jam opus est, ut quod olim tradidi τὶς intelligatur, quamvis alias ellipsis vocis τὶς & τὶ frequens sit. Vide *Perizonium* ad Aeliani Var. Histor. I. 14. & X. 21. *Vigerium* de Graecae linguae idiotismis III. 1. 9. & *Lamb. Bos* in Mysterio ellipseos Graecae Linguae. (37) ὅτι pro οὗτοι, *Medic.* A. τὰ τῶν στρατιωτῶν, ὅτι καὶ, *Benzel.* A. recte si scripseris ὅ, τι, hoc sensu: *venient ad te illi militum nuntii, quidquid etiam scripserint.*

EP. MCLXXXVII. (1) Hoc nomen referunt *Vatic.* A. B. & *Medic.* A. D. *Andronici* vero *Medic.* B. ἀνεπίγραφος est in *Mutinensi* C. (2) ἰόντων, *Vatic.* B.

(3) Sic

μάλισθ' ἡσυχίας δεόμενον ἐμὲ (3), ταύτης ἀφαιρῇ κεκλυκωμένον νοσήμασιν. Ὁ γὰρ ἔχων μὲν κωλῦσαι τοιαῦτα (4) περὶ ἐμοῦ γράφεσθαι. γράφεσθαι δὲ ἐπιτρέπων αὐτός ἐστιν ὁ τὰς ἀνάγκας προσάγων. Ἀλλ', ὦ πρᾳότατε (5), μήτ' ἐμὲ περιίδῃς ἐκ τῆς κλίνης ἀποσπώμενον, τῷ τε ἀρίστῳ βασιλεῖ χάρισαι, τὸ μηδὲν ἀνάξιον τῆς αὐτοῦ γνώμης εἰς ἄνδρα πρᾶξαι (6), πολλὰ εἰς ἐκεῖνον ᾄσαντα. Τῷ πολίτῃ δὲ ἡμῶν Ἀντιόχῳ, στέφανον φέροντι τοῦ ἀγῶνος, ἐπωνύμου (7) τῷ Διῒ, πάντα γενοῦ, νομίζων ἐν τούτῳ τήν τε πόλιν εὖ ποιεῖν, καὶ τοῦ Διὸς τὴν φρένα τέρπειν μᾶλλον, ἢ τῶν Ἑλλήνων οἱ περὶ Τροίαν μέλποντες τὸν Ἀπόλλωνα (8).

& quantopere quiete ego indigeam, tu tamen morbis me circumseptum ea me privare sustines. Qui enim prohibere poterat, quo minus talia quidem de me decernerentur, decerni autem passus est, idem vim mihi infert. Tu vero, vir gratiosissime, & me a lecto avelli non patere, & in optimi Imperatoris gratiam effice, ut nihil judicio suo indignum in hominem faciat, qui multa in laudem ejus dixit. Ceterum *Antiocho*, civi nostro, ex ludis coronam ferenti, Jovi cognominem, omnia quaeso sis; hoc ipso & urbem nostram demereri te, & Jovem ipsum magis, quam qui ex Graecis juxta Trojam Apollinem carmine celebrabant, demulcere arbitratus.

MCLXXXVIII. ἈΝΩΝΥΜῼ. (1)

ANONYMO.

Ἐγὼ καί σου κήδομαι, καὶ τοῦδε. σοῦ μὲν, ὡς μὴ ἀδικοίης. τοῦ δὲ, ὡς μὴ ἀδικοῖτο. Εἰ δὲ καί σοι δοκεῖ μετὰ τοῦ Πλάτωνος τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι μεῖζον εἶναι κακὸν (2), ἔοικά σοι μᾶλλον, ἢ τῷδε χαρίζεσθαι, δεόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ πραττομένου δίκας, ὑπὲρ ὧν οὐκ ἐξήμαρτεν.

Ego & tui curam gero, & hujus: tui quidem, ne injuria eum afficias; hujus vero, ne injuria afficiatur. Quod si jam tibi cum *Platone* injuria alterum afficere majus videtur malum, quam affici, tibi magis quam huic gratum facere mihi videor, pro eo precatus, qui ob talia, quae non peccavit, in jus vocatur.

MCLXXXIX. ἸΤΑΛΙΚΙΑΝῼ. (1)

ITALICIANO.

Οἶδ' ὅτι σε εὐφραίνει γράμμα ἐμόν. Σὺ γὰρ ἐκεῖνος ὁ πετόμενος μὲν, ὅπως ἂν ἡμῶν ἀκούσαις, πετόμενος δὲ αὖθις ὑπὸ τῶν λόγων ἐν τῷ συλλόγῳ, καὶ σπεύδων τε ἐπ' ἀκροάσιν, καὶ ἐν αὐτῇ (2) πάντα δρῶν. Ἦν οὖν δῆλον, ὡς οὐκ ἀτιμάσεις τὴν ἐπιστολὴν, τοὺς τιμῶν τοὺς λόγους. Ἀμείβομαι δέ σε τῷ μέγα φρονεῖν, ὅτι δοκεῖς εἶναι καλὸς Ὀλυμπίῳ τῷ σοφῷ (3), ὃς βαδίζει μὲν ἐπὶ τοὺς ἀῤῥωστοῦντας, καὶ ἀνίστησι. δέχεται δὲ τοὺς παρ' αὐτὸν ἰόντας ἐπὶ παιδείᾳ καὶ ἐμπίπλησι. Φίλος τε μὴν οὕτω σαφὴς, ὥστε κἂν ἐπὶ τὰς Γοργόνας φίλῳ συστρατεῦσαι (4). Ὄψει δὲ αὐτὸν θαυμαστὰ ἐργαζόμενον ἐν τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν ἄθλοις, ὧν κοινωνήσεις δήπου (5), κἂν μηδεὶς ἐπεγείρῃ.

Novi, literas meas te delectare. Tu enim ad audiendos nos festinas, volas vero etiam ad sermones in colloquio familiari, hinc iterum ad recitationes publicas properans, & in illis omnia mea gratia faciens. Itaque constabat mihi, te nec epistolam meam despectui habiturum, cujus orationes magni facias. Ego vero non minus, quam tu de eo glorior, quod *Olympio* sapientissimo bonus esse videris, illi viro, qui aegrotantes quidem adit & recreat, se vero doctrinae causa salutantes recipit, & praeceptis implet: amicus insuper tam certus est, ut vel adversus Gorgonas pro amico militaverit. Eundem vero mire pro nobis laborantem deprehendes, tuque in horum laborum societatem, nemine etiam cohortante, venies.

MCXC. PHI-

(3) Sic *Mutin* & *Medic.* A. ὡς μάλιστα πραγμάτων ἡσυχίας δεομένου ἐμοί γε, *Vatic.* A. At *Vatic.* B. ὡς μ. πράγματα ἡσυχ. δεόμενον ἐμέ γε ταύτης. Lectio nostra intelligenti cuique expedita videbitur. (4) μὴ τοιαῦτα, *Vatic.* A. B. invitis ceteris, quamvis non contra linguae rationes. (5) *Vatic.* A. B. & *Medic.* A. pro πρᾳότατε, quod *Mutin.* vitiose habet. (6) περιγενέσθαι, *Vatic.* A. B. (7) Ita codd. omnes: fortasse rectius legeris ἐπωνύμου, ut referatur ad ἀγῶνος, atque sic ludi Olympici intelligantur, qui Jovi Olympio sacri erant. (8) Vide *Homerum* Iliad. ά. v. 473. sqq.

Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο,
Καλὸν ἀείδοντες παιήονα κοῦροι Ἀχαιῶν
Μέλποντες Ἑκάεργον.

Sequens epistola excerpta est ex Cod. *Mutin.* D.

EP. MCLXXXVIII. (1) Exstat epistola haec inter *Synesii* illas p. 183. Collect. Cujacianae. (2) *Plato* in *Gorgia* p. 333. Operum ita: Ἆρ' οὖν οὐχ οἱ πολλοὶ νομίζουσιν (ὡς ἄρτι αὖ σὺ ἔλεγες) δίκαιον εἶναι, τὸ ἴσον ἔχειν καὶ αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι. Simile est Phocionis dictum apud *Aelianum* Var. Histor. II. 16. Conf. nos supra ad ep. 167. Accipe nunc sequentes ex Cod. *Mediceo* A.

EP. MCLXXXIX. (1) Epistolam hanc Latine etiam converterat *Zambicarius*, quae tamen inter editas non est, sed cum aliis in Ambrosiano exemplo MS. reperitur. (2) Fortasse legendum ἐπ' αὐτῇ. Id autem vult *Libanius*, Italicianum declamationes suas plausu & tripudiis prosequi, quod Sophistis olim praeclarum habebatur, si inter audiendum fieret. (3) Medicus is erat, quem frequenter laudat noster. (4) Alludit ad Perseum, quem, Palladis scuto armatum Medusam, Gorgonum unam, debellasse tradunt Mythologi. (5) Quae inde a voce ὑπὲρ usque ad δήπου leguntur, desunt in *Vatic.* B. habentur autem in *Vatic.* A.

EP.

PHILIPPO.

Amici est, talia edoctum dolere & scribere: boni vero & tuae indolis, Musis auspicibus scribere. Qui vero tibi ista nunciavit, aut temere, de quibus nihil novit, tanquam probe gnarus, dicere audet, vel, si hoc non sit, & tibi & mihi est inimicus, ac ista quidem in meum opprobrium, tuumque dolorem confinxit. Vel potius mente inimica amici opus fecit. Quando enim tibi quidem ejusmodi epistolam condendi, mihi autem illam accipiendi occasionem fecit, strenuam utriusque curam habuit. Res nostrae ita habent. Qui ante, quam nos huc veniremus, floruerunt, defloruere; nulla interim oborta invidia. Dictum enim illud: *ne adversus stimulum*, probe tenent. Cyclops vero ille etiam Scylla est usque ad fretum & Siciliam. Gaude itaque, & misso proverbio, mihi gratulare.

MCXC. ΦΙΛΙΠΠΩι. (1)

Φίλου μὲν τὸ τὰ τοιαῦτα (2) ἀκούσαντα ἀλγῆσαι καὶ ἐπιστεῖλαι. ἀγαθοῦ δὲ καὶ (3) κατὰ σὲ, τὸ μετὰ Μουσῶν ἐπιστεῖλαι. ὁ δέ σοι ταῦτα ἀγγείλας, ἢ ῥαδίως περὶ ὧν οἶδεν οὐδὲν, ὡς εἰδὼς, τολμᾷ λέγειν, ἢ τοῦτο μὲν οὐχὶ, σοὶ δὲ ἐχθρός ἐστι, καὶ ἐμοί. καὶ ταῦτα ἔπλαττεν, ἐπὶ ψόγῳ μὲν ἐμῷ, σῇ δὲ λύπῃ. μᾶλλον δὲ ἐχθροῦ μὲν ἡ γνώμη. τὸ δὲ ἔργον φίλου. Τὸ γάρ σοι μὲν δοῦναι τοιαύτην ἐπιστολὴν συνθεῖναι, καλὴν δὲ οὕτως ἐλθεῖν (4) ἐπιστολὴν ἐμοὶ, σφόδρα ἀμφοῖν κηδομένου. Τὰ δὲ ἡμέτερα ὧδε ἕστηκεν. οἱ πρὶν ἡμᾶς ἥκειν ἀνθοῦντες ἀπηνθήκασιν. Φθόνος δὲ (5) ἀνέφυ οὐδείς. τὸ δὲ, μὴ πρὸς κέντρα (6), καὶ μάλα ἴσασι. Κύκλωψ δὲ ἐκεῖνος καὶ Σκύλλα (7) μέχρι τοῦ πορθμοῦ καὶ τῆς Σικελίας. χαῖρε τοίνυν καὶ τὴν παροιμίαν ἀφεὶς συνήδου.

ASCLEPIO.

Ex eo, quo hinc abiisti, tempore, de eo fui solicitus, quo pacto negotia illa sis confecturus, non quod imbecillitatem quandam tuam, sed quod in rebus ipsis molestiam perspicerem. Omnino enim scapham tuam procellae commisisti. Enimvero hoc ipsum bonum te Praesidem effecerit, qui ex hac difficultate illustrius nomen sis habiturus. Et maximum jam mihi videris consecutus. Qui enim ex vestratibus ceteris omnibus praestat, tibi amicus est, & ab amore ad admirationem profectus. *Eutolmius* enim, urbem nostram ingressus, statim me salutavit, veterem amicum requirens. Nihil vero ego ante cetera quaerebam, quam qualem te in magistratu praestares, ille vero responsione sua manifestum faciebat, se de nulla re alia suavius interrogari potuisse. Laudabat itaque humanitatem, & aeque ac nos à rerum difficultate tibi metuens facilitatem adprecabatur. In universum vero Parentis, de filio soliciti animum probabat. Itaque hortor te, ut virum hunc, si te adierit, benigne excipias, imo, ubi id facere non audeat, accersas, in consilium adsciscas, fideique ejus etiam alia committas. Ita enim fiet, ut utrumque nostrum laudet, te quidem, quod prolixe sibi faveris, me vero, quod amicum te conciliarim. Addiderim & tertium, quod permoveri te passus sis. Modo quidem te nostrum appellas discipulum, eloquentiamque tuam nobis fers acceptam: ubi vero *Eutolmio* fueris

MCXCI. ἈΣΚΛΗΠΙΩι.

Ἐφρόντιζον, ἐπειδὴ ἐνθένδε ἀπῆρας, ὅπως ἡμῖν περιέσῃ τῶν πραγμάτων, οὐ σοῦ τινα ἀσθένειαν καταγνοὺς, ἀλλ' ἐκείνοις ὁρῶν μοχθηρίαν. Ἀτεχνῶς γὰρ εἰς χειμῶνας τὸ σκάφος ἀφῆκας. ἀλλά τοι τοῦτό σε αὐτὸ καὶ ποιείτω ἄρχοντα ἀγαθὸν, τὸ μείζω σοι λόγον ἀπὸ τῆς δυσκολίας ἔσεσθαι. Καὶ δῆτά μοι δοκεῖς ἤδη τοῦ μεγίστου τυγχάνειν. ὃς γὰρ ἄριστός ἐστι τῶν παρ' ὑμῖν (1), οὗτός ἐστι σοι φίλος, ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν εἰς τὸ φιλεῖν ἐλθών. Εὐτόλμιος γὰρ ἐλθὼν εἰς τὴν πόλιν εὐθὺς εἰσῆλθεν ὡς ἐμὲ, παλαιὸν ἑταῖρον διώκων. καὶ οὔτ' ἐγώ τι πρῶτον ἠρόμην ἢ ὅστις εἴης (2) ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, αὐτός τε, οἷς ἀπεκρίνατο, δῆλος ἦν, οὐκ ἂν ἥδιον ἕτερα περὶ τούτων ἐρωτηθείς. καὶ ἐπῄνει τε τὴν πρᾳότητα, καὶ ἐδεδοίκει τοῦθ' ὅπερ ἡμεῖς τὴν ἀπορίαν, καὶ συνηύχετο ῥᾳστώνην. Καὶ ὅλως ἐῴκει κατὰ τὴν γνώμην πατρὶ τρέφοντι φροντίδας ὑπὲρ υἱέος. Παραινῶ δή σοι τὸν ἄνδρα προσιόντα τε ὡς ἀσμενέστατα δέχεσθαι, καὶ μὴ τοῦτο ποιοῦντα μεταπέμπεσθαι (3), σύμβουλόν τε ποιεῖσθαι, καὶ τἄλλα πιστεύειν. ὡς ἀμφοτέρους γε ἐπαινέσῃ (4), τὸν μὲν προθυμηθῆναί σε, τὸν προξενῆσαι δὲ ἐμὲ, καὶ τρίτον γε τὸν πεισθῆναι σαυτόν (5). Νῦν μὲν οὖν μαθητὴς ἡμέτερος εἶναι φὴς, καὶ λόγων ὀφείλειν χάριτας. Εὐτολμίῳ δὲ χρησάμενος ἔργων (6) φήσεις πρὸς τοῖς λόγοις ὀφείλειν. Εἴη δέ σε τῷ μὲν φροντίσαι αὐτοῦ πῦ-

ραν

EP. MCXC. (1) Exstat Latine inter *Zambicarianas* lib. III. ep. 248. (2) ταῦτα pro τοιαῦτα, *Vatic.* B. (3) καὶ delet *idem.* (4) ἐλθεῖν abest à *Vatic.* A. B. (5) φθόνος δὲ desideratur in *iisdem.* (6) Vide *Erasmi* & aliorum Adagia p. 339. (7) Pro Σκύλλα, *Medic.* A. male habet σκῦλα: nostra lectio est *Vaticani* A. & B. quam etiam *Zambicarius* expressit ita interpretatus: *Cyclops vero ille & ad Scyllam usque ad fretum atque Siciliam.* Videtur homo innui, a quo tanquam funesto & exitioso diligenter sit cavendum.

EP. MCXCI. (1) *Vatic.* A. B. quod malim, quam ἡμῖν, quod est in *Medic.* A. sermo est de *Eutolmio*, qui ad Libanium venerat ex eo, in quo *Asclepius* degebat, loco. (2) εἴη, *Vatic.* A. quod recte in B. a manu recente cum εἴης est permutatum. (3) μεταπεμπόμενον, *Vatic.* A. & olim B. in quo tamen posteriore recens manus nostrum scripsit. (4) ἐπαινέσει, τὸν μὲν ὡς συμπροθυμηθέντα σοι, *Vatic.* A. & olim B. in quo tamen posteriore ita est emendatum: τὸν μὲν τὸ συμπροθυμηθῆναί σοι. Nostra ex Mediceo lectio omnino expeditior & verior est. (5) καὶ τρίτον γ. τ. π. σ. delet *Vatic.* A. B. (6) ἔργων, *Medic.* recte: pendet enim ab antecedente χάριν. *Vatic.* A. habet ἔργον, B. vero ἔργα.

EP.

ξαι ἐν τοῖς σοῖς λαμβάνειν, τῆς διατριβῆς δὲ ἐν ἄλλων σώμασιν.

fueris usus, praeter dicendi facultatem facta quoque te nobis debere adfirmabis. Prudentiae itaque ejus experimentum in rebus tuis, artis autem in aliorum corporibus capere tibi liceat.

MCXCII. ἙΟΡΤΙῼ (1)

Περιεργάζομαι μὲν ἴσως πατέρα παρακαλῶν ἐπιμελεῖσθαι παιδὸς, ἀμελεῖν ἐγνωκότα. δακρύοντα δὲ ἰδὼν Θεμίστιον μᾶλλον ἐδεξάμην ἐκεῖνο δεῖξαι, ἢ τοῦτο παριδεῖν. Ἔλεγε τοίνυν τραχὺ μὲν οὐδὲν, ὡς δὲ λήθη σέ τις αὐτοῦ λάβοι. ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ἠπόρεις, ἠξίουν ἄν σε παρὰ τῶν φίλων ἀγείροντα τῷ παιδὶ βοηθεῖν. Ἐπεὶ δὲ εὖ ποιῶν ἐν πρώτοις εἶ τῶν εὐπόρων, παραινῶ τι τῶν ὄντων εἰς τὸ τῶν ὄντων σοι τιμιώτατον ἀναλῶσαι. Ἴσως μὲν γὰρ οὐδὲ πεινῇ σφόδρα (2) νέῳ χρήσιμον. Ἔστι δὲ νῦν οὐ περὶ τῆς γαστρὸς ὁ λόγος, ἀλλ᾽ ὅπως εἴη (3) τῷ νεανίσκῳ βιβλία, ὧν ἀπόντων ὅμοιος ἔσται τῷ πειρωμένῳ τοξεύειν ἄνευ τόξου μανθάνειν.

HEORTIO.

Frustra fortasse fuero, qui Patrem ad filii curam suscipiendam cohorter, cui illum negligere constitutum est. *Themistium* tamen lacrymantem videns, malui alterum illud facere, quam alterum hoc negligere Nihil quidem asperius dixit, sed illud tantum, sui oblivionem te cepisse. Jam quidem, si egenior esses, auctor tibi forem, ut, aere ab amicis collecto, filio subvenires. Quandoquidem vero fausto sidere inter pecuniosos princeps es, suasor tibi sum, ut aliquam facultatum tuarum partem in rem ceterarum, quas habes, pretiosissimam impendas. Fortasse enim adolescenti esurire non valde fuerit proficuum. Jam vero de ventre non est sermo, sed de eo potius, ut libri illi suppetant, quibus destitutus similis fuerit homini sine arcu jaculari discere conanti.

MCXCIII. ΒΑΚΧΙῼ. (1)

Ἄμφω πείθομαι, καὶ ὡς ἐξεγράψω (2), καὶ ὡς οἴει κτῆμα τοὺς ἡμετέρους εἶναι σοι φλυάρους. Σὺ μὲν οὖν χάριν φὴς ἔχειν ἐμοὶ, τοῦ ταῦτα λαβεῖν. Ἐγὼ δὲ οὐ λίαν ἔχω σοι χάριν τοῦ ταῦτα δεικνύειν (3). Οἶδα γὰρ, ὅτι δεικνύεις. ἡ τύχη δὲ τὸ μέν τι μοι δέδωκεν ἀγαθὸν τὴν σὴν φιλίαν, θάτερον δὲ οὐκ ἔδωκε (4), τὸ συζῆν τῇ φίλῃ κεφαλῇ. χρῆν δὲ τὴν θεὸν μὴ φθονῆσαι τοῦ δευτέρου.

BACCHIO.

Utrumque persuasum mihi habeo, & descripsisse te ea, & nugas nostras rem tibi pretiosam videri. Tu itaque gratiam mihi pro his, quae nactus es, habere te ais: ego vero non magnam tibi gratiam habeo, quod ea divulges. Novi enim te divulgare. Fortuna quidem amicitiam tuam instar doni largita est, alterum vero non item, ut cum tam charo capite vivere possim. Interim Deam illam etiam alterum hoc invidere mihi non oportebat.

MCXCIV. ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι. (1)

Σὺ τῶν ἐμῶν κύριος βραδέως τε ἀποδοῦναι (2) καὶ κατασχεῖν, εἰ βούλοιο. ὃ δὲ καὶ πρὸς παρόντα ἔφην (3), οἴεσθαι μέν σε κάλλος ἐνεῖναι τοῖς ἐμοῖς, πιστεύω. Δέδοικα μέντοι, μή σοι τοῦτο τὴν χείρω δόξαν ἐνέγκοι (4). Ἐγὼ γὰρ (5) οὐδὲν ἱερὸν (6). οἱ δὲ πίθηκοι πιθηκίζοντες (7) τὰ αὐτῶν ποιοῦσι. μὴ τοίνυν αὐτοὺς μεμφώμεθα.

EIDEM.

Tibi quidem in orationes meas ea est potestas, ut & tardius eas reddere, &, si malis, retinere possis. Quod vero praesenti dicebam, orationes nempe meas pulchras tibi videri, omnino credo. Vereor tamen, ne hoc ipsum famae tuae fraudi sit. Ego quidem nihil sacrum: simiae autem, simias agentes, quae sua sunt, faciunt. Absit itaque, ut illos culpemus.

MCXCV. ἹΕΡΑΚΙῼ.

Τῷ δ᾽ ἕτερον μὲν ἔδωκε θεὸς, ἕτερον δ᾽ ἀνένευσεν (1), ἔφη

HIERACIO.

*Altera vota dedit Deus huic, ast altera nus_*

EP. MCXCII. (1) Latine inter illas *Zambicarii* III. 250. ubi inscribitur male *Tarthio*. (2) σφόδρα νέῳ *Vatic.* A. idemque ex emendatione νέῳ, postea vero ex alia νέῳ. (3) ᾖ, *Vatic.* A. B.

EP. MCXCIII. (1) Latine inter *Zambicarianas* illas III. 251. (2) ὡς οὐκ ἐγράψω, *Vatic.* 944. Praestat nostrum ex *Mediceo*. Sermo enim est, quod ex sequentibus patet, de orationibus Libanii, quas *Bacchius* in usum suum descripsisse, & cum aliis quoque communicasse, dicitur. (3) De publica recitatione haec accipio: hanc enim verbi vim esse alibi in his ostendi. (4) οὐ δίδωσι, *Vatic.* B. eodem sensu.

EP. MCXCIV. (1) Latine inter *Zambicarii* illas III. 252. (2) Sic *Medic.* & *Vatic.* A. recte: δοῦναι, *Vatic.* B. (3) Malim legere ἔφης, ut ad *Bacchium* referatur. (4 ἐνέγκῃ, *Vatic.* A. B. (5) ἐγὼ μὲν γὰρ, *Vatic* B. (6) ἱερὸν de magno & praeclaro dici ostendit *Lamb. Bos* in Observationibus Miscellaneis p. 99. (7) πιθηκίζειν dicuntur, qui aliis adulantur, atque adeo eos fallunt. Vide *Erasmi* & aliorum Adagia p. 359. Confer *Gatakerum* ad Antoninum IX. 37. ubi de voce πιθηκισμός. Fortasse πιθηκίζειν h. l. idem fuerit, quod sibi placere, & sua magni facere.

EP. MCXCV. (1) *Homeri* versus est *Iliad.* π'. v. 250.

(2) *Medic.*

nusquam dixit aliquis de eo, qui duo petierat. Similiter & tibi alterum datum est, non item alterum. *Diophanto* enim & sapientiae & eloquentiae studium curae cordique est: & talem utrinque se praestat, ut voluptatem Patri afferat. Alterum vero nec nasci oportebat. Illius igitur improbitas hujus virtuti fraudi esse non debet: neque tu ea utrique tribuas, quae non sunt utriusque. Scias potius, alterum probum esse, alterum esse nolle.

ἔφη τις περί τινος εὐξαμένου δύο. καὶ δὴ καί σοι τὸ μέντοι (2) δίδοται, τὸ δὲ οὔ. Τοῦ μὲν γὰρ Διοφάντου (3) καὶ τοῦ σωφρονεῖν μέλει, καὶ λόγων. καὶ ἔστιν ἐν ἑκατέρῳ τοιοῦτος, οἷος εὐφρᾶναι πατέρα. τὸν δ' ἕτερον ἔδει μηδὲ γενέσθαι. Μὴ οὖν ἔστω τι βλάβος ἡ ἐκείνου κακία, τῇ τοῦδε ἀρετῇ. μηδ' ἀμφοῖν ἡγοῦ τὰ μὴ ἀμφοῖν. ἀλλ' ἴσθι τὸν μὲν ἀγαθὸν εἶναι, τὸν δ' οὐκ ἐθέλειν.

MARCIANO.

Amicitia cum filio tuo mihi nata omnium est jucundissima. Praeterquam enim quod dicendi est peritissimus, Vir quoque est bonus. Literas vero tuas de his rebus ad me perferri non minus mihi, quam amicitia ejus, jucundum accidit. Pulchre enim de re pulchra scriptae sunt, & ab illa quidem lingua, quae semper se movet, pluraque, quam alii omnes, imo vero pulchriora potius, quam plura, elaboravit. Noli vero mirari, quod tu pridem, ego vero modo scripsi. Tibi enim audere hoc, mihi autem verecundari conveniebat. Qui porro literas has affert, ille literis longe praestat, *Sabinus* nempe singulari dicendi facultate instructus, & literarum promus-condus. Venit itaque ad te universus Rhetorum chorus, summi omnes, inter quos te, morbo liberatum, Panis more exsultaturum scio, ea nunc videntem, quae pridem desideraveras, *Strategium* nempe in Phoenicia ea dignitate auctum. *Priscianus* vero etiam praesens erit, Patri opem ferens, gaudiumque suum illi testatus. Videbis & hunc in omnibus, quae dicit, superiorem. Hic scilicet coetus Berytum decet.

MCXCVI. ΜΑΡΚΙΑΝῼ (1)

Ἥτε πρὸς υἱόν σου γενομένη μοι φιλία, πάντων ἥδιστον ἐμοί. Πρὸς γὰρ τῷ δεινὸς εἶναι λέγειν, καὶ χρηστὸς ἀνήρ. τό, τι σὰ περὶ τούτων ἐλθεῖν γράμματα τῆς πρὸς ἐκεῖνον φιλίας οὐχ ἧττον. Καλὰ γὰρ ὑπὲρ καλοῦ πράγματος ἀφῖκτο, καὶ παρὰ γλώττης ἀεὶ κινουμένης, καὶ πλείω μὲν ἢ πάντες εἰργασμένης. καλλίω δὲ ἢ πλείω. Εἰ δὲ σὺ μὲν πάλαι, νῦν δὲ ἐγὼ γράφω, μὴ θαυμάσῃς. Καὶ γὰρ σοὶ θαῤῥεῖν ἔπρεπε· καὶ ἡμῖν ὀκνεῖν. αὐτὸς δὲ ὁ φέρων τὰ γράμματα μακρῷ τῶν γραμμάτων ἀμείνων, Σαβῖνος ὁ μανικὸς εἰς λόγους (2) τὸ ταμιεῖον (3) τῶν λόγων. Ἥκει δέ σοι καὶ σύμπας ὁ τῶν ῥητόρων χορός. πάντες ἄκροι, ἐν οἷς οἶδα, ὅτι σὺ, τὴν νόσον ἐκδὺς, τὰ τοῦ Πανὸς σκιρτήσεις (4), ὁρῶν, ἃ πάλαι ἐπόθεις ἐν Φοινίκῃ νῦν Στρατήγιον ἐπὶ τῷδε τοῦ σχήματος. Ὁ δέ σοι Πρισκιανὸς (5) παρεστήξει, πατρὶ βοηθῶν τε καὶ συγχαίρων. Ὄψει δὲ καὶ σὺ τοῦτον ἐν ὅσοις λέγει (6), νικῶντα. Πρέπουσά γε ἡ πανήγυρις τῇ Βηρυτῷ (7).

APRINGIO.

Tu quidem in agris & libris adhuc versaris: fortuna autem ad tribunal & forum te vocat. Veni itaque ea facturus, ad quae adspirasti, majorumque insiste vestigiis, quatuor fiduciae argumentis, eloquentia scilicet, Praesidis benevolentia, Parente praeceptore, votis denique nostris instructus.

MCXCVII. ἈΠΡΙΓΓΙῼ. (1)

Σὺ μὲν ἐν ἀγροῖς ἔτι καὶ βιβλίοις. ἡ τύχη δέ σε καλεῖ πρὸς τὸ βῆμα καὶ δίκας. Ἧκε δὴ τοῦτο δράσων, ἐφ' ὅπερ ἐπέβης, καὶ πορεύου τὴν πατρῴαν ὁδὸν, τέτταρα ἔχων εἰς τὸ θαῤῥεῖν, τοὺς λόγους, εὔνοιαν ἄρχοντος, τοκέα διδάσκαλον, ἡμετέρας εὐχάς.

HERACLIANO.

Vidi in orationibus tuis tela illa, neque vero

MCXCVIII. ἩΡΑΚΛΕΙΑΝῼ. (1)

Εἶδον ἐν τοῖς λόγοις σου τὰ βέλη, καὶ οὐκ ἂν φαίην, βάλλ'

(2) *Medic.* μέν τι & sic *Vatic.* A. B. scribendum vero est μέντοι. (3) *Diophantus* scilicet Hieracii filius erat patre dignus: alter vero ille degener.

EP. MCXCVI. (1) *Marcianum* hunc eum esse credo, ad quem aliquot *Symmachi*, nostro aequalis, exstant epistolae, v. c. lib. VIII. 9. 22. 53. 57. & 72. Fuit is sub Valentiniano juniore Vicarius. Vide *Jac. Gothofredi*, Viri praestantissimi, Prosopographiam Codicis Theodosiani p. 371. (2) μανικοὶ Graecis dicuntur viri maxime literati & diserti. Vide *Jo. Henr. Maji* Observationes Sacras lib. IV. p. 11. & Cl. A. C. *Heumanni* Poecilen Tom. I. p. 652. Constat, nonnullos Festi illud μαίνῃ ad D. Paulum *Actor.* XXVI. 24. hinc interpretari. Vide ibi *Curas* nostras. (3) ταμεῖον, *Vatic.* B. (4) Alludit ad tripudia & saltationes, quibus & Panem, fistulas inflantem & nympharum chorum una cum eo defungi tradunt Mythologi. (5) Scilicet & hic Rhetor erat. Vide supra ep. 31. ad *Demetrium*; item ep. 61. & sqq. (6) ἐνόσα λέγει. *Vatic.* A. B. (7) Beryti itaque tunc versabatur *Marcianus*, quam & legum & literarum officinam celebratissimam fuisse alibi in his ostendimus.

EP. MCXCVII. (1) Ἀπραγγίῳ, *Medic.* A. Ἀπραγγίῳ, *Vatic.* A. B. *Aphrugio*, Zambicar. in versione hujus epistolae Latina, lib. III. ep. 96. ubi tamen cum illa ad Eugnomonium, operarum vitio coaluit. Indicio est *Aphrugii* nomen, quod ibi praemittitur verbis: *Tu quidem in agris nunc* &c. In MS. *Ambros.* legitur *Aphringio*.

EP. MCXCVIII. (1) Sic *Medic.* A. & *Vatic.* B. sed *Vatic.* A. Ἡρακλειδιανῷ.

(2) *He-*

βάλλ' οὕτως (2). ἀλλὰ μᾶλλον, πέπαυσο βάλλων. Οἶσθα γὰρ ὡς ὁπποῖόν κ' εἴπησθα (3). Ἐμὲ δὲ εἴτις λέγει κακῶς, μὴ τοῦτό σοι ποιείτω πόλεμον, ὃ μηδὲ ἡμᾶς ἀλγύνει.

ro dixerim: perge ita jaculari; sed potius: jaculari desine. Nosti enim illud: *Quodcunque dixeris verbum, tale fortassis audies.* Me vero si quis calumnietur, id tibi bellum non moveat, cum neque nos adfligat.

MCXCIX. ἈΛΒΑΝΙῼ (1)

Καλῶς ἐποίησας καὶ σιγήσας ὅτε ἄμεινον, καὶ φθεγγόμενος, ἡνίκα βέλτιον, καὶ τὰ τοῦ Πυθαγόρου (2) καλὰ πάλιν εἰς τὸν βίον εἰσάγων. Ἐγὼ δέ σε πρότερον μὲν (3) ἠγάμην, καὶ νῦν φιλῶ. κἂν ἴδω ποτὲ, τὴν ὄψιν εἰς μεγίστην εὐτυχίαν (4) θήσομαι.

ALBANIO.

Recte fecisti, qui tacueris, cum praestabat, & locutus sis, cum satius erat, atque adeo optimum *Pythagorae* morem in vitae usum revocaris. Olim quidem te admirabar, jam vero amo: ubi videro aliquando, conspectum tuum in maxima felicitatis parte ponam.

MCC. ἈΚΑΚΙῼ.

Τῷ Δάφνῳ πᾶσα ἀνάγκη καὶ πεῖρα προσενήνεκται, πάντα μὲν Κληματίου πεποιηκότος, οὐκ ὀλίγα δὲ Ἀποδημίου (1), τάχα δέ τι καὶ ἡμῶν. Καὶ μὴν καὶ Στρατήγιος ἀκούσας, εἶναί σοι δίκην, εὐθύς τι ἐπίστευσεν, ὡς ἀδικῇ. καὶ οἷός ἦν μηδὲν ἐλλείπειν. Ἀλλ' ὁ Δάφνος καὶ ἡμῶν καὶ νόμων καὶ ἀρχόντων καταγελᾷ. Τοιοῦτον ἔχει συνήγορον τὴν πενίαν, ὑφ' ἧς ἂν μὴ πεινῶν κοιμηθῇ, πλουτεῖν οἴεται. ὅμως δὲ οὐδ' οὕτω λύεται. καταστήσας δὲ ἐγγυητήν σε περιμένει. τουτὶ γὰρ ἡμῖν σκοπουμένοις ἐφάνη λοιπόν.

ACACIO.

Adversus *Daphnum* omnia, quibus opus erat, tentata sunt. *Clematius* omnia fecit, *Apodemius* vero non pauca: fortasse & nos aliqua. Imo & *Strategius*, in jus te vocatum esse edoctus, statim injuriam tibi fieri credidit, nec quicquam omisit. Sed *Daphnus* & nos & leges, & judices ridet. Talem scilicet causae patronam paupertatem habet, ex qua si non esuriens dormiat, divitem se esse opinatur. Neque vel sic est absolutus. Te vero, vadem constitutum, exspectat. Id enim deliberantibus nobis superesse tantum visum est.

MCCI. ἈΝΑΤΟΛΙῼ.

Πολλὰ κακὰ περὶ τὸ σῶμα παθὼν, καὶ τῶν μὲν μόλις ἀπαλλαγεὶς, τὰ (1) δὲ ἔτι φέρων, ἓν ἔχω παραμύθιον, τὰς ἐλπίδας, τὰς περὶ σέ. Μὴ γὰρ οἴου τοὺς ἀνθρώπους ἄλλο τι (2) ᾄδειν, ἢ ὡς αὐτίκα μάλα ἔσται σοὶ μὲν σχῆμα, πάλαι προσῆκον, τοῖς δὲ πράγμασι σωτηρία. Ταύτην (3) δὲ τεκμαίρονται δυοῖν, ἀρετῇ τε σῇ, καὶ τῷ τοῦ βασιλέως, δι' ὧν ἐστι (4) σώζειν τὰς πόλεις, ὁρᾷν. Ἀλλ' ὅπως μὴ πάλιν φύγῃς προσιοῦσαν ἀρχήν. Οὐ γὰρ καλόν τινα (5) δρασμὸν μελετᾷς. Εἰ γὰρ καὶ χρῆν γενναῖον δραπέτην, ἤδη γέγονας ἀπὸ τῆς Ῥώμης δραπετεύσας (6).

ANATOLIO.

Multa ego mala in corpore perpessus, & aliis quidem liberatus, alia vero adhuc sustinens, unum habeo solatium, spem in te positam. Noli enim putare, homines quicquam aliud differere, quam, quod propediem dignitas tibi, pridem conveniens, rebus autem salus sit obventura. Hanc vero ex duobus argumentis augurantur, virtute nempe tua, & Imperatoris acumine, qui, quomodo urbibus consuli possit, perspiciat. Tu vero imminens imperium noli iterum fugere. Neque enim honestam fugam meditaris. Si enim fugam capessere unquam oportuit, cepisti eam Roma excedens.

MCCII. ἈΝΩΝΥΜῼ. (1)

Ἀκακίου τοῦ σοφιστοῦ καὶ ἀδελφιδοῦς καὶ μαθητὴς Εὐτρόπιος

ANONYMO.

Eutropius hic *Acacii* Sophistae & discipulus &

(2) *Homerus* Iliad. β'. v. 282. (3) Idem Iliad. υ'. v. 250. Ὁπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.

EP. MCXCIX. (1) Huic inscribitur in *Barocciano* LVI. *Libanio* autem in *Medic.* A. & E. *Vindobon.* chartaceo. & *Vatic.* A. B. Praetuli *Albanii* nomen, ad quem & aliae nostri exstant epistolae. Veteres scilicet primam nominis literam frequenter omittere solebant, ex quo fieri facile potuit, ut *Libanii* illud alteri *Albanii* substitueretur. In *Benzel.* A. ἰβανίῳ omissa litera initiali, id est Λιβανίῳ. (2) Ad silentium Pythagoricum alludit. in margine *Benzel.* A. scriptum erat: ἔργων ἀνεξίκακος ἁπλῶς ἄνθρωπος. (3) πρότερόν τι, *Barocc.* , (4) εὐδαιμονίαν, *Vatic.* 944.

EP. MCC. (1) *Apodemius* sub Valentiniano seniore & Theodosio M. variis dignitatibus illustris fuit. Vide *Gothofredi* Prosopographiam Codicis Theodosiani p. 350.

Sequebatur in apographo *Rostgardiano* ex eodem *Mediceo* n. 123. alia epistola ἀνεπίγραφος, cujus ibi hoc est initium: Ἐπαινῶ μέν μοι τὴν πρότερον ἐπιστολήν σου. Verba vero ipsa ostendunt, epistolam illam esse ἀνέκδοτον, meminique probe, eam a me in superioribus esse exhibitam.

EP. MCCI. (1) ita *Vatic.* A. B. pro τὰς δὲ, quod erat in *Medic.* A. (2) ἄλλ' ὅτι, *Vatic.* A. (3) ταύτην, *idem*, ut & *Vatic.* B. in quo tamen recte ex emendatione hodie legitur ταύτην. (4) εἰς, *Vatic.* A. & B. sed in hoc posteriore hodie est ἐστὶ, quod & *Medic.* habet. (5) καὶ τοῦτον, *Vatic.* A. & B. rectius, ut videtur. (6) Variis dignitatibus *Anatolius* hic est perfunctus, & inter ceteras Praetorio praefectus fuit. Vide hic *Valesium* ad Ammianum lib. XIX. cap. 11.

Accipe nunc sequentes ex MEDICEO B.

EP. MCCII. (1) in *Benzel.* A. B. & *Vindob.* chartac. inscribitur *Strategio*.

(2) Quis

& nepos est. Illum quoque forma non parum, eloquentia autem omnino refert. Hac autem, non, sicut ille, utitur. Neque enim docendo instar servi obnoxius est, sed instar liberi hominis causas agit. Nisi igitur nuptiae illum domum avocassent, a patrocinando abstrahentes, inter magistratus jam foret. Jam vero, illas quidem consectatus, non habet hoc alterum; habebit autem, si Dii voluerint, & tibi idem placeat. Praestat tamen, hoc quidem differri. Ut vero in praesente vitae conditione aliquid possit, effice. Hoc autem fiet, si Optimatibus amicus reddatur. Illi vero tibi sunt amici, atque hunc quoque, si jusseris, talem fecerint. Propterea dixi ad eum, idem fore, sive ad te unum sive ad omnes perferret epistolas.

πος (2) οὑτοσί. ἔοικε δὲ αὐτῷ κατὰ μὲν τὴν μορφὴν οὐκ ὀλίγα, κατὰ δὲ τοὺς λόγους πάντα. χρῆται δὲ οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος τοῖς λόγοις. οὐδὲ δουλεύει διδάσκων. ἀλλ' ἔστιν ἐλεύθερος δίκας λέγων. Εἰ μὲν οὖν μὴ γάμος αὐτὸν οἴκαδε ἐκεκλήκει, τοῦ λέγειν ἀφελκύσας, τῶν ἀρχόντων ἂν ἦν. Νῦν δὲ ἐκεῖνο διώκων τοῦτο οὐκ ἔχει μὲν, ἕξει δὲ, ἢν εἴτε θεοὶ θέλωσι (3), καὶ σὺ βουληθῇς. μᾶλλον δὲ ἐκεῖνο μὲν ἀναβεβλήσθω. πρὸς δὲ τὴν ἐν τῷ νῦν σχήματι δύναμιν συλλαβοῦ. Τοῦτο δὲ γένοιτ' ἂν, εἰ γένοιτο τῆς ἐν δυνάμει φίλος. Ἐκεῖνοι δὲ σοί τε φίλοι, καὶ τόνδε ποιήσαιντ' ἂν εἰ κελεύοις. Διὰ τοῦτο ἔφην πρὸς αὐτὸν, ὡς ταυτὸν ποιεῖ σοί τε μόνῳ, καὶ πᾶσι φέρων ἐπιστολάς.

PHILAGRIO.

Usu didici, quod scripsisti. *Cleopatrum* statim cum voluptate vidi propter epistolam tuam, juvenem vero ipsum expertus, epistolae quidem rationem non potui non habere, quamvis interim ipsius moribus amplius ducebar. Nam & ad judicium de orationibus ferendum idoneus mihi visus est, suamque scribendi facultatem sermonum flumine est testatus. Gratus praeterea mihi fuit eo, quod amat te & gaudet, tum iis, quae te de me dicere nunciabat, tum istis, quae ex me de te intelligebat. Suavis porro est, & vultu, & sermone, & gestibus, nec quicquam erat his dissimile. Talem tu, ingenii ejus ope, cognatum nobis formasti, tua illis, quae inde habet, jungens. Formes vero & liberos cognato similes.

MCCIII. ΦΙΛΑΓΡΙΩι.

Ἔμαθον, ἃ ἐπέσταλκας. εὐθὺς μὲν ἡδέως τὸν Κλεόπατρον εἶδον διὰ τὴν ἐπιστολὴν, πειρώμενος δὲ τοῦ νεανίσκου τὴν μὲν ἐπιστολὴν οὐκ εἶχον μὴ αἰδεῖσθαι, τοῖς παρ' αὐτοῦ δὲ τούτου πλέον εἱλκόμην. κεῖνόν τε γάρ μοι λόγους (1) ἀγαθὸς ἐφαίνετο, καὶ τὴν, ἐν οἷς γεγράφει, ἐντροπὴν, οἷς λαλῶν ἔτρεχε, παρεδήλου. καὶ μὴν τῷ τέ σε φιλεῖν ἐχαρίζετό μοι. τῷ τε χαίρειν, οἷς τε σοι περὶ ἐμοῦ λέγειν ἤγγελλεν, οἷς τε ἤκουσεν ἐμοῦ περὶ σοῦ. Τὸ δ' αὖ χαρίεν ἔν τε τῷ προσώπῳ καὶ τῷ φθέγματι, καὶ τοῖς σχήμασι, καὶ ὅλως οὐδὲν, ὃ μὴ τοιοῦτον ἦν. Τοῦτον ἡμῖν μετὰ τῆς φύσεως ἀπειργάσω τὸν συγγενῆ, τοῖς (2) παρ' ἐκείνης τὰ σὰ προσθείς. Ἐργάσαιο δὴ καὶ παῖδας τῷ συγγενεῖ παραπλησίους.

ANONYMO.

Quantum possunt, quantumque mutant Amores, atque adeo opere ipso confirmant, nihil esse, quod majora praestare possit. Videntur autem dicere, se maxime omnium fastum odisse, eumque, qui supercilium tollat, & eloquentiae amantes contemnat. Ita mutant illi ordinem, & superbior ille statim amori se dat, & demisse loquitur. Sed quorsum haec? jam nosti utique & rides. Nihilominus tamen & honoris & illorum causa dicam. Tui enim desiderium, cum impetu in me irruens, mentis judicium sibi obnoxium totum fecit, & valde anceps haerens nesciebam, quid tandem essem. Unum itaque hoc reputabam esse solatium, si quid absens diceres, teque ego loquentem iterum audirem. Rem igitur edocto, tibi mirum aliquid vae mihi! usu ve-

MCCIV. ἈΝΩΝΥΜΩι. (1)

Ὅποσα δύνανται καὶ μεταβάλλουσιν ἔρωτες, καὶ βεβαιοῦσι τοῖς ἔργοις, ὡς οὐδὲν αὐτῶν ἐκείνων μεῖζον ἰσχύειν (2). Ἐοίκασι δὲ λέγειν, ὡς μάλιστα πάντων μισοῦμεν ὑπερηφανίας, καὶ τὴν ὀφρὺν εἴ τις ἀνασπάσει (3) καὶ παιδείας λόγοις ἐρῶντας. ἐνήλλαξαν οὕτω τὴν τάξιν, καὶ ὁ σεμνὸς ἐκεῖνος ἐξαίφνης ἐρᾷ καὶ φθέγγεται ταπεινός. Ἀλλὰ τί μοι βούλεται ταῦτα; ἤδη μὲν πάντως ἐπίστασαι καὶ γελᾷς. ἀλλ' ὅμως τιμῆς εἵνεκα καὶ τῶν ἐκείνων εἰρήσεται. Ἐμοὶ γὰρ ὁ σὸς πόθος ὅλῳ ῥεύματι προσβαλὼν εἷλκε τὸν λογισμὸν ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ δεινῶς ἠπόρουν, καὶ οὐκ εἶχον, ὅτι καὶ γένωμαι. μίαν τοίνυν ἐδόκουν εἶναι παραμυθίαν, εἴ τι λέξεις ἀπὼν, καὶ φθεγγομένου πάλιν ἀκούσω. ὡς οὖν ἔγνως τὸ πρᾶγμα, πέπονθάς τι ξένον, οἴ-

μοι

(2) Quis hic *Eutropius* sit non dixerim. Illum historiae Romanae scriptorem esse non crediderim. Hic enim erat Sophista & Italus. Talem autem nostrum hunc non fuisse vel ex eo constat, quod noster eum *Acacii*, Sophistae, & discipulum & cognatum vocans, simul negat, eandem, quam Acacius, artem facere. Fortasse tamen fuerit ille *Eutropius*, ad quem nonnullae *Symmachi* epistolae lib. III. exstant. De *Eutropiis* lege doctissimum *Jo. Albertum Fabricium* Biblioth. Latin. lib. III. c. 6. p. 577. Infra ep. 1223. *Eutropius*, gener *Acontii*, & frater *Celsi* laudatur, ubi vide quae scribentur. (3) θέλει *Benzel.* B. at in A. haec sententia cum aliis sequentibus deest.

EP. MCCIII. (1) Ita scripsi pro λόγος, quod est in *Medic.* B. (2) τῆς in *eodem* male.

EP. MCCIV. (1) Epistola haec inter illas *Procopii Gazaei*, qui Saeculo V. vixit, p. 433. Collectionis Cujacianae exstat, *Philippo* inscripta. Incertum igitur fuerit, cui accepta sit ferenda. Confer eam, ex nostris interdum emendandam. (2) *Amor* scilicet *omnia vincit*. Vide *Oppiani* Cynegetica lib. II. v. 410. sqq. & *Halieutic.* lib. IV. v. 11. utrinque vero *Rittershusii* notas. (3) Legerim ἀνασπάσῃ.

(4) Sic

μοι (4), καὶ πρὸς ἀλαζονείαν ἐπήρθης. καὶ ἐγὼ μὲν ἤρων, σὺ δὲ παντάπασιν οὐ προσεῖχες, ἐδεόμην, καὶ ἤνυον πλέον οὐδὲν, προὔφερον τὴν συγγένειαν, ἀδελφὸν προσεῖπον, ὑπέμνησα Φιλίου Διός (5). σὺ δὲ πάλιν ἐσίγησας. Ἀμήχανον ἦν τὸ πρᾶγμα λοιπόν. τί οὖν καὶ γέγονε; Εἶπόν τι πρὸς τοὺς ἔρωτας, καὶ ἐδάκρυσα, καὶ παρεκάλουν ἐπὶ τὰ τόξα, καὶ πείθονται. καὶ οἱ μὲν ἔβαλλον, σὺ δὲ πληγεὶς μετέβαλλες. καὶ ὁ πρὶν ἡμῖν ἀλαζὼν ᾔτεις με γενέσθαι φιλάνθρωπον, ὅπως μὴ τῶν αὐτῶν πειραθῇς παρ' ἡμῶν, ὧνπερ ἡμεῖς παρὰ σοῦ. Ἀλλ', ὦ φίλοι ἔρωτες, ἐγὼ μὲν πείθομαι. καὶ, πρὶν ἀμύνασθαι, διαλλάττομαι. Εἰ δέ τι πάλιν παροινήσεται, ἀλλ' οὐκ ἄν, οἶμαι, τολμήσῃ.

venit, ad superbiam quippe elato. Te quidem amabam ego, tu vero ad animum non revocabas; precabar, sed nihil proficiebam; cognationem allegabam, fratrem appellabam, Jovem Philium commemorabam. Tu vero vel sic tacebas. Perfici negotium non poterat. Quid igitur tandem factum est? Conquestus sum apud Amores & lacrymatus, & ad arcum cohortatus, eosque habui obsequentes. Illi itaque te ferierunt, tu vero tactus & mutatus es: quique antea adversus nos eras superbior, petiisti, ut humanior ego essem, ne scilicet eadem a nobis, quae nos a te, experireris. Itaque, ô chari Amores, pareo ego, & multus etiam in pacem redeo. Sin vero rursus procacius agat; sed, puto, non audebit.

MCCV. ἈΝΩΝΥΜΩι.

Εἴ τις ὑμᾶς πέπεικεν, ὅτι τοῦ φιλοσοφεῖν ἐπὶ σχολῆς ἀπηλλαγμένους ἐστὶν ἥδιον, ἢ λυσιτελέστερόν τι τοῖς ἀνθρώποις, ἠπατημένος αὐτὸς ἐξαπατᾷ. εἰ δὲ μένει παρ' ὑμῖν ἡ πάλαι προθυμία, καὶ μὴ καθάπερ φλὸξ λαμπρὰ ταχέως ἀπεσβέσθη, μακαρίους ὑμᾶς ἔγωγε ὑπολαμβάνω. Τέταρτος ἐνιαυτὸς ἤδη παρελήλυθε. καὶ μὴν οὑτοσὶ τρίτος ἐπ' αὐτῷ σχεδὸν, ἐξ ὅτου κεχωρίσμεθα ἡμεῖς Ἑλλήνων. ἡδέως ἂν ἐσκεψάμην, ἐν τούτῳ πόσον τι παρεληλύθατε. Τὰ δὲ ἐμὰ καὶ εἰ φθεγγοίμην ἑλληνιστὶ, θαυμάζειν ἄξιον. οὕτως ἐσμὲν ἐκβεβαρβαρωμένοι (1) διὰ τὰ χωρία. μὴ καταφρονεῖτε τοῦ λογιδίου, μηδὲ ἀμελεῖτε ῥητορικῆς, μηδὲ τοῖς ποιήμασιν ὁμιλεῖν. Ἔστω δὲ καὶ τῶν μαθημάτων (2) ἐπιμέλεια πλείων. ὁ δὲ πᾶς πόνος Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ἐπιστήμη. Τοῦτο ἔργον ἐστὶ, τοῦτο κρηπὶς, θεμέλιος, οἰκοδομία, στέγη. τἆλλα δὲ πάρεργα μετὰ μείζονος σπουδῆς παρ' ὑμῖν ἐπιτελούμενα, ἢ παρά τισι τὰ ἀληθῶς ἔργα. Ἐγὼ νὴ τὴν θείαν δίκην ὑμᾶς ὡς ἀδελφοὺς φιλῶ. ταῦτα ὑμῖν συμβουλεύω. Γεγόνατε γάρ μοι συμφοιτηταὶ καὶ πάνυ φίλοι. εἰ μὲν πεισθείητε, πλέον στέρξω. ἀπειθοῦντας δὲ ὁρῶν λυπήσομαι. Λύπη δὲ συνεχὴς οἷ ποτε τελευτᾷν εἴωθεν, εἰπεῖν παραιτοῦμαι, οἰωνοῦ κρείττονος ἕνεκα (3).

ANONYMO.

Si quis vobis persuasit, hominibus quicquam vel jucundius vel utilius esse, quam per otium a negotiis liberum philosophari, ille deceptus, & vos decepit. Quod si vero pristinum illud studium vobis adhuc constat nec instar flammae splendentis confestim exstinctum est, felices vos esse arbitror. Jam quartus excessit annus, & mensis insuper tertius, ex quo a Graecis discessimus. Jam scire vehementer velim, quousque vos interea temporis sitis provecti. Mea vero, etiam si Graece loquerer, admiratione digna forent: adeo per locos ipsos barbari evasimus. Ne, quaeso, spernite oratiunculas, nec eloquentiae studium abjicite, nec a poëtica arte alieni estote. Majorem vero etiam curam disciplinis impendite. Omnis vero labor *Aristotelis* & *Platonis* praeceptis hauriendis continetur. Hoc opus est, hoc basis, fundamentum, aedificium, tectum denique. Reliqua accessionis instar sunt, quae a vobis majori studio, quam a nonnullis ea, quae omnem operam promerentur, sunt tractata. Per divinam Nemesin juro ego, me vos ut fratres amare: itaque horum vobis auctor sum. Mihi enim & commilitones & vere amici fuistis: quod si me audieritis, amplius amabo; non audientes vero tristis videbo. Quem autem continuus moeror exitum habere soleat, boni ominis causa dicere omitto.

MCCVI. ἹΕΡΙΩι. (1)

Πάντα ἦσθα ἀγαθὸν τὸν ὑμέτερον Δημήτριον. καὶ γὰρ ἡσυχάζειν ἕτοιμος ἦν, καὶ βίαιον προσῆγεν οὐδέν. μικρά τε

HIERIO.

Demetrium vestrum omni ex parte egregium esse deprehendi. Nam & quieti studebat, nec molestiam cuiquam creabat, pauca etiam

(4) Sic scripserat ex *Medic.* B. *Salvinus.* Fortasse & legi poterat ᾔρων. (5) De *Jove Philio* alibi in his diximus.

Sequentes epistolae debentur MEDICEO C.

EP. MCCV. (1) *Apollonius* ep. 34. ἐκβεβαρβάρωμαι οὐ χρόνιος ὢν ἀφ' Ἑλλάδος, ἀλλὰ χρόνιος ὢν ἐν Ἑλλάδι. Similiter Peleus ad Menelaum apud *Euripidem* in Andromache: βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις. Et huc videtur allusisse *Apollonius.* Interim ipsa haec phrasis, qua de se utitur noster, facit, ut suspicer, eam a Libanio non esse profectam. Neque enim video, ubi locorum esse potuerit ita, ut se barbarum etiam in Graeca lingua factum asseverare posset. (2) μαθήματα h. l. disciplinas Philosophicas inferre patet ex iis, quae mox sequuntur. Alias late patet vocabulum μαθημάτων & μαθηματικῶν. Vide doctissimum *Jo. Alb. Fabricium* nostrum ad Sextum Empiricum p. 114. (3) *Plato* similiter ep. 7. νῦν δὲ δὴ εὐφημεῖσθω οἰωνοῦ χάριν.

EP. MCCVI. (1) In *Medic.* C. est ἀνεπίγραφος. At in *Vatic.* B. inscribitur *Hierio.*

(2) Ma-

etiam pro multis mactus dimitti cupiebat. Ipse vero dixerit, nec *Rufinum* accusationis hujus esse auctorem. Qui enim natura bonus est, is mali semina spargere credi non potest. Praestat in his *Homerum* sequi, atque haec a Diis & Parcis, & Erinnybus agi censere, quarum contentionem sistere fortasse possit. Si enim injuriam ulciscatur *Demetrius*, atque interim amicis nostris molestia creetur, tristitiae nonnihil nos etiam oppresserit. Age itaque, vir praestantissime, prohibe hoc & impedi. Confice rem, & accusatori commonstra, etiamsi facile sit adversarium convincere, victoriam tamen etiam Cadmeam dari.

τι ἀντὶ πολλῶν ἠξίου κομισάμενος ἀπηλλάχθαι. Φαίη (2) δ' ἂν οὔτε Ῥουφῖνον αἴτιον γεγονέναι τῆς γραφῆς. Τὸν γὰρ φύσει χρηστὸν οὐκ ἔχει λόγον σπέρμα διδόναι κακοῦ. Καλὸν ἐν τοῖς τοιούτοις ἀκολουθεῖν Ὁμήρῳ (3), καὶ ταῦτα οἴεσθαι τίκτεσθαι παρὰ Διὸς καὶ Μοιρῶν καὶ Ἐριννύων. ὧν δυνηθείη ἂν ἐνταῦθά που στῆσαι τὴν ἔριν. Καὶ γὰρ εἰ ἀμύνεται Δημήτριος, ἀλλὰ φίλον γε ἡμῖν ταραττομένου ἥξει τι καὶ ἐφ' ἡμᾶς τῆς λύπης. Ἴθι οὖν ὦ γενναῖε, κώλυσον, καὶ κάταυχε. Σβέσον πείσας τὸν κατήγορον, ὡς, εἰ καὶ ῥᾶστα ἐλᾷ, ἀλλ' ἔστι καὶ Καδμεία νίκη (4).

BASSO.

Memor, quaeso, sis, & laborum illorum, quos tua causa sustinui, & literarum, quibus auctus eo provectus es, atque eam mihi facias gratiam, qua majorem nunquam possis. Optimum *Pelagium* serena fronte excipe, & si quid ex justo & aequo petat, non juvare eum solum, sed & libenter id facere videaris. Si fortasse cum literis veniat cohortationis aliquid continentibus, omni aemulationis studio seposito, epistolas illas ratas esse jubeto. Neque enim ignoro, per vos ista quidem vel stare, vel cadere. Quod si improbo homini, a me adductus, opem ferre velles, mihi quidem gratum faceres, in te ipsum vero esses injurius. Jam vero ad commendandum illum hoc sufficerit, quod, qui *Pelagium* amat, eundem juvet. Itaque & mihi & tibi hanc gratiam faceris.

MCCVII. ΒΑΣΣΩι.

Ἀναμνήσθητι πόνων τε ἐκείνων, οὓς ἐπόνησα περὶ σὲ, καὶ λόγων, οὓς λαβὼν εἰς τὰ παρόντα ἥκεις, καί μοι δὸς χάριν, ἧς οὐκ ἂν μείζω δοίης. Πελάγιον τὸν χρηστὸν ἡδέως ὅρα, κἄν τι δέηται δίκαιον, μὴ βοηθεῖν φαίνου μόνον ἀλλὰ καὶ ὡς ἥδιστα τοῦτο ποιῶν. κἂν εἰσίῃ μετὰ γραμμάτων, φερόντων τινὰ ῥοπὴν, πᾶσαν ἀφεὶς φιλονεικίαν, βεβαιοῦν (1) τὰς ἐπιστολάς. Οὐ γὰρ ἀγνοῶ τοῦθ', ὡς ὑμεῖς κύριοι, τὰ τοιαῦτα εἶναί τι καὶ μή. Εἰ μὲν οὖν πονηρόν τινα ἔμελλες εὖ ποιήσειν, ἐμοὶ πειθόμενος, ἐμοὶ μὲν ἐχαρίζου. περὶ σαυτὸν δ' ἂν ἦσθα κακός. Νῦν δ' ἀρκεῖ πρὸς ἔπαινον, Πελάγιον (2) ὅτις φιλεῖ καὶ ὠφελεῖ (3). ὥστε τὴν αὐτὴν ἐμοί τε καὶ σαυτῷ δώσεις χάριν.

ANONYMO.

Bacchi hi quidem ministri sunt, mihi autem amici, tum aliis nominibus, tum quod sacris administrandis interfuerunt. Hi quidem, animum post labores recreare cupientes, in urbe vestra id se optime facere posse sperarunt. Tu vero efficere potes, ut spes haec non vana sit, qui & urbem tuearis, & peregrinos libenter excipias.

MCCVIII. ἈΝΩΝΥΜΩι.

Τοῦ Διονύσου (1) μὲν οἵδε οἱ θεράποντες, ἐμοὶ δὲ φίλοι, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι τῆς τελετῆς (2) τῆς τελεστῶν μετέσχον. ἀναπαῦσαι δὲ τὴν γνώμην μετὰ τοὺς πόνους ἐθέλοντες ἐν τῇ ὑμετέρᾳ τοῦτο ἤλπισαν εὑρήσειν. Τοῦ δὲ μὴ κενὴν αὐτοῖς γενέσθαι τὴν ἐλπίδα, σὺ κύριος δήπουθεν, ὁ τήν τε πόλιν ἀνέχων, καὶ ξένους ὁρῶν ὡς ἥδιστα.

ANATOLIO.

Si tu adversus alios asperior & durior esse soleres, adversus *Thalassii* tamen filios facilem mitemque te esse oportebat, atque adeo indignari, si quid facultatum suarum amitterent. Jam vero tu adversus alios facilis es: neque id culpo. Horum vero res, ut ajunt, perdidisti

MCCIX. ἈΝΑΤΟΛΙΩι. (1)

Ἀλλ' εἰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐτύγχανες σκληρός τις ὢν καὶ χαλεπὸς, πρός γε τοὺς Θαλασσίου (2) παῖδας ἥμερόν τι χρεὼν εἶναι καὶ πρᾶον, καὶ ἀγανακτεῖν, εἴ τι φθείροιτο τῶν ὄντων αὐτοῖς. Σὺ δὲ πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους ἥμερος. καὶ οὐ μέμφομαι. τὰ δὲ τούτων, ὡς φασιν, ἐλυ-

(2) Malim legere φυλῶν. (3) *Homerus* enim non raro Diis & Furiis ea tribuit, quae hominibus funesta accidunt. (3) Eteocles & Polynices, Thebani, fratres, de imperio dimicantes se ipsos confecerunt. Vide *Erasmi* & aliorum Adagia p. 375.

EP. MCCVII. (1) Vel Infinitivum pro Imperativo hic positum putabis, vel leges βεβαίου, ut respondeat antecedenti ποιῶν. (2) Puto, illum esse *Palladium*, qui supra ep. 93. valde laudatur. (3) *Vatic.* 945 ita: φιλοῦν. δεινοὶ γὰρ ἀγαθοὶ ὢν τὸ οἰκεῖα φιλοῦν.

EP. MCCVIII. (1) Ita *Medic.* C. Fortasse tamen rectius legeris Διονύσου i. e. *Bacchi*. Hujus enim sacris initiatos fuisse ex sequentibus confici posse videtur. Recte me conjecisse patet ex ep. 1325. (1) τελεταί, ἑορταί, θυσίαι, μυστήρια. *Hesychius*. Lege alia in Bibliotheca Bremensi Class. IV. p. 953. sq.

EP. MCCIX. (1) ἀνεπίγραφος est in *Medic.* C. *Anatolio* vero inscribitur in *Vatic.* 943. (2) Sic scripsi pro Θαλασσίῳ. De *Thalassio* vide supra ep. 840. & sqq.

(3) [illegible]

ἐλυμήνω τε καὶ λυμαίνῃ, τὰ τῶν ἑταίρων καὶ φίλων. καὶ οἷς ὑπέσχου σώσειν τὰ περὶ τὸν Εὐφράτην. Ἴθι (3) δὴ, τὰ ὑπόλοιπα φύλαξον, καὶ ἀφάνισον, ὥσπερ ὁ Θουκυδίδης (4) φησὶν, ἀγαθῷ κακὸν, ἐνθυμηθεὶς, ὅτι καὶ ὁ τῶνδε πατὴρ μεγάλοις πράγμασιν ἐπιστὰς πρᾳότατα (5) προσενήνεκται καὶ ἀσθενέσι καὶ δυνατοῖς.

disti tu, & perdis, sodalium utique & amicorum, eorumque praeterea, quibus res suas juxta Euphratem salvas fore promisisti. Age itaque, &, quae adhuc restant, salva praestans, malum hoc quod ait *Thucydides*, bono abole, recogitans, & horum Patrem, magnis quondam muneribus praefectum, humanitatem suam & impotentioribus & potentibus probasse.

MCCXI. ἈΝΩΝΥΜῼ.

Ἥκει σοι τὰ τιμιώτατα, γυνή τε ἀγαθὴ, καὶ βέλτιστος υἱὸς, ᾧ μικρὰ διδάξαμεν μείζω βουληθέντες. αἴτιος δὲ αὐτὸς, μᾶλλον δὲ ὁ θεῖος, ἴσως δὲ οὐδέτερος. ἀλλ' ὁ σὸς νόμος, δι' ὃν εἵπετο τῷ θείῳ νῦν ἐπιόντι πολλὴν, ὡς οὐκ ἐὸν ἄλλως σωφρονεῖν. Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ἐνταῦθα μένων χείρων ἂν ἐγένετο τοὺς τρόπους, οὐκ οἶδα. Ἐκεῖνο δὲ οἶδα, ὅτι πάντως ἂν βελτίων τοὺς λόγους. Τούτους μὲν οὖν εἰ καὶ πολλοὺς προσεῖται χρόνος, κτήσεται νῦν. Πολὺ γὰρ ἐν Καππαδοκίᾳ τὸ ἐρημῶν (1), καὶ ῥεύματα λόγων ἄφθονα, καὶ διδάσκαλος πολλῶν ῥητόρων πατὴρ, Παλλάδιος ὁ γενναῖος, μέγιστος μὲν λόγων παρειληφὼς, μέγιστος δὲ προσθείς. Ἐνταῦθα ἡμῖν ὁ Μάρκος ἀσκείτω τὴν γνώμην. μικρὸν ἀπαγαγὼν τῆς ζώνης τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν αὐτοῦ λόγων, πρὸς δέ γε τὴν σὴν ὁράτω, καὶ λογιζέσθω πρὸς αὐτὸν, ὡς αὕτη μέντοι λόγων καρπὸς, καὶ πρὸς ἐκείνῃ γε ἣν αὐτὸς ἔχει, λόγων πατρῴων καρπός. ὃ εἰ λογίζοιτο καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ βλέπειν ἐξέσται. Τοῦτο μὲν οὕτω ποιήσετε. τὸν ἵππον δὲ ἡμῖν εἰ μὲν ἐπείω, πέμψον. εἰ δὲ μὴ, ἐπίστελλον, ὅπως ἐπὶ τὸν δεύτερον ἴωμεν πλοῦν (2), τούτους δὴ τοὺς οὐ πολὺ τῶν χαλκῶν βελτίους. Δεῖ δέ σε οὐδὲν φοβεῖσθαι, μή τινα ὑποψίαν ἔχωμεν, ὡς οὐκ ἐβουλήθης. Ἢν γὰρ ἀκούσωμεν, ὡς ἀδύνατα, τοῦτο πιστὸν εὐθύς. Οὔτε γὰρ τοὺς κριτὰς, οὔτε τοὺς ἐκείνοις ὁμοίους ψεύδεσθαι δεῖ νομίζειν.

ANONYMO.

Veniunt ad te, quae habes pretiosissima, uxor bona & optimus filius, cui pauca impertivimus, quamvis majora cupientes. Ipse vero in causa est, vel potius patruus, fortasse vero neuter, sed tuum, si mavis, praeceptum, secundum quod patruum, locos multos obeuntem, comitatus est, tanquam qui alioquin ornatior evadere non posset. Nescio equidem, an, si hic perpetuo mansisset, moribus minus emendatus fuisset futurus. Hoc vero novi, literarum futurum fuisse peritiorem. Has igitur, quamvis multum temporis perditum sit, nunc sibi comparabit. In Cappadocia enim multa sunt, quae ad vitam solitariam ducere possint, porro vero larga eloquentiae flumina, doctor etiam, qui multorum Rhetorum pater est, *Palladius* praestantissimus, copiam eruditionis, non minus ipse nactus, quam alius largitus. Ibi igitur *Marcus* noster animum excolat, Avocatis autem a sua dignitate oculis, ad tuam respiciat, & apud se expendat, hanc eloquentiae esse fructum, atque eam quoque, quam ipse habet, eloquentiae paternae. Hoc si expenderit, tum quidem & ad suam respicere poterit. Atque haec quidem ita agetis. Ceterum equum nobis, si emeris, mitte; sin minus, scribe saltem, ut ad alios nos convertamus, eos scilicet, qui aereis non multo sunt meliores. Noli autem vereri, ne suspicemur, te facere id noluisse. Si enim audiverimus, rem fieri non posse, fide id dignum statim nobis videbitur. Neque enim vel judices, vel illis similes mentiri, credere fas est.

MCCXII. ΚΛΗΜΑΤΙῼ. (1)

Ἔστι παρ' ἡμῖν ἀπὸ τῆς Τρῳάδος νεανίσκος, καὶ σώφρων, καὶ τἄλλα βέλτιστος. λόγων ὀψὲ μὲν ἁψάμενος, σφοδρῶς δὲ εἰλημμένος. Ἴσως γάρ που τὸ πολυθρύλλητον ἐκεῖνο ἀκήκοεν, ὅσῳ κρεῖττον ὀψιμαθὴς ἀμαθοῦς (2). Τὸ μὲν οὖν ὄνομα αὐτῷ Ῥουφῖνος (3). Ἀμελεῖται δὲ ὑπὸ τῶν οἰκείων, οἳ πρὸς τῷ τὰ ἄλλα ἐλλείπειν, οὐδὲ ἐπιστέλλουσιν αὐτῷ. Σὸν δὴ γενέσθω ζητῆσαι τούς τε ἀνθρώ-

CLEMATIO.

Est apud nos ex Troade adolescens, & modestus, & cetera optimus, qui literas quidem sero attigit, illarum vero est cupidissimus. Fortasse enim pervulgatum illud audivit, quantopere, qui sero discit, imperito praestet. Nomen illi est *Rufini*. Is quidem a cognatis suis adeo negligitur, ut, cum & aliis rebus eum destituant, ne scribant quidem. Tuum itaque fuerit, ut accersas homines illos, & ad rationem

(3) Ἴθι, *Medic.* ἴθι, rectius, *Vatic.* 943.
(4) *Thucydides* lib. II. §. 42. ἀγαθῷ γὰρ κακὸν ἀφανίσαντες, κοινῶς μᾶλλον ὠφέλησαν, ἢ ἐκ τῶν ἰδίων ἔβλαψαν.
(5) *Vatic.* 943. pro πρᾳότητι, *Medicei.*

EP. MCCXI. (1) Hoc malui pro ἱερμῶν, quod est in *Medic.* C. (2) de proverbiali hac locutione alibi diximus. Sensus est; si melioribus frui non liceat, deteriora esse amplectenda.

EP. MCCXII. (1) In *Medic.* C. est ἀνωνύμῳ: in *Vatic.* 943. *Clematio* inscribitur. (2) κρεῖττόν ἐστιν ὀψιμαθῆ μᾶλλον ἢ ἀμαθῆ διαβεβλῆσθαι, *Socratis* dictum est apud *Sextum Empiricum* lib. VI. adversus Mathematicos §. 13. ubi vide *Fabricium* nostrum p. 359. Adde *Aegid. Menagium* ad Diogenem Laërtium p. 87. b. Idem ante Socratem *Solon* dixit. (3) *Rufini* alicujus saepe in his literis est mentio. Vide v. c. ep. 185. 973. 1028. 1029. Ab illo tamen nostrum hunc, juvenem tunc, & à cognatis neglectum, distinguendum puto. Idem autem videtur esse, de quo ep. 1206.

nem reddendam voces, &, si negligentiores deprehenderis, minis ad sua praestanda compellas; sin vero infeliciores ipsos senseris, hominem, patronis destitutum, ipse juves. Tu sane Alexandri urbem administras, nec invitos habes audientes. Potes etiam aliquid apud Praefectum utrumque, tum eum, qui Hellesponto praeest, tum illum, qui post hunc multas gentes gubernat. Quod si itaque Praefectorum ope ad hanc rem opus sit, per eos quoque efficere aliquid poteris.

ANONYMO.

Multis quidem nominibus praestantissimum *Julianum* amavi. Nam & ex arte dicere & audire, & res agere, & amicum juvare, & strenuum se praestare, haec, inquam, omnia & plura etiam unus praestat. Cum vero idem tibi inter ceteros omnes primum decerneret locum, multo magis me suum sibi fecit, ut libentissime iter cum ipso essem ingressus. Sed id quidem facere non integrum erat. Quod vero licet mihi, facio. Doceo te, qualis is in te sit, privatam nunc vitam agentem. Hoc enim est, animum vere magni facere, non autem potentiae adulari. Ajo itaque, nos, qui praeclara de te dicere visi sumus, parum nunc dixisse videri. Adeo praeclariora sunt, quae ab illo dicuntur. Spero itaque tua in illum etiam talia esse futura: ut, cum ea, quae nunc celebrat, magna sint, majora illis praedicare aliquando conetur.

ANONYMO.

Aquilianus defensionem quidem allaturum se speravit, habes autem modo ante, quam ille veniat. Neque enim leve mihi visum est, tam diu culpae esse obnoxium. Quod vero tu eam solidam esse opineris, silentium tuum argumento est. Si enim fuisset infirmior, statim in me incurrisses, & fluvios esses imitatus. Jam vero obsistere non poteras. Ego autem fas esse putabam, ut non silentio defensionem laudares, sed responderes, &, cum scires illa, non accusares amplius, sed potius laudares. Laus vero haec fuisset, ut diceres: peccavi ego; nec ipse id inficior: praeter rem te accusavi. Quoniam vero id adversus me non fecisti, *Aquilianus* talem ex te sermonem audiat. Illum quidem omnis civitas admirata est, ego vero maxime, tum aliis nominibus, tum ob humanitatem, per quam & egregias orationes tuas libenter audivit, & copiosas etiam non est aversatus. Quod si igitur earum, tanquam egregiarum, apud nos mentionem non fecit, illius hoc moribus, non autem ipsarum conditioni acceptum ferri debet.

BARBATIONI.

Sub hyemis initium literas ad te scripsi. Cle-

θρόνος, καὶ τὴν αἰτίαν. κἂν μὲν ἀμελοῦντας εὕρῃς, ἀπειλῆσαι, καὶ ποιῆσαι ἐνεργούς. εἰ δὲ κακῶς πράττοντας, σπάνει βοηθῶν, αὐτὸν γενέσθαι βοηθόν. πάντας δὲ ἄγεις μὲν τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν (4), ἑκόντων ὑπακουόντων. Δύνασαι δὲ παρὰ τοῖς ἄρχουσιν ἀμφοτέροις, τῷ τε τὸν Ἑλλήσποντον ἔχοντι, καὶ τῷ μετὰ τοῦτον πλήθους ἐθνῶν. ὥστ' εἴτι καὶ ἀρχόντων εἰς ἐπανόρθωσιν δέοιτο, καὶ διὰ τούτων ἰσχύσεις.

MCCXIII. ἈΝΩΝΥΜΩι.

Πολλαχόθεν μὲν ἤρων τοῦ γενναίου Ἰουλιανοῦ. καὶ γὰρ εἰπεῖν ἐν τέχνῃ, καὶ ἀκοῦσαι, καὶ πρᾶξαι, καὶ φίλῳ βοηθῆσαι, καὶ ἀνδρείαν δεῖξαι, πάντα ταῦτα καὶ ἔτι πλείω συνείληφεν. Ὡς δὲ ἐν ἀνδρῶν ἐξετάσει σε πρῶτον ἐτίθει, πολὺ πλέον με ἐφειλκύσατο, καὶ ἥδιστ' ἂν αὐτῷ καὶ συνωδοιπόρουν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἦν μοι ποιεῖν. ὃ δὲ ἔξεστι, ποιῶ. Διδάσκω σὲ, τίς αὐτὸς περὶ σὲ τὸν ἰδιωτεύοντα. Τουτὶ γάρ ἐστιν ἀτεχνῶς ψυχὴν ἐπαινεῖν, οὐκ ἰσχὺν κολακεύειν. Λέγω τοίνυν, ὡς ἡμεῖς οἱ λαμπρὰ περὶ (1) σοῦ δοκοῦντες ᾄδειν, μικρὸν (2) πεφήναμεν. Οὕτω τὰ (3) περὶ (4) τοῦδε λαμπρότερα. Πείθω δὲ καὶ τὰ (5) πρὸς τοῦτον ἔσεσθαι τοιαῦτα, ὥστ' (6) αὐτῶν μεγάλων ὄντων, ὧν νῦν διεξέρχεται, μείζω ζητεῖν ἕτερα.

MCCXIV. ἈΝΩΝΥΜΩι.

Τὴν ἀπολογίαν ἤλπισε μὲν Ἀκυλιανὸς κομιεῖν, ἔχεις δὲ, πρὶν ἢ τοῦτον ἥκειν. Οὐ γὰρ ἦν μοι κοῦφον, οὕτω πολὺν χρόνον ἐν αἰτίαις εἶναι. Τοῦ δὲ αὐτὴν ἰσχυρὰν ἔχειν σημεῖον ἡ σὴ σιγή. Εἰ γὰρ ἦν ἀσθενὴς, εὐθὺς ἐκίνεισο καὶ τὰ χειμάῤῥων ἐποίεις. Νῦν δὲ οὐκ ἦν μάχεσθαι. Ἐγὼ δέ σε ἠξίουν μὴ σιγῇ τὴν ἀπολογίαν ἐπαινεῖν, ἀλλὰ λέγειν, καὶ ταῦτα ἐπιστάμενος οὐ κατηγορεῖν μᾶλλον, ἢ ἐγκωμιάζειν. Ἦν δ' ἂν ὁ ἔπαινος, εἰπεῖν σε, ἥμαρτον. οὐδ' αὐτὸς ἀναίνομαι, μάτην ἐγκέκληκα. Ἐπεὶ δὲ πρὸς ἐμὲ τοῦτο οὐ πεποίηκας, Ἀκυλιανὸς γοῦν τοιούτων ἀκουσάτω λόγων, ὃν ἐθαύμασε μὲν ἡ πόλις κοινῇ, πάντων δὲ μάλιστα ἐγὼ, πάντων μὲν εἵνεκα, μάλιστα δὲ χρηστότητος, ἐφ' ᾗ καὶ τοὺς σοὺς γενναίους λόγους ἡδέως ἐδέχετο, καὶ πολλοὺς ὄντας οὐκ ἔφευγε. Ἦν οὖν καὶ παρ' ἡμῖν ὡς δεξιῶς ἐχόντων, ὧν ἀκήκοεν, οὐ μνησθῇ, τῶν τούτου τρόπων τοῦτο ἡγεῖσθαι, μὴ τῆς τῶν εἰρημένων μορφῆς.

MCCXV. ΒΑΡΒΑΤΙΩΝΙ. (1)

Περὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ χειμῶνος ἐπέστειλά σοι (2). Κλη-

(4) *Clematium* hunc Alexandrinum appellat *Ammianus* XIV. 1. p. 3. ubi vide *Valesium*.

EP. MCCXIII. (1) περὶ, *Vatic.* 943. male. (2) μικρὸν, scilicet τι ᾄδειν. (3) τὰ σὰ, *Idem.* (4) Malim legere παρ'. (5) Malim τὰ σά. (6) ὡς, *Vatic.* 943.

Sequebatur in apographo *Rosigardiano* epistola ἀνεπίγραφος, ab his verbis incipiens: Ἴσον ἔχων σοι χαρεῖν κ. τ. λ. Ea vero in superioribus exstat, rectius ita expressa: οἷον ἔχων σε χαρεῖν κ. τ. λ.

EP. MCCXV. (1) ἀνεπίγραφος est in *Medic.* C. *Barbationis* nomen habet *Vatic.* A. B. in *Benzel.* A. ut & *Vindob.* chartac. *Calliopio.* (2) Sententiam hanc *Medic.* E. ita effert: Ἐπιστολὴν ἔπεμψα σοὶ τ. ἀρχ. τ. χ.

(3) ἐν-

Κλημάτιος δὲ ἦν ὁ λαβὼν κομίζειν, ἀνὴρ ἅπαν μὲν τὸ θέρος διατρίψας ἐνθάδε (3). Πάντα δὲ τὸν χρόνον ἐν τοῖς ὑπὲρ σοῦ λόγοις διελθὼν, καὶ οὐκ ἀγνοοῦντας μὲν ἐδίδασκεν, εἰ μὴ καὶ ὁ Κρὴς τὴν θάλατταν (4). Ἦν δὲ αὐτοῦ χαρίεν, τὸ σὺν βοῇ καὶ παντὶ θυμῷ καὶ μετὰ πηδημάτων μεμνῆσθαι τῶν σῶν καλῶν, ἃ ἐγὼ καθορῶν ἡγησάμην πρέπον (5) τὰ πρῶτα τῶν γραμμάτων δι' ἀνδρὸς ἐλθεῖν σοι φιλοῦντος μὲν ἐμὲ, σὲ δὲ τοῦτό τε αὐτὸ καὶ θαυμάζοντος. Ἀλλ' (6) ἔοικας οὐ λαβεῖν τὴν ἐπιστολήν. Οὐ γὰρ ἂν τῷ θείῳ γράφων ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῷ μοι γραμμάτων οὐ μετέδωκας, ᾧ τὸ μένειν ἐνταῦθα δέδωκας. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἢ δώσει ποτὲ τὴν προσρησιν, ἢ μέμψιν οἴσεται. Σοὶ δὲ ἀντὶ τῆς εἰς ἡμᾶς (7) σπουδῆς τρόπαιά τε ἀπὸ βαρβάρων εἴη, καὶ τὸ διὰ τέλους ἀρέσκειν τῷ βασιλεῖ. παρ' ἡμῶν δὲ μισθὸς, ἔπαινος. τὰ γὰρ ἡμέτερα ἐν λόγοις, καὶ προσέτι τοὺς υἱεῖς σου (8) πρὸ τῶν ἄλλων ἐν μουσείοις τετάχθαι (9).

Clematius vero erat, qui eas perferendas accipiebat per totam aestatem apud nos commoratus. Per omne vero illud tempus de te locutus non ignaros quidem nos tua docuit, nisi & Cretensis aliquis maris imperitus censeatur. Id vero inprimis jucundum erat, quod & voce alta & omni animi contentione & plausu quoque dotes tuas commemorabat. Quae quidem ego perspiciens, fas esse putabam, ut primae hae literae meae ad te per illum, qui & me amat, & te non amat tantum, sed & admiratur, perferrentur. Videris autem literas illas non accepisse. Neque enim, ad patruum, de nobis scribens, literarum aliquid ad nos daturus non eras, cui heic loci manendi potestatem fecisti. At ille quidem aut epistolam aliquando redditurus est, aut culpam laturus. Tibi vero pro tuo in nos studio a barbaris tropaea referre, & Imperatoris gratia perpetuo frui liceat. A nobis vero laudes pro praemio habebis. Nostra enim verbis continentur, atque eo praeterea, ut filii tui primum in scholis nostris locum obtineant.

MCCXVI. ἸΟΒΙΝῼ.

Ὄψει Κλημάτιον, ὡς οὔτ' ἂν ἐβουλήθης, οὔτ' ἂν προσεδόκησας, πτωχὸν ἐξ εὐπόρου, μικρὸν ἐκ μεγάλου, δάκρυσι παραπεμπόμενον, τὸν πρὶν εὐδαιμονιζόμενον. οὐν ἔχοντα μόνον, τὴν ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀρετὴν, ἐπεὶ τούτῳ γε οὐ χεῖρες, οὐ πόδες, οὐκ οἰκέτης, οὐκ ἄλλο τ' οὐδὲν τῶν πατρῴων. Οὕτω σκληρός τις αὐτῷ προσέπεσεν ὁ δαίμων (1), καὶ πάντα ἐκεῖνα καθεῖλεν, ἃ ἡμεῖς μὲν ἠκούσαμεν, αὐτὸς δὲ εἶδες. ἦλθες γὰρ εἰς τὴν τοῦδε (2), καὶ ὁποῖος ἦν ἀνὴρ, ὡς κεφάλαιον τῆς πατρίδος ἔγνως. παρ' ὧν φιλία τε ὑμῖν ἐγίνετο, καὶ ὁ μὲν τὰ σὰ, σὺ δὲ τὰ τοῦδε ἐθαύμασας. τύχη δὲ ἄρα τις βελτίων, πάλαι ταῦτ' ἔπραττεν, ὅπως ἐπὶ τῷ μέλλοντι χειμῶνι λιμένα εὕροι. Δέχου δὴ τὸν ὑπὸ τῶν ἀνέμων ταραττόμενον, καὶ βεβαίου τὴν παροιμίαν, φίλος ἀνδρὶ παρὼν, ἀλγῶν τε καὶ ἐπαμύνων (3). Τὸ μὲν γὰρ πρότερον πάντων τῶν φίλων, δι' ὅσων ἦλθε, καὶ οὐδεὶς, ὅστις οὐκ ἐστέναξε. Τὸ δὲ καὶ λῦσαί τι τῶν λυπούντων, ὑμῶν, οἷς τὸ δύνασθαι πάρεστιν εὖ ποιεῖν. Εἰ δ' οὖν καὶ ἀδύνατον ἰάσασθαί τι τῶν κακῶν, ἀλλὰ φαίνου γε βουλόμενος, ὡς βέλτιον μὲν, τὸ κατορθῶσαί τι, μικρὸν δὲ οὐδὲ τὸ προελέσθαι.

JOVINO.

Clematium videbis, qualem nec velis, nec unquam fore credidisti, pauperem ex divite, parvum ex magno, & lacrymis comitatum, qui antea felix habebatur, nihil denique habentem praeter animi virtutem, cum nec manus, nec pedes, nec famulum, nec ex patriis bonis quicquam habeat. Adeo sinistra eum fortuna infestavit, atque omnia ea pessundedit, quae nos quidem audivimus, tu vero etiam vidisti. Venisti enim in patriam ejus, & quantus vir atque adeo patriae caput esset, cognovisti. Hinc amicitia inter vos nata est, ut ille quidem tua, tu vero ejus illa admirareris. Fortuna itaque benignior haec olim ita disposuit, ut secutura aliquando tempestate portum aliquem haberet. Suscipe itaque virum a ventis jactatum & ratum esse jube sententiam, quae ait: Amicus amico adest, cumque eo dolet, & fert suppetias. Prius enim illud omnes fecerunt amici: inter eos enim, quos vidit, nemo est, qui non ingemuerit. Tristia vero etiam amoliri vestrum est, quibus alios beneficia mactare licet. Quod si vero malis his mederi ex parte non poteris, ostende saltem te facere id voluisse. Plus quidem valet, causam conficere, sed nec parum, etiam voluisse.

MCCXVII. ΔΟΥΛΚΙΤΙῼ. (1)

Ὅτι (2) καὶ ἡμᾶς, ὥσπερ Φοίνικάς τε καὶ Θρᾶκας, καὶ

DULCITIO.

Quod tu nos etiam, sicut Phoenicas & Thra-

(3) ἐνταῦθα, *Medic.* E. (4) Cretenses a navigandi usu & peritia jampridem claruerunt, auctore *Strabone* lib. IX. Geograph. qui & proverbii hujus meminit, tanquam in eos dicti, qui artem aliquam non possint non callere. (5) πρέπον, *Medic.* D. E. & *Vatic.* A. B. pro πρέπειν *Medic.* C. utrumque graece dicitur. (6) ἀλλ' male deest in *Vatic.* A. B. (7) πρὸς ἡμᾶς, *Medic.* D. E. (8) σοι, *Medic.* D. & *Vatic.* A. cum B. quoque, ex emendatione recente. (9) verbum hoc abest a *Medic.* D.

Excipiant has quaedam ex MEDICEO D.

EP. MCCXVI. (1) Quae haec *Clematii* calamitas fuerit, non memini a veterum aliquo traditum. *Ammianus* quidem lib. XIV. 1. caedem ejus nefandam commemorat, quae tamen huc non pertinet. (1) *Alexandriam* innuit: vide supra ep. 1212. (3) Non memini admodum hujus proverbii. Simile illi est hoc *Euripidis* Iphigen. in Aulide v. 408. Εἰς κοινὸν ἀλγεῖν τοῖς φίλοισι χρὴ φίλους.

EP. MCCXVII. (1) In *Medic.* D. scriptum erat Δυλκιτίῳ. *Dulcitium* autem vocandum fuisse aliae nostri epistolae probant, quae ejus meminerunt. Si nosse virum propius velis, adi *Jac. Gothofredi* Prosopographiam Codicis Theodosiani p. 358. (2) Ὅτι μὲν *Vatic.* B.

(3) Jouiae

cas & modo Ionas in salutem nostram cum majore autoritate tuendos acceperunt sis, probe cognitum habemus. Augurio enim tali omnis aperta est via, nec, quae futura sint, prospicere difficile. Tunc itaque urbem nostram incrementis & ornamentis ampliorem & splendidiorem reddes. Modo autem tibi, quamvis tam procul remoto, quendam, publico munere fungentem, ornare tibi licet ac simul gratum aliquid facere oculis populi, vel potius populis multis, quotquot ad ludos spectandos vocare solemus: Hos enim tu jucundissimos efficere poteris. Quomodo vero facere id possis, accipe. Inter eos, qui publicum apud nos munus obeunt, est Syriarcha, honorifico hoc nomine propter sumtuum magnitudinem appellatus. Nam & Pactolus parum illi est, & Cinyrae Gygisque opes. Ille quidem nemini imperat, debet autem nunc quidem aurigis sua impendere, perque illos, qui in theatrum prodeunt, venatores expeditos, ferasque, omni arte superiores congregare. Laudatur enim sumtus hos faciens, si illi quidem exercitatissimi sint, hae vero vel sic in certamine sint superiores. Ursa enim debellata & panthera devicta opprobrio sunt ludum edenti. Talem vero victoriam a vestris montibus nobis obventuram speramus. Ingentes enim sunt, & fortes, nec sylvae vestrae bestiae circumveniri unquam potuerunt. *Polycarpus* itaque eas emet: ut vero praestantiores emat, nec pauciores, impedientibus aliis, accipiat, sed tot omnino, quot velimus, tuum fuerit efficere, tuamque & humanitatem & amicitiam, nisi quid eam solverit, decuerit. Nihil vero his vinculis puto esse validius. Credo vero, te haec primum quidem a tota urbe, tum ab optimo *Salustio*, porro autem ab humanissimo *Rufino* audire. Illi enim eadem omnino erant scripturi, nisi ille adversus Persas dimicaret, *Rufinus* autem illis, qui idem agunt, vicinus esset. Gratiam tibi tamen aeque habebunt, ac si ipsi super his scripsissent. Neque vero nos etiam, qui Mercurio operamur, contemnere decet, ut in habendis praelectionibus persistamus, nec ad imperium adspiremus, tanquam sine quo nihil perficere possimus.

νῦν Ἴωνας (3) ἐπὶ σωτηρίᾳ μετὰ μείζονος παρειλήφη τοῦ σχήματος, ἴσμεν καλῶς. πάντως δὲ μαντικῆς ἅπασα ὁδὸς ἀνέῳκται, καὶ δεινὸν οὐδὲν τὸ μέλλον εἰδέναι. Ἀλλὰ τότε μὲν ἡμῖν προσθήκαις τε καὶ κόσμοις μείζω τε ποιήσεις καὶ καλλίω τὴν πόλιν. νῦν δὲ ἔξεστί σοι, καὶ τοσοῦτον ἀπέχοντι, λαμπρῦναι μὲν τῶν πολιτευομένων ἕνα, χαρίσασθαι δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ δήμου, μᾶλλον δὲ πολλοῖς δήμοις, ὁπόσους καλεῖν ἐπὶ τὴν θέαν εἰώθαμεν, ἣν γενέσθαι χαριεστάτην σὺ κύριος. καὶ ὅπως γε, ἄκουσον. Ἐν τοῖς παρ᾽ ἡμῖν λειτουργοῦσίν ἐστι Συριάρχης (4), ὀνόματι καλῷ τιμώμενος διὰ τὸ μέγεθος τῆς δαπάνης. καὶ γὰρ ὁ Πακτωλὸς (5) αὐτῷ μικρὸν, καὶ τὰ Κινύρου, καὶ τὰ Γύγου. Οὗτος ἄρχει μὲν οὐδενὸς, δεῖ δὲ αὐτὸν τὰ αὐτοῦ νῦν μὲν (6) ἡνιόχων ποιεῖν, διὰ δὲ τῶν εἰς τὸ θέατρον εἰσιόντων κυνηγέτας τε ἀγείρειν κούφους, καὶ θηρία, κρείττω τέχνης ἁπάσης. Ἐπαινεῖται γὰρ ὁ δαπανώμενος, ὅταν οἱ μὲν ὦσι πεπαιδευμένοι, τὰ δὲ ὅταν καὶ οὕτω κρατῇ. ἄρκτος δὲ ἡττωμένη, καὶ πάρδαλις νικωμένη, τοῦ χορηγοῦντος ἐγκλήματα. Ταύτην δὲ τὴν νίκην (7) ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ἡμῖν ἐλπὶς ὁρῶν ἔσεσθαι. Καὶ γὰρ μεγάλα καὶ θυμοῦ γέμοντα, καὶ οὐκ ἂν περιγραφθέντα (8) τὰ τῆς ὕλης ἐκείνης θρέμματα. Πολύκαρπος μὲν οὖν ὠνήσεται, τὸ δὲ δυνατά τε αὐτὸν πρίασθαι, καὶ μὴ ἔλαττον σχεῖν τῶν κωλυόντων, καὶ ὁπόσα ἂν βουλώμεθα, σὸν ἂν εἴη, καὶ τῆς σῆς φιλανθρωπίας τε καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, εἰ μή τι αὐτὴν λέλυκεν. Οἶμαι δὲ οὐδὲν ἐκείνων ἰσχυρότερον γεγονέναι τῶν δεσμῶν (9). Καὶ ταῦτα πρῶτον μὲν ἀκούσῃ παρ᾽ ὅλης ἀκούων τῆς πόλεως, ἔπειτα δὲ παρὰ τοῦ καλοῦ Σαλουστίου, καὶ τρίτου γε τοῦ χρηστοῦ Ῥουφίνου. Καὶ γὰρ οὗτοι τὰ αὐτὰ ἂν ἔγραφον, εἰ μὴ ὁ μὲν ἤλαυνε Πέρσας, Ῥουφῖνος δὲ ἦν πλησίον τῶν ἐκεῖνα δρώντων. ὅμως δὲ εἴσονταί σοι χάριν, ὡς αὐτοὶ ταῦτα ἐπεσταλκότες. Καλὸν δὲ μηδὲ ἡμᾶς ἀτιμάζειν τοὺς περὶ τὸν Ἑρμῆν διατρίβοντας, ὅπως ἐμμένωμεν ταῖς διατριβαῖς καὶ μὴ τοῦ ἄρχειν ἐπιθυμῶμεν, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἔργου τυχεῖν.

PHILAGRIO.

MCCXVIII. ΦΙΛΑΓΡΙῼ. (1)

Bonum factum, quod salvus sis. Decebat vero te, gaudio indulgentem, amicis scribere, eosque docere, quantam tempestatem effugeris. Tu vero, puto, nos despectui habes, tanquam qui bellum in literas relatum habeas; sciasque, Sophistas supplicare tibi de-

Ὅτι μὲν ἀπεσώθης, καλῶς ποιεῖς. Ἔδει μέντοι σε τὸ τῶν χαιρόντων δρῶντα τοῖς μὲν φίλοις ἐπιστέλλειν διδάσκοντα, ἡλίκον διέφυγες κλύδωνα. Ἀλλ᾽, οἶμαι, καταφρονεῖς ἡμῶν, ἅτε τὸν πόλεμον ἐν γράμμασιν ἔχων, οὐδὲ ὅτι σου δεῖσθαι δόξουσι τοὺς σοφιστὰς, οἷς ἔρως εἰπεῖν τι

(3) Joniae praefuisse Dulcitium tradit noster in oratione ὑπὲρ Θαλασσίου inedita, quam excitat *Gothofredus* in Prosopographia Codicis Theodosiani p. 358. (4) De Syriarchae dignitate diximus in his alibi. Vide tu eundem *Gothofredum* ad Tom. II. Codicis Theodosiani p. 28. & 29. &, quae infra ad ep. 1494. scribentur. (5) Pactoli, Lydiae fluvii, auri arenis scatentis, opes pridem in proverbium abierunt. Vide Erasmi & aliorum Adagia p. 213. De *Cinyrae* & *Gygis* divitiis alibi in his diximus. (6) νῦν μὲν, addidi ex *Vatic.* B. Ἡνίοχοι Athenis olim erant τάγμα ἀξιόλογον ex hominibus ditioribus, qui ad currus & equos curules alendos adhibebantur. Auctor est ex Aelio Dionysio *Eustathius* ad Homeri Iliad. ι. v. 505. p. 438. edit. Basil. τάγμα δὲ ἀξιόλογον οἱ ἡνίοχοι, κατελέγοντο γάρ φασιν (Αἴλιος Διονύσιος) οἱ εὐπορώτατοι ἁρματοτροφεῖν. Cum illo itaque τῶν ἡνιόχων ordine noster Syriarcham illum comparat. (7) δίκην, *Medic.* male. (8) περιγραφθέντα, *idem*, quod ex *Vatic.* emendavi. (9) ita ex *eodem* scripsi pro δεσμῶν *Medicei*, quamvis & in *Vatic.* supra δ scriptum erat θ.

EP. MCCXVIII. (1) Ad hunc plures exstant nostri epistolae. Erat ille Comes Orientis, & meritis illustris. Vide, si placet, *Gothofredum* in Prosopographia Codicis Theodosiani p. 361.

τι περὶ τῶν πεπραγμένων. Ἀκούω γάρ σε, τὸ ἀεὶ γιγνόμενον συγγράφειν ἐπιθέσθαι, χωρίων φύσεις, καὶ μέτρα πόλεων, καὶ ὕψος φρουρίων, καὶ ποταμῶν πλάτος, καὶ ὅσα δρᾶσαί τε καὶ παθεῖν συνέβη. Ἀλλ' εἰ μὲν ἡμῖν χαριζόμενος τοῦτ' ἐποίεις, τῆς αὐτῆς δήπου γνώμης καὶ τὸ ἐπιστέλλειν. Εἰ δὲ σαυτῷ καὶ τοῖς συστρατευσαμένοις ἡμᾶς γ' ἐχρῆν ἐξ ἐπιστολῆς εὐφρᾶναι. Ἃ μέντοι φρονῶ περὶ τῶν γεγραμμένων σοι φράσω. Οὐ μᾶλλον ἐγώ σου δεήσομαι ἀναγινώσκειν, ἢ ἐμοῦ σὺ τὰ ὦτα παρασχεῖν. Σὺ μὲν γὰρ ἐμὲ διδάξεις ἔργα γυμνά, ἐγὼ δὲ αὐτὰ τοῖς ἐκ τῶν λόγων ἐσθήμασιν ἀμφιέσω. Βούλοιο δ' ἂν κοσμηθῆναι τὰς πράξεις, ὥσπερ ἐγὼ μὴ ἀγνοεῖσθαι τὰ ἔργα. Ἀλλ' σὺ μὲν ἐκείνοις τὰ μὲν δώσεις, τὰ δὲ κερδανεῖς. Ἕως δ' ἂν ἀπῇς, χαρίζου δι' ὧν ἔξεστι τοῖς ἀποῦσιν, ἄλλως θ' ὅτε σοὶ καὶ μηνύειν ἔνι, βασιλέως περὶ πάντα τε ἀρετὴν, καὶ πρὸς σέ τινα χρηστότητα. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν διακόνῳ βελτίστῳ τὸν οὐκ ἂν πονηροῖς χρησάμενον χαίρειν. Τοῦ τε γοῦν γράφειν ἔχου, καὶ Σάλβιον (2), ὄντα μοι φίλον, καὶ σεαυτῷ νόμιζε, ὃς ἐνοχλήσει μὲν οὐδέν. ἐπίσταται δὲ μεμνῆσθαι χάριτος.

debere, qui quidem res illas gestas edissere te voluerint. Audio enim; te omnia quae aguntur, in commentarios referre, locorumque rationes, urbium conditionem, propugnaculorum altitudinem, & fluviorum latitudinem, omnia denique, quae vel facere vel sustinere contigerit, describere. Quod si hoc nostra causa feceris, eodem utique consilio et perscribere ad nos debebas. si vero in tuum & eorum, qui pugnae tecum adfuerunt, commodum; epistola saltem nos exhilarari oportebat. Dicam vero, quid de commentariis illis tuis sentiam. Non magis a te petam, ut eos mihi praelegas, quam tu a me, ut aures tibi praebeam. Tu enim nuda facta me docebis, ego vero eadem eloquentiae ornamentis vestiam. Tu porro res illas gestas ornari aeque volueris, quam ego, eas non ignorari. Hoc pacto alia tu dabis, alia vero accipies. Quoad vero abfueris, gratificare, quaeso, per eos, per quos licet, absentibus, imprimis ea quae significare fas est, prae ceteris autem Imperatoris virtutem, ejusque adversus te benevolentiam. Mirum enim non est, eum, qui malis ministris nunquam utatur, de optimo gaudere. Scribere itaque perge, *Salvium*que, mihi amicum, & tuum habe. Nihil ille tibi futurus est molestus, beneficiorum autem memor esse didicit.

MCCXIX. ΦΙΛΙΠΠΩι. (1).

Ἔμελλες τὸ αὐτὸ πλημμελήσειν, ἀλλ' εὖ ποιοῦντα ἐλθόντα σου διεκώλυσε τὰ γράμματα. Γιγνομένης γὰρ αὖθις πρὸς τὸν θαυμαστὸν Ἀκάκιον ἐπιστολῆς, μέλλοντός μου τῇ χειρὶ τὸ, ἔρρωσο, προσθήσειν, φέρων τις ἐνέθηκε τὴν σήν. καὶ οὕτω τὸ μὲν ἀνεβαλλόμην. Γράφω δὲ ταύτην πρὸς σὲ, συνηδόμενος ὑμῖν, τῷ μὲν, ὅτι σε τὸν ἐπὶ τῶν ἔργων ἀρετῆς ἔχει μάρτυρα, σοὶ δ', ὅτι τοῖς ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐκεῖνον. Οὐ γὰρ ἄδηλον, ὅτι πᾶσα ἀνάγκη τὸν τέττιγα (2) ᾄδειν, ἢ διακινοῦντά τι τῶν παλαιῶν, ἢ πλάττοντά τι νέον. Ἱκανὴ δέ σοι πρὸς ᾠδὰς ὑπόθεσις, Ἀκάκιος ὁ χρηστὸς, ὃ μικρῶν μὲν οὐδὲ νῦν, μεγίστων δὲ μικρὸν ὕστερον ἐπιμελησόμενος. Λέγω δὲ οὐχ Ἕλενος ὢν οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος (3), ἀλλ' ἄνθρωπος ἐκ λογισμοῦ τὸ μέλλον ὁρῶν. οὔτε γὰρ λανθάνει γενναῖος ὤν. Τούς τε τοιούτους ἴσασιν οἱ Βασιλεῖς ἐφιστάναι τοῖς πράγμασιν. Σοῦ δὲ θαυμάσαι τις ἂν, ὅτι τῷ μὲν οὐ λαβεῖν γράμματα ἀδικεῖσθαι φὴς, τοὺς δ' υἱεῖς ἀγαγὼν εἶτ' ἀπαγαγὼν εὐθὺς, ἀδικεῖν οὐκ οἴου, πρῶτον μὲν ἐκείνους αὐτοὺς, εἶτα σαυτόν. καὶ ἡμᾶς δὲ ἀλγεῖν οἴου, μὴ δυνηθέντας ἐν ἐκείνοις τὸ περὶ σὲ φίλτρον ἐπιδείξασθαι. Ἡ φοβοῦσα δὲ ὥρα παρελήλυθεν, οὐδὲν, ὧν ἠλπίσθη, δράσασα. Σὺ δ' οὖν

PHILIPPO.

Idem iterum peccaturus eras: sed bono fato literae tuae nuper allatae prohibuerunt. Cum enim iterum ad praestantissimum *Acacium* scripsissem, manu mea subscripturus eram: *vale*. Tum vero literas tuas mihi quidam tradidit, ego vero alterum illud omittebam. Modo vero hanc ad te scribo, utrique vestrum gratulatus, illi quidem, quod te suae in rebus gerendis virtutis testem habet, tibi vero, quod illum carminum tuorum habes testem. Neque enim dubium est, necesse esse, ut instar cicadae canas, sive ex veteribus aliquid recites, sive nova condas. Tibi vero canendi argumentum in promtu est, optimus scilicet *Acacius*, qui nec nunc parva agit, paulo post vero maximis rebus praeficietur. Dico hoc non instar Heleni, augurum optimi, sed instar hominis futura mente perspicientis. Virtutis enim suae manifesta edidit specimina. Tales vero homines Imperatores rebus agendis adhibere solent. Ceterum miretur aliquis recte, quod te, literas non nactum, injuria affectum ais, te vero, quando filios modo adductos statim revocasti, offendisse primum quidem illos ipsos, tum vero & te non existimas. Credas vero, triste id nobis accidere, quod nostrum in te amorem in illis testatum facere non possimus. Jam tempus illud, quod metum incutiebat, praeteriit, nihil eorum, quae timebantur, infligens. Itaque

(2) *Salvium* hunc eundem puto, ad quem exstat *Symmachi* epistola lib. VIII. 29.

EP. MCCXIX. (1) Non est hic *Philippus*, cujus *Libanius* in Vita sua p. 25. 26. meminit, quemque Praefecturo fuisse ex Codice Theodosiano, cujus Prosopographiam a *Gothofredo* datam p. 378. videbis, constat; sed Poëta aliquis. Ejus enim ἔπη & ᾠδαὶ mox commemorantur. (2) Noster etiam alibi eloquentia valentes τέττιγας vocat, ubi plura diximus. (3) Helenus, Priami & Hecubae filius, quem a vaticinandi arte *Virgilius* lib. III. Aeneid. & *Ovidius* lib. XIII. Metamorphoseon celebrat. *Homerus* Iliad. ζ. v. 76. ita:

Πριαμίδης Ἕλενος, οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος.

EP.

que honorificum tibi fore existima; si filios tuos amare iterum instituas. Vereor vero ego, ne omnia alia tibi placeant.

οἷα δόξης ἀπολέσθαι, ὃ πάλιν τέκνα φιλεῖν. Ἔγωγε μέντοι δέδοικα, μὴ τοὐναντίον σοι γένηται.

POPULO ACCLAMANTI.

MCCXX. ΤΩι ΔΗΜΩι ΕΥΦΗΜΗΣΑΝΤΙ. (1)

Quando in theatrum clam procedo, plausu me excipitis; quando vero in templum; quieti estis, plaususque vestros ad Deos transfertis. Enimvero Dii plausibus non indigent.

Εἰ μὲν εἰς τὸ θέατρον λαθὼν εἰσέλθοιμι, εὐφημεῖτε. εἰ δὲ εἰς τὰ ἱερὰ, τὴν ἡσυχίαν ἄγετε, καὶ μετηνέγκατε τὰς εὐφημίας ὑμῶν εἰς τοὺς θεούς. μᾶλλον δὲ οἱ Θεοὶ τῶν εὐφημιῶν οὐ χρήζουσιν.

ATARBIO.

MCCXXI. ἈΤΑΡΒΙΩι. (1)

Europam quoque donibus tuis frui oportebat: itaque frater fratri, fluvius fluvio, Euphrates Peneo te tradidit. Utrinque vero Galatis inde laus nascitur, quandoquidem Syri, quae acceperunt, Macedones autem, quae nunc accipiunt, beneficia celebrant. Digna vero felici forte haec regio est, quae magnum tulerit Alexandrum, Parente utique, si quidem Jovis hic sit, praestantiorem. Nobis itaque de rebus tuis audire, *Paeanio* vero easdem spectare licebit. Tibi autem Syrorum ubique ratio est habenda, quibus primis tuam in imperando dexteritatem testatam fecisti. Quod si vero adversus omnes talem te praestare oportet, majus utique studium optimis quibusque fuerit probandum. *Paeanius* sane paucos sibi similes hic reliquit. Gravia vero esse, quae eum ad iter hoc faciendum compulerunt, ex ipsa hac navigatione conjicias, qui fluctibus se non commisisset, si levioris illa fuissent momenti. Quamvis vero molesti sint fluctus, terra tamen non multo est tolerabilior, si quis intra multos dies exiguum viae spatium emetiatur. Explora itaque amicum nostrum, sed non Daedali more. Cum enim celeriter veniat, quo festinat, non minus etiam consequi aliquid celeriter possit. Quod si ad haec opem illi tuleris, ex iis, quae hinc consequentur, laudes reportabis.

Ἔδει καὶ τὴν Εὐρώπην ἀπολαῦσαι τῶν σῶν τρόπων, καί σε ἔδωκεν ἀδελφὸς ἀδελφῷ, ποταμὸς ποταμῷ, Εὐφράτης Πηνειῷ (2) Γαλάταις δὲ ἀμφοτέρωθεν ἡ δόξα. Σύροι μὲν, ἃ εὖ πεπόνθασιν, ᾄδοντες, Μακεδόνες δὲ, ἃ εὖ πάσχουσιν. Ἔστι δὲ ἀξία εὖ πάσχειν γῆ, τὸν μέγαν ἐνεγκοῦσα Ἀλέξανδρον, κρείττω μὲν τοῦ πατρὸς, εἰ δὴ οὗτός γε τοῦ Διός (3). Ἡμῖν μὲν οὖν ἀκούειν, Παιανίῳ (4) δὲ καὶ ὁρᾷν ὑπάρξει τὰ σά. Σοὶ δὲ Σύρων ἐπιμελητέον πανταχοῦ, παρ' οἷς πρώτοις ἐπεδείξω τὴν περὶ τὸ ἄρχειν ἀρετήν. Εἰ δὲ περὶ πάντας οὕτως ἐκτέον, περί γε τοὺς ἀρίστους πολὺ μᾶλλον σπουδαστέον. Παιάνιος οὐ πολλοὺς αὐτῷ παραπλησίους ἐνθάδε καταλέλοιπεν, ὃν ὅτι μὲν μεγάλα τὰ κινήσαντα μάθοις ἂν καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ πεπλευκέναι, ὃς μικρῶν γε ὄντων οὐκ ἔσθ' ὅπως ἂν ἠνέσχετο κυμάτων. Λυπηρῶν δὲ ὄντων τῶν κυμάτων οὐ πολὺ κουφότερον ἤπειρος, ὅταν τις ἐν πολλαῖς ἡμέραις μικρὸν ἀνύσῃ μέτρον. Πείρασον (5) οὖν ἡμῖν τὸν ἑταῖρον; οὐ τὸν Δαιδάλου τρόπον (6). ἀλλ' οἶσθα, ὃ βούλομαι. Ἐν μὲν γὰρ τῷ ταχέως ἐλθεῖν, οἷ σπεύδει, καὶ τυχεῖν τοιοῦτός ἐστιν. εἰ δὲ εἰς τοῦτο συλλάβοις, λήψῃ καὶ τῶν ἐντεῦθεν ἐκβαινόντων τὴν δόξαν.

EUTOLMIO.

MCCXXII. ἘΥΤΟΛΜΙΩι.

Quod scribis, laudo; quod vero cum pudore quodam id facis, culpo. Hoc enim nec amici est, nec Rhetoris. Si enim dicere tibi grave accidit, aquilis etiam volare accidet. *Leontium* nemo ab illo, quo literas tuas accepi, die inter eos numeraverit, qui mercedem mihi non tulerint. Magnam enim persolvit, & quantam alius nemo. Propter eum enim tuam habere epistolam, quovis mihi auro carius est. Eum interim a te ad labores vo-

Τοῦ μὲν ἐπιστέλλειν σε ἐπαινῶ. τὸ δὲ σὺν ὄκνῳ μέμφομαι. Οὔτε γὰρ φίλου τοῦτό γε οὔτε ῥήτορος. Εἰ γάρ σοι τὸ λέγειν δέος ἔχει, καὶ τοῖς ἀετοῖς τὸ πέτεσθαι. Τὸν δὲ Λεόντιον ἀπὸ τῆς τῶν γραμμάτων ἡμέρας οὐδεὶς ἔτ' ἐν οἱ τελοῦσι μισθὸν ἀριθμήσειε. τετέλεκε γὰρ μέγαν, καὶ ὅσον οὐκ ἄλλος. Τὸ γὰρ σὴν δι' ἐκεῖνον ἔχειν ἐπιστολὴν μεῖζον ὁπόσου βούλει χρυσίου. Τὸ μέντοι καλεῖσθαι αὐτὸν ἐπ' ἄθλους ὑπὸ σοῦ, τὸ δὲ τῇδε ἐλάσθαι, φιλολόγου

EP. MCCXX. (1) Non magis video, quid sibi velit hic Libanius, quam intelligo, qua occasione ab ipso scripta sit haec epistola.

EP. MCCXXI. (1) Suspectum mihi hoc nomen est. Fortasse scribendum est *Artabio*, ad quem exstat *Juliani* Imp. epistola n. 7. (2) Peneus Thessaliae est fluvius, qui a *Callimacho* in Delum v. 110. *Ovidio* & *Aeliano* magnus appellatur. Eum proinde noster recte cum Euphrate confert. Lege plura apud *Ezech. Spanhemium* ad Callimachum in Delum v. 105. (3) Talis scilicet est creditus. Onesicrates apud *Palladium* de Bragmanibus p. 22. υἱὸν τοῦ Διὸς τοῦ μεγάλου vocat, quem tamen ibidem ideo ridet, & argumentis in medium allatis confutat Dandamis. (4) *Paeanius* ille est, de quo supra ad ep. 1180. diximus. (5) Scriptum erat πείρασον, quod sic putavi emendandum. (6) Hoc, puto, vult, ne vel nimia arte, vel longiori tempore adversus Paeanium utatur. Utrumque enim horum Daedali opera referebant.

γε μὲν ἴσως, οὐ μὴν καλῶς εἰδότος τὰ αὑτοῦ (1). Νῦν γὰρ δὴ μάλιστ' ἂν αὐτῷ πλεῖστα τῶν δικῶν ἐγένετο καὶ ἀργύριον. Ὁ δ' οἶμαι τὸ τοῦ Ἰσοκράτους πείσεται. παρόντι μὲν οὐ χρήσεται καιρῷ, παρελθόντος δὲ μεμνήσεται (2). Μὴ γοῦν ἀπῇς καλῶν, ἕως ἂν αὐτὸν εὖ φρονῆσαι καταναγκάσῃς. μηδ' αὖ τοὺς (3) ὄντας ἡμῖν ὑπὸ σοὶ τῶν ἑταίρων ἀγνόει. οἷς βραχὺς μὲν ἡμῶν ὁ λόγος, οἵγε οὐδὲ ἐπιστέλλουσι. Βουλοίμην δ' ἄν τι γενέσθαι περὶ τῆς σῆς ἀρχῆς ἀγαθόν. Καὶ γὰρ εἰ ἀγνώμονες, ἀλλ' ἑταῖροι.

vocatum ea quae hic sunt, praetulisse, id quidem philologi est, non vero hominis, qui rebus suis recte consulere possit. Jam enim & fori usum maximum & argentum sibi comparasset. Puto vero, *Isocratis* illud usu ipsi venturum: praesenti occasione non utetur, elapsam vero quaeret. Itaque vocare illum ne desinas, donec ad rectius sentiendum compellas. Memineris vero etiam illorum, qui sub tuis auspiciis vivunt, amicorum. Illi quidem nostri rationem adeo parvam habent, ut ne scribant quidem. Interim tamen eos imperii tui fructum aliquem capere velim. Quamvis enim ingrati sint, sunt tamen amici.

MCCXIII. ΘΕΜΙΣΤΙΩι.

Ἀκόντιος ἀδελφὸς Ἀντωνίου τοῦ Ἀρμενίου, τὸν δὲ Ἀντώνιον αὐτὸς μὲν, ἔτι παῖς ὤν, τῇδε ἔγνων, σὺ δὲ ἀνὴρ, ὅτ' ἦλθεν ἐκεῖσε. καὶ ἦν ἡμῖν ἡ σπουδὴ, τὸν ἄνδρα ἀρέσαι λόγοις. Τούτου τοίνυν ἀδελφὸς Ἀκόντιος ὢν, κηδεστὴς Εὐτροπίου (1) γίνεται τοῦ ἀδελφοῦ Κέλσου, πάνυ χρηστὸς ἀνὴρ, καὶ τὸ μηδένα λυπεῖν μεμελετηκώς. Ἀρχὴν δέ τινα πάλαι λαβὼν, καὶ οὐκ εἰσπράξας τούς γε οὐ δυναμένους θεῖναι, νῦν εἰσπράττεται μόνος, ὁπόσον ὀφείλουσι πολλαὶ μυριάδες ἀνθρώπων. τὸ δέ ἐστι χρυσοῦ μέτρον, Πακτωλοῦ (2) τινος δεόμενον καὶ Τμώλου τοῦ Ἰνδικῆς. Ἀκοντίῳ δὲ χρήματα οὐκ ἔστι, πλὴν τῶν ἱματίων, καὶ δυοῖν δακτυλίοιν, καὶ τοῦ τὴν χλαμύδα κατὰ τὸν ὦμον συνέχοντος χρυσίου, θυγατρός τε χρηστῆς, ἣ τὰ τῆς μητρὸς κληρονομήσασα τὸν πατέρα τρέφει. Εἰ μὲν οὖν τὸ διασπασθῆναι τὸν Ἀκόντιον χρυσὸν οἴσει, διασπάσθω, καὶ ῥείτω χρυσός. εἰ δ' ἀπολεῖται μόνον, βοήθησον, ὅ, τι ἔχεις. Ἔχεις δὲ δύναμιν ἀπὸ τῆς δόξης καὶ τῶν λόγων, ὧν τε ἄλλων, καὶ ὧν ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος ἔδειξας. Πολλοὺς δὲ ἀκούω τοιαῦτα διαφυγεῖν κύματα τῇ τῶν ἐπικουρούντων προθυμίᾳ. Τὰ μὲν γὰρ πρῶτα φοβερὰ, καὶ πᾶν εἶδος ἀνάγκης. εἰ δ' ὁ διδάσκων ἔστη, γίγνεταί τις γαλήνη. Τήν τε οὖν γαλήνην ταύτην ἡμῖν ἔργασαι, καὶ λόγον τόν τε νῦν, τόν τε πρὸ τοῦδε πέμπειν. Πάνυ γὰρ ἐπιθυμῶ σου τὴν εὕρεσιν καὶ ἰδεῖν, καὶ θαυμάσαι.

THEMISTIO.

Acontius Antonini, Armeni, frater est. *Antonium* illum puer ego cognitum hic habui, tu vero vir factus, cum illuc veniret. Nobis quidem tunc eloquentia virum delinire cordi erat. Hujus igitur frater *Acontius* socer factus est *Eutropii*, fratris *Celsi*, vir sane probissimus, & neminem laedendi studiosissimus. Ille vero magistratu jam pridem functus, pecuniam ab illis, qui dare non possent, nunquam exegit, ab eo autem tantum nunc exigitur, quantum multa hominum millia pendere deberent. Tanta autem auri summa Pactolum aliquem aut Tmolum Indiae requirit. Jam *Acontio* nullae suppetunt opes, praeter vestes, duosque annulos fibulamque auream, quae chlamydem humero subnectit, bonam denique filiam, patrem ex bonis maternis nutrientem. Quod si itaque *Acontius* discerptus aurum fundere posse creditur, discerpatur, ut aurum profluat; sin vero ipse sic tantum pereat; juva quaeso, quoad potes. Potes vero pro celebritate tua dicendique facultate, quam tum alias, tum sub hyemis initium, demonstrasti. Audio vero, multos fluctus hujusmodi Patronorum benevolentia superasse. Initia enim terroris aliquid habent, & vim omnem adhibent. Ubi vero monitor exoritur, pacatam videas tempestatem. Hanc itaque tranquillitatem tu para, & orationem, quam & nunc & olim recitasti, mitte. Inventionem enim tuam & perspicere & mirari valde aveo.

MCCXIV. ἈΝΩΝΥΜΩι.

Ἀκούω, τὸν πικρὸν Σαβέντιον, ἃ πρῴην ὤδινε καθ' ἡμῶν, νῦν ἐν λόγῳ συνθέντα προφέρειν. Λόγος καὶ τοὺς εἰς ἀκοὴν καθισταμένους ἀηδιζομένους ἀποστρέφειν τὰ ὦτα τῶν ληρημάτων τἀνδρός. Εἰ δέ τινες εἶεν, οἳ ἐπιστρέφονται, καὶ τούτους εἶναι τῶν οὐκ ὀρθῶς τοῖς πράγμασι διαιτώντων. Ἤγγειλε δέ τις καὶ τῶν ἡκόντων Κολώνη-

θεν

ANONYMO.

Acerbissimum *Sabentium*, ea, quae olim contra nos parturiit, singulari oratione divulgasse nunc audio. Nunciatur quoque, eos, qui ad audiendum fuerant invitati, offensos, aures suas ab hominis nugis avertisse. Quod si vero fuerint, qui aures adverterent, eos tales esse, qui inepti causae sint arbitri. Venit etiam Colonis, qui referret, *Sabentium* non

alia

EP. MCCXXII. (1) Haec ita puto accipienda, quod *Eutolmius Leontium* ad causas in foro agendas admovere voluerit, quando hic eloquentiae & literis amplius operari Antiochiae maluerit. (2) *Isocrates* in Panegyrico p. 74. Operum edit. Wolfianae ita: οὐ γὰρ αἰσχρὸν παρόντα μὲν (καιροῦ) μὴ χρῆσθαι, παρελθόντος δὲ αὐτοῦ μεμνῆσθαι. (3) Sic scripsi pro αὐτοὺς, quod erat in *Medic.* D.

EP. MCCXXIII. (1) De *Eutropio* hoc lege nos supra ad ep. 1202. n. 1. *Ammianus* XXIX. 1. p. 554. *Eutropium* quendam Asiam Proconsularem potestate obtinuisse testatur. Atque ad hunc *Valesius* ibidem hanc epistolam refert, eumque a Scriptore Breviarii Historiae Romanae non diversum esse, dubius tamen, suspicatur. Ejusdem meminit *Gregorius Nazianzenus* ep. 137. & magnum appellat. (2) Vide nos supra ad ep. 1237. n. 3.

E P.

alia de causa linguam in nos criminandos acuisse, quam, quod nos antea hominem instrumentum in jus vocavimus, cum poenam nobis, optimo jure usis, intenderet. Qui igitur furoris delatus est homo, qui ea nobis impegerit, quae ne per somnium quidem differre ullibi in animum induximus? Talia quidem qui mihi, ab ejusmodi calumniis semper puro impingi audiat, non puto fore quenquam, qui non simul meas rationes ejus illis non superiores esse fateatur. Eundem vero malitiae mercedem mox accepturum esse, praeter eos, qui nullum aurium sensum habent, omnes profiteri crediderim. Non satis vero perspectum habeo, an non & illi ipsi, paulo post poenitudine ducti, quod se male decipi permiserint, illorum, qui justum tulerunt suffragium, partibus se sint juncturi; vel non potius in illis, a quibus se decipi non viderunt, permanentes, justas poenas, si non in praesenti, saltem inposterum daturi sint. Si quis vero eorum, qui singulorum de me judicia curare voluerit, scire velit, quomodo ipse ego adfectus sim, is quidem me nihil aliud occentantem audiverit, quam illud: *non curat Hippoclides.*

θεν (1), οὐχ ἑτέρωθεν Σαλεύτου γλῶτταν ἐφ' ἡμᾶς κινῆσαι κατήγορον, ἢ ὡς ἡμεῖς γε πρότερον ἐδικασάμεθα τῷ παραπλῆγι (2) τῷ τῷ ἡμετέρῳ δικαίῳ διαφθείροντι ἐπιτετευχότι τίσιν. Οἱ μὲν οὖν μανέντα ἀφῆκαν ὁ ἄνθρωπος ἐπιχειρήσας, ἃ μηδ' ὄναρ πώποτε πρὸς ὅντινοῦν ἡμᾶς διαβαλεῖν εἰλόμεθα; Ταῦτα τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ καθαρεύουσιν ἐφιστάναι οὐδένα τῶν νῦν ἐχόντων οἶμαι ἀκούσαντα μὴ πάσας, εἴ τινες εἰσιν, ὑπερβαλεῖν τὰς αὐτοῦ ἀποφήνασθαι (3). Ὅτι δὲ οὐκ εἰς μακρὸν τὰ τῆς κακίας ἐπίχειρα λήψεται, πλὴν τῶν ἐκβεβυσμένων τὰ ὦτα, πάντας ὁμολογοῦσι φαίνεσθαι ἔγωγε. Πλὴν ἀλλ' οὐδ' ἐκείνους σαφῶς οὐκ οἶδα, εἰ μετ' οὐ πολὺ μεταμελήσουσι τῇ ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀπάτῃ οὐ τῶν ἐφιστάντων χρηστοῖς ψήφοις ἐσομένους χωρίς, ἢ, οἷς τινες οὐκ ᾔσθοντο παραχθέντες, ἐμμείναντας τὰς ἀξίας δίκας εἰ καὶ μὴ κατόπιν, ἀλλ' ἐν εἰσόπιν θ' ὑφέξονται. Ἐγὼ δὲ αὐτὸς εἴ τις ἀξιοίη τῶν νῦν προσέχειν πρὸς τὰ ἑκάστῳ περὶ ἐμοῦ δοκοῦντα, ὅπως διάκειμαι, μάθοι γ' ἄν, οὐκ ἄλλο ἐπᾴδοντα, ὅτι μὴ τὸ, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ (4).

THEODORO.

MCCXXV. ΘΕΟΔΩΡΩ.

Tempus nunc est, ut Nilum parvum appelles fluvium, quando te ipsum eloquentia esse ais parvum. Nos quidem in ceteris fidem tibi habebimus, in hoc vero uno minime omnium. Te quidem fortasse decet, ut te ipsum non laudes: nos vero non omnes, quas habes, dotes nosse videri quomodo tandem decuerit? Nonne enim tu *Theodorus* ille es, qui multo labore magnam eloquentiae copiam Athenis tibi compararis, externis etiam, postquam inde allata est, illustrem, quique praeterea nobis orationem, quam recitasti, instar calcaris admoveris? Miror vero, te non perspicere, quod, quando non magna te scire profiteris, & nihilominus talia scribis, mendacii sis convictus, ipsa hac scriptione tua ea, quae scripsisti, confutans. Adeo etiamsi vehementer velis, dicere nihil, quod non egregium sit, potes. Ceterum juvenes illos, quos nobis commendas, amamus, quia & ipsi suo literarum desiderio nos cohortantur.

Ἐρεῖς σοι τὸν Νεῖλον μακρὸν καλεῖν ποταμὸν, ὅπου (1) καὶ σαυτὸν μακρὸν εἶναι φὴς ἐν λόγοις. Ἡμεῖς δὲ τὰ μὲν ἄλλα σοι πιστεύσομεν, τουτὶ δὲ μόνον ἀπιστήσομεν. Σοὶ μὲν γὰρ ἴσως καλὸν μὴ σαυτὸν ἐγκωμιάζειν. ἡμῖν δὲ μὴ πᾶν, ὅσον ἐν σοὶ, δοκεῖν (2) εἰδέναι, πῶς (3) καλόν; Ἢ (4) γὰρ οὐ σὺ Θεόδωρος ἐκεῖνος, ὁ πολλῶν μὲν πόνων πολλοὺς λόγους ἐωνημένος Ἀθήνησι, πρὸς δὲ τοὺς ἔξω λαμπροὺς, ἀφ' ὧν ἐκεῖθεν ἐκόμιζες, ἡμῖν δὲ ἀντὶ κέντρου ποιήσας, ὃν ἀνέγνως, ἀγῶνα; Θαυμάζω δὲ, ὅπως οὐκ οἶσθ', ὡς (5) λέγειν μὲν μὴ μεγάλα εἰδέναι, τοιαῦτα δὲ ἐπιστέλλειν, ψευδόμενος ἁλίσκῃ, τοῖς γεγραμμένοις αὐτοῖς ἐλέγχων τὰ γεγραμμένα. Οὑτωσὶ μὲν οὖν (6) οὐδ' εἰ πάνυ βούλοιο, δύναιο ἂν εἰπεῖν τι μὴ καλόν. Τοὺς νέους δὲ, ὑπὲρ ὧν (7) παρακαλεῖς, φιλοῦμεν, ὅτι καὶ αὐτοὶ παρακαλοῦσιν ἡμᾶς οἷς (8) ἐπιθυμοῦσιν.

AMPHILOCHIO EPISCOPO.

MCCXXVI. ἈΜΦΙΛΟΧΙῼ ἘΠΙΣΚΟΠῼ. (1)

Contristatum me, idque vehementer, profiteor,

Ὁμολογῶ καὶ (2) λελυπῆσθαι, καὶ λίαν, ὡς ἐπιθέμενον

EP. MCCXXIV. (1) *Colonarum* nomen variis urbibus commune fuit. Eas recitat *Strabo* lib. XIII. p. 882. Alia fuit agri Lampsaceni, alia ad Hellespontum; aliae in Erythraea, Phocide & Thessalia. Non dixerim, quam harum noster indicet. (2) De voce hac lege *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Plutum v. 242. (3) Periodus haec librarii socordiam testatam facere videtur. (4) Proverbium est pervulgatum de quo *Erasmus* p. 140. Adde *Phrynichum* de Vocibus Atticis.
Epistola proxime sequens est ex MEDICEO E.

EP. MCCXXV. (1) ὅπου γε, *Vatic.* A. B. (2) δοκεῖ, *Medic.* δοκεῖν rectius *Vatic.* uterque. (3) πῶς *iidem* pro πᾶν *Medicei*, quod ex πᾶν proxime antecedenti natum est. (4) Sic iterum cum *iisdem* pro ἡ *Medicei.* (5) εἶτα οὐδὲ, ὅτι, *iidem.* (6) ἂν abest ibidem. (7) ἐν ὑμῖν *Vatic.* B. ex addimento recenti. (8) i. e. τούτοις, ὧν ἐπιθυμοῦσι.
Sequentes debentur MEDICEO F.

EP. MCCXXVI. (1) Ita addito *Episcopi* nomine inscribitur haec epistola in *Medic.* F. & *Bodlejana* aliquo inter Pembrochianos. Itaque non dubito, *Amphilochium*, Iconiensem Praesulem innui, quem invitum noster ait ad dignitatem illam evectum. Exstant praeterea duae nostri ad Amphilochium epistolae, nempe 549 & 585. 2. quem tamen ab Episcopo illo distinguendum esse ibi ostendisse mihi videor. (2) καὶ omittitur in *Pembroch.* (3) ἐπι

μίαν (3), ἐφ' ἔτυχε σε ἥκειν, καὶ συνηγμένην, καί μοι τοῦτο μάλιστα τοὺς ἐχθροὺς ἐοίκεν (4) ἀπολωλέναι. Ὁπότε γάρ σου μνησθείην, καὶ τῶν σῶν ἀγώνων, ἔφυγον οἱ θρασεῖς. Ἕως μὲν οὖν ἤκουον ἐν ἀγρῷ σε καθῆσθαι, καὶ τὸ ῥεῦμα ἑστάναι τὸ πολὺ ἐκεῖνο καὶ καλὸν, τὰ τῶν ἐζημιῶσθαι πεπεισμένων ἐποίουν. Ἐπεὶ δὲ πάλιν (5) ἐπυθόμην ἁρπαγήν τε γενέσθαι καλὴν, καὶ εἶναί σε ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ δεδόσθαι τινὰ ἀφορμὴν πρὸς τὸ χρῆσθαι τοῖς λόγοις, ἥσθην, καὶ τούς τε ἡρπακότας ἐπαινῶ, καὶ πάλιν τὴν σὴν ἡγοῦμαι καρποῦσθαι ψυχήν. Ἀκούω γὰρ, ὡς κινεῖς μὲν τὸν ὄχλον, πολὺ δὲ τὸ θαῦμα, λαμπραὶ δὲ αἱ βοαὶ, καὶ οὐκ ἀπιστῶ. Τίς γὰρ ἂν εἴης νῦν, ὃς καὶ, ἡνίκα ἐφοίτας, πηδᾷν ἐποίεις τοὺς γέροντας. Ἀντίοχος δὲ καὶ ὁ τούτου κηδεστὴς ὁ ῥήτωρ σφᾶς τε καὶ τὴν πόλιν μακαρίζουσι τοῦ κτήματος, μείζω δὲ ἢ τὴν τῶν ἄλλων ἡγοῦνται, διὰ τὸ σοῦ τε καὶ τῆς σῆς σοφίας ἀπολαύειν. οἵ τε παῖδες Ἀντιόχου, τῆς δὲ τοῦ ῥήτορος γυναικὸς ἀδελφοὶ πλείοσι νῦν χρῶνται τοῖς περὶ τοὺς λόγους πόνοις, ἐννοοῦντες, οἷος αὐτοῖς ἐν τῇ πατρίδι κάθηται λογιστής.

fiteor, quando relatum mihi fuit, ad alia omnia te converti, & siluisse; hoc enim ad vincendos hostes maxime mihi proderat. Quoties enim tui tuorumque laborum mentionem faciebam; toties audaciores illi fugiebant. Quamdiu itaque audiebam in agris te versari, & copiosum illud ac pulchrum eloquentiae flumen stitisse, ea feci, quae facere solent, qui magnam se jacturam fecisse arbitrantur. Postquam vero contra haec intellexi, honestam rapinam esse factam, teque in Praesulis sede collocatum, occasionem testandae eloquentiae nactum esse, exsultavi. Itaque raptores illos probo, ingeniique tui fructum me iterum percipere existimo. Audio enim, te percellere dicendo populum, magnamque tui esse admirationem, plaususque illustres. Nec fidem ego non habeo. Qualem enim te nunc esse oportet, qui, scholas adhuc frequentans, senes etiam ad plausum provocabas! *Antiochus* quoque, & Rhetor, illius gener, & se & urbem vestram felices ex tanto bono praedicant eandemque majorem aliis habent, ideo quod te ac sapientia tua fruatur. *Antiochi* porro filii, & fratres uxoris Rhetoris, majorem eloquentiae operam impendunt, recogitantes, qualis in patria sit literarum existimator.

MCCXXVII. ὈΠΤΙΜΩι ἘΠΙΣΚΟΠΩι ΓΕΝΟΜΕΝΩι (1)

Ἔστι τὰ δεύτερα βελτίω (2). Τί γὰρ ἔδει μάχεσθαί σοι καὶ λυπεῖν ἄνδρα, τὸν οὐδεπώποτε λυπήσαντα. Σὺ γὰρ δὴ ἐκεῖνος Ὄπτιμος (3), ὁ πρᾳότατος, ὃν ἡδέως ἑώρων, ἤν τε δέλτῳ (4) λόγους καὶ ἄνευ ταύτης κομίζοντα (5). Σὺ δὲ ἐκεῖνος ὁ καθαρὰν φυλάξας τὴν τῶν Ἑλλήνων φωνὴν, ὁ λόγους οἴκοι δείξας, ἐν οἷς καὶ αὐτὸς ἐδιωκόμην. Ἤκουσα (6) δὲ καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις, ὡς εἷλκε μὲν ἡ πόλις ἐπ' ἐκεῖνόν σε τὸν θρόνον, σὺ δὲ φεύγων οὐκ εἶχες διαφυγεῖν, οὔτε βοαῖς, οὔτε δάκρυσιν (7). Ἡσθόμην οὖν, ἔχοντός σου καὶ νῦν, ἐφ' ᾧ χρήσῃ τοῖς λόγοις ἐκεῖ. Κίνει τοίνυν πρὸς ἔπαινον τὸν ὄχλον, καὶ ὁ ῥήτωρ κἀνταῦθα φανήσῃ (8). Εἰ δέ σοι ἡδὺ, τὸ, ἡδίω (9) με ποιεῖν, ἐπίστελλε. κἂν ᾖ τις ὅμοιος νεανίας Ῥωμανῷ (10), πέμπε. Περὶ γὰρ δὴ τοὺς τοιούτους οὐκ ἂν τηνάλλως ἀναλωθείη πόνος.

OPTIMO, facto EPISCOPO.

Secunda sunt meliora. Cur enim oppugnares & adfligeres hominem, qui nunquam te offendisset? Tu sane *Optimus* ille es, mansuetissimus, quem libenter orationes vel scriptas, vel non scriptas adferentem videbam. Tu porro is es, qui Graecorum linguam puram servasti, quique orationes eas in patria recitasti, quibus & ipse ego sum celebratus. Audivi vero etiam, quae postea evenerunt, urbem nempe te ad Praesulis dignitatem provexisse, teque fugientem nec clamoribus nec lacrymis eam subterfugere potuisse. Laetatus itaque sum, quod nunc occasionem habeas, qua ibi locorum eloquentia uti possis. Permove igitur populum ad te laudandum, & Rhetorem te ibi quoque praesta. Si vero jucundum tibi fuerit, me quoque hilariorem esse, literas ad me scribe, &, si quis juvenis *Romano* fuerit similis, mitte. In hujusmodi enim juvenibus opera non frustra collocatur.

MCCXXVIII. ARI-

(3) ἐπυθόμην, *idem.* (4) Ita codex: verti ego, quasi legeretur, ἐῴκει; sed nec sic mihi satisfacio. (5) πάλιν, contra haec, ut *Matth.* IV. 7.

EP. MCCXXVII. (1) *Medic.* F. habet Ὀπίμῳ E. r. at *Pembrochianus*: πρὸς Ὄπτιμον Ἐπίσκοπον γενόμενον. *Optimi* nomen rectum est. Hujus enim nominis Episcopus Antiochenus fuit, & Libanii quidem aetate. Patet illud ex Testamento S. *Gregorii Nazianzeni*, quod in appendice Tomi I. Operum ejus legitur. Huic enim A. C. 381. exarato praeter *Amphilochium* Iconensem, *Theodosium* Idae, & alios, subscripsit *Optimus* Antiochenus. Ejusdem mentio est in Edicto Theodosii contra Arianos eodem, quem dixi, anno promulgato, quod exstat in Codice Theodosiano lib. XVI. tit. 1. de Fide Catholica Lege III. Confer Concilia Phil. Labbei Tom. II. edit. Paris. p. 973. (2) Proverbium hoc alias à nostro ita effertur: δευτέρων ἀμεινόνων. (3) Et hic in *Medic.* Ὄπιμος. (4) τῇ δέλτῳ, *Pembroch.* (5) Ex his verbis recte colligas, Optimum hunc Libanii fuisse discipulum. (6) ἤκουσας, *Medic.* (7) Ad eos itaque pertinet ex veteribus, qui Praesulatus dignitatem aversati sunt. Eos praeter *Casp. Zieglerum* alii commemorarunt. (8) φανήσῃ, *Pembroch.* (9) ἡδίω, *idem.* (10) Hunc scilicet *Optimus* tanquam futurum discipulum Libanio videtur commendasse.

EP.

ARISTOPHANI.

Parum nos a mortuis differre existimo, quibus nec scribere ad se invicem liceat. Tantum temporis jam excessit. Neque enim ego, quae tu agas, discere possum: & tibi fortasse idem quod ad res meas usu venit. De meis quidem rebus omnia tristia, molesta omnia, omnia lacrymis digna nunciari possunt: quae graviora erant futura, nisi praesens nobis fuisset, qui modo tecum versatur, nobis relictis. Cum *Pergamio* enim sermones faciens cor meum, quod ajunt, in sinum ejus effundere poteram, levarique me sentiebam. Argumenta enim in promtu habebat, quae tristitiam amoliri possent; si non omnem, saltem ex aliqua parte. Sed tu eum nunc vides. Corinthus eum ad se pertrahit, & Lacedaemon, & *Aristophanes*, Laconum princeps, cui hoc militiae genus fortuna dedit sectari, cujus scopum novimus. Quod si *Pergamius* cito ad nos fuerit reversus, idem tuarum quoque rerum nobis erit interpres. Sin vero lotum in Graecia invenerit, omnino autem inveniet, tu tamen portum adito, & mercatoribus utere, qui literas tuas ad amicos perferant.

MCCXXVIII. ἈΡΙΣΤΟΦΑΝΕΙ. (1)

Μικρὸν ἡμᾶς ἡγῦμαι τῶν τεθνεώτων διαφέρειν, οἷς γε μηδὲ ἐπιστεῖλαι πρὸς ἀλλήλους. Τοσῦτον ἐξεγένετο χρόνου. Οὔτε γὰρ ἐγὼ, ὅ, τι πράττεις, ἔχω εἰδέναι, οὔτε (2) ἴσως ταυτὸν εἰς ἐμὲ πέπονθας. Τὰ μὲν ὖν (3) ἡμέτερα τῶν ἀπαγγελῦντα (4) ἔχει πάντα δυσχερῆ, πάντα ἀλγεινὰ, πάντα δακρύων ἄξια. ἃ δυσφορώτερα ἂν ἦν, εἰ μὴ παρῆν ἡμῖν, ὁ νῦν σοι μὲν συνὼν, ἡμᾶς δὲ ἀπολιπών. Περγαμίῳ (5) γὰρ διαλεγόμενον ἐξῆν μὲν εἰπεῖν τὰ ἀπὸ καρδίας φασίν (6). Ὑπῆρχε δὲ ῥᾷον γενέσθαι. πολλοὶ γὰρ αὐτῷ λόγοι, δεινοὶ λύπην ἀπελεῖν. ἢ εἰ μὴ, τὸ σύμπαν μέρος γε αὐτῆς ἀφελεῖν. Ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς. Κόρινθος αὐτὸν ἕλκει καὶ Λακεδαίμων καὶ Ἀριστοφάνης τὸ Λακώνων κεφάλαιον, ᾧ καὶ τοῦτο ἡ τύχη βεβαιώθηκε, μεταχεῖν (7) στρατείας, ἧς τὸ πέρας ἴσμεν. Ἂν μὲν ὖν διὰ τάχους ὁ Περγάμιος ἀναστρέφῃ, καὶ τῶν ὑμετέρων (8) αὐτὸς ἔσται μηνυτής. εἰ δ' εὑρήσει λωτὸν (9) ἐν Ἑλλάδι, δῆλον δὲ ὡς εὑρήσει, σὺ δὲ εἰς λιμένα καταβὰς τοῖς ἐμπόροις χρῶ πρὸς τὸ ἐπιστέλλειν τοῖς φίλοις.

LEONAE.

Per longum tempus tacuisse, & nunc tandem scribere ratione utrinque non destituitur. Illud enim aegritudini animi debetur, quae ex eo nata est, quod commentationes illas non accepi: silentium vero tandem nostrum illarum desiderium rupit. Quando praeterea tibi nunc datum est frui consuetudine viri etiam ejusmodi, qui, ad vos modo proficiscens multa dicere posset, indignum mihi videbatur, si non & ipse ego te per eum alloquerer. Ajo itaque, primum quidem recte te agere, bonum te praestantem; deinde vero, *Olympium* te egregiarum tuarum molitionum habere laudatorem, qui & Rhetor disertissimus & Philosophus summus est, & non minus animis quam corporibus medicinam adhibet. Talis autem vir homini sapienti, quem laudat, Gygis opibus pretiosior haberi debet. Nam & mihi opes quidem non sunt, sed calculus ab eo profectus: ex quo pecuniosioribus illis mihi videor esse longe felicior. Si quam igitur mei rationem habes, indulge amanti, & opem fer. Si quid vero boni in illum contuleris, literis id mihi significa, cum posterius hoc non minus mihi jucundum sit futurum.

MCCXXIX. ΛΕΩΝΑι. (1)

Τὸ (2) πάλιν σιγῆσαι χρόνον, καὶ τὸ νῦν ἐπιστεῖλαι (3), λόγον ἐστὶν ἔχον (4) ἀμφότερα. Τὸ μὲν γὰρ ὑπ' ἀθυμίας ἐγένετο, ἣν τὸ μὴ λαβεῖν συγγράμματα ἐποίει. τὴν σιγὴν δὲ ἔλυε τὸ λίαν ἐπιθυμεῖν. Ἀλλὰ ταύτην γέ σοι συγγενέσθαι (5) τὴν συνουσίαν, πρὸς δὲ καὶ ἀνδρὸς (6), ὡς ὑμᾶς ἰόντος, ἐπισταμένου λέγειν, μὴ καὶ αὐτὸν εἰπεῖν τι δι' αὐτοῦ τῶν ἀτόπων ἐδόκει. Λέγω τοίνυν, ὅτι πρῶτον μὲν καλῶς (7) ποιεῖς, ἀγαθὸς ὤν, ἔπειθ' ὡς ὢν ἐπιτηδεύεις καλῶν, ἐπαινέτην ἔχεις Ὀλύμπιον, ἄνδρα καὶ ῥήτορα δεινὸν, καὶ φιλόσοφον ἄκρον, βοηθοῦντα ψυχαῖς οὐ μεῖον ἢ σώμασιν ἀπὸ τῶν φαρμάκων. ἀνὴρ δὲ τοιοῦτος ἐπαινέτης ἀνδρὶ σώφρονι τιμιώτερος τῶν Γύγου χρημάτων. ἐπεὶ καὶ αὐτῷ μοι χρήματα μὲν οὐκ ἔστιν, ἡ δὲ παρὰ τοῦδε ψῆφος. καὶ οἴομαι κατὰ τοῦτο τῶν πολυχρύσων εὐδαιμονέστερος εἶναι. Ἢν ὖν τι φροντίζῃς (8) περὶ ἐμοῦ, σύγγνωθί τε ἐραστῇ καὶ συλλαβοῦ. καὶ ὅ, τι ἂν εὖ ποιήσῃς, δήλωσον γράμμασι τὸ ἔργον, ὡς οὐχ ἧττον ἡ χάρις ἐν τῷ δευτέρῳ.

ARI- MCCXXX.

EP. MCCXXVIII. (1) Hunc de *Aristophane Corinthio* accipio, cui inscripta est ep. 1186. Mox enim Corinthi fit mentio. (2) οὐ δὲ, *Pembrochian.* (3) ὖν abest à *Medic.* F. (4) ἐπαγγελῦντα, *Pembroch.* male. (5) Vid. infra ep. 1324. (6) *Lucianus* in Jove Tragoedo: ἐμοῦ ἀκούετε ὦ θεοὶ τάχ' ἀπὸ καρδίας φασί. Confer *Erasmi* & aliorum Adagia p. 451. (7) ita *Pembrochian.* recte pro μαχεῖν *Medicei.* (8) ἡμετέρων, *Pembroch.* (9) Adludit ad proverbium: λωτὸν ἔφαγες, in eos dici solitum, qui, patriae obliti, diutius alibi commorarentur. Originem proverbii exponit Erasmus p. 294. Adagiorum.

Epistolas proxime sequentes debes Codici VATICANO A.

EP. MCCXXIX. (1) *Leonas* hic Quaestor fuit Sacri Palatii. Id quidem constat ex *Socratis* Hist. Eccles. II. 39. clarius vero ex *Ammiano* XX. 9. Ad utrumque locum lege *Valesium.* (2) Τό, τε *Vatic.* B. (3) *idem*, pro quo *Vatic.* A. ἐπὶ τὸ μακρὸν ἀποστεῖλαι λόγον, male utique, nec à prima manu. (4) ἔχον *Vatic.* A. B. quod tamen in A. per ἔχειν emendatur, forte non inepte. Malim tamen legere ἀμφότερα, & sic nostra lectio optime constabit. Ἔστιν ἔχον idem est, quod ἔχει. (5) Malim γενέσθαι: nam τὸ συν nasci facile potuit ex sequente voce συνουσίαν. (6) ὑπ' ἀνδρὸς *Vatic.* A. (7) καλῶ, *Vatic.* B. (8) φροντίζῃ, *Vatic.* B.

EP.

MCCXXX. ἈΡΙΣΤΑΙΝΕΤῼ.

Ἀκούω σε κεκαρτερηκέναι τὴν λύπην, καὶ εἶναί σοι περὶ τὸ μνῆμα τὴν διατριβήν (1). Ἐγὼ δὲ ὥσπερ μὴ λυπουμένην ᾐτιώμην ἄν, οὕτω σφόδρα λυπουμένην οὐκ ἐπαινῶ. Τὸ μὲν γὰρ οὐ (2) τῆς σῆς φύσεως, τὸ δὲ οὐ τῆς σῆς παιδεύσεως. Εἰ δ' οὖν δεῖ τινος καὶ παρ' ἄλλου παραμυθίας, πληρώσει ταύτην Ὀλύμπιος, ἀμφότερα ὢν ἀγαθὸς, ψυχάς τε καὶ σώματα νοσημάτων ἐλευθερῶν.

ARISTAENETO.

Moerorem te sibi obnoxium habere, teque juxta sepulchrum commorari audio. Ego vero ut culparem te nulla tristitia affectum; ita nimis contristatum non laudo. Alterum enim tuae non est indolis, alterum vero tuam doctrinam non decet. Quod si tamen ab alio solatium desideres, *Olympius* illud suggeret, qui, ad utrumque paratus, & animum & corpus a morbis liberare potest.

MCCXXXI. ΣΙΛΑΝῼ.

Τὰ μὲν δοκοῦντα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις μεγάλα δοῦναί σοι βουληθεὶς, οὐκ ἠδυνήθην, τὰ δὲ ὄντα μᾶλλον, ἢ δοκοῦντα. Ταυτὶ γὰρ δοῦναι δεδύνημαι (1). Δέχου φίλον ἄνδρα, πάσης ἀρετῆς γέμοντα, τὸν θαυμαστὸν Ὀλύμπιον.

SILANO.

Qui ea tibi libenter daturus fuissem, quae magna hominibus videntur, dare non potui, at dedi, quae talia potius sunt, quam videntur. Haec enim dare potui. Ceterum suscipe virum nobis amicum, & omni virtutis genere instructum, praestantissimum *Olympium*.

MCCXXXII. ἈΝΔΡΟΝΙΚῼ.

Οὐ δήπου καὶ νῦν με μακρὰν ἀπαιτήσεις ἐπιστολήν. Ἐγγὺς γὰρ ὁ τάτε ἐμὰ διδάξων (1), καί σοι συμβουλεύσων, ἃ ποιῶν ἀμείνων ἔσῃ.

ANDRONICO.

Nunc longam a me non desiderabis epistolam. Adest enim, qui de rebus meis exponet, atque ea suadebit, quae faciens rebus tuis rectius consules.

MCCXXXIII. ἘΥΣΕΒΙῼ.

Καὶ πρότερον ἐπέσταλκά σοι, καὶ νῦν προσαγορεύω. καὶ γράφων γε οὐ παύσομαι, πρὶν ἂν πρὸς ἀμοιβὰς ἐκκαλέσωμαι τὴν ἱερὰν κεφαλήν. πάντως δὲ οὐκ ἐπὶ μακροῖς ἄθλοις ἡ σπουδή.

EUSEBIO.

Et antea ad te scripsi, & nunc iterum alloquor. Neque scribere ante cessabo, quam tam sacrum caput ad vices reddendas provocavero. Neque vero in re levi labor versatur.

MCCXXXIV. ΠΑΛΛΑΔΙῼ.

Γράμματά σου ποθοῦμεν· σὺ δ' ἡμῖν ἐπιστείλαις, ὡς ἔρρωσαί τε καὶ τἄλλα πράττεις κατὰ νοῦν.

PALLADIO.

Literas tuas avide desideramus. Tu itaque scribe nobis, & valere te, & res ex voto agere.

MCCXXXV. ἘΥΠΑΤΟΡΙ.

Οἱ παῖδές σου τοὺς πόνους, ὡς ἐρίζει τὸ θέρος (1), ἐν τῇ Δάφνῃ (2) διαντλοῦσιν, ἡμῶν τοῦτο ἐφέντων, ὅπως ᾖ τῷ πονοῦντι παραμύθιον δένδρα, καὶ ὕδατα καὶ αὖραι. Ἢν οὖν τις αὐτοὺς διαβάλλῃ τῷ τόπῳ, συκοφάντης δοκείτω τῷ ἔργῳ. τὴν δ' ἐφ' ἑκατέρῳ γνώμην ἐμὴν ὁ φέρων σοι τὴν ἐπιστολὴν ἐρεῖ, δι' ὃν εὐδαίμονα σέ τε ἡγοῦμαι καὶ τοὺς υἱεῖς. Τῷ γὰρ ἀρίστῳ τῶν ἐπὶ γῆς Ὀλυμπίῳ τῆς σῆς οἰκίας μέλει.

EUPATORI.

Filii tui laboribus, quos aestas finit, in suburbio Daphne funguntur, nobis quidem id permittentibus, ut laborantibus & arbores & aquae & aëris temperies levamen adferant. Si quis igitur ex loco ipso eos criminari audeat, hic vere calumniari tibi videatur. Quae vero de utroque sentiam, ea tibi, qui hanc epistolam reddit, exponet. Propter eum & te & filios tuos inter felices numero. Familia enim tua *Olympio*, hominum optimo, curae est.

MCCXXXVI. E L-

EP. MCCXXX. (1) Haec ad uxoris *Aristaeneti* obitum pertinent, de quo noster aliquoties ad ingentem, solandi causa scripsit. (2) οὐ omittit *Vatic.* B. Praestat vero retineri; nam τὸ οὐ λυπεῖσθαι indolem Aristaeneti *non decere* ait.

EP. MCCXXXI. (1) *Silanus* nostri videtur discipulus olim fuisse, atque ab eo literas didicisse. Ceterum τὸ δοῦναι hic omittit *Vatic.* B. Verbum itaque hoc δοῦναι eodem sensu usurpatur, quo D. Paulus adhibet τὸ παρέδωκα 1 Cor. XI.23. ubi videbis *Curas* nostras.

EP. MCCXXXII. (1) Est ille procul dubio *Olympius*, quem superiore epistola appellat.

EP. MCCXXXV. (1) Aestate scilicet feriari nonnihil a literis severioribus solebant juvenes, quod ex nostri epistolis passim constat. (2) Daphne, Antiochiae suburbium, sylva & hortis amoenum. Vide nostri Antiochicum Tomo II. Orationum p. 349. & 380. sqq. item ejusdem *Monodiam* super Daphnaei Apollinis fano in ipso illo suburbio exusto, p. 185. sqq.

E P.

ELPIDIO.

Sperabam, fore, ut, simulac Praesidem apud nos esse audires, & ipse ad nos venires. Gravia enim erant, quibus angebaris. Illa vero averruncari oportebat; neque alia ratione poterant. Tu vero nec venturum te, nec causam, cur non venires, significasti. Si itaque praestare putas ibi manere, ubi manenti bene esse possit, bonis ominibus mane, & felicitate augere. Prospere enim si res egeris, magis nos delectas, quam absentia contristas. Si vero iter moleste ferens manes, cave, ne id quod jucundum nunc videtur, molestiam pariat.

MCCXXXVI. ἘΛΠΙΔΙῼ.

Ἐγώ σε ᾤμην εὐθὺς ἀκούσαντα παρ' ἡμῖν εἶναι τὸν ἄρχοντα καὶ αὐτὸν ἔσεσθαι παρ' ἡμῖν. οἷς τε γὰρ ἤχθου, μεγάλα ἦν, καὶ ταῦτα ἔδει λυθῆναι. καὶ ἄλλως οὐκ ἦν. σὺ δὲ τοῦ τε ἀφῖξαι, τοῦ τε μὴ ἥκειν τὴν αἰτίαν οὐκ ἐδήλωσας. Εἰ μὲν οὖν τὸ (1) καλὸν τίθη μένειν, οὗ μένοντα ἀπολαύειν ἔνι, μένε ἀγαθῇ τύχῃ (2), καὶ ἐμφοροῦ. πάντως τῷ γε εὐφραίνεσθαι πλέον ἡμᾶς εὐφραίνεις, ἢ τῷ μὴ παρεῖναι λυπεῖς (3). Εἰ δὲ ὄκνῳ τῆς πορείας κάθησαι, ὅρα, μὴ τὸ ἡδύ σοι τοῦτο ἀηδίας τέκῃ.

ANONYMO.

Nostine tu, & hoc laudi tibi admodum verti, quod nos ad te, in armis versantem, scribere audeamus? Hoc enim argumentum esse puto, te hostibus quidem asperum, amicis autem benignum esse. Hoc scilicet est, quod pridem decantatum est, eum, qui tua obit, & hoc & illud probare debere. Alios enim belli duces procul videre solemus, ubi vero nos intuentur, fugimus. Ad te vero libentius, quam ad Parentes, accedimus, &, si abieris, dolemus. Causa rei haec est, quod & rem militarem & Musarum illam es edoctus, quorum alterum victoriam in bellis largitur, alterum vero efficit, ut & in his vincas, & in illos, pro quibus pugnas, sis benignior. Pro hac indole tua *Dionysio* quoque huic manum porrigas, qui orbus factus est, postquam latrones parentem ejus trucidarunt. Ob hanc calamitatem fugiens ille multa amisit domi, facultatibus omnibus direptis. Interim etiam inops literis operam dedit. Jam vero tempus est, ut quaedam ex patrimonio suo accipiat, te quippe res administrante. Tu itaque juvenis calamitatem miseratus, studiumque ejus probans ope tua paupertatem ejus procul esse jubeto.

MCCXXXVII. ἈΝΩΝΥΜῼ (1).

Ἆρ' οἶσθα, ὅτι καὶ τοῦτό σοι πολλὴν εὐφημίαν ἔχει· τοὺς ἐν λόγοις ἡμᾶς τῷ περὶ τὰ ὅπλα σοι θαῤῥεῖν ἐπιστέλλειν; Σημεῖον μὲν γὰρ οἶμαι τοῦτο, τὸ χαλεπὸν μὲν τοῖς πολεμίοις, ἥμερον δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους εἶναι. Τοῦτο δὴ τὸ πάλαι ὑμνούμενον, ὅτι χρὴ τὸν ἄπειρ (2) σὺ μέτει, καὶ ταῦτα κἀκεῖνα (3) ἀγαθὸν εἶναι. Τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους στρατηγοὺς πόῤῥωθέν τι ὁρῶμεν, κἂν εἰς ἡμᾶς βλέψωσι, φεύγομεν. σοὶ δὲ ἥδιον ἢ τοῖς γονεῦσι προσίμεν, κἂν ἀπῇς, ἀλγοῦμεν. Αἴτιον δὲ, ὅτι πεπαίδευσαι μετὰ τῶν τακτικῶν τὰ Μουσῶν, ὧν τὸ μὲν νικᾶν ἐν πολέμοις παρέχει, τὸ δὲ νικᾶν τε ἐκεῖ καὶ πρᾶον εἶναι τούτοις, ὑπὲρ ὧν πολεμεῖς. Εἴη ἂν οὖν τρόπῳ σοι καὶ τῷ Διονυσίῳ τούτῳ χεῖρα ὀρέξαι, ὃς ὀρφανὸς μὲν ἐγένετο, λῃστῶν αὐτῷ τὸν πατέρα ἀποκτεινάντων. Διὰ δὲ τὴν συμφορὰν φυγὼν μὲν πολλὰ ἀπώλεσεν οἴκοι, διαρπασθείσης αὐτῷ τῆς οὐσίας. λόγοις δὲ ἐπέθετο, καὶ ταῦτα ἐν ἀπορίᾳ. καιρὸς δὲ αὐτῷ νῦν κομίσασθαί τι τῶν πατρῴων, ἐπειδὴ σὺ τῶν πραγμάτων κύριος. Τήν τε οὖν δυστυχίαν ἐλεήσας τοῦ νέου, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν θαυμάσας, λῦσον (4) αὐτῷ τὴν πενίαν τῇ βοηθείᾳ.

ARISTAENETO.

Quod nunc primum fiet, id jampridem fieri oportebat. *Spectatus* nunc *Aristaeneti* hospes erit, qualis ante non erat. Hoc vero commodum jacturam vobis paulo post pariturum videtur. Vos interim, admirati vos invicem, praeteritum tempus dolebitis. Quae ille de te audivit, talia sunt, ut amore tui ductus veniat. Quae vero tu apud illum deprehendes, sunt ejusmodi, ut abitum ejus aegre sis laturus. Fas interim est, ut haec ami-

MCCXXXVIII. ἈΡΙΣΤΑΙΝΕΤῼ.

Οἷον πρᾶγμα νῦν λήψεται τὴν ἀρχὴν, δίκαιον ἦν (1) ἀρχαῖον εἶναι. Νῦν Σπεκτάτος Ἀρισταινέτῳ ξένος ἔσται. περὶ τοῦδε οὐ σφόδρα. ταχὺ δὲ ἡμῖν (2) ἐκ τοῦ κέρδους ἡ ζημία φαίνεται (3). καὶ θαυμάζοντες ἀλλήλους τὸν προειμένον (4) αἰτιάσεσθε χρόνον. Ἃ μὲν οὖν οὗτος ἤκουσε περὶ σοῦ, τοιαῦτά ἐστιν, ὥστε ἐρῶν ἔρχεται. ἃ δὲ εὑρήσεις ἐν τούτῳ σὺ, τοιαῦτά ἐστιν, ὥστ' ἀπιόντος οὐκ οἴσεις. Ἄξιον δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα

EP. MCCXXXVI. (1) νι *Vatic.* A. quod cum νὸ permutat B. (2) ἀγαθὸ τύχῃ, *Vatic.* A. (3) Verbum hoc in *Vatic.* A. ita scriptum erat λυ. λυ. λυ. λυπεῖς.

EP. MCCXXXVII. (1) Ἀνεπίγραφος est in *Vatic.* B. In A. legis ...... ῳ. (2) ἄπειρ *Vatic.* B. Forte rectius legetur: οἷς περ σὺ μέτει. Ita enim Graeci alias. (3) *Vatic.* B. pro κακεῖνα, quod est in A. Sensus est, eum, qui ejusmodi res, quas ille, agat, non rem militarem tantum curare, sed & eruditorum rationem habere debere. (4) Sic scripsi pro λῦσαι, quod erat in *Vatic.* A.

EP. MCCXXXVIII. (1) ἦν pro ἂν, *Vatic.* B. & olim A. sed in hoc recte per ἦν emendatum. (2) Malim ὑμῖν. (3) Quae inde a vocibus περὶ τοῦδε usque ad φαίνεται leguntur, desiderantur in *Vatic.* B. (4) προειμένον, *Vatic.* B. ex emendatione non inconveniente.

ἄνδρα φιλίας πέρας σοι γενέσθαι τῆς λύπης, ἣν ἐπὶ τῇ γυναικὶ τρέφεις (5). Τὸ μὲν γὰρ Ἡρακλέους οὐ ποιήσει (6). οἶμαι δὲ οὐδ' Ἡρακλῆς ἐποίησεν, ἀλλ' ἡ Ἄλκηστις (7) ἀνιοῦσα (8) μῦθός ἐστιν (9). Ὅση δὲ ἀνθρώπου δύναμις (10), εἰς παραμυθίαν οὐδὲν ἀπολείψει (11).

amicitiae cum illo initia finem faciant tristitiae, quam ex uxoris obitu adhuc foves. Herculis enim illud non faciet; neque Herculem puto fecisse: Alcestis enim reversa fabulam olet. Nihil interim solatii, quod quidem ab homine proficisci possit, omittet.

MCCXXXIX. ἈΡΙΣΤΑΙΝΕΤῼ.

Ἡ μὲν λέξις τῶν ἐπιστολῶν ἔπεισεν ἡμᾶς, ὡς σύνει τῷ Πλάτωνι, τὸ δὲ ἀκμάζειν ἐν σοὶ τὴν ἀθυμίαν ἔτι, καὶ τὴν τρίχα πρὸς πένθος ἀνεῖσθαι, καὶ τὴν οἰκίαν, ὡς ἐπὶ χθὲς τῇ τελευτῇ συμβάσῃ διακεῖσθαι, ταῦτα δὲ οὐκέτι (1) πάνυ προσηκόμενα τῷ Πλάτωνι. καίτοι πολὺ βέλτιον ἂν ἦν, εἰ τὴν γνώμην μᾶλλον ἢ τὴν γλῶτταν (2) ἤσκησο. Σὺ μὲν οὖν οἴου σύμφωνα ταῦτα ποιεῖν, οἷς περὶ ζῶσαν ἔπραττες. εὐφραίνειν γὰρ δεῖ καὶ νῦν ὥσπερ καὶ τότε. Δοκεῖς δέ μοι ζῶσαν οὐδὲν λυπήσας, πάνυ τοῦτο δρᾷν εἰς ἀπελθοῦσαν. Εἰ γὰρ ὅπως σαυτὸν διαφθερεῖς (3) αἴσθοιτο μέγα ἂν στενάξαι τοσούτου κακοῦ δοῦσα ἀφορμήν. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων εἰ μὴ σαυτῷ διαλέξῃ, τάγε παρ' ἄλλων μάταια. Ἐγὼ δὲ ἃ νοσεῖν πλασάμενος ἔφυγον, ἥνπερ ἔφυγον πόλιν, ταῦτα ἐνθάδε νοσῶ. καὶ οὕτως ἄρα ἡδὺ πατρίς, ὥστε ἄμεινόν μοι τῇδε πεπονθέναι, ἢ παρ' ἐκείνοις ὑγιέστερον εἶναι Κρότωνος (4). Τὸ κακὸν δὲ πάλαι μὲν ἐπέκειτο τῇ κεφαλῇ, νῦν δὲ εἰς τοὺς νεφροὺς κατέβη. μᾶλλον δὲ τούτους μὲν ἰσχυρῶς πιέζει, τὴν δὲ οὐ τελέως ἠλευθέρωσεν. ἀλλ' ἐκεῖ τε μένει, καὶ τούτους ἐπείληφεν. Ἦρι (5) μὲν οὖν ἄνωθεν ἐρρύη, παντὶ δὲ ἐνέβαλε σθένει, φάρμακα δὲ πάντα ἠλέγχετο. καὶ ἰατροὶ τὴν μὲν ὑπερβολὴν ἐθαύμαζον, κωλύειν δὲ οὐκ εἶχον. καὶ διετελέσαμεν ἐνόντες αὐτῶν ταῖς χερσὶν, καὶ οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἀνεχόμεθα. Θεῶν δὲ ἄρα τις ἡμῖν εὔνοος (6), ὅστις ἐπειδὴ χρῆν με καμεῖν, ἔδωκε παραμύθιον τὴν Κληματίου παρουσίαν. Ἐλθὼν μὲν γὰρ εὐθὺς ἀκροάσεως μετέσχεν, ὃ ἦν ἐκείνῳ μὲν πάμμεγα, ἐμοὶ δὲ, οἷον οὐκ ἄλλο. Ἔπειθ' ὁ μὲν ὑπὲρ τὸν Εὐφράτην ἐλθὼν τὰ Περσῶν σκεψόμενος, ἐπειδὴ ἐπῄεσαν, ἀναστρέψας ὀξέως παρεσκεύασε Στρατήγιον πρᾶξαι ταῦτα, ἀφ' ὧν ἐκεῖνοι ταχέως ἀπῆλθον. Ἐμοὶ δὲ ἐνέβαλον (7) ἀλγηδόνες, αἳ τῆς κλίνης ἐξαναστᾶσαι περιτρέχειν ἠνάγκαζον. Ταυτὶ μὲν ὁπότε οἴκοι μένοι Κλημάτιος, παρακαθημένου δὲ καὶ τούτων ἐδυνάμην κρατεῖν. οὕτως (8) ἰσχυρότερος ἦν φαρμάκων, πείθων φέρειν, συναχθόμενος, παίζων, σπουδάζων, ἀναμιμνήσκων τῶν ἀρχαίων, χρηστόν τι προλέγων. Τὸ πολὺ δὲ τῶν λόγων Ἀρισταίνε-

τος

ARISTAENETO.

Dictio literarum tuarum docuit nos, te in *Platone* legendo versari. Tristitiam vero tuam vehementem adhuc esse, capillosque ex luctu crescere, domumque tuam eadem ratione, qua statim post obitum ingruentem, affectam esse; talia non sunt, quae *Platonis* familiari conveniant. Praestabat itaque menti potius, quam linguae consuluisse. Tu vero statue similia illis esse facienda, quae superstiti fecisti. Delectare eam nunc etiam, ut antea, debes. Jam vero, qui vivam nihil laesisti, id in defunctam praestare videris. Si enim intellexerit, te tibi ipsi interitum arcessere, valde utique ingemuerit, quae tanto malo ansam dederit. Enimvero, si de his te ipse non monueris, vana erunt, quae ab aliis proficiscuntur. Ego vero in morbum illum, quo simulato fugi, quam effugi, urbem, vere hic incidi. Et patria tamen adeo mihi jucunda est, ut suavius mihi sit, hic adfligi, quam apud alios Crotone melius valere. Malum quidem jam pridem caput infestavit, nunc vero ad renes descendit, atque hos quidem valide premit, illud vero non penitus reliquit; sed & ibi haeret, & hos adortum est. Verno quidem tempore ex capite defluxit, omnemque vim adhibuit, medicinamque omnem elusit. Medici quidem impetum admirati sunt, sed cohibere tamen non potuerunt. Itaque haesimus in manibus eorum, & nihil non perpessi sumus. Deorum vero aliquis ita mihi fuit propitius, ut, cum laborare me oporteret, *Clematii* tamen praesentiam solatii loco esse jusserit. Vix enim advenerat, cum recitationibus meis adfuit, quod illi quidem magnum, mihi vero cum nulla re alia comparandum videbatur. Post haec ille quidem ad Euphratem profectus, ut Persarum res exploraret, illis quidem adventantibus, statim reversus *Strategium* ea facere jussit, ad quae facienda illi quidem celeriter abierunt. Me vero incesserunt dolores, & ex lecto protractum hinc inde currere coëgerunt. Id quidem usu mihi venit, *Clematio* domi apud suos versante, quo adsidente mihi & dolores illos superare potuissem. Adeo plus ille potest, quam omne medicinae genus. Nam dolorem suum mihi testatus ad patientiam me cohortabatur, jocabatur, seria agebat, veterum rerum memoriam renovabat, & laetiora praedicebat. Maximam hic sermonum partem constituebat

(5) Vide ep. 1130. (6) Hercules enim Admeto Alcestin uxorem ab inferis reductam reddidisse fingitur. Vide *Euripidem* in Alcest. v. 1120. sqq. (7) Alcestis pro Admeto, marito, morti se obtulit. Vid. *Euripidem* l. c. v. 37. sqq. (8) ἀνιοῦσα scripsi pro ἀνοῦσα, quod erat in codice: *ab inferis reversa.* (9) Patet hinc, nostrum illi Poëtarum mythologiae non multum tribuisse. Quod ad rem attinet, id sibi noster vult, Spectatum Aristaeneti uxorem ab inferis non esse revocaturum. (10) Post δύναμις, *Vatic.* B. ex recente emendatione addit νῦν, ut referatur ad sequens οὐδέν. (11) ἀπολείψει, *Vatic.* B.

EP. MCCXXXIX. (1) οὐ, *Vatic.* B. (2) λέξιν, *idem.* (3) διαφθείρεις, *Vatic.* B. ex emendatione recente. (4) De hoc proverbio alias diximus. (5) ἦρι, *Vatic.* A. quod emendavit *Vatic.* B. (6) εὔνους, *Vatic.* B. (7) Ita scribo pro ἐνέβαλεν. (8) οὕτως, *Vatic.* B. pro ὃ, quod est in A.

(9) *Vatic.*

EP. MCCLXIX. (1) *Vatic.* B. τι μὲν, quod est in A. (2) μὲν illud est ex *Vatic.* B. (3) *Meterius* itaque ludis his spectandis adsuerat, moramque fecerat longiorem, quae patri ejus displicebat.

EP.

ejus approbat; sin vero eum reprehendendum censeat, fac ut aliter sentiat.

ANDRONICO.

Quantum flagitium, Andronice! Ad te scripseram ego: tu vero literas aliis ostendisti. Illi autem rem nostratibus divulgarunt, atque adeo nobis controversiae auctor fuisti. Peccaveras haec, & vel sic, excusatione omissa, nos culpas, quod tardius ad te scribo, qui mirari potius debebas, quod scribere ad te sustinuerim. Quod si Athenienses Eleusinia alia ratione nunc celebrant, iterum scribemus; si vero perrexeris nostra Optimatibus, sciendi cupidis, effari; silentium nostrum magis tibi probari profiteberis.

SILANO.

Si cum *Clematio* fuisti, procul dubio ad nuptias vocatus, rem omnem perspectam habes; sin vero hoc nondum factum est; ubi factum fuerit, eam perspectam habebis. Fortasse tu quidem non minorem me, quam par erat, sed majorem industriam adhibere dixeris. Qui vero facultatem quidem nobis esse, sed voluntatem deesse dixerint, convenienter quidem existimant, eorum nos potiri; quorum potiri fas erat. Illi vero meminerint eorum; quae *Euripides* de speratis est philosophatus, & cognoscent, nos in culpa non esse. Scilicet; quod saepe alias dixi; res haec per me minime stat, meae vero res ex te maxime pendent. Bene igitur nobis precare, ut ex rebus prosperis, in quibus nos inveneris, partem quoque tu capias.

HYGINO.

Si quidem ex renibus laborare me unquam oportebat, apud vos id fieri debebat: non quidem, quod jam pridem aegrotasse suave mihi est, sed quod, arte tua in promtu existente, morbi vis frangi potuisset. Tunc itaque, Medicum optimum in manibus habens, ope ejus non indigebam: nunc vero illis, qui sic appellantur, destitutus, aegroto. Tibi vero etiam absenti per literas opitulari licet. Praeclarum igitur aliquod remedium aperi, quod amicum a malo hoc liberare possit.

ARA-

τὴν κρίσιν. εἰ δ' οἴεται δεῖν ἐπιτιμᾶν, μετάβαλλε τὴν γνώμην.

MCCLXX. ΑΝΔΡΟΝΙΚῼ.

Οἷον ἔδρασας, Ἀνδρόνικε. σοὶ μὲν ἐγὼ γέγραφα; σὺ δ' ἑτέροις ἔδειξας. οἱ δ' εἰς τοὺς ἐνθάδε ἐξήνεγκαν. καὶ γέγονας ἡμῖν ἀρχὴ πολέμου. εἶτα τοιαῦτα ἁμαρτὼν ἀφεὶς προδοτείας ἐγκαλεῖς. καὶ πεποιηκὼς ἴσως καλῶς, ὅτι σοι τὴν δι' Ἅρματος γράφω (1), δέον θαυμάζειν, ὅτι σοὶ γράφειν ἐτόλμησα. Εἰ μὲν οὖν ἄλλα (2) νῦν Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια, πάλιν ἐπιστελοῦμεν (3). εἰ δὲ προσθήσεις προσέδειν (4) τῶν ἐπωνύμων τῷ βουλομένῳ μαθεῖν, ὁμολογήσεις τῆς σιωπῆς ἡμῶν ἐρᾶν.

MCCLXXI. ΣΙΛΑΝῼ.

Εἰ μὲν συνέμιξας Κλημάτιῳ, οἶμαι δή σε κληθέντα ἐπὶ τοὺς γάμους πάντα ἔχειν λέγειν. εἰ δ' οὔπω τοῦτο γέγονεν, ἐπειδὰν γένηται, πάντα ἀκούσῃ λέγειν. καὶ τάχα οὐκ ἐλάττω με φὴς (1), ἀλλ' ὑπὲρ τὸ μέτριον σπουδάσαι. Ὅσοι δ' ἡμῖν οἴονται δύναμιν μὲν εἶναι, τὸ δὲ βούλεσθαι μὴ παρεῖναι, πάσχουσι μὲν εἰκός τι, νομίζοντες ἡμᾶς ἀπολαύειν, ὧν εἰκὸς ἦν. εἰσίτω δ' αὐτοὺς ἃ περὶ προσδοκιῶν Εὐριπίδης (2) φιλοσοφεῖ, καὶ γνώσονται, ὡς οὐ πάντως παρ' ἡμῖν ἡ μέμψις. Ὃ δὲ πολλάκις ἔφην, ἐγὼ μὲν ἐκείνου κύριος ἥκιστα, σὺ δὲ τῶν ἐμῶν μάλιστα. Συνεύχου δή τι χρηστὸν ἡμῖν, ἵν', ἐν οἷς ἡμᾶς εὑρήσεις, τούτων κοινωνήσεις.

MCCLXXII. ΥΓΙΝῼ. (1)

Ἐμὲ δ' εἴπερ ἔδει νοσῆσαι τοὺς νεφρούς, ἔδει παρ' ὑμῖν τοῦτο παθεῖν, οὐχ ὅτι μοι τὸ πάλαι νοσεῖν ἔχει τινὰ ἡδονήν, ἀλλ' ὅτι τῆς σῆς τέχνης ἐγγύθεν βοηθούσης ἐλέλυτο ἂν ἡ νόσος. Νῦν δ' σοῦ χρείαν μὲν ἔχων τὸν ἄριστον ἰατρὸν (2), οὐκ ἔχρῃζον ἰατροῦ, ἐν δ' ἀπορίᾳ τῶν τοῦτο καλουμένων νοσῶ. Σοὶ δ' ἔνεστι καὶ ἀπόντι δι' ἐπιστολῶν (3) ἀμῦναι. Μέγα οὖν τι (4) δηλώσας ῥῦσαι τὸν ἑταῖρον τοῦ κακοῦ.

MCCLXXIII.

EP. MCCLXX. (1) Simile hoc est proverbio illi: ὅταν δι' Ἅρματος ἀστράψῃ. quod *Suidas* ita exponit: ἐπὶ τῶν χρονίως γινομένων. Originem habes apud *Strabonem* lib. IX. p. 404. (2) Sic scribo pro ἀλλά. (3) Hoc habeo ex *Vatic*. B. pro quo A. ἐπιστελοῦμεν. (4) προσέδειν, *Vatic*. A. προσέδειν B. Nescio, an in hac ultima sententia, satis impedita, Libanii mentem satis sim adsecutus. Id scilicet velle mihi videtur; si Andronicus silentium inposterum probaverit, quod in sacris Eleusiniis receptum erat, se inposterum scripturum; sin minus; taciturum. Ἐπώνυμοι magistratus erant apud Athenienses.

EP. MCCLXXI. (1) φήσεις, *Vatic*. B. (2) Ad illa, puto, respicit, quae in *Medea* v. 1416. sq. ita leguntur;

Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί,
Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
Τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.

Similia habes in Andromache & Bacchis, in fin.

EP. MCCLXXII. (1) Vel potius Ὑγιηνῷ, ut infra ep. 1276. appellatur, & alias. (2) ἰατρῶν, *Vatic*. B. (3) ἐπιστολῆς; *idem*. (4) *idem* pro ἐν τι, quod est in B.

MCCLXXIII. Ἀραξίῳ.

Ἐπανήκει τῇ καλῇ πόλει (1) τὸ τῆς προσηγορίας ἔργον, καὶ ἔστιν αὖθις ὄντως εὐδαίμων, τῆς βουλῆς μὲν τὰ γιγνόμενα τιμωμένης, τοῦ δήμου δὲ οὐκ ἐλαυνομένου, νόμων δὲ καὶ φρενῶν ἀγαθῶν καὶ ἡσυχίας, καὶ ἡμερότητος. ἃ πάντα ἐν σοὶ πάντα εἰς ἐξέτασιν ἄγοντι (2). Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν οὐκ εὖ ᾔδειν, ὡς ἐκεῖθεν ἐπὶ τοῖς μείζοσι δεῦρο ἀφίξῃ, πάνυ ἂν ἡγησάμην ἐμαυτὸν ἐζημιωκέναι τῇ μεταστάσει. Νῦν δ', ὁρῶ γὰρ τὴν τοῦ πράγματος ὁδὸν, καὶ ποῖ προβήσῃ, μέμφομαι οὐδὲν ἐμαυτῷ. μεθέξεις (3) γὰρ τῶν λαμπροτέρων. Μέλλοντες (4) δέ σου δεῖσθαι, μή με ἀποστερῆσαι τῆς οἰκείας, ὧν ἐν ταῖς χερσὶν ἐνιαυτὸν ἤδη νοσῶ, γράμματα λαμβάνομεν παρὰ τῶν φίλων καὶ γνωρίμων, δεδόχθαι τῷ Βασιλεῖ, τὸν μὲν ἀσθενοῦντα ἐᾶν, ἑτέρου δὲ τὸν πόνον εἶναι. Καὶ οὕτω δὴ τοῦ μὲν ἐπῃνέσαμεν τὸ πρᾷον, σοὶ δ' ὑπὲρ ἄλλων ἐπιστέλλομεν, ὡς τούτου γε καλῶς ἡμῖν κειμένου.

ARAXIO.

Optimae urbi nunc tandem redditum est illud, ut hoc nomine vere appellari possit: & vere nunc iterum felix est, postquam Senatus ea quae aguntur, recte definit, populus vero non adfligitur, leges denique, & consiliorum prudentia cum tranquillitate & mansuetudine obtineant. Haec vero omnia tibi, qui curate cuncta exploraveris, debentur. Ego vero, nisi scirem, te illinc cum majore auctoritate huc rediturum, me quidem mutatione hac magnam fecisse jacturam crederem. Jam autem, (video enim totius negotii rationem, & quid futurum sit,) nihil mihi ipsi exprobro. Ampliora enim tibi obtingent. Cum in eo eram, ut precarer te, ne a meis, in quorum manibus jam per annum aegroto, abstraheres, ex amicorum & familiarium epistolis intelligo, statuisse Imperatorem, me aegrotum hic relinquendum, alteri vero provinciam hanc committendam esse. Propterea illius quidem clementiam praedicavimus, tibi vero prae ceteris scribimus, haec quidem recte se nobis habere.

MCCLXXIV. Ἀραξίῳ.

Τὴν μὲν πρὸ ταύτης ἐπιστολὴν Βάσσου παῖδες ἐκόμιζον, οἷς λαμπρὸς ὁ πατήρ. Μάλχῳ δὲ τούτῳ τοιοῦτον μὲν οὐδέν. τὰ δὲ ὄντως ἀγαθὰ πάνυ πολλά. σωφροσύνη τε καὶ ἐπιείκεια, καὶ λόγων ἐπιθυμία, καὶ λόγων ἐργασία. οὗτος ἐνοχλήσας μὲν οὐκ ἂν εὖ παθεῖν ἀξιῶσαι. Παθὼν δὲ εὖ πρότερον ἂν τοῦ ὀνόματος, ᾧ καλεῖται, ἢ τῆς χάριτος ἐπιλάθοιτο. Οὕτω δέ ἐστι βέλτιστος, ὥστε, ἐπειδὴ δεομένῳ (1) γράμματα λαβεῖν πρὸς τοὺς ἐκεῖ μοι γνωρίμους ἔφην, ὅτι καὶ πρὸς σὲ δώσω, κύψας εἰς γῆν ἠρυθρία (2) σιγῇ, δῆλον ποιῶν, ὡς ἐπιθυμοῖ (3) μὲν λαβεῖν, μείζονα (4) δὲ αὑτοῦ τὸ λαβεῖν ἄγοι. κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μᾶλλον ἐδόκει μοι δίκαιος εἶναι λαβεῖν, ὅτι, τὸ κέρδος οὐκ ἠγνόει. Τὸν μὲν οὖν τρόπον (5) τοιοῦτος ἡμῖν ὁ Μάλχος. ὅτι δὲ καὶ εὐτυχὴς, δηλοῖ τὸ παρόν. Τὴν γὰρ δὴ καλὴν πόλιν ἔτι καλλίω (6) ὄψεται τῆς θείας ἀρχούσης κεφαλῆς, ἣ (7) πάντα μὲν εἰσάγει τὰ χρηστὰ, πάντα δὲ ἐλαύνει (8) τὰ χείρω.

ARAXIO.

Superiorem illam epistolam *Bassi* filii, quorum pater est spectatissimus, attulerunt. *Malchus* vero hic nihil habet hujusmodi. Multa vero habet, quae vere bona sunt: prudentiam scilicet, & modestiam; & non minus literarum desiderium, quam studium. Ille quidem petendis a te beneficiis nunquam molestus fuerit. Ubi vero acceperit, nominis, quod habet, prius, quam gratiae hujus obliviscetur. Adeo vero bonus est homo, ut, cum literas a me ad familiares, quos ibi habeo, petenti dicerem, me ad te quoque daturum, in terram despiciens silensque erubuerit, hoc ipso testatus, se accipere quidem libentissime velle, indignum vero, qui acciperet, se habere. Mihi vero hoc ipso nomine eo dignior videbatur, ut acciperet, qui commodum hinc exspectandum non ignoraret. Talis igitur est, quod ad mores, *Malchus*. Eundem vero etiam felicem esse praesens rerum conditio ostendit. Pulchram enim civitatem pulchriorem adhuc videbit, divino capite res administrante, quod praeclara quaevis in usum revocat, funesta vero omnia amolitur.

MCCLXXV. Ἀνδρονίκῳ.

Μάλχος ἡμᾶς ἐθαύμασεν, καὶ Μάλχον ἡμεῖς ἐφιλήσαμεν. Ἐπεὶ οὖν τὸ πρότερον ἐκεῖνος ποιεῖ μετὰ σοῦ, ποίει μεθ' (1) ἡμῶν τὸ δεύτερον. καὶ χρηστόν τε (2) ἡγοῦ

ANDRONICO.

Malchus nos maximi fecit, nos autem amavimus *Malchum*. Quoniam itaque ille prius una tecum facit, tu posterius facito nobiscum, eumque bonum esse virum puta, moribus autem

EP. MCCLXXIII. (1) Antiochiam, puto, intelligit, & illam ejus conditionem, quae post sedatam populi seditionem, de qua Oratio nostri XIV. exponit, isti obtigit. (2) Ita scripsi pro ἀγόντων. (3) *Vatic.* B. pro μεθέξει, quod in A. scriptum est. (4) Et hoc ex emendatione *Vatic.* B. pro μένοντος, in A. Prius illud requirit sequens λαμβάνομεν.

EP. MCCLXXIV. (1) δεόμενος, *Vatic.* B. ex emendatione recente: sed recta est nostra ex *Vatic.* A. lectio. Pendet enim a sequenti verbo ἔφην. (2) ἠρυθρίασε, *Vatic.* B. (3) ἐπιθυμεῖ, *idem.* (4) μεῖζον, *idem*, utrinque ex emendatione. (5) τὸ μὲν οὖν ἄτοπον, *Vatic.* A. (6) ἔτι κάλλιον, *Vatic.* A. ἴσι κάλλιον, *est*, scil. videre. (7) ὃ, *Vatic.* A. (8) ἐξελαύνει, *Vatic.* B.

EP. MCCLXXV. (1) ποίει, deest in *Vatic.* A. & B. quod ex conjectura addidi. Excidere id facile potuit librariorum vitio ob antecedens ποιεῖ. (2) χρηστόν γε *Vatic.* B.

tem ejus multum tribue, rebus denique perficiendis opitulare, &c, quoad potes, per te & urbem omnem fuccurre. Audio enim te bono fato multum in urbe poffe.

HYGIENO.

Praeftantiffimos, qui apud vos funt, *Malcho* ego conciliaturus, te praeterire non poteram, qui & cetera amicis prae aliis opem praeftare foleas, plura vero, quam alii, ex eo praeftes, quod arte tua corporibus mederis. Amicum itaque noftrum incolumem ferva, &c. ut votis fuis potiatur, allabora. Ille vero, bonus cum fit, honefta, neque illa difficilia defiderat. Tanta vero tibi eft facultas, ut etiam illis perficiendis fufficiat.

SILANO.

Malchus tibi nunciabit, quomodo & corpus mihi valeat, & ceterae res fint comparatae. Tu vero praeter illas de tuis deliberabis, quanquam non opus eft, ut de iis, quae pridem conftituta habes, iterum difpicias. Interim tamen poteftatem tibi facio iterum deliberandi. Novi enim, tibi idem & honeftum & utile vifum iri in Syria, nempe *Silani* arte uti.

ADAMANTIO.

Nifi ille ex Cypro veniens impedimento tibi fuiffet, alius omnino ex Euboea aut Scyro advenifset. Hoc vero dico, non quafi illud in praefenti finxeris, fed, quod fine illo fi fuiffet, non defuturum tibi erat, quod praetexeres: quamvis interim me magis, quam Telemachi pater Ithacam, ames. Sit enim ita, neque de amore hoc tecum contenderim. Socordia vero illa, quam apud te multam inveni, non permittit, ut, non dicam rati te committas, fed nec extra fores prodeas. Multi vero illi labores, literarum copia & expedita linguae facundia, haec, inquam, omnia res tuas provehent. Ita enim dicere praeftat. Tu quidem vel fic ad vitam tibi putas fufficere, fi me ames: non vero item vides abfurdum effe, alium quidem, non item fe ipfum amare. Itaque, qui eloquentia uti poffis, & tamen nolis, utendum ea effe puta. Multa vero ubique fora funt, majora alia, alia minora. Quod fi tu majora ames, huc veni, & non minus te ad majora provehe, quam nos exhilara. Ita vero cognatos, qui hic funt, & factis & verbis provocabis.

OLYMPIO.

Silentium meum culpas, cum aves ipfae a verno tempore ad cantum provocentur. Cano itaque

ἠγῦ, ϗ θάῤῥει τῷ τρόπῳ, ϗ συλλαμβάνε πράξεων. ϗ ὅ, τι ἔχεις, ὠφέλει διά τε σαυτῦ ϗ τ πόλεως ὅλης. Ἀκύω γδ, ὡς εὖ πράσσεις ἐν τῇ πόλει δύνασαι.

MCCLXXVI. ΥΓΙΕΙΝΩι. (1)

Τὰ κάλλιςα τ παρ' ὑμῖν Μάλχῳ προξενεῖν ἐθέλων πῶς ἔμελλόν σε παρήσειν, ὃς τὰ μὲν ἄλλα τοῖς φίλοις, ἥπερ οἱ ἄλλοι, βοηθεῖς. πλέον δέ τι παρὰ τὸς ἄλλυς εἰσφέρεις, ἀνέχων τῇ τέχνῃ τὰ σώματα. Τὸν δὲ ἑταῖρον ἡμῖν τήρει τε ἐν ὑγείᾳ, ϗ ὅπως, ὧν ἐπιθυμεῖ, τεύξεται, συμπόνει. Πάντως δ' ἃ μὲν ἂν ἀγαθὸς καλῶν τε ἐπιθυμεῖ, ϗ ὀ χαλεπῶν. Σοὶ δ' τοσαύτη δύναμις, ὥςε κἂν ἐκείνοις ἀρκέσαι.

MCCLXXVII. a. ΣΙΛΑΝΩι.

Ἀπαγγελεῖ σοι Μάλχος, ὅπως ἡμῖν ἔχῃ (1) τό, τε σῶμα ϗ τὰ πράγματα. Σὺ δὲ πρὸς ταῦτα περὶ τ σαυτῦ βυλεύσῃ, καίτοι γε, ἃ πάλαι δοκεῖ, τί δεῖ περὶ τύτων ἔτι σκοπεῖν (2); Ἀλλ' ὅμως σοὶ δίδωμι βυλεύσασθαι πάλιν. Οἶδα γδ, ὅτι ταυτὸ φανεῖται (3) ϗ καλὸν ϗ συμφέρον ἐν Συρίᾳ, Σιλανῦ χρῆσθαι τῇ τέχνῃ.

MCCLXXVII. b. ἈΔΑΜΑΝΤΙΩι.

Εἰ δ' μὴ ὗτος ἥκων ἐκ Κύπρυ, κώλυμά σοι κατέςη, πάντως ἂν ἧκεν ἕτερος ἐξ Εὐβοίας ἢ Σκύρυ (1). Λέγω δὴ ὐχ ὡς (2) ἐψεύσω τῦτο δὴ τὸ νῦν. ἀλλ' ὡς εἰ ϗ μὴ τῦτο ἦν, ὐκ ἂν ἠπόρεις, ὅτι ἂν ᾐτιῶ. καίτοι φιλεῖς μέν ἐμε πλέον, ἢ τὴν Ἰθάκην ὁ τ Τηλεμάχυ πατήρ. Ἔςω γάρ, ϗ ὐ μαχῦμαί σοι περὶ τ φίλτρυ. τὸ δ' τ ἀργίας, ἣν (3) ἐν σοὶ πολλὴν εἶδον, ὐκ ἐᾷ σε μὴ ὅτι πλεῖν ἐπὶ σχεδίας, ἀλλ' ὐδὲ παρελθεῖν τ θυρῶν (4). πολλοὶ δὲ ἱδρῶτες ἐκεῖνοι ϗ λόγοι, ϗ γλῶττα μετέχυσα δρόμυ, πάντα ταῦτα μέλλει σε ὀνήσειν. ὕτω γδ εἰπεῖν βέλτιον. Εἶτα νομίζεις, ὡς ἀρκοῖ σοι πρὸς τὸν βίον τὸ φιλεῖν με. ὅτι δ' πολλῆς ἀτοπίας ἄλλον μδ' φιλεῖν, αὐτὸν δ' μὴ, τῦτο δ' ὐχ ὁρᾷς. ἀλλ' ἃ (5) λέγειν εἰδὼς μδ', ὐκ ἐθέλων δ', βυλήθητι λέγειν. πάντως δ' πολλὰ πολλαχῦ δικαςήρια, τὰ μδ' μείζω, τὰ δὲ ἐλάττω. Σὺ (6) δ', εἰ τ μειζόνων ἐρᾷς, ἧκε ἐνθάδε, ϗ σαυτὸν ποίει μέγαν, ϗ ἡμᾶς εὔφραινε. ὕτως δ' ϗ τὺς συγγενεῖς ἐγγύθεν παροξυνεῖς ϗ ἔργῳ ϗ λόγῳ.

MCCLXXVIII. ὈΛΥΜΠΙΩι.

Ὅτι σιγῶ, μέμφῃ, ϗ ταῦτα τ ὀρνίθων εἰς ᾠδὴν ὑπὸ τ ἦρος κεκινημένων. ἰδὺ δὴ φθέγγομαι καὶ αὐτὸς ἐπι-

EP. MCCLXXVI. (1) *Vatic.* A. fed Ὑγιεῖ B. Conf. ep. 1272.

EP. MCCLXXVII. a. (1) ἔχει, *Vatic.* B. (2) Hoc malui ex *Vatic.* B. quam ἐπισκοπεῖν, quod eft in A. (3) φανεῖται, *Vatic.* A.

EP. MCCLXXVII. b. (1) *Adamantius*, puto, hofpitem aliquem caufatus erat, quod ad Libanium venire non potuerit. (2) ὡς, *Vatic.* A. pro οἷς, quod eft in B. (3) *Ulyffes* is eft, cujus in patriam amorem *Homerus* praedicat. (3) ἣν, *Vatic.* A. (4) πυλῶν, *Vatic.* B. (5) ὧ, *Vatic.* B. (6) σοὶ, *Vatic.* A.

EP.

ἐπειδὴ μετὰ γράμματα ἔαρ ὑπὸ σοῦ γεγένηται. Δώσεις γάρ μοι τὸν μὲν περὶ τῆς μεταστάσεως φόβον χειμῶνα καλεῖν, τοῦ φόβου δὲ τὴν ἀπαλλαγὴν ἦρος χάριν, ὃ διὰ πολλῶν μὲν ἀκέων μοι πεπράχθαι. Καὶ πολλά γε ἀγαθὰ γένοιτο πᾶσιν, ὁπόσοι τε (1) συνεισήνεγκαν. Εἰ δ' οἱ τῶν ποταμῶν ἀπολαύοντες εἰς καλὸν, ταῖς πηγαῖς ἂν εἰκότως εἰδεῖεν τὴν χάριν, καὶ τὰ τούτων ἁπάντων σὰ θετέον (2). Ἀπὸ γὰρ τῆς σῆς οἶμαι γνώμης ἅπαντα ἐῤῥύη. Τουτὶ (3) μὲν οὖν ἱκανῶς ἐκπεπλήρωταί σοι. Τοῖς κακοῖς δὲ ἐκείνοις, ἃ περὶ τὴν κεφαλὴν ἤδεις ὄντα μοι, προσετέθη κακὸν ἕτερον, πικρόν τε καὶ συνεχὲς, ὃ παῦσαι τῆς σῆς εἴη χειρὸς, ὡς αἵ γε τῶν ἄλλων ἥττηνται. Καὶ κεῖμαι νῦν ὑπὸ τῶν νεφρῶν εἰς ἐλπίδα μίαν τὴν σὴν ἄφιξιν ὁρῶν. μᾶλλον δὲ καὶ δι' ἐπιστολῆς, ὦ δαιμόνιε, βοήθει, καὶ ποίησον τὴν βοήθειαν βιβλίον, ὅπως ἐμοί τε ᾖ σωθῆναι, καὶ τοῖς ἰατροῖς μαθεῖν, ὅτῳ τρόπῳ τὸ πάθος ἐξοριστέον.

itaque & ego, cùm literae tuae veris instar mihi fuerint. Patieris enim, ut illum à discessu meo metum hyemem vocem, liberationem vero a metu ver jucundum, quod multorum ope mihi partum est, appellem. Multam equidem gratiam illis habeo, qui huc aliquid contulerunt. Quando vero qui fluviis in commodum suum fruuntur, fontibus gratiam habere merito oportet, illa, quae omnes isti praestiterunt, tibi accepta sunt ferenda. Ex tuo enim consilio haec omnia manasse existimo. Hoc itaque egregie a te curatum est. Malis interim illis, quibus caput mihi premi nosti, malum recens accessit & grave & continuum, quod manu tua non minus levari possit, quam illa aliorum sunt profligata. Nunc enim ex renibus decumbo, spem unam in adventu tuo repositam habens. Per epistolam vero potius, vir egregie, opem fer, eamque praesta commentatione quadam, ex qua pateat, quomodo salvus esse possim, & Medici discant, quo pacto malum illud sit propulsandum.

MCCLXXIX. ΔΑΤΙΑΝΩι.

Εἰ καὶ μηδὲν ἡμῖν τοῖς ἔργοις βεβοηθηκὼς γράμματα ἐπεπόμφεις, ἐν τοῖς τὰ μέγιστα κεχαρισμένοις ἐτέταξο ἄν. Νῦν δὲ καὶ βοηθῶν ἔσωζες, καὶ σώσας ἐπέστελλες, τῷ μὲν ὠφελῶν, τῷ δὲ κοσμῶν, καὶ καλὰ καλοῖς προστιθείς. Αὐλοί, φασι, μετὰ λύραν. οἱ μὲν ἄλλοι παρεστάντες ἐθαύμαζον, ἐκρότουν, ἐμέμνηντο συνεχῶς τῆς θείας κεφαλῆς. Ἐγὼ δὲ ἀβρυνόμενος, οὐδὲ γὰρ βουλομένῳ ῥαθυμεῖν αὐτῷ περὶ τὴν ἐμὴν ἀσφάλειάν ἐστιν, ἔφην. Ἀπορούντων δὲ ὅτι μοι νοοῖ τὸ ῥηθὲν, κατέλεγον εὐεργεσίαν, πρώτην, δευτέραν, τρίτην, τετάρτην, τὰς ἄλλας. ἃς ὁ λαβὼν μὲν οἶδεν, ὁ δοὺς δὲ ἐπιλέλησται. Ἔπειτα ἠρώτων, εἰ ἣν διὰ μακρῶν πελάγων ἔσωσεν ὁ Ποσειδῶν, ὁλκάδα ταύτην ἂν περιίδοι πρὸς τῷ λιμένι ῥηγνυμένην. Ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνος, ἔφην. οὗτός τέ με διὰ τέλους ἐξαιρήσεται κακῶν, αὐτὸς τὰ αὐτοῦ ζηλῶν. Ἐμοὶ μὲν οὖν ἐπ' ἀμφότερα (1) καθεύδειν δέδωκάς τε καὶ δίδως, καὶ δώσεις. Ἀντίοχον δὲ τῶν ἐπαίνων, οὓς ἐπιστέλλειν ἐπῄνεις (2), εὐδαιμονίζω, καὶ ὅτι σε δῆλος ἦν εἰδώς. Οἶδεν δέ σε καλῶς, ὅστις ἂν ἡγήσηταί (3) σε τῶν ὄντων ἄριστον, ὃ δὴ καὶ Ἀντίοχος ἡγεῖται (4). Τοῦτ' οὖν εὐτύχημα τοῦ ταῦτα δοξάζοντος τίθεμαι. Καὶ γὰρ ὅστις, ἃ χρὴ, πέπεισται περὶ τῶν θεῶν αὐτοῦ τὸ κέρδος. Τά τε οὖν ἄλλα μέγας ἡμῖν ὁ Βασιλεὺς, καὶ δὴ τοῦ κοινωνοῦ τῶν φροντίδων ἀρετῇ.

TATIANO.

Etiamsi re ipsa nihil juvasses & literas tantum misisses, vel sic tamen inter eos fuisses numeratus, qui maxima mihi praestiterunt. Jam vero & opem mihi praestitisti, & praestita illa scripsisti, hinc commodum, hinc honorem exhibens, atque adeo bona bonis addens. Tibiae scilicet, ajunt, *post lyram*. Ceteri itaque adstantes mirati sunt, plauserunt, & divinum caput continenter praedicarunt. Ego vero valde gloriatus dixi, tibi nec, si velles, salutis meae negligentiorem esse licere. Cumque nescirent, quid hoc dicto mihi vellem, beneficia tua, primum, secundum, tertium, quartum, cetera exposui; quae nactus ego norim, tu vero, largitus, oblitus sis. Postea interrogavi, num, quam in mari magno salvam Neptunus navim praestitisset, eam juxta portum perire sit permissurus. Eadem ratione, dixi, nec ille perire me patietur, sed potius perpetuo, sua ipse imitatus, a malis quibusque liberabit. Me itaque securum esse & fecisti, & facis, & facies. *Antiochum* vero ob laudes illas, quas in literis scriptas laudabas, felicem puto, qui cognitum te sibi esse hac ratione sit testatus. Ille vero cognitum te habet, qui hominum omnium optimum te crediderit, qualis & *Antiocho* haberis. Ita de te sentire in felicitatis parte ponendum existimo. Qui enim de Diis ea sibi, quae decet, persuasa habet, commodum hinc accipit. Sicut itaque Imperator magnum se nobis in ceteris, ita inprimis eo etiam praestat, quod tua, curarum participis, virtute fruitur.

MCCLXXX. ANA-

EP. MCCLXXVIII. (1) Legere malim τι. (2) in margine *Vatic.* B. haec legebantur: γρ. σοὶ ἀνοιστέον. (3) ταυτὶ, *idem.*

EP. MCCLXXIX. (1) Legi posset: ἐπ' ἀμφοτέραν. Sic *Menander* p. 150. ἐπ' ἀμφοτέραν, ἵν' ἐπίκληρος ᾖ, μέλλει καθευδήσειν. ubi alii tamen ἐπ' ἀμφότερα. *Terentius* in Heautontimor. *in utramvis aurem dormitare*, similiter dixit. Conf. *Erasmi* Adagia p. 630. (2) *Vatic.* B. ἃ ἐπιστέλλεις αὐτῷ. (3) ἡγῆται, *idem.* (4) ἡγεῖτο, *Vatic.* A.

EP.

ANATOLIO.

Alios quidem ego per literas ob suam in me benevolentiam laudavi; te vero etiam illos, adscito in societatem *Olympio*, excitasse, persuasum mihi habui ante; quam quisquam nunciaret, quemadmodum *Antiochus* diserte nunc exposuit. Nihilominus tamen tu laudum non eris particeps. Quae enim tu in tuimet gratiam fecisti, de illis gratiam tibi alium habere non oportet. Phoenix enim cum sis, & nunc ibi, nunc apud nos commoreris, eum, quem non videns doles, videns autem vehementer laetaris, eo in loco esse fecisti, ubi illum frequentissime conspicere posses. Sicut itaque aurum quaerens, omnemque lapidem movens, non ideo recte laudareris, quod auro ita bene faceres, (id enim in tuum faceres commodum;) ita, quaecunque tu, ut hic permanerem, egisti, ea omnia amantis quidem, sed & sua curantis fuerunt. Ita jocari mihi nunc libuit, ut clamare & ridere possis, ut soles. Scias interim, corpus mihi ex renum morbo ita adflictum esse, ut, si nihil ex voto nostro ibi actum fuisset, ex illa tamen calamitate liber fuissem futurus. Per annum enim jam integrum & tres menses hic labyrinthus nos tenet. Et vereor sane, vereor, ne una cum corpore eloquentia etiam marcescat, tibique utrinque videar deformis. Vocassem te ad nos, & de absentia tua essem questus, nisi te scivissem in Italia eo frui, quo alibi non licet; praestantissimum *Datianum* ejusve vocem & prudentiam innuo. Qui enim cum eo versatur, eum necesse est sapientiae capere incrementum, quandoquidem ejus memoria & nos tum meliores facit, tum sapere docet.

MCCLXXX. ἈΝΑΤΟΛΙῼ.

Τοὺς μὲν ἄλλους ἐπιστέλλων ἐπῄνουν τῆς εἰς ἐμὲ προθυμίας. σὺ δ᾽ ὅτι μὲν χαλκέους (1) ἐπήγειρας, προσλαβὼν τὸν καλὸν Ὀλύμπιον, ἐπεπείσμην τε, πρὶν τινὰ ἀγγεῖλαι, καὶ δὴ σαφῶς ἤγγειλεν Ἀντίοχος. Οὐ μέντοι τῶν γε ἐπαίνων κοινωνήσεις, ἃ γὰρ ὅπως αὐτὸν (2) εὐφράναις, ἐποίεις, τούτων (3) ἕτερον οὐ δεῖ σοι χάριν εἰδέναι. Σὺ γὰρ δὴ Φοῖνιξ ὤν, καὶ διατρίβων (4) τὰ μὲν ἐκεῖ, τὰ δὲ παρ᾽ ἡμῖν, ὃν οὐχ ὁρῶν μὲν ἀλγεῖς, ὁρῶν δὲ ὑπερχαίρεις, ἔπραττες εἶναι, οὗ θεάσῃ, πολλάκις. Ὥσπερ οὖν εἰ χρυσὸν ζητῶν ἅπαντα ἐκίνεις λίθον, οὐκ ἂν ὡς τὸν χρυσὸν εὖ ποιῶν ἐπῃνοῦ. Τοῦτο γὰρ ἦν αὐτὸν ἐθέλειν κερδαίνειν. οὕτω, δι᾽ ὅσων μοι τὸ τῇδε μένειν ἐμηχανῶ, πάντα ἦν ἐρῶντος, καὶ τὰ αὐτοῦ θεραπεύοντος. Ταυτὶ μὲν οὖν μοι παίζειν ἔπεισεν, ὅπως εἴη σοι βοᾶν καὶ γελᾶν, οἷά περ εἴωθας. Ἴσθι δέ μοι τὸ σῶμα τῇ περὶ τοὺς νεφροὺς νόσῳ πρὸς τοῦτο ἀσθενείας ἥκειν, ὥστ᾽ εἰ καὶ μηδὲν ἡμῖν ἐκεῖθεν ἤνυστο, πάντως ἂν ἐκ τῆς συμφορᾶς γενέσθαι τὴν ἀπαλλαγήν. Ἐνιαυτὸν γὰρ ἤδη (5) καὶ μῆνας τρεῖς ὁ λαβύρινθος οὗτος ἡμᾶς ἔχει τοῦ κακοῦ. Καὶ δέδοικα δή, δέδοικα, μὴ μετὰ τοῦ σώματος μαρανθῶσιν οἱ λόγοι, καί σοι φανῶ δι᾽ ἀμφοτέρων ἄμορφος. Ἐκάλουν δ᾽ ἄν σε παρ᾽ ἡμᾶς, καὶ τὴν ἀπουσίαν ἐμεμφόμην, εἰ μή σε ᾔδειν (6) ἐν Ἰταλίᾳ καρπούμενον, ὃ μὴ παρ᾽ ἄλλοις ἦν, τὸν κράτιστον λόγῳ Δατιανόν, καὶ τὴν ἐκείνου φωνήν, καὶ γνώμην, ᾧ συνόντα πᾶσα ἀνάγκη πρὸς τὸ φρονεῖν ἐπιδιδόναι, ἐπεὶ καὶ ἡμᾶς ἡ περὶ αὐτοῦ μνήμη βελτίους τε ποιεῖ, καὶ πρὸς νοῦν ἄγει.

CALLIOPIO.

Epistolam tuam accepturum me spero, accipere vero adhuc non potui. Ad *Cilicas* enim ipsos delata inpostérum ad nos veniet. Simulac itaque intellexero, quid scripseris, plura perscribam.

MCCLXXXI. ΚΑΛΛΙΟΠΙῼ.

Τὴν ἐπιστολήν σου λήψεσθαι μὲν ἐλπίζω, λαβεῖν δὲ οὐ δεδύνημαι. Μέχρι γὰρ Κιλίκων ἐλθοῦσα μέλλει πρὸς ἡμᾶς ἥξειν. Ἐπειδὰν γνῶμεν, ὅ, τι γέγραφας, ἀντεπιστελοῦμεν μακρότερα.

ELEGAE.

Miraris, quod tu quidem opere ipso succurreris, &, quoad poteras, opem tuleris; nos vero ne id quidem, quid inde commodi ad me pervenerit, scripserimus. Hoc vero feci medicinae tuae vim exploraturus, quo uno eam discere poteram. Neque enim oculorum judicio id fieri poterat, sed ex eo potius, si morbus me ita, ut antea, opprimere prohiberetur. Audi itaque, quid illud, quod mihi misisti, effecerit. Nec plus ego, nec minus dicam. Impetus id non prorsus sustulit, fecit autem, ut breviores quod ad tempus essent. Ex septem

MCCLXXXII. ἩΛΕΓΑι. (1)

Θαυμάζεις, ὅτι σὺ μὲν ἡμῖν ἐπικουρεῖς ἔργῳ, καί, ὅ, τι (2) εἶχες, ἐβοήθεις, ἡμεῖς δὲ οὐδὲ ὅ, τι ἡμῖν ἐκ τῆς βοηθείας ὑπῆρξεν, ἐγράψαμεν. Τοῦτο δὲ ἐποίουν βασανίζων ἐν χρόνῳ τὴν συμμαχίαν, ᾧ μόνῳ τὴν δύναμιν αὐτῆς ἦν ἰδεῖν. Οὐ γὰρ ὀφθαλμῷ γε ἐκρίνετο ἄν. ἀλλὰ τῷ κωλῦσαι τὸ νόσημα μὴ ὡς (3) πρότερον ἐπελθεῖν. Ὅτι δ᾽ οὖν ἤνεγκεν, ὃ πέπομφας, ἄκουσον. Ἐρῶ δὲ οὔτε μεῖζον οὐδέν, οὔτ᾽ ἔλαττον. Τὰς μὲν προσβολὰς ὅλως οὐκ ἀπέρριψε, βραχυτέρας δὲ

ἐπ-

EP. MCCLXXX. (1) χαλκέους ὄντας Vatic. A. sed rectius Vatic. B χαλκέους sine ὄντ. (2) αὐτόν, Vatic. B. (3) τούτων, Vatic. A. (4) διατρίψας, Vatic. B. (5) ἤδη addidi ex Vatic. B. (6) ᾔδειν pro εἴδειν in Vatic. A.

EP. MCCLXXXII. (1) Ἠλέγαν hunc eundem esse puto, qui supra ep. 1255. Ἠλίας appellatur. Nam in ipsa illa epistola de morbo suo queritur, & verisimile est, eum ad illas literas medicamentum illud misisse, quod hic laudat *Libanius*. Alterutrum itaque nomen corruptum puto, vel *Eliae* illud, vel *Elegae* (2) Sic ex *Vatic.* B. emendato pro ἦν, *Vatic.* A. (3) ὡς ex *Vatic.* B. emendato.

(4) Si-

κατὰ τὸν χρόνον ἐποίησεν. Ἀντὶ γὰρ ἡμερῶν ἑπτὰ καὶ ἔτι πλειόνων εἰς δύο συνέστειλε τὸ πάθος, ὅσα γε ἐκ τῶν πεπραγμένων. τὸ μέλλον δὲ ἀφείσθω τῷ Θεῷ. Τοῖς μὲν ἐν ἰατροῖς, ἀεὶ δὲ οὗτοι διασύρουσιν, ὅ, τι ἂν αὐτῶν, ἔξω τῆς τέχνης ὄν, μεῖζον ἰσχύῃ τῆς τέχνης, οὐκ ἐντεῦθεν φαίνεταί τι γεγονέναι χρηστὸν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κακομελετεῖν τὰ περὶ τὴν τράπεζαν (4). Ἐμοῦ δὲ τοῦτο οὐδεὶς ἐξαιρήσεται, ὡς οὐκ ἐκεῖθεν ἀλλὰ (5) παρὰ σοῦ γέγονα ῥάων. ὁ πεπεισμένον ἀνάγκη πλέον ἢ πρὸ τοῦ φιλεῖν. ἀμειβῶν δὲ παραπλησίαν μή σοι δεηθείη τὸ σῶμα.

Septem enim & pluribus diebus ad duos redactum est malum hactenus quidem : futura vero Deo permittantur. Medicis quidem, (illi vero semper ea calumniantur, quae extra artis suae regulas plura quam artis illa praestant) nihil inde levaminis allatum videtur, nisi quod victus ratio fuerit temperatior. Mihi vero nemo persuadebit, ut credam, me inde, nec tua potius ope melius habere. Ita vero persuasus magis quam antea amare te debeo. Precor autem, ut corpori tuo paria rependere nunquam necesse sit.

MCCLXXXIII. ἈΤΑΚΤΙῼ.

ATACTIO.

Οὐκ ἐπιλελησμένους τῆς ξενίας ἀναμιμνήσκεις, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλους εἰπόντας, ὅστις εἰς ἡμᾶς γένοιο. τῆς ξενίας δὲ ἐκείνων οὐ χείρω ταυτὶ τὰ γράμματα. καίτοι γε γραμμάτων ἑτέρων ἐπιθυμεῖν ἴσον εἰς τιμὴν τῷ (1) γράφειν αὐτόν. ὥστε τοῖς μεγίστοις εὐφράνεις τρισὶν, οἷς τε κατελυόμεθα παρά σοι, καὶ οἷς ἐπιστέλλεις, καὶ ὅτι τὸ λαβεῖν παρ' ἡμῶν ἐπιστολὴν ἐν μεγάλῳ ποιεῖς. Ἐγὼ δὲ οὐ κατὰ τοὺς κακοὺς ἐμέλλησα αὐλητὰς (2), ἀλλ' οἱ διδόντες, ὅπως λάβοιεν, οὐκ ἔπραττον. καὶ οἱ μὲν ἤκουον, ἐγὼ δὲ ἐν αἰτίαις. ὃς εἰ καὶ λίαν (3) ἀργῶς εἶχον, οὐκ ἂν εἴς γε ἐπιστολὴν, πρᾶγμα οὕτω κοῦφον, τοῦτο ἔπαθον, καὶ ταῦτα πρὸς φίλον. Ἀλλ' οἶμαι ἐκείνων τὸ ἔγκλημα. Σὺ δὲ ἡμεῖς τὸν οἶκον γραμμάτων, εἰ γραμμάτων ἐρᾷς (4), ἐμπλήσομεν.

Hospitalitatem illam tuam nobis in animum revocas, ejus quidem non oblitis, sed apud alios etiam, qualis adversus nos fueris, praedicantibus. Illis tamen beneficiis, hospiti mihi collatis, literae tuae non sunt inferiores, quamvis & literas aliorum desiderare non minus mihi sit honorificum, quam mihi scribere. Itaque tria praeclara mihi praestas, qui & hospitio me exceperis, & mihi scripseris, & magni denique facias, si literas meas accipias. Ego vero ad exemplum malorum tibicinum moram non feci : sed illi, qui literas dederant, ut acciperent, non urserunt. Illi quidem peccarunt, ego vero accusor, qui tamen, si alias segniter agerem, in literis quidem, re adeo facili, talem me, inprimis adversus amicum, non probassem. Sed illorum puto hoc esse vitium. Nos vero domum tuam literis, siquidem literarum cupidus es, implebimus.

MCCLXXXIV. ΚΑΙΣΑΡΙῼ.

CAESARIO.

Παρὰ Κέλσῳ, τῷ τῆς Συρίας ἄρχοντι (1), καθήμενος διελεγόμην ἑσπέρας. Εἰσδραμὼν δέ τις τῶν παίδων, Δῖος, ἔφη, κάτω (2), καὶ γράμματα ἀπαιτεῖ. Κέλσου δὴ κελεύοντος ἀναβαίνει Δῖος, καὶ γνοὺς ἐγὼ, τίς τε ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὡς ἥκοι παρὰ σοῦ, καὶ ὅτι πάλιν ὡς σὲ τρέχοι, πάνυ ἔφασκον ὑπ' ἀμφοῖν ἠδικῆσθαι ταῦτα ἀγνοήσας. γράψαι γὰρ ἂν, εἰ ἠπιστάμην. ἀλλ' οὐκ ἀφῄρησαι, φησὶ, τὸν εἰς γράμματα χρόνον, ὁ Δῖος. Ἐγὼ γάρ τοι περὶ μέσον μὲν τῶν νυκτῶν ἔγνωκειν ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναβαίνειν, σὴν δὲ χάριν ἀναμενῶ τὴν ἡμέραν. Οὕτω δὴ γράφω δειπνήσας, καὶ συγγινώσκω μὴ γράφοντί σοι. μᾶλλον δὲ, ὅτι μέν τισιν ἐδυνήθης γράψαι, θαυμάζω. τὸ δὲ ὅτι μὴ καὶ ἡμῖν, οὐχ ἡγοῦμαι θαῦμα.

Cum *Celso* Syriae Praefecto, eram & disserebam vespere. Famulorum aliquis accurrens dicebat: *Dius* est infra & literas poscit. *Celso* itaque jubente adscendit ad nos *Dius*, ego vero edoctus, quis ille sit, quodque a te venerit, & ad te sit rediturus, ab utroque laesum me dixi, qui haec ignoraverim : scripturum enim me tibi fuisse, si scivissem. Respondebat *Dius* : non deerit tibi sat temporis ad literas scribendas. Constitueram quidem ante noctem mediam equum inscendere, in tuam vero gratiam iter in proximum diem distuli. Itaque, coena sumta, nunc scribo, tibique, qui non scribas, ignosco : imo etiam ad alios scribere te potuisse miror, ad me vero non scripsisse, mirum non puto. Multa enim negotiorum genera te cingunt, quae tum ex regionibus multis,

(4) Similiter *Philostratus* I. 20. §. 1. p. 413. κολάζειν τράπεζαν dicit, cui I. 17. 3. oratio etiam κεκολασμένη audit. Transfertur eadem vox etiam ad alia, quod ostendit *Gatakerus* ad Antoninum II. 3. §. 8. (5) καὶ παρὰ *Vatic.* A. Nostrum habet B.

EP. MCCLXXXIII. (1) τῷ, *Vatic.* B. ex emendatione pro ἐν, quod est in A. (2) *Tibicinem exspectare* proverbialiter dicuntur, quibus cum tardis res est. Vide *Erasmi* Adagia p. 550. (3) Ita omnino cum *Vatic.* B. scribendum, quando in A. sine ullo sensu legitur: εἰ καὶ Ἰλίαν. (4) ἐπιθυμεῖς, *Vatic.* B.
Quae sequuntur, sunt ex VATICANO B.

EP. MCCLXXXIV. (1) Συρίας ἄρχων videtur idem esse, qui alias Συριάρχης vocatur. (2) Haec in *Vatic.* B. ita scripta erant Δίος ἐρωμένω. Non dubito, ita, ut scripsimus esse scribendum. *Dius* nomen est proprium non insuetum. *Stobaeus* enim Sermone LXIII. *Dium* quendam Pythagoreum laudat. Fortasse illud ex notiore *Dionysii* nomine ortum est. Ita supra ep. 1155. ad Marium data incipit Διονύσιος ἐστοὶ, ubi in *Vatic.* A. legitur Δῖος ἐστοὶ. Nisi potius Δῖος per compendium scriptionis idem sit, quod alias Διονύσιος.

EP.

multis, tum ex multis insulis nascuntur. Ex quo factum est, ut te quandoque literis acceptis oppressum fere viderem. Adeo facultatem non habes ad amicos scribendi. Alius quidem fortasse hoc culpaverit, qui scilicet, nihil eorum, quae agis, expendat. Nos vero & causam rei non ignoramus, & amari a te sufficere nobis putamus. Ratum igitur hoc esto. Ego vero literas ad te mitto, cujus labor omnis in scribendo versatur.

EIDEM.

Quemadmodum scribendi officium ob negotiorum molem tibi remittimus, ita tuam in nos benevolentiam ex factis perspicere velimus. Quam graviter enim animo adfligi me putas, quandoquidem amici nihil ad me eorum perscripserunt, quae scripturi erant, si quis beneficio aliquo fuisset adfectus. Quamvis enim non longum tempus excesserit (facta enim longius tempus fortasse requirant) humanitatem tamen tuam vel prima dies sermonibus tuis testatam illis facere potuisset. Modo itaque, etiamsi non antea, tale aliquid a te praestetur, ex quo Galatae persuasum sibi habere possint, me a te non ignorari. Id vero optime intellexerint, si, quem prae aliis dignitate quadam & auctoritate instructum esse velim; eum provinciae alicui admotum videant. Nosti utique, quem innuam, si memineris & sermonum hic factorum, & missarum literarum. Si vero patienter idem iterum audire velis, ita habe. *Maximo* filius est *Hyperechius*, homo cordatus, nec prudentia minus quam eloquentia valens, quique Patre superstite bonos mores probavit. Ille quidem in agris colendis aetatem suaviter transigeret: ego vero damni loco habeo, si egregia juvenis indoles semper lateat. Quod si facultate essem destitutus, votis eam mihi expeterem; tua vero nunc instructus, ea ad labores, tali homine dignos, isti conciliandos uti audeo. Expende vero, me, qui filii mei res lubricas esse videam, illius tamen gloriam hujus securitati anteponere. Me enim amicorum potius quam meorum rebus decet consulere.

TATIANO.

Quotiescunque a vobis aliquis adventat, toties primum interrogamus, quomodo res tuae habeant. Si quid jucundi percipimus, gaudemus: gaudemus vero, & tui & nostri amantes. Te enim superstite, & dignis honoribus ornato, & illorum, qui ad te confugiunt, res florent, & praeclaram movent exspectationem. Dixerim vero etiam, omnibus id hominibus esse salutare. Tu enim unus alios, ut amicos, alios vero ut homines, ipsius scilicet naturae rationem habens, beneficiis demereris. Nec ullam urbem dicere possis, quae homines a te vel ornatos, vel servatos non habeat. Imo vero, ubicunque sunt homines, ibi & beneficia optimi

θαῦμα. Πολλὰ γὰρ δή σε περιρρεῖ πραγμάτων εἴδη, φυομένων ἐκ πολλῆς μὲν ἠπείρου, πολλῶν δὲ νήσων. ὥστε σέ ποτε καὶ πιεζόμενον εἶδον, οἷς ἐλάμβανες, γράμμασιν. οὕτω τοῦ δύνασθαι τοῖς φίλοις ἐπιστέλλειν πλεῖστον ἀπέχεις. Ἀλλ' ἴσως ἄλλος μέν τις κἂν αἰτιάσαιτο τοῦ οὐδὲν, ὧν προέστηκας, ἐξεταζόντων. Ἡμεῖς δὲ οὔτ' ἀγνοοῦμεν τὰ αἴτια, κἂν φιλώμεθα, ἀρκεῖν ἡγούμεθα. Τοῦτ' οὖν ἔστω. γράμματα δὲ ἡμεῖς πέμψομεν, οἷς ἐν τῷ γράφειν τὰ πράγματα.

MCCLXXXV. ΤΩι ἈΤΤΩι.

Ὥσπερ σε τοῦ γράφειν ἀφίεμεν διὰ τὸ πλῆθος τῶν πραγμάτων, οὕτω σου τὴν πρὸς ἡμᾶς εὔνοιαν ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἀξιοῦμεν ὁρᾶν. Τὸ μὲν οὖν μήπω τοὺς φίλους ἡμῖν δεδωκέναι γνῶναι μηδὲν, ὧν εἰκὸς ἦν τοὺς ἀγαθοῦ τετυχηκότας τινὸς, πῶς οἴει θράττει (1) μου τὴν ψυχήν; Καὶ γὰρ, εἰ μὴ πολὺς ὁ χρόνος, τὰ γὰρ ἔργα ἴσως δέοιτ' ἂν χρόνου μακροῦ, τήν γε ἐκ λόγου φιλανθρωπίας, κἂν ἡ πρώτη γε ἐπιδείξειν ἡμέρα. Νῦν οὖν εἰ καὶ μὴ πρότερον, γενέσθω τι τοιοῦτον, ὃ πείσει Γαλάτας, ὅτι με οὐκ ἀγνοεῖς. Γνοῖεν δ' ἂν καλῶς, εἰ, ὃν μάλιστα βουλοίμην ἂν ἐν τάξει τινὶ φανῆναι καὶ σχήματι, τοῦτον ἴδοιεν ἐν ἄθλοις. Οἶσθα, ὃν λέγω, εἰ δὴ μέμνησαι τῶν τε ἐνταῦθα λόγων, τῶν τε πεμφθέντων γραμμάτων. Εἰ δ' οὐκ ἂν ἀηδῶς αὖθις ἀκούσαις, Μαξίμου παῖς Ὑπερέχιός ἐστι, νοῦν ἔχων ἄνθρωπος, καὶ γλῶτταν τῆς διανοίας οὐ χείρω. καὶ ζῶντος τοῦ πατρὸς οὗτος ἔδοξεν εἶναι χρηστός. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἡδέως ἂν ἐν τῷ τοὺς ἀγροὺς θεραπεύειν διάγοι. ζημία δέ ἐμοι, τὸ λαθεῖν τὴν τοῦ νεανίσκου φύσιν. Εἰ μὲν οὖν ἐστερήμεθα δυνάμεως, εὐξαίμεθα ἂν σχεῖν. κεκτημένος δὲ τὴν σὴν, οἶμαι αὐτὴν εἰς πόνους πρέποντας τῷ τηλικούτῳ καταστήσειν. Ἐνθυμοῦ δ', ὅτι, τῶν περὶ τὸν παῖδα τὸν ἐμὸν (2) ἐχόντων μοι σφαλερῶς, τοῦ ζητεῖν ἀσφάλειαν ἐκείνης προστίθημι τὴν τοῦδε δόξαν. Δεῖ γάρ με φαίνεσθαι τῶν φίλων μᾶλλον, ἢ τῶν ἐμαυτοῦ κηδόμενον.

MCCLXXXVI. ΤΑΤΙΑΝΩι.

Ὅταν παρ' ὑμῶν ἀφίκηταί τις, πρῶτον ἡμῖν ἐρώτημα, πῶς ἔχει τὰ σά. κἂν ἀκούσωμέν τι χρηστὸν, χαίρομεν. χαίρομεν δὲ, σέ τε ὁμοῦ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς φιλοῦντες. ὡς σοῦ γε ζῶντός τε καὶ τὰ εἰκότα τιμωμένου, θάλλει τε τὰ τῶν εἰς σε καταπεφευγότων, καὶ ἐπ' ἐλπίδος ἐστὶ βελτίονος. Φαίην δ' ἂν, ὅτι καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τοῦτό γέ ἐστι σωτήριον. Σὺ γὰρ δὴ μόνος τοὺς μὲν ὡς φίλους εὖ ποιεῖς, τοὺς δὲ ὡς ἀνθρώπους αἰδούμενος τὴν φύσιν. καὶ οὐκ ἂν εἴποις πόλιν, ἣ τοὺς ὑπὸ σοῦ κεκοσμημένους ἢ σεσωσμένους γε οὐκ ἔχει. ἀλλ' ἔνθα ἀνθρώπων γένος, πάντας εὐεργεσίαι τοῦ πάντα ἀρίστου Δα-

EP. MCCLXXXV. (1) θράττει idem est, quod ταράττει. Vid. Schol. *Aeschyli* ad Prometh. v. 629. (2) Filium, ex illegitimis nuptiis sibi natum, intelligit, de quo alibi in his diximus.

Δατιανοῦ. Εἰκὸς μὲν, ὅτι καὶ σοί τις περὶ ἡμῶν γίνεται λόγος, ἄλλως τε καὶ ἐν Ἀγκύρᾳ. Ἡμῖν δὲ οὐδ' ἄλλος ἐστὶν ἐν φίλτροις, ἢ ὅστις τῶν σῶν μνημονεύει καλῶν. καὶ τοῦτ' ἐμέ τε καὶ τὸν μέλιτος γλυκίω τὴν αὐδὴν (1) εἰς μέσας νύκτας πολλάκις προήγαγεν. τὰ μὲν ἐπαινεῖν ὁμογνωμονοῦντε, τὰ δ' ἑκάτερον μείζω λέγειν ἐθέλειν ἐρίζοντι. Τὸ δ' ἥδιστον ταύτης τῆς ἔριδος, ὅτι καὶ τὸν ἡττώμενον ἡσθέντα ἀποπέμπει, ἃ ἐβούλετο, ἐν οἷς ἥττηται, ἀκηκοότα. Οὕτως οὐ παντάπασιν ἀφέσταμέν σου, τῇ συνεχεῖ μνήμῃ σοφιζόμενοι συνουσίαν. Τὰ μὲν οὖν εἰς ἐμὲ πάλαι σοι καὶ πεποίηται καὶ πέπρακται. καὶ τἆλλα ἔχω, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ κεκόμισμαι. Νῦν δὲ μοι τὸν Ὑπερέχιον εἰς μέσον ἄγε, καὶ ποίει ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ πόλεις ὠφελεῖν εὐδοκιμούντων. Ἔστι δὲ ὁ μὲν οὐκ ἀργὸς, σὺ δ' ἐν τῷ τὰ τοιαῦτα δύνασθαι πληροῦν ἀπὸ νεύματος. Δὸς δὴ σαυτὸν, καὶ λάμπρυνον οἰκίαν, ἣν διέσωσας. Εἰ δ' οὐδὲν δεῖ Μαξίμῳ (2) συνηγόρων, ἀλλ' ἐμοί γε οὐκ ἦν καλὸν, σιγῇ παρελθεῖν ἑταῖρον ἐπιμελείας ἄξιον.

optimi Datiani exstant. Consentaneum itaque est, & nostri aliquam te habere rationem, in urbe praecipue Ancyrana. Mihi vero nemo alius in deliciis est, quam qui praeclara tua commemorat. Hujusmodi sermones & me, & eum, qui melle dulciora loquitur, saepe in medias noctes provexerunt. Uterque enim in laudando te conspirabamus, uterque vero laudando nos invicem superare contendebamus. In hac pugna id inprimis suave erat, quod & victum cum gaudio dimittebat, ea scilicet, quae cupiebat, dum vincebatur, audientem. Hoc modo non omnino a te absumus, sed continua tui mentione facta ut tecum versemur, arte quadam efficimus. Rês itaque meas jam pridem curasti egregie, & provexisti; praeter enim alia & patriam meam per te teneo. Jam vero mea causa & *Hyperechium* in medium producito, facitoque, ut inter eos sit, qui tanquam bene de civitatibus merentes celebrantur. Ille vero minime ignavus est, tu vero ea potestate polles, ut vel nutu rem perficere possis. Da igitur te nobis, & illustriorem fac gentem, cui salutem praestitisti. *Maximo* quidem patronis non opus est: me vero non decebat, amicum, omni cura dignum, praeterire silentio.

MCCLXXXVII. ΥΠΕΡΕΧΙΩι.

Οἶμαί σε καὶ εἰληφέναι καὶ δεδωκέναι τὰς ἐπιστολὰς, πρὸς οὓς ἦσαν ἐπεσταλμέναι, καὶ εἶναι νῦν ἢ ἐν τῷ τετυχηκέναι τινὸς, ἢ ἐν ἐλπίσιν ἔργου. Εἰ δ' οὖν ἔτι καθεύδουσιν οἱ φίλοι, προσάγε κέντρον αὐτοῖς ταυτὶ τὰ γράμματα, καὶ ἴσως ἀνεγερθῆναι.

HYPERECHIO.

Literas te & accepisse, & iis, ad quos scriptae erant, tradidisse opinor, & nunc in eo esse, ut vel acceperis aliquid, vel exspectare possis. Quod si vero amici adhuc dormiunt, literas has illis instar calcaris admove, & fortasse excitari se patientur.

MCCLXXXVIII. ΤΕΥΤΟΜΗΡΗι. (1)

Οὐκ ἔμελλον ἐμαυτὸν ἀποστερήσειν κέρδους μείζονος, ἢ κατὰ πολὺ χρυσίον. Τί δὴ τοῦτο τὸ κέρδος; ἡνίκα προὔπεμπον τὸν σὺν θεῷ λαβόντα τὴν βασιλείαν (2), μικρὸν αὐτοῦ τὸν ἵππον ἀπάγων, ἀλλ' ἐμοὶ διελέχθης, ἔχοντι τιμὴν, καὶ ἐκέλευες ἐπιστέλλειν, τοῦ φιλεῖν πίστιν παρέχων (3), τὸ καὶ λαβεῖν ἂν ἡδέως ἐπιστολήν. Ἐγὼ δὲ εὐθύς τε ἥσθην, καὶ τὸ ἔργον προστίθημι καὶ πάλιν (4) ἐλπίζων ἥδομαι. Δῆλον γὰρ, ὅτι τῷ κελεῦσαι γράφειν κεχαρισμένος χαρεῖ καὶ τῷ μείζονι τοῖς παρὰ σοῦ γράμμασι.

TEUTOMERI.

Non utique privaturus me ipse eram commodo illo, quod multo auro habeo praestantius. Quodnam vero est illud commodum? Illud, quod cum eum, qui Numine propitio imperium nactus est, comitabar, tu quidem, equo nonnihil abducto, me, debitum tibi cultum praestantem, es allocutus, & scribere jussisti, amorisque in me tui argumentum id esse voluisti, quod literas meas libenter sis visurus. Ego vero ut tunc sum laetatus, ita rem ipsam nunc praesto, quam a te vicissim exspectans laetor. Neque enim dubito, te, qui scribere jubens gratum mihi fecisti, literis quoque tuis tanquam majori dono mihi esse gratificaturum.

MCCLXXXIX. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι.

Εἰκὸς μὲν τι πέπονθας ἀθυμῶν ἀγνώμονι ψήφῳ περιπεσών. οὐ μὴν ἀλλ' ὁ δεῖνα ἠδίκησε, παρ' ἡμῶν προσο-

ηκε

PRISCIANO.

Merito quidem indignatus es, qui in iniquum incideris judicem. Neque tamen illorum,

EP. MCCLXXXVI. Alludit ad *Homeri* illud de Nestore Iliad. *α*. v. 249.

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

(2) Hujus enim filius erat *Hyperechius*, quod ex superiore epistola constat.

EP. MCCLXXXVIII. (1) De eo lege *Valesium* ad Ammianum Marcellinum XV. 5. p. 72. ubi ad ipsam hanc epistolam provocat. Protector is fuit Domesticus & natione Francus. (2) *Julianum* intelligit. (3) πίστιν παρέχειν est *fidem facere*, quo sensu etiam *Actor.* XVII. 31. occurrere videtur, ubi vide, quae in *Curis* nostris scripsimus. (4) πάλιν hic idem mihi videtur esse quod *vicissim*. Libanius enim, quod ex sequentibus patet, a *Teutomere* responsorias exspectabat. Poteras etiam vertere *similiter*. Hunc vocis significatum aliquot *Polybii* locis adstruxit Rev. *Raphelius* in Annotatt. Philologicis ad N. T. p. 71.

E P.

rum, quae iste peccavit, poenam a nobis, qui una tecum ipsi succensemus, repetere debebas. Acerba vero & gravis poena est, literas ab amico non accipere, si quidem accipere eas miram adfert laetitiam. Tu vero & tuos illis privasti: neque enim ad eos quoque te scripsisse ex ipsis intellexi. Interim vel sic nos scribimus, & silentium tuum rumpimus. Neque enim impetrare a te unquam possis, ut debita non solvas. Jam vero literas literis utique debes. Te vero praeterea, ut *Olympium* hunc & ames, & beneficiis cumules, precamur, *Alexandri* scilicet nepotem, & propter illum a nobis magni habitum. *Alexander* vero ille *Eubuli* ex fratre nepos est, longe autem a patrui moribus alienus. Nam & Deos timet, & amicos reveretur, & amicitiae tenax est, & justi se praestat studiosum. Fac itaque & mihi & *Alexandro* hanc gratiam, *Olympium*que serena fronte excipe, ut, etiam nulla re turpi usus, prosperior ad nos revertatur.

ἧκε δίκην λαμβάνειν, ἐν συνοργιζόμεθά σοι. Πικρὸν δὲ ἡ δίκη καὶ μεγάλη, γράμματα φίλου μὴ λαμβάνειν, εἰ δὴ καὶ τὸ λαμβάνειν εὐφροσύνη θαυμαστή. Σὺ δὴ καὶ τοὺς σαυτοῦ τούτων ἀπεστέρηκας. οὐδὲ γὰρ ἐκείνοις ἀπέσταλκας, ὡς παρ' ἐκείνων ἀκούων ἦν. ἀλλ' ἡμεῖς τε ἐπιστέλλομεν, καὶ λύομέν σοι τὴν σιωπήν. Τούτου γὰρ οὐκ ἔτ' ἂν εἴης κύριος, τοῦ τὰ ὀφειλόμενα μὴ ἀποδοῦναι. γράμματα δ' ἂν ὀφείλοις ἀντὶ γραμμάτων. Ἡμεῖς δέ σε μετὰ τῶν γραμμάτων καὶ τὸ φιλεῖν τε καὶ εὖ ποιεῖν Ὀλύμπιον τουτονὶ προσαπαιτοῦμεν. Ἀλεξάνδρου τε ὄντα ἀνεψιόν, καὶ δι' ἐκεῖνον ὑφ' ἡμῶν τιμώμενον. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος Εὐβούλου μὲν ἀδελφιδοῦς, πλεῖστον δὲ ἀφέστηκε τῶν τοῦ θείου τρόπων. καὶ γὰρ θεοὺς φοβεῖται, καὶ φίλους αἰσχύνεται, καὶ φιλίαν τηρεῖ, καὶ δίκαιος εἶναι βούλεται. Δὸς δὴ χάριν ἐμοί τε καὶ Ἀλεξάνδρῳ τὸν Ὀλύμπιον ἡδέως ἰδών, ὃς (1) ἄνευ τοῦ τι ποιεῖν αἰσχρὸν δύναιτ' ἂν εὐπορώτερος ἐπανελθεῖν.

ACACIO.

Titiano multis adferente epistolas, nec ipse tales accepturum me speravi, nec miratus sum, non accepisse. Manifestum enim erat, hanc poenam me luere ideo, quod non ante rescripsi. Interim nihil ego peccavi, non scribens, sed ille qui non nunciavit, abiturum esse *Titianum*, quem ego equo vectum conspicatus, tanquam graviter laesus clamavi, praedicens, fore, ut hujus rei causa mihi succenseres. Ille vero, solaturus me, rem omnem ex vero tibi expositurum esse dixit, neque passurum, ut molesti quidquam inde mihi accidat. At ille vel penitus me fefellisse, vel frigide causam meam egisse videtur. Alioquin enim rem non sponte factam pro crimine non habuisses, neque mentem ab omni culpa immunem pravam censuisses. Hanc vero tu innoxiam deprehendens, neque enim fidem mihi non habebis, poenas a me repetere desine, inprimis cum causae meae patronum habeam *Olympium*, cui juratus ea, quae ad te scripsi, confirmavi.

MCCXC. ἈΚΑΚΙῼ.

Πολλοῖς Τιτιανοῦ (1) διδόντος ἐπιστολάς, οὔτε ἤλπισα λήψεσθαι, οὔτε μὴ λαβὼν ἐθαύμασα. Δῆλον γὰρ ἦν, ὡς τοῦ μὴ ἀντεπιστεῖλαι πρότερον ταύτην ὑφέξω τὴν δίκην. καίτοι οὐκ αὐτὸς ἠδίκουν μὴ γράφων, ἀλλ' ὁ μὴ φράσας ὡς ἔξεισι Τιτιανός, ὃν ἰδὼν ἐπὶ τοῦ ζεύγους ἀνέκραγον, ὡς ἂν βλαβείς, καὶ προεῖπον, ὅτι σε τὸ πρᾶγμα χαλεπόν μοι ποιήσει. παραμυθούμενος δέ με πᾶσαν ὑπέσχετο τὴν ἀλήθειαν ἐρεῖν, οὐδέν τε δυσχερὲς ἐάσειν ἐγγενέσθαι. Ἀλλ' ἔοικεν ἢ ὅλως με προδεδωκέναι, ἢ μαλακῶς ἀπολελογῆσθαι. Οὐ γὰρ ἄν ποτε σὺ ἔγκλημα ἐποιήσω τὸ ἄκουσιν, οὐδ' ἂν πονηρὰν ἡγήσω γνώμην καθαρεύουσαν αἰτίας. Νῦν οὖν αὐτὴν εὑρὼν δικαίαν, οὐ γὰρ ἀπιστήσεις γέ μοι, παῦσαι κολάζων, ἄλλως θ' ὅτι καὶ συνήγορον ἔχω τὸν χρηστὸν Ὀλύμπιον, πρὸς ὃν ὀμώμοκα, περὶ ὧν ἐπέσταλκά σοι.

HIERIO.

Nondum misit telum ingenuus *Demetrius*, sed funestam sagittam arcui commisit: nos quoque Corinthios reveritus, conciliari se passus est, &, quos accusare poterat, illis nunc amicus est, suavius esse putans, a viris senibus laudari, quam injuriam ulcisci. Qui igitur culpae sunt obnoxii, ii gratiam nobis, nos vero *Demetrio* habemus. Recte vero & vos eam habueritis, qui propter mores ejus & ipsi in universum bene audiatis. Quando enim Reipublicae praefectus humanus esse videtur, tota urbs in ejusdem gloriae societatem venit. Idem igitur a vobis, quod a nobis, accipiat. Hoc vero sit admiratio & plausus: optimus ille habeatur

MCCXCI. ἹΕΡΙῼ.

Οὐκέτ' ἀφῆκε τὸ βέλος ὁ γενναῖος Δημήτριος, ἀλλὰ κατεχόσμησε (1) μὲν ἐπὶ νευρῇ πικρὸν ὀϊστόν. ἡμᾶς δὲ τοὺς Κορινθίους αἰδεσθεὶς κατηλλάγη, καὶ οἷς ἐγκαλεῖν εἶχε, τούτοις ἐστὶ νῦν φίλος, τοῦ λαβεῖν δίκην τὸ παρ' ἀνδρῶν γερόντων ἐπαινεθῆναι νομίσας ἥδιον. Οἱ μὲν οὖν ἐν ταῖς αἰτίαις ἡμῖν ἔχουσι χάριν, Δημητρίῳ δὲ ἡμεῖς. Ἔχοιτε ἂν καὶ ὑμεῖς εἰκότως, εὐδοκιμήσαντες ἐν τῷ τοῦδε τρόπῳ δημοσίᾳ. Ὅταν γὰρ ὁ τῶν κοινῶν προεστὼς χρηστὸς φαίνηται, καὶ τὴν ὅλην συμβαίνει πόλιν ταύτης ἀπολαύειν τῆς δόξης. Ἐχέτω τοίνυν παρ' ὑμῶν ὃ δὲ καὶ παρ' ἡμῶν. Ἔστι (2) δὲ τοῦτο θαῦμα καὶ

EP. MCCLXXXIX. (1) Malim ὡς.

EP. MCCXC. (1) *Titianus* Acacii erat filius.

EP. MCCXCI. (1) MS. κατεχόσμησε, male: rectius a manu recente scriptum erat κατεκόσμησε. *Homerica* phrasi utitur noster ex Iliad. δ. v. 118. Αἶψα δ' ἐπὶ νευρῇ κατεκόσμει πικρὸν ὀϊστόν (2) Forte rectius ἔτι.

καὶ κρότος, καὶ ἄριστος ἀναγεγράφθω Ταρσέων, χρηστότητός τε εἵνεκα καὶ τὰς σπονδὰς ἀμείνους ἡγεῖσθαι τῆς μέχρι παντὸς ὀργῆς.

beatur Tarsensium, tum humanitatis causa, tum quod pacem praestare putet irae longissime productae.

MCCXCII. ΜΑΡΙΩ.

Καὶ πολλά σου καὶ καλὰ τὰ γράμματα. τὸ μὲν ἄξιον τῆς ἐκ παιδὸς ἐν τῇ διανοίᾳ τεθέντων λόγων. τὸ δὲ δίκαιον ἀκμάζειν παρέχει σοὶ τὸ περὶ ἐμὲ φίλτρον. Ἡμεῖς δὲ εἰ μὴ καὶ τοσαῦτα γράφομεν, ἀλλ' ἐν τῷ φιλεῖν γε τὸ ἴσον δρῶμεν. Ὅτε δὲ ταῦτα ἐγράφομεν, ἐκέκλητο ἡμῖν ἡ πόλις ἐπ' ἀκρόασιν λόγου τινός, ὅς, εἰ χρηστῆς ἀπολαύσει τῆς τύχης, δέξεται καί σε κριτήν. Τὸν μὲν γὰρ ἄριστον Ῥουφῖνον, φεύγοντα τοὺς τοιούτους συλλόγους, οὐκ ἐδόκει νῦν ἐνοχλεῖν. ἐνοχλούμενος δὲ αὐτὸς ὑπὸ τῶν φιληκόων τὴν τοῦ χειμῶνος εἰσπραττόμενος φοράν, οὔτε τούτους οἷός τε ἦν παύειν, οὔθ' ὑπερπηδᾶν Ῥουφῖνον. Οὕτω δὴ καλῶ καὶ ὑπήκουσε. τοῦ δὲ πλοῦ μελήσει τοῖν Διοσκόροιν (1).

MARIO.

Et frequentes & elegantes sunt epistolae tuae. Posterius dignum est literis, a puero menti tuae insitis: prius vero, amorem in me tuum incrementa cepisse, ostendit. Nos quidem quamvis non adeo frequenter scribamus, amando tamen paria praestamus. Haec scribentes urbem ad audiendam orationem quandam nostram vocavimus, quae, si bona utatur fortuna, & te habebit judicem. Optimo quidem Rufino, recitationes ejusmodi fugienti, molestus esse nolebam. Cum vero ab audiendi cupidis, tributumque hyemale exigentibus urgerer ipse, nec his obsistere, nec *Rufinum* praeterire poteram. Propterea invitavi eum, & invitanti ille paruit. Navigationi vero prospiciens Dioscuri.

MCCXCIII. ΘΕΟΔΩΡΩ.

Ἐλπίζω σε τὴν Ῥαδαμάνθυος δόξαν ἐν τῷ δικάζειν ἕξειν, ὥσπερ τὴν τοῦ νικῶντος ἐν τῷ συναγορεύειν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ τέχνῃ κρατῆσαι τοῦ δικαίου λαμπρόν, ἐνταῦθα δὲ τὸ μηδὲν ἐᾶσαι κρεῖττον τοῦ δικαίου γενέσθαι. Κἀκεῖ μὲν ὅσῳ μείζων ὁ μισθός, τοσούτῳ καὶ τὸ κλέος. ἐντεῦθεν δὲ τὸ πενέστερον ἀπελθεῖν ἀρετή. Ἴθι οὖν ἡμῖν ἀμφοτέρους κτήσασθαι τοὺς στεφάνους, ὅπως τοὺς ἐλπίζοντάς τι χεῖρον ἀποπνίξωμεν τῷ φανέντι καλῷ. Λητόϊον προσειπὼν μὲν εὖ ἐποίησας, ἀναμνήσας δέ τινος δυσχεροῦς ἠνίασας. Εἰ δ' ἐπὶ τῆς προσρήσεως ἔστης, σὺ μὲν ἂν ἦσθα βελτίων, ὁ δ' αὐτὸς ἂν ἑαυτὸν ἔδακνε.

THEODORO.

Rhadamanthi gloriam non minus judicem te, quam olim causarum patronum, victoris illam, reportaturum puto. Hic quidem honorificum est, arte sua id, quod justum est, deprimere, ibi vero laudis est, prohibere, ne quid justo & aequo sit superius. Hic quo major est merces, hoc amplior est gloria: ibi vero virtutis est, pauperiorem abire. Age itaque, & utramque coronam reporta, ut illis, qui deteriora sperant, praeclaris tuis factis aegre fiat. Quod *Letoium* salutasti, recte fecisti, quod vero funesti aliquid ei in memoriam revocasti, eo tristitiam attulisti. Si in salutatione acquievisses, tu quidem melior fuisses, ille vero suum ipse cor edisset.

MCCXCIV. ΔΗΜΗΤΡΙΩ.

Οἶδα οὐ πρὸς πολλὰς ἀποκεκριμένος ἐπιστολάς. Αἴτιον δὲ ἡ λύπη, ἣν ἐπ' ἐκείνῳ τῷ πεπτωκότι (1) λυπούμενος οὐκ αἰσχύνομαι. ἐπεὶ καὶ τὰς ἐπιδείξεις τῶν λόγων πολὺν δὴ παύσας χρόνον νῦν μόλις ἂν ἀνενεωσάμην. Δοκεῖς δέ μοι καὶ αὐτὸς ἐπαινεῖν μου τὴν ἀθυμίαν. Οὐδαμοῦ γὰρ ἐνεκάλεσας τὴν πολλαχοῦ σιωπήν, ὡς ἂν ἐχούσαν τὸ εὔλογον. ἡ βραδυτὴς δέ σοι τῶν ξενίων μακρὰν ἡμῖν πεποίηκε τὴν ἑορτήν. Ἄρτι γὰρ εἰσιόντας εἰς τὸ πονεῖν ἥκοντα πάλιν ἡμᾶς εἰς τὸ παίζειν, ἃ τῶν ἑορταζόντων ἐστί, κατέστησε, καὶ συνηγωνίσατο τοῖς πολλοῖς, οἳ πάντα φασὶ τὸν μῆνα δεῖν ποιεῖν ἑορτήν. ὥστ' οὐκ αἰτιάσομαι τὸν χειμῶνα μᾶλλον κλείσαντα τότε τὴν ὁδόν, ἢ φίλον ἡγήσομαι τὴν εὐφροσύνην ἐκτείναντα.

DEMETRIO.

Novi me ad multas non respondere epistolas. In causa est moeror, cujus, tanquam ex illius obitu allati, me non pudet: adeo quidem, ut recitationes publicas, quas longo jam tempore omisi, aegre nunc tandem revocarim. Tu vero & ipse tristitiam meam probaturus videris. Nunquam enim silentium meum frequens culpasti, quod idoneis causis non destitueretur. Ceterum illa munerum missorum mora gaudia nobis longiora esse fecit. Cum enim nobis, labores iterum ingressuris, adferrentur, fecerunt, ut festos iterum dies ageremus, opemque tulerunt multis, qui per totum mensem laetitiae nos indulgere volunt. Itaque non tam accusabo hyemem, quae viam tunc clausit, quam amicam habebo, quod laetitiam nostram produxit.

MCCXCV. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩ.

Ἔτι σιγᾷς; ἔτι φυλάττεις τὴν ὀργήν; ἔτι παρ' ἡμῶν

PRISCIANO.

Itane adhuc taces? itane adhuc irae indulges?

EP. MCCXCII. (1) Castor scilicet & Pollux navigantibus prospicere credebantur. Vide quae scripsimus in *Curis* nostris ad *Act*. XXVIII. 11.

EP. MCCXCIV. (1) *Juliani* puto obitum intelligit.

ges? ita a nobis, qui una tecum indignamur, poenam non promeritam repetis? Enimvero ita non agere soles in foro. Ibi enim fur aut alias injurius poena afficitur. Nunc itaque vel culpae nos participes esse ostende, & tace; vel, si hoc facere non possis, scribe.

μῶν τῶν μετά σου μεμφομένων οὐκ ἄξιον ἀπαιτεῖς δίκην (1); καὶ μὴν οὐ τοιαῦτα ποιεῖς ἐν τῷ δικαστηρίῳ. ἀλλ' ὁ κλέπτων καὶ τἄλλα ἀδικῶν κολάζεται. χρὴ νῦν ἢ δεῖξον ἡμᾶς κοινωνοὺς τῶν ἐγκλημάτων καὶ σίγη, ἢ τοῦτο οὐκ ἔχων ποιεῖν, ἐπίστελλε.

MARIO.

MCCXCVI. ΜΑΡΙΩι.

Et dixi ego theatrum ingressus, & oratio secundis ventis ferebatur, judex vero ad judicandum erat idoneus, qui ex similibus certaminibus victor olim abiisset. Tu vero nisi majora mihi praestitisses, dicerem utique, te absentem tristitia me adficere. Jam autem & ipse post amplissima certamina coronatus me recreas. Adferetur ad te mea illa oratio, quae nunc quidem felix vocatur, bona vero dicetur, ubi tuum retulerit calculum.

Καὶ εἶπον εἰσελθὼν (1), καὶ κατὰ πρύμναν τὸ πνεῦμα, καὶ ὁ ἀθλοθέτης ἀγαθὸς ἦν κεῖνος (2) ἅτε ἐξ ὁμοίων ἀφιγμένος τῶν ἔργων. σὺ δ' εἰ μὴ μείζονα ἔπραττες, εἶπον ἄν, ὡς ἐλύπεις ἀπών. Νῦν δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς μεγίστοις ἄθλοις στεφανούμενος εὐφραίνεις. Ἥξει δέ σοι καὶ τὸ βιβλίον νῦν μὲν καλούμενον εὐτυχές. εἰ δὲ τὴν σὴν προσλάβοι ψῆφον, καὶ καλόν.

GERONTIO.

MCCXCVII. ΓΕΡΟΝΤΙΩι.

Nemo, me vivo, judicata illa irrita faciet. Id enim audere velle temerarium foret. Vides vero tu Aloidas illos ante, quam coelum peterent, sagittis esse confixos. Itaque & tu arcum adhibe: nec nos otiosos deprehendes. Si vero alia ratione nos amas, eam nobis ne invide: imo vero veniens ipse fruere deliciis.

Οὔτις ἐμοῦ ζῶντος τὰ κεκριμένα λύσει (1). Τὸ μὲν γὰρ τολμᾷν καὶ τῶν θρασυτέρων. ἀλλ' ὁρᾷς τοὺς Ἀλωέας (2) πρὸ τοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν ὁδοῦ τοξευομένους. χρῶ δὴ τῷ τόξῳ καὶ αὐτός. Ὄψει δὲ οὐδὲ ἡμᾶς ἀργοῦντας. Εἰ δ' ἄλλως ἐρᾷς τῆς ἡμετέρας, φθόνος οὐδείς, ἀλλ' ἐλθὼν ἀπόλαυε τῶν παιδικῶν.

SOPATRO.

MCCXCVIII. ΣΩΠΑΤΡΩι.

Ut hominem hunc benevolentiae tuae commendarem, *Amphilochius* a me petiit. Ego vero id ipsi pollicitus sum, nec fallere fidem possum. Inprimis cum *Amphilochium* boni custodis partes agere videam, quando dormit *Julianus*. Meum quidem auxilium literis continetur, tua vero majoris sunt momenti. Itaque opus ipsum tu adde, & fac, ut literae hae commodi aliquid adferant.

Τὸν ἄνθρωπον τοῦτον εὖ πράττειν Ἀμφιλόχιος ἠξίωσεν ὑπ' ἐμοῦ. Ἐγὼ δὲ ὑπεσχόμην τε καὶ οὐκ ἂν δυναίμην ἐξαπατᾷν. ἄλλως θ' ὅτε καὶ τὸν Ἀμφιλόχιον οἶδα τὰ τῶν φυλαττόντων ἂν δρῶντα καλῶν (1), ὁπότε Ἰουλιανὸς καθεύδει. Βοήθεια δὲ ἡ παρ' ἐμοῦ, γράμματα, μείζω δὲ σά. Προστίθει δὴ τὰ ἔργα, καὶ ποίει τι τῶν γραμμάτων ὄφελος.

THEODORAE.

MCCXCIX. ΘΕΟΔΩΡΑι. (1)

Nos vero vos vicissim invitamus, ut huc veniatis, & a mari discedatis. Praestat enim, ut vos nobiscum sobrie vivatis, quam ut nos vobiscum deliciis diffluamus.

Ἡμεῖς δέ γε ὑμᾶς ἀντιπαρακαλοῦμεν, ἐπανελθεῖν τὸ δεῦρο, καὶ πόρρω γενέσθαι θαλάσσης. Βέλτιον γὰρ ὑμᾶς μεθ' ἡμῶν σωφρονεῖν, ἢ ἡμᾶς μεθ' ὑμῶν τρυφᾷν.

FORTUNATIANO.

MCCC. ΦΟΥΡΤΟΥΝΑΤΙΑΝΩι.

Si quidem ille, Menelae, amicus esset, illi quidem nugarum, nos vero vani timoris essemus convicti. Faxit vero Numen, ut & ab aliis

Εἰ γὰρ δὴ οὗτος εἴη φίλος, ὦ Μενέλαε (1), καὶ οἱ μὲν ληροῦντες ἐξελεγχθεῖεν, ἡμεῖς δὲ κενῶς δείσαντες φόβους. εἴη

EP. MCCXCV. (1) Confer haec cum ep. 1289.

EP. MCCXCVI. (1) Supra ep. 1292. orationem hanc se recitaturum significaverat *Mario*. (2) *Rufinum*, puto, intelligit, quem auditorem sibi futurum eadem epistola nunciat.

EP. MCCXCVII. (1) Iliad. A. 88. *Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο*, ante oculos habuit. (2) *Aloidae* illi, quos *Virgilius* Aeneid. VI. 582. appellat, sunt *Othus* & *Ephialtes*, Aloëi filii, qui gigantea statura instructi, superisque bellum minantes Apollinis & Dianae telis confixi perierunt. Vide Intt. ad Virgilium. Ad eosdem noster provocat Orat. VI. p. 186. & *Julianus* Orat. I. p. 28. ad quam videbis *Ezech. Spanhemii* notas p. 195.

EP. MCCXCVIII. (1) In MS. *καλῶν* legebatur.

EP. MCCXCIX. (1) Hanc crediderim esse *Theodoram*, ad quam *Juliani* Imp. exstat epistola V. ubi in inscriptione *αἰδεσιμωτάτη* appellatur.

EP. MCCC. (1) Cum Menelao, *Homeri* carminibus noto; & ex rebus in bello Trojano gestis inclyto, Fortunatianum noster comparat.

εἴη δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι φόβων, ἀποῤῥαγέντος τοῦ ζάλου. Καὶ μὴν κἀκεῖνο τοὺς θεοὺς αἰτούμεθα, δοῦναί σε μετὰ τοῦ ἦρος ἡμῖν, ὅπως ἦρος ὡς ἀληθῶς ἀπολαύσαιμεν. ὡς ἄνευ γέ σου καὶ τὰ φαιδρότερα σκυθρωπά τε καὶ χειμέρια. Εἰ δὲ γε φανείης ἡμῖν μετὰ τῶν Διονυσίων, διπλοῖς ἡμῖν ὑπάρξει λειμῶσιν εὐφραίνεσθαι, τοῖς μὲν παρὰ τῆς γῆς, τοῖς δ' αὖ ἐν τῇ σῇ δεικνυμένοις ψυχῇ.

aliis timoribus liberi, fracta tandem procella, praestemur. Deos porro etiam precamur, ut sub vernum tempus tui nobis copiam faciant, atque adeo nos vere illo vere fruamur. Adeo sine te splendidiora quaeque obscura sunt & hyemis instar. Quod si sub Bacchi sollemnia te nobis sistas, duplici viridario frui nobis licebit, altero, quod terra praestat, altero, quod tuis animi dotibus continetur.

MCCCI. ἙΛΠΙΔΙΩι. (1)

Ἔγνων τὴν ἀρίστην Ἀρισταινέτην (2), καὶ γνοὺς ἠγάσθην τῆς γυναικὸς, ἰδὼν τὴν θυγατέρα, καὶ μακαρίους ἡγησάμην ὑμᾶς τε καὶ τὸν γήμαντα, τρίτον δὴ δέομαί τε καὶ ἐπιθυμῶ, τὸν τούτων υἱὸν ἰδεῖν. Ἴσως δὲ καὶ σὺ τῶν ἴσων ἐπιθυμήσεις, ἢν ἕτερος παρ' ἡμῖν γένηταί τε καὶ τρέφηται. Κἂν μεταπέμπῃ τοῦτον, ἀκούσῃ τὸν πρεσβύτερον ἀπαιτούντων.

HELPIDIO.

Cognovi jam Aristaenetam optimam, cognitamque matronam illam admiratus sum, postquam filiam conspexi. Felices vero & vos, & maritum praedicavi. Jam tertium est, quod peto & desidero, ut illorum videam filium. Fortasse vero & tu similia a nobis requires, si alter ille apud nos sit & educetur. Ubi itaque hunc revocaveris, audies nos majorem natu expetentes.

MCCCII. ΟΥΛΠΙΑΝΩι.

Ἁρμόνιος οὑτοσὶ χρηστὸς ὢν τὰ τῶν πεπονηρευμένων πάσχει. Χρηστὸν δὲ αὐτὸν ἔγνωμεν, ἡνίκα παρ' ἡμῖν δύναμιν ἔχων, ἀφ' ἧς ὑπῆρχεν, εἴπερ ἐβούλετο, ἁρπάζειν, οὔτε φόβον οὐδένα παρέστησεν ἀδίκως, οὔτ' ἐκέρδανεν, ἐξ ὧν ἄλλους ἐκάθισε κλαίοντας. Ἐφίσταται δὲ καὶ Ἀραβίοις ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σχήματος, οἶμαι δὲ καὶ σὺν τῷ αὐτῷ τρόπῳ. κακῶς δὲ ἑτέρου πεφυκότος τῶν ἴσα δυνηθέντων μὲν, οὐ βουληθέντων δὲ, περιέλαβε καὶ τοῦτον οὐκ οἶδ' ὅπως ἡ αἰτία. καὶ νῦν ἀπέσταλταί σοι δειχθησόμενος Ἀραβίοις, καὶ δεξόμενος τὸν βουλόμενον ἐγκαλεῖν. Εἰ μὲν οὖν πάντες ἦσαν βέλτιστοι, δεινὸν οὐδὲν ἂν ἦν. ἀλλ' ἐλπίδες εὐφημιῶν. τοιαῦτα γὰρ αὐτῷ τὰ πεπραγμένα. τρεφομένου δὲ πανταχοῦ τοῦ τῶν συκοφαντῶν γένους, μία γένοιτ' ἂν Ἁρμονίῳ καταφυγὴ, τό σε τοὺς μὲν ἐκείνως ποιοῦντας μισῆσαι, τηρῆσαι δὲ καθαρὸν ἐγκλημάτων ἄνθρωπον ἐπιεικῆ, καὶ πολλοὺς εἰς ἀρετὴν παρακαλέσαι, κηρύξαντα τῇ ψήφῳ, τὸ μήποτ' ἂν γενέσθαι συκοφαντίαν κρείττονα βίου τοῖς νόμοις ἀκολουθοῦντος.

ULPIANO.

Harmonius hic, vir optimus, hominum improborum sorte utitur. Bonum vero illum esse perspeximus, cum ea apud nos potestate, per quam, si voluisset, spolia referre potuisset, instructus neque timorem cuiquam praeter fas incusserit, nec lucrum fecerit, atque adeo aliis lacrymas expresserit. Is cum eadem auctoritate Arabibus est praefectus, iisdem, ut puto, moribus utens. Cum vero alius quidam ex iis, qui similia possunt, sed nolunt, improbe rem gesserit, & hic, nescio quomodo, in culpae societatem abreptus est. Jam itaque ad te mittitur, Arabibus sistendus, & admissurus quemque, qui dicam illi scribere voluerit. Quod si omnes essent optimi, nihil unquam molesti, sed laudes tantum exspectare debuisset. Talem enim se adhuc praebuit. Cum vero calumniatores ubique dentur, unum hoc *Harmonio* sit perfugium, te quidem hoc hominum genus odisse, hominem autem honestum ab injuria immunem praestare, multosque ad virtutem incitare, judicio hoc tuo docentem, calumniam nihil unquam posse adversus illam, quae legibus respondet, vitae rationem.

MCCCIII. ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΩι. (1)

Ἐπῄνεσα τὸ μὴ τὸν μυροπώλην Εὐγένιον ἐνοχληθῆναι, καὶ τῶν ἴσων αὐτὸν βούλομαι διὰ τέλους τυγχάνειν. Σὺ δὲ τὸ μὲν δέδωκας, τὸ δὲ δώσεις. Ὑπὸ γὰρ τῆς ἄγαν ἡμῶν φιλίας καὶ μάντις γεγένημαι.

MARCELLINO.

Eugenium seplasiarium nihil molestiae expertum esse jucundum mihi accidit, & ut eadem sorte perpetuo fruatur, opto. Tu vero ut alterum dedisti, ita dabis alterum. Pro insigni enim, quae inter nos est, amicitia vatem etiam agere possum.

MCCCIV. ΣΩΠΑΤΡΩι.

Τοῖς παρ' ἐμοῦ πρὸς τὸν ἄριστον Μαρκελλῖνον γράμμασι,

SOPATRO.

Literis, quas ad optimum *Marcellinum* dedi,

EP. MCCCI. (1) *Helpidius* hic Christianus erat, ad Praefecturam tandem provectus. Vid. *Ammianum* XXI. 6. p. 272. ibique Valesium, & *Jac. Gothofredum* in Prosopographia p. 365. (2) Aristaenete Helpidii uxor fuit, ab Hieronymo in vita Hilarionis valde laudata: de qua *Valesius* l. c. ubi initium hujus epistolae adfert.

EP. MCCCIII. (1) Nescio an hic sit *Ammianus* ille *Marcellinus* Historicus, ad quem alia nostri in superioribus epistola. Plures enim hujus nominis fuisse, constabit ex Celeb. *Jo. Alb. Fabricii* Bibliotheca Latina Vol. III. p. 229.

di, tuas quoque jungito, & epistolam nostram fulcito. Si enim intellexerit, se gratum utrique facturum, & promtius id faciet, &, ut perpetuum sit, curabit.

F L O R O.

Praeclarum mihi donum ex medio Aegaeo misisti, quando tuae familiae curam agere me jubes. In lucro enim non parvo pono, si quid commodi rebus tuis a me adseratur. Jube itaque & tuos ad me respicere, &, quid fieri velint, exponere. Quod si vero illi, te talia scribente, ad alios se receperint, honor a te mihi habitus & ab illis sublatus, nullus fuerit.

C E L S O.

Gorgonii filium, *Alexandrum*, non novi, nec Gorgonium, *Alexandri* patrem, cognitum habebam. Sed vel sic faveo illi, *Eustochio* optimo, amico meo, gratificaturus. Gratiam enim debeo *Eustochio* pro plausu illo & multo & amplo, quodque non erat ex illis, qui priore illa oratione laesos se putabant. *Alexandrum* ait in eo esse, ut ludos in Jovis honorem edat: pecuniam vero eidem solvi debere ab iis, qui patrimonii *Gorgonii* facti sint participes. Te porro sententia tua efficere posse, ut illa vel amplior vel minor sit. Fac itaque, ut, qui dare debent, se tibi multum tribuere ostendant, si scilicet in lucro ponendum esse dixeris, quod in hac causa praestatur auxilium. His lenociniis etiam nostrates homines adduxisti, ut pauperioribus dantes aeque gauderent, ac si ipsi acciperent.

E N T R E C H I O.

Quae de *Dionysio* ad praestantissimum *Palladium* scripsisti ea mecum, ille communicans interrogavit, quid factu esset opus, significans praeterea, se, si vel maxime gratificari mihi vellet, per leges tamen non posse. Ego vero a vobis peto, ut nihil ex me quaerentes vos ea, quae libuerit, in hac causa statuatis. Vos enim fortasse poenam sumere debetis, hoc autem cum meum non sit, me sane non decuerit, amico infelici me adversarium praestare. Jam pridem vero infelix esse coepit *Dionysius*, ex quo, Patre orbatus, pauper vixit, matre ipsius, & qui illam postea uxorem duxit, deliciantibus. *Julianus* haec novit, teque ea docere debebat. Nam & suscepit juvenem, & de suis illi largitus est, fecitque, ut multi fratres utrumque esse existimarent. Scilicet alter pecuniosus erat, uterque vero opibus illis fruebantur. Quoad igitur heic commoratus est, honeste & temperanter vixit & statuis po-

μασι προσέθης τι παρὰ σαυτοῦ, καὶ ποίησον ἡμῖν ἰσχυρὰν τὴν ἐπιστολήν. Εἰ γὰρ, ὅτι τὴν χάριν ἀμφοτέροις δώσει, μάθοι, προθυμότερόν τε δώσει, καὶ βεβαίαν τηρήσει.

MCCCV. Φ Λ Ω Ρ Ω.

Καλόν μοι δῶρον ἐξ Αἰγαίου μέσου πέπομφας τῆς σῆς οἰκίας ἐπιμελεῖσθαι κελεύων. ὡς ἐμοί γε κέρδος οὐ μικρὸν, ὅ, τι ἂν τὰ σὰ δι' ἐμοῦ κερδάνῃ. Κέλευε δὴ καὶ τοὺς σοὺς (1) εἰς ἡμᾶς βλέπειν, καὶ ὅτου δέοιντο φράζειν. Εἰ δέ, σοῦ ταῦτα ἐπιστέλλοντος, ἐπ' ἄλλους ἐκεῖνοι δραμοῦνται, τὸ παρὰ σοῦ τιμῆς ὑπ' ἐκείνων ἀναιρουμένης οὐκ οὔσης (2).

MCCCVI. Κ Ε Λ Σ Ω.

Ἐγὼ τὸν Γοργονίου (1) παῖδα, Ἀλέξανδρον, οὐκ οἶδα, ἀλλ' οὐδὲ Γοργόνιον ᾔδειν τὸν Ἀλεξάνδρου πατέρα. Βοηθῶ δ' ὅμως αὐτῷ, φίλῳ χαριζόμενος, Εὐστοχίῳ τῷ χρηστῷ. Καὶ γὰρ ὀφείλω χάριν Εὐστοχίῳ κρότου πολλοῦ τε καὶ σφοδροῦ, καὶ ὅτι οὐκ ἦν τῶν ὑπὸ τοῦ πρώην λόγου τιτρωσκομένων. Φησὶ δεῖν τὸν Ἀλέξανδρον μέλλειν μὲν θήσειν τὸν ἀγῶνα τῷ Διΐ, δεῖν δὲ αὐτῷ γενέσθαι χρήματα παρὰ τῶν κεκοινωνηκότων τοῦ Γοργονίου κλήρου. Τοῦ δὲ ἢ πλείω ἢ ἐλάττω ταῦτα γενέσθαι τὴν σὴν ψῆφον εἶναι κυρίαν. Πεῖθε τοίνυν, οἷς ἀναγκὴ δοῦναι, δεῖξαι τινα φιλοτιμίαν σαυτοῦ, καλῶν κέρδος τὴν ἐνταῦθα ἐπιεικείαν. οἵοις δὴ φαρμάκοις καὶ τοὺς παρ' ἡμῖν ἀνέπεισας τὴν τῶν λαμβανόντων ἡδονὴν ἐν τῷ διδόναι τοῖς ἀσθενεστέροις ἥδεσθαι.

MCCCVIII. Ε Ν Τ Ρ Ε Χ Ι Ω.

Ἃ περὶ Διονυσίου πρὸς τὸν γενναῖον Παλλάδιον ἔγραψας, πέμψας ἐκεῖνος πρὸς ἐμὲ, ἤρετο, τί δεῖ ποιεῖν, ἐνδεικνύμενος, ὡς, οὐδ' εἰ σφόδρα βούλοιτό μοι χαρίζεσθαι, δύναιτ' ἂν διὰ τοὺς νόμους. Ἐγὼ δὲ ὑμῶν δέομαι μηδὲν ἐμοῦ πυνθανομένους γνῶναι, ὅ, τι ἂν ἐθέλητε. Ὑμῖν μὲν γὰρ ἴσως ἀνάγκη τιμωρεῖσθαι, τὸ δ' ἀφειμένον ταύτης ἐμὲ, ἴσως οὐ καλὸν ἀτυχοῦντι συνεπιθέσθαι φίλῳ. Πάλαι δὲ ἀτυχεῖν ἤρξατο Διονύσιος, ἀφ' οὗ τοῦ πατρὸς στερηθεὶς ἐν πτωχείᾳ διῆγε, τῆς μητρὸς αὐτῷ καὶ τοῦ ταύτην ἐπιγήμαντος τρυφώντων. Οἶδε ταῦτα Ἰουλιανὸς (1), καί σε διδάσκειν δίκαιος ἦν. Καὶ γὰρ ὑπεδέξατο τὸν νέον, καὶ μεταδέδωκε τῶν ὄντων, καὶ δοξάζειν ἔδωκε τοῖς πολλοῖς, ὡς εἴησαν ἀδελφοί. Οὕτως ηὐπόρει (2) μὲν ἕτερος, ἀπέλαυον δὲ ἀμφότεροι. Ἕως μὲν οὖν ἐνταῦθα διέτελε, κοσμίως τε

EP. MCCCV. (1) τοὺς σοὺς scripsi pro τὸ σῆς. (2) Videtur heic aliquid deesse.

EP. MCCCVI. (1) Exstat ad *Gorgonium* quendam nostri epistola supra n. 1264. Ab illo tamen hic, quem se cognitum habere negat in hac ipsa epistola Libanius, videtur distinguendus.

EP. MCCCVIII. (1) *Julianum* Imp. hunc esse non crediderim. (2) Sic scripsi pro εὐπόρει.

 (3) In

τε καὶ σωφρόνως ἔζη (3), καὶ μᾶλλον ἄν τις τοῖς ἀνδριᾶσιν (4) αἰτίαν ἐπήνεγκεν ἐρωτικὴν (5), ἢ τούτῳ. Ὁ δὲ ἀνὴρ γενόμενος ἥμαρτεν, ἃ ἐν παισὶν ἔφυγεν. Ὁ μὲν οὖν κατήγορός φησιν, ἀδικεῖ Διονύσιος. ὁ δὲ ἐμὸς λόγος, ἀδικεῖ Διονύσιον ἡ τύχη. Ὅταν γὰρ μὴ προσήκῃ τὸ ἔργον τῷ τοῦ δεδρακότος ἤθει, κακοδαίμονας ἀντὶ πονηρῶν τοὺς ἡμαρτηκότας κλητέον.

potius aliquis, quam illi, veneream libidinem exprobrare potuisset. Vir autem factus ea peccavit, a quibus juvenis sibi cavit. Accusator itaque ait, *Dionysium* esse injurium; ego vero ajo, fortunam in *Dionysium* esse injuriam. Quando enim factum aliquod patrantis moribus non respondet, homines ejusmodi peccantes infelices potius, quam flagitiosos, appellare oportet.

MCCCIX. ΣΩΠΑΤΡΩι.

Ἴσθι νίκην ἀνῃρημένος λαμπρὰν καὶ ἐστεφανωμένος οὐ φύλλοις δάφνης, οὐδ' οἵοις ἐστεφάνωσας αὐτὸς τούς, ὅτε ἐτίθεις τὰ Ὀλύμπια, νικῶντας, ἀλλ' εὐφημίᾳ κοινῇ πάντων δεξαμένων τὸν λόγον. Λέγουσι γὰρ οἱ παῖδες Οὐρβικίου (1) τῶν ἐνθένδε παρ' ὑμᾶς ἡκόντων γραμμάτων τὰ πρὸς σὲ μάλιστα αὐτοὺς ὠφεληκέναι. καὶ νῦν αὐτοῖς ἐλπίδας εἶναι, μὴ παντελῶς οἰχήσεσθαι τὸν οἶκον, διὰ τὸ δῆλον γενέσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι οὐκ ἐπιτρέψεις, ἤν τις ἐπάγῃ χεῖρας. Ταῦτα δὲ ἐποίεις σὺ (2) τῷ γράφοντι χαριζόμενος. Δέησαι μὲν οὖν σε καὶ καθημέραν (3) βοηθεῖν. Δεῖ γὰρ συνεχοῦς δὴ ἐν τοῖς τοιούτοις ἄχεσι θεραπείας. μέγιστον δὲ φάρμακον, φανῆναί τινα δεχόμενον καὶ τοὔνομα καὶ τάξιν ἐπιτρόπου (4). Τοῦτο δὲ γένοιτ' ἄν, εἰ βουληθείης ἐπὶ σαυτὸν ἀγαγεῖν τοῦ φορτίου τὸ πλέον. Ἡ γυνὴ δέ σε μὴ ταραττέτω, τὰ αὑτῆς θέλουσα διαστῆναι. Τοῦτο γάρ ἐστιν οὐ πένητας τοὺς υἱεῖς ποιούσης, ἀλλά, μὴ πενήσωσι φοβουμένης. Τὴν τε οὖν φυγὴν τῶν τὴν ἐπιμέλειαν δεδοικότων στῆσον, καὶ τὸ ταχέως τοῖς πραττομένοις προσέστω. Πᾶσι μὲν γὰρ λόγων ἴσως φροντιστέον, μάλιστα δὲ τοῖς ἐν ὀρφανίᾳ καὶ ἀπορίᾳ τῷ τὰς ἄλλας ἐπικουρίας ἀπεῖναι. Μήτ' οὖν ἥκοντα κάτεχε τὸν νέον, μήτε θέλοντι διατρίβειν ἐπίτρεπε. μεγάλη γὰρ καὶ τοῦ βραχέος ἡ βλάβη.

SOPATRO.

Scias, victoriam illustrem te reportasse, coronatumque esse non lauri foliis, nec illis, quibus ipse, ludos Olympicos edens, victores coronasti, sed communibus eorum laudibus, qui talia de te audierunt. *Urbicii* enim filii nunciarunt, ex illis, quae hinc ad vos scriptae sunt, literis, eas, quas ad te pertulerant, maxime sibi profuisse, & sperare se, domum suam non prorsus esse perituram, eo quod cognitum sit omnibus, te non esse permissurum, ut violentas manus quisquam inferat. Haec vero tu fecisti scribenti mihi gratificaturus. Jam autem fas est, ut opem tuam perpetuam esse jubeas. Continua enim in hoc medendi genere cura opus est. Optimum vero fuerit remedium, si quis sit, qui & nomen & rem curatoris suscipiat. Hoc vero fiet, si tu ipse magnam oneris partem tibi velis imponere. Foemina vero illa te ne terreat, quae suas facultates velit separari. Hoc enim facit, non ut pauperes reddat filios, sed, quod veretur, ne inposterum pauperes fiant. Siste itaque illorum fugam, qui ab hac curatela sibi timent, &, ut cito id fiat, effice. Omnes enim parem in literis operam collocare oportet, eos vero maxime, qui orbi sunt & pauperes, ideo, quod alio praesidio omni sunt destituti. Venientem itaque juvenem ne detine, nec, si moram facere ipse velit, permitte. Magnam enim etiam ex brevi mora jacturam fecerit.

MCCCX. ἈΚΑΚΙΩι.

Ἐπιλελῆσθαί μοι δοκεῖς Ὁμήρου καὶ Εὐριπίδου (1), καὶ διὰ τοῦτο ἀγανακτεῖν ἵππων ἐπιστατῶν (2). Εἰ δὲ ἐμέμνησο τούτων τι καὶ ὧν Ἀπόλλων (3) διηκόνησεν ἀνθρώποις, οὐκ ἂν ὑβρίσθαι ἔφης. Νῦν οὖν ἴθι πρὸς τὸν κατάλογον τῶν Ἀχαιῶν (4), καὶ τἄλλα καὶ τὴν παραμυθίαν εὑρήσεις. καίτοι σύγε οὐδ' ἵππων καθαρῶς ἄρχεις, ἀλλ' ἐκείνων, οἳ τῶν ἵππων ἄρχουσιν.

ACACIO.

Homeri & *Euripidis* oblitus tu mihi videris, atque ideo indignari, quod equis sis praefectus. Quod si enim illorum meminisses, ac illorum praeterea, quae Apollo servi instar praestitit hominibus, injuria te adfectum esse non diceres. Respice igitur Achivorum seriem, & tum alia, tum solatium quoque inveneris. Neque vero tu equis tantum praees, sed illis inprimis, qui equis praesunt. Itaque,

(3) In MS. ἔζυ. (4) Simile hoc est proverbium illi. *statua taciturnior*; de quo *Erasmus* p. 675. (5) Hinc recte conficias, *Dionysium* illum in Venerem peccasse. Confer supra 1130. *Palladio* de eodem hoc argumento scriptam, ubi *Dionysio* ἀρπαγὴ tribuitur, quae vox de clandestinis & furtivis amoribus accipienda videtur.

EP. MCCCIX. (1) Vide supra ep. 1100. & 1171. (2) In MS. οἱ, quod cum σὺ permutavi. Nam Sopatrum id omne in gratiam literarum, a Libanio scriptarum, fecisse modo testatus erat noster. (3) Ita expressi vocem, quae per compendium sic scripta erat: καθημ', Fortasse etiam legere possis καθημένοις, i. e. *commorantibus ibi*, scilicet Urbicii filiis. (4) De voce ἐπίτροπος vide, quae scripsi in *Curis* meis ad *Galat.* IV. 2.

EP. MCCCX. (1) Alludit, puto, ad illa *Homeri* & *Euripidis* carmina, quibus id dicitur, quod Latini dicunt: *Spartam, quam nactus es, orna.* (2) Non puto hic innui *Magistrum Equitum*, de qua dignitate lege praestantissimi *Jac. Gothofredi* Notitiam Dignitatum Codicis Theodosiani Tom. VI. Operis egregii p. 325. Sequentia enim testantur, munus hoc generatim ad equorum & equisonum curam spectasse. (3) Mythologi inter cetera tradunt, Apollinem Admeti, Thessaliae Regis, armenta apud Amphrysum fluvium pavisse. (4) Respicit, puto, indicem illum militum, quem *Homerus* Iliados lib. II. exhibet.

que, si alterius te pudeat, alterum vero te decere existimes, habes utique illud, quod curare didicisti. Homines tibi subjectos habes, quorum mores emendes. Cum enim equisones improbi inprimis esse soleant, equi autem alii negligentia eorum male habeant, alii auferantur, alii alia ratione pereant, tu quidem rem emendaturus constitutus es. Unus enim tu lucrum etiam illud, quod culpa vacat, non consectaturus esse videbaris. Maxima itaque provincia praesens haec mihi videtur, quae tibi ob causam tam praeclaram obtigerit. Certissime praeterea scio, fore, ut ad ea aliquando proveharis, quibus, quamvis illis jam vicinus, per invidiam excidisti. Licet enim illa & tunc sit adversatura, similiter tamen non poterit esse superior. Sed illa quidem Deus perfecerit. *Marcus* quidem praesens ea habuit, quibus auditis tu gaudebis. Neque tamen prohibere potui, quo minus hinc una cum patruo, qui, quae facturus esset, non dixerat, avolaret. Patruus itaque rationem de his reddet, a me vero de illis, quae ante iter hoc acta sunt, repetes.

LETOIO.

Et fluvius, & lacus, & dignitas, & mensa Sybaritica, & omne venationis genus fortasse fecerunt, ut ad praesentes diceres, Salaminiorum hos esse flores, illa vero, unde veneris, mala Lemnia. Ego florum quidem illorum sum inexpertus, Lemnia autem ista fero, si absentiam tuam exceperis. Ea enim vere mihi est instar ignis Lemnii. Melior tu futurus in nos eras, si non nimis nos amares, aut amore etiam aucto, eum, quem amas, non desereres, optimamque uxorem insuper avocans, iis, qui tecum esse possent, ostenderes, vix hyemem te ad nos esse reducturam. His de causis antea quidem culpare te poteram, tanquam militem ignavum & ordinum desertorem. Jam vero, postquam multa tropaea statuisti, non habeo, quod dicam aut emendatum velim. Superest itaque, ut in his acquiescamus. Scias interim, te non parvam evitasse tristitiam, quae nos corripuit, quando Calliopen nondum satis coli videmus. Erat enim, qui prohiberet, ne lex sollemnibus illis dicta obtineret.

CELSO.

Altera illa classis recte mihi postulare videtur, ut *Ariston*, in quibus est, maneat, (versatur vero in exactione non parva) alterum vero illum lapicidis esse praeficiendum ex illa classe, cujus Conon participem se esse existimat. Hujus enim vi legum esse, ut in praesentia talia curet. Atque illi quidem causam hanc ex decreto quodam apud te agent, quam-

σιν. ὥστ' εἰ σφόδρα τὸ μὲν αἰσχύνῃ, τὸ δ' ἡγῇ σαυτῷ προσήκειν, ἔχεις, ὃ πάλαι μεμάθηκας. ἀνθρώπους ἔλαβες εἰς ἐπανόρθωσιν τρόπων. Κακίας γὰρ ὡς πλείστης τοῖς ἱπποφορβοῖς ἐγγινομένης, καὶ πώλων τῶν μὲν κακῶν διὰ ὀλιγωρίας γενομένων, τῶν δὲ κλεπτομένων, τῶν δὲ ἄλλως ἀπολλυμένων, ἐπέμφθης τὸ πρᾶγμα μεταθήσων. Ἐδόκεις γὰρ μόνος οὐχ ἅψεσθαι κέρδους, οὐδ' ὅσον αἰτίας ἔξω. Μεῖζον δή μοι δοκεῖ μεγίστης ἀρχῆς τὸ τὴν παροῦσάν σοι γενέσθαι διὰ τὴν καλὴν οὕτως αἰτίαν. Ὅτι δὴ ἥξεις ἐπ' ἐκεῖνα, ὧν πλησίον ἐλθὼν ἐξεκρούσθης φθόνῳ, σαφῶς οἶδα, φθόνου μὲν καὶ τότε πολεμήσοντος, κρατεῖν δὲ ὁμοίως οὐχ ἕξοντος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τελέσει θεός. Μάρκος δὲ παρὼν μὲν ταῦτα ἔσχεν, ἃ πυθόμενος ἥσθης. πετόμενον δὲ αὐτὸν μετὰ τοῦ θείου καὶ ταῦτα οὐ προειπόντος, ὃ δράσει, κωλύειν οὐκ εἶχον. Διδότω δὴ τὰς εὐθύνας ὁ θεῖος τῶν δευτέρων, τῶν δέ γε πρὸ τῆς ὁδοῦ παρ' ἐμοῦ ζήτει τὸν λόγον.

MCCCXI. ΛΗΤΟΙΩι.

Ποταμὸς, καὶ λίμνη, καὶ κῦρος καὶ τράπεζα Συβαριτικὴ (1), καὶ θήρα παντοδαπὴ, πολλάκις ἴσως σε πρὸς τοὺς συνόντας ἔπεισεν ᾄδειν, ὡς ταυτὶ μὲν Σαλαμινίων ἄνθη (2), ἀφ' ὧν δὲ ἥκεις μὲν (3), Λήμνια κακά (4). Ἐγὼ δὲ τῶν ἀνθέων μὲν ἐκείνων ἄπειρος, τὰ Λήμνια δὲ ταῦτα φέρω, πλὴν ἑνὸς τοῦ σε μὴ παρεῖναι. Τοῦτο γὰρ ὄντως Λήμνιον πῦρ. καὶ βελτίων ἂν ἦσθα, μὴ σφόδρα φιλῶν, ἢ τοῦτο μὲν αὐξήσας, ἀφεὶς δὲ, ὃν φιλεῖς, καὶ προσέτι τὴν ἀγαθὴν γυναῖκα ἕλκων, δεικνὺς τοῖς συνεῖναι δυναμένοις, ὅτι σε μόλις ὁ χειμὼν ἐπανάξει. Πρότερον μὲν οὖν σε δάκνειν εἶχον, ὡς δειλὸν καὶ λελοιπότα τὴν τάξιν, νῦν δὲ σοι πολλῶν τῶν τροπαίων ἑστώτων οὐκ ἔχω, τί λέγων κινήσαιμ' ἄν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἔχεσθαι λείπεται. Σὺ δὲ ἴσθι λύπην οὐ μικρὰν διαφυγὼν, ἣ κατέχει ἡμᾶς τῆς Καλλιόπης οὐκέθ' ὁμοίως τιμωμένης. Ἦν γὰρ ὁ κωλύων τῆς ἑορτῆς κρατεῖν τὸν νόμον.

MCCCXII. ΚΕΛΣΩι.

Εἰκότα μοι δεῖσθαι δοκοῦσιν ἡ δευτέρα συμμορία (1), τὸν Ἀρίστωνα μὲν, ἐφ' ὧν ἐστι, μένειν, ἔστι δὲ ἐπί τινος εἰσπράξεως οὐ μικρᾶς, τὸν δ' ἐπιστατήσοντα τῶν τεμνόντων τοὺς λίθους ἀπὸ τῆς συμμορίας ἧς ὁ Κόνων (2) ἡγεῖται γενέσθαι. Ταύτης γὰρ εἶναι τὸν νόμον τοῦ τὰ τοιαῦτα ὑπηρετεῖν τό γε νῦν. Διαλέξονται μὲν οὖν σοι κἀκεῖνοι διὰ

EP. MCCCXI. (1) *Sybariticam mensam* de lauta & opipara dici constat. Vide *Erasmi* Adagia p. 460. (2) Proverbium hoc alibi legere non memini. Alias *Salaminia navis* proverbialiter velocior quaeque dicitur. Vide eundem p. 238. (3) *Letoius*, Rhetor olim fuerat, nunc miles. (4) De hoc proverbio alibi in his diximus.

EP. MCCCXII. (1) Quae *συμμορίαι* apud Athenienses fuerint, ex *Harpocrationis* Lexico Rhetorum intelligetur. Hic indicari putem decurias seu classes hominum, qui ad certa quaedam negotia in republica curanda constituti erant. Id enim patere videtur ex sequentibus. (2) Ita in MS. legendum puto ὁ Κόνων, quamvis nec sic de mente Libanii satis constet.

διὰ ψηφίσματος ἐν χάριτος αἰτῶντες μέρει, περὶ ὧν ἔστιν ἰσχυρίζεσθαι τῷ νόμῳ. Γέγραφα δὲ καὶ αὐτὸς οὐκ ἔχων τὸ ἐπιστεῖλαι φυγεῖν, οὐθ᾽ ὡς ἐπίπονον, οὐθ᾽ ὡς οὐκ οὔσης μοι παρὰ σοὶ παῤῥησίας. Ὅτι δὲ ἐστι (3) βελτίω τὰ δεύτερα τῶν προτέρων, ἃ διὰ τοὺς ἐν τῷ διδάσκειν ἀδικοῦντας πέπρακται, καλῶς ἐπίσταμαι.

quamvis ea beneficii quoque loco habituri sint, quae vi legum sibi vindicare possunt. Scripsi tamen & ego, cum scribendi officium, vel, quod molestum mihi esset, vel, quod nulla tui apud me esset fiducia, subterfugere non possem. Posteriora vera haec prioribus illis, quae propter eos, qui sinistre rem exposuerunt, acta sunt, meliora fore probe novi.

MCCCXIII. ΚΑΣΤΡΙΚΙΩι.

Οὐκ ἄρα ὁ Χάρης (1) μόνον ὑπισχνεῖτο μείζονα ὧν πράξειν ἔμελλεν, ἀλλὰ καὶ ὁ γενναῖος Καστρίκιος ἐν τῷ φῆσαι μὲν ποιήσειν λαμπρὸν ἔργον, ποιῆσαι δὲ οὐδαμῶς. καίτοι εἰ μὲν οὐκ ἦν σοι Φαβωρίνου (2) βιβλία, τί χρῆν ἐπαγγέλλεσθαι; ὄντων δὲ, τί ψεύδεσθαι ἔδει, καὶ φίλον ἐξαπατᾷν, καὶ μὴν καὶ ἕτερον ἀδίκημα οὐ μικρὸν, τῷ μὴ πέμψαι βιβλία προσθεῖναι τὸ μὴ ἐπιστεῖλαι. Τοιγὰρ οὐδὲ ἀπολογεῖσθαι ἠνέσχου, πρὸς ἀνιχομένου τῷ τὰ δεινότατα πεπονθότι. Νῦν οὖν μοι δοκεῖς τελεῖν ἕν γέ τι ποιήσειν, ἢ ἔργῳ τὰ ἐγκλήματα λύσειν, ἢ λόγῳ πείσειν, ὡς οὐκ ἀδικεῖς, ἢ τῇ σιγῇ μείζοσιν αἰτίαις ἐνέξεσθαι.

CASTRICIO.

Chares itaque non unus plura promisit, quam praestiturus erat; sed ingenuus quoque *Castricius* ita agit, ut egregia se praestiturum dicat, minime vero praestet. Enimvero, si *Favorini* libros illos non habebas, cur tandem illos promittere debebas? si vero habebas, num mentiri te & fallere amicum decebat? Sed & aliud, idque non leve, peccasti, qui, praeterquam quod libros non misisti, scribere etiam neglexisti. Adeo ne excusare quidem te apud illum sustinuisti, qui vehementer erat offensus. Nunc itaque ex tribus unum saltem facturus mihi videris, ut scilicet vel opere ipso crimen diluas, vel, te non peccasse, literis ostendas, vel silens majori culpae obnoxium te facias.

MCCCXIV. ΚΛΕΑΡΧΩι.

Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἐβουλόμην τε καὶ εὐχόμην Κλέαρχον ἡμῖν τὸν καλὸν ἐξευρεῖν τε καὶ νομοθετῆσαι. καὶ τὸ μὲν ἄμισθον πατρῷόν σοι. καὶ γὰρ ἐκεῖνος μετὰ μυρίας ἀρχὰς πενίαν ἡμῖν καλὴν ἀντὶ πλούτου κακῶς ἠθροισμένου καταλέλοιπεν. Ἃ δ᾽ εἰς σωτηρίαν μὲν τῶν ἀσθενεστέρων, κωλύοντα δὲ τοὺς δυνατοὺς ἀδικεῖν εἰσῆλθε, Ῥαδαμάνθυος ἀκριβῶς, ἢ, τόγε ἀληθέστερον τούτου, τοῦ πατρός. Ἀλλ᾽ ἵνα μὴ τῶν μέλλοντα λόγον ἀποστερήσω (1) τῶν ἐκεῖ μᾶλλον καιρὸν ἐξόντων ἢ ἐν ἐπιστολῇ (2), τὰ μὲν εἰς ἐγκώμια φέροντα ἀναβαλοῦμαι. πάντως δὲ καὶ προσθήσεις τοῖς ἔργοις, καὶ ἡμᾶς ὥσπερ τὰ πρῶτα καὶ τὰ δεύτερα διδάξεις. νῦν δέ σου δεήσομαι, τῶν ἀθλητῶν ἡμῖν ἐμπλῆσαι τὰ Ὀλύμπια. Δέονται δὲ οὐ παρακλήσεως εἰς τὴν ὁδόν. Ὑπὸ γὰρ τῆς δόξης τοῦ ἀγῶνος κέκληνται. ἀλλ᾽ ἁμαξῶν καὶ ὑποζυγίων, ἃ δόντας ἐν βελτίοσι (3) ποιήσει παρέχειν ὁ Ζεὺς τιμώμενός τε καὶ τιμῶν. Ὀφείλεις δὲ αὐτῷ χάριν, καὶ πᾶσί γε τοῖς παρ᾽ ἡμῖν θεοῖς, ὧν ἐθελόντων διέφυγές τε κινδύνους καὶ τὴν ἀρχὴν ἐδέξω. Τοῖς μὲν οὖν ἀθληταῖς ἀποχρήσουσι καὶ ὄνοι. τοῖς δ᾽ ἐπὶ τὰς πόλεις δραμουμένοις ἵππων δεῖ, εἴπερ ὡς ἀληθῶς δραμοῦνται. Πέμπε τοίνυν ἀμφοτέρους, ὡς ἑκατέροις προσήκει. καί σου μεμνησόμεθα ἐν Δάφνῃ (4) τοὺς νικῶντας στεφανοῦντες.

CLEARCHO.

Haec scilicet & talia optimum *Clearchum* & invenire & sancire non minus volebam, quam petebam. Gratis quidem te omnia facere, a patre habes. Nam & ille, magistratu frequentissime functus, honestam pro opibus, male partis, paupertatem reliquit. Quae vero ita a te gesta sunt, ut adflictis salutem adferrent, potentiores autem ab injuria facienda prohiberent, ea Rhadamanthi, aut, quod verius est, Patris mores referunt. Ne vero ego orationem a me habendam illis privem, quae in illa rectius, quam in epistola, locum sint habitura, a laudibus tuis nunc mihi tempero. Tu vero factis facta addes, nosque ut superiora illa, ita & posteriora haec docebis. Jam quidem a te peto, ut ludos Olympicos athletis nobis impleas. Neque vero ad iter hoc faciendum excitari illi debent; ipsa enim ludorum fama sunt excitati: sed curribus & jumentis opus est, quae qui suppeditarint, eos Jupiter honore hoc affectus, & ipse afficiens, aliis feliciores esse jubebit. Debes vero & illi & Diis nostratibus omnibus hanc gratiam, quorum auspicus tu & pericula effugisti, & magistratum nactus es. Athletis quidem asini suffecerint: illis vero, qui ad urbes excurrere volent, equis fuerit opus, si vere currere debeant. Utrumque itaque hominum genus provehe, ut utrique convenit. Nos vero tui in suburbio Daphne meminerimus, victores coronis cingentes.

MCCCXV.

HEL-

(3) Malim ἔσται.

EP. MCCCXIII. (1) De variis *Charetis promissis*, proverbialiter dictis, alibi abunde dictum est. Vide ep. 612. (2) *Favorinum*, Philosophum Platonicum, qui sub Trajano Imp. vixit, intelligo. De eo post *Jo. Alb. Fabricium* in Biblioth. Graeca lib. III. c. 3. p. 59. leges B. *Gothofredum Olearium* ad Philostrati Vitas Sophistarum lib. II. n. 8. p. 489.

EP. MCCCXIV. (1) MS. ἀποσφήσω. (2) sic scripsi pro ἡ ἐπιστολή. (3) MS. ἐν βελτίω. (4) Daphne Antiochiae est suburbium, in quo ludi ejusmodi celebrari solebant. Vide *Orat.* VI. Libanii p. 186.

E P.

HELPIDIO.

Alia quidem de ludis illis Olympicis speravimus, illustriores nempe omnibus aliis futuros, si & tuis fruerentur oculis, & magnis illis, praeclaris ac terribilibus, qui, quando non amplius sunt, soli ipsi funestum praebent spectaculum. Interim honorem hunc Deo praestamus, qua ratione possumus. Fato vero factum est, ut tu solemnia haec aliquam partem ornare possis. Numen enim in eum te provexit locum, ut maximum ludorum festorum decus ex te pendeat. Ionia enim & cetera egregia est, & athletarum dexterrimorum ferax. Hos autem, qui ludum edit, tum gloria ex corona reportanda, tum additis etiam pecuniae praemiis invitat. Plurimum vero valuerit, si intellexerint, & tibi curae esse, ut hi ceteris praeferantur. Non enim dubitandum est, putaturos eos esse, se & Parentibus suis & necessariis proficua facturos esse, si fecerint, quae tibi grata sint futura. Serena itaque fronte, ut soles, nostratem hunc excipe, nec ea tantum fac, quae fieri velit, sed &, quae ipse ignoraverit, doce hominem & ope tua provehe.

MCCCXV. ἘΛΠΙΔΙΩι.

Ἕτερα μὲν ἠλπίσαμεν περὶ τῆς Ὀλυμπίων, ὅτι δὴ λαμπρότατα τῶν πώποτε ἔσται, τῶν τε σῶν ὀφθαλμῶν τυγχάνοντα, κἀκείνων τῶν μεγάλων τε καὶ καλῶν καὶ φοβερῶν (1), οὓς ζημίαν ἡλίῳ φήσαιμ᾽ ἄν, οὐκ ὄντας ἔτι. Πληρῶμεν δὲ ὅμως τὰ πρὸς τὸν θεὸν, οὕτως ὅπως ἂν ἐξῇ. Σοὶ δ᾽ ἄρα εἵμαρτο πάντως τι τὴν πανήγυριν ὠφελῆσαι. Φέρων γάρ σε κατέστησεν εἰς τοῦτο ὁ δαίμων, ὥστε ἐν σοὶ κεῖσθαι τὸ πλέον τῆς ἑορτῆς. ἡ γὰρ δὴ Ἰωνία τά τε ἄλλα καλὴ, καὶ ἀθλητῶν γενναίων εὔφορος. οὓς ὁ μὲν τὸν ἀγῶνα τιθεὶς μεταπέμπεται τῇ παρὰ τοῦ στεφάνου δόξῃ, καὶ χρήματα προστιθείς. Μέγιστον δ᾽ εἰ γνοῖεν, ὅτι καὶ σοί τις σπουδὴ, τούτους ἑτέρων προκεκρίσθαι. Δῆλον γὰρ ὅτι καὶ γονεῦσι τοῖς αὐτῶν καὶ τοῖς ἄλλοις οἰκείοις οἰήσονται συμφέρειν, τὸ ποιεῖν, ἀφ᾽ ὧν ἥδιον ἔσῃ. Δέχου δὴ τὸν παρ᾽ ἡμῶν, ὥσπερ εἴωθας, ἡμέρως. καὶ μὴ μόνον, ὅτου ἂν δέηται, πράττων, ἀλλὰ καὶ, ὅ,τι ἂν ἀγνοῇ, καὶ τοῦτο φράζειν τε καὶ πράττειν.

ATACTIO.

Et Jovi, & *Candido*, Jovem, factis in ludos impensis, honoraturo, & mihi denique de sollemnibus his ornandis solicito, gratificaturus, athletas, quamprimum fieri potest, proficisci jube, testatus, te ipsum offensum iri, nec unquam permissurum, si quid insulsi aut injurii in nos fecerint.

MCCCXVI. ἈΤΑΚΤΙΩι.

Καὶ τῷ Διῒ χαριζόμενος καὶ Κανδίδῳ, τῷ τὸν Δία τιμῶντι, τῇ δαπάνῃ, καὶ ἐμοὶ τῷ περὶ τὴν ἑορτὴν ἐσπουδακότι. κίνησον ὅτι τάχιστα τοὺς ἀθλητὰς, ἐνδειξάμενος, ὡς σαυτῷ βλάβην ἡγήσῃ, καὶ οὐκ ἐπιτρέψοις, εἴ τι πρὸς ἡμᾶς ἐθέλοιεν ἢ ἀγνωμονεῖν ἢ βλαβεύειν.

THEODORO.

Gratias repende urbi, humanissime *Theodore*, quae tantum te fecit. Quamvis enim urbs, Arabiae praestantissima, patria tibi sit, a nostra tamen incrementa cepisti, cum, Rhetorem dexterrimum agens, causas perorabas, victoriamque & opes, tum vero magistratum & primum & amplum reportasti, quo recte fungentem omni felicitatis genere mactatum te esse velim. De tua enim virtute crebri ad nos nuncii perferuntur: quod nempe alii pareant tibi, &, jussi aliquid, facere gaudeant: alii aegre quidem id faciant, sed taceant tamen, nihil habentes, quod excipiant. De his gratiam te Calliopae & Apollini, & Jovi, Diis nostris, debere existima: operam vero etiam dabis, ut inposterum & Musis & Musarum Praesidi rependas. Illarum Patri jam quidem debita tibi solvere integrum est. Olympici enim ludi imminent. In his autem sollemnibus athletae principem locum tuentur. Horum porro copiam regio tibi subjecta & nutrit

MCCCXVII. ΘΕΟΔΩΡΩι.

Ἀπόδος τῇ πόλει χάριτας, ἥ σε τοσοῦτον ἔθηκεν, ὦ χρηστὲ Θεόδωρε. καὶ γὰρ εἰ πατρίς σοι τῆς Ἀραβίας (1) τὸ κάλλιστον, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς ἡμετέρας ηὐξήθης, καὶ ῥήτωρ ἄριστος καὶ ἀγῶνας καὶ νίκας, καὶ πλοῦτος καὶ ἀρχὴ πρώτη τε ὁμοῦ καὶ μεγάλη (2), ἣν ὅτι σὺν δικαιοσύνῃ κατευθύνεις, πολλὰ ἀγαθά σοι γένοιτο. Ἥκει γὰρ λόγος τῆς ἀρετῆς, καὶ ὡς οἱ μὲν πείθονταί τε καὶ χαίρουσιν, ἐπιταττόμενοι. οἱ δὲ ἀλγοῦσι μὲν, σιγῶσι δὲ, ἀντειπεῖν οὐκ ἔχοντες. Τούτων δὲ χάριν ὀφείλειν οἴου Καλλιόπῃ τε καὶ Ἀπόλλωνι, καὶ Διῒ τοῖς ἡμετέροις θεοῖς, ἀλλὰ τῇ μὲν Μούσῃ τε καὶ τῷ Μουσηγέτῃ μετὰ ταῦτα τῶν μισθῶν ἐπιμελήσῃ. Πρὸς δέ γε τὸν πατέρα τούτων ἤδη σοι τὰ δίκαια ποιεῖν ὑπάρχει. Ὀλύμπια μὲν γὰρ πλησίον. τὸ δὲ τῆς ἑορτῆς κεφάλαιον ἀθληταί. πολλοὺς δὲ τούτους ἡ ὑπό σοι γῆ τρέφει τε καὶ παιδεύει. Τῆς μὲν οὖν διὰ χρημάτων προσκλήσεως ἡμῖν μελήσει. μα-

EP. MCCCXV. (1) Hic alius aliquis magnae dignitatis vir, & fortasse *Julianus* intelligitur. Hunc enim post expeditionem Persicam, in qua cecidit, Spectatorem ludi hujus futurum auguratus videtur Libanius.

EP. MCCCXVII. (1) Hic ille est *Theodorus*, qui & Arabiae Praefectum & Syriae Consularem egit, quemque praeclare laudat *Libanius* de Vita sua p. 69. Inter cetera ita: ὁ δὲ Μουσῶν τε ἐν τρόφιμος, καὶ οἷον ἀρχὴν ἄλλην οἴχων ἰδεῖν, λέγειν τε ἀπὸ τῆς ἀρχῆς πεπαιδευμένος, λεγόντων δ᾽ ἀκούειν ἐθέλων, ταῖς τε σὺν ἐμοὶ τιμαῖς παῖδα ἐμὸν ἑαυτοῦ ἐποιήσατο. Ad hunc plures exstant nostri epistolae, quod recte suspicatus est *Jac. Gothofredus* in Prosopographia Codicis Theodosiani p. 388. quem vide. (2) Consularem Syriae Coeles dignitatem intelligit, qua *Theodorum* functum esse modo vidimus. De illa lege eundem *Gothofredum* in Notitia Dignitatum Codicis Theodosiani p. 342.

μαθέτωσαν δὲ καὶ τὸν εἰς τὴν πανήγυριν ἔρωτα καὶ φροντίδας, καὶ ὡς οὐδαμῇ ταύτῃ λείπῃ τοῦ τὸν ἀγῶνα τιθέντος. μέγα γὰρ ἡμῖν ἐκεῖ ταῦτα ἐγνῶσθαι. Ἐνθυμοῦ δὲ, ὅτι τῶν ἐπιστελλόντων ἂν ἦσθα, οἷα ἐγὼ νῦν, εἰ παρ' ἡμῖν ἐτύγχανες ὤν. Ἃ οὖν ἂν ἠξίους τὸν ἄρχοντα ποιεῖν, ταῦτα αὐτὸς ποίει νῦν, ἐπειδή γε εὖ ποιῶν ἄρχεις.

nutrit & fovet. Nos quidem de pecunia, tanquam incitamento, providebimus. Doceantur itaque illi & studium & curas nostras, quibus in hanc sollemnitatem ferimur, nec deesse eum, qui ludos hos curet. Nostra enim interest, ut haec ibi non ignorentur. Cogita vero, te ipsum de his ea, quae ego nunc, fuisse scripturum, si apud nos esses. Quae igitur tu Praefectum facere voluisses, ea nunc ipse fac, qui bono fato imperium administres.

MCCCXVIII. ἹΕΡΙΩι.

Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλοῦμαι (1) τὸν Θεοῖς φίλον Ἱέριον εἰς Θεῶν τιμὴν παρακαλῶν, ὃ ποιῶν διατελεῖ νύκτα καὶ ἡμέραν. Τὸν μὲν οὖν μέγαν Σάραπιν, καὶ τὸν Νεῖλον, καὶ τοὺς ἄλλους δαίμονας, οἳ κατέχουσι τὴν Αἴγυπτον, παρὼν καὶ θύων, καὶ χειρὶ καὶ φωνῇ θεραπεύσεις (2). Τὸν Δία δὲ τὸν ἡμέτερον σωτῆρα τὸν ἐν Δάφνῃ (3) καθήμενον ἔξεστί σοι διὰ τῶν ἀθλητῶν θεραπεύειν (4) εἰ τοὺς μὲν σπεύδοντας ἐπαινέσαις, τοῖς δὲ ῥαθυμοῦσιν ἐπιτιμήσαις, πᾶσι δὲ ποιήσεις φανερὸν, ὅτι σοι μέλει τοῦ παρ' ἡμῖν ἀγῶνος οὐχ ἧττον ἢ τῶν αὐτόθι ποιουμένων. μισθὸς δέ σοι τῆς σπουδῆς, ὃν μόνον οἶσθα λαμβάνειν. καὶ δι' ὃν μεμένηκας ἐν πενίᾳ. Ἐπαινεσόμεθά σε κἀν τοῖς προαγῶσιν ἐν ἄστει, κἀν τοῖς μείζοσιν ἐν Δάφνῃ, καὶ πρὸς τοὺς ξένους, ὅτ' ἂν θαυμάζωσι τοὺς νικῶντας, ἐροῦμεν, τούτων μέντοι τὰ Ὀλύμπια τετύχηκεν. Ἱερίου δὲ τοῦ δικαίου πέμψαντος.

HIERIO.

Lydum in arenam voco, quando *Hierium*, Diis charum, ad Deorum cultum, cui nocte dieque perpetuo vacat, adhortor. Magnum itaque Sarapin, & Nilum, & Divos alios, qui Nilum tuentur, praesens tu & sacra faciens tum manu tum voce debito cultu prosequeris, Jovem vero, servatorem nostrum, in Daphnes sylva habitantem, per athletas coles, si alios proclives laudes, alios ignaviores culpes, omnibus vero reliquis testatum facias, tibi non minus nostros hos ludos, quam qui ibi agi solent, curae esse. Pro studio hoc eam habebis mercedem, quam unam soles accipere, & propter quam pauper mansisti. Laudabimus te tum in praeludiis quae in urbe nostra, tum in majoribus illis quae in Daphnes sylva agentur. Ad peregrinos quoque, ubi victores mirabuntur dicemus: Olympia hos homines nacta sunt, *Hierius* autem benignissimus misit.

MCCCXIX. ΘΕΜΙΣΤΙΩι.

Βοήθησον τοῖς πρέσβεσι τὰ εἰκότα διά τε τὴν πόλιν, ἥ σε πολλάκις ἐθαύμασε, καὶ τὸ * (1) τὸν στέφανον φέρουσιν. Εἰ δ' ἐστί τι καὶ τοὐμὸν ἔτι παρὰ σοὶ, πείθομαι δ' ὡς ἐστι, τρίτον τοῦτο ἡμῖν ὠφελείτω τὴν πρεσβείαν. Ἔστι μὲν γὰρ οὐ μικρὸν, οὐδ' ὅσα τῆς τοῦ κρατίστου δὴ Σαλουστίου γνώμης πρὸς ταῦτά σε συλλαβεῖν εἰκάζω, ὅτι ἀεί σοι καὶ τὸ βασίλειον εὖ ποιοῦν ἀνέῳκται. Τεκμαίρομαι δὲ τῇ τε σῇ καὶ τῇ τοῦ Βασιλέως ἀρετῇ (2). ὁ μὲν γὰρ ἀνθρώπων ἁπάντων, σὺ δὲ φιλοσόφων ἄριστος. Δὸς δὴ σαυτὸν τοῖς ἡμετέροις πολίταις, καὶ τοῦ πολλαῖς θύραις ἐνοχλεῖν ἀπάλλαξον. κἂν τὸν φίλτατον ἡμῖν Δατιανὸν αἴσθῃ δυσκόλως ἔχοντα, καὶ μεμνημένον τινῶν ἀγροικότερον πεπραγμένων, ἢ πάντα παῦε τὸν θυμὸν, ἢ ὅσον ἔξεστιν, ἀφαίρει.

THEMISTIO.

Opem, ut par est, Legatis nostris praesta, tum ob urbem, quae saepe te mirata est, tum quod laudum tibi coronam ferunt. Quod si vero & aliquam nostri rationem adhuc habes, habere vero te puto, tertium hoc sit, quod legationi huic commodum adferat. Neque parum id valere puto, quod prolixam optimi *Salustii* voluntatem tibi hanc in rem praesto futuram esse auguror, cum aula Regia bono fato semper tibi sit aperta. Argumento mihi est & tua & Imperatoris virtus. Ille enim hominum, tu vero Philosophorum es praestantissimus. Da igitur te civibus nostris, &, ut multorum fores pulsare debeant, prohibeto. Quod si dilectissimum *Tatianum* difficiliorem, eorumque, quae parum decenter acta sunt, memorem sentias, aut iram ejus penitus compesce, aut, quantum licet, minue.

MCCCXX. ἈΛΚΙΜΩι.

Μὴ θαυμάσῃς, εἰ τὰ πολλὰ σιγῶν ἄνθρωπος οὐκ ἐπέστειλά σοι. Σιγῶ δὲ ὑπ' ἀθυμίας, ἣν τὸ μὲν πρῶτον ἐνέθηκέ μοι τὸ τῆς ὑμετέρας πτῶμα. φίλη γὰρ ἐπὶ

ALCIMO.

Ne mireris, me, hominem frequenter silentem, ad te non scripsisse. Taceo enim prae moerore, quem primum quidem urbis vestrae ruina mihi attulit: dilectissima enim urbs super

EP. MCCCXVIII. (1) De hoc proverbio alibi ad has diximus. Vide interim *Erasmum* p. 595. (2) Ex his colligas, *Hierium* Sacerdotis munere in Aegypto esse functum. (3) Daphne: vid. ad ep. 1314. not. 4. (4) Vacuum hic erat in Codice spatium, uni voci recipiendae idoneum. Illud per θεραπεύειν explevi, quod verbum proxime antecedit.

EP. MCCCXIX. (1) Spatium trium vocum in Codice vacuum erat. Eas ita puto restituendas, ἐπὶ τῶν ἐπαίνων. (2) *Constantius* is est, quem *Themistio* inprimis favisse alibi ostendimus. Vide ep. 1241.

per viris mihi dilectissimis collapsa est. Tristitiam hanc & patruus & mater obeuntes postea auxerunt. Et meministi utique planctus, quo utrumque sum prosecutus. Colophonem denique hasta, & vulnera & caedes imposuerunt. Unde vero haec nata sint, norunt, qui omnia norunt. Nosti vero & ipse, quales fuerimus, cum verebamur, ne, quae facta nunc sunt, fierent. Quem igitur timor incertus adeo perculit, qualem nunc, re ipsa conspecta, factum esse censes? Credesne jam, cives meos ex lacrymis meis animum prorsus despondisse? Deos fane & terram, & aërem, & coelum & omnia accusamus, ubi dies inclinat ad vesperam, & nox ingruit, nec minus vicissim, ubi nox desinit, & dies imminet. Neque enim vulneris sanandi spes ulla adfulget. Jactura, quam feci, maxima est; jam vero etiam interitus imminet. Nihil enim est, quod vel te ad nos, vel me ad vos deducat. Itaque vivi vere sumus mortui. Noli itaque, quod dixi, mirari, quando sileo. Nam & silendi tempus est. Paucula tamen scribere mihi liceret.

ἐπὶ φίλοις ἀνδράσιν ἔκειτο πόλις (1). ἐπηύξησε δὲ τὴν λύπην θεῖός τε (2) ἀπελθὼν καὶ μήτηρ. καὶ μέμνησαι δὴ τῶν ὀδυρμῶν, οὓς περὶ αὐτῶν ἐποιούμην. ὁ δὲ δὴ κολοφὼν δόρυ καὶ αἷμα καὶ θάνατος (3). τὸ δὲ ὅθεν, ἴσασιν οἱ πάντα εἰδότες. οἶσθα δὲ καὶ αὐτὸς, ὡς διεκείμεθα, δεδιότες, μὴ τὰ γενόμενα γένηται. Ὁ οὖν ἐξέπληττε φόβος ὁ σαφὴς, τίν' οἴει ψυχὴν ἔχειν ἔργου φανέντος. Ἆρ' ἂν πιστεύσαις ὡς ἀπειρήκασιν ὑπὸ τῶν ἐμῶν θρήνων οἱ συνοικοῦντές ἐμοι. θεῶν τε καὶ γῆς καὶ ἀέρος καὶ οὐρανοῦ καὶ πάντα ἐγκαλοῦμεν, ληγούσης τε ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀρχομένης. καὶ πάλιν ληγούσης μὲν νυκτὸς, ἀρχομένης δὲ ἡμέρας. Οὐ γάρ ἐστιν ἐλπὶς δυναμένη τὸ τοῦ τραύματος ἀφελεῖν. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπολωλὸς μέγιστον, ὁ δὲ ὄλεθρος. τὸ δὲ ἢ σε δεῦρο ἄξον ἢ ἐμὲ παρ' ὑμᾶς οὐκ ἔστιν. ἀλλ' ἀτεχνῶς ἔτι ζῶντες (4) τεθνήκαμεν (5). Ὅπερ οὖν ἔφην μὴ σιγῶντός μου θαύμαζε. σιγῆς καὶ ὁ καιρός. ἀλλ' εἴτι καὶ μικρὰ ἐπιστέλλειν δυναίμην.

LETOIO.

Quandoquidem nec nuptiae, nec optimus *Ariston*, nuptias celebrans, loco te movere potuerunt, quid tandem ex ceteris te permoturum sit, non video. Acerbissimam illam proditionis criminationem effugisse me putabam, pacemque nunc esse, & securiorem esse licere. Enimvero pax quidem appellatur, odium vero nondum est sublatum. Sed quam ille injuriam clam facere potest, eam facit, &, dum amicum se vocat, opere ipso adversatur. Ille vero abjecti in calamitatibus animi, rebus autem prosperis audax, relicto nunc lecto in foro se jactat, postquam Lycenum tribus mulis (piscibus) obnoxium sibi fecit; qui cum primo omnes tibicines convivio exciperet, his relictis, unum excipit. Atque id quidem illius tantum, qui solus vocatus est, instinctu fieri videtur, qui nunc iterum pristina illa sermocinatur, ab omnibus pro deo se haberi. Ait quoque, se, ex quo natus sit, & Solem viderit, fuisse victorem, oblitus interim, se heri & nudius tertius victum; & vel sic victurum se esse, donec sol fuerit, jactat. Ceterum Cercops ille, qui *Artemium* spoliavit, iterum turbat urbem, ostentatis *Asbolii*, illiusque, qui amplissimam dignitatem deturpavit, literis. *Celsus* interim, proh Jupiter! clamat, nec vult concedere, non potest tamen, quin concedat. Si quis olim fuit, qui tua reprehenderet, tanquam majore, quam decebat,

MCCCXXI. ΛΗΤΟΙΩι.

Εἰ δὲ μηδ' οἱ γάμοι, μηδ' Ἀρίστων ὁ χρηστὸς γαμῶν (1) ἐπανήγαγέ σε, τί σε κινήσει τῶν ἁπάντων οὐκ οἶδα. καὶ εἰμαρμένην διαπεφευγέναι τὸ πικρὸν ἐκεῖνο ῥῆμα τὸ τῆς προδοσίας. εἶναι γὰρ εἰρήνην καὶ ἐξεῖναι ῥαθυμεῖν. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ὄνομα εἰρήνης, τὸ μῖσος δὲ οὐκ ἀνῄρηται. ἀλλ' ὅσα ἂν λαθὼν δύνηται τρῶσαι, τιτρώσκει. καὶ φάσκων φιλεῖν, ἔργῳ πολεμεῖ. Ὁ δὲ ταπεινὸς μὲν ἐν ταῖς ταραχαῖς, θρασὺς δὲ ἐν ταῖς εὐπραξίαις, ἀφεὶς τὴν κλίνην, ἐν ἀγορᾷ στρέφεται, Λυκῖον καταδουλωμένος τρίγλαις τρισὶν, ὃς τὰ πρῶτα πάντας ἑστιῶν τοὺς ὑπὲρ τοὺς αὐλοὺς ἀφεὶς ἑστιᾷ μόνον. Καὶ δοκεῖ (2) τοῦτ' εἶναι τοῦ μόνου καλουμένου τέχνη, ὃς πάλιν ἐπ' ἐκείνοις ἥκει τοὺς λόγους, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις εἶναι δοκεῖ θεός. Φησὶ δὲ ἀφ' οὗ γέγονε, καὶ τὸν ἥλιον ὁρᾷ, νενικηκέναι, τῆς δὲ ἥττης ἐπιλέλησται τῆς χθὲς καὶ πρώην. Φησὶ δὲ καὶ κρατήσειν, ἕως ἂν ἥλιος ᾖ. Ὁ δὲ Κέρκωψ (3) ἐκεῖνος, ὁ τὸν Ἀρτέμιον σκυλεύσας, αὖθις φύρει τὴν πόλιν γράμματα δεικνὺς (4) Ἀσβολίου δὲ καὶ τοῦ τὴν μεγάλην καταισχύναντος ἀρχήν. Κέλσος δὲ, ὦ Ζεῦ, βοᾷ, δοῦναι μὲν οὐκ ἐθέλων, μὴ δοῦναι δὲ οὐ δυνάμενος. Εἰ δέ τις ἦν πρότερον τὰ σὰ ψέγων ὡς μετέχοντα θυμοῦ μείζονος ἢ προσῆκεν, νῦν ἀπὸ τοῦ καιροῦ τὸν σὸν ἠνάγκασται ζητεῖν θυμὸν, σαφῶς εἰπὼν, ὅτι πάντα

EP. MCCCXX. (1) Nicomediam intelligit, ex terrae motu subversam. Vide nos supra ad ep. 391. *Strategio* inscriptam, ubi eadem, quam hic legis, phrasis exstat: τίνα γὰρ οἴει με γενέσθαι, πυθόμενον, ὡς ἡ φιλτάτη πόλις ἐπὶ τοῖς φιλτάτοις πέπτωκεν ἀνδράσιν; (2) *Phasganius* hic est, de quo vide nos supra ad ep. XLIII. (3) Respicere illa videtur, quae in seditione Antiochena acta erant. (4) ζῶντος; codex. (5) Habes phrasin Paulinam 1 Tim. V, 6.

EP. MCCCXXI. (1) Γαμεῖν de viro, γαμεῖσθαι autem de femina proprie dici & *Pollux* & *Hesychius* monuerunt. Neque tamen id perpetuo a Scriptoribus observari, ostenderunt alii, nominatim *Martinus Fesselius* in Adversariis Sacris II. 21. §. 2. Vide etiam *Ludolph. Kusterum* ad Aristophanis Plutum p. 16. (2) Ma in δοκεῖ. (3) Cercopes, Lydiae populos, immansueti & fallacis ingenii homines in proverbium abiisse constat. Vide omnino elegantissimi *Burmanni*, eximii harum literarum statoris, notas ad Ovidii Metamorphos. XIV. 92. (4) In Codice post δεικνὺς posita erat στιγμὴ, quam sensu ita postulante, sustuli. Mox malim legere Ἀσβολίου τε.

πάντα ἂν ἦν ἀσθενῆ δήπου σου παρόντος. ἐπὶ τούτοις ἐγὼ μέν σε οὐ καλῶ προδότην. Ὅρα δὲ μὴ παρὰ τῶν πραγμάτων ἔλθῃ σοι τοὔνομα.

bat, ira facta, nunc pro temporum conditione cogitur iram tuam desiderare, aperte testatus, omnia, si nunc praesens esses, laboratura. Sed propterea tamen proditorem te appellare nolim. Cave tamen, ne ex factis hoc tibi nomen nascatur.

MCCCXXII. ΘΕΜΙΣΤΙῼ.

Τῶν πεπολεμηκότων μὲν ἡμῖν ἐστιν Ἀλέξανδρος πάλαι, νῦν δέ γε τῶν συμμάχων. οὐ μέντοι πλείω ἐλύπησεν, ἡνίκα ἦν δυσμενής, ἢ φίλος γενόμενος εὔφρανεν. Ἦν δὲ καὶ ὅσα ἐλύπει τὸ δίκαιον τιμῶντος. Διδασκάλῳ γὰρ βοηθῶν ἐν ὅπλοις ἦν. Ἐπεὶ δὲ ἐκείνῳ καιρὸς ἦν οἴκοι εἶναι, καὶ τούτῳ καιρὸς ἐγένετο μεθ' ἡμῶν εἶναι. ἐν ᾧ πολλοὶ μὲν αὐτοῦ λόγοι, πολλοὶ δὲ ὑπὲρ ἡμῶν πόνοι. πάντες ἥδιστοι, διότι ὑπὲρ ἡμῶν. Ἐπιθυμῶ δὴ καὶ αὐτὸς ἀμείψασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ μὴ μόνον εὖ πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ἀντευποιεῖν. Εἰ μὲν οὖν ἦν μοι δύναμις, τῆς δυνάμεως ἀπέλαυεν ἄν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔστι, τῆς προθυμίας ἀπολαυέτω καὶ γραμμάτων καὶ παρακλήσεως, ἃς ποιοῦμαι πρὸς ὑμᾶς τοὺς δυναμένους. Βέλτιον μὲν οὖν, εἰ ἔπεισας αὐτὸν φιλοσοφεῖν ῥίψαντα τὴν ζώνην. Καὶ γάρ ἐστιν αὐτῷ φύσις πρέπουσα ἐκείνοις τοῖς ἔργοις. Εἰ δ' οὐκ ἂν μεταστήσαις, σὺ δ' ἀλλ' εὐδαίμονα ποίει τὸν Ἀλέξανδρον στρατιώτην, καὶ τὸ καθ' ἡμῶν σκῶμμα λῦσον, ὡς τῆς ἀγαθῆς τύχης φευγούσης τοὺς μετέχοντας λόγων. λόγους δὲ τοὺς μὲν τούτῳ δείκνυ σπουδῶντι περὶ λόγους. τὸν δέ ἐμοὶ πέμπε τὸν ἐν Ἀγκύρᾳ πρῴην τὰ μικρὰ μεγάλα ποιήσαντα (1). Μικρὰ γὰρ αὐτοῦ, δεῦρο τῇ τινων μνήμῃ κεκομισμένα, περὶ τὸν πάντα ἡμᾶς ἀνδριάντα (2) ἐσήμαινεν.

THEMISTIO.

Alexander ex illis olim fuit, qui nobis adversabantur, nunc vero est inter fautores. Neque tamen majoris mihi, cum inimicus erat, tristitiae auctor exstitit, quam gaudii nunc est, factus amicus. In illis porro, quibus aegre faciebat, justi erat studiosus. Arma enim sumebat, praeceptori opitulaturus. Postquam vero hunc, occasione ferente, domi esse oportebat, ille quidem opportunum ratus est nobiscum esse. Jam itaque multa pro nobis loquitur, multos etiam labores sustinet, eosque, tanquam pro nobis susceptos, habet suavissimos. Illi itaque vices referre vehementer velim, ut ipsi non solum bene sit, sed ut gratificari illi vicissim possim. Si igitur facultas mihi esset, illa utique frueretur: quoniam vero illa mihi deest, prolixa saltem voluntate mea & literis, & precibus, quas ad vos, qui potestis aliquid, facio, perfruatur. Optimum foret, si adducere eum possis, ut cingulo abjecto philosophiae se daret. Ingenium enim habet ad haec tractanda idoneum. Quod si vero ad haec adducere non possis, facito saltem, ut *Alexander* felix evadat miles, atque adeo illud in nos dicterium amoveatur, quasi literarum peritos fortuna benignior destituat. Tu porro illi, in orationibus exsultanti, alias quidem orationes recita; eum vero mihi mitte, qui Ancyrae quondam exigua magna esse ostendit. Pauca enim ejus, quae huc fama ad nos delata sunt, desiderium integrae statuae videndae vehementissimum movent.

MCCCXXIII. ΠΑΛΛΑΔΙῼ.

Νῦν ἔγνων ὅτι οὐδὲν ἄρα ἔδει τῶν πρὸς Εὐτρέχιον (1) γραμμάτων. Τότε δὲ ᾤμην αὐτὸν ἐγκεῖσθαί τε καὶ βοᾶν καὶ τὸν ἄνδρα (2) ἀπαιτεῖν. Ἔσεσθαί τε μετριώτερον ἡγούμην ἐπῳδῇ τινι δι' ἐπιστολῆς ἐλθούσῃ. καὶ μᾶλλον ἐμοὶ προσήκει (3) περὶ τούτων τοιαῦτα γράφειν. ἢ σοί γε δικαστῇ γε ὄντι πρὸς ἕτερον δικαστήν. Ὅτι δὲ ὕβρεις οὐ δή τις οὖν εἰς σὲ διὰ τῶν πρὸς ἐκεῖνον ἐτολμᾶτο γραμμάτων, δῆλον ἐγγύθεν. Ἀμφοτέρας γὰρ εἰς σὰς χεῖρας ἔπεμψα τὰς ἐπιστολάς, οὐκ ἂν πέμψας τὴν ἑτέραν, εἰ ἀπὸ φαυλοτέρας ἐγέγραπτο τῆς γνώμης. οὑτωσὶ μὲν ἀπολογοῦμαι, μῆκος ἀφελών, οὗ τὴν ἀλήθειαν οὐ σφόδρα ὁρῶ δεομένην. Σοὶ δέ τι δοῖεν οἱ θεοὶ γέρας καὶ τῶν προτέρων ἕνεκα καὶ τῶν δευτέρων, καὶ ὧν βεβοήθηκας καὶ ὧν μέλλεις.

PALLADIO.

Nunc demum intellexi, literis ad *Eutrechium* non opus fuisse. Antea vero putabam, eum insistere, & clamare, & virum illum poscere. Itaque moderatiorem futurum esse credebam, si literis nonnihil demulceretur. Me vero talia de talibus magis, quam te judicem ad alium judicem scribere decebat. Manifestum interim est, me literis istis nihil, quod tibi injurium esse posset, facere instituisse. Utramque enim ad te epistolam misi, alteram illam non sane missurus, si malo quodam animo scripta fuisset. Ita causam meam defendo, omni prolixitate procul esse jussa, qua veritatem non admodum indigere video. Tibi vero Dii praemium aliquod rependant pro illis, quae & olim & recens nobis praestitisti, & pro ope, quam tulisti adhuc, & feres inposterum.

MCCCXXIV. NI-

EP. MCCCXXII. (1) Intelligit eam orationem, quam Ancyrae ad Constantium Imp. dixit, quaeque περὶ φιλανθρωπίας, ἢ Κωνστάντιος inscribitur. Exstat illa in edit. Harduini p. 1. sqq. (2) Orationem Themistii cum statua comparat.

EP. MCCCXXIII. (1) Eam vult epistolam, quam ad *Eutrechium* pro Dionysio scripsit. Vide eam n. 1308. (2) *Dionysium* innuit, poenae obnoxium. (3) Malim προσῆκε.

NICOCLI.

Quandoquidem mala inde primum orta procedunt, nec sistuntur, etiamnum in iis sumus calamitatibus, quas *Pergamius* tibi exponet, tales utique, ad quas ferendas cor vere lapideum requiratur. Tela enim sunt multa, remedia vero nulla. *Pergamius* ipse, ad quem ita plangere, & cum quo plangere nobis licebat, ad vos proficiscitur, probe sciens, neminem apud nos sibi esse similem. Quis enim omnes ejus virtutes unquam dicendo ornare possit? At *Nicoclem* idem, Graecorum praesidium & decus non ignorat, sed perspectum potius habet, qualis tu sis adversus Deos, qualis in literas, qualis item in amicos. Cumque talis ille sit, seque quod laudantem te admiraretur, honestissimum praestiterit, virum talem, si quidem ita appellare, nec amplius aliquid dicere fas est, nobiscum videre desiderat, sicut nobiscum lacrymatur, & quae ex contentione illa nata sunt, deplorat. Ab hoc itaque tum alia, tum nostra quoque disces, atque illud inprimis, unde consilium arma ponendi ceperimus. Qua quidem in re non mutatos nos esse, sed, quod optimum factu erat, elegisse videbis. Victor enim, ubi timet, ne, bello continuato victoria in hostes transferatur, hos optime vicerit, si oblatam sibi victoriam securam praestet potius, quam fortunae quandam vicissitudinem contentionis studio invitet.

MCCCXXIV. ΝΙΚΟΚΛΕΪ.

Εἰ μὲν ἐκεῖθεν ἀρξάμενα τὰ κακὰ μένει, καὶ οὐχ ἵσταται, καὶ νῦν ἐσμὲν, ἐν οἵοις ἀπαγγελεῖ σοι Περγάμιος, δεομένοις λιθίνης ἀτεχνῶς καρδίας. βέλη μὲν γὰρ πολλὰ, φάρμακον δὲ οὐδέν. Αὐτὸς δὲ Περγάμιος, πρὸς ὃν ὀδύρεσθαι, καὶ μεθ' οὗ παρῆν ὀδύρεσθαι (1), τρέχει παρ' ὑμᾶς. οὐδένα εἰδὼς αὐτῷ παρ' ἡμῖν ὄντα προσόμοιον. ὃν τὰ μὲν ἄλλα ὅσα κοσμεῖ, τί ἄν τις διεξίοι. Ἀλλὰ Νικοκλέα γε (2), τὸ τῶν Ἑλλήνων ὄφελος, οὐκ ἀγνοεῖ. σαφῶς δὲ οἶδεν, ὅστις μὲν σὺ περὶ τοὺς θεοὺς, ὅστις δὲ περὶ λόγους, ὅστις δὲ περὶ φίλους. ὄντος δὲ τούτου τοιούτου, καὶ δεικνύντος ἀγαθὸν μετὰ τοῦ θαυμαζομένου τὸν ἐπαινοῦντα, τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον, εἰ δὴ τοῦτό γε δεῖ καλεῖν, ἀλλὰ μὴ πλέον τι ζητεῖν, μεθ' ἡμῶν μὲν ποθεῖ, μεθ' ἡμῶν δὲ δακρύει, καὶ ἔστι τῶν ἀλγούντων ἐπὶ τῷ τῆς αἰχμῆς ἔργῳ. καὶ παρὰ τούτου τά τε ἄλλα μάθοις ἂν, τά γε ἡμέτερα, καὶ τὸ, πόθεν ἐπείσθημεν καταθέσθαι τὰ ὅπλα. ἐν οἷς εὑρήσεις ἡμᾶς οὐχ ἑτέρους γεγενημένους, ἀλλὰ καλῶς βεβουλευμένους. Ὁ γὰρ νικηκὼς ὅταν ἐλπίζῃ τοῦ πολέμου μένοντος ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς μεταστήσεσθαι, τούτῳ κρεῖττον ἂν εἴη βεβαιοῦν αὐτῷ τὴν γεγενημένην νίκην, ἢ τῇ φιλονεικίᾳ τὴν ἑτέραν ἐπισπώμενος τύχην.

DEMETRIO.

Viri hi ex Bacchi sunt Sacerdotibus, qui quotannis ludis ad Deum hunc pertinentibus operantur. Jam vero ad vos laetitiae & animi recreandi causa proficiscuntur. Fac itaque, ut cum voluptate quadam apud vos commorentur, atque illi quidem te laudent, Deus autem vites suavissimi vini feraces praestet.

MCCCXXV. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Οἱ ἄνδρες οἵδε τῶν περὶ τὸν Διόνυσόν εἰσιν (1), ὑπηρετοῦντες καθ' ἕκαστον ἔτος, τῷ μύθῳ τῷ περὶ τοῦ Θεοῦ. ἥκουσι δὴ παρ' ὑμᾶς εὐφροσύνης ἕνεκα καὶ τοῦ χαρίσασθαι ταῖς ψυχαῖς. Ποίει τοίνυν αὐτοῖς τὴν ἐπιδημίαν ἡδίστην, ἵν' οὗτοι μέν σε ἐπαινῶσι, ποιῇ δέ σοι τὰς ἀμπέλους ἡδυοίνους ὁ Θεός.

MODESTO.

Non putabam, tantum tibi otii esse, ut epistolas accipere posses. Talia de te nunciabantur, alia quidem sine, alia vero interposito jure jurando. Tam funesta nos fama tenebat. Gratiam itaque habemus Diis, quod nudis verbis illa constans rem ipsam non attulerit. Gratia vero etiam sit Imperatoribus optimis, qui sciant, qui risui haberi debeant. Nos quidem, agros multos tibi ab illis datos esse, edocti, non ideo tantum gaudemus, quod vir amicus illis operatur, sed &, quod vir bonus. Hoc enim argumento est, virtutem in pretio haberi, virtus vero in pretio habita multos sui studiosos efficit. Sicut vero tu studio ejus, facto pridem initio, duceris; ita tui desiderio fertur *Pergamius*, & ipse pridem eo ductus. Ita vero in paucos admodum animatum se sensit. Ne-

MCCCXXVI. ΜΟΔΕΣΤΩι.

Οὐκ ἐν τῷ δύνασθαι λαμβάνειν ἐπιστολὰς ᾤμην εἶναί σε. τοιαῦτα ἦν τὰ λεγόμενα. τὰ μὲν ἄνευ ὅρκων. τὰ δὲ καὶ σὺν αὐτοῖς. καὶ οὕτω πικρᾶς εἰχόμεθα φήμης. ὑπὲρ ἧς χάριν ἔχομεν τοῖς θεοῖς, ὅτι λόγος ἄλλως ἦν, ἔργον δὲ οὐδέν. χάρις δὲ καὶ τοῖν ἀρίστοιν βασιλέοιν (1) εἰδόσιν ὧν δεῖ καταγελᾷν. Γῆς δέ σοι πολλῆς παρ' αὐτοῖν δεδομένης οὐ μόνον κατὰ τοῦτο χαίρομεν, ὅτι ἀνὴρ φίλος γεωργεῖ, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀγαθός. Σημεῖον γὰρ τοῦτο, τοῦ τιμᾶσθαι ἀρετήν. τιμωμένη δὲ ἀρετὴ πολλοὺς αὐτῆς ἐπιθυμητὰς ποιεῖ. ὥσπερ δὲ ἐκείνης σὺ πάλαι ἀρξάμενος ἐπιθυμεῖς, οὕτω καὶ σοῦ Περγάμιος, καὶ οὗτος ἀρξάμενος πάλαι. Πάνυ δὲ πρὸς ὀλίγους τοῦτο πέπονθεν ἀνήρ. οὐ γὰρ πολλῶν, ἀλλ' ὀλίγων, πολὺ τῶν πολλῶν βελτιό-

νων,

EP. MCCCXXIV. (1) *Pergamium* hunc etiam supra hoc nomine laudat ep. 1228. Confer *Valesium* ad Ammianum XXIX. p. 549. ex quo etiam intelliges, quae illa Libanii, de qua queritur, fuerit calamitas. (2) Lege de eo nostri epistolam 1242. quae etiam ad hanc epistolam intelligendam aliquid contulerit.

EP. MCCCXXV. (1) Vide supra ep. 1208.

EP. MCCCXXVI. (1) Valentinianum & Valentem Impp. intelligit, quorum gratia frui licuit Modesto. Vide *Valesium* ad Ammianum XXX. 4. p. 591.

νων, ἐθέλει φίλος εἶναι. Δέχου δὴ τὸν ἄνδρα, καὶ φίλει, καὶ μὴ ἀπίστει τῷ μάρτυρι. μηδὲ κατὰ μικρὸν εἰς τὸ πιστεύειν αὐτῷ προαχθῇς, ἀλλὰ τ' αὐτὸ καὶ προοίμιον ἔστω, καὶ ἀκμή. Δεῖ γάρ σε μὴ ταυτόν ἐμοὶ παθεῖν, ὃς μικρὸν ἐπὶ μικρῷ τιθεὶς, καὶ μόλις εἰς τὸ ἄγαν πιστεύειν ἐλθὼν, πολὺν ᾐσθόμην ἐμαυτὸν ἐζημιωκὼς χρόνον.

Neque enim multis, sed paucis, qui multis illis multum praestant, amicus esse cupit. Suscipe igitur virum hunc, & ama, mihique haec testanti, fidem non denega. Noli vero pedetentim ad fidem illi habendam procedere, sed idem & initium rei & apex esto. Neque enim idem tibi, quod mihi, usu venire debet, qui parum parvo addens, & aegre ad fidem penitus habendam progressus per longum tempus fraudi me mihi ipsi fuisse didici.

MCCCXXVII. ΜΑΡΙΩι.

Πολὺν οὐκ ἔγραψα χρόνον. πολὺν γὰρ ἐπένθουν χρόνον. πολλοὶ γὰρ ἡμῖν ἀπῆλθον, οἱ αὐτοὶ πολλοὶ καὶ ἄριστοι, οἱ μὲν οὔπω γέροντες, οἱ δὲ σφόδρα νέοι. Ἐμὲ δὲ ἔδει τὸν αὐτόν τε τοῖς ἄλλοις πενθεῖν τρόπον, καὶ χωρὶς τὸν ἐμαυτοῦ, τὸν ἀπὸ βιβλίων (1). Παρεμυθεῖτο δέ με ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὅτι δὲ ἀπήρησαι τὰς πόλεις, αἷς ἐν χειμῶνι πολλῷ γαλήνην πεποίηκας, παρὰ δὲ ταῖς ἄλλαις ὁ χειμὼν κρατεῖ. σὲ μὲν οὖν ἐπαινεῖν ἄξιον, ἀντὶ τῆς περὶ τὸ ἄρχειν ἐπιστήμης. τὴν τύχην δὲ, ὅτι σοι λύσιν ἥκει φέρουσα τῆς περὶ τὸ ἄρχειν φροντίδος. Σὺ γὰρ δὴ μόνος ἀρχῆς μὲν ἄκων ἥψω, ἀνεδείχθης δὲ ἀνὴρ ἐν ταύτῃ, τῇ μάλιστα τοῦτο δυναμένῃ δεικνύειν κατὰ τὴν παροιμίαν. ἀπέρχῃ δὲ παρ' αὐτῆς μεθ' ἡδονῆς, στέφανον ἡμῖν ἐκ Φοινίκης κομίζων ἀμείνω τοῦ τοῖς ἀθληταῖς διδομένου παρ' Ἠλείων. Ὁ μὲν γὰρ ῥώμην, ὁ δὲ σὸς οὗτος ἀρετὴν μαρτυρεῖ. Τοῦ δὲ μὴ λαβεῖν τοὺς λόγους λήψῃ δίκην παρὰ Μαξίμου, εἰ μὴ καὶ Μάξιμον τὸ αὐτὸ ἐξαιτήσεται. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐπένθει.

MARIO.

Per longum tempus non scripsi: multum enim temporis luctui impendi. Multi enim, iique non solum multi, sed & optimi fato nobis sunt surrepti: alii quidem nondum senes, alii vero valde juvenes. Me vero eadem, qua alios, ratione lugere oportebat tum meum illum, tum qui a libris mihi erat. Nihilque aliud in his me solabatur, quam quod tu multas urbes vindicasti, iisdemque valde jactatis tranquillitatem peperisti, quando alias premit calamitas. Te itaque propter imperandi dexteritatem laudari oportet: non minus autem propter fortunam, quae te a coris Magistratus immunem nunc praestat. Tu enim solus magistratum suscepisti invitus, virum te autem in illo, qui talem te inprimis ex veteri verbo probare poterat, praestitisti. Jam ab eo cum voluptate discedis, coronam ex Phoenicia reportans, illa, quae Athletis ab Eleis dari solet, praestantiorem. Haec enim robur, illa autem tua virtutem demonstrat. Ceterum, quod orationes meas non accepisti, illius rei poenam a *Maximo* repetes, nisi & idem illud, quod dixi, *Maximum* excusaverit. Nam & ille luctui indulgebat.

MCCCXXVIII. ΟΥΛΠΙΑΝΩι.

Ἐκεῖνος μὲν πέπαυται τῆς ἀρχῆς. σοὶ δ' ἐγένετο μείζων μὲν, οὔπω δὲ σύμμετρος. Ἐν μόνῃ γὰρ ἂν τῇ μεγίστῃ τὸ μέτρον σωθείη. καὶ οἶμαί γε ταύτην ἔσεσθαι. βουλοίμην δ' ἂν ἔτι μου ζῶντος. Ῥουφῖνος δὲ ὅτι μὲν ἡγεῖταί (1) με οὐ πάνυ Μουσῶν ἀλλότριον, οἶδα. τὸ δὲ παρ' ἐμοὶ κατατρίψαι τὴν ἡμέραν, ὑπὸ σοῦ γεγονέναι πείθομαι. Σὺ γὰρ αὐτὸν, ὁπότε ἐξελθεῖν βούλοιτο, πάλιν εἰσῆγες εἰς τὸν δρόμον, οὐ συγχωρῶν ἑτέρου μνήμῃ τὴν ὑπὲρ ἐμοῦ τῶν ὑμετέρων ἐξελάσαι στομάτων. Λέγων δὲ ἡμῖν περί τε γῆς ὁπόσην ἐπῆλθε καὶ πόλεων καὶ ἐθνῶν, καὶ τῶν τούτων ἐπιμελουμένων. τῶν μὲν κατηγόρει. τοὺς δὲ οὐκ ἔψεγε. σὲ δὲ ἐστεφάνου. λέγων μὲν οὐδὲν καινὸν, οὐ γὰρ ἀφῆκεν ἡ φήμη διδοὺς δὲ χαίρειν, ὅτι τὴν αὐτὴν τοῖς πολλοῖς ὁ τῶν ἀρχόντων ἄρχων ἔφερε ψῆφον. Ταῦτά σοι μηνύω, βραχὺ φροντίσας τοῦ τῆς ἐπιστολῆς ἀκροτελευτίου (2). παρακαλεῖ γὰρ πρὸς ἀρετὴν οὐκ ἐπανόρθωσις μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὀρθῶς πραττομένων ἔπαινος.

ULPIANO.

Ille quidem a magistratu decessit: tibi vero major, sed nondum satis conveniens, obtigit. Meritis enim tuis non nisi amplissimus responderit. Et hunc quoque gesturum te esse confido. Velim vero id fieri, me adhuc superstite. *Rufinum* novi me a Musis non prorsus alienum putare. Ut vero totam apud me diem contereret, te puto effecisse. Tu enim eum, quoties digredi volebat, in idem curriculum ducebas, non permittens, ut, facta alterius mentione, mei illa ore vestro excideret. Ille vero terras, quas obiit, & urbes & gentes, eos denique, qui illarum agerent curam, edisserens, alios quidem accusabat, alios non reprehendebat, te vero laudibus ornabat, nihil quidem novi nuncians, (neque enim id fama patiebatur,) laetandi vero occasionem faciens, quod magistratuum princeps eandem, quam alii multi, sententiam de te ferebat. Haec tibi significo, de fine epistolae hujus parum solicitus. Ad virtutis enim studium non admonitiones solum, sed & rerum praeclare gestarum laudes excitant.

MCCCXXIX. AN-

EP. MCCCXXVII. (1) Haec ita intelligo, quod Libanio morte surreptus sit & filius, ex illegitimis nuptiis natus, cujus obitum alibi luget, & is, qui membranarum suarum curam habuerit.

EP. MCCCXXVIII. (1) Recentior manus emendaverat ἡγεῖσθαι. (2) ἀκροτελεύτιον non solum de extrema carminis parte, sed & de fine dictionis solutae adhiberi monet *Suidas* suo loco.

ANDRONICO.

Phoeniciae bonis ornatur nunc pulcherrima terrae portio, quandoquidem vir ex omnibus optimus imperio praeest, &, qui post illum est optimus, operam sociam ei praestat. Eum quomodo primum viderim, accipe. Ego & *Olympius* ibamus Eleusinium, eramusque in mediis hortis. Talis enim est angiportus ille, ut utrinque horto cingatur. Videbamus ibi hominem peregrinum, equo vectum, multisque comitatum. Antequam nos invicem interrogabamus, quis ille? videbamus ex equo descendentem. Itaque miscebamus sermones. Ille interim epistolas, quas a famulis suis repetierat, &, quorum illae essent, docuerat, nobis reddebat. Ego vero illis, quas acceperam, laetatus, angebar, quod a *Cajano* non haberem; at ille quandam ejus tristitiam renunciabat, neglectum se à me esse arbitrantis. Paucis ad haec me excusans procedebam, epistolas adhuc clausas tenens, atque hoc unum sciens, ex Phoenicia esse eum, qui reddidisset. Domi vero legere constitueram. Interim de latore earum, tanquam viro humanissimo, ad *Olympium* loquebar, ex vultu animum perspiciens. Hujus enim pulchritudo vere ex oculis emicabat. Tum quidam eorum, qui illum videre cupiebant, in nos incidens, interrogabat, num virum viderimus, nomenque, & quo consilio venisset, exponebat. Ita vero totum negotium nobis erat apertum. Tibi itaque gratiam habemus pro literis, magis vero pro amicitia. Eam enim nobis invicem conciliasti. & nunc familiariter alter altero utimur. Orationes tibi multas mittemus: si malae illae fuerint, qui bonas non desiderat, sibi ipsi imputet. Praemium vero a te non poscemus, cum jam habeamus. Habemus autem, non argentum, non aurum, sed quod omnibus & Croesi & Gygis & Cinyrae opibus longe praestat, illius viri amicitiam, qui non solum cetera bonus est, sed & disertissimus. Cur igitur ille fidejussorem interponat, qui tam egregium illi donum dedit, a quo exigua poscit? Hoc itaque tibi dabimus inposterum, ut accipiendo etiam defatigeris. Ceterum de Imperatoris epistola majora mihi, quam res ferat, dixisse mihi videris, infelices vana spe lactans. Illa enim continetur promissione auxilii mihi praestandi. Auxilium vero hactenus nullum est, ex quo nothus ille commodum capere possit. Modo vero in eadem, qua antea, sumus rerum conditione. Nihilominus tamen eam misi, ut amplas eorum spes tollamus, qui eadem rerum conditione nobiscum fruuntur, quam an aeque, ut ego, ferre possint, nescio.

MCCCXXIX. ἈΝΔΡΟΝΙΚῼ.

Τοῖς τῆς Φοινίκης ἀγαθοῖς (1) κοσμεῖται τὸ κάλλιστον τῆς γῆς (2), τοῦ μὲν ἀρίστου πάντων ἄρχοντος, τοῦ δὲ μετ' ἐκεῖνον ἀρίστου παρεδρεύοντος. ὃν ὅπως τὸ πρῶτον εἴδομεν, ἄκουσον. Ἤειμεν ἐγώ τε καὶ Ὀλύμπιος εἰς τὸ Ἐλευσίνιον (3) καὶ ἦμεν ἐν μέσῳ κήπων. τοιοῦτος γὰρ ἐκεῖνος ὁ στενωπός. κῆπος ὁ μὲν ἔνθεν, ὁ δὲ ἔνθεν. ὁρῶμεν οὖν ἄνδρα ἐφ' ἵππου ξένον, καὶ πλῆθος ἀκολούθων. καὶ πρὶν πρὸς ἀλλήλους εἰπεῖν, τίς οὗτος; ὁρῶμεν ἀποβάντα, καὶ προσείπομεν ἀλλήλους. ὁ δὲ παρά τινος τῶν παίδων λαβὼν ἐπιστολὰς ἡμῖν ἔδωκεν, εἰπὼν παρ' ὧν. ἐγὼ δὲ οἷς μὲν ἔλαβον, ἡδόμην. τῷ δὲ μὴ καὶ Γαϊανοῦ γράμματα ἔχειν, ἠχθόμην, ὁ δὲ λύπην τινὰ ἀπήγγελλεν ἐκείνου, νομίζοντος ἀπημελῆσθαι. μικρὰ δὴ πρὸς ταῦτα ἀπολογησάμενος ἐπορευόμην ἔτ' ἔχων δεδεμένας τὰς ἐπιστολὰς καὶ τοσοῦτον εἰδὼς μόνον, ὡς ἐκ Φοινίκης ὁ δούς. Διενοούμην μὲν οὖν, ὡς ἀναγνωσόμενος οἴκοι. Διελεγόμην δὲ πρὸς Ὀλύμπιον ὡς περὶ χρηστοῦ τοῦ δόντος, ἑωρακὼς τὴν ψυχὴν διὰ τῆς μορφῆς. Ἔλαμπε γὰρ τὸ κείνης ὡς ἀληθῶς κάλλος διὰ τῶν ὀμμάτων. Ἐντυχὼν δέ τις ἡμῖν τῶν ἐκεῖνον βουλομένων ἰδεῖν, ἤρετο, εἰ τὸν ἄνδρα εἴδομεν, εἰπὼν τοὔνομα, καὶ ἐφ' ὅτῳ ἥκει. καὶ οὕτως ἤδη τὸ πᾶν εἴχομεν. καί σοι χάρις τῶν γραμμάτων, μᾶλλον δὲ τῆς φιλίας. τοῦτο γὰρ ἐν αὐτοῖς ἔπραττες. καὶ νῦν ἀλλήλοις χρώμεθα. λόγους δέ σοι πέμψομεν πολλούς, εἰ δὲ φαύλους, ὁ μὴ καλῶν ἐπιθυμῶν, αὐτῷ μεμφέσθω. τιμὴν δέ σε οὐκ ἀπαιτήσομεν, ἣν ἔχομεν. ἔχομεν γὰρ οὐκ ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίον, ἀλλ' ὃ πολλῷ πάντων μεῖζον χρημάτων καὶ τῶν Κροίσου καὶ τῶν Γύγου, καὶ τῶν Κινύρου (4), φιλίαν ἀνδρὸς, τά τε ἄλλα γενναίου καὶ ῥητορικοῦ. Τί οὖν ἄν τις ἐγγυητὴν καταστήσειε, δωρεὰν οὕτω μέγα τούτῳ δοὺς, παρ' οὗ μικρὰ λαβεῖν ἀξιοῖ; Ταυτὶ μὲν οὖν ὕστερόν σοι ποιήσομεν, ὥστε σε λαμβάνοντα κάμνειν. περὶ δὲ τῆς τοῦ Βασιλέως ἐπιστολῆς δοκεῖς μοι μείζω τῶν ὄντων εἰρηκὼς, κεναῖς ἐλπίσιν ἀπατῶν τοὺς ἀτυχοῦντας. ἡ δέ ἐστιν ὑπόσχεσις μὲν πρὸς ἐμὲ βοηθείας. βοήθεια δὲ οὔπω, παρ' ἧς ὠφελεῖτο ἂν ὁ νόθος (5). Νῦν δέ ἐσμεν ἐν τῷ πρίν. ὅμως δὲ αὐτὴν ἀπέσταλκα τοῦ παῦσαι τὰς μετρίας ἐλπίδας τοῖς εἰς ταυτὸν μὲν ἥκουσι μοι κατὰ τὴν τύχην, οὐκ οἶδα δὲ, εἰ τὴν τύχην ὥσπερ ἐγὼ φέρειν ἐπισταμένοις.

CAESARIO.

Paeanius hic, & me suasore usus, ad vos venit.

MCCCXXX. ΚΑΙΣΑΡΙῼ.

Παιάνιος (1) οὑτοσὶ καὶ ἐμοὶ συμβούλῳ χρησάμενος ἥκει.

EP. MCCCXXIX. (1) Ex Phoenicia nempe erat, qui epistolas Libanio adferebat, quod patet ex sequentibus. (2) Antiochiam, credo, intelligit. (3) Locine alicujus, an templi nomen sit non dixerim. (4) Triplici hoc proverbio de opibus amplis aliquoties usus est noster. De Cinyrae illis lege *Meursium* in Cypro lib. II. cap. 9. (5) Filium suum, ex illegitimis nuptiis natum, intelligit, in cujus gratiam se aliqua petiisse, & tandem obtinuisse alia epistola significat.

EP. MCCCXXX. (1) De *Paeanio* supra ad aliam epistolam diximus. Videtur is esse *Eutropii* interpres.

ἥκει παρ' ὑμᾶς. Ἦν γὰρ αὐτῷ βέλτιον ἐλθεῖν ἢ μένειν. καίτοι πικρὰ μὲν ἡ θάλαττα καὶ τὸ πλεῖν. ἃ δ' ἐκ τοῦ μὴ πλεῖν ἐγένετ' ἄν, μᾶλλον ἄν μοι λυπῆσαι τοῦτον δοκεῖ. Σοὶ δὴ μελέτω τοῦ τὸν ἄνδρα εὖ πράξαντα ἀπελθεῖν. ὧν γὰρ ἂν οὗτος ἀπολαύσῃ, κοινωνὸς εὐθὺς ἐγώ. ὡς οὖν σὺ τοῖς πρὸς τοῦτον εὖ ποιήσων ἐμὲ, μηδὲν προθυμίας ἐλλίπῃς.

venit. Praestabat enim eum abire, quam hic manere: quamvis molestum illi & mare sit & iter maritimum. Quae vero illi, omissa navigatione obventura fuissent, ea magis illum adflictura fuisse videntur. Cura igitur, ut re feliciter confecta abeat. Quibuscunque enim ille potietur, eorum egomet ero particeps. Nolim igitur benevolentiae parcas, illis, quae huic praestiteris, & mihi gratum facturus.

MCCCXXXI. ΖΗΝΟΔΩΡΩι.

Σὺ μὲν ἡμᾶς τετίμηκας τοῖς ἀπὸ τῶν ὀρῶν γράμμασιν. ἡμεῖς δέ σοι συνευχόμεθα, ἅπερ εἰκὸς τοὺς φίλους. εὐμενῶν σε τυχεῖν τῶν Κιλικίαν ἐχόντων θεῶν. τὸ σῶμα δέ σοι κρεῖττον φαίνεσθαι τῶν πόνων. γῆν δὲ πάντα πλεῖστα ἐνεγκεῖν, ἀέρων κεκραμένων τὰς πόλεις ἀπολαῦσαι. γενέσθαι δὲ τὸν τῆς σῆς ἀρχῆς χρόνον, τὴν ἐπὶ Κρόνου(1) φασὶν εὐδαιμονίαν. Περὶ δ' αὖ τῆς γνώμης οὐδὲν εὐχῆς δεῖν ἡγοῦμαι. τὸ καλόν τε ἀεὶ τετίμηκας καὶ γυμνάσης νόμων (2). ὑφ' ὧν ἀμφοτέρων ἀνάγκη τὸ δίκαιον νικᾶν. Σοὶ δ' αὖ καὶ τρίτον ὑπάρχει πάρεδρος ἐπιστήμων, ἀγαθὸς γέρων. οὐδὲν οὐδαμοῦ πρὸ τοῦ ἐπαινεῖσθαι θαυμάσας.

ZENODORO.

Tu quidem literis, ex montibus missis, nos honorasti. Nos vero ea tibi precamur, quae amicis precari fas est, ut scilicet propitios habeas Deos, Ciliciae statores, corpus vero laboribus exantlandis sufficiat, terra porro sit fertilissima, urbes clementi aëris temperie fruantur, omne denique magistratus tui tempus eam quae sub Saturno fuit, felicitatem sortiatur. De animo quidem tuo votum facere non puto necesse. Honesta semper magni fecisti una cum legum studio. Utroque vero hoc jus fasque obtinere necesse est. Tu vero tertio quoque loco adsessorem habes virum peritissimum & senem optimum, qui laudis desiderio nihil unquam habuit potius.

MCCCXXXII. ἈΡΙΣΤΩΝΙ.

Πάντα ᾔδειν τὰ ὑμέτερα καὶ μὴ γραφόντων. αὐτός τε γὰρ ἐπυνθανόμην, τούς τε μηνύοντας εἶχον. καὶ πάντα ἦν καλὰ, καὶ ἡδονῆς ἄξια. καὶ γὰρ δὴ καὶ περὶ τῆς γεωργίας ἣν πᾶσαν τὴν περίγειον (1) ἐλάττω κρίνω, καὶ περὶ ταύτης ἦν ἀκούειν, οἷα ἤθελον, ὡς οὔτε ὁ γεωργὸς οὐκ ἀμελήσειε, ἥτε ἄρουρα δέξαιτο εὖ καὶ καλῶς τὸ σπέρμα. Τούτοις ὑπερφυῶς χαίρων ἔμελλον οἶνον μεταπέμψεσθαι παρ' ὑμῶν. Τὸ γὰρ αὖ περὶ τὸν πόδα συμβὰν οὐκ ἠνείχετο ἑτέρου. Φέρεσθαι γὰρ βούλεται μᾶλλον ἢ φέρειν ἄχθος. Ὧν τοίνυν ἐγγὺς τοῦ γράφειν ἔλαβον ὑμῶν τὰ περὶ (2) τῶν ξενίων γράμματα. καὶ τὸ ἔχειν, ὃ ἐζήτουν, χρηστοῦ τινος οἰωνὸς ἐπέκειτο.

ARISTONI.

Vestra omnia, vobis etiam non scribentibus, cognita habebam. Nam & ipse percontabar, nec deerant interpretes. Omnia autem praeclara erant, & gaudio digna. Nam & de agricultura, qua circumjectam regionem omnem inferiorem esse judico, ea audire mihi licuit, quae volebam, quod nempe tu eam non negligas, terra vero semina bene recteque recipiat. His vehementer ego laetatus vinum a vobis auferri volebam. Aliud enim vini genus malum illud, quod pedes adfligit, non patitur. Ferri enim potius vult, quam oneris illud ferre. Ad scribendum vero jam accinctus literas vestras de muneribus mittendis accepi. Cum itaque haberem, quod quaerebam, id mihi boni alicujus omen auferre videbatur.

MCCCXXXIII. ὈΛΥΜΠΙΩι.

Πρότερόν τε ἐπιστέλλων οὐκ ἂν θρασύνεσθαι ἔδοξας, ἀλλ' εἰκὸς πρᾶγμα ποιεῖν, φίλῳ τε ἐπιστέλλων καὶ παρόντος τοῦ δύνασθαι. Νῦν τε χαίρομεν, νέον τε δεξάμενοι γενναῖον, καὶ ἐπιστολὴν θείου χρηστοῦ. Ἐγὼ δὲ ῥᾴθυμος μὲν εἰς οὐδένα τῶν ἐμοὶ προσιόντων οἶδα φανείς, ἀλλ' αὐτὴν αἰτίαν εὑρήσει. Τὸ δὲ τῶν Γαλατῶν οὕτω παρ' ἐμοὶ τίμιον, ὥστ' εἰ πρὸς τὸ τἀμὰ περὶ αὐτοὺς ποιεῖν, καὶ τὰ κείνων ὑπὲρ αὐτῶν ὑπῆρχέν ἐμοὶ ποιεῖν, οὐδ' ἂν τοῦτον ἔφυγον τὸν ἱδρῶτα. Κοινῆς δὲ ταύτης οὔσης πρὸς

OLYMPIO.

Si etiam antea scripsisses, nihil audacius visus esses facere, sed id potius, quod decebat, qui ad amicum scriberes, & scribere recte posses. Nunc vero etiam gaudemus, & juvenem eximium, & optimi patrui literas nacti. Me quidem in neminem eorum, qui me adierunt, negligentiorem unquam esse memini, nisi quis suae hoc culpae tribuere debeat. Galatarum vero res adeo mihi curae cordique sunt, ut, si praeter ea, quae ipsis ego praestare poteram, ipsorum quoque pro se laborem sustinere potuissem, neque hanc operam

EP. MCCCXXXI. (1) Ita *Saturnia saecla* & *regna* a Poëtis, tanquam pacatissima & felicissima praedicantur. Vide v. c. *Virgilii* Aeneidos XI. 252. (2) Deest hic aliquid, & forte ἐρωτὸς, nisi ad antecedens γνώμης respicia canteas.

EP. MCCCXXXII. (1) In contextu scriptum erat περὶ γῆν, quod manus vetus in margine per περίγειον emendaverat. (2) Forte legendum περί.

operam aversaturus fuissem. Cumque ita in gentem hanc omnem animatus sim, Ancyra tamen, & inter Ancyranos familia vestra, reliquis omnibus a me praefertur. Vos enim vestris in nos beneficiis ceterorum illa superastis. Noli itaque me adhortari, ut *Eusebii* res mihi habeam commendatas.

πρὸς τὸ πᾶν ἦθος τῆς γνώμης. τῶν μὲν ἄλλων Ἄγκυρα προτετίμηται, τῶν δ' ἐν Ἀγκύρᾳ τὸ ὑμέτερον γένος. Καὶ γὰρ ὑμεῖς τοῖς εἰς ἡμᾶς, τὰ τῶν ἄλλων νενικήκατε. Μὴ τοίνυν με παρακάλει φροντίζειν τῶν Εὐσεβίου πραγμάτων.

ANDROCLI.

Filium mihi meum misisti, ex tali scilicet familia & stirpe tali ortum, quem, urbem vestram transiens, saepe una cum fratre ejus manibus meis portavi. Quod si itaque in lucro ponendum est, plurium hominum mentem nosse, recte fecit *Eusebius*, domo huc profectus. Si vero, quod tu ais, Phidiam se inventurum opinatur, a praeceptore suo est deceptus. Ajo enim eum talia nunc habiturum, quibus deteriora nec ante habuit. Fidem enim jam ante habui nunciantibus, egregium te esse orationum artificem; & *Maximum* a praeclara re aliqua ad vos pertractum esse arbitrabar. Epistolam vero tuam nactus melius perspexi, & illos vera nunciasse, meque recte fidem illis habuisse. Statim enim omnia cognita habui, nec quicquam tuorum me effugit. Imo & aliis exponere possim, qualis tu ex utraque sis parte, sive ingenium ad inveniendum, sive linguam ad eloquendum excites.

MCCCXXXIV. ἈΝΔΡΟΚΛΕΙ.

Παῖδά μοι ἔπεμψας ἐμὸν, ἐξ ἐκείνης τε τῆς οἰκίας ὄντα καὶ ἐκείνου τοῦ κλήματος (1), ὃν ὅτε διὰ τῆς ὑμετέρας ἠρχόμην, ἤνεγκα πολλάκις ταῖς ἐμαυτοῦ χερσὶν αὐτόν τε καὶ τὸν ἀδελφόν (2). Εἰ μὲν οὖν ἐν τῷ πλειόνων ἀνθρώπων γνῶναι νοῦν (3) ἦν τι κέρδος, καλῶς ἐποίησεν Εὐσέβιος, οἴκοθεν κινηθείς. Εἰ δ' οἰόμενος, ὃ σὺ φῂς, Φειδίαν (4) εὑρήσειν (5), ἐξηπάτηται ὑπὸ τοῦ διδασκάλου. Φημὶ γὰρ αὐτὸν οὐκ ἂν ἔχειν χείρω, ταῦτα κτήσεσθαι νῦν. Ἐγὼ γὰρ ἐπίστευον μὲν καὶ τοῖς ἀπαγγέλλουσιν, ὡς εἴης λόγων ἀγαθὸς τεχνίτης (6), καὶ τόν γε Μάξιμον ἡγούμην ὑπό τινος εἱλκύσθαι καλοῦ. Λαβὼν δέ σου τὴν ἐπιστολὴν ἔγνων ἄμεινον, ὅτι κἀκεῖνοι τὰ ὄντα ἐμήνυον. καὶ αὐτὸς εἰκότως ἐπειθόμην. μικροῦ γὰρ εἶδον τὸ πᾶν, καὶ τῶν σῶν οὐδέν με διαφεύγει· ἀλλ' εἴποιμ' ἂν καὶ πρὸς ἄλλον, τίς ἐν ἑκατέρῳ σὺ, κινῶν μὲν τὴν διάνοιαν εἰς εὕρεσιν, κινῶν δὲ τὴν γλῶτταν εἰς λέξιν.

QUIRINO.

Multum orationes nostras ope tua destituisti, agrorum in Cilicia studium consuetudini cum amicis multum anteponens. Jam vero mea causa venturum te dicis, ut proinde tibi potius ipsi, quam Deo, ad haec excitanti & permoventi, de itinere illo suscipiendo gratiam habere debeam. Sua enim quemque curare fas est. Miratus vero sum, qui factum sit, ut sperares, me in Olympia, quae apud nos celebrantur, alteram, praeter superiorem, orationem esse habiturum, inprimis, cum priorem illam non male elaboratam esse existimes. Forasse tamen *Aristides* hanc tibi spem fecit, & praeter eum praeceptor tuus. Alter enim illorum Olympia saepe, alter vero Pythia bis dicendo ornavit. At, ô bone, ne ignores intervallum, quod inter Teucrum & Idam atque Herculem intercedit. Ut enim facile est, illorum dexteritatem votis posse expetere, ita prae-

MCCCXXXV. ΚΥΡΙΝΩι.

Πολλὰς ἡμῶν λόγους συμμαχίας ἀπεστέρησας ὁ τὰς (1) ἐν Κιλικίᾳ γεωργίας τῆς πρὸς τοὺς φίλους συνουσίας περὶ πλείονος ποιούμενος (2). Νῦν δὲ ἥξειν φῂς ἐμὴν χάριν, ὡς ἐμοῦ σοι τῆς ὁδοῦ τὴν χάριν εἰσομένου μᾶλλον, ἢ τῷ Διῒ τῷ κινοῦντι καὶ ἄγοντι. Τῶν γὰρ αὐτοῦ φροντίζειν αὐτὸν εἰκός. Ἐθαύμασα δὲ, ὅπως με ἤλπισας λόγον εἰς Ὀλύμπια τὰ παρ' ἡμῖν (3) ποιήσειν ἕτερον ἐπὶ τῷ προτέρῳ. καὶ ταῦτα οἰόμενος ἐκεῖνον οὐ κακῶς εἰργάσθαι. πλὴν εἴ σε Ἀριστείδης εἰς τοῦτο ἐλπίδος ἤγαγεν, καὶ πρὸς ἐκείνῳ γε ὁ σὸς διδάσκαλος, ὁ μὲν Ὀλύμπια (4) πολλάκις, ὁ δὲ δὶς κεκοσμηκὼς Πύθια (5). ἀλλ', ὦ 'γαθὲ, μὴ ἀγνόει τὸ μέσον, ὅσον ἐστὶ Τεύκρῳ πρὸς Ἴδαν καὶ Ἡρακλέα (6). Εὔξασθαι μὲν γὰρ τὰ κείνων δυνηθῆναι ῥᾴδιον, δυνηθῆναι δὲ

EP. MCCCXXXIV. (1) Sic scripsi pro κλίματος, quod erat in Codice. (2) Vox haec in Codice ita scripta erat ἀδ· addito compendii scriptionis signo, quod sic, ut legis, exprimendum censui. (3) Alludit ad illud *Homeri* de Ulysse Odyss. α. v. 3.

Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.

(4) Phidiam, nobilem statuarium, constat ita in proverbium abiisse, ut nomen ejus artifices praestantissimi tulerint. Vide de eo *Scaligerum* ad Eusebii Chronicon an 1578. (5) Ita in contextu: manus autem recens in margine scripserat ἐξευρεῖν. (6) *Androcles* itaque Rhetor erat, & *Eusebium* antea ad eloquentiam instituerat.

EP. MCCCXXXV. (1) In Codice ὁ τας, quod sic emendavi. (2) Vox in codice ita scripta: ποιούμ. (3) Haec videtur illa esse oratio, cujus ipse meminit in Vita sua p. 59. his verbis: τὰ μὲν δὴ Ὀλύμπια ἐποιοῦντο τῷ Ὀλυμπίῳ Διΐ. λόγος δὲ ὁ ποιηθεὶς εἰς τὴν πανήγυριν ἔμεινε. Idem p. 68 alterius suae in Olympia orationis, scriptae quidem, sed non recitatae meminit. Ὅτι δὲ καὶ τὸν λόγον, ὃν ἐποίησα μὲν, οὐκ ἐπέδειξα δέ. Neutra harum in editis exstat. Exstat vero alia Tom. II. p. 538. περὶ τῶν ἐν ταῖς Ὀλυμπικαῖς ἑορταῖς κλήσεων. (4) Inter *Aristidis* orationes nulla hodie exstat in Olympia oratio, at una in Isthmia, Neptuno sacra, Tom I. p. 31. (5) Quem hic intelligat, nondum satis adsequor. (6) Proverbium est, quod alibi legere me non memini. Teucer interim & Idas ex *Homeri* carmine noti sunt. De Teucro, ut levis armaturae sagittario lege etiam *Sophoclem* in Ajace v. 1140. sq.

δὲ ἀμήχανον. Σὺ δ' ἡμῖν, ὁπότερον ἂν ποιῶμεν, ἥδου, καὶ τοῦτο γάρ ἐστιν ἀτεχνῶς ἡμᾶς ἑορτὴν ἄγειν.

praestare, sperari non potest. Tu vero, utrum horum fecerimus, gaude nobiscum: hoc enim vere est festum agere.

MCCCXXXVI. ΠΡΙΣΚΙΑΝῼ.

Σόλωνα τοῦτον ἐπέδειξά σοι, καὶ ἐξιέναι μέλλοντι, καὶ ἐξιόντι (1) ἤδη. Καὶ ἐδεήθην (2) σου ποιεῖν αὐτοῦ τὸν πατέρα, ὃν εὐδαίμονά τε ποιεῖ πρεσβυτέρου παιδὸς ἀρετὴ, καὶ μετὰ ταῦτα ἄθλιον τελευτή. Σόλων δὲ οὗτος ἐγένετο μὲν ἂν οὐ χείρων (3) ἴσως ἐκείνου, τοῖς αὐτοῖς πόνοις χρησάμενος. ἡ δ' ἀπὸ τοῦ προτέρου πληγὴ φοβήσασα τοὺς γονεῖς, τόνδε ἠνάγκασε καλεῖν. συμφέροντα μὲν οὐ δρῶντας. οὐ μὴν ἔξω συγγνώμης γένοιντο. Γένοιτο δ' ἂν αὐτοῖς ἱκανὴ παραμυθία, τὰ ἀπὸ τῆς εὐνοίας φάρμακα.

PRISCIANO.

Solonem hunc repraesentavi tibi & abitum paranti, & jam abeunti. Petii vero, ut Patri ejus opem ferres, quem fratris, majoris natu, virtus felicem, obitus autem insecutus miserum faciebat. Jam *Solon* quidem hic illo fortasse non erat futurus deterior, si eundem laborem adhibere potuisset. Vulnus vero, a priori illo inflictum, & Parentibus metum incutiens, effecit, ut illum revocarent. Qua quidem in re ut rebus ejus male consulunt, ita venia tamen non sunt indigni. Solatii illi satis habuerint, si tua in ipsum benevolentia medicinam afferat.

MCCCXXXVII. ΖΗΝΟΔΩΡῼ.

Τῶ νεανίσκω τώδε βραδέως μὲν ἡψάσθην λόγων, καὶ ἐν χερσὶν ἰατρῶν, ἤδη ἡμμένω λόγων, τὸν πλείω χρόνον ἀπηλασάτην. καὶ οὔπω μὲν ἐστὸν ἐν ἱκανῇ δυνάμει λόγων, ὥστ' ἄριστα ποιεῖν, ἐφ' ὅπερ ἂν ἐλθέτην. ἡ πενία δὲ πολλὰ ἂν ποιεῖν ἀναγκάσειεν ἀνθρώπους (1). λῦσαι δὲ ταύτην σὺ κύριος. εἰ γένοιτο πᾶσι δῆλον, ὅτι τούτοις αὐτὴν λελυμένην οὐκ ἂν ἀηδῶς ἴδοις.

ZENODORO.

Juvenes hi literas sero attigerunt, deinde vero, cum eas vix attigissent, sub Medicorum manu maximam temporis partem perdiderunt. Itaque nondum satis a literis ita sunt instructi, ut egregios se praestare in iis possint, quae susceperint. Scilicet paupertas homines multa facere cogit. Eam vero tu ab his amoliri poteris, si omnes intelligant, gratum tibi fore, si ab illa liberentur.

MCCCXXXVIII. ἈΝΔΡΟΝΙΚῼ.

Ἀληθῆ πάντα ὅσα ἐπῄνεις τὸν χρηστὸν Ἀκυλιανόν. πλὴν ὅσον ἡ πεῖρα τὴν ἐπιστολὴν παρῆλθεν. ἐμὲ δὲ τὰ μὲν ἔγνω, τὰ δὲ οὔ. Τὸ γὰρ διὰ πένθους ἡμῖν χωρῆσαι τὸν ἐνιαυτὸν διεκώλυεν. αὐτὸς δὲ ἐρεῖ σοι, πού μὲν ἔγνω με, πῇ δὲ οὐκ ἐδυνήθη. καὶ δὴ συγγνώμη παρ' ἀμφοτέρων ἔστω, σοῦ τε τοῦ γράψοντος, καὶ τοῦ δυσχερέστερον εὑρόντος ἐμέ.

ANDRONICO.

Vera sunt omnia, de quibus optimum *Aquilianum* laudabas; nisi in quantum experientia literarum illa superavit. Me vero ille ex parte cognitum habet, ex parte vero minime. Annus enim hic, luctu consumtus, fieri id prohibuit. Ipse vero tibi exponet, quoad me cognoverit, & quoad non potuerit. Veniam tamen ab utroque mihi fieri velim, & a te, qui me fortean accusabis, & ab illo, qui me adflictiorem invenit.

MCCCXXXIX. ΠΡΙΣΚΙΑΝῼ.

Εἶδον Ἀκυλιανὸν παρά σοι τιμώμενον καὶ τυγχάνοντα ὧν εἰκὸς τὸν πεπαιδευμένον παρὰ τοῦ πεπαιδευμένου. Οἶμαι δὴ καὶ τῇ Παλαιστίνῃ σὲ τὸν ὅμοιον ἔσεσθαι, καὶ τοῦτον τεύξεσθαι τοῦ ἴσου. Οὔκουν σε παρακαλέσω ποιεῖν, ἃ ποιήσεις, κἂν μηδεὶς παρακαλῇ. τοσοῦτον δὲ ἐρῶ μόνον, ὡς, οἷς ποιήσεις, τὸν μὲν ζηλωτὸν ἀποφανεῖς, ἐμοὶ δὲ εὐθυμεῖσθαι δώσεις.

PRISCIANO.

Vidi *Aquilianum* a te honoratum, atque ea nactum, quae hominem liberalis ingenii a liberali nancisci oportebat. Puto vero, te in Palaestina etiam tibi similem fore, atque hunc eadem ibi forte usurum. Itaque te non excitabo ad ea facienda, quae, etiam nemine excitante, facturus es. Id unum dicam, te *iis*, quae in illum contuleris, ipsum quidem aemulatione dignum stiturum, mihi vero gaudendi materiem praebiturum esse.

MCCCXL. ΠΑΛΛΑΔΙῼ.

Καὶ ὧν Νουμήνιος ἔτυχεν, ἔχω σοι χάριν, καὶ ὧν Διο-

PALLADIO.

Gratiam tibi habeo de iis, quae & *Numenius*

EP. MCCCXXXVI. (1) Sic scripsi pro ἐξιὼν, quod erat in codice. (2) In codice: ἐδεήθη, quod ferri potest, si ad *Solonem* referatur, tanquam auxilium hoc flagitantem. Malim tamen nostrum illud. (3) χεῖρον erat in codice, quod si retinere velis, ὢν fuerit intelligendum.

EP. MCCCXXXVII. (1) Alludit, credo, ad *Euripidis* illud in Electra v. 375. sq.

—— —— —— ἀλλ' ἔχει νόσον
Πενία, διδάσκει δ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ κακόν.

Confer Theognidem v. 170. sqq.

E P.

nius & *Dionysius* a te acceperunt. Laudo porro te, qui & beneficia confers, & leges observes. Ex ceteris alii, legibus neglectis, benignos se praestant, alios vero legum cura facit asperiores, ut a Cyclopibus facilius, quam ab illis, aliquid accipias. Tu vero lyram ita temperasti, ut simul & legibus vis sua constet, & humanitas locum inveniat. Itaque noli de futuris esse solicitus, quasi tempus sequens aliam tibi famam sit allaturum. Neque enim te illud a moribus tuis abducet, res vero ipsae famae tuae consulent. Ego interim tunc optavero, ut a magistratu discedas, ubi intellexero, te alium statim esse suscepturum. Quoad vero hoc non apparuerit, nec illud ego voluero. Deos enim precari, ut vir, magistratus gerendi peritissimus, eo non fungatur, inimici est hominis, inimici etiam, qui latere velit. Itaque illi, per quos missionem te consecuturum speras, si vere amici sunt, & ad illos mittere te volunt, id facient, quod amicos decet. Sin vero ad agros colendos te dimittent, vide, num illi quidem amici appellari mereantur.

Διονύσιος (1). Καί σε ἐπαινῶ καὶ διδόντα χάριτας, καὶ τηροῦντα τοὺς νόμους. τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν χωρὶς τῶν νόμων εἰσὶ χρηστοὶ, τοὺς δὲ τὸ φροντίζειν ἐκείνων ἀγρίους ποιεῖ, καὶ παρὰ τῶν Κυκλώπων μᾶλλον ἢ τούτων εὕροις τι. σὺ δ' οὕτως ἡρμόσω τὴν λύραν, ὥσθ' ὁμοῦ καὶ νόμων ἰσχὺς καὶ φιλανθρωπίας τόπος. μὴ τοίνυν δείσῃς περὶ τοῦ μέλλοντος, ὡς ἑτέραν οἴσει δόξαν ὁ χρόνος. Οὔτε γάρ σε τῶν τρόπων ἀποστήσει, τήν τε φήμην αἱ πράξεις ποιήσουσιν. ἐγὼ δέ σε παύσασθαι τῆς ἀρχῆς τότε εὔξομαι, ὅταν ᾖ μοι δῆλον, ὡς εἰς ἄλλην εὐθὺς ἐμβήσῃ. τούτου δὲ μὴ φαινομένου, μηδὲ ἐκεῖνο ζητεῖν. Τὸ γὰρ αἰτεῖν παρὰ τῶν θεῶν μὴ ἄρχειν τὸν ἐπιστάμενον ἄρχειν, ἐχθροῦ τινός ἐστιν, ἐχθροῦ βουλομένου λανθάνειν. ὥστε παρ' ὧν φὴς ἥξειν σοι τὴν ἀπαλλαγὴν ὄντων φίλων, εἰ μὲν ἐκείνοις πέμψουσι, φίλων ἔργον ποιήσουσιν. Εἰ δέ σε ἀφήσουσι γεωργεῖν, ὅρα, εἰ φίλους τοὺς τοιούσδε κλητέον.

PRISCIANO.

Salutans me domi *Polybius*, scribe, dicebat, ad Patrem, subjungens: si placet. Additamentum illud ingenii excitatioris argumentum est, hoc ipso testantis, quibus in foro artibus sit usurus. Ego vero laetatus sum, & ridens dixi: volo utique. Modo itaque pauca haec scribo, optans, ut & tu ab illis, & hi a te feliciter conspiciantur, vosque vobis invicem per omne magistratus tempus voluptatem adferatis. Patet enim a praeclaris laboribus domum reversus jucundus est filiis; nec minus Patri jucundum est, post labores domi videre posse filios. Nihil tunc eorum, quae molesta alias sunt, grave est. Tantum valet hoc remedium, quo ut tu magistratu & fungens, & functus fruaris, opto. Hoc in votis habeo. Habeo vero etiam, quod Musarum nomine augurer: multas tu terras obiturus saepe, ut nunc, tuos ad te vocabis.

MCCCXLI. ΠΡΙΣΚΙΑΝΩι.

Εἰσελθὼν οἴκαδε ὡς ἐμὲ Πολύβιος, γράφον, ἔφη, πρὸς τὸν πατέρα, καὶ προσέθηκεν, εἰ βούλει. τὸ δὲ τῆς προσθήκης τοῦτο ψυχῆς ἐστιν ἐγρηγορυίας, καὶ ἤδη δηλούσης, οἵας ἐν δικαστηρίῳ πλέξει μηχανάς. Ἐγὼ δὲ ἥσθην τε καὶ ἐγέλασα, καὶ βούλομαι, ἔφην. καὶ ἐπιστέλλω ταῦτα δὴ τὰ μικρά. σύ τε τούτοις εὐχόμενος ὀφθῆναι τούτους τε σοί. καὶ πάντα δὴ τὸν τῆς ἀρχῆς χρόνον εὐφραίνειν ὑμᾶς ἀλλήλους. ἡδὺ μὲν γὰρ πατὴρ παισὶ μετὰ πόνους καλοὺς εἰσιών. ἡδὺ δὲ πατρὶ μετὰ πόνους ἔνδον παῖδας ἰδεῖν. καὶ τῶν πιεζόντων οὐδὲν ἔτι βαρύ. Τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει τοῦτο τὸ φάρμακον; οὗ καὶ ἄρχων καὶ παυσάμενος ἀπολαύοις. ταυτὶ μὲν τὰ τῆς εὐχῆς. ἔχω δέ τι καὶ μαντεύσασθαι περὶ Μουσῶν, πολλὴν σὺ γῆν ἐπιὼν, πολλάκις ὥσπερ νῦν τοὺς σεαυτοῦ καλέσεις.

EIDEM.

Susurri quidam apud nos orti sunt, fore, ut improbus aliquis senex magistratui admoveatur, quo jam olim functum, eoque ad tyrannidem abusum nostri exturbaverant. Hoc vero putant mandaturum esse illum, qui magistratuum apud nos princeps est, te quidem ita volente. Te enim senis illius preces admisisse, morum hominis ignarum, quem nec senectus ad frugem perducere potuerit. Haec ita habere illi valde animo turbati existimant. Cumque rem persuadere mihi non possent, cogere tamen ad scribendum me potuerunt. Tu vero & mihi & illis ignosce, mihi quidem, qui a tot hominibus victus sim; illis autem, quibus id acciderit, quod solet populis, ut nempe facile decipiantur.

MCCCXLII. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Θόρυβός τις ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν ἐγένετο (1) ὡς ἥξοντος ἐπὶ τὴν ἀρχὴν πονηροῦ τινος γέροντος, ὃν ἔχοντα αὐτὴν πρότερον ἐξέβαλον, τυραννίδα ποιήσαντα τὴν ἀρχήν. καὶ οἴονται τοῦτο ἐπιτάξειν, τὸν τῶν ἀρχόντων, τῶν παρ' αὐτοῖς, ἄρχοντα (2) σου τοῦτο ἐθέλοντος. Δέξασθαι γάρ σε τοῦ γέροντος ἱκετείας, ἀγνοοῦντα αὐτοῦ τὸν τρόπον, ὃν οὐδὲ τὸ γῆρας ἐδυνήθη διορθώσασθαι. Ταῦτα οἴονται μὲν οὕτως ἔχειν οἱ τεταραγμένοι. πεῖσαι δὲ οὐ δυνηθέντες τοῦτο, ἐδυνήθησαν ἀναγκάσαι με γράψαι. Σὺ δὲ καί ἐμοὶ καὶ ἐκείνοις συγγνῶθι· ἐμοὶ μὲν ἡττηθέντι τοσούτων, τοῖς δὲ παθοῦσιν, ὃ τῶν ὄχλων ἐστὶ, τὸ ῥᾳδίως ἐξαπατᾶσθαι.

E N- MCCCXLIII.

EP. MCCCXL. (1) *Dionysium* eum esse puto, de quo supra ep. 1308.

EP. MCCCXLII. (1) Post *ἐγένετο* in codice scripta erat vox *ἐν* cum superscripta litera *ὁ* quae & compendii notam habebat. Legerim *ἰών*. (2) Sic 1 *Tim.* VI. 15. *βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων.*

E P.

MCCCXLIII. ΕΝΤΡΕΧΙῼ.

Καὶ εἶδον ἡδέως Ἰουλιανὸν, καὶ ἤκουσα λέγοντος περὶ τῆς ἀρχῆς, ἀφ' ὧν αὐτὴν μᾶλλον, ἢ πρότερον, ἐθαυμάσαμεν. Ἠγγέλλετο μὲν γὰρ καὶ πρότερον μεγάλα. νενίκηται δὲ πάντα τοῖς νῦν μεμηνυμένοις. πολέμους τέ τινας διηγεῖτο πρὸς τοὺς ἀπὸ μείζονος σχήματος ἀδικεῖν ἐπιχειροῦντας. πλοῦτόν τε τῶν ὑπηκόων ἐκ τῆς σῆς ἐπιμελείας τοῖς μὲν αὐξηθέντα, τοῖς δὲ γενόμενον οὐκ ὄντα. καλὸν δέ σου καὶ τὸ τελευταῖον. τὸ μετὰ φρονήματος ἀπελθεῖν βραχὺ φροντίσαντα τοῦ κελεύοντος μένειν. ὁ γὰρ ἄτρεπτος; ἐξ ὧν διῴκησε, παντὸς εἰκότως ὑπερορᾶν βεβούλευται. Τοῖς τοιούτοις λόγοις, καὶ ταῖς ἐκ τῶν λόγων ἡδοναῖς ὅλην διετρίψαμεν ἡμέραν, ὁ μὲν χαίρων τῷ διδάσκειν (1), ἡμεῖς δὲ ἀκούοντες, ἐγὼ καὶ Ὀλύμπιος. οἶμαι δὲ καὶ αὐτόν σε νῦν τὴν ἐκ τῆς πενίας ἡδονὴν ἔχειν μείζω τοῖς γενομένοις, ἢ τοὺς τὰς ἀρχὰς ἐκκαρπωμένους. οἱ μὲν γὰρ οἷς τέρπονται χρήμασιν, αὐτὰ φοβοῦνται, καὶ γραφὰς ὁρῶσι. Σοὶ δὲ ἔξεστιν ἐπ' ἄμφω καθεύδειν (2), καὶ ἐν ἐλπίσι τὸ τιμήσεσθαι. μᾶλλον δὲ πάρεισιν αἱ τιμαὶ παρὰ τῶν οὐ φθονούντων. ἡδὺ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ μὴ φθονεῖσθαι καὶ λαμπροῦ τινος σημεῖον.

ENTRECHIO.

Et libenter vidi *Julianum*, & audivi eum illa de imperio tuo narrantem, quae me illud magis, quam antea, admirari jusserunt. Nam & olim praeclara nunciabantur, sed illa omnia ab illis, quae nunc relata sunt, superantur. Lites inter cetera nonnullas exponebat, cum iis actas, qui majore sua auctoritate ad injuriam faciendam abuti conati sunt: tum vero subjectorum opes aliis quidem cura tua amplificatas, aliis vero, qui nihil ante habebant, partas. Praeclarum vero & hoc est, quod sequitur: te nempe prudentissime abitum constituisse, non habita illius, qui manere te jusserit, ratione. Qui enim, quae adhuc egit, impune omnia tulit, eum, verisimile est, omnes prae se esse contemturum. His sermonibus, atque hac ex sermonibus voluptate totum nos diem consumsimus, ille quidem cum voluptate me docens, nos vero, ego nempe & *Olympius*, audientes. Puto vero & te nunc voluptatem ex paupertate majorem esse percepturum, quam, qua illi fruuntur, qui ex magistratu suo multum sunt lucrati. Hi enim ab opibus, quibus delectantur, ipsi timent, & dicas sibi scribi vident. Tibi vero in utramque aurem dormire, & honores certissima spe praecipere licet. Imo vero habes illos honores ab hominibus non invidis. Invidiae vero non esse obnoxium etiam per se jucundum est, & praeclarae virtutis argumentum.

MCCCXLIV. ΠΡΙΣΚΙΑΝῼ.

Οἱ τὸν ἥλιον οὕτω θεραπεύοντες ἄνευ αἵματος (1), καὶ τιμῶντες Θεὸν προσηγορίᾳ δευτέρᾳ (2), καὶ τὴν γαστέρα κολάζοντες, καὶ ἐν κέρδει ποιούμενοι τὴν τῆς τελευτῆς ἡμέραν (3), πολλαχοῦ μὲν ἐπὶ τῆς γῆς. πανταχοῦ δὲ ὀλίγοι. καὶ ἀδικοῦσι μὲν οὐδένα. λυποῦνται δὲ ὑπ' ἐνίων. Βούλομαι δὲ τοὺς ἐν Παλαιστίνῃ τούτων διατρίβοντας τὴν σὴν ἀρετὴν ἔχειν καταφυγὴν, καὶ εἶναι σφίσιν ἄδειαν, καὶ μὴ ἐξεῖναι τοῖς βουλομένοις εἰς αὐτοὺς ὑβρίζειν.

PRISCIANO.

Homines illi, qui Solem sine sanguine venerantur, & Deum secunda appellatione colunt ventrique moderantur, diemque obitus in lucro ponunt, hinc inde in terris, ubique vero pauci versantur. Iidem neminem laedunt, sed a nonnullis laeduntur. Horum itaque nonnullis, in Palaestina nunc versantibus, virtutem tuam perfugium esse velim, ut securi esse possint; nec, quibus lubet, injuria eos afficere liceat.

MCCCXLVa. Τῼ ΑΥΤῼ.

Ὑπὲρ ἧς ἐπέσταλκα, γυνή ἐστιν ὑπ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἐπαινουμένη, ἣν τὸ τοῦ γήματος ἐστερῆσθαι πρὸς ἄλλους ἀναγκάζει βλέπειν συμμάχους. Ἐμὲ μὲν οὖν οἷς μέλει τῆς γυναικὸς, ἐκίνησαν πρὸς γράμματα, καὶ ὑπήκουσα. σὲ δὲ ἐγὼ πρὸς ἔργα, καὶ βοηθήσεις.

EIDEM.

Pro qua haec scribo, matrona est à bonis viris laudata. Illa, marito orbata, alios tanquam adjutores respicere nunc cogitur. Propterea illi, quibus ea curae est, ad literas scribendas me compulerunt, quibus ego morem gessi. Te itaque ad opus ego excito, & tu opem feres.

MCCCXLV.b. ΔΟΜΝΙΝῼ.

Τὸν τῶν τεττίγων (1) χορὸν ἐκτρέφειν τοῖς λόγοις Ἀλέ-

DOMNINO.

Cicadarum chorum orationibus pascere *Ale-*

EP. MCCCXLIII. (1) In MS. τὸ διδάσκειν. (2) De phrasi proverbiali in superioribus diximus.

EP. MCCCXLIV. (1) Potiorem hujus epistolae partem adfert *Henr Valesius* ad Socratis Hist. Ecclesiast. I. 22. p. 56. haec subjungens: *Non dubito, quin Libanius his verbis* Manichaeos *designet. Neque enim aliis quam Manichaeis haec conveniunt. Eos vero de industria nominare noluit, eo quod invisum esset nomen Manichaeorum.* Ita Socrates l. c. de Manete dixerat: ὡς τὸν ἥλιον προσκυνεῖν διδάσκει. Plura ad firmandam hanc Valesii sententiam adferri poterant, si longiori esse liberet. (2) Phrasin hanc ita accipio, quod illi quidem soli primas, Deo autem secundas cultus partes vindicent. (3) Habes hic fere Paulinam phrasin *Philipp.* I. 21. ubi vide, quae in *Curis* scripsimus. Similia paganorum effata leges apud *Tob. Pfannerum* in Systemate Theologiae Gentilis cap. XVII. §. 2. 3.

EP. MCCCXLV.b. (1) Vide nos supra ad ep. 414.

(2) U-

Alexander desiit, in patriam nunc profecturus, quamvis alioquin *Homeri* dictum, omnia patria inferiora esse, non ratum esse jusserit. Qui enim factum est, *Alexander* amicissime, cur idem non pridem feceris, qui tamen cum Odyssea familiariter versatus carmen hoc quotidie cum juvenibus cecineris? Scilicet tunc quidem juvenum chorus *Alexandro* patria sua erat suavior. Neque enim tunc tam eximius Praefectus alliciebat. Jam vero patriam coetu illo habet potiorem. Egregia enim allicit illius Praefecti indoles, quem jam pridem res administrare oportebat. Nihil itaque miratus sum, quod patriae suae desiderio nunc ducitur: id vero miraturus eram, si, tecum versans, nostratum rerum meminisse possit. Ille itaque ex te & patria sua pendebit; tu vero illum & permove & coge, & juvenibus instituendis adhibe. Moras enim heic nectere Praeceptoribus minus est consultum.

Ἀλέξανδρος ἀφεὶς, ἐπὶ τὴν οἰκείαν τρέχει, οὐχὶ τὸ Ὁμήρου βεβαιῶν ἔπος, τὸ πάντα ἧττω εἶναι πατρίδος (2). ἐπεὶ τί δήποτε, ὦ φίλε Ἀλέξανδρε, πολὺν ἤδη χρόνον τοῦτο οὐκ ἐπεπόνθεις; καὶ ταῦτα ἐν Ὀδυσσείᾳ ζῶν (3), καὶ σὺν τοῖς παισὶν ᾄδων καθ' ἡμέραν τὸ ἔπος. ἀλλ' οἶμαι τότε μὲν ἦν ὁ χορὸς Ἀλεξάνδρῳ τῆς οἰκείας γλυκύτερος. οὐ γὰρ εἷλκεν ἐκεῖνος γενναῖος ἄρχων. Νῦν δ' ἡ πατρὶς τοῦ χοροῦ κρατίστη. καλεῖ γὰρ ἄρχοντος φύσις, ὃν πάλαι χρῆν ἄρχειν. καὶ ἔγωγε οὐ τοῦτο ἐθαύμασα, ὅτι τῆς αὐτοῦ νῦν ἐπιθυμήσειν. ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάσαιμ' ἄν, εἰ σοὶ συγγενόμενος ἔτι τῶνδε μεμνήσεται. Οὗτος μὲν οὖν σοῦ τε ἔξεται καὶ τῆς αὐτοῦ πόλεως, σὺ δὲ αὐτὸν κινεῖν καὶ ἀναγκάζειν, καὶ πέμπειν ἐπὶ τοὺς νέους, ὡς αἱ τοιαῦται βραδυτῆτες οὐκ ἀσφαλεῖς τοῖς διδασκάλοις.

ALEXANDRO.

Omnes undique in nos irruunt vociferantes, lites graviores domi tibi natas esse. Nihil quidem ego exploratum in his habeo: impetus tamen ejusmodi, quoad possum, propulsare annitor. Ut itaque rectius id facere possim, & *ut minus mihi graves in pugna sint Achivorum filii*, scribe, quaeso, si quid boni de negotio tam funesto nunciare possis. Cave etiam multa ejusmodi facias, quae multis tuis & praeclaris rebus fraudi esse possint, invidisque egregiam occasionem praebeant, quos ita quidem manifestis criminationibus suppeditatis delectaveris. Habeto vero etiam nostri, amicorum tibi, rationem, qui nunquam quidem animum adversus te mutaverimus, luctui autem super his, quae audimus, perpetuo indulgebimus, molestam, inimicis gaudentibus, vitam acturi. Te vero, puto, amicis tristitiae ejusmodi auctorem esse non decet. Haec tibi facile persuaserimus: meliora enim quaeque ominari oportet. Ceterum Grammatistam illum, tibi cognominem, bonum esse virum, & literarum valde peritum existima, eorumque, qui amare didicerint, numero adscribe.

MCCCXLVI. ἈΛΕΞΑΝΔΡΩι.

Πάντες ἡμῖν πανταχόθεν ἔγκεινται καταβοῶντες περὶ τῶν οἴκοι σοι θυμῶν πεπρᾶχθαι δοκούντων. ἐγὼ δὲ οἶδα μὲν ἀκριβὲς οὐδέν. πειρῶμαι δ' ὅμως οὕτως, ὅπως ἂν ἐξῇ, τὰς προσβολὰς ἀπωθεῖσθαι. Ἵνα δὲ ἄμεινον δύνωμαι τοῦτο ποιεῖν, καὶ ὥς εἰσί μοι ῥηΐτεροι πολεμίζειν υἷες Ἀχαιῶν (1). εἴ τι καλὸν ἔχεις περὶ πράγματος οὕτω δυσχεροῦς λέγειν, ἐπίστελλε. καὶ μὴ πολλὰ ποίει τοιαῦτα, ἃ πολλά σοι καὶ καλὰ ἔργα βλάψει. καὶ δώσει τοῖς φθονοῦσι καιρὸν, τέρπων αὐτοὺς φανεραῖς κατηγορίαις. ποιοῦ δὲ λόγον καὶ ἡμῶν τῶν φίλων, οἱ τὴν πρὸς σὲ μὲν οὐδ' ἂν ὁτιοῦν κινήσαιμεν, ἀλγοῦντες δὲ, οἷς ἀκούομεν, διατελέσομεν. ζῶντες ἀηδῶς ἐν ταῖς τῶν ἐχθρῶν ἡδοναῖς. Δεῖ δὲ, οἶμαι, τοῖς φίλοις οὐ τούτων αἴτιον γίνεσθαι. ταυτὶ μὲν οὖν σε πείσομεν· καλὸν γὰρ ἴσως τὰ βελτίω μαντεύεσθαι. τὸν δὲ ὁμώνυμόν σοι γραμματιστὴν (2) ἄνδρα τι ἀγαθὸν ἡγοῦ, καὶ λόγων ἔμπειρον ὅτι πλεῖστον, καὶ ἐν τοῖς φιλεῖν ἐπισταμένοις γράφου.

OLYMPIO.

Qui has tibi literas reddit, civis meus est, idemque, postquam Syriam libris, manu sua scriptis, implevit, arte hac sua etiam in *Erechthei* urbe uti instituit, se a librorum amantibus amatum iri, sperans. Ego vero, spem hanc fundamento non destitutam esse sciens, prohibere eum, quamvis potuissem, nolui. Gratiam itaque hanc illi faciens, alteram hanc addo, ut eum tibi in manus tradam,

MCCCXLVII. ὈΛΥΜΠΙΩι.

Ὁ φέρων σοι τὴν ἐπιστολὴν ἔστι μὲν πολίτης ἐμὸς, βιβλίων δὲ τὴν Συρίαν τῆς αὐτοῦ χειρὸς ἐμπλήσας ἐπεθύμησε κἀν τῷ * (1) Ἐρεχθέως χρήσασθαι τῇ τέχνῃ, νομίζων παρὰ τοῖς ἐρῶσι βιβλίων ἐρώμενος ἔσεσθαι. Εἰδὼς οὖν αὐτῷ λόγον ἔχουσαν τὴν ἐλπίδα, κωλῦσαι παρὸν (2) οὐκ ἐβουλήθην. Δοὺς δὴ τούτῳ τὴν χάριν δευτέραν ταύτην προστίθημι τὸ σοί τε αὐτὸν ἐγχειρίσαι,

(2) Ulysses apud *Homerum* Odyss. *ι.* v. 34.
Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων.

(3) Vides, hic alludi ad illum Odysseae locum.

EP. MCCCXLVI. (1) *Homerus* Iliad. *σ.* v. 258.
Τόφρα δὲ ῥηΐτεροι πολεμίζειν ἦσαν Ἀχαιοί.

(2) De voce hac paulo ante aliqua diximus. Ceterum conferenda haec epistola est cum sequente 1375.

EP. MCCCXLVII. (1) In codice h. l. vox una ita erat inducta, ut ex literis non nisi ϛ͂ adsequi legendo posses. Fortasse legendum ἄστει. Ceterum de Athenarum urbe sermo est, ille vero, quem Libanius commendat, βιβλιογράφος fuisse videtur. (2) Scripsi ita pro παρών.

EP.

σαι, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς νέων ἐπηρείας καθαρὸν τῇ παρά σου βοηθείᾳ τηρῆσαι. Φήσεις δὲ οὐκ ἀργὸν εἶναι ποιεῖν, οὐδὲ λαβεῖν μὲν εἰδότα, γράφειν δὲ οὐκ ἐθέλοντα. Δύο γὰρ ἄνθρωπος μεμελέτηκεν, τιμήν τε εἰσπρᾶξαι καὶ πόνους ὑπομεῖναι.

dam, & tua ope a petulantia adolescentum immunem praestem. Dices vero ipse, hominem in faciendo officio non esse ignavum, nec talem, qui mercedem quidem accipere didicerit, scribere autem nolit. Duo enim haec semper egit, ut hinc mercedem exigeret, hinc labores patienter ferret.

MCCCXLVIII. ΦΟΥΡΤΟΥΝΑΤΙΑΝῼ.

Εἵμαρτο ἄρα καὶ Ἀριστείδῃ (1) τῆς σῆς ἐπιμελείας ἀπολαῦσαι. καὶ βραδέως μὲν, ἥκεις δὲ ὅμως ἐπ' ἄνδρα δύναμιν ἔχοντά τι καὶ παρέχοντα κεχρῆσθαι βουλομένῳ. Δεῖ δὴ σε οὐ (2) λευκὴν εἶναι πρὸς τὸν ἄνδρα στάθμην, καὶ πάντα ζητεῖν, καὶ πάντα κτᾶσθαι, καὶ μηδὲν ὑπερβαίνειν. Ἐθαύμασα δὲ, τὰ γλαῦκα Ἀθήναζε (3) μεταπέμπεσθαι, βιβλία καὶ λόγους εἰς Λαοδίκειαν, οὗ τοῦτο πολύ. Ἔπεμψα δ' οὖν διφθέρας ἀντιλογίας (4), τὰς μὲν ἀκριβῶς αὐτοῦ, τὰς δὲ ἴσως.

FORTUNATIANO.

Aristidi itaque bono quodam fato tua cura dignum haberi contigit. Sero quidem, sed vel sic tamen accedis ad virum & potestate instructum, & copiam ejus libenter facientem, qui uti illa voluerit. Albam itaque lineam te esse adversus eum non oportet, sed omnia quaerere, omnia recipere, & nihil praeterire. Miratus vero sum, noctuas Athenas accersi, libros & orationes Laodiceam, ubi magna est hujusmodi rerum copia. Membranas interim sibi invicem adversas misi: alias quidem, quae vere ejus sunt, alias, quae fortasse.

MCCCXLIX. ΜΑΞΙΜῼ.

Ὁ φέρων σοι τὴν ἐπιστολὴν ἡμέτερός τε φίλος, καὶ τῶν ἐν Πηλουσίῳ πιστευομένων. πολλοῖς δὲ καὶ πόνοις καὶ λόγοις ἐν τῇ πρεσβείᾳ χρησάμενος ἡττᾶται. πρᾶγμα πάλαι δὴ συμβαῖνον καὶ τοῖς τῶν ῥητόρων ἄκροις. Αὐτὸς δὲ ἀθυμεῖ μὲν, ἠδικηκὼς δὲ οὐδὲν, ὡς τοὺς ἐκπέμψαντας ἐπανήκει, χαλεποὶ δέ τινες ἄνθρωποι φέρειν οὐκ ἀξιοῦντες τὰ βασιλεῦσι δοκοῦντα συστάντες τὸν πρεσβευτὴν ἐσυκοφάντουν. ὁ δ' ἐνταῦθα ταραχῇ μᾶλλον ἢ λογισμῷ χρησάμενος, πολλὰ δ' ἂν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἀνθρωπείως πραχθείη, ἔδραμε μακράν, ἐξὸν ἐγγύθεν τοῦ δικαίου τυχεῖν. Τοῦ κρατίστου δὲ Ἰουλιανοῦ σοι τὸ πρᾶγμα παραδόντος ἤδη τῇ ψήφῳ, καὶ τὴν τύχην μὲν ἐπῄνεσεν ἄμεινον αὐτῷ περὶ τῶν αὐτοῦ βεβουλευμένην. Εἰ μὲν οὖν κακὸς, ἢ μὴ περὶ τὴν πρεσβείαν γέγονεν, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἀγῶνος εὑρήσεις. Ἐγὼ δέ σου δέομαι, μὴ χείρω τὸν ἄνδρα νομίσαι τῇ δεῦρο ὁδῷ, ἀλλὰ νομίσαι, πᾶν ἐκεῖνο προπετείᾳ μᾶλλον, ἢ τῷ μὴ τὰ σὰ θαυμάζειν.

MAXIMO.

Qui epistolam hanc tibi reddit, & amicus noster est, & ex viris Pelusii spectatissimis. Idem multis & laboribus & sermonibus in legatione perfunctus causa cecidit. Quae quidem res multis olim & Rhetorum praestantissimis accidit. Ipse tamen tristior, quamvis nihil peccaverit, ad illos, qui ablegaverant, reversus est: at homines nonnulli duriores, qui Imperatorum decreta ferre dedignantur, calumniati sunt legatum. Ille vero adfectu potius quam ratione usus (multa enim in ejusmodi occasione minus consulte agi solent) procul abiit, cum jus suum in propinquo urgere potuisset. Postquam autem praestantissimus *Julianus* rem omnem tibi cognoscendam permisit, sententia hac gavisus est, fortunamque laudavit, quae rebus suis rectius, quam ipse, consuleret. Utrum igitur male, an secus legatione hac sit perfunctus, ex causae ipsius cognitione intelliges. Ego vero a te peto, ne virum ex fuga huc suscepta pejorem esse judices, sed existimes, omnia haec temere potius ita ab eo esse acta, quam quod tibi non multum tribuat.

MCCCL. ἈΡΙΣΤΟΦΑΝΕΙ (1).

Ἐπὶ τὴν τῶν γραϊδίων ἥκεις ἐπιστολήν. μακρά τε γὰρ ἡ ἐπιστολή σου, καὶ τὸ μῆκος αὐτῆς ἐξ ἑνὸς ἐγκλήματος, τοῦ οὐκ ἐπιστεῖλαί με πολὺν ἤδη χρόνον. τοῦτο δὲ πολὺ πολλαχοῦ παρὰ πολλῶν. Ἐγὼ δέ σε ἠξίουν ἐκ μέσης ἥκοντα τῆς Ἑλλάδος, γράφειν τι διαφεῦγον τὸν ὄχλον. σὺ δ' ἔοικας ἀμελεῖν λόγων, καὶ ταῦτα λόγους μεταπεμπόμενος, οὐ γὰρ δὴ πέμπων. οὐ γὰρ ἐβουλήθης. Ἐθαύμασα δὲ, ὅτι σιγὴν αἰτιᾷ τινος, μετὰ

ARISTOPHANI.

Vetularum morem in epistola sectaris. Nam & longa illa est, &, quamvis longa *sit*, una tamen criminatione hac constat, quod longo tempore non scripsi. Idem vero saepe & a multis mihi objicitur. Ego vero vellem, te, ex media Graecia venientem, scribere aliquid, quod a vulgo sit alienum. Tu quidem sermonum meorum rationem habuisse non videris, quamvis meas orationes requiras, qui ipse non mittis, quoniam mittere noluisti. Miratus ego sum, quod silentium alicujus cul-

EP. MCCCXLVIII. (1) *Aelii Aristidis* Adrianensis, orationes intelligit, quas *Fortunatianus* mitti sibi voluerat. (2) οὐ aberat a codice, quod tamen, si quid video, sensus requirit. Lege, quae de λευκῇ σταθμῇ scripsi supra ad ep. 1135. (3) Vide *Erasmi* Adagia p. 327. (4) Id innuit *Libanius*, nonnullas *Aristidis* orationes nomen ejus videri mentiri. Vertere etiam poteram, *membranas dubias*, sive *suspectas*. Ab Ionibus βίβλους vocatas esse διφθέρας auctor est *Herodotus* lib. V. p. 194.

EP. MCCCL. (1) *Aristophanes* hic Corinthius ille est, ad quem plures nostri epistolae exstant.

(2) Ju-

culpare post tanti Imperatoris caedem potueris. Neque enim indignum est factum, si quis illi amicus tacuit; sed id potius, si & loqui, & scribere & literas mittere sustineat. Quid vero scribere tibi poteram? num, quod mortuus sit? sed & Oceanus hoc noverat. An, quod illud feram? sed majus illud est malum, quam ut ferri possit. An, quod non feram? nonne vero id tibi cognitum erat? Sed forte de praesenti magistratu suadere aliquid debebam, & spem facere meliorum? Sed noveram ego, te praesente illo dejectum iri: aliorum vero est, alium polliceri. Cito nimis, dilectissime *Aristophanes*, divini illius capitis videris oblitus. Neque enim alioquin id a me vel exspectasses, vel me ideo culpasses. Ceterum illius ad me, & meas ad ipsum epistolas alias quidem tibi mittam, alias vero minime. Utrumque cum judicio fiet. Quaedam enim earum sine periculo, aliae vero fortasse non sine eo divulgari possunt. Qui vero existimat, me singulari oratione in calumniatores ejus esse invectum, eamque audisse velit, eo quod, qui illum oderunt, odio prosequatur, recte quidem facit. Interim non putet me adeo esse Melitidem, ut ignorem, non sine periculo vindictam ejusmodi sumi. Iidem enim & calumniantur, & potentes sunt. Illi igitur suffecerit, omnes eum, si paucas exceperis, desiderare. Ceterum laudo te, quod agere aliquid cupias, nec, quamvis possis, dormire velis. Laude porro dignum est, quod optimum *Olympium* respicis, qui & animo candidus est, & gloriae cupidus, & multa potest.

μετὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἐκείνου σφαγὴν (2). Οὐ γὰρ τοῦτο δεινὸν, εἴτις ἐκείνου φίλος ἐσίγησεν· ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον, εἰ λέγων καὶ γράφων, καὶ ἐπιστέλλων ἐφαίνετο. Τί δ' ἂν σοι καὶ ἐπέστελλον; ὅτι τέθνηκεν; ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ ὠκεανὸς ᾔδει. ἀλλ' ὅτι φέρω; ἀλλὰ μεῖζον τὸ κακὸν, ἢ φέρειν. ἀλλ' ὅτι οὐ φέρω; τοῦτο δὲ οὐκ ἦν σοι δῆλον; ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἐν χερσὶν ἀρχῆς ἔδει τι παραινεῖν, καὶ περὶ δευτέρας ἐλπίδας ὑποτείνειν; ἀλλ' ᾔδειν, ὅτι τὴν μὲν ἐκβεβλῆσθαι δεῖ. τὸ δ' ὑπὲρ ἄλλης τι λέγειν, εἰς ἑτέρους ἧκει. Ταχύ μοι δοκεῖς, ὦ φίλε Ἀριστόφανες, ἐπιλελῆσθαι τῆς θείας ἐκείνης κεφαλῆς. οὐ γὰρ ἂν τοιαῦτα οὔτε ἐπεζήτεις, οὔτε ἐπετίμας. Ἐπιστολὰς δὲ τὰς ἐκείνου πρὸς ἐμὲ (3), καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐμὰς, τὰς μὲν πέμψω, τὰς δὲ οὔ. κρίσει δὲ ἑκάτερον ἔσται. τὰς μὲν γὰρ οὐδὲν δεινὸν φανῆναι, τὰς δ' ἴσως. Ὁ δ' οἰόμενος λόγῳ με τετιμωρῆσθαι τοὺς περὶ αὐτοῦ βλασφημοῦντας, καὶ τοιαύτης ἀκοῆς ἐπιθυμῶν, ὅτι μὲν μισεῖ τοὺς ἐκεῖνον μισοῦντας, καλῶς ποιεῖ. Μὴ μέντοι με οὕτως οἰέσθω Μελιτίδην, ὡς ἀγνοεῖν οὐκ ἀκίνδυνον τὸ τοιαύτας δίκας λαμβάνειν (4). οἱ γὰρ αὐτοὶ καὶ βλασφημοῦσι καὶ δύνανται. Ἐκείνῳ μὲν οὖν ἀρκεῖ, τὸ πλὴν ὀλίγων ἅπαντας αὐτὸν ποθεῖν. Σοῦ δὲ ἐπαινῶ τὸ ἔργων ἐπιθυμεῖν, καὶ τὸ μὴ ἐλέσθαι καθεύδειν, ἐπειδήπερ ἔξεστιν. ἄξιον δὲ ἐπαίνου, καὶ τὸ πρὸς τὸν ἄριστον Ὀλύμπιον βλέψαι, γνώμην ἄδολόν τι, καὶ φιλότιμον καὶ δύναμιν ἱκανήν.

NICOCLI.

Putasne, per Jovem te obtestor, vitam reliquam in pratis, interque medios flores cum tranquillitate nos esse acturos, postquam terra tantum caput tegit? qui non Ajacem forma, sed qui animi pulchritudine Semideos multum superavit, quique Persas lacrymari fecit, nos vero sublimes collocavit? Nostine, aliorum esse injuria alios adficere, nostrum autem *ensibus & hastis utrinque acutis feriri?* Feramus itaque, quicquid Deus dederit, laedentibusque nos eo ipso aegre faciamus, quod ferre didicimus. Quod si enim posterior haec calamitas priore illa gravior esset, ignosci mihi turbato facile posset. Jam vero, quicquid gravius mihi obtigerit, ad illius magnitudinem nunquam accesserit. Facile autem est, superato mari, fluvios transire. *Clearchum* quidem adversus domum tuam morosiorem fuisse

MCCCLI. ΝΙΚΟΚΛΕΙ.

Τί δαὶ ᾤου πρὸς Διός. ἐν λειμῶσιν ἡμῖν καὶ ἄνθεσι καὶ ἡσυχίᾳ τὸν ὑπόλοιπον ἔσεσθαι βίον, τοσαύτην κεφαλὴν τῆς γῆς καταχωσάσης. οὐκ Αἴαντα ὃς περὶ μὲν εἶδος, ἀλλ' ὃς τῷ κάλλει τῆς ψυχῆς πολὺ τοὺς ἡμιθέους (1) ἐνίκα, καὶ ὃς Πέρσας μὲν κλάοντας ἐκάθισεν, ἡμᾶς δὲ εἰς ὕψος ἦρεν; οὐκ οἶσθ', ὅτι τὸ μὲν ὑβρίζειν ἄλλων ἐστιν. ἡμῖν δὲ ἀνάγκη νύττεσθαι ξίφεσί τε καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισι (2); φέρωμεν (3) οὖν, ὅ,τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, καὶ τοὺς βάλλοντας αὐτῷ τούτῳ λυπῶμεν, τῷ πεπαιδεῦσθαι φέρειν. καὶ γὰρ εἰ μὲν ἦν μείζω τὰ δεύτερα τοῦ πρώτου κακοῦ, τάχα ἂν ἦν συγγνώμη θορυβουμένοις. Νῦν δ' ὅ,τι ἂν συμβαίνῃ δεινὸν, οὐχ ὅσον γε ἐκεῖνο. ποταμοὺς δὲ περᾶν μετὰ πελάγη κοῦφον. Κλέαρχον μὲν οὖν ἐβουλόμην μηδὲν ἡγεμονεῖσθαι περὶ

(2) Julianum vult, in expeditione Persica caesum. (3) Exstat una alterave Juliani ad nostrum epistola in editis: duae vero inter eas, quas indefessae *Fabricii* nostri industriae debemus, in Luce Evangelii salutari editas p. 320. sq. quarum alteram & nos supra ad ep. 670. auctiorem dedimus. (4) Exstat quidem nostri Parentatio in Julianum Tom. II. p. 260. & altera Parentalis apud *Fabricium* Vol. VII. Biblioth. Graecae p. 223. sed in utraque sibi cavit ab his, quae se prudenter evitaturum hic nunciat. Io eo tamen ibidem odio in Christianos indulsit, quando Julianum non ab hostium aliquo, sed a Christianorum quodam emissario interfectum esse contendit. Compara laudatissimum *Fabricium* in Luce Evangelii salutari p. 314.

EP. MCCCLI. (1) Ita Ajacem quoque *Homerus* Iliad. *l.* v. 619. ἀντίθεον appellat. (2) *Homerus* Iliad. *ε.* v. 146.

—— —— —— οἱ δ' ἄντιοι εἶεν Ἀχαιῶν
Νύσσοντες ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν.

(3) Sic scripsi pro φέρω μὲν, alterum enim illud postulat sequens λυπῶμεν.

(4) Ma-

περὶ τὴν σὴν οἰκίαν. ἐπεὶ δὲ λυπεῖν εἵλετο μᾶλλον, ἢ ἐπαινεῖσθαι, τοῦτό γε αὐτὸν γενέσθαι βελτίω ποιήσομαι προσέχων. δέξεται γὰρ ἐπιστολὴν μεμφομένην. Λητοΐου δὲ τοῦ Κυνηγίου μεμνημένος, σαυτοῦ (4) ποιεῖς, καὶ πρὸς ἐπιμέλειαν ἑτέρους παρακαλῶν, ἄξια τῆς ξενίας ποιεῖς. Ἡμεῖς δὲ Κυνήγιον (5) μὲν ἀνδρείως ἀποθανόντα λόγῳ πρότερον τετιμήκαμεν, πρὸς δὲ λόγων κτῆσιν τὸν ἐκείνου τὰ μὲν πείθοντες, τὰ δὲ ἀναγκάζοντες, ἄγομεν.

fuisse nollem. Quoniam vero offendere, quam laudari maluit, providebo, ut meliorem se praestet inposterum. Literas enim objurgatorias accipiet. *Letoium*, *Cynegii* filium, recordatus facis, quod tuum est; alios vero ad curam illius habendam excitans digna facis amicitia. Nos quidem *Cynegium*, forti animo demortuum, jam ante oratione decoravimus, filium vero ejus, hinc suadentes, hinc cogentes, ad dicendi facultatem perducimus.

MCCCLII. ΛΕΟΝΤΙῼ.

Ἴσως μὲν ἤδη τῶν φίλων ἡμῶν ἐπιμεμέλησαι, μαθών γε οἵτινες εἰσὶ, καὶ ἐποίησας, ὅπως σοι χάριν εἰδεῖεν, εἰ δ᾽ οὔπω τοῦτο ἐπράχθη, νῦν γε ὦ ᾽γαθὲ γενέσθω. Δώσεις δὲ ἡμῖν ἐλάττω μὲν ἢ οἱ πρότερον χάριν, ἐμοὶ δὲ οὐκ ἐλάττονος λόγου. οἱ μὲν γὰρ μεγάλους ἐκ μικρῶν ἐποίησαν. παρὰ σοῦ δὲ εἰ φυλαχθεῖεν, ἐφ᾽ οὗπερ εἰσὶν, ἀρκέσει. καί σε προσερῦμεν ὥσπερ ἐκείνους εὐεργέτην. Ἥξει δέ σοι καὶ παρὰ τοῦ γενναίου Μοδέστου περὶ τῶν αὐτῶν παράκλησις, ἣν εἰ ποιήσαις ὑστέραν ἐλθεῖν τῶν ἔργων, τῷ φθάσαι τῇ προθυμίᾳ χάριέν τι ποιήσεις. Τὸ γὰρ ἔχειν γράφειν πρὸς αὐτὸν, ὡς ἅπερ ἤθελε, πέπρακται, μεῖζον οἶμαι τοῦ λέγειν, ὅτι πεπράξεται. Μέλει δὲ ἡμῖν πάντων μὲν ὅσοι τῶν παρ᾽ ἡμῖν μετεσχήκασι πόνων, οὐχ ἥκιστα δὲ τῶν τε Εὐσεβίου παίδων. τοῦ πρεσβυτάτου τῶν υἱῶν Μαξίμου, Ὑπερέχιον λέγω, καὶ τὸν τούτου κηδεστὴν, Στρατήγιον, καὶ τὸν ἀδελφὸν ἐκείνου, πάντας ἐμοὶ τέκνων οὐδὲν ἀτιμοτέρους.

LEONTIO.

Fortasse jam amicorum nostrorum curam habuisti, quinam illi sint, edoctus, fecistique adeo, ut gratiam tibi habere debeant. Sin vero id nondum factum est, nunc saltem, ô bone, id fiat. Nobis quidem minus, quam decessores tui, beneficium hoc ipso conferes, quod tamen apud me non minoris est momenti. Illi enim magnos ex parvis fecerunt: sufficerit autem, si illis praesens rerum conditio salva praestetur; teque, sicut illos, fautorem nostrum appellabimus. Ab eximio *Modesto* adhortatio quaedam similis ad te perferetur, quam si factis tuis anteverteris, hac ipsa benevolentia tua gratum mihi feceris. Si enim scribere ad ipsum potero, ea, quae voluerit, jam facta esse, id quidem praestare puto, quam si scribam, inposterum factum iri. Ceterum curae mihi sunt omnes, qui ex nostris laboribus profecerunt, ante omnes autem *Eusebii* filii, tum inter *Maximi* filios natu maximus, *Hyperechium* dico, & ejus socerum *Strategium*, fratremque ejus, qui omnes non minore loco, quam filii, a me habentur.

MCCCLIII. ὙΠΕΡΕΧΙῼ.

Διὰ τί σῶν ἄνευ γραμμάτων νέος ἧκε παρ᾽ ἡμᾶς; ἄλλως τέ σοι συγγενὴς καὶ ἀδελφιδοῦς τοῦ τὴν ἀδελφὴν τὴν σὴν γυναῖκα ἔχοντος. Ἆρά σοι πάντ᾽ εἰσὶν οἱ ἀγροὶ, καὶ τὸ ἐφ᾽ ἵππων ἀναβῆναι, καὶ τὸ θηρία βάλλειν; λόγων δὲ καὶ τοῦ γράφειν οὐδεὶς λόγος; ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐκεῖνα μὲν φαῦλα, χρῆν δὲ καὶ τούτοις εἶναι χώραν. Ἀλλ᾽ ἔλαθεν ἐξιών; ἀλλ᾽ οὔτε τοὺς ἄλλους εἰκὸς ὄντα γε οἰκίας τηλικαύτης, εἴτε τοὺς ἄλλους, οὐκ ἄν σέ γε. ἀλλ᾽ οὐκ ᾔτησεν ἐπιστολήν; ἀλλ᾽ ἀμήχανον τὸ, ὅπως ἐγὼ περὶ σὲ, οὐκ ἀγνοοῦντα. ἴσως ὅτι πάλιν ἐγκαλεῖς, οἷα πολλὰ πολλάκις, ἐν οἷς ἐλέγχει συκοφαντῶν. Ἔστι δὲ τοσούτῳ τὸ παρὸν ἐκείνων δεινότερον, ὅσῳ τότε μὲν ὑπῆρχεν εἰδέναι τὸ πρὸς ὅτι μάχεσθαι χρή. Νῦν δ᾽ ἐμαυτὸν ἐρωτῶν, ἀπείρηκα, τί τοῦτό ἐστι τὸ ἔγκλημα.

HYPERECHIO.

Qua de causa juvenis ille sine literis tuis ad me venit, inprimis cum ille & cognatus tibi sit, ejusque, qui sororem tuam uxorem habet, patruelis? Adeone in agris esse, & equo vehi, & feras venari tibi omnia sunt, nullamque vel literarum, vel scriptionis rationem habes? Largior, illa quidem non esse contemnenda, sed & his locus esse aliquis debebat. Dixeris, abitum ejus tibi non cognitum fuisse? Juvenis vero, tam illustri genere orti, abitus nec alios, vel, si alios, saltem non te latere debebat. At fortasse non desideravit epistolam tuam? sed nec id fieri potuit ab eo, qui non ignoraret, quomodo in te ego sim animatus. Fortasse iterum aliquid mihi exprobras, ut multa saepe alias, ubi tamen calumniae es convictus. Praesens vero hic casus superioribus illis multo mihi gravior accidit. Tunc enim cognitum habebam, quid mihi esset profligandum. Jam vero me ipsum percontatus querelam de me tuam invenire non potui.

MCCCLIV. ΜΑΡΙῼ.

Ἔθνος πάγκαλον καὶ μεγάλη πόλις ἄνδρας οὓς κατα-

MARIO.

Gens praestantissima & urbs magna multa de

(4) Malim σὰ vel τὰ σαυτοῦ. (5) *Cynegius* hic amplissimis muneribus sub Impp. variis functus est. Vide *Gothofredi* Prosopographiam Codicis Theodosiani p. 356. Parentalis in eum nostri oratio inter editas non exstat, quam nec alibi memoratam invenio.

E P.

de uno viro queruntur. Gens est Phoenicia, urbs vero Antiochia. Illa quidem, quod se deseruerit; haec autem, quod ad se non venit. De quo vero conqueruntur, vir eloquentissimus & imperatorii quondam ordinis, quem quod ad Phoenicas defensio nunquam destituet. Quid enim ibi manere eum oportebat in magistratu non manentem? Quod vero ab urbe objicitur, id nunquam, quicquid agat, amolietur. Beroeam enim conspicatus majoris est oblitus. Quod si lotum terra illa produxit, venia dignus est. Sin vero nihil tulit novi, ac alatae copiae plurima eorum, quae ferre alias solet, detonderunt, quid tandem efficere potuit, ut, quae nos habemus praeclara vilipenderet? Tu itaque ad eum loquere de his, & facito, ut opere ipso crimen objectum diluat. Nomen illi est *Marius*.

ταβοῶσιν. ἔθνος μὲν Φοίνικες, πόλις δὲ ἡ Ἀντιόχεια. οἱ μὲν ὅτι αὐτοὺς ἀφῆκεν, ἡ δ' ὅτι εἰς αὐτὴν οὐχ ἧκεν. ὧ δὲ ἐγκαλοῦσιν ἀνὴρ ῥητορικός τε καὶ ἀρχικὸς πρὸς μὲν Φοίνικας, οὐκ ἀπορήσει λόγου. τί γὰρ ἔδει μένειν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς οὐ μένοντα; τὴν δ' ἀπὸ τῆς πόλεως αἰτίαν, οὐδ' ἄν, εἴ τι μηχανήσαιτο, λύσειεν. Βέρροιαν γὰρ ἰδὼν ἐπελάθετο τῆς μείζονος. καὶ εἰ μὲν λωτὸν ἔφυσεν (1) ἡ γῆ, συγγνώμη. εἰ δὲ καινὸν μὲν ἤνεγκεν οὐδὲν, ὧν δὲ εἰώθει, τὸ πλέον ἔκειρεν ἡ πτερωτὴ στρατιὰ (2), τί τὸ πόθεν καταφρονεῖν τῶν παρ' ἡμῖν ἀγαθῶν; Σὺ οὖν αὐτῷ διαλέγου, καὶ πεῖσον ἔργῳ λῦσαι τὴν κατηγορίαν. ὄνομα δὲ αὐτῷ Μάριος.

CAIANO.

MCCCLV. ΓΑΙΑΝΩ.

Magnus, tuum in se studium praedicans, petit per me, ut eandem adversus se voluntatem tuearis. Hoc illi quidem sufficerit: ego vero majora desidero. Itaque majora, quam alias fecisti, illi conferas, ut ex majoribus illis aliquis literarum mearum fructus appareat.

Μάγνος ἐπαινῶν σου τὴν εἰς αὐτὸν προθυμίαν ἀξιοῖ σε δι' ἐμοῦ τὴν αὐτήν σε πρὸς αὐτὸν διατηρῆσαι γνώμην. ἐκείνῳ μὲν οὖν τοῦτο ἀρκεῖ. ἐγὼ δὲ μειζόνων ἐπιθυμῶ. Γενέσθω δή τι τῶν εἰωθότων πλέον, ἵν' ἐν τῷ πλέονι τὸ κέρδος τῶν γραμμάτων φανῇ.

SCYLACIO.

MCCCLVI. ΣΚΥΛΑΚΙΩ.

Magni filius *Magnus* hic est, Rhetoris egregii, Rhetor non malus. Huic & fores aperi, & manus porrige, ut Phoenices intelligant, volupe tibi esse, si rebus prosperis utatur.

Μάγνου παῖς οὑτοσὶ Μάγνος, ῥήτορος ἀγαθοῦ (1), ῥήτωρ οὐ κακός. τούτῳ θύρας τε ἄνοιξον, καὶ χεῖρα ὄρεξον, καὶ μαθέτωσαν Φοίνικες, ὅτι σοὶ τὸ τοῦτον εὖ πράττειν ἐν ἡδονῇ γένοιτ' ἄν.

ANDRONICO.

MCCCLVII. ἈΝΔΡΟΝΙΚΩ.

Qui in foro versantur, per eos, qui apud gentes multa possunt, gloriam sibi parant, ex gloria vero illa divitias. Miratus itaque sum, quod tu quidem in Phoenicia multa possis, *Magno* vero neutrum horum sit partum. Neque enim imperitiam dicendi exprobrare ipsi poteris, qui longo jam tempore eloquentiae apud nos studuerit. Sis itaque viri hujus studiosissimus, qui ejusdem poculi fuerit particeps.

Οἱ περὶ τὸ βῆμα ζῶντες διὰ τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι δυνατῶν κτῶνται δόξαν, ἐκ δὲ τῆς δόξης πλοῦτον. Ἐθαύμασα οὖν, ὅπως σὺ μὲν ἐν Φοινίκῃ δυνατός, Μάγνῳ δὲ οὐδέτερον ἐκείνων. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε λέγειν ἀπειρίαν ἐγκαλέσεις τῷ πολὺν δὴ παρ' ἡμῖν χρόνον τεθηρευκότι λόγους. Γενοῦ τοίνυν περὶ ἄνδρα πρόθυμος ταὐτοῦ κρατῆρος σοι κεκοινωνηκότα.

ULPIANO.

MCCCLVIII. ὈΥΛΠΙΑΝΩ.

De *Chrysogono* loqui ad te coeperam: quoniam vero valde urgebaris, a dicendo desistens, scripturum me esse dixi, & nunc ista scribo: *Chrysogonus* hic, orbus relictus, majorem orbitate calamitatem, pravos nempe curatores, expertus est, qui, facultatibus ejus sibi vindicatis, hunc esurientem despiciunt. Literarum itaque cupidus literarum causa ad nos venit; sed, quantum volebat, non accepit: tantum tamen fortasse, ut curatorum adversus se impro-

Ἀρξάμενος πρός σε περὶ Χρυσογόνου (1) λέγειν, ἐπειδὴ ἠπείγου, τὸ λέγειν μὲν ἀπέστην, γράψειν δὲ ἔφην, καὶ γράφω, ὅτι οὗτος ὁ Χρυσόγονος ὀρφανὸς καταλειφθεὶς, μείζονι συμφορᾷ τῆς ὀρφανίας ἐχρήσατο πονηροῖς ἐπιτρόποις, οἳ δεσπότας αὐτοὺς τῶν τούτου ποιήσαντες τοῦτον περιορῶσι πεινῶντα. Λόγων μὲν οὖν ἐπεθύμησε, καὶ ἧκεν ἐπὶ τούτῳ παρ' ἡμᾶς (2), οὐ μὴν, ὅσον ἐβούλετο, ἔχει, τοσοῦτον δ' ἂν ἴσως, δυνηθείη δη-

EP. MCCCLIV. (1) Alludit ad proverbium λωτοῦ ἔγευσεν, de quo in superioribus dictum est. (2) Locustarum quaedam vel aliarum avium turmae agros illius, in qua tunc degebat *Marius*, regionis depavisse videntur.

EP. MCCCLVI. (1) Vide supra ep. 586.

EP. MCCCLVIII. (1) Vide infra ep. 1364. & supra ep. 1378. (2) Sic scripsi pro ὑμᾶς. (3) Per

δηλῶσαι τὴν τῆς ἐπιτρόπου πρὸς αὐτὸν δικαιοσύνην (3). σὺ δ', ὥσπερ εἴωθας, ποιήσεις τοὺς νόμους δήπου κυρίους. Εἰ οὖν τὰ αὑτοῦ κομισάμενος, καὶ τὸ συναγορεύειν ἅψασθαι βουληθείη, μετ' εὐνοίας τῆς σῆς καὶ τοῦτο ποιῶν διατελείτω.

probitatem edisserere possit. Tu itaque more tuo efficies, ut leges robur suum obtineant. Quod si igitur, quae sua sunt, receperit, & ad causas perorandas accedere voluerit, in hac quoque opera benevolentia tua perpetuo fruatur.

MCCCLIX. ΤΩ ΑΥΤΩ.

Φίλος ἐστί μοι Πορφύριος. Καὶ γὰρ εἰ πράττει κακῶς, τοῦτό γε οὐκ ἀρνοῦμαι. ἀλλ' ὡς (1), ὅ, τι ἀδικεῖ μὲν οὐδὲν, ἀτυχεῖ δέ. Συκοφάνται γὰρ πάντες μὲν ἁπλῶς χαλεπὸν γένος. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι, Ἡράκλεις, τῶν ἐν Λιβύῃ φοβερώτεροι θηρίων. Τούτων αὐτὸν ἔδακνον δύο. καὶ νῦν ἀπέσταλται πρὸς ὑμᾶς ἐπ' ἐλέγχῳ. Δέομαι δή σου τῷ μὲν ἀμῦναι, τῶν δ' εἰ μὲν οἷόν τε τὰς γλώττας ἐκτεμεῖν. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο, τό γε λοιποῦ καθεῖρξαι δίκην αὐτοῖς ἐπιθέντα ἀτιμίαν.

EIDEM.

Amicus mihi est *Porphyrius*. Res ejus minus esse prosperas, non nego. Nego autem, eum quicquam peccasse, qui adversa tantum fortuna utatur. Omnes enim calumniatores durum sunt hominum genus. Aegyptii vero mehercle! feris Libyae omnibus sunt immaniores. Ex his duo eum vexant. Nunc itaque ad causam vindicandam profectus est. Precor itaque te, ut huic quidem patrocineris, illis autem, si fieri possit, linguas exscindas. Sin vero id fieri non possit, facias saltem, ut ignominia, instar poenae, illis inflicta, inposterum contineantur.

MCCCLX. ΟΥΛΠΙΑΝΩ.

Σάλβιος (1) ἀδελφοῦ μοι γεγένηται καλλίων καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ τὴν εὔνοιαν ἐπιδεικνύμενος πανταχοῦ. Ὅταν οὖν ἐν τῷ μέρει (2) κἀκείνῳ δέῃ γενέσθαι παρ' ἐμοῦ, χαίρω διαλύων τι τοῦ χρέους. Νῦν τοίνυν ὑπὲρ γυναικὸς, προσηκούσης μὲν αὐτῷ κατὰ γένος, ὑπ' ἀνθρώπων δὲ θρασυτέρων ἐλαυνομένης, γράφω, βουλόμενος αὐτὴν ὧν τι πέπονθε, δίκην λαβεῖν, ἀδείας τε πρὸς τὸν ἔπειτα χρόνον τυχεῖν.

ULPIANO.

Salvius fratre mihi fuit melior, & verbis & factis benevolentiam suam ubique demonstrans. Quandocunque igitur ejusdem studii fructum ex me percipere potest, gaudeo, aliquam aeris partem expungens. Modo itaque pro foemina quadam, genus suum ad illum referente, & a temerariis quibusdam hominibus vexata, scribo, vehementer optans, ut poenam per te de illis, a quibus adflicta est, sumat, inposterum vero perpetua tranquillitate fruatur.

MCCCLXI. ΔΑΤΙΑΝΩ.

Παγκράτιος καὶ πολίτης ἐμὸς, καὶ ἡλικιώτης, καὶ συμφοιτητὴς, καὶ φίλος, καὶ παῖς ἀνδρὸς πάλαι ποτὲ πράττοντος, ὃ νῦν ἐγώ. καὶ πολλά γε τῆς ἐκείνου τέχνης ἀγάλματα (1) πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης λάμπει. Τιμῶμεν δὴ καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ τοὺς ἐξ ἐκείνου, χάριν ἀποδιδόντες τῆς δόξης, ᾗ κεκόσμηκε τὴν ἡμετέραν πόλιν. Μέλλων οὖν καὶ τούτῳ βοηθεῖν, καὶ διὰ τῆς σῆς γνώμης ᾗ τὸ εὖ ποιεῖν ἐν μελέτῃ, προθύμως ἦλθον ἐπὶ τὴν ἐπιστολήν. Ἄνευ γὰρ τοῦ μὴ εἶναι καλὸν φίλον ἄνδρα περιιδεῖν, οὐδ', ὡς οὐκ ἔστι μοι παρά σοι δύναμις, εἶχον εἰπεῖν. Καὶ γάρ ἐστι, καὶ οὐ λανθάνει. Φησὶ τοίνυν ὁ Παγκράτιος, μικρὰ ἔχων μεγάλα εἰσπράττεσθαι, καὶ οὐκ ὀρθῶς ἐν τρίτοις (2) ἠριθμῆσθαι. γίνεσθαι γὰρ ἐκ τοῦ εἰκότος τῶν ἐσχάτων, εἶναί τι οὕτω τὴν βλά-

DATIANO.

Pancratius & civis meus est, & aequalis, & commilito, & amicus, & filius Patris, qui eadem olim, quae ego nunc, egit: sicut & multa, quae arti ejus debentur, ornamenta passim per orbem suspensa splendent. Magni itaque nos & privatim & publice posteros ejus facimus, gratiam illi referentes pro gloria, quam urbi nostrae peperit. Cum igitur etiam huic per te quidem, cui bene aliis facere curae cordique est, opem ferre velim, alacriter ad scribendam hanc epistolam accessi. Praeterea enim, quod parum decet, amicum negligere, dicere non poteram, me nihil apud te posse. Possum enim, nec id alios latet. *Pancratius* itaque queritur, magna a se, qui pauca habeat, exigi, nec recte inter tertii ordinis homines referri, sed inter postremos potius esse numerandum. Ita enim jacturam sibi fore levio-

(3) Per ἀντίφρασιν hoc ita dici patet.

EP. MCCCLIX. (1) Scribo ita pro ὅθ'.

EP. MCCCLX. (1) *Salvium* hunc eum esse credo, ad quem *Symmachi*, nostro aequalis, exstat epistola lib. VIII. 29. (2) Confer phrasin cum illa Paulina 2 *Cor.* IX. 3. & *Coloss.* II. 16.

EP. MCCCLXI. (1) ἄγαλμα alias *statuam, imaginem* & *simulacrum*, hoc autem loco *ornamentum* infert, de qua notione leges, si placet, magni *Salmasii* Exercitationes Plinianas p. 135. b. Adde brevia Scholia *Homeri* Iliad. Ψ. v. 144. ἀγάλματα λόγων dicit *Philostratus* in Vita Apollonii VI. 14. p. 252. Hic quidem discipuli videntur intelligi, quos Pancratii pater arte sua ad dicendum instruxerit, & literis ornaverit. (2) Patet ex his, cives tum temporis in certas classes pro facultatum suarum modulo distinctos fuisse, secundum quas alii plus alii minus tributi instar pendere, & in publicum usum conferre debuerint.

viorem, injuriam autem graviorem, quam si Mysorum praeda fiat volentibus. Cum itaque graviora se jam perpessum dicat, creditque, rebus suis hoc uno fore consultum, si tu rem mutaveris, nos etiam petimus, ut de summa illa nimia aliquid deminuas, nosterque adeo moderatum hoc illuc mittat, apud nos autem virum aequi studiosum laudibus prosequatur.

MAXIMO.

Horus & *Phanes* patrem suum illustrem, illustrem etiam Aegyptum facere potuissent, alle quidem, victoria ex ludis Olympicis reportata, hic vero reportanda, nisi invidia quaedam obstitisset. Sunt vero etiam cetera praeclari & boni, nec nostrae palaestrae imperiti. Propterea utrumque & ipse amo, & te velim tanto majora, quam ego possim, in adolescentes hos beneficia conferre, quo certius est, mea quidem verbis, tua vero factis constare.

EUTOCIO.

Bales in ludis Olympicis ut egregiorum filiorum pater apparuit. Alterum enim illorum coronatum, alterum coronatis meliorem conspexit: ego vero, corporis etiam praestantiam & facta miratus, magis amo operam Mercurio adhuc melius praestitam. Deum enim illum non solum in palaestra sed & suo in literas studio coluerunt. Quod si igitur temporis non nihil apud vos exigent, indolem tuam perspiciant; sin transibunt, etiam festinantibus te ipsum imperti.

ULPIANO.

Et antea haec scivi, & futura esse praedixi, & postquam facta erant, laetatus sum. Omnibus itaque exponam, qualem te adversus aequum & justum, qualem etiam adversus me praestiteris. Haec vero & homines & Dii ex me audiunt: illi quidem, ut te nobiscum laudent, hi vero, ut te incolumem praestent, & magistratibus cumulent. Male enim civitatibus consulitur, si privatam vitam agat, qui rebus praeesse tam egregie callet. Multum quidem valet, quod *Chrysogonus* paternos agros sibi vindicavit, quos ante eminus conspectos lacrymis prosequebatur; non parum vero

βλάβην αὐτῷ χώραν, τήν τε ὕβριν βαρυτέραν ἢ Μυσῶν λείαν τοῖς βουλομένοις. Οὐ δὴ καὶ δεινὰ πεπονθέναι λέγοντος καὶ πιστεύοντος, μίαν ἔσεσθαι τούτῳ λύσιν, εἰ σὺ μεταστήσαις, δεόμεθα καὶ ἡμεῖς ἀφελεῖν τι τῆς ὑπερβολῆς. ὅπως τὸ σύμμετρον μὲν ἐκεῖσε πέμπῃ, παρ' ἡμῖν δὲ ὕμνοις ᾄδῃ τὸ δίκαιον αἰδούμενον.

MCCCLXII. ΜΑΞΙΜΩι.

Ὧρος καὶ Φάνης (1) λαμπρὸν μὲν ἐπεποιήκεσαν τὸν ἑαυτῶν πατέρα (2), λαμπρὰν δὲ τὴν Αἴγυπτον. ὁ μὲν Ὀλύμπια νενικηκὼς, ὁ δὲ νικήσας ἄν, εἰ μή τις φθόνος ἀντέκρουσεν (3). ἐστὸν δὲ καὶ τἄλλα βελτίστω τε καὶ χρηστὼ, καὶ οὐδὲ τῶν ἡμετέρων ἀπείρω παλαισμάτων (4). ἀνθ' ὧν αὐτός τε αὐτὼ φιλῶ. καί σε βουλοίμην ἂν τοσούτῳ χρησιμώτερον τῶν παρ' ἐμοῦ τοῖν νεανίσκοιν ἐσόμενον, ὅσον τοὐμὸν μὲν λόγοι, τὰ σὰ δὲ ἔργα.

MCCCLXIII. ΕΥΤΟΚΙΩι.

Βάλης εὔπαις (1) ἐν Ὀλυμπίοις ὤφθη. τὸν μὲν ἰδὼν τοῖν υἱέοιν στεφανούμενον, τὸν δὲ τοῦ στεφανωθέντος ἀμείνω. ἐγὼ δὲ αὐτοῖν ἠγάσθην μὲν καὶ τὰ τοῦ σώματος ἔργα. φιλῶ δὲ πλέον τὴν ἀμείνω περὶ τὸν Ἑρμῆν θεραπείαν (2). Ἐτίμησαν γὰρ οὐ παλαίστρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ λόγων ἐπιθυμίᾳ τὸν θεόν. Εἴτ' οὖν παρ' ὑμῖν τινα διατρίβοιεν χρόνον, γνώτωσαν τὴν σὴν φύσιν, εἴτε διατρέχοιεν, δεῖξον σεαυτὸν καὶ ἐπειγομένοις.

MCCCLXIV. ΟΥΛΠΙΑΝΩι.

Καὶ προῄδειν ταῦτα καὶ προεῖπον ὡς ἔσται, καὶ γενομένων ἥσθην, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀπαγγελῶ (1), τίς σὺ καὶ περὶ τὸ δίκαιον, καὶ πρὸς ἐμέ. καὶ ταῦτα ἀκούουσι μὲν ἄνθρωποι παρ' ἡμῶν, ἀκούουσι δὲ θεοί. οἱ μὲν ὅπως σε μεθ' ἡμῶν ἐπαινοῖεν, οἱ δ' ὅπως σε καὶ σώζοιεν καὶ διδοῖεν ἀρχὰς ἐπ' ἀρχαῖς. Τὸν γὰρ ὧδε ἐπιστάμενον ἄρχειν ζημία τῶν πόλεων (2) ἰδιωτεύειν. Μέγα μὲν οὖν τὸ πατρῷον ἐπιβῆναι τὸν Χρυσόγονον (3) ἀγρῶν, οὓς πρότερον πόρρωθεν ἰδὼν ἐδάκρυεν. οὐ μικρὸν δὲ καὶ τὸ ἔχειν οὐδὲν ἀναλίσκοντα πανταχῇ κομίζεσθαι. Μεί-
ζω

EP. MCCCLXII. (1) *Horus* & *Phanes* Aegyptia sunt nomina, & uterque eorum in Aegyptiorum Numinibus numeratur. De *Horo*, Isidis filio, leges *Kircheri* Oedipum Tom. I. p. 214. sqq. *Phanes* in Orphicis saepe memoratur, tanquam praeses facultatis generatricis. De eo lege *Suidam* Tom. III. p. 577. & quos ibi citat *Kusterus*. *Phanes* quoque *Herodoto* lib. III. memoratur, qui Amasis quondam, Regis Aegypti, familiaris ad Persas confugerit, & Cambysae, in Aegyptum trajicienti, consiliis adfuerit. Hinc intelligitur cur Aegyptii illi nomina haec habuerint. (2) *Bales* is est, de quo epistola proxime sequens. (3) Hoc, puto, innuit, alteri illi athletae praemium praeter jus & fas, a praeconibus esse denegatum. Id enim fieri olim solitum illi ostenderunt, qui de Agonisticis veterum sunt commentati. Adde, quae diximus in *Curis* nostris ad verbum *καταβραβευέτω* *Coloss.* II. 18. (4) *παλαίσματα* alias denotant artes & dolos, quibus luctatores ad supplantandum adversarium utebantur. Ideo *Hesychius* *πάλαισμα* per *πανουργίαν*, *Suidas* autem per *τέχνασμα* interpretatur. Hoc loco transfertur ad dicendi exercitium & artem.

EP. MCCCLXIII. (1) Filii illi *Horus* & *Phanes* erant, de quibus in epistola proxime superiore. (2) Comparare hoc possis cum effato Paulino 1 *Tim.* IV. 8. ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος.

EP. MCCCLXIV. (1) Mallem *ἀπαγγέλλω*. (2) Superscriptum in codice erat *τῶν πολιτῶν*. (3) Vide supra ep. 1358.

ζοι δ' ἂν ἀμφοτέρων ὑπάρξειν, εἰ μαθητήν γε σαυτοῦ τὸν ἄνθρωπον νομίσαις, καὶ δείξαις ἕνα τῶν ἐπισταμένων λέγειν.

vero & illud, quod, nullis factis sumtibus, sua ubique recepit. Utroque tamen majus id fuerit, si hominem inter discipulos tuos numeres, & ut dicendi peritum commendes.

MCCCLXV. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Μαρκιανὸς, ᾧ τὸ δύνασθαι παρ' ἡμῖν ἐκ τοῦ δύνασθαι λέγειν ἐστὶν, ἐτίμησε τὸν πρὸς μέτρον φέροντά σοι τὴν ἐπιστολήν. καὶ οὐκ ἠπίστησα. Θαῤῥεῖν (1) οὖν φημι καὶ χρηστὸν, καὶ μέτριον (2) καὶ προνοίας ἄξιον εἶναι τὸν ἄνδρα. Εἰ οὖν ὥσπερ ἐγὼ Μαρκιανῷ καὶ σὺ πιστεύσαις ἐμοὶ, ἐμοί τε χαριῇ, κἀκεῖνον ἔσῃ τετιμηκὼς, μᾶλλον δὲ κἀμὲ τὸν αὐτῆς ὁδοῦ τετιμηκὼς ἂν, ἐπιστάμενος, οἷς χρὴ πιστεύειν. εἰ δὲ οὐκ ἀπόχρη ταῦτα, δεῖ (δὲ) προσεῖναι καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων πίστιν. ὅρα τὸν τρόπον ἐξ αὐτῶν, ὑπὲρ ὧν ἂν δέηται. πάντα γὰρ εὑρήσεις ὁμολογοῦντα τοῖς νόμοις.

EIDEM.

Marcianus, qui eloquentiae suae ope ad magnam apud nos dignitatem provectus est, eum, qui hanc tibi opportune reddit epistolam, commendavit. Dico itaque, hominem esse bona fiducia plenum & bonum, & modestum, atque adeo omni cura dignum. Quod si igitur tu mihi, sicut *Marciano* ego, fidem habueris, & mihi gratificaberis, & illi honorem habebis, vel mihi potius, me secutus, habebis, sciens quippe, quibus fidem habere oporteat. Si vero haec non sufficiant, rerumque testimonia accedere oporteat, indolem ejus ex illis ipsis, quae petit, perspicere possis. Omnia enim cum legibus conspirare videbis.

MCCCLXVI. ἈΚΑΚΙΩι.

Πολὺ βελτίων ἡμῖν ὁ Εὐσέβιος ἐπανῆλθεν. εἰκὸς δὲ, ὅτι καὶ τοῖς Κρησὶν ὁ Μίνως ἐκ τοῦ ὄρους παρὰ τοῦ Διός (1). Ἐσθλὰ γὰρ ἀπ' ἐσθλῶν μανθάνειν ἔστιν, ἔφη τις τῶν Καλλιόπης χορευτῶν (2). Ἤγγελλε δὲ ἡμῖν καὶ περὶ τῶν σῶν πραγμάτων, δι' ὧν ἡδίους ἐποίει, δύναμίν τε εἶναί σοι καὶ δόξαν ὅσην δίκαιον, καὶ πλῆθος ὁμιλητῶν ἐγρηγορότων. ἐν δ' αὐτοῖς πολλοῖς ἀγαθοῖς ἑνὸς ἐμέμνητο δυσχεροῦς, ᾧ καὶ αὐτῷ τι προσῆν ἀγαθὸν, ἡ τοῦ πληγέντος ἀνδρεία. ἀλλὰ ταύτης γε τῆς ἀνδρείας μηκέτ' ἐφ' ὁμοίοις δεηθείης, ἀλλά σοι τὰ ὄντα τέκνα Διὸς σωτῆρος εὔνοια διατηροίη (3).

ACACIO.

Eusebius longe cultior ad nos reversus est. Id scilicet fieri oportebat, cum & Minos a Jove ex monte ad Cretenses talis redierit. Bona enim a bonis discere licet, quod quidam ex Calliopes antistitibus dixit. De rebus quoque tuis idem nonnulla ad nos pertulit, eaque valde nobis jucunda, quod nempe & facultate & gloria, qua dignus es, & vegetiorum discipulorum copia valeas. In his praeclaris multis unum commemorabat tristius, nec ipsum tamen bono aliquo destitutum, cum malo illo oppressus animum fortem demonstraris. Opto autem, ut nunquam in similibus casibus eundem adhibere debeas. Ita Deus servator eos, quos habes, filios salvos tibi praestet.

MCCCLXVII. ὈΥΛΠΙΑΝΩι.

Εὐβούλου συγγενὴς φοιτᾷ παρ' ἐμὲ, καλούμενος ὅπερ ἐκεῖνος. τούτῳ πατήρ ἐστιν ὁμώνυμός ἐμοι καὶ φίλος. Τοῦτον εὖ βούλομαι πάσχειν· καὶ ὡς ἐμὸν φίλον, καὶ ὡς Εὐβούλου τοῦ μὲν συγγενῆ, τοῦ δὲ πατέρα.

ULPIANO.

Eubuli cognatus mea utitur disciplina, eodem, quo ille, nomine appellatus. Hic Patrem habet mihi cognominem, & amicum. Huic bene esse per te velim, tum ut amico meo, tum ut *Eubuli*, alterius quidem cognato alterius vero patri.

MCCCLXVIII. ἈΚΑΚΙΩι.

Φεύγοντά με πρότερον διώκειν πεποίηκας, καὶ τὴν ἀπολογίαν οὐκ εἰθισθεὶς πρὸς τὸ κατηγορεῖν ἄγεις. Διὰ τί γὰρ, ὦ τὰ μικρὰ μεγάλα ποιῶν, πρὸς ἐκεῖνό σου τὸ ἔγκλημα τὰ γράμματα ἔχων, ἃ Δημήτριος ἐκόμιζεν, εἶχες δ' ἂν καὶ πρὸ ἐκείνων, εἰ Τιτιανὸς ἐβούλετο, οὔτ' ἐπῄνεσας, οὔτ' ἐμέμψω τὴν ἀπολογίαν, καίτοι χρῆν ἰσχυούσης μὲν ἐκβαλεῖν τι τὴν λύπην καὶ γρα-

ACACIO.

Tu quidem me ante accusatum te ipsum reum agere jubes, nullaque defensionis meae ratione habita ad accusandum te compellis. Cur enim tu, qui ex parvis magna facere soles, ad criminationem illam tuam literas, quas *Demetrius* reddidit, nactus, & ante illas, si *Titianus* voluisset, alias habiturus, nec laudasti, nec culpasti vindicias meas? Cum tamen, si quid illae valuissent, expellere animo tri-

EP. MCCCLXV. (1) In Codice primum scriptum erat *θαῤῥεῖν*, & postea *θαῤῥῶν*: cum vero & *θάῤῥος* & *θάῤῥη* ut Substantiva de *fiducia* dicantur, malui rescribere *θαῤῥεῖν*. (2) *μέτριον* Graeci id dicere solent, quod in quaque re est optimum. Vide Interpretes ad Hesiodi Ἔργα v. 306. nominatim, *Heinsium* & *Graevium*.

EP. MCCCLXVI. (1) Minos, Cretensium legislator, cum Jove se per novennium versatum esse dixit. Vide *Platonem* in Minoe, *Valerium Max.* l. 11. & *Maximum Tyrium* Dissert. 22. Ex recentioribus vero *Huetium* in Demonstrat. Evangelica p. 104--200. & *Thomam Crenium* in Animadversionibus Historic. & Philologicis Part. IX. p. 280. *Huetius* l. c. hinc suspicatur, Minoem ex Mose, qui leges a Deo O. M. in monte accepit, esse confictum. *Jo. Clericus* in notis ad Aeschinis Dialogos p. 113. Minois nomen ex Hebr. מנה *ponderavit*, derivat. (2) *Theognidis* est dictum v. 35. (3) Ex eo recte confeceris, Acacium tunc jacturam filii fecisse.

tristitiam & scribere; sin vero id efficere non potuisses, & mansisset tristitia, alias postulare, omnino vero scribere debuisses. Enimvero crediderim ego, te tunc socordiorem tibi ipsi necessitatem imposuisse de defensione curatius cogitandi, quam nos, si vel duabus syllabis contineatur, ratam sumus habituri. Porro persuasum mihi omnino habeo, suspiciones omnes sublatum iri, tanto pacatore verba pro te apud Deum facturo. Nam & Oedipi filios *Eudaemon* conciliare potuisse mihi videtur. Est vero & aliud, quod amicos nos invicem facit, podagra suavissima, quae eodem tempore & tuos & meos pedes salutavit.

γράψαι. τοῦτο δὲ ἐν δεδυνημένης, μενούσης τῆς λύπης, ἑτέρας ἀπαιτῆσαι, πάντως δὲ γράψαι. ἀλλ' οἶμαι τότε ῥαθυμήσας, καλὸν γὰρ ἴσως οὕτως εἰπεῖν, ἀνάγκην σαυτῷ περιέστησας ἀπολογίαν ζητεῖν, ἣν ἡμεῖς, κἂν δύο συλλαβῶν ᾖ, τιμήσομεν. Πάνυ δὲ πιστεύω τὰς ὑποψίας παύσεσθαι, τοσούτου διαλλακτοῦ διαλεγομένου σοι περὶ τῷ θεῷ (1). καὶ γὰρ τοὺς Οἰδίπου παῖδας (2) Εὐδαίμων (3) ἄν μοι διαλλάξαι δοκεῖ. ποιεῖ δ' ἂν ἡμᾶς καὶ ἄλλο τι φίλους, ἡ βελτίστη ποδάγρα, ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τόν τε σὸν καὶ τὸν ἐμὸν ἀσπασαμένη πόδα.

EVAGRIO.

Illustre argumentum hoc est; te magistratu egregie esse functurum, quandoquidem regulas a nobis requiris, secundum quas illo optime perfungi possis. Ego vero hoc unum tantum, idque clarum & breve dico, quod te tibi similem praestare eandemque, quam in minore officio probasti mentem in ampliori etiam tueri debeas. Si vero idem per partes dicere me oporteat, leges observa, bonos cole, malitiam odio habe, urbes amplifica, labores jucundos puta, & gloriam lucrum esse arbitrare. Si haec observaveris, (observabis autem, quia & antea observasti,) & te ipsum, & patriam, & parentes, & fratrem ornabis.

MCCCLXIX. ΕΥΑΓΡΙΩι.

Μέγα τοῦτο σημεῖον τοῦ ὡς ἄριστά σε ἄρξειν, τὸ ζητεῖν παρ' ἡμῶν κανόνας (1), δι' ὧν ἂν ὡς ἄριστα ἄρξαις. Ἐγὼ δὲ ἓν μὲν ἐκεῖνο λέγω σαφὲς καὶ βραχὺ, ὅτι σε ὅμοιον χρὴ σαυτῷ γενέσθαι. καὶ τὴν ἐπὶ τῆς ἐλαττόνων γνώμην ἐν τοῖς μείζοσι τηρῆσαι. Εἰ δὲ δεῖ καὶ διελόντας εἰπεῖν, ἕπου τοῖς νόμοις, τίμα τοὺς ἀγαθοὺς, μίσει πονηρίαν, μείζους ποίει τὰς πόλεις, ἡδὺ τὸ πονεῖν ἡγοῦ, κέρδος νόμιζε τὴν δόξαν. ἂν ταῦτα φυλάττῃς, φυλάξεις δὲ, καὶ γὰρ πρότερον, σαυτόν τε καὶ πατρίδα, καὶ γονεῖς, καὶ τὸν ἀδελφὸν κοσμήσεις.

ULPIANO.

Praeceps *Eubuli* consilium in forum meum produxi, & tu quidem per epistolam accusabas, ille vero tacebat. Ego autem statui; illum quidem te offendisse, te vero hominum esse optimum. Hos itaque mores tuos perpetuo tuere, etiamsi; qui beneficiis affecti sunt, ea non praedicent. Hoc enim absurditatem eorum probat, tua vero Jovis oculum non latebunt.

MCCCLXX. ΟΥΑΠΙΑΝΩι.

Εἰσήγαγον εἰς τοὐμὸν δικαστήριον τὴν Εὐβούλου προπέτειαν, καὶ κατηγόρεις μὲν σὺ διὰ τῆς ἐπιστολῆς, ἐσίγα δὲ ἐκεῖνος. Ἐγὼ δὲ τὸν μὲν ἔγνων ἀδικεῖν, σε δὲ ἄνδρα ἀνθρώπων εἶναι βέλτιστον. Μένε τοίνυν ἐν τῷ σαυτοῦ τρόπῳ, κἂν μὴ κηρύττωσιν εὖ παθόντες, ἃ πεπόνθασι. Τοῦτο μὲν γὰρ τῆς ἐκείνων ἀτοπίας. τὰ σὰ δὲ οὐ λήσει τὸν Διὸς ὀφθαλμόν.

CLEARCHO.

Et mandata tua cum voluptate recipio, & libentissime morem gero: animumque tuum per omnia laudans fortunam ex parte accuso.

MCCCLXXI. ΚΛΕΑΡΧΩι.

Καὶ ἡδέως ἐπιτάττομαι, καὶ προθύμως ὑπουργῶ, τὴν δὲ γνώμην σου πάντα ἐπαινῶν, τὴν τύχην ἐνίᾳ μέμφομαι.

DOMITIANO.

Cives mei curae mihi sunt: hoc vero & te ipsum approbare puto. Magna porro tui apud me est fiducia: eam vero mores tui mihi inseverunt. Gratiam itaque etiam nunc, sicut olim, a te peto, quam facere te mihi, sicut olim, velim. Quae igitur illa? *Alexander*, cujus magna apud nos ubique est celebritas, agri partem aliquam juxta Cyrum habet. Hujus curam duo viri gerunt. Alteri *Ammonis* nomen

MCCCLXXII. ΔΟΜΙΤΙΑΝΩι.

Κήδομαι τῶν ἐμαυτοῦ πολιτῶν. τοῦτο δὲ οἶμαι κἂν αὐτὸς ἐπαινέσαις. ἀλλὰ καί σοι θαρρεῖν ἔχω. τούτου δὲ αἴτιος ὁ σὸς τρόπος. Χάριν μὲν ἐν ἐπαγγέλλω καὶ νῦν ὥσπερ πρότερον. Βουλοίμην δ' ἂν καί σε δοῦναι καθάπερ πρότερον τὴν χάριν. Τίς οὖν αὕτη; Ἀλεξάνδρῳ, τῷ παρ' ἡμῖν πανταχόθεν εὐδοκιμοῦντι, χωρίου μέρος ἐστὶ περὶ Κύρον. τοῦτ' αὐτῷ διαπράζουσιν ἄνδρες

EP. MCCCLXVIII. (1) Ita habebat codex, si quid video, mendose: fortasse scribendum fuerit παρὰ τῷ θείῳ, *apud patruum*. (2) Sunt illi Eteocles & Polynices, qui, de imperio secum invicem contendentes, mutuis vulneribus ceciderunt. (3) εὐδαίμων in codice instar appellativi scriptum erat, quod pro nomine Proprio habendum esse non dubito. *Eudaemon* vero is est, ad quem aliquot nostri exstant epistolae. Vide v. c. infra ep. 1382.

EP. MCCCLXIX. (1) Κανὼν hic eum significatum obtinet, quem habet *Galat.* VI. 16.

ἄνδρες δύο. Ἀμμιανὸς ὄνομα θατέρῳ, τῷ δὲ Ἀθηνόδωρος. ὁ μὲν οὖν πρότερος τὸ τοῦ χωρίου κεκτημένος ἥμισυ, μέτριός τε ἦν, καὶ οὐδὲν ἐνεωτέριζεν. Σαβῖνος δέ τις νῦν ἐωνημένος, πάντα κινεῖ, καὶ καινῶν μέτρων ἐπιθυμεῖ. Ἂν μὲν οὖν παύσηται θορύβων πρὸ δίκης. εἰ δ' ἀνάγκη, ψήφῳ τὴν ἔριν λυθῆναι, μετὰ τοῦ τὰ δίκαια φυλάττειν καὶ ἡμῶν μέμνησο.

men est, *Athenodori* alteri. Prior illorum, alteram agri partem possidens, aequum se praestitit, nihilque novavit. *Sabinus* vero aliquis, qui eam nunc emit, omnia movet, & novos consectatur terminos. Si igitur molestus esse desinat ante causae actionem, bene habebit; sin judicio experiri oporteat, nostri quaeso, justi etiam tenax, memineris.

MCCCLXXIII. ἘΛΠΙΔΙΩι.

Δέχου δὴ σαυτοῦ θυγατέρα ἀγαθὴν καὶ κηδεστὴν ἄξιον τοῦ τοιαύτῃ συνοικεῖν. ταυτὶ δὲ πάντως ἦρος ἥδιόν σοι τὸν χειμῶνα ποιήσει. ἡμῖν δὲ τὸ θέρος τῇ μὲν ἡδύ, τῇ δὲ οὔ. Τὸ μὲν γὰρ ὁρᾶν οὓς ἐπεθυμοῦμεν, ἡδύ. τὸ δὲ ἀρρωστήματα ἄττα προσπεσεῖν τῇ θυγατρί, τρέμειν τε ἡμᾶς ἠνάγκασε, καὶ οὐδὲν ἧττον τῆς καμνούσης ἀλγοῦντας ἔδειξεν. ἀλλ' ἡ μὲν εὖ ποιοῦσα νοσημάτων τε ἐλευθέρα καὶ ὁδοιπορεῖ. Βασιανὸν δὲ κατέχει μὲν ὁ κίνδυνος Βασιανῆς τῆς νεωτάτης. τοῦ δ' ἃ πρὸς ὑμᾶς συνέθετο βεβαιῶσαι, μᾶλλον ἐγένετο, εἰ τὸ τῶν νῦν κατεχόντων ἡμᾶς φόβων ἀνέμεινε πέρας.

ELPIDIO.

Recipe itaque filiam tuam optimam & generum, dignum utique, qui illius sit maritus. Hoc sane hyemem vere tibi jucundiorem faciet: nobis vero aestas hinc jucunda, hinc minus jucunda accidit. Eos quidem, quos desiderabamus, videre volupe nobis fuit: filiae vero tuae morbi aliquid incubuisse, metu nos perculit, nec minore dolore, quam aegrotam ipsam adfecit. Illa vero, bono fato a morbo omni liberata, iter nunc ingreditur. *Basianum* periculum *Basianae*, natu minimae, sollicitum nunc habet. Ceterum, quae is se perfecturum esse vobis pollicitus est, ea rectius curaturus fuisset, si finem illorum, quae nos timidos nunc faciunt, periculorum exspectasset.

MCCCLXXIV. ΒΑΣΣΙΑΝΩι.

Τεχνίτην (1) ἔδειξας, ὃν εἰς ἐπέσταλκας, οὐκ ἀναμάρτητον ἄνδρα. ἐμὲ δὲ αὐτὸ τοῦτο διήλλαξε, τὸ δεινὸν εἶναί σε λέγειν. Καὶ γὰρ εἰ κατὰ τοῦ παιδοτρίβου (2) τοῖς παλαίσμασιν ἐχρήσω, μέγα μοι τὸ παλαιστὴν ἀγαθὸν γεγονέναι. τὴν τε οὖν ὀργὴν ἐκβέβληκα, καὶ γνώμην ἔχω πρὸς σὲ τὴν πρὸ τῆς ὀργῆς. Τούτων οὐκ εἶχον μακρότερα περὶ τοῦ διηλλάχθαι γράφειν. Σοὶ μὲν γὰρ ἦν ἀνάγκη μηκύνειν ἐγκλήματα λύοντι, ταῖς παρ' ἡμῶν δὲ τοὐναντίον ἔπρεπεν.

BASSIANO.

Artificem te epistola tua ostendisti, non autem virum ab errore immunem. Me vero idem illud reconciliavit, quod dicendi arte valeas. Cum enim adversus palaestrae magistrum astutis artibus usus sis, id egregio mihi argumento est, luctatorem te esse dexterrimum. Iram itaque meam procul esse jussi, atque ita, ut ante iram, in te sum animatus. Non opus est, ut plura de reconciliatione hac scribam. Tu enim crimen objectum diluturus prolixior esse debebas, nostris vero literis contrarium conveniebat.

MCCCLXXV. ἈΛΕΞΑΝΔΡΩι. (1)

Ἐκούφισας ἡμᾶς διὰ τῆς ἐπιστολῆς, δεινῶς ἤδη βαρυνομένους ὑπὸ τῶν ἐγκαλούντων, σοὶ μέν, ὅτι τοιαῦτα ποιεῖς, ἡμῖν δέ, ὅτι τὸν τοιαῦτα ποιοῦντα περὶ πολλοῦ ποιούμεθα. Τοῖς μὲν οὖν θεοῖς ὅστις ὑβριζομένοις βοηθεῖ, καλῶς ποιεῖ (2). Δοκοῦμεν δέ τι κατ' αὐτὸν τῆς βοηθείας τὸν τρόπον καταβλάπτειν τοὺς θεούς. καὶ ἔστιν ἀκούειν λεγόντων, ὡς ὁ μὲν ἀδικῶν ἐλέγχεται, τοῖς δὲ ἠδικημένοις μείζων νῦν ἡ ζημία. Τοῦτ' οὖν ἔτι μοι λύσας ὅλην ἔκβαλε τῆς ψυχῆς τὴν ἀθυμίαν. Οὐ γὰρ ἂν βουλοίμην τὰ μὲν ὀρθῶς ἡμῖν, τὸ δὲ οὐχ οὕτω πεπρᾶχθαι.

ALEXANDRO.

Onere me per epistolam levasti, graviter ab illis pressum, qui criminabantur, te quidem, quod talia facias, me autem, quod talia te facientem in magno pretio habeam. Qui Diis injuria affectis opem fert, recte utique agit. Videmur autem ipso juvandi modo Diis noxam facere. Sunt, qui dicant, hominem quidem illum injuriae illatae esse convictum, injuria vero affectos majorem nunc facere jacturam. Hoc ubi ex medio sustuleris, omni me dolore liberaveris. Nollem enim alia quidem recte, alia vero secus esse facta.

MCCCLXXVI. ACHRAN-

EP. MCCCLXXIV. (1) In codice scriptum erat τεχνίτιν; quae vox nihili est. Τεχνίτης artifex est, & de *Musico* speciatim adhibetur apud *Laertium* I. 103. ubi vide *Menagium*; tum vero de *histrione* apud *Philostratum* in Vita Apollonii V. 7. p. 193. (2) De παιδοτρίβαις in re Gymnastica lege *Ezech. Spanhemium* ad Aristophanis Nubes v. 969. Interpretes *Aeliani* ad Var. Histor. II. 6. & *Jo. Clericum* ad Aeschinem p. 18. Τῶν παιδοτριβῶν mentio est in Marmoribus Oxoniensibus Parte I. p. 83. Vide nos supra, ad ep 1362. n. 4.

EP. MCCCLXXV. (1) Idem est, ad quem ep. 1345. scripta est, quam cum hac comparabis. (2) Credo itaque, in cujus suspicionem vocatus erat *Alexander*, eo a se erat amolitus, quod, quae fecerit, religionis causa fecerit. Crediderim, hominem in Christianos se injustum & gravem praestitisse.

ACHRANTIO.

Tuo adversus te telo utar. Quomodo enim me putas fuisse adfectum, qui scirem, frequentes te ad fratrem, ad me vero nullas dare literas, quamvis & ego magistratus sim particeps, *Alexandro* copiam ejus mihi faciente, labores quoque eosdem, quos ille, imo etiam plures, quam ille, sustineam? Neque enim, puto, facile erat, abiturum detinere; detinui tamen: & lingua mea plus apud eum, quam frenum, valuit. Tunc itaque multae à te literae veniebant, quae me non latuerunt: me vero nec unica epistola compellare sustinuisti. Tuum itaque legem ipse tuere; & scribe, si quidem non scribere turpe est; si vero hoc non dedecet, non scribentem ne accusato.

MCCCLXXVI. ἈΧΡΑΝΤΊΩι.

Τῷ σῷ κατὰ σοῦ χρήσομαι βέλει. Πῶς γὰρ οἴει με διατεθῆναι τὴν γνώμην πολλάκις μὲν εἰδότα σου πρὸς τὸν ἀδελφὸν γράμματα, σιγὴν δὲ πρὸς ἐμαυτόν; καίτοι κοινωνὸς μὲν ἦν τῆς ἀρχῆς, Ἀλεξάνδρου μοι μεταδόντος, μετεῖχον δὲ πόνων, ὧν ἐκεῖνος, καὶ πλειόνων γε ἢ ἐκεῖνος. Οὐ γὰρ ἦν οἶμαι ῥᾷστον κινούμενον κατασχεῖν, κατεῖχον δὲ ὅμως. καί μου ἡ γλῶττα πρὸς αὐτὸν πλέον ἢ χαλινὸς ἴσχυσε. Τότ' οὖν πολλαὶ μὲν ἦεσαν ἐπιστολαὶ παρά σου. καί με οὐκ ἐλάνθανον. ἐμὲ δὲ οὐδὲ γράμματι προσειπεῖν πώποτε ἐτόλμησας. Ἀνέχου δὴ τοῦ σαυτοῦ νόμου. καὶ εἰ μὲν τὸ μὴ γράφειν κακὸν, γράφε. εἰ δ' οὐδὲν δεινὸν, μὴ κατηγόρει τοῦ μὴ γράφειν.

DATIANO.

Felicissimus est, qui reddit hanc epistolam, sicut illi, qui ad sacra accedunt. Mihi vero nec illud parvi habetur, quod per literas tecum versari possum. Minus quidem hoc est, quam te videre, majus vero, quam silere. Tristior interim sum, longo jam tempore literis tuis non honoratus, non ideo solum, quod omnes eorum, quae gustavimus, cupidi esse solemus, sed & quod saepe hinc inde interrogor: scripsit ne vir praestantissimus, an minus? Si mentiens ego convinci non possem, dicerem utique, literas ad me venisse. Jam vero ostendere eas debebam. Itaque necesse est, ut, quod res est, dicam: non venisse. Hoc vero mihi aeque ac amicis triste accidit. Largire itaque, mihi quidem, quod olim es largitus, *Juliano* autem plura, ut nempe serena eum fronte excipias, ea, quae scire te velit, libenter audias, consilium tuum impertiaris, re ipsa juves, & de adjuto gaudeas. Est vero vir ille dignus, qui choro tuo adscribatur. Tuum autem chorum constituunt, qui mentem habent excultam. Illi enim te admirantur, eosdem vero tu ex parvis magnos facere cupide consuevisti.

MCCCLXXVII. ΔΑΤΙΑΝΩι.

Εὐδαιμονέστατος μὲν ὁ φέρων τὴν ἐπιστολὴν, ὥσπερ εἰς ἱερὰ φοιτῶντες. Ἐμοὶ δὲ οὐδὲ τοῦτο μικρὸν ἡ διὰ γραμμάτων συνουσία. Τοῦ μὲν γὰρ ὁρᾷν, ἧττον. τοῦ δὲ σιγᾷν, βέλτιον. Ἀλγοῦμεν δὲ πολὺν ἤδη χρόνον γράμμασιν οὐ τιμηθέντες, οὐ μόνον ὅτι ὧν ἀγαθῶν γεγεύμεθα, τούτων ἐπιθυμεῖν εἰώθαμεν ἅπαντες, ἀλλ' ὅτι καὶ πολὺ τοῦτό μοι πανταχόθεν τὸ ἐρώτημα. Γέγραφεν ὁ θαυμάσιος, ἢ οὔ; καὶ εἰ μὲν ψευσαμένῳ τὸν ἔλεγχον ἦν διαφυγεῖν, ἔλεγον ἂν γράμματα ἥκειν. Νῦν δ' ἄμφω καὶ δεικνύειν ἀνάγκη. Πολλὴ δὴ οὖν ἀνάγκη τἀληθῆ λέγειν, ὡς οὐχ ἥκει. τοῦτο δ' ἡμῖν τοὺς φίλους μεθ' ἡμῶν λυπεῖ. Χάρισαι τοίνυν ἐμοὶ μὲν, ὃ πρότερον. Ἰουλιανῷ δὲ πολλὰ, τὸ τὸν ἄνδρα ἰδεῖν ἡδέως, τὸ λέγοντος, περὶ ὧν σε εἰδέναι βούλοιτ' ἂν, ἀκοῦσαι προθύμως, τὸ δοῦναι γνώμην, τὸ προσθεῖναι πρᾶξιν, τὸ τυχόντος ἡσθῆναι. Ἔστι δὲ ἀνὴρ ἄξιος, εἰς τὸν σὸν τελεῖν χορόν. χορὸς δὲ σὸς, οἱ παιδείας μετειληφότες, ὑφ' ὧν πάλαι τε θαυμάζῃ, καὶ οὓς ἐκ μικρῶν μεγάλους ποιεῖν εὐφραίνῃ.

MACEDONIO.

Eustochius literas nostras magni te facere nunciavit. Ego vero non habebam, cur *Eustochio* de tuo in me animo fidem non haberem: imo vero ita habebam, ac si ex te ipso id audirem. Tantum illi, de te loquenti, putabam esse tribuendum. Scripsi itaque utrique gratum facturus, &, tibi meas desideranti, & illi, desiderii tui interpreti. Quod si literas nactus laeteris, quodque non ante nactus sis, queraris, eum, qui non jam olim haec mihi suaserit, accusa. Quod enim nunc cum voluptate facio, idem etiam olim fuissem facturus. Tibi interim integrum fuerit, vel accusare *Eustochium*; vel minus. Quod si vero pervulgatum illud vere fiat, tuque philosophiam, quam habes, fulcias, factum hoc tuum multis verbis praedicabitur.

MCCCLXXVIII. ΜΑΚΕΔΟΝΊΩι.

Περὶ πολλοῦ σε ἔφησεν Εὐστόχιος ποιεῖσθαι γράμματα ἡμέτερα λαβεῖν. Ἐγὼ οὐκ εἶχον Εὐστοχίῳ περὶ τῆς σῆς διαπιστῆσαι γνώμης, ἀλλ', ὥσπερ ἂν εἰ σοῦ λέγοντος ἤκουον, ἐπίστευον ἄν. οὕτω τούτῳ, περὶ σοῦ λέγοντι προσέχειν ᾤμην δεῖν. Ἐπέσταλκα τοίνυν ἀμφοτέροις χαριζόμενος, τῷ τε ἐπιθυμοῦντί σοι καὶ τῷ τῆς σῆς ἐπιθυμίας μηνυτῇ. εἰ δὲ τῷ μὲν λαβεῖν ἡσθήσῃ, τῷ δὲ μὴ πάλαι μέμψῃ, τοῦ μὴ πάλαι ταῦτα πείσαντος κατηγόρει. ὡς ἔγω γε ὃ νῦν ἡδέως ποιῶ, καὶ πρότερον ἂν ὁμοίως ἔπραττον. Ἀλλὰ τὸ μὲν Εὐστόχιον αἰτιᾶσθαι ἢ μὴ, σὸν ἂν εἴη. τὸ δὲ θρυλλούμενον εἰ ἔργον γένοιτο, καὶ φιλοσοφίαν ἐν τῇ σαυτοῦ λαβὼν ἱδρύσαις, μακρὸς ἥξει σοι λόγος ἐγκωμιάζων τὸ ἔργον.

MCCCLXXIX. ΕΥΔΑΙΜΟΝΙ.

Καί σοι τῷ πρεσβευτῇ χάρις καὶ τῷ τὸν ὕπνον ἡμῖν ἐπιδόντι, καὶ τῷ φήναντι τὴν γυναῖκα τὴν μεγάλην τε καὶ καλήν, καί σοι πάλιν χάρις, ὅτι ταύτην οἴει τὴν Ὑγίειαν εἶναι. ἀλλ' ὅπως ταύτην γε τὴν ἄνθρωπον μᾶλλον ἢ τὴν θεὸν μὴ ἀφῆτε, πρὶν ἄν μοι συγγένηται καὶ περιχυθῇ, καὶ διὰ παντὸς ἐλθοῦσα μέλους φυγῇ ζημιώσῃ τὴν ἀναιδῆ ποδάγραν. Ἐλπίζω δέ τι πλέον. οὐδὲ γὰρ τὸ νῦν μικρόν. ὃ καὶ αὐτὸ τοῦ θεοῦ τίθεμαι, παρ' οὗ τὴν νύμφην λαμβάνεις. ἤδη γὰρ ὁ ποὺς δύο μοίρας ἀπείληφε τῆς δυνάμεως, ἧς ποτε εἶχεν. αἱ μὲν χεῖρες τῶν Ἠπειρωτῶν (1), τὸ δὲ δῶρον Ἀσκληπιοῦ. πιστεύειν οὖν χρὴ καὶ περὶ τῶν λειπομένων. τοῦτο δὲ εἰ γένοιτο, δραμούμεθα παρὰ τὴν φιλόδωρον θεόν, βεβαιωσάμενοί τε τὸ δοθέν, καί σοι δᾷδα ἅψοντες ἐν τοῖς γάμοις. πρὶν δὲ κομίσασθαι τὸ πᾶν, οὐκ ἀσφαλὲς οἶμαι μείζω τῆς δυνάμεως τολμᾶν.

EUDAEMONI.

Et tibi interpreti gratiam habeo, & illi; qui somnum largitus est, quique feminam illam & egregiam & pulchram videre te fecit. Gratiam porro habeo, quod hanc putas esse Hygieam. Vos vero, feminam hanc minus quam Deam, nolite dimittere ante, quam me conveniat, totumque occupet, & per omnia membra diffusa impudentem podagram in fugam convertat. Spero vero aliquid amplius: nam, quod jam habeo, non parvum est, idque ego Dei, a quo virginem illam accipis, munus interpretor. Pes enim jam duplicem illius roboris, quod olim habebat, partem recepit. Pedes quidem Epirotarum sunt, donum vero est Aesculapii. De reliquis igitur bene etiam sperare oportet. Haec si nobis obtigerint, ad munificam illam Deam properabimus donum illud ratum facturi, tibique lampadem nuptialem accensuri. Ante vero, quam omnia receperimus, tutum non puto tentare, quae vires superant.

MCCCLXXX. ΑΚΑΚΙΩι.

Ἥσθησαν καὶ ἐγέλασαν ἅπαντες οἱ τῆς κωμῳδίας ἀκούσαντες. ἤκουσαν δέ, πλὴν ὀλίγων, πάντες, καὶ οὐδεὶς ἦν, ὃς οὐκ ἂν ἐβουλήθη ποδάγρᾳ κατειλημμένος οὕτως αὐτὴν δύνασθαι κωμῳδεῖν. ἐγὼ δὲ οὐχ, ὡς οἴει, τὸν νόμον (1) ὑπερπήδηκα τῶν ἄρτι δεξαμένων τὴν βασιλίδα (2) ταύτην, ἀλλὰ καὶ σκληρότητα ὁδοῦ, καὶ ὄστρακα, καὶ θέατρον, καὶ θηρείων θέαν, καὶ πάντα μᾶλλον ᾐτιώμην τοῦ κεῖσθαι ἐπὶ κλίνης, ἢ ὅπερ ἦν. Συνεξηπάτηντο δέ μοι καὶ ἰατρῶν (3), ἐν οἷς ἡ ἰατρικὴ πᾶσα. καρπωσάμενος δὲ τὴν ἀπάτην μῆνα ὅλον, καὶ μέλλων εἴσεσθαι, ὅ,τι ἐστί, πάλιν διεκωλύθην ὑπὸ τῶν οὐκ ἀγνοούντων φαίην ἄν, ἀλλ' οὐκ ἐθελόντων ἀνιᾶν. πυκναῖς δὲ αὐτῆς ταῖς εἰσβολαῖς χρωμένης, καὶ δενδροτομούσης, καὶ δηούσης μᾶλλον (4), ἢ οἱ Λάκωνες τὴν Ἀττικὴν (5), ἐνέδωκα καὶ ἀπέδωκα τῷ πάθει τοὔνομα, δεινῆς ἀναισχυντίας ἡγούμενος ἐξελεγχόμενον ἀρνεῖσθαι. Σὺ δ' ἀκούων μηνὶ τετάρτῳ τὰ ὄντα, οἴει παραμεληθῆναι τὸν νόμον. ὁ δὲ λαχὼν τὴν αὐτοῦ μοῖραν οὐκ ἔμελλεν ἀεὶ βιάσεσθαι τὴν ἀλήθειαν. Φθέγξῃ δὲ καὶ αὐ ταὐτά μοι μικρὸν ὕστερον, μᾶλλον δὲ πρὸς μὲν τὸν θεὸν εἴρηταί σοι παραπλήσια, καὶ κέκληται σύμμαχος ἐπὶ ποδάγραν. ἀγροὶ δὲ καὶ ἵπποι καὶ πονηρὸς οἰκέτης οὐχ ὑποδεξάμενος φερόμενον, νῦν μὲν ᾄδεται πρὸς ἡμᾶς, προϊὸν δὲ τὸ ἔτος πάσας αἰτίας ἐξαλείψει, πλὴν μιᾶς. ἡμεῖς δὲ γενόμενοι χοροὶ, ἐσμὲν δὲ πλείους ἢ καθ' ὅσους ὁ Κωμικὸς (6), ὑπό σοι κορυφαίῳ τιμήσομεν ᾠδαῖς τὴν ἐρῶσαν τῶν ποδῶν.

ACACIO.

Laetati sunt & riserunt omnes, qui de comoedia illa audiverunt. Audiverunt autem, si paucos exceperis, omnes, nec ullus erat, qui non optasset ut podagra captus eandem ita agere potuerit. Ego vero minime, quod putas, eorum, qui reginam hanc jam hospitio exceperunt, consuetudinem migravi, verum difficultatem itineris, & lapides, & theatrum, & ludorum spectaculum, & alia denique omnia in causa esse dixi, cur lecto decumberem, quam quod vere in causa erat. Decepti vero etiam mecum sunt Medici, qui Medicam artem egregie callent. Errore porro isto per integrum mensem ductus, tandemque, quid rei esset, edocendus, ab illis iterum, qui non tam ignorarunt rem, quam me contristare nolebant, sum prohibitus. Cum vero frequentiores illa incursiones in me faceret, meque magis, quam Atticam Lacones, depopularetur, & diriperet, acquievi tandem & morbo nomen suum dedi, impudentissimum me arbitratus, si convictus negarem. Jam tu, quarto mense post haec edoctus, consuetum morem neglectum à me esse existimas. Ego vero, sorti huic obnoxius, non poteram veritati semper vim inferre. Tu vero ipse paulo post eadem, quae ego, loqueris, vel potius similia his ad Numen detulisti, idque in auxilium adversus podagram vocasti. Jam quidem agri & equi, & improbus servus, qui portandum non susceperit, apud nos decantantur, annus vero, si processerit, omnes has criminationes, praeter unam illam diluet. Nos vero ubi in chorum aucti fuerimus, sumus autem plures, quam Comicorum ille, te duce hymnis eam, quae pedes amat, celebrabimus.

MCCCLXXXI. U L-

EP. MCCCLXXIX. (1) Nescio quid sibi hac phrasi velit noster, sicut tota fere epistola est aenigmatica.

EP. MCCCLXXX. (1) Illum intelligit morem, secundum quem podagram dissimulant, qui ab ea vexantur. (2) Podagram vult, quod ex sequentibus patebit. (3) Scilicet παῖδες, vel υἱοί. (4) Phrasis est *Thucydidi* familiaris. Sic v. c. lib. III. §. 26. de Peloponnesiis, qui irruptionem in Atticam fecerant, ita: ἐδῄουν τῆς Ἀττικῆς τά, τε πρότερον τετμημένα, καὶ εἴ τι ἐβεβλαστήκει, κ. τ. λ. (5) De Lacedaemoniis, Atticam vastantibus, passim *Thucydides*. (6) Ad chorum alludit, quem Comici & Tragici in scenas suas solent producere.

E P.

ULPIANO.

Ex urbibus alias te ais vidisse, alias autem visurum. Itaque illae quidem te laudant; hae vero eadem felicitate fruentur. Tu vero pravos homines criminis arguere non desine, quamvis fieri non possit, ut qui devorarunt, evomant. Furtum redarguere tuum esse puto: ut vero opibus adfluant, non est tuum. Quod si vero *Eutychianus*, vel alius aliquis coelum sagittis petat, risurum puto Jovem, qui vulnerari non possit.

MCCCLXXXI. ΟΥΛΠΙΑΝΩι.

Τῶν πόλεων τὰς μὲν φὴς ἑωρακέναι, τὰς δὲ μέλλειν. ἐκεῖναι μὲν ἐπαινοῦσιν, αἱ δὲ τὸ ἴσον ἕξουσιν. Ἐλέγχων δὲ τοὺς κακούργους μὴ παύσῃ, κἂν ἀδύνατον ᾖ τοὺς ἐδηδοκότας ἐμέσαι (1). Τὸ μὲν γὰρ οἶμαι σὸν, ὁ τῆς κλοπῆς ἔλεγχος. εἶναι δὲ αὐτοῖς χρήματα, οὐ σόν. Εὐτυχιανὸς δὲ κἂν ἄλλος τις εἰς οὐρανὸν τοξεύῃ, γελᾶν ἀξιῶ τὸν οὐ βαλλόμενον Δία.

EUDAEMONI.

Ramum illum ex sacro templo habeo: ex eo vero nihil amplius commodi habui, nisi Medicorum opem Deo acceptam ferre deceat. Ita vero statuatur, id ratum sit. Haec enim opinio & honesta & tuta est. Ceterum non miratus sum, te *Quirini* obitum doluisse, sed id potius, quod vivere adhuc possis. Nam & ille tibi, & tu illi multum profuisti, vosque vobis invicem eratis omnia. Nos vero obitus illius ita adflixit, ut familiares oportet. Id vero solatio erat, quod multa saepe sim perpessus.

MCCCLXXXII. ΕΥΔΑΙΜΟΝΙ.

Τὸν μὲν ἐκ τοῦ ἱεροῦ θαλλὸν ἔχω. γέγονε δὲ ἀπ' αὐτοῦ μοι πλέον οὐδὲν, πλὴν εἰ τὸ τῶν ἰατρῶν ἔργον δεῖ νομίζειν τοῦ Θεοῦ. καὶ δοκείτω γε οὕτω, καὶ ἔστω. καλὸν γὰρ ἅμα καὶ ἀσφαλὲς ἥδε ἡ δόξα. Κυρίνου δὲ τεθνεῶτος οὐχ ὅτι ἐλυπήθης ἐθαύμασα. ἀλλ' ὅτι ζῆν ἀνέχῃ. πλεῖστα γὰρ σέ τε ἐκεῖνος, σύ τε ἐκεῖνον ὠφέλησας, καὶ ἦτε πάντα ἀλλήλοις. Ἡμᾶς δὲ διέθηκεν οὕτω τὸ συμβὰν, ὡς εἰκὸς τοὺς συνήθεις. παραμυθία δέ τις ὑπῆν, τὸ πολλὰ πολλάκις δεδυστυχῆσθαι.

ACACIO.

Paeanius quidem itineris sui caussam in Praefectum, & caussas forenses refert, quamvis eum veterum deliciarum studium ad vos ducat. Illae vero sunt & tu, & praeclarae dotes tuae. Excipe igitur illum foribus & auditorii & domus tuae apertis, quem tu artis tuae praeceptis tum primis illis tum alteris nutrivisti: tua enim omnino sunt, quae a nobis accepit, sicut mea, quae tibi debet priori. Persuasum itaque mihi habeo, te eum & mensa & publicis recitationibus esse excepturum. Cura vero etiam ut multos habeat, qui ipsius patrocinium quaerant. Ipsi quidem sufficerit tecum versari, & per tempus aliquod ex suavissimo fonte bibere posse. Tuum vero fuerit, alia etiam ratione virum demereri, non quidem, ut argentum sibi comparet, (bono enim sato dives est,) sed, ut, quod est, etiam videatur, Rhetor scilicet esse & alios juvare posse.

MCCCLXXXIII. ΑΚΑΚΙΩι.

Περιίσταται μὲν τὸν ἄρχοντα τῆς ὁδοῦ καὶ τὰς δίκας ὁ Παιάνιος ἡμῖν. Ἄγει δὲ αὐτὸν ἐκεῖσε, παλαιῶν παιδικῶν πόθος. Ταῦτα δέ ἐστι σύ τε, καὶ τὰ ἐν σοὶ καλά. Δέχου τοίνυν ἀναπεπταμέναις ταῖς θύραις, ταῖς τε τοῦ διδασκαλείου, ταῖς τε τῆς οἰκίας, ὃν τοῖς λόγοις ἔθρεψας, καὶ τοῖς πρώτοις, καὶ τοῖς δευτέροις. σὰ γὰρ δήπου καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ὥσπερ ἐμὰ τὰ παρὰ σοῦ τὰ πρῶτα (1). Ὅτι μὲν οὖν καὶ τραπέζῃ καὶ ἐπιδείξει δέξῃ τὸν ἄνδρα, οἶδα. Σκόπει μέντοι κἀκεῖνο, ὅπως πολλοὺς ἕξει τοὺς ἐπ' αὐτὸν καταφεύγοντας (2). τούτῳ μὲν γὰρ ἀρκέσει καὶ τό σοι συγγενέσθαι καὶ τῆς ἡδίστης διὰ χρόνου γεύσασθαι πηγῆς. σοὶ δ' ἂν πρέποι καὶ τῇ ἄλλῃ τὸν ἄνδρα κοσμεῖν, οὐχ ὅπως ἀργύριον λάβοι, πλουτεῖ γὰρ εὖ ποιῶν, ἀλλ' ἵν', ὅπερ ἐστὶ καὶ δοκῇ, ῥήτωρ εἶναι, καὶ δύνασθαι βοηθεῖν.

CLEMATIO.

Nemo tam insulsus, aut barbarus fuerit, quin literas tuas nactus primum quidem laetetur, deinde vero rescribat. Utrumque proinde & ego feci, literasque has ad te mittendas *Eusebio* tradidi. Ille vero non cunctatus est, sed statim quaesivit, qui perferret. Cumque *Titianus* hominem quendam, tuum, ut ajebat, convictorem, cujus nomen non dixerim, re-

MCCCLXXXIV. ΚΛΗΜΑΤΙΩι. (1)

Οὐχ οὕτως ἄτοπός τις ἦν καὶ βάρβαρος, ὥστε γράμματά σου λαβὼν μὴ οὐχὶ πρῶτον μὲν ἡσθῆναι, ἔπειτα δὲ ἀντεπιστεῖλαι. ἀλλ' ἀμφότερά τε ἐποίησα, καὶ δοὺς Εὐσεβίῳ, πέμπειν ἐκέλευον. ὁ δὲ οὐκ ἐβλάκευεν, ἀλλ' εὐθὺς τὸν κομιοῦντα ἐζήτει. καὶ δεικνύντος ἄνθρωπόν τινα Τιτιανοῦ, σὸν, ὡς ἔφασκε, σύντροφον, τοὔνομα

EP. MCCCLXXXI. (1) Eos vult, qui vel ex largitionibus, vel alio injusto lucro opes sibi congesserant.

EP. MCCCLXXXIII. (1) Confer ep. 2384. (2) Caussarum itaque patronum agere constituerat *Paeanius*.

EP. MCCCLXXXIV. (1) In Codice scriptum erat *Lematio*. Scribendum utique est *Clematio*, ad quem plures nostri epistolae exstant. Error ex eo ortus est, quod librarii primam nominis, ab initio occurrentis, literam omittere solent. Alibi ostendimus ipsum hoc *Clematii* nomen eadem ratione exaratum esse, quando alius codex *Clematium* recte dixit.

μα δ' οὐκ ἂν ἔχοιμεν λέγειν, ἔδωκε, δεηθεὶς, μηδενὶ τρόπῳ προδοῦναί μοι τὴν σπουδήν. ὁ δ' οὔτε σύντροφος ἄρα ἦν, οὔτ' ἀνὴρ δίκαιος, πλὴν εἰ τέθνηκεν. οὐκοῦν ἔδωκεν, ὡς ἥκων Εὐτρόπιος ἤγγειλεν, ἀλγεῖν αὐτῷ τὸν θεῖον λέγων, οὐ λαβόντα ἐπιστολὴν, καὶ ταῦτα ὄντα ἐν συμφορᾷ. Ἐγὼ δὲ ἀνεβόησά τε καὶ τὸ βιβλίον (2) παρενεγκὼν παρεῖχον ἀναγινώσκειν ἄμφω, καὶ δοὺς ἀντίγραφα (3), δέομαι πέμπειν ὑμῖν τὴν ἀπολογίαν ἐν αὐτοῖς, ἣν οἶμαι ὑμᾶς ἔχειν. Οὐ γὰρ οὗτός γε, οἷος ἐκεῖνος ὁ θαυμαστὸς σύντροφος. Τὴν μὲν οὖν αἰτίαν οὕτω λύω. Παιανίῳ δὲ, νῦν πρῶτον ἀποδημίας πειρωμένῳ, ποίησον τὴν Παλαιστίνην γλυκεῖαν. Ἔστι δέ σοι ῥᾷστον πανταχόθεν ὄντι μεγάλῳ, καὶ γένους ἕνεκα, καὶ λόγων, καὶ τοῦ λοιποῦ σχήματος. οὗ τὸ μέγιστον ἡ τῶν ἱερῶν προστασία, δι' ἧς τέρπεις μὲν τοὺς θεοὺς, συνέχεις δὲ τὰς πόλεις. Τὸν γοῦν πλείω χρόνον ἐν ναοῖς ἐκεῖνοι καὶ περὶ βωμοὺς ὑφ' ἡγεμόνι σοι, καὶ τυγχάνουσί γε τῶν θεῶν, οὗ μεῖζον οὐκ οἶδα ἔγωγε φυλακτήριον πόλει (4). Διὰ μὲν δὴ ταῦτα, καὶ, ὅ,τι ἂν βουληθῇς, πράττεται (5). τῆς δὲ δυνάμεώς σου ταύτης ἀπολαυσάτω Παιάνιος, περὶ ὃν Ἀκάκιός τε ὁ σοφὸς καὶ ἐγὼ πεπονήκαμεν. Πέπωκε γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ὥσπερ τις ταὐτὸν ὕδωρ, ἐκ κρηνῶν δύο (6). Δοὺς δὲ ἡμῖν τὴν χάριν τὴν αὐτὴν, ἴση καὶ πάσῃ δεδωκὼς τῇ ἡμετέρᾳ πόλει.

repraesentaret, illi dedit, precatus, ne ullo modo studium meum frustraret. Sed ille nec convictor tuus erat, nec vir bonus, nisi forte obierit. Neque enim reddidit, ceu *Eutropius* adventans nunciavit, testatus, patruum suum dolere, quod literas non sit nactus, in ea inprimis, in qua sit, calamitate. Ego vero ad haec clamavi, allatamque epistolam legendam praebui, traditoque ejus exemplo, petii, ut defensionem meam cum illis ad vos mitteret, quam vos habere jam puto. Neque enim talis ille est, qualis mirus tuus ille coalumnus. Crimen itaque hoc ita diluo. Tu vero *Paeanio*, primum nunc iter facienti, Palaestinam suavem esse jubeto. Facile vero id tibi fuerit, qui ubique & generis, & eloquentiae, & reliquae dignitatis nomine sis spectatissimus. Inter haec maxima est sacrorum cura, per quam & Deos colis, & urbes contines. Propterea incolae multum temporis templis & aris, te praeeunte, impendunt, & Deos sibi habent propitios, quo majus ego urbi praesidium non dari posse existimo. Propterea efficere potes, quicquid volueris. Hac itaque potentia tua perfruatur *Paeanius*, cui erudiendo & *Acacius* sapientissimus & ego vacavimus. Ex utroque enim, sicut alius eandem ex duobus fontibus aquam, sua hausit. Gratiam hanc si nobis feceris, eandem toti urbi nostrae es facturus.

MCCCLXXXV. ΚΑΙΣΑΡΙῼ.

Ἢ τοῖς νῦν ἢ τοῖς ἔμπροσθεν ἁμαρτάνεις. Εἰ μὲν γὰρ τὸ ἐπιστέλλειν καλὸν, διὰ τί (1) τοῦτο οὐκ ἐποίεις πρότερον; Εἰ δὲ τὸ μὴ γράφειν, νῦν γεγραφὼς ἀδικεῖς. Βούλει μα τουτὶ τὸ ἄφυκτον λῦσαι; οὐδὲ νῦν αὐτὸς ἐπέσταλκας (2), ἀλλ' ὅσπερ ἠνάγκασεν. ἠνάγκασε δὲ Γερόντιος. ὥστε σὺ τὴν μὲν χεῖρα ἔχρησας, τῇ γνώμῃ δὲ οὐκ ἐπέσταλκας. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν καὶ διὰ σοῦ νῦν ἐπέσταλκεν. σὺ δ' οὔτε πρότερον, οὔτε νῦν. οὕτως οὐδαμοῦ σαυτῷ μάχῃ.

CAESARIO.

Aut nunc, aut antea peccasti. Si enim scribere literas praeclarum est, cur id non antea fecisti? Sin vero non scribere, male agis, qui nunc scripseris. Visne, ut nodum hunc impeditissimum solvam? Tu ne nunc quidem scripsisti, sed qui id facere te coëgit. Coëgit autem *Gerontius*. Itaque tu manum quidem commodasti, ex animi vero sententia non scripsisti: sed ille potius per te scripsit. Tu autem nec nunc, nec ante. Itaque tecum ipse non pugnas.

MCCCLXXXVI. ΣΑΒΙΝῼ.

Εἶδόν σε ἐν τοῖς σοῖς υἱέσι. τοσοῦτον εἰς αὐτοὺς ἐκ τοῦ σώματος ἥκει. ἀλλὰ καὶ ἐγρηγόρασιν, ὥσπερ σύ. καὶ τὸ πονεῖν δὲ σφίσιν οὐκ ἀηδές. Ἃ δὲ ἦν μαθόντας εἰδέναι, νῦν μὲν ἔχουσι μικρὰ, ἴσως δ' ἔσται πολλὰ, Μουσῶν τε καὶ Ἑρμοῦ διδόντων πολύ. Φίλον δέ σε καὶ πρόσθεν μὲν ἡγούμην. οὐ μὴν, οἷόν γε νῦν εὗρον, τοσοῦτον ἤδειν τὸν πλοῦτον, ἀλλ' ἐφάνη πολὺ μείζων ὢν τοῦ δοκοῦντος. οὕτω πολλοὶ μὲν τὼ παῖδε προσῆγον, πολλοὶ δὲ, ὅτι μὴ παρεγένοντο, ἤλγουν. πολλοὶ δὲ πυνθάνονται, τί δρῶσιν. πολλοὶ δὲ συνεύχονται, πάν-

SABINO.

Conspexi te in filiis tuis. Tantum ad eos ex corpore tuo pervenit. Iidem vero, sicut tu, vegetioris sunt indolis: nec labor ipsis est molestus. Quae vero ex literis discere poterant, pauca illa nunc quidem sunt, fortasse ampliora futura, Musis & Mercurio plura impertientibus. Amicum te jam ante quidem habui: neque tamen tantam amoris tui copiam, quantam nunc expertus sum, esse credidi. Jam vero multo major apparuit, quam ante videbatur. Adeo multi fuerunt, qui filios suos ad me adducerent; multi vero etiam doluerunt, quod non ad me venerint: multi etiam quae-

(2) βιβλίον de *epistola* hic adhibetur, quod etiam alias a nostro fieri memini. (3) ἀντίγραφον in plurium numero de exemplo uno, quod alibi jam monuimus. (4) Similia his *Julianus* passim in epistolis suis affert. Vide v. c. ep. VII. (5) διὸ —— πράττεται, in contextu scripta induci jubebat manus recentior, cujus rei caussam adeo non video, ut potius opus illis esse omnino existimem: δυνάμεως enim statim fit mentio, per quam Clematius efficere possit, quae velit. Ceterum mendose legebatur πράττετε. (6) Vide ep. 1383.

EP. MCCCLXXXV. (1) διὰ τί addidi, cum sine eo sensus non constet. (2) In codice erat: ἐπέσταλκεν.

EP.

quaerunt, quid agant, multi bene precantur: omnes vero in universum & illos ad nos propellunt, & nos cohortantur.

DECENTIO.

Euanthius, cui fidem habebam, nunciavit, literis meis te delectari, easque redditas non abjecisse, quod facere illi solent, ad quos frequentes literae perferuntur. Recte igitur facio, alias super aliis literas ad illum, qui libenter accipit, mittens. Praesentem vero hanc ut supplicem accipe pro amico vexato. Audivimus enim, *Evagrium* in jus vocatum esse, & judicio se submisisse, causaque non male acta magistratu excidisse, eaque pecunia mulctatum, quam difficulter solvere possit, qui magistratum suum in opum studium nunquam converterit. Si haec ita habent, tuum utique fuerit, efficere, ut mulcta illa remittatur. Multa vero pro eo dicere potens, si volueris; dicendo enim vales: multa quoque in gratiam ejus facere; si in animum inducas.

JOVINO.

Te quidem insomnes noctes agere inde ab eo die existimo, quo *Evagrius* condemnatus abiit, post abitum vero poenae, Aetna graviori, addictus est. Hoc si ille praescivisset, illam pecuniae summam etiam ter facile solvere potuisset. Magistratus enim plus, quam mercatura, praestant iis, qui pecuniam accipere didicerunt. Hoc vero ille non didicerat. Ita scilicet ab *Olympio* fratre erat institutus. Eum vero etiam nunc laudo. Pauperem esse saepe praestat, quam divitem. Interim non sufficit, te illis, quae acciderunt, contristari, nam hoc & ego, & plures alii faciunt; sed operam quoque dare, ut medela aliqua adferatur. Nostrum enim, qui nihil possumus, est gemere, vos vero, qui multum potestis, & miserari alterius vices & juvare oportet.

SAPRICIO.

Bene ominare de illis, qui Athenis veniunt, & Deos in hominum forma apparere existima, & quicquid ex iis audiveris, tripudiis & plausu excipe. Exploratio enim hominum, laus vero Deorum rebus competit.

SALUSTIO.

Tua ope initium rei fecit *Evagrius*; prius vero hoc a te derivatum posterioribus occasionem praebuit. Tu enim in judicio benevolum te praestitisti, illa vero, quae postea facta sunt, doluisti. precamur te igitur, ut fini opituleris. & forte cedet.

NEBRIDIO.

Magnam indolis tuae admirationem nobis in-

πάντες δὲ ἁπλῶς κἀκείνους κινοῦσι, καὶ ἡμᾶς παρακαλοῦσι.

MCCCLXXXVII. ΔΕΚΕΝΤΙΩι.

Εὐάνθιος, ὃ ἠπιστάμην, ἤγγειλέ μοι, ὅτι μου τοῖς γράμμασιν ἥδοιο. καὶ λαβὼν οὐκ ἔῤῥιψας, ὃ ποιεῖν εἰώθασιν, οἷς πολλαχόθεν ἀφικνεῖται γράμματα. Εἰκὸς οὖν τι ποιῶ πέμπων ἄλλα ἐπ' ἄλλοις τῷ γε ἡδέως λαμβάνοντι. Τὴν δὲ νῦν ἐπιστολὴν ἱκετηρίαν νόμισον ὑπὲρ ἀνδρὸς φίλου πληγέντος. Ἀκούομεν γὰρ, Εὐάγριον αἰτίαν τε ἔχειν, καὶ κρίσιν ὑπομεῖναι, καὶ οὐ κακῶς ἀγωνίσασθαι, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπεσεῖν, καὶ ζημιωθῆναι χρήμασιν, ἃ οὐ ῥᾳδίως ἐκτίσαι τῷ γε οὐκ εἰς πορείαν τὴν ἀρχὴν πεποιημένῳ. Εἰ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχει, σὸν ἂν εἴη τό, τε τῶν χρημάτων ὅπως λυθήσεται, πρᾶξαι. Πολλὰ δ' ἂν εἴποις βουληθεὶς, οἶσθα γὰρ λέγειν καὶ πρᾶξαις δ' ἂν, εἰ προθυμηθείης.

MCCCLXXXVIII. ἸΟΒΙΝΩι.

Ἐγώ σε ἀγρυπνεῖν ἀπ' ἐκείνης νομίζω τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ κρινόμενος μὲν Εὐάγριος ἀπέφυγεν, ἀπελθὼν δὲ ἐβλήθη καταδίκῃ, βαρυτέρᾳ τῆς Αἴτνης, ὃ εἰ προῄδει, κἂν τρὶς τοσαῦτα ῥᾳδίως ἐξέτισεν. Αἱ γὰρ ἀρχαὶ κρείττους τῶν ἐμποριῶν τοῖς ἐπισταμένοις δέχεσθαι. Τοῦτο δὲ οὐκ ἠπίστατο. ἀλλὰ γὰρ ἐπεπαίδευτο ὑπ' Ὀλυμπίου τοῦ ἀδελφοῦ. ἐκεῖνον μὲν οὖν καὶ νῦν ἐπαινῶ. Καὶ γὰρ τὸ πένεσθαι πολλαχοῦ τοῦ πλουτεῖν ἄμεινον. Σὲ δὲ οὐκ ἀρκεῖ τοῖς συμβᾶσιν ἀθυμεῖν, ἐπεὶ τοῦτό γε καὶ ἡμῶν, καὶ πολλῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ ζητεῖν, ὅπως ἔσται τις τούτων λύσις. Τῶν μὲν γὰρ ἀδυνάτων ἡμῶν τὸ στένειν τῶν δ' ἰσχύντων δύναμιν ὑμῶν πρὸς τῷ λυπεῖσθαι τὸ βοηθεῖν.

MCCCLXXXIX. ΣΑΠΡΙΚΙΩι.

Εὐφήμει περὶ τῶν Ἀθήνηθεν, καὶ νόμιζε θεοὺς ἐν ἀνθρώπων εἴδεσι φαίνεσθαι (1). καὶ ὅ,τι ἂν ἀκούσῃς, πήδα καὶ κρότει. Πρέπει (2) γὰρ ἡ μὲν βάσανος τοῖς περὶ τῶν ἀνθρώπων. ὁ δὲ ἔπαινος τοῖς περὶ τῶν δαιμόνων.

MCCCXC. ΣΑΛΟΥΣΤΙΩι.

Καὶ τὰ πρῶτά γε ἦρξεν Εὐάγριος διά σε. καὶ τῶν δευτέρων ἀφορμὴ τὰ πρῶτα τὰ παρά σου. κἀν τῇ κρίσει τὴν εὔνοιαν ἔδειξας. καὶ τοῖς τελευταίοις ἤλγησας. Δεόμεθα δή σου συμμαχήσασθαι τῷ τέλει. καὶ ἴσως εὐδαίμων.

MCCCXCI. ΝΕΒΡΙΔΙΩι. (1)

Μέγα ἡμῖν τῆς σαυτοῦ φύσεως ἐγκατῴκισας θαῦμα, τὰ

EP. MCCCLXXXIX. (1) Ita Lystrenses illi de Paulo & Barnaba *Act.* XIV. 11. οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς. (2) Sic scripsi pro *πρέπει*, quod erat in codice.

EP. MCCCXCI. (1) Lege de *Nebridio Gothofredum* in Prosopographia Codicis Theodosiani p. 374. ubi ipsam hanc nostri epistolam ex codice *Vatic.* excitat.

τὰ μὲν πεπονθόσι, τὰ δὲ ἀκηκοόσιν. Ἀρχὴ γὰρ ἡ μεγάλη μέν σοι παρ' ἡμῖν. ἡ μεγίστη δὲ ἐπὶ τῆς ἑσπέρας. καὶ παραλείπω τὰς πρὸ τούτων, δυνάμει μὲν ἥττους, ἀρετῇ δὲ οὐ χείρους. οὐ μέντοι σιγῇ θαυμάζομεν, ἀλλὰ λέγοντές τε καὶ ἀκούοντες διατελοῦμεν, ἐπιθυμῶν ἕκαστος εἰπεῖν τι πλέον, ἢ ἀκοῦσαι. Ἐμοὶ δὲ ὑπάρχει πρὸς τοῖς κοινοῖς ἀγαθοῖς καὶ τὰς εἰς ἐμαυτὸν διεξιέναι τιμάς, οὕτω μὲν πολλὰς ὡς μικράς, οὕτω δὲ μεγάλας, ὡς ὀλίγας. Ἡγησάμην οὖν τοῖς εἰρημένοις πρέπειν καὶ τὸ ἐπιστέλλειν. καὶ ἴσως ἠδίκουν οὐ πάλαι τοῦτο ποιῶν. ἀλλὰ νῦν γε βελτίων γίνομαι, καὶ γράφω, καὶ αἰτῶ γράμματα. καί, ὡς ἥξει, πιστεύω. Σοῦ τε ἑτοίμως ἔχοντος πρὸς τὰς καλὰς χάριτας καὶ Καλλιγένους τοῦ χρηστοῦ κινοῦντος ἐγγύθεν.

injecisti, alia usu; alia sermonibus edoctis. Dignitas quidem tibi apud nos ampla erat, maxima vero ultimo loco obtigit. Omitto ego alias priores, auctoritate quidem minores, ad virtutem autem probandam non deteriores. Haec itaque non admiramur silentes, sed & praedicare & audire non cessamus: singuli vero laudare, quam audire malunt. Mihi vero praeter communia illa commoda eos, qui mihi a te habiti sunt, honores praedicare licet, qui tam multi sunt, quam parvi, tam ampli vero, quam pauci. Istis, quae dixi, convenire putavi, ut ad te scriberem. Fortasse vero injurius fui, qui non jam pridem id fecerim. Modo vero meliorem mentem induo, atque adeo & scribo, & literas expeto, easque venturas spero, cum & tu ad grata facienda promtus sis, & humanissimus *Calligenes* ex propinquo ad haec cohortetur.

MCCCXCII. ΜΟΔΕΣΤΩι.

Ταῦτά σοι περὶ τούτου γράφω. τέρπεται Παυλῖνος ἐξαπατῶν, καὶ οὔτε πωλεῖν θέλει πάνυ, τε ἐθέλειν λέγει (1). σὺ δ' εἰ μὲν τοῦ ἐλπίζειν ἐπιθυμεῖς, πρόσεχε τοῖς λόγοις. εἰ δ' ἀγρῶν καὶ γῆς, ἔασον ἄνδρα μέχρι ῥημάτων (2) πωλοῦντα.

MODESTO.

Haec tibi de illo scribo. *Paulinus* delectatur, si fallere potest, & vendere non vult, quamvis omnino se velle dicat. Tu vero, si sperare amas, verbis ejus aliquid tribue; sin vero agrorum & terrae cupidus es, missum fac virum, quod ad verba tantum sua vendentem.

MCCCXCIII. ΔΕΚΕΝΤΙΩι.

Πρότερον μὲν ἠκούομεν, ὡς Εὐάγριος μικρὰ ἁμαρτὼν ἐζημίωται μεγάλοις (1). λύσιν δὲ ἡμῶν προσδεχομένων, πρέπουσα γὰρ ἡ ἐλπὶς τῇ βασιλέως πραότητι, πικρότερος ἦλθεν ἄγγελος τοῦ προτέρου, λέγων, ὡς δὴ ἕλκεται καὶ παίεται, καὶ ἔστιν ἐν τοῖς εἰκὸς τῆς ἐν ἀπορίᾳ πολλῇ. τοσοῦτον εἰσπραττόμενος χρυσίον, ὅσον μοι δοκεῖ κἂν τὸν Κροῖσον δακεῖν. Εἰ μὲν οὖν ἦσθα τῶν ἀδυνάτων (2), ἠλγοῦμεν ἂν ὅτι σοὶ δύναμις οὐκ ἔστι. Δυνάμεως δὲ παρούσης, εἰ ῥαθυμήσῃς, ἀλγήσομεν, ὅτι τοῦ τῶν φίλων ἐκπεπτώκαμεν ἀριθμοῦ. Τὸ γὰρ ὅτι τῶν φίλων προκινδυνεύεις βεβόηται.

DECENTIO.

Ante quidem audivimus, *Evagrium* exigua peccantem, gravi mulcta esse adfectum. Postea veniam exspectantibus nobis, (hanc enim spem Imperatoris clementia faciebat,) nuncius priore illo tristior adferebatur, significans, eum vexari nunc & verberari, resque omnes desperatas habere, quandoquidem tantum auri ab eo exigitur, quantum vel Croeso pendere difficile fuerit. Si tu nihil posses, doleremus utique, nullam tibi esse facultatem. Quando vero ea tibi non deest, dolebimus, si negligentior fueris, ideo, quod ex amicorum numero ejectos nos esse existimabimus. Te enim amicorum periculis occurrere solere omnium ore celebratur.

MCCCXCIV. ΙΟΥΛΙΑΝΩι.

Καὶ συγγενής ἐστί μοι Γέμελλος καὶ φίλος, καὶ οὐ καταισχύνει τὸ γένος τῷ τρόπῳ. Εἰ μὲν οὖν χρήματα ἦν αὐτῷ, καὶ οὐσίας μέγεθος, ἐν τοῖς λειτουργοῦσιν ἂν ἦν. μικρῶν δὲ ὄντων ἐκείνων, ἐμοῦ παραινοῦντος, ἧκεν ἐπὶ τοῦτο, ὅθεν ἂν εἴη δάκρυα καὶ δεσμὰ διαφυγεῖν, ἃ τοὺς ἐν πενίᾳ λειτουργοῦντας καταλαμβάνειν εἴωθεν. Εὐτύχημα δὲ αὐτῷ τὸ ὑπὸ τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς ἄρχειν τὴν ἀρχήν. σὺ γὰρ οἶσθα καὶ μισεῖν ἀδικίας, καὶ τιμᾶν ἐπιείκειαν. καίτοι τῶν ἄλλων οἱ πλείους ταπεινόν τι ἡγοῦνται τὴν ἐπιείκειαν, καὶ προπηλακίζουσιν. ἀλλ' οὐ σύ. καὶ γὰρ εὖ γέγονας, καὶ λόγοις ἐτράφης, καὶ τῷ χρηστὸς

JULIANO.

Gemellus & cognatus mihi est, & amicus, idemque generi suo ex moribus & indole non est dedecori. Si pecunia & amplis opibus valeret, munere publico jam pridem fungeretur. Cum vero illae admodum sint exiguae, me suasore, id amplexus est, ex quo lacrymas & vincula subterfugere possit, quae viros, publicis muneribus in paupertate admotos, opprimere consueverunt. Felix vero ille est, quod tuis auspiciis provinciam praesentem administrat. Tu enim injusta odisse, & aequitatem magni facere didicisti. Multi quidem ex aliis aequitatem abjecti animi argumentum interpretantur & vituperant. Tu vero aliter agis. Nam & bene natus es, & literis

EP. MCCCXCII. (1) Scribendum puto λέγει. (2) ῥημάτων scripsi pro χρημάτων, quod est in codice. Simulter veterum aliquis Philosophos quosdam dixit esse ἄνευ τῶν πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν.

EP. MCCCXCIII. (1) Vide ep. 1387. & 1388. (2) ἀδυνάτων scripsi loco Ἀθηνῶν, quod codicem occupaverat. Ἀδύνατος est, *qui nihil potest*. Vide supra ep. 1388. τὸ μὴ τῶν ἀδυνάτων ἡμῶν τὸ εἶναι.

E P.

literis excultus, & de eo potius, quod bonus sis, quam quod multis gentibus fueris praefectus, gloriaris. Expertus hoc didicit Gemellus, &, ut amplius discat, velim, ut pro illis quidem tibi, pro his vero mihi gratiam habeat. Si quid enim ex literis meis jucundius ipsi acciderit, cohortationi meae ampliora haec omnino feret accepta.

χρηστὸς εἶναι μᾶλλον ἢ τῷ πλήθει τῶν ἐθνῶν, οἷς ἐφέστηκας, φιλοτιμῇ. Τούτου γε πεῖραν Γέμελλος ἔχει τε καὶ λαβέτω πλείω, ἵνα τῶν μέν σοι, τῶν δέ ἐμοὶ χάριν εἰδῇ. Αἰ γάρ τινος ἐπὶ τοῖς γράμμασι γεύσηται γλυκυτέρου, οὐκ ἄδηλον, ὅτι τὴν παράκλησιν αἰτιάσεται τοῦ πλείονος.

GERONTIO.

Amici omnes accincti sunt operi, omnique contentione opem ferunt. Norunt enim se amico candido opitulari. Quamvis itaque omnes faciles se praestiterint, *Evanthius* tamen inter ceteros emicuit. Interim cum difficillimo adversario dimicandum nobis fuit, qui opibus ita valeat, ut vel Priamum auro superet. Minervae tamen auspiciis, (sic enim *Rufini* benevolentiam appellare placet,) in fugam eum vertimus, & spes quaedam nobis adfulget. Fas itaque est, ut scribas ad illum, hunc laudans alia, ad alia vero cohortans, teque adeo aliquid posse demonstrans. Hoc enim magis quam alia vere bona admirationi esse intelligo.

MCCCXCV. ΓΕΡΟΝΤΙΩι.

Πάντες οἱ φίλοι κεκίνηνται, καὶ παντὶ σθένει βοηθοῦσιν. ἴσασι γὰρ γενναίῳ βοηθοῦντες φίλῳ. πάντων δὲ ἀγαθῶν γινομένων Εὐάνθιός ἐστιν ὁ λαμπρότατα ἀριστεύων. Καίτοι χαλεπῷ γε συμπεπλέγμεθα πολεμίῳ, χρήμασιν ἰσχυρῷ, καὶ μᾶλλον, ἢ Πρίαμος, πολυχρύσῳ. ἀλλ' ὅμως τῇ ῥοπῇ τῆς Ἀθηνᾶς, οὕτω γάρ μοι καλὸν τὴν Ῥουφίνου καλέσαι προθυμίαν, τροπήν τινα εἰργασάμεθα, καὶ ἐλπὶς ἡμῖν ὑπολάμπει. Δεῖ δή σε τῷ μὲν ἐπιστεῖλαι, τὰ μὲν ἐπαινοῦντα, τὰ δὲ παρακαλοῦντα. ἑαυτὸν δὲ ἐν δυνάμει δεῖξαι. Περὶ γάρ τοι τῶν φύσει καλῶν τοῦτο ὁρῶ θαυμαζόμενον.

DATIANO.

In lacrymis adhuc sumus, audientes, *Evagrium* adversa fortuna etiamnum uti. Utrumque borum facimus, & praeterea scribimus. Tuum vero fuerit, addere tertium, & opere ipso juvare. Impotentiorum enim est petere, potentiorum vero operam praestare. Quod si tu virum illum in magistratu improbum, aut a legibus accusatum expertus es, & ipse odio eum habebis, & idem nos faciemus. Pereat ille, quoniam urbi nostrae dedecori fuit. Sin vero fortunam valde habuit adversam, nihil autem peccavit, (hoc enim, praeterea vero nihil audivimus,) fac, quae fecisti, ex quo aliquid potuisti. Potuisti autem inde a pueris. Quid vero illud? Homines, fluctibus agitatos, a tempestate vindicasti, atque illis quidem salus obtigit, tibi vero illud, ut talia quidem & ad te, & de te ad alios scribere potuerimus. Saeviens itaque mare & nunc compesce. Absit enim, ut quisquam dicat, te voluisse quidem, sed non potuisse. Te enim non voluisse, nemo est, qui dixerit.

MCCCXCVI. ΔΑΤΙΑΝΩι.

Ἔτι δακρύομεν ἀκούοντες Εὐαγρίῳ τὴν χείρω τύχην μένειν. καὶ δύο ταῦτα ποιοῦμεν, καὶ ἐπιστέλλομεν. τὸ τρίτον δὲ σὸν ἤδη, τὸ ἔργῳ βοηθῆσαι. Τῶν μὲν γὰρ ἀδυνατωτέρων τὸ δεῖσθαι, τῶν δὲ δυνατωτέρων αἱ πράξεις. Εἰ μὲν οὖν κακὸν εὗρες ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τὸν ἄνδρα, καὶ μεμφομένους αὐτῷ τοὺς νόμους, αὐτός τε μίσει, καὶ ἡμεῖς σοι ταυτὸ δράσομεν. καὶ ἀπολλύσθω καταισχύνας ἡμῶν τὴν πόλιν. Εἰ δ' ἠτύχηκε μὲν δεινῶς, ἠδίκησε δὲ οὐδέν, (ταυτὶ γὰρ ἀκούομεν καὶ παρὰ ταῦτα οὐδέν.) ποίησον, ὃ πεποίηκας, ἀφ' οὗπερ ἰσχύεις, ἰσχύεις δὲ ἐκ παιδός. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ἐξήρπασας χειμῶνος τοὺς ἐν τοῖς κύμασι φερομένους. καὶ γέγονε τοῖς μὲν ἡ σωτηρία, σοὶ δὲ τὸ ταῦτα ἡμᾶς ἔχειν, καὶ πρὸς σὲ καὶ περὶ σοῦ γράφειν. Κοίμισον δὴ καὶ νῦν τὴν ἀγριαίνουσαν θάλατταν. Μὴ γὰρ εἴποι τις, ὡς βουληθεὶς οὐκ ἐδυνήθης. τὸ γὰρ ὡς οὐκ ἐβουλήθης, οὐκ ἔστιν ὅστις ἂν εἴποι.

SALUSTIO.

Omnes, quotquot huc a vobis adventant, eosdem afferunt nuncios. *Evagrium* scilicet infelicem esse, optimum vero *Salustium* calamitatem hanc averruncare conatum. Haec ab adventantibus ad nos perferuntur, a nobis autem per totam urbem eadem fama diffunditur. Quis enim opem tam ingenue latam tacere, aut ea te mercede privare possit, quam unam accipere didicisti, laudem puto de praeclaris laboribus, & narrationem, qua beneficiis a te adfecti perfunguntur? Fortasse itaque ex hoc tuo studio ille, quem cupis, eventus nascetur. Quod si tamen sinisterior fortuna praevaluerit (mirum tamen fuerit, si praesentem rerum conditionem non viceris) si tamen,

MCCCXCVII. ΣΑΛΟΥΣΤΙΩι.

Πάντες ὅσοι δεῦρο παρ' ὑμῶν ἀφικνοῦνται, τὸν αὐτὸν κομίζουσι λόγον. Εὐάγριον μὲν ἠτυχηκέναι, τὸν ἄριστον δὲ Σαλούστιον λύειν αὐτῷ πειρᾶσθαι τὴν τύχην, καὶ ταυτὸ λέγεται μὲν παρὰ τῶν ἐρχομένων πρὸς ἡμᾶς, χωρεῖ δὲ δι' ἡμῶν εἰς τὴν πόλιν ὁ λόγος. βοήθειαν γὰρ οὕτω γενναίαν τίς ἂν δύναιτο σιγᾷν; καὶ ἀποστερεῖν σε μισθῶν, οὓς μόνους οἶδας λαμβάνειν, ἔπαινον ἐπὶ πόνοις καλοῖς, καὶ τὸ τοὺς εὖ πεπονθότας, ἃ πεπόνθασι, λέγειν. Ἴσως μὲν οὖν ἀπὸ τοιαύτης σπουδῆς γένοιτ' ἄν τι καὶ τέλος, οἷον ἐθέλεις. Εἰ δ' οὖν ἰσχυρότερος ὁ δαίμων εἴη, καίτοι θαυμαστὸν, εἰ μὴ περιέσῃ τοῦ καιροῦ. εἰ δ' οὖν μείζων ὁ κλύδων τῆς τέχνης, ἀλλ'

ἀλλ' ἡμεῖς γέ σου τὴν προαίρεσιν ἀνάγραπτον ἕξομεν.

men, inquam, fluctus hi artem omnem eluserint, nos certe prolixam tuam voluntatem animo inscriptam habebimus.

MCCCXCVIII. ΚΛΕΑΡΧΩ.

Ὅτι σου τὴν ἐπιστολὴν ἀναπετάσας, μῆκος εἶδον ἐν τοῖς γράμμασιν, ᾤμην εὑρήσειν Εὐάγριον παρὰ σοῦ τετυχηκότα βοηθείας, ᾧ βοηθεῖν οὐκ αἰσχρόν. Οὐδεὶς γὰρ αὐτοῦ τὴν γνώμην αἰτιᾶται, πάντες δὲ τὰ ἐφεξῆς (1). Ἀλλ' ὅτι καὶ ταῦτα ἤλπιζον, εἰς ἔργα σου πολλὰ καὶ καλὰ καὶ δεικνῦντα ἀνδρείαν βλέπων. ἀλλ' Εὐάγριος μὲν οὐδαμοῦ τῆς ἐπιστολῆς. πᾶσα δὲ εἰς ἓν τοῦτο ἀνήλωτο τὸ, ἀδικεῖς οὐ γράφων, καὶ γράφε πρὸς θεῶν. Τοῦτο δέ ἐστι δοκοῦντος φιλεῖν οὐ φιλοῦντος, καὶ κατὰ τὴν τραγῳδίαν ὄνομα ἐν τέρπνου (2) παρεχομένου. Μὴ οὖν ἡμᾶς ἐξαπατήσειν οἴου γράμματα αἰτῶν, ὡς δὴ ἡμῶν ἐρῶν, εἰ δὴ καὶ ἡμετέρων γραμμάτων. Ἀλλ' εἰ μὲν λαβὼν τὰ ὅπλα βοηθήσεις, στήσεις καὶ τοῦτο ἐπὶ πολλοῖς τροπαίοις. εἰ δὲ μὴ, τὴν μὲν ἀρετὴν, μεθ' ἧς ἄρχεις, ἐπαινεσόμεθά σου, καὶ τά γε πρὸς τοὺς ἄλλους φίλους. ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς ἐν τοῖς φιλοῦσι μὲν, οὐ μὴν καὶ φιλουμένοις ἔτι, γραψόμεθα.

CLEARCHO.

Cum epistolam tuam explicans ego longam esse perspicerem, intellecturum me putabam, *Evagrium*, quem juvare non turpe sit, opem tuam esse expertum. Nemo enim animum ejus unquam, sed omnes, quae consecuta sunt, culparunt. Haec ego speraveram, facta tua & multa, & praeclara, & fortem animum prodentia, respiciens. At *Evagrii* nulla erat in literis mentio, quae hoc uno absolvebantur: injurius es, qui non scribas, &, scribe, per Deos! Hoc vero est hominis, qui amare videtur, non autem, qui vere amat, sed secundum Tragicum illum jucundo tantum nomine lactat. Noli autem putare, te, literas nostras petentem, nos esse decepturum, quasi nos ames, qui literas nostras desideres. Imo vero, si, sumtis armis, opitulens, etiam hoc multis aliis tropaeis tuis addideris. Sin aliter egeris, virtutem tuam, quam imperio tuo probas, atque ea, quae aliis amicis praestas, laudabimus, nos vero ipsos in amantium quidem, sed nondum amatorum, numerum referemus.

MCCCXCIX. ΚΛΕΑΡΧΩ.

Οὐκ οἶδ' ἥντινα ἐγὼ παρέλιπον εἰς γράμματα ἀφορμήν. εἰ δ' οὐ πολλῶν τούτων ἔτυχον, οὐ τόγε ἐμὸν αἴτιον. τὸ μὲν γὰρ παραπεσούσαις μὴ χρήσασθαι, τοῦ γράψαντος κατηγορία. τὸ δὲ μὴ πολλὰς φανῆναι ταύτας ἢ οὐδενὸς, ἢ παρά τινος ἄλλου του. Σὲ δὲ ἐπαινῶ μὲν, ὅτι οὕτως ἄρχεις. μακαρίζω δὲ τῆς τύχης, ὅτι οὐ λαμβάνεις. Ἥκει γὰρ ἐπὶ τὰ τῆς οἰκουμένης πέρατα τῆς ἀρετῆς ὁ λόγος, ὅτι οὐδείς ἐστιν, ὃς οὐκ ἀλγεῖ πλὴν τῶν ἐχόντων, ὅτι Κλέαρχον οὐκ ἔχει. Ὃ δ' εἶπον πρός σε πολλάκις, ὅτι χρή σου τὰ ἔργα καὶ γραφῇ σωθῆναι, τοῦτο καὶ νῦν παραινῶ. Σωθείη δ' ἂν εἰ τὸ ἀεὶ πραττόμενον εὐθὺς ἐν γράμμασιν εἴη. Τοῦτο δὲ οἶμαι παντός. ἔσται γὰρ ὁ τὸν ἐκ λόγων ἀποδώσων κόσμον, ἐπειδὰν καί σοι τὴν ὀφειλομένην τάξιν ὁ δαίμων ἀποδῷ.

CLEARCHO.

Nescio, quam ego scribendi occasionem praetermiserim. Si vero ego non multas accepi, praeter meam culpam id accidit. Amissis enim frui non potuisse, scriptoris est vitium: non multas vero illas conspici, vel nulli, vel cuicunque rei alii acceptum ferri debet. Ceterum laudo te, qui imperio tam dextre fungeris; felicem vero judico eo fortunae munere, quod largitiones aversaris. Per omnes enim orbis angulos virtus tua celebratur, quae facit, ut nemo non praeter eos, qui te fruuntur, doleat, quod *Clearchum* non habet. Quod vero saepe ad te dixi, res tuas gestas in commentarios ad posteritatis memoriam esse referendas, idem nunc iterum moneo. Earum vero memoria salva fuerit, si, quaecunque agantur, statim consignentur. Hoc vero a quocunque fieri posse puto. Erit enim, qui dicendo eas ornet, quamprimum Numen & tibi debitam dignitatem reddiderit.

MCCCC. ΔΑΤΙΑΝΩ.

Τὴν Πομπηϊανοῦ θυγατέρα προϊὼν ὁ χρόνος ἤγαγεν εἰς ἡλικίαν γάμου, μνηστήρων δὲ μυρίων φανέντων καὶ διὰ πάντων Παιάνιος, ὃς Καλλιοπίᾳ γέγονεν ἐκ τῆς Παιανίου θυγατρός. ἐκεῖνος δὲ υἱὸς Ἡσυχίου τοῦ πάνυ. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων τὰ μὲν πείθει δοῦναι τὴν κόρην, τὸ δὲ καὶ ἀναγκάζει. Πείθει με γένος τε τοῦ νεανίσκου, καὶ λόγοι, καὶ πλοῦτος, καὶ κάλλος. μηδὲ γὰρ τοῦτο ἐν γάμοις ἠμελήσθω. Τὸ δὲ ἀναγκάζον ἐστὶν, ὅτι

DATIANO.

Pompejani filiam procedens tempus ad nubilem aetatem provexit, inter plurimos vero, qui se stiterunt, procos princeps est *Paeanius*, ex *Paeanii* filia *Calliopia* natus, qui ipse praestantissimi *Hesychii* est filius. Huic itaque ut alia multa virginem illam elocare suadent, ita aliquid etiam cogit. Suadent scilicet & genus juvenis, & eruditio, & divitiae, & formae pulchritudo: nam neque haec in nuptiarum negotio parvi habenda est. Cogit vero

EP. MCCCXCVIII. (1) Malim τὰ ἐφεξῆς h. e. ea, quae praeter intentionem Evagrii contigerunt. (2) Post vocem τέρπνου in codice spatium erat vacuum, quod unam vocem capere posset. Crediderim legendum τέρπνον τινά. Locum Tragici, quem indicat, frustra quaesivi. Similis tamen illi est *Euripidis* iste in Oreste v. 454.

Ὄνομα γὰρ, ἔργον δ' οὐκ ἔχουσιν οἱ φίλοι

E P.

vero illud, quod, Numine annuente, virgo haec filium parere debeat. Nihilominus negotium hoc dilatum est, tanquam tuo arbitrio subjiciendum. Neque enim *Pompejanus* sine nutu tuo quicquam eorum, quae certissimam commodorum spem faciant, obtingere sibi velit.

ὅτι χρὴ νὴ Δία (1) παιδίον τρέφειν τὴν κόρην. ἀλλ' ὅμως ἀναβέβληται τὸ ἔργον, τὴν σὴν ἀναμένον γνῶσιν. Οὐδὲ γὰρ τὰ περιδήλως λυσιτελοῦντα, μὴ τοῦ σοῦ νεύματος ἡγησαμένου, δέξαιτ' ἂν αὐτῷ γενέσθαι Πομπηϊανός.

PELAGIO.

Ex literis tuis perspiciens, te more tuo solemnia illa celebrare, vehementer gavisus sum, arbitratus scilicet, tristitiam omnem nunc esse profligatam. Famulum vero de his interrogans & edoctus, tristitiam illam adhuc haerere, culpavi te, qui non conjungenda jungas, luctui simul & festo indulgens. Magis vero culpavi diuturnam tristitiae moram. Ea enim nec foeminam ingenuam, virum autem nullo modo decet. Audi enim, quid de his sentiam. si quem video id in lucro habere, ut aliam uxorem sepeliat, aliam ducat, ille odio mihi est, barbarusque videtur, imo bestia, talis denique, qui lucrum, piratarum illo indignius, quaerat. Hujusmodi hominibus me mala quaevis saepe imprecari memini: imo gavisus sum, quotiescunque illos calamitate oppressos audivi. Moribus itaque tuis luctus hic convenire mihi visus est. Quandoquidem vero dolor longius profertur, laudare te non possum, si vel maxime vellem. Sicut enim boni viri est, sub initium graviter percelli, ita tristitiam ingravescentem fovere, non est hominis liberaliter educati, nec nos, qui ex Musarum choro sumus atque Poëtas, quaeque illi de hominum natura philosophantur, callemus, decet. Haec te ipsum ad alios, in luctu constitutos, saepe puto dissеruisse. Illa vero non ideo puta nos didicisse, ut aliis ea subjiciamus, nobis vero non item; sed ut iisdem remediis & alios & nos ipsos levemus. Si dixeris, velle te quidem cohibere tristitiam, malum autem praevalere, accusandus utique es, qui malo non sis superior. Futurus autem eras, si judicium adhiberes, quo valere jusso lacrymis te dedis. Ostendat itaque robur suum malum illud, cui te devovisti, lacrymaeque, si uxorem tuam ex mortuis excitare posse videantur, nocte dieque copiosae fluant. Si vero tuam conditionem pejorem, eam vero illius non meliorem efficiunt, cur tandem id agis, quod tantum molestum est? Mirabor autem, si tu quidem indigneris, me tecum in rebus meis disputare, Deos vero sua pro arbitrio administrare non patiaris. Nos enim de iis, quae accepimus, gratiam habere oportet, non autem indignari, si, quae dederunt illi, ad ipsos revertuntur. Sin aliter agimus; * ingratos homines imitabimur. Dixeris forte, uxorem optimam te amisisse. Novi hoc: & fuit, qui omnia mihi nunciaret. Tu vero primum quidem

MCCCCI. ΠΕΛΑΓΙΩι.

Εὑρών σε ἐν τοῖς γράμμασι τιμῶντα τοῖς εἰωθόσι τὴν ἑορτὴν, μάλα ἥσθην, σύμβολον τοῦτο ποιούμενος τὸ παυθῆναι τὴν λύπην. Ἐρόμενος δὲ τὸν παῖδα, καὶ γνοὺς ὅτι τὴν λύπην κρατεῖν, ἐμεμψάμην τῶν ἀμίκτων τὴν μῖξιν, εἰ ὁμοῦ πενθοῖς τε καὶ ἑορτάζοις. μᾶλλον δὲ ἐμεμψάμην τῆς ἀθυμίας τὸ μῆκος. ὃ γυναικὸς μὲν ἐστὶν οὐδὲ ταύτης σπουδαίας, ἀνδρὸς δὲ οὐδαμόθεν. Ἐγὼ γὰρ ὡς ἔχω περὶ τούτων, ἄκουε. Ὅταν μέν τινα ἴδω κέρδος ἡγούμενον γυναῖκα τὴν μὲν θάπτειν, τὴν δὲ γαμεῖν, μισῶ τε, καὶ βάρβαρος εἶναί μοι δοκεῖ, καὶ θηρίον, καὶ πόρον ζητεῖν ἀσεβέστερον τῶν καταποντιστῶν (1). καὶ οἶδα τοῖς τοιούτοις καταρασάμενος πολλάκις, ὡς ὅτε γε ἤκουσα πεπλῆχθαι τῇ συμφορᾷ, πάνυ γε ἠγάσθην. Καὶ ἔδοξέ μοι τῷ τρόπῳ σου πρέπειν ὁ θρῆνος. μηκυνομένης δὲ τῆς ἀλγηδόνος οὐκ ἔτι σε δυναίμην (2), οὐδ' εἰ σφόδρα βούλομαι. Ὥσπερ γὰρ τὸ εὐθὺς συνταραχθῆναι χρηστοῦ τινός ἐστιν, οὕτω τὸ τηρεῖν τὴν λύπην ἀκμάζουσαν οὐ πεπαιδευμένου, οὐδ' ἡμῶν ἐκ τοῦ περὶ Μούσας χοροῦ καὶ ποιητῶν γέμον (3), καὶ ὧν ἐκεῖνοι περὶ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως φιλοσοφοῦσιν. ἃ πολλάκις οἶμαί σε πρὸς ἀνθρώπους, ἐν πένθει καθημένους, διεξελθεῖν. καίτοι μὴ νομίζῃς ταῦτα μαθεῖν, ὅπως ἄλλους μὲν ὠφελοῖμεν, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς μηδὲν, ἀλλ' ὅπως τοῖς αὐτοῖς φαρμάκοις καὶ ἄλλον ἢ καὶ αὐτὸν ἰᾶσθαι. Εἰ δὲ φῂς βούλεσθαι μὲν στῆσαι τὴν λύπην, δυνατώτερον δὲ εἶναι τὸ κακὸν, τοῦτ' ἐστὶν ἡ κατηγορία, ὅτι οὐκ αὐτὸς εἶ τοῦ κακοῦ δυνατώτερος. ἦσθα δ' ἂν, εἰ λογισμοῖς συνέζης, νῦν δ' ἐκείνους ἐξελάσας τῷ δακρύειν σύνει. Γενέσθω οὖν ἰσχυρότερον, ᾧ δίδως σαυτὸν πλέον, καὶ εἰ μέν σοι τὰ δάκρυα τὴν γυναῖκα ἀναστήσειν ὑπισχνεῖται, ῥείτω συχνὰ, νύκτα τε καὶ ἡμέραν. Εἰ δὲ τὰ σὰ μὲν χείρω, τἀκείνης δὲ οὐ ποιεῖ βελτίω, διὰ τί πράγματος ἔχῃ ζημιοῦντος μόνον; Θαυμάζω δὲ, εἰ σὺ μὲν ἀγανακτήσεις ἐμοῦ σοι τῶν ἐμῶν ἀμφισβητοῦντος, τοὺς θεοὺς δὲ οὐκ ἐάσεις, ὅπως ἐθέλουσι τὰ αὐτῶν διοικεῖν. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς τοῦ μὲν λαμβάνειν εἰδέναι χάριν, ὅταν δ' εἰς τοὺς δόντας, ἃ δεδώκασιν, ἐπανίῃ, μὴ χαλεπαίνειν. εἰ δὲ μὴ, τοὺς πονηροὺς μιμησόμεθα. * (4) ἀγαθὴν φύσιν, οἶδα. καὶ ἔχοι

EP. MCCCC. (1) In Codice scriptum erat παιδία. Formula νὴ Δία nunc est confirmantis, nunc bene ominantis &c. Pro diverso hoc usu aliud atque aliud verbum est subintelligendum, v. c. ὄμνυμι, μαρτύρομαι, εὔχομαι. Conf. *Lamb. Bos* de Ellipsi Gr. Linguae.

EP. MCCCCI. (1) καταποντισταὶ sunt piratae, qui homines spoliatos in mare etiam dant praecipites. Ita *Isocrates* in Panegyrico καταποντιστὰς τὴν θάλατταν κατέχειν dicit. (2) Necesse est hic verbum aliquod, v. c. ἐπαινεῖν, aut simile excidisse, nisi ἀγασθῆναι antecedens ἀπὸ κοινοῦ repetendum censeas. (3) Legendum puto γενόμενον. (4) In codice lacuna erat, versu integro implenda. Eam, quoad potui in versione expressi.

τὰ πάντα μοι διηγούμενον. ἀλλὰ πρῶτον μὲν κέρδος, ὃν ἀπέλαυσας χρόνον, ἡγοῦ. ἔπειτα μὴ καταγίνωσκε τῆς γῆς, ὡς οὐκέτι τρεφούσης ἀγαθὴν κόρην. ἀλλ' ἴχνευε, καὶ ζήτει, καὶ φανεῖταί τι καλόν. καὶ τὴν μὲν ἔα τοῖς ἡρπακόσιν, αὐτὸς δὲ τῶν λοιπῶν ἐπιμελοῦ, καὶ κτῶ δόξαν τελείαν. Τοῦτο δ' ἂν γένοιτο, εἰ δείξαις τοῖς ἀνθρώποις, ὡς οὐ μόνον σὺ πρᾶος καὶ περὶ τοὺς φίλους πρόθυμος, καὶ διδοὺς ἥδιον ἢ λαμβάνων (5), ἀλλὰ καὶ τύχην οἶδας θορυβοῦσαν ἐνεγκεῖν.

dem tempus illud, quo frui illa tibi licuit, in lucro pone. Deinde ne terram accusa, quasi non amplius bonam virginem nutriat: scrutare potius, inquire, & bona quaedam comparebit; eam vero relinque illis, qui sibi vindicaverint, tu vero res tuas cura, & gloriam tibi perfectam para. Hoc vero fiet, si hominibus testatum feceris, te non solum humanum & in amicos benevolum esse, & libentius dare, quam accipere; sed & fortunam nonnihil adfligentem ferre didicisse.

MCCCCII. ΔΗΜΗΤΡΙΩ.

Ἐκέρδανα, ὅσον ἠγνόησα χρόνον τῆς σῆς οἰκίας τὰ χειμῶνα· ὡς, εὖ ἴσθι, πάλαι γνοὺς, οὐ παραμυθεῖσθαι μᾶλλον ἂν ἐδυνάμην, ἢ τοῦτο τοῦ πρός με ποιήσαντος ἐδεόμην. οὔτε γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς τοῖς σεαυτοῦ μᾶλλον ἢ ἡμεῖς ἥδη, καὶ θάτερα παραπλησίως σέ τε καί ἐμὲ λυπεῖ. χάρις δὲ τοῖς εἰς γαλήνην ὑμᾶς ἐκ κυμάτων κομίσασι θεοῖς, καὶ θυγατρὶ μὲν καὶ υἱεῖ σεσωκόσι τὰς ψυχὰς, σοὶ δ' ἀποδοῦσι τό τε βαδίζειν, καὶ τὸ δύνασθαι φροντίζειν, ἃ τῆς ἑορτῆς ἐστιν. ἡμῖν δὲ τηθὶς ἀπέθανε, καὶ φίλος. Τὸ μὲν οὖν ἐκείνης ἠνέγκαμεν. ἔπειθε γὰρ τὸ γῆρας. ἡ δ' ἀπὸ τοῦ φίλου πληγὴ, πρᾶγμα ἀνίατον. Καὶ γὰρ ἦν οἷος οὔθ' ἡμῖν ἄλλος, οὔτ' ἄλλῳ τῶν ὄντων οὐδείς.

DEMETRIO.

Lucrum mihi fuit, me per tempus aliquod domus tuae calamitatem ignorasse. Scias enim, quod pridem nosti, me non magis tibi solatium adhibere potuisse, quam te ipso id adversus me faciente indiguisse. Neque enim tu rebus tuis prosperis magis, quam nos ipsi, delectaris, illis vero contraria similiter & te & me tristitia afficiunt. Gratia vero sit Diis, qui te ex fluctibus ad tranquillitatem perduxerunt, filiaeque tuae & filio vitam servarunt, tibi denique id largiti sunt, ut prodire & solemnibus illis prospicere possis. Nobis quidem & avia & amicus obierunt. Illius quidem obitum patienter tulimus: id enim suadebat senectus. Vulnus vero ab amici obitu inflictum sanari non potest. Talis enim erat, qualis nec alius in nos, aut quenquam hominum, ullus.

MCCCCIII. ΖΗΝΟΔΩΡΩ.

Κυρῖνον οὔθ' ἧττον, ἢ ἡμεῖς, ᾔδεις, οὔθ' ἧττον, ἢ ἡμεῖς, ἐτίμας. Ἠκολούθει γὰρ, οἶμαι, τῷ τὸν ἄνδρα ἐπίστασθαι καὶ τὸ τιμᾶν. Ἤδη μὲν οὖν ἡ 'κείνου γυνὴ τῆς σῆς εὐνοίας ᾔσθετο, δι' ἣν τῶν ἐχθρῶν οἱ μὲν ἀδικεῖν ἀρξάμενοι διὰ τάχους ἐπαύσαντο, πολλοὶ δὲ ὅλως ἡσύχασαν, οὐ τολμήσαντες ἐπιθέσθαι. τοῦ παιδὸς δὲ αὐτοῦ ταῦτά τε οὐκ εἰδότος, καὶ δεομένου γράψαι πρὸς σὲ περὶ τῶν πραγμάτων φυλακῆς, τὸ μὲν, ὅστις γέγονας εἰς αὐτοὺς, ἐδίδαξα, σὲ δὲ ἀξιῶ προσθεῖναι τῷ δρόμῳ. Δεῖ γὰρ τῷ τὰ ὄντα αὐτοῖς σεσῶσθαι προσγενέσθαι τὸ καὶ τῶν γερῶν Ὁνωράτον μετέχειν, ἃ τῆς μεγάλης ἐστὶ βουλῆς.

ZENODORO.

Quirinum non minus tu quam nos cognitum habebas, nec minus, quam nos, magni faciebas. Cum enim virum nosses, fiebat, puto, ut maximi etiam faceres. Jam quidem uxor ejus benevolentia tua gavisa est, per quam adversariorum quidam, qui aegre facere coeperant, paulo post aegre facere desierunt: multi vero penitus omiserunt, molesti esse non audentes. Filium illorum haec quidem ignorantem, petentem vero, ut de rebus suis tuendis ad te scriberem, docui, qualis tu adversus illos fueris, a te vero peto, ut in eodem curriculo pergas. Praeter ea enim, ut sua illis salva sint, fas est, ut *Honorato* ea obtingat dignitas, quam magna curia confert.

MCCCCIV. ΔΟΜΙΤΙΑΝΩ.

Ἔχεις ὃ ζητῶν διατελεῖς. ἔπαινον πολὺν παρὰ τῶν τὰ σὰ εἰδότων. Ἴσασι δὲ οἱ μὲν ἐκεῖσε ἥκοντες, οἱ δὲ παρ' ἐκείνων ἀκούσαντες. καὶ νῦν οἶμαι πᾶν χωρίον τούτου γέμειν τοῦ λόγου. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἔργοις τὰ τῶν ἄλλων ἐνίκας, τῷ δ' ἔναγχος τούτῳ καὶ τὰ σαυτοῦ. Διηγεῖτο δὲ Λητόϊος οἷον μὲν ἑάλω (1) θηρίον, οἷα δὲ ἐμηχανᾶτο κειμένου, ὡς πολὺ δεινότερα, ὧν πρὶν

DOMITIANO.

Habes nunc, quod perpetuo quaeris: laudem nempe multam ab illis, qui te recte norunt. Norunt autem, tum qui illuc veniunt, tum qui ex illis audiverunt. Nunc vero totam regionem his nunciis esse refertam existimo. Hactenus itaque factis tuis aliorum illa superasti, illo vero, quod nuper actum est, tua ipsius. Narravit praeterea *Letoius*, qualis capta sit fera, & qualia molita sit judicio

(5) Ita Dominus noster, teste S. Paulo *Actor.* XX. 35. μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν; quod a Clemente epist. 1. ad *Corinth.* §. 2. ita exprimitur: μᾶλλον (MS. Alexandrin. ἥδιον) διδόντες ἢ λαμβάνοντες. Confer eruditissimi *Fabricii* nostri Codicem Apocryphum N. T. Tom. I. p. 322. & sqq.

EP. MCCCCIV. (1) ἥλωκα & ἑάλωκα, ἧλων & ἑάλων, ex verbo ἁλίσκω formam quidem activam, sed notionem passivam habere constat. Exempla idonea & copiosa attulit *Budaeus* in Commentariis Graecae linguae p. 2.

EP.

dicio subjecta, quod scilicet versutius, quam nondum capta, egerit, quodque dolose omnia, quae ad Euphratem acta sunt, revocata fuissent, nisi tu ex scintilla flammam nasci prohibuisses. Hujus auxilii partem maximam ad se pervenisse idem ajebat, gratiamque ideo habebat, & habet & habebit, nec tempus ullum a beneficentia tua celebranda eum avocabit. Idem vero & nos in te laudando socios habebit, qui & beneficii, illi praestiti, partem cepimus. Amici enim sumus, non videmur. Perge igitur, & , quod superest laboris, eadem arte perfice. Praeclara praeclara excipiant, & ab initio ad finem eandem mentem faciant testatam.

ARISTONI.

Haec vere festa sunt gaudia, si ita res vestrae fluant, ut consuetudinem festi observare possitis. Vos itaque semper dona in festi honorem mittite, & consuetudinis hujus custodes ex vobis ipsis relinquite. Ceterum tunicula illa & vestis à vobis allata jucundissimae rei indicium mihi habetur. Quae enim a bonis veniunt, ea pro talibus haberi oportet. Itaque accepi, nihil deliberans, quamvis talibus muneribus alias fores claudam. Nunc vero domo domum veniunt: &, non accepisse, idem foret, ac mea ipsius aversari. Propterea non accepi solum, sed, postquam accepi, praedicavi, edocturus omnes, placere mihi, quaecunque vobis allubescant.

PHILAGRIO.

Vituperium illud tuum copiosum columbas, quas misi, non tangit: ex alis enim illud redarguitur. Tu vero ex bonis illis non bonas verbis facis, ut scilicet pro avibus malis malum equum misisse nobis videaris. At ego non culpo equum. Divinum potius munus esse existimo, jamque & Pegasum & Bucephalum admirari desino. Totam urbem is & pulchritudine & incessu suo in se convertit, & alii super aliis veniebant, eum visuri. Hinc appellari equus coepit miraculum. Exspecta itaque venatorum adventantium copiam, qui tales canum loco sibi fore, atque hujus similes, si tibi persuaserint, datum iri sperant.

PELAGIO.

Quem inveni thesaurum, eum & tuum esse velim. Est vero non aurum, sed, quod auro multum praestat, vir cordatus, quique pericula pro amicis suscepta festo quovis jucundiora putans loquitur, agit, iterque & terra & mari suscipit; non, ut opes amplificet, sed, ut praeclari aliquid in amici gratiam faciat. Eum nobis melior fortuna per nuptias dedit, eique urbem nostram filios educaturam esse spero. Dedit vero etiam vobis per bona illa,

πεὶν ἁλῶναι ἔδρα. καὶ ὅτι πάντα ἂν ὑπὸ τῆς δόλου κατηνέχθη τὰ περὶ τὸν Εὐφράτην, εἰ μὴ σὺ τὸν σπινθῆρα διακώλυσας μὴ γενέσθαι φλόγα. Καὶ ταύτης τῆς βοηθείας πλεῖστον αὐτὸς ἔφασκεν ἀπολελαυκέναι, καὶ ᾔδει χάριν καὶ ἔχει, καὶ σχήσει, καὶ χρόνος αὐτὸν οὐδεὶς παύσει τὴν εὐεργεσίαν ᾄδοντα. Κοινωνὸς δὲ καὶ ἡμᾶς ἕξει τοῦ ᾄσματος, οἳ δὴ καὶ ὧν οὗ πέπονθε κεκοινωνήκαμεν. Ἐσμὲν γὰρ, οὐ δοκοῦμεν φίλοι. Ἴθι δὴ καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ἄθλου μετὰ τῆς αὐτῆς ἐπιστήμης ἄνυε. καὶ καλὰ καλοῖς ἀκολουθείτω καὶ φαινέσθω μιᾶς γνώμης ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος.

MCCCCV. ἈΡΙΣΤΩΝΙ.

Τοῦτ' ἔστιν ὡς ἀληθῶς ἑορτὴ, τὸ οὕτως πράττειν ὑμᾶς, ὥστ' ἔχειν πείθεσθαι τῷ νόμῳ τῆς ἑορτῆς. Ὑμεῖς τε οὖν ἀεὶ πέμπετε δῶρα (1) τὴν ἑορτὴν τιμῶντα, καὶ φύλακας ἐξ ὑμῶν αὐτῶν καταλίποιτε τοῦ νόμου. χρηστὸν δὲ ποιοῦμαι σύμβολον τὸ παρ' ὑμῶν ἧκόν μοι χιτωνίσκιον (2) καὶ ἱμάτιον. Ἐκ γὰρ ἀγαθῶν ἥκοντα τοιαῦτα ἂν δήπου καὶ παρέχοι προσδοκᾶν. Ἐδεξάμην δὲ οὐδὲν βουλευσάμενος, καίτοι κέκλεικα τοῖς τοιούτοις τὰς θύρας. Ἀλλὰ νῦν οἴκοθεν οἴκαδε (3), καὶ τὸ μὴ λαβεῖν ἴσον ἦν τῷ τἀμαυτοῦ με φυγεῖν. ὅθεν οὐκ ἔλαβον μόνον, ἀλλὰ καὶ λαβὼν ἐκήρυξα, πάντας εἰδέναι βουλόμενος, ὡς ἀρέσκει μοι πᾶν ὅ, τι ἂν ὑμῖν δοκῇ.

MCCCCVI. ΦΙΛΑΓΡΙΩι.

Ὁ ψόγος οὗτος ὁ πολὺς οὐδὲν ἅπτεται τῶν περιστερῶν ὧν ἔπεμψα. τῷ πτερῷ γὰρ ὁ ψόγος ἐλέγχεται. σὺ δ' ἡμῖν τὰς καλὰς τῷ λόγῳ ποιεῖς οὐ καλάς. ἵνα δοκῇς ἀντὶ φαύλων ὀρνίθων ἵππον ἀπεσταλκέναι φαῦλον, ἀλλ' ἔγωγε οὐ κατηγορῶ τοῦ πώλου. δαιμόνιον μὲν οὖν τὸ κτῆμα ἡγοῦμαι καὶ πέπαυμαι θαυμάζων Πήγασον καὶ Βουκέφαλον. Ἐπιστρέψας δὲ τὴν πόλιν πρὸς αὐτὸν τῇ τε ὥρᾳ καὶ τῇ βαδίσει, καὶ ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις ᾖεσαν ὀψόμενοι. καὶ ὄνομα ἐγένετο τῷ ἵππῳ θαῦμα. Ἔλπιζε δὴ πλῆθος ἀφίξεσθαί σοι θηρατῶν, οἰομένων αὐτοῖς ἀντὶ κυνῶν ἔσεσθαι. τοὺς τοῦδε δὲ ἀδελφοὺς, εἴ σε πείσαιεν, ἀποδόσθαι.

MCCCCVII. ΠΕΛΑΓΙΩι.

Ὃν εὕρημα θησαυρὸν, κοινὸν πρὸς σὲ ποιοῦμαι. Ἔστι δὲ οὐ χρυσὸς, ὃ δὲ χρυσοῦ πολλῷ βέλτιον, ἀνὴρ σπουδαῖος, τοὺς ὑπὲρ φίλων κινδύνους, ἑορτῆς ἥδιον ἄγων, καὶ λέγων, καὶ πράττων. καὶ βαδίζων καὶ πλέων. οὐχ ὅπως εἰς πλοῦτον ἐπιδοίη, ἀλλ' ὅπως τι φίλῳ καταπράξειε μέγα. Τοῦτον ἡμῖν ἀγαθὴ τύχη διὰ γάμου δέδωκε, καὶ οἶμαι παῖδας αὐτῷ θρέψειν τὴν ἡμετέραν. Δέ-

EP. MCCCCV. (1) Kalendas Januarias putem hoc festi nomine intelligi. Eas enim solemnes Romanis, atque eorum exemplo Graecis postea fuisse, missisque invicem muneribus decoraras constat. Argumentum hoc non ita pridem erudite prosecutus est *Jo. Baptista Ursatus* in Ephemeridibus Literariis Venetis Tom. XXXV. p. 81. sqq. (2) Ita in codice. Forsasse scribendum χιτώνιον vel χιτωνάριον. Ita enim *Pollux* VII. 45. χιτὼν δ' ἐρεῖς, χιτωνίσκος, χιτώνιον, ἱμάτιον. Conf. ibid. §. 49. (3) De hac phrasi alibi in his diximus.

Δέδωκα δὲ καὶ ὑμῖν διὰ τῶν ἀπὸ τοῦ γάμου κτημάτων. Ἀνάγκη γὰρ τὴν ἐκεῖ καρπούμενον γῆν χρῆσθαι ὑμῖν, τὰ μὲν εὖ πάσχοντα, τὰ δὲ εὖ ποιοῦντα. γνωρίζεις οἷς εἶπον τὸν ἄνδρα. Δῆλον γὰρ, ὡς ἐδέξατο καὶ Κύρος (1) Εὐανθίου τὸ κλέος. Τούτου σοι μεταδίδωμι τοῦ κέρδους, καὶ παραινῶ φιλεῖν μὲν καὶ πρὶν ἰδεῖν τὸν ἄνδρα. εὔχεσθαι δὲ πᾶσι τοῖς θεοῖς καὶ συνουσίας τῆσδε ἀπολαῦσαι.

MCCCCVIII. ἸΟΥΛΙΩι.

Παρόντα μέν σε τὰ μὲν ἔπειθον, τὰ δὲ ἠνάγκαζον τοὺς ὑπὲρ λόγων ὑπομένειν πόνους. Νῦν δὲ τὸ δεύτερον μὲν οὐκ ἂν δυναίμην πρὸς ἀπόντα ποιεῖν. προτρέπω τέ (1) σοι μέγιστον νομίζειν τὴν ἀγαθῶν παιδείαν, καὶ μηδὲν βαρὺ τῶν ἐπὶ ταύτην ἀγόντων. Τοῦτο δ' ἂν ποιοῖς, εἰ περιφέροις ἐν τῇ ψυχῇ (2) τὴν αἰτίαν, ἀφ' ἧς ὁ πατήρ σοι καὶ ἄρχει, καὶ μετὰ θαύματος. Ταυτὶ μὲν γὰρ οὐ πολλὴν περιουσίαν, οὐχ ὥραν σώματος, οὐκ εὐγένειαν εὑρήσεις αὐτῷ δεδωκυῖαν, ἀλλ' ὄντα ἀμφότερα δῶρα τῶν λόγων.

MCCCCIX. ΣΚΥΛΑΚΙΩι.

Ἐξ αὐτῶν ἡμῖν ἥκει τῶν βασιλείων Εὐάνθιος, ἀνὴρ πλεῖστα μὲν πιστευθεὶς ὑπ' ἐκείνης τῆς ψυχῆς, ἣ πάντας ἐξέπληξε, πλεῖστα δὲ κεκινδυνευκὼς ὑπὲρ τῶν ἐκείνῳ δοκούντων. Ἀδικηθεὶς δὲ ὕστερον οὐχ ὑπ' ἐκείνου, μὴ γὰρ τοῦτό ποτε φθεγξαίμην, ἀλλ' ὅστις καὶ τὴν ἄλλην ἤνεγκεν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ μέμψιν, καὶ τοῦτο ἐπαύσατο. Εὐάνθιος δὲ τὸν μὲν αἰτιᾶται, τὸν δὲ ἐπαινῶν οὐ παύεται, καὶ ταῦτα ἐν τιμαῖς ὢν παρὰ τοῖς νῦν κρατοῦσιν. ἀλλὰ τιμῶν μὲν ἀπολαύουσι πολλοὶ, τὸ δ' εἰκότως ἐν ὀλίγοις. Εὐάνθιος δὲ κἂν στεφανωθείη δικαίως, ἀρετῆς ἕνεκα τῆς εἰς φίλους. τούτῳ γὰρ οὐ κρημνὸς, οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐκ ἄλλο οὐδὲν φοβερὸν, οὗ δεῖ φίλῳ τι βοηθοῦντα παθεῖν. Εἰ μὲν οὖν μὴ πᾶσα ἦν ἀνάγκη τρέχειν ὡς τοὺς βασιλέας, αὐτὸς ἂν ἐνετύγχανέ σοι. νῦν δ' ἔχεις ἀντ' ἐκείνου τὸν ἀδελφὸν ἐκείνου, τόν τε προαίρεσιν θαυμάζοντα τ' ἀδελφοῦ καὶ μιμούμενον. Γίνου δὴ φίλος ἀμφοτέροις, τῷ μὲν παρόντι, τῷ δὲ ἀπόντι διὰ τὸν εἰς τὸν παρόντα.

MCCCCX. ΔΟΜΝΙΝΩι.

Ὑμέτερον μὲν τῶν τὰς δυνάμεις ἐχόντων τὸ εὖ ποιεῖν, ἡμῶν δέ γε τῶν εὖ παθόντων, τὸ μὴ σιγᾷν τὰς χάριτας. Νῦν οὖν, ὅτῳ ἂν ἐντύχωμεν, κἂν σφόδρα ἐπείγηται, κατέχοντες διηγούμεθα, ὅτι Δομνῖνος ἐκεῖνος ὁ γενναῖος Βάττου τοῦδε τὸν οἶκον τὸν μικρὸν πολεμούμενον διέσωσε. καὶ ἔστιν ἐλπὶς αὐτὸν ἀπὸ τῆσδε τῆς βοηθείας ἔσεσθαι μέγαν. οἱ δ' ὅταν ἀκούσωσιν, ἐπαινέσας ἕκαστος ἀπῆλθεν. Τοῦτο δέ ἐστιν, εἶναί σοι ταῦτα, ὑπὲρ ὧν πο-

Illa, quae ex nuptiis his accepit. Necesse enim est, ut, qui ex regione vestra fructum capit, talem se in vos praebeat, ut hinc bonis fruatur, hinc bene faciat. Ex his, quae dixi, jam nosti virum. Procul dubio enim & Cyrus *Euanthii* nomen celebrat. Hujus lucri te facio participem, teque hortor, ut ames virum ante, quam videas, votaque apud Deos omnes facias, ut consuetudine ejus perfruaris.

JULIO.

Praesentem te ad operam in literis collocandam hinc suadendo, hinc cogendo adduxi. Jam vero posterius ad absentem facere non potero. Moneo vero te, ut eruditionem bonorum praestantissimum esse censeas, nec quicquam eorum, quae huc faciunt, grave putes. Hoc autem feceris, si in animo habeas causam, qua factum est, ut Pater tuus & magistratu fungatur, & ita quidem, ut aliis sit admirationi. Illud enim non amplas opes, non corporis formam, non generis nobilitatem ipsi dedisse, sed utrumque literarum munus esse, intelliges.

SCYLACIO.

Euanthius ex ipsa regia ad nos venit, vir, cujus fidei maxima quaeque commissa sunt ab eo, qui omnes sui admiratione implevit, quique multa pericula pro iis, quae illi consulta videbantur, subiit. Injuria vero deinde adfectus est non ab illo quidem, hoc enim nunquam dixerim, sed idem ille, qui & aliam eo tempore querendi occasionem praebuit, etiam hoc fecit. *Euanthius* vero hunc quidem accusat, illum vero laudare non cessat, idque, quando magni fit ab Imperatoribus. Jam multi quidem honoribus fruuntur, sed pauci ex merito. *Euanthius* autem jure merito ob ea, quae amicis praestitit, coronetur. Ille enim nec a praecipitio, nec ab igne, nec a ferro, nec a quacunque re alia sibi timet, quam subire in amici gratiam oporteat. Nisi igitur ad Reges proficisci necesse haberet, ipse te salutaret: jam autem fratrem ejus pro ipso habes, qui fratris animum admiratur & imitatur. Amicus itaque sis utrique, huic quidem praesenti, illi autem per ea, quae praesenti huic feceris, absenti.

DOMNINO.

Vestrum quidem, qui facultate polletis, illud est, ut bene aliis faciatis, nostrum vero, quibus bene fit, ut beneficia non taceamus. Modo igitur, in quemcunque incidemus etiam festinantem, cum detinentes docemus, *Domninum* illum eximium *Batti* hujus domum exiguam, ab aliis oppugnatam, salvam praestitisse, spemque esse, ut idem ex auxilio hoc praestito magnus evadat. Illi vero, his auditis, rem laudantes singuli abeunt. Hoc vero facio ideo, ut ea, ob quae laboras, accipias. Ne-

EP. MCCCCVII. (1) κύρος in Cod. instar nominis appellativi scriptum erat. Non dubium tamen est, urbis Cyri nomen esse, de qua alibi in his diximus.

EP. MCCCCVIII. (1) Malim *ὦ*. (2) S. Paulus περιφέροντες ἐν τῷ σώματι 2 Cor. IV. 10.

E P.

Neque enim aurum tu respicis, sed laudes amas, quas etiam causarum patronum agens, ceteris undiquaque lucrum captantibus, consectabaris. Eandem itaque mentem serva, atque illis, quae ibi feceris, *Battum* nobis hoc loco facito illustriorem.

ARISTONI.

Numenius hic ex iis est, qui Deorum cultui operantur. Id modo quidem non magnum est, quandoquidem per leges licet. Ille autem etiam tunc, quando periculosum id videbatur, & poenae obnoxium, Diis litabat, magis sibi timens a negligentia in Divorum cultu, quam a morte ex hujus studio timenda. Hujus pietatis merces illi est & incolumitas, & bonorum virorum benevolentia. Inter hos tu nobis emines, qui proborum agmen ducas. Propterea *Numenius* nunc vexatus, te respicit, & tua ope jus suum obtinere cupit. Tu quidem in causae cognitione facies, quod res ipsa jusserit; neque tamen dubito, te in ceteris humanitatem ipsi tum mea scribentis, tum multo magis Deorum causa, esse testaturum.

EUTHALIO.

Et me cultu te prosequi, & te amare me nemo ignorat. Si quando igitur tua indigent ope, statim eam per me consequi conantur, hinc certissime persuasi, me ipsos non esse aversaturum, hinc vero credentes, te ea daturum, quae petentem accipere fas sit. Ex his nunc est *Athanasius*; dolens quidem, quod modo aere tuo liberare se nequeat, Deos vero precatus, ut quam citissime possit, exiguam denique moram sibi expetens, quam olim te sibi fecisse, nunc vero denegare queritur. Ego quidem nugari eum putabam, qui existimaret, quicquam se apud eum effecturum, qui non amplius id vellet, quod ante voluerat. Tu enim unus ut prius, ita & posterius in manibus habes. Velim itaque, ut omnibus aliis sublatis, beneficium tuum omnibus numeris absolutum redditurus, aliquot dierum spatium homini nunc inopi largiaris. Tunc enim hominem justum deprehendes, & tua fortasse recipies. Taceo, parum tibi esse honorificum, si, qui beneficiis tuis olim cumulatus est, a te adflictus nunc gemat, atque adeo tantum auxilium tristi exitu perdatur.

GERONTIO.

Idem, qui tropaeum statuit, omnis acti certaminis rationes tibi exponet. Certamen vero voco & tropaeum, quod cum multis adversariis congressi sumus, quorum alii generis nobilitate, alii agrorum copia, alii vero auro nitebantur. Porro alii facultatem sperabant, alii jam habebant. His tamen omnibus linguam suam belli dux opposuit. *Euanthius* enim

πῶς. οὐ γὰρ εἰς χρυσόν γε σὺ βλέπεις, ἀλλ' ἐπαίνοις ἐρᾷς. ὃ καὶ, ἡνίκα τοῖς δικαζομένοις παρίστασο, ἐζήτεις, ἑτέρων πανταχόθεν ἀξιούντων κερδαίνειν. Ἔχου δὴ τῆς αὐτῆς γνώμης, καὶ διὰ τῶν ἐκεῖ πραττομένων φαιδρὸν ἡμῖν ἐνταῦθα δεῖξον Βάττον.

MCCCCXI. ἈΡΙΣΤΩΝΙ.

Νουμήνιος (1) οὑτοσὶ τῶν περὶ θεοὺς ἐστὶ διατριβόντων. καὶ τὸ μὲν νῦν οὐ μέγα. ἔξεστι γάρ. ὁ δὲ, καὶ ἡνίκα δεινὸν τοῦτο ἐδόκει, καὶ ἐπέκειτο δίκη, καὶ τότε ἦν ἐν τῷ θύειν, μᾶλλον φοβούμενος τὴν περὶ τοὺς κρείττους ἀμέλειαν, ἢ τὸν διὰ τὴν ἐπιμέλειαν θάνατον. Γίνεται δὲ αὐτῷ τῆς εὐσεβείας μισθὸς, ἥ τε σωτηρίας καὶ ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν εὔνοια. Σὺ δ' ἄριστος ἡμῖν, καὶ τοῦ χοροῦ τῶν χρηστῶν κορυφαῖος. Διὰ τοῦτο Νουμήνιος εἰς σέ τι ἀδικούμενος εἶδε, καὶ διὰ σοῦ τῶν δικαίων δεῖται τυχεῖν. Σὺ δ' ἐν μὲν τῇ γνώσει τοῖς πράγμασιν ἀκολουθήσεις, τῆς δ' ἄλλης αὐτὸν φιλανθρωπίας καὶ τοῦ γράψαντος ἕνεκα, καὶ πολὺ πλέον τῶν θεῶν, οὐκ ἄδηλον ὡς ἀξιώσεις.

MCCCCXII. ἘΥΘΑΛΙΩι.

Οὔτ' ἐγώ σε τιμῶν, οὔτε σύ με φιλῶν τοὺς ἀνθρώπους λελήθαμεν, εὐθὺς οὖν ὅτε (1) τί σου δέονται, δι' ἐμοῦ πειρῶνται τυγχάνειν, τὸ μὲν ἀκριβῶς εἰδότες ὡς οὐκ ἂν αὐτοὺς ἀπωσαίμην, σὲ δὲ οἰόμενοι δώσειν, ἃ δεῖ λαβεῖν τὸν αἰτοῦντα τὴν χάριν. Τούτων εἷς Ἀθανάσιος γίνεται, λυπούμενος μὲν, ὅτι μὴ νῦν δύναται διαλῦσαι τὸ χρέος, εὐχόμενος δὲ τοῖς θεοῖς, ὡς τάχιστα δυνηθῆναι, μικρὰν δὲ ἀναβολὴν αἰτῶν, ἣν δόντα σε πρότερον νῦν φησιν ἀφαιρεῖσθαι. Ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν ἡγησάμην φλυαρίας, εἰ οἴεται ἰσχυρόν τι αὐτῷ εἶναι πρὸς τὸν οὐκέτι βουλόμενον τὸ βεβουλῆσθαι ἤδη. Σὺ γὰρ δήπου κύριος ὥσπερ ἐκείνου καὶ τοῦ δευτέρου. πάντα δὲ (2) περικόψας καθαρὰν ἐπαγγέλλω χάριν δοῦναί σε τῷ νῦν στενάζοντι χρημάτων, ἀριθμόν τινα ἡμερῶν, ἀφ' ὧν αὐτὸν ὀψὲ δίκαιον δεῖν ὁ μικρὰ τήμερον κομιῇ τὰ σαυτοῦ ἴσως. ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνο μέντοι καλὸν, τὸν εὖ παθόντα ὑπό σου ζῆν ἀγχόμενον (3)· καὶ τοσαύτην ἐπιεικείαν βλαβῆναι λυπηρῷ τέλει.

MCCCCXIII. ΓΕΡΟΝΤΙΩι.

Αὐτὸς ὁ στήσας τὸ τρόπαιον ἀπαγγελεῖ σοι τὰ περὶ τοὺς ἀγῶνας. καλῶ δὲ ἀγῶνας καὶ τρόπαιον, ὅτι δὴ πολλοῖς συνεπλάκημεν ἀντιπάλοις, ὧν οἱ μὲν ἐθάρρουν γένει, οἱ δὲ πλήθει γῆς, οἱ δὲ χρυσῷ. τοῖς δὲ ἠλπίζετο δύναμις, ἄλλοις δὲ ἤδη παρῆν. ἀλλ' ὅμως πᾶσι τούτοις ἐπαφῆκε τὴν αὐτοῦ γλῶτταν ὁ στρατηγός. Ἐστρατ-

EP. MCCCCXI. (1) Νουμῖνος in codice; alibi rectius Νουμήνιος. Vide ep. 1177.

EP. MCCCCXII. (1) ὅτε scripsi pro ὅτι, quod erat in codice. (2) Malim δή. Quae sequuntur, a librario male ex parte habita videntur. Sensum tamen in versione expressisse me puto. (3) Ita creditor ille durior ἔπνιγε debitorem *Matth.* XVIII. 28.

E P.

Ἐστρατήγει γὰρ Εὐάνθιος (1), ἡμεῖς δὲ εἱπόμεθα, καὶ ἦν ὅμοιος τῷ Διομήδει, ὃν ὅμοιον ἔφησεν Ὅμηρος χειμάῤῥῳ (2). καὶ μήτοι νομίσης τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν γενέσθαι τὸν πόνον. ἅπαντα γὰρ οὗτος ὁ χρόνος ἓν τοῦτο εἶχε ποιοῦντα. καί σοι μὲν Ἥρας διδούσης ὁ γάμος, ἡμῖν δὲ γεγένηται φίλος. Παρὸν γὰρ ἐκεῖ φοιτᾷν τοὺς φάσκοντας εἶναι φίλους, καὶ παιδεύεσθαι, ὡς ἀληθῶς εἶεν φίλοι, ἔδραμεν ὡς τὸν ἄρχοντα, πάλιν ὡς ἐμέ. πάλιν ὡς Ὀλύμπιον, ἀναζητῆσαι τῷ θείῳ. τὸν μὲν εὗρεν, τὸν δὲ οὐχ εὗρεν. καὶ τοῦθ᾽ ὃ χθὲς ἐμέμψατο, τήμερον ἐπῄνεσεν. ἐπήγειρε τὸν ἄρχοντα ἡμῶν, ἐπετίμησεν, ἠπείλησεν, ἂν διδῷ, ἀδελφὸν ἐκείνου προσέλαβεν ὑποσχέσει. πάντα κινήσας, πάντα μηχανησάμενος ἀφῖκταί σοι, κρηπῖδα τῷ ἔργῳ βαλόμενος. εἶχον τι περὶ τοῦ γέροντος εἰπεῖν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ γέλωτα οὐκ ἂν δέξαιτο τὸ βιβλίον (3), δεῖ δὲ σὺν γέλωτι μεμνῆσθαι Θεοδώρου, δίδωμι τὴν διήγησιν Εὐανθίῳ, καὶ λεγέτω γελῶν.

enim ducebat copias, nos vero sequebamur. Similis ille erat *Diomedi*, quem *Homerus* fluvio similem ait fuisse. Noli vero credere, laborem hunc trium quatuorve dierum spatio esse confectum. Omne enim illud tempus hoc unum vidit agentem. Atque hinc tibi quidem, Junone propitia, nuptiae, nobis autem amicus obtigit. Cum enim ad eum ire potuissent, qui amicos se esse dicunt, & discere, quomodo vere amici esse debeant, hic Praefectum primum, deinde me adiit, porro *Olympium*, ut cum patruo consilia conferret. Atque illum quidem, non item hunc invenit, idemque, quod heri culpaverat, hodie probabat. Praefectum itaque excitavit, objurgavit, comminatus est, si daret, fratremque ejus in auxilium promissis vocavit. Hic itaque omnem lapidem movens, & omnia molitus, venit ad te jacto operis omnis fundamento. Poteram aliquid de sene illo dicere. Quoniam vero literae hae risum non admittunt, *Theodori* autem cum risu meminisse oportet, *Euanthio* totius rei narrationem commisi. Ille itaque rem ridens exponat.

MCCCCXIV. ῬΟΥΦΙΝῼ.

Σχεδόν τι τὰ τρία ἠπιστάμην. καὶ ὅτι βαρύνῃ τῷ μὴ τοὺς φίλους ὁρᾷν, καὶ ὅτι σοι πόνος τῶν πραγμάτων τὸ πλῆθος, καὶ ὡς ἐν προσδοκίᾳ τοῦ χρηστόν τι μηνύσειν εἴης. γενναῖος τε γὰρ ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀγαθοὺς ἡγεῖται, καὶ ἀμυνόμενος ἐπέρχεται. Διὸ δεῖ πιστεύειν, ὅτι τὴν Περσῶν ἀρχὴν ἢ τρώσας ἢ ἐκκόψας ἐπάνεισι. Ταῦτ᾽ οὖν ἐννοῶν παντὶ σθένει καὶ αὐτὸς τὰ παρὰ σαυτοῦ συνείσφερε, καὶ φέρε τὰ παρόντα μετρίως τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι.

RUFINO.

Tria illa ex parte sciebam, te scilicet aegre ferre, quod amicos non videas, porro negotiorum multitudinem tibi esse molestam, denique vero occasionem jucundi aliquid mihi nunciandi exspectare. Generosus enim est Imperator, & fortes ducit, & ad ulciscendos hostes expeditionem hanc suscepit. Credere itaque fas est, cum imperio Persarum vel male mulctato, vel exciso, esse reversurum. Haec tu expendens omni animi contentione & ipse tua confer, & laeta futurorum exspectatione praesentia moderate ferenda existima.

MCCCCXV. ΜΑΞΙΜῼ.

Τοῖς Πομπηϊανοῦ παισὶν προσαγόντων μοι Νικήτην τουτονὶ σὺν πολλοῖς ἐγκωμίοις οὐκ εἶχον ἀπιστῆσαι. πάντα δὲ ἐπαινοῦντες αὐτοῦ μόνην ἔψεγον τὴν τύχην, ἣ πολλῶν αὐτὸν ἐξέβαλε χρημάτων. Ἐγὼ οὖν καὶ διὰ τοῦτο ἐπέστειλα, ὅπως τὰ δι᾽ ἐκείνης λυπηρὰ τῇ παρὰ σοῦ κουφισθείη προνοίᾳ.

MAXIMO.

Pompejani filiis, *Nicetam* hunc ad me cum multis encomiis adducentibus, fidem non potui non habere. Illi scilicet, omnia ejus laudantes, unam culpabant fortunam, quae multis cum opibus spoliavit. Propterea ad te scripsi, ut, quae inde tristia illi acciderunt, tua cura leventur.

MCCCCXVI. ΠΟΜΠΗΪΑΝῼ.

Ἅ μοι περὶ τῶν σῶν ἔδοξεν υἱέων, ἤκουσάν τε παρ᾽ ἐμοῦ, καὶ διδάξουσί σε. Πατρὸς δὲ οὐδὲν εἶναι δεῖ κυριώτερον. Πραττέσθω δὴ τὸ φαινόμενόν σοι συμφέρειν. ὡς ἡμᾶς τε τῷ μὲν ἡσθησομένους, τὸ δὲ οὐ μεμψομένους.

POMPEIANO.

Quae de filiis tuis mihi visa sunt, ea & audierunt illi ex me, & tibi nunciabunt. Patre vero nihil debet esse potius. Ea igitur fiant, quae tibi consulta videbuntur: ut nos quidem de altero gaudeamus, alterum vero non culpemus.

MCCCCXVII. ΚΥΡΙΝῼ.

Ὅτι μὲν εἶχον ἐν ἐπιμελείᾳ καὶ πρότερον τὸν ἀδελφὸν, αὐτὸς μαρτυρεῖς. πῶς δ᾽ οὐκ ἔμελλον ὑπὸ σοῦ τε παρα-

QUIRINO.

Fratrem etiam ante curae meae commendatum me habuisse, ipse testaris. Quomodo vero id

EP. MCCCCXIII. (1) Vide supra ep. 1395. (2) *Homerus* Iliad. ε. v. 87.
Θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς
Χειμάῤῥῳ.
(3) βιβλίον h. l. literas iterum significat, ut paulo ante, ep. 1384.

id facturus non eram in eum, qui a te mihi sit commendatus, dignusque a te non minore, quam filius, cura habitus. Quod si etiam ante neglectus a me fuisset, adhibito tamen praesenti remedio factum est, ut eum omnibus aliis praeferam. Ego enim, quicquid tu dixeris, id praestare illis puto, quae ab alio scribantur. Interim scriptum quoque à te aliquod desiderabam. Desiderium vero hoc apud me excitavit egregium illud perorandi certamen, quod vix apertum postea clausisti, & in te ipsum, & in orationem, & in me injurius. Injurius vero etiam in me est *Honoratus*, furari nolens, cum tamen sciat, Mercurium, praesidem suum, idem facere didicisse. Alioquin enim jam pridem vanam te clavem fecisset. Quemadmodum itaque parvum aliquid nihilo praestat sitientibus, ita literae ad me missae majoris jacturam solantur. Fratrem itaque tuum, tanquam illarum causam, beneficium mihi contulisse existimo, quod & rependam. Hoc vero denuo literas tuas mihi pariet. Qui enim tam prolixe eum mihi commendasti, idem laudare me non gravaberis, si superioribus illis nova addidero. Ad haec vero *Petronius* te permoveat, nec silere te patiatur. Neque enim argentum tam copiosum unquam miserit, ut literis tuis non multo inferius a me existimetur.

ARISTOPHANI.

Juvenis ille nunc venit, & peroraturus, & lucrum facturus. Tu vero cura, ut utrumque possit; pacta rata esse jubens, & honorans eum, qui primus tibi, ut Praefecto, literas adfert.

DEMETRIO.

Ego vero etiam ideo operam do, ut expedita sit via, ut sit, qui literas tuas ad me semper perferre possit. Adeo literis tuis nihil mihi praestantius est, quam, si te ipsum, & vultum tuum, vocemque tuam excipiam. Haec quidem animo mihi nunc repraesento: velim vero & vultum tuum videre, & vocem audire.

DEMETRIO.

Ulpiani hic est familiaris, pater vero nobis familiarium. Postquam ille in foro suam dicendi facultatem probavit, lege nunc prohibetur. Cum vero Praefectus existimaret, in urbium commodum illis, qui hic tacuerunt, utendum esse, alio is ablegatus vestram urbem praetulit, non tam, meo quidem judicio, maris causa, aut, quod urbs vestra & ampla & elegans est, quam quod literarum amantes, & bonos, & in peregrinos faciles habet. Ille itaque contentiones vobis dirimet, eos, qui de longis & multis itineris ambagibus magnisque sumtibus inter se contenderint, absolvens. Tu vero amando eum alios vince: nam & ipse te ceteris praeferet omnibus. Tu quidem orationes ejus, ubi causas aget, tuas vero *Macedonius* saepius audiet.

παραδεδομένον καὶ φροντίδος ἀξιούμενον οὐκ ἐλάττονος, ἢ ὁ παῖς. Εἰ δὲ καὶ τῆς λίαν ἦν ἀπημελημένον, ἀλλὰ τοῦτό γε νῦν φαρμάκῳ πάντως ἄν με περὶ τῶν ἄλλων ἄγειν αὐτὸν ἐποίησεν. Ἐγὼ γὰρ, ὅ,τι μὲν φθέγξαιο, τοῦτο τῶν ἄλλων γεγραμμένων ἡγοῦμαι κάλλιον. Ἐπεθύμουν δὲ καὶ γεγραμμένον τι παρά σου λαβεῖν. τὴν δ' ἐπιθυμίαν ὁ γενναῖος ἡμῖν ἐκεῖνος ἐνεποίησεν ἀγὼν, ὃν δείξας ἔπειτα κατέκλεισας, ἀδικῶν σαυτόν τε, καὶ τὸν λόγον, καὶ ἐμέ. Ἀδικεῖ δέ με καὶ Ὀνωράτος, οὐκ ἐθέλων κλέπτειν, καὶ ταῦτα εἰδὼς τὸν αὑτοῦ προστάτην τὸν Ἑρμῆν, καὶ τοῦτο εἰδότα. Πάλαι γὰρ ἄν σοι κατέστησε ματαίαν τὴν κλεῖν. Ὥσπερ δ' ἐν τοῖς διψῶσι τὸ μικρὸν τοῦ μηδενὸς βέλτιον, οὕτως ἐμοὶ τὸ γράμμα τὸ νῦν καὶ παραμυθία τοῦ πλείονος. Τὸν δὲ τούτων αἴτιον ἀδελφὸν εὐεργέτην τε ἡγοῦμαι, καὶ ἀμείψομαι. τοῦτο δέ μοι πάλιν κομιεῖ γράμματα σά. Ὁ γὰρ προθύμως οὕτω παρακαλέσας οὐκ ὀκνήσει τὸν προσθέντα τοῖς ἤδη γενομένοις ἐπαινέσαι. Πρὸς ταῦτα Πετρώνιος κινείτω σε, καὶ μὴ ἐπιτρεπέτω σιγᾷν. ὡς οὐχ οὕτω πέμψει πολὺν ἄργυρον, ὃς οὐκ ἐλάττων κληθήσεται τῶν παρὰ σοῦ γραμμάτων.

MCCCCXVIII. ἈΡΙΣΤΟΦΑΝΕΙ.

Ὁ μὲν νεανίσκος ἥκει καὶ λέξων, καὶ κερδανῶν. Σὺ δ' ὅπως ἄμφω δυνήσεται, σκόπει. τάς τε συνθήκας βεβαιῶν, καὶ τιμῶν τὸν πρῶτον ἄρχοντί σοι κομίσαντα γράμματα.

MCCCCXIX. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Ἀλλ' ἔγωγε καὶ διὰ τοῦτο σπεύδω λείας τε γενέσθαι τὴν ὁδὸν, ὥσθ' ἡμῖν τὸν ἀεὶ κομίζοντα γράμματα εἶναι. ὡς ἐμοὶ τῶν παρά σου γραμμάτων ἓν μόνον κάλλιον αὐτός σὺ καὶ ἡ σὴ μορφὴ, καὶ ἡ σὴ φωνή. ἃ νῦν μὲν ἀναπλάττω τῇ ψυχῇ, βουλοίμην δ' ἂν τὴν μὲν ἰδεῖν, τῆς δὲ ἀκοῦσαι.

MCCCCXX. ΔΗΜΗΤΡΙΩι.

Οὐλπιανοῦ μὲν οὗτος ἑταῖρος, πατὴρ δὲ ἡμετέρων ἑταίρων. δείξας δὲ ἐν δικαστηρίοις ῥώμην, τῷ νόμῳ πέπαυται νῦν. Τοῦ δὲ ἄρχοντος οἰηθέντος δεῖν ὑπὲρ τῶν πόλεων τοῖς σεσιγηκόσι χρήσασθαι, πεμπόμενος ἄλλοσε πρῶτον τὴν ὑμετέραν, οὐ τῆς θαλάττης, ἐμοὶ δοκεῖν ἕνεκα μᾶλλον, οὐδὲ τοῦ μεγάλην τε ὑμῖν καὶ καλὴν εἶναι τὴν πόλιν, ἀλλ' ὅτι φιλολόγοι τε καὶ χρηστοὶ καὶ πρὸς τοὺς ξένους ἥμεροι. Οὗτος μὲν ἐν ὑμῖν τὰς ἀμφισβητήσεις λύσει, τῆς τῆς πορείας μακρᾶς καὶ πολλῶν κύκλων καὶ μεγάλων ἀναλωμάτων τοὺς ἐγκαλοῦντας ἀλλήλοις ἀπαλλάττων. Σὺ δ' ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν φιλίᾳ τοὺς ἄλλους πάρελθε, καὶ γὰρ οὗτος σε περὶ τῶν ἄλλων θήσεται. ὄψει δὲ σὺ μὲν τοὺς τοῦδε λόγους ὅταν δικάζῃ, τοὺς δὲ σοὺς Μακεδόνιος πολλαχοῦ.

MCCCCXXI. a. ΕΥΣΤΟΛΙΩι.

Μόλις ἐκίνησα πρὸς τὴν ὁδὸν τουτουσὶ τοὺς νεανίσκους. Τὸ γὰρ μήπω ῥίζας αὐτοῖς περὶ τὸ βῆμα γεγονέναι, παρέχειν (1) ὄκνον. Ἕως μὲν οὖν τὰ ἄλλα διεξῄειν, οὐκ εἶχον πείθειν, ὡς τοῦ μένειν τὸ βαδίζειν ἄμεινον. Προσθεὶς δὲ τὸν καλὸν Εὐστόλιον, καὶ τὸ ὡς ἕξουσιν εἰς αὐτὸν καταφεύγειν, καλῶς τε παραινεῖν ἔδοξα. καὶ ἀποπηδήσαντες ἵππους, εὐθὺς περιτρέχοντες, ἐζήτουν. Ἐν σοὶ δὴ καὶ τὸ ἐμὲ δόξαι τὰ βέλτιστα συμβεβουλευκέναι καὶ τὸ ἐκείνους πεισθῆναι καλῶς. Ἂν μὲν γὰρ εὕρωσιν, ἅπερ ἠλπίσαμεν, νοῦν ἔχοντες ἐπιδειχθησόμεθα. Ἂν δ' ἡ νεότης αὐτῶν ὑπεροφθῇ, τοὺς ἐσομένους ἐννόει μοι λόγους.

EUSTOLIO.

Vix ac ne vix quidem juvenes hos ad iter faciendum permovi. Quandoquidem enim nondum fori fecerunt periculum, tergiversabantur. Alia itaque omnia dicendo persecutus, persuadere illis non poteram, ut crederent, praestare, se proficisci, quam hic manere. Cum vero optimum *Eustolium* ceteris argumentis adderem, tanquam ad quem confugere possent, optima suasisse visus sum. Statim itaque abeuntes & hinc inde currentes equos quaerebant. Per te itaque stat, ut & ego optima suasisse, & illi recte audientes fuisse videantur. Quod si enim ea, quae speravimus, invenerint, prudentes nos videbimur. Sin juventus eorum vilipendatur, cogita, qui futuri mihi sint sermones.

MCCCCXXI. b. ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΩι.

Ἤκουσεν ὁ ἄρχων, ἃ ἦν εἰκὸς παρ' ἐμοῦ περὶ σοῦ. κἂν ἴδῃ τὴν περὶ τὸ σῶμα τύχην, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἀφήσει. καὶ τἄλλα δὲ αὐτὸν ἐλπίζω πρᾳότατον ἔσεσθαί σοι. μᾶλλον δὲ, κἂν ἐνδείξηταί τι χαλεπὸν, εἰς ἐκεῖνο προϊὼν ἥξει. Θυμοῦται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν πραγμάτων, διαλλάττεται δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως. Ἐκεῖνο μὲν οὖν οὐκ ἄνευ τοῦ φοβεῖσθαι φιλοῦντες προσεπέμψατε, καὶ γὰρ ἐν ἡμῖν ἄμφω ταῦτα ἐμπεποίηκε. Παρ' ὧν δὲ λήψῃ τὴν ἐπιστολὴν, τεχνήματά ἐστιν ἐμὰ, λέγειν μὲν ἐπιστάμενοι, γνῶσι δὲ (1) χρῄζουσι βοηθῶν, ὡς ἂν ὄντες ἐπὶ τῆς βαλβῖδος (2) ἔτι. Σὲ δὲ πλείω δεῖ τῶν ἄλλων εἰσφέροντα φανῆναι, τὸ τοῦ παιδὸς ἐνθυμούμενον, ὃς τούτοις ἐγένετο ὁμόσκηνος. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ παῖς ὅπως θεραπεύσῃ τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ χοροῦ φροντιζέτω. τούτων γάρ ἐμοὶ μισθοὺς οὔποτε δώσει μείζονας.

MARCELLINO.

Audivit Praefectus, quae ex me de te audire fas erat. Si ille viderit, quomodo corpus tibi sit adfectum, non poterit non veniam facere. Eundem vero etiam in ceteris facilem tibi futurum spero: vel potius, si morosiorem se praestiterit, pedetentim ad alterum illud progredietur. Ex negotiorum enim mole morosior est, quem indoles sua faciliorem reddit. Hoc itaque, cum non sine timore amantes missum facite: utrumque enim etiam adversus nos fecit. Ceterum a quibus hanc epistolam accipies, illi artis meae sunt alumni, dicendi quidem periti, sed adjutoribus indigentes, cum in carceribus adhuc sint constituti. Te vero plura, quam alios, in eos conferre oportet, filii tui, qui illis contubernalis fuit, memorem. At idem ille filius de ornandis ordinis sui hominibus laboret. Nunquam enim majus mihi praemium rependere poterit.

MCCCCXXII. ΣΩΠΑΤΡΩι.

Οἴκοθεν οἴκαδε οὗτοι οἱ νέοι, παρ' ἐμοῦ παρὰ σέ. Πιστεύω οὖν, ὡς, ὧν ἔτυχον ἂν ἐμοῦ παρόντος, ἐν τούτοις ἔσονται διὰ σοῦ. Εἰ γὰρ κοινὰ συγγενῶν (1), ποίει οὖν ὅπως ἥδιστά σοι προσίασι. τοῦτο δὲ ἔσται, ἂν προσιόντων μὲν δῆλος ᾖς χαίρων, ὀκνοῦσι δὲ ἐγκαλῇς.

SOPATRO.

Domo domum veniunt hi juvenes, a me scilicet ad vos. Credo igitur, eosdem, quae a me praesente erant habituri, ea per te esse consecuturos. Omnia enim cognatorum sunt communia. Fac itaque, ut libentissime ad te accedant. Hoc vero fiet, si adventantibus gaudere te testeris, verecundantes autem objurges.

MCCCCXXIII. ΥΠΕΡΕΧΙΩι.

Ἐπῄνουν τὸν πατέρα σου πρὸς τὸν ἄριστον Ἐκδίκιον, καὶ ἅμα προκαλούμενος εἰπεῖν ἃ φρονεῖ. ὁ δὲ μακρῷ ἤλεγξε τοὺς παρ' ἐμοῦ λόγους τοῖς παρ' αὐτοῦ. Τοσαῦτα περί τε τῆς ἀπραγμοσύνης αὐτοῦ, καὶ τοῦ τῶν τρόπων καθαροῦ διεξῆλθεν, ἅτε καὶ τοῦ καθημένου βίου μᾶλλον ἔμπειρος ὤν. Ἐγὼ οὖν τότε μνησθεὶς ἀπῆλθον. μετὰ ταῦτα δὲ ἐν ἱερῷ δεομένου μου περὶ τῶν υἱέων τῶν αὐτοῦ,

HYPERECHIO.

Patrem tuum apud optimum *Ecdicium* laudavi, invitans simul, ut quae de illo sentiret, exponeret. Ille vero sermonibus suis meos illos inferiores fecit. Tam praeclara ille de liberali ejus otio morumque candore dixit, qui, & ipse vitae, quae agi solet, usum habeat. Ego vero facta hac mentione tunc abibam. Postea in fano pro filiis suis me precato Teucrumque per se promtum incitante, habebis hoc,

EP. MCCCCXXI. a. (1) Malim παρέχει.

EP. MCCCCXXI. b. (1) Corrupta haec sunt. legerim, χρῄζουσι τοῦ βοηθοῦ sine voce γνῶσι, nisi γνώσει legere velis. (2) Vide *Valesium* ad Harpocrationem p. 29.

EP. MCCCCXXII. (1) Alludit ad proverbium: κοινὰ τὰ τῶν φίλων.

E P.

hoc, dicebam, nihilque nos favoris in eos omittemus: te vero in filium meum, qui apud vos commoratur, non deteriorem esse oportet. Perspiciebat ille, quem vellem, subjunctoque nomine alterius Patris loco tibi se futurum ajebat. Literas praeterea poscebat, ego vero dabam. Jam ille quidem effecta haec dabit: tuum vero erit ea, quae fecerit, me docere. Illum enim, quae dederit, tacere, te vero, quae acceperis, non tacere decuerit.

αὐτοῦ, καὶ τὸν Τεῦκρον ὀτρύνοντος σπεύδοντα καὶ αὐτὸν (1). Ταυτὶ μὲν, ἔφην, ἔχει σοι καλῶς, καὶ οὐδὲν ἐλλείψομεν προθυμίας. Δεῖ δὲ καί σε μὴ χείρω γενέσθαι περὶ τὸν ἐμὸν υἱόν. οἰκεῖ δὲ οὗτος παρ' ὑμῖν. εἶδεν ὃν λέγω, καὶ προσέθηκα τοὔνομα, καὶ ἔφησεν ἕτερος πατὴρ ἔσεσθαί σοι. καὶ γράμματα ὁ μὲν ᾔτησεν, ἐγὼ δὲ ἔδωκα. Τὰ μὲν οὖν ἔργα ἔσται παρ' ἐκείνου. Σὲ δὲ δεῖ τὸν διδάσκοντα εἶναι. Τῷ μὲν γὰρ, ἃ δίδωσι, σιγᾷν, σοὶ δὲ μὴ σιγᾷν, ἃ λαμβάνεις, πρέπει.

ALEXANDRO.

MCCCCXXIV. ἈΛΕΞΑΝΔΡῼ.

Quamvis abieris a nobis, compellari tamen a nobis non effugisti: nam nec mihi tranquillo esse licuit. Ita & hodie à consuetis recitationibus reversus, & ad fores delatus, a juvene quodam & duabus vetulis oppressus sum. Lacrymabantur tres illi, & ad genua provoluti orbitati paupertatique suae succurrere me volebant. Consistebam ego, audiebam, lacrymabar, petentibusque literas has dedi, meum esse arbitratus, te cohortari, ut cohibeas illos, qui pro potentia sua jam longo tempore illos affligunt. Tu itaque hominem, qui per decem jam annos jus fasque elusit, odio prosecutus, eos vero, qui jure suo potiri non potuerunt, miseratus, ostende, id, quod olim licebat, nunc esse prohibitum.

Ἀλλ' εἰ καὶ ἀπῆρας παρ' ἡμῶν, τόγε ἐνοχλεῖσθαι παρ' ἡμῶν οὐ διέφυγες. ἐπειδὴ οὐδὲ αὐτὸς ἀναπαύλης ἐδυνήθην τυχεῖν. Τήμερον γοῦν ἀναστρέφων ἐκ τῶν συνήθων διατριβῶν, ὡς ἐγενόμην πρὸς ταῖς θύραις, ὑπὸ νέου τινὸς, καὶ δυοῖν γρᾳδίοιν ἐθηρεύθην. ἔκλαον δὲ οἱ τρεῖς. καὶ πρὸς τὰ γόνατα προσπεσόντες ἐδέοντο βοηθεῖν ὀρφανίᾳ τε καὶ πενίᾳ. ἔστην καὶ ἤκουσα, καὶ ἐδάκρυσα, καὶ γράμματα αἰτοῦσιν ἔδωκα, νομίζων ἐμαυτῷ προσήκειν παρακαλεῖν σε, πρὸς τὸ παύειν τοὺς διὰ δύναμιν πολὺν ἀδικοῦντας χρόνον. Τόν τε οὖν ἔτη δέκα τὴν δίκην ἐκκρούσαντα μισήσας, καὶ τοὺς οὐ δυνηθέντας τῶν δικαίων τυχεῖν ἐλεήσας, δεῖξον ὡς, ἃ πρὶν ἐξῆν, κεκώλυται.

HONORATIANO.

MCCCCXXV. ὉΝΩΡΑΤΙΑΝῼ.

Patrophilus, illis, qui purpurae operantur, praefectus venit. Ego vero spero, eum tibi non malum visum iri. Nam & nobis bonus, multis hanc in rem editis speciminibus, visus est. Facilem te itaque illi praebeas, & Cyprus sciat, virum illum curae tibi esse. Si vero etiam sciverint, in cujus gratiam hoc facias, forsan te non pudebit.

Τοῖς περὶ τὴν πορφύραν πονοῦσιν ἐπιστατήσων ἥκει Πατρόφιλος. Ἐγὼ δὲ αὐτὸν ἐλπίζω μὴ φανεῖσθαί σοι κακόν. ἐπεὶ καὶ ἡμῖν χρηστὸς δοκεῖ, πολλὴν ἐν πολλοῖς πεῖραν αὐτοῦ δεδωκώς. Γίνου δὴ πρὸς αὐτὸν ἥμερος, καὶ τοῦτο ἴστω Κύπρος, ὅτι σοι μέλει τἀνδρός. Εἰ δὲ καὶ, ὅτῳ ταῦτα χαρίζῃ, γνοῖεν, ἴσως οὐκ ὀφλήσεις αἰσχύνην.

ALCIMO.

MCCCCXXVI. a. ἈΛΚΙΜῼ.

Nunc tandem incultorum hominum catalogum, hactenus frequentatum, finem habiturum spero. Rebus enim nunc praeficitur vir trutina, quod dici solet, justior. Duas enim ille instar Praefecti gentes adseruit, olim quidem Phrygas, nuper vero homines ad Euphratem positos. Jam autem Imperatori talis visus est unus, qui nec fallere alios, nec ab aliis falli possit: quod & justi sit studiosissimus, & res omnes perspicere facile queat. Credo vero etiam, fore, ut idem & illos ab iniquo illo onere, quod agris impositum est, liberet, & urbs vestra, ita enim appellare mihi libet, Julianum promerito honore afficiat. Eundem vero ex te judicioque tuo pensurum esse, suaque in instituendo examine consilia tecum communicaturum, nec unquam permissurum esse, ut cum egregio *Alcimo* non versetur, ex ipso qui-

Νῦν γε ἐλπὶς στήσεσθαι κυλινδούμενον τὸν τῶν ἀγροίκων κατάλογον. Ἥκει γὰρ ἀνὴρ ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν, δικαιότερος, φασὶ, στατῆρος (1), δύο μὲν ἐν ἄρχοντος τάξει σεσωκὼς ἔθνη, Φρύγας μὲν πάλαι, πρώην δὲ τοὺς περὶ τὸν Εὐφράτην ἀνθρώπους. νῦν δὲ βασιλεῖ δόξας μόνος ἂν οὔτε κλέψαι, οὔτε κλαπῆναι, τὸ μὲν ἐκ δικαιοσύνης, τὸ δὲ, ὅτι πρᾶγμα ἰδεῖν ὀξύτατος ἁπάντων. Πιστεύω δὴ τὸν ἄνδρα καὶ τούτων ἀφαιρήσειν τὸ περὶ τοὺς ἀγροὺς ἄχθος οὐ δίκαιον, καὶ τὴν ὑμετέραν πόλιν, οὕτω γὰρ ἥδιόν μοι καλεῖν τὴν ἀπεσταλμένην δόξαν ἀγαθὴν Ἰουλιανῷ προσθήσειν. Ὅτι δέ σου καὶ τῆς σῆς γνώμης ἕξεται, κοινωνόν τε τῆς δοκιμασίας ποιούμενος καὶ οὐκ ἀνεχόμενος τὸ μὴ οὐ συζῆν Ἀλκίμῳ τῷ γενναίῳ, λέγοντος μὲν οὐκ ἀκήκοα, μαντεύομαι δὲ θαρ-

EP. MCCCCXXIII. (1) Respicit Teucri illud apud *Homerum* Iliad. Θ. v. 293.
Ἀτρείδη κύδιστε, τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν
Ὀτρύνεις;

EP. MCCCCXXVI. a. (1) Vide *Erasmum* p. 434. Adag.

θαῤῥῶ. οὕτως ὑμῖν ἀμφοτέροις ὁ αὐτὸς νόμος τοῦ βίου, πλοῦτον μὲν μὴ θαυμάζειν, ἐπαίνους δὲ διώκειν.

quidem non audivi, at confidenter praesagio. Adeo utrique vestrum eadem vivendi est ratio, divitias non magni facere, laudes vero consectari.

MCCCCXXVI. b. ΓΑΙΑΝῼ.

Οὐκ οἶδ' ὁπότε τοῖς Θαλασσίου παισὶν ὑπάρξει τῶν δικαίων ἐν Φοινίκῃ τυχεῖν, εἰ μὴ νῦν τῶν ἀδικούντων ἔσονται κρείττους, ὅτε Γαϊανὸς ὁ καλὸς κἀγαθὸς, καὶ ῥητορικὸς, καὶ ἀρχικὸς, ἐγρηγορυίᾳ τῇ ψυχῇ τὰ τῆς Φοινίκης ἐφορᾷ. Καὶ τὴν μὲν ἐκ τοῦ γένους οὖσάν μοι πρὸς τὴν περὶ αὐτοὺς εὔνοιαν ἀνάγκην, οὐκ ἀγνοεῖς. οἶδ' ὅτι Βασιανῷ καὶ δεύτερον ὑπάρχει δίκαιον, τὸ παρ' ἐμοί τε καὶ ἐν ταῖς ἐμαῖς διατριβαῖς καὶ τραφῆναι καὶ αὐξηθῆναι. Οὔσης δέ μοι καὶ πρὸς σὲ φιλίας, καὶ τοῦτο πάντων ἐπισταμένων, ἀμφοτέρωθεν ἂν ἠλεγχόμην κακῶς, ὧν τε φροντίζειν ἔδει, τούτους προδιδοὺς, καὶ μὴ τολμῶν ἐπιστεῖλαι φίλῳ, πάλαι δὴ βεβαιοῦντι τοὔνομα τοῖς ἔργοις. Ἐν κεφαλαίῳ (1) μὲν οὖν, μελέτω σοι τῶν ἐμῶν συγγενῶν. Τοῦτο δὲ οὐ λύει τὴν τῶν νόμων φυλακὴν, ἀλλ' ἔστι κἀκείνους (2) μὴ κινεῖν, καὶ τούτοις ἐπικουρεῖν. ὧν τὸ μέν ἐστιν ἐν τῇ τῶν ὀφειλομένων εἰσπράξει, τὸ δὲ, ἐν τῷ μὴ πάντα ἐξεῖναι τοῖς τῷ καιρῷ χρωμένοις. Ἔχεις δὲ καὶ τῶν πραγμάτων καὶ τῆς ἀληθείας διδάσκαλον Ἑρμείαν, ἄνθρωπον, καὶ φύσει καὶ παιδεύσει βέλτιστον, ἀλλὰ καὶ τὸν εὐνοῦχον μόνον μαρτύριον, ὃν οὐ φήσεις εἶναι τούτων δὴ τῶν πολλῶν εὐνούχων (3), ἀλλ' ἔστιν, οἷος πιστεύεσθαί τε ἂν εἰκότως καὶ ἐπαινεῖσθαι δικαίως. Ὅταν δὲ ὦσιν οἱ καταβοῶντες, ὡς πάντα ἡρπάκαμεν, μετέστω καὶ τούτοις παῤῥησίας, καὶ τάχα εὑρήσεις μείζω τῶν πράξεων τὰ ἐγκλήματα. Ἡμᾶς δὲ δεῖ χαίρειν μὲν τῶν ἱερῶν ἀνισταμένων, μὴ μέντοι προστιθέναι τῇ ἐπανορθώσει πικρίας, ἵν' ἐξῇ τοῖς τότε πραττομένοις (4) ἐπιτιμῶντας μηδὲν ἀνταικούειν ἴσον. οἷον γὰρ καὶ τὸ νῦν γινόμενον. μετέπλασαν νεὼς εἰς οἰκίαν οἱ Θαλασσίου (5), πρᾶγμα ποιοῦντες ἀρέσκον τῷ κρατοῦντι τότε. Καὶ οὐκ ἐπαινῶ μὲν, ἦν δ' οὖν τῶν τότε τὰ τοιαῦτα νόμων. Ταύτην δὲ τὴν οἰκίαν ἔχοντες οἱ Φοίνικες καὶ καρπούμενοι κελεύουσι καὶ τοὺς νεὼς αὐτοῖς ἀνοικοδομεῖν. πῶς, ὦ βέλτιστε! Δεῖ γὰρ ἡμᾶς ἢ τῆς οἰκίας κρατοῦντας ἀνοικοδομεῖν ἐκείνους, ἢ τούτων ἐκβεβλημένους ἀπηλλάχθαι πραγμάτων. ἀλλ' οἶμαι διπλᾶ εἰσπράττειν ἐθέλουσιν. Οἱ θεοὶ δὲ οὐ μιμοῦνται τοὺς ὠμοὺς τῶν δανειζόντων, ἀλλ' ἤν τις ἀποδιδῷ τἀκείνων, οὐκ ἂν αὐτὸν ἡδέως ἀγχόμενον ἴδοιεν. Τὴν αὐτὴν δὴ ψῆφον καὶ ὁ τοῖς θεοῖς φίλος οἴσει Γαϊανός. ἄλλως θ' ὅτι τὸ τοὺς Θαλασσίου κακῶς ποιεῖν ἀναγκάζον οἴχεται.

CAIANO.

Nescio, quando tandem *Thalassii* filiis jure suo in Phoenicia frui licebit, nisi nunc injuriis in se hominibus superiores evadant, quando *Cajanus*, vir bonus & probus, nec eloquens minus, quam imperandi peritus, pro ingenii sui alacritate Phoeniciae rebus prospicit. Tu quidem non ignoras, quantopere ipsius cognationis causa favere illis debeam; nec illud praeterea, quod idem a me *Basianus* alio nomine requirere possit, quod apud me fuerit, disciplinaque mea & usus & provectus sit. Cum vero amicitia tecum mihi intercedat, idque cognitum sit omnibus, utrinque culpae forem obnoxius, si & eos negligerem, qui curae mihi esse debebant, & ad amicum scribere non auderem, qui jam pridem nomen hoc opere ipso sibi vindicavit. Summatim ut dicam, curam habeto cognatorum meorum. Hoc vero legum curam non tollet, sed & has non irritas facere, & illis opem ferre eadem opera licebit. Posterius fiet, si his in exigendis debitis adsis; prius autem, si non omnia illis, qui praesenti tempore abutuntur, liceant. Totius negotii veritatisque interpretem nunc habes *Hermiam*, virum, & natura & institutione optimum, tum vero etiam eunuchum testem, quem non dices unum esse ex multis illis eunuchis, sed talem potius, qui & fide & laude dignus merito habeatur. Si qui igitur vociferentur, nos omnia rapuisse, liceat illis sua libere exponere: & mox criminationes illas factis ipsis non respondere intelliges. Nos quidem de instauratis fanis laetari, non autem correctioni illi acerbitatem jungere oportet, ut sic non eadem audire debeamus, quibus nos ea, quae olim agebantur, prosequebamur. Ejusmodi vero est, quod nunc actum est. *Thalassii* filii templa in domum converterunt, id facientes, quod tunc temporis imperanti placebat. Rem non laudo: sed talis tamen est, quae illius temporis institutis conveniebat. Jam Phoenices, qui domum illam possident, eaque fruuntur, templa quoque sibi iterum exstrui volunt. Quid vero hoc? ò boni. Aut enim nos domum retinere & templa illa aedificare oportet, aut, qui illis *sunt ejecti*, a molestia liberari. At enimvero duplum illos puto exigere velle. Dii autem non imitantur duros foeneratores, sed si quis, quae ipsorum sunt, restituat, eum vexari neutiquam velint. Idem suffragium *Cajanus* etiam, Diis amicus, feret, inprimis postquam causa, cur *Thalassii* filiis aegre fiat, exspiravit.

MCCCCXXVII.

EP. MCCCCXXVI. b. (1) De hac phraseos notione vide quae scripsi in *Curis* meis ad *Hebr.* VIII. 1. (2) κἀκείνους scripsi pro κακείνους, quod est in Codice. (3) Ex antiquitate constat, Eunuchis olim, tanquam hominibus fide dignissimis amplissima quaeque munera conferri solita, quibus illi perfuncti fidem non raro fefellerunt. Vide *Jo. Dougtaei* Analecta N. T. Exc. L. & *Gaulminum* ad Vitam Mosis p. 200. tum vero *Everhardi Ottonis* Differt. Philolog. Juridicam ad Legem: *Si servus*, &c. Steinvordae 1710. habitam. (4) Illa tempora intelligit, quibus sub Impp. Christianis paganae superstitioni male erat consultum. (5) De hoc negotio in superiore quadam epistola actum est.

RUFINO.

MCCCCXXVII. ῬΟΥΦΙΝῼ.

Qui amicum calumnia oppressum a criminationibus liberat, non id tantum praestat, quod illum a periculo facit immunem, sed & illi, quem decipi prohibet, una cum eo, cui patrocinatur, prodest. Ille enim non praeter fas malus habetur; hic vero virum bonum pro malo non habet. Tu itaque ea, quae pro *Letoio* nunc dicam, ita accipe, tanquam tuae ipsius famae rationem habeam. *Letoius*, ad praesentem provinciam a Praefecto nostrate vocatus, hinc obsequio in Praefectum, hinc patriae miseratione ductus, eam suscepit, probe quidem gnarus, qua tempestate navigationem instituat, sed nec vel sic securitatem suam urbis illi anteponens. Cumque etiam alias malos odisset, &, quaecunque sibi crederentur, curate omnia observaret, data hac occasione morem hunc suum acuit, magnoque clamore omnia obiit, canem lupis adversantem imitatus. Multi vero erant lupi: & opus erat cane non ignavo, frustoque panis mitigando, sed qui inter cetera etiam mordere didicisset. Multa itaque pervagatus est, investigans prave gesta, nec indignatus solum, sed & ad judicem deferens. Interdum vero etiam ipse, quoad conditio ferebat, sontes puniit. Heic vero quidam, cohorti tuae adscriptus, aliquid castigatione dignum patravit. Neque latebat ille; imo vero dolebat homini, quod peccans laudes non ferret; habebat etiam qui cum ipso dolerent, plures autem ex eadem cohorte, qui objurgarent hominem, honesti scilicet, & justi reverentia ducti. Qui vero tales non sunt, illi in oppugnando *Letoio* socios se praestant, &, quoad possunt, crimen illi impingere conantur. Quod si tu praesens esses, illi quidem pauciora essent mentiti, cum, qui convinceret, prope adfuisset. Jam vero a calumnis per literas sparsis metuimus. Novimus quidem, te non facile fidem aliis habere, quod & *Letoio* alias profuit, qui alioquin calumniarum copia pridem periisset. Jam vero habet, cur ea, quae dixi, suspicetur, verendumque est, ne, si mendax ille ita agere perrexerit, tandem tibi imponat. Te itaque precor, ne accusatoribus ejus fidem hinc deneges, hinc habeas ante, quam defensionem audiveris. Ea vero ego defungar. Quod si ille peccasse videatur, uterque a te condemnetur.

Ὁ φίλον συκοφαντούμενον ἐξαιρούμενος τῆς αἰτίας, οὐ τοσοῦτον πράττει μόνον, ὅσον ἐκείνῳ λύει τὸν κίνδυνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐξαπατηθῆναι κωλύει, μετὰ τοῦ τυχόντος τῆς συνηγορίας ὠφελεῖ. ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἔδοξεν ἀδίκως κακός, ὁ δὲ οὐχ ἡγήσατο πονηρὸν τὸν χρηστόν. Δέξαι δή μου τὸν ὑπὲρ Λητοΐου λόγον, ὡς καὶ τῆς σῆς δόξης κηδομένου. Λητόϊος ἐπὶ τὸν νῦν πόνον ἀπὸ τοῦ παρ' ἡμῖν ἄρχοντος ἀγόμενος, τὰ μὲν ἄρχοντι πειθόμενος, τὰ δ' οἴκτῳ τῆς πατρίδος, δέχεται τὴν διακονίαν, εἰδὼς μὲν, ἐν οἵῳ χειμῶνι τολμᾷ πλεῖν, οὐκ ἀξιῶν δὲ τὴν ἀσφάλειαν τὴν αὐτοῦ πρὸ τῆς πόλεως θέσθαι. ὢν δὲ καὶ ἄλλως μισοπόνηρος, καὶ, ἅττα πιστευθείη (1), πανταχοῦ φυλάττων ἀκριβῶς, ἀπὸ τοῦ καιροῦ τὸν τρόπον ἐπέτεινε, καὶ ἐλέγχει κακούργους, κύνα μιμούμενος πολεμοῦντα λύκοις. πολλοὶ δὲ ἦσαν οἱ λύκοι. καὶ ἔδει κυνὸς οὐ νωθροῦ τινος, καὶ ἄρτῳ μικρῷ πραϋνομένου, ἀλλ' εἰδότος τά τε ἄλλα, καὶ δακεῖν. Διὰ πολλῶν μὲν οὖν ἦλθεν ἰχνεύων τὰ ἀδικήματα, καὶ ἀγανακτῶν, καὶ τὰ μὲν εἰς δικαστήριον ἄγων. Ἔστι δὲ οὗ καὶ αὐτὸς κολάζων, ὁπόσα ἐδίδου τὸ σχῆμα. Ἤδη δέ τις καὶ τῶν εἰς τὴν σὴν τελούντων στρατιὰν ἔδρασέ τι μέμψεως ἄξιον. καὶ οὐκ ἔλαθε, καὶ ἤλγησεν, ὅτι μὴ ἐπῃνεῖτο ἁμαρτάνων. εἶχε δὴ καὶ τοὺς συναλγοῦντας. πολὺ δέ γε πλείους τοὺς ἐπιτιμῶντας ἀπὸ τῆς αὐτῆς στρατιᾶς, ἄνδρας ἐπιεικεῖς καὶ εἰδότας αἰδεῖσθαι. ἀλλ' οὔγε οἱ τοιοῦτοι παρακολουθοῦσι τῷ Λητοΐῳ πολεμοῦντες, ἀπὸ παντὸς πειρώμενοι πλέκειν αἰτίας. Εἰ μὲν οὖν παρὼν ἐτύγχανες, ἐκεῖνοί τ' ἂν ἧττον ἐψεύδοντο, καὶ ὁ ἐλέγξων ἐγγὺς ἂν ἦν. Νῦν δὲ φοβούμεθα τὰς ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς συκοφαντίας. Καὶ ὡς μὲν οὐκ εἶ τῶν ταχὺ πειθομένων ἴσμεν, ὃ καὶ τὸν Λητόϊον ὤνησεν, ὡς τῷ γε πλήθει τῶν βλασφημιῶν ἀπολώλει. Νῦν δ' ἔστιν ὅτι καὶ ὑποπτεύουσι τῶν εἰρημένων, ἀλλ' ἂν ὁ ψευδόμενος συνεχῶς ἐγκείμενος τοῦτο ποιῇ, δέος ἐστὶ μὴ φενακίσῃ τῷ χρόνῳ. Δέομαι δή σου μήτ' ἀπιστῆσαι, μήτε πιστεῦσαι τοῖς κατηγόροις, πρὶν ἂν καὶ τῆς ἀπολογίας ἀκούσῃς. ἀπολογήσομαι δὲ ἐγώ. κἂν ἐκεῖνος ἀδικεῖν δόξῃ, κατ' ἀμφοῖν ἡ ψῆφος ἐνεχθήτω.

ALEXANDRO.

MCCCCXXVIII. ἈΛΕΞΑΝΔΡῼ.

Gerontius noster in eundem iterum timorem conjectus est, &, nisi vocetur, venturum se esse negat: eam vero vocationem tantum putabit, si decretum ab urbe sibi mittatur. Quamvis enim & juri jurando tuo & verbis fidem habeat, iter tamen sibi magis honorificum fore censet, si literas in promtu habeat. Tu itaque, sive honoris studio ductus ita agit, indoli, gloriae amanti, ignosce; sive timore potius, veritusque, ne iterum nunc veniens abire debeat, libera eum ab hoc metu, & fac, ut cito hoc fiat. Ipsi omnino urbi

Ἐπὶ τὸν αὐτὸν αὖθις ἡμῖν ὁ Γερόντιος κατηνέχθη φόβον, καί φησιν ἄκλητος μὲν οὐχ ἥξειν, κλῆσιν δὲ ἡγήσασθαι μόνην, εἰ ψήφισμα αὐτῷ παρὰ τῆς πόλεως ἔλθοι. καίτοι πιστεύει μέν σου τοῖς ὅρκοις, πιστεύει δὲ τοῖς λόγοις. κάλλιον δὲ νομίζει τὴν ὁδὸν γενέσθαι, τῶν γραμμάτων ἐν χερσὶν αὐτῷ κειμένων. Σὺ τοίνυν εἴτε φιλοτιμίᾳ τοῦτο πάσχει, χάρισαι φιλοτίμῳ φύσει. εἴτε δειλίᾳ καὶ τῷ φοβεῖσθαι, μὴ πάλιν ἐλθὼν ἀπέλθῃ, λῦσον τὸν φόβον, καὶ τὸ ταχέως προσθὲς. πάντως καὶ τῇ

EP. MCCCCXXVII. (1) Eandem verbi πιστεύεσθαι significationem, quae 1. *Tim.* I. 11. & alibi in sacris obtinet.

τῇ πόλει κόσμος, τὸ μὴ δεῖσθαι ξένων. ἀλλ' ἵνα σφῶν αὐτῶν ἔχῃ, ἀποχρῶντα τῷ ἔργῳ. Οἶμαι μὲν οὖν σε τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ δέξεσθαι τὴν ἐπιστολὴν, καὶ πέμψειν τὴν καλοῦσαν. Εἰ δ' οὖν τι παρεμπεσὸν ἐμποιοῖ διατριβὴν, οὐκ ἐπιτρέψει γε Δουλκίτιος. ἀκήκοε γὰρ, ὡς ἐπείγειν χρή. πάντως δὲ ἀνέξῃ τοσαύτην ὁδὸν ἐληλυθότος ἐραστοῦ, ὃς πρὸς σὲ μὲν ἔφησεν ἄλλου τινὸς χάριν ἀφῖχθαι (1), πρὸς ἐμὲ δὲ ὡμολόγηκεν, ὡς οὐκ ἂν σε μὴ προσορᾷν δύναιτο.

urbi decus adfert, si peregrinis non indigeat, sed unum de suis habeat, qui operi huic sufficiat. Spero itaque, te eodem die & acceptu-rum esse hanc epistolam, & alteram, quae eum vocet, missurum. Si forte interveniens aliquid moram injecerit, *Dulcitius* eam fieri prohibebit. Audivit enim, maturandum esse hoc negotium. Tu vero virum tui amantem, & tam longo itinere usum recipies, qui ad te quidem dixerit, alterius negotii causa se venire, apud me vero professus sit, fieri non posse, quin te videat.

MCCCCXXIX. a. ΜΟΔΕΣΤῼ.

Ὁρᾷς ἡλίκα ποιοῦσιν αἱ ἀρεταί (1); οἱ αὐτοὶ καὶ πρότερον ἤρχετε, καὶ νῦν πιστεύεσθε. καὶ οὐκ ἐπαύσατο μετὰ τῆς ἔμπροσθεν βασιλείας (2) τὸ καὶ ὑμᾶς ἐν τοῖς κοινοῖς ἐξετάζεσθαι. τὸ δὲ αἴτιον, οὐκ ὄντε τότε τὰς ἀρχὰς πεπραμένοι, οὐδ' αὖ τῇ ταῖς ἀρχαῖς ἐμπορίᾳ κεχρημένοι, καὶ ταῦτα ἐξὸν, καὶ τῶν δικαίων εἶναι βουλομένων καταγελωμένων. Ἅ μοι δοκεῖ πυθόμενος ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ καὶ μισούμενος ὑπὸ Περσῶν (3) μισθὸν τῆς ἑκουσίου πενίας σοὶ μὲν δοῦναι τὸ μετὰ τὴν βασιλείαν μέγιστον (4), Ἰουλιανῷ (5) δὲ πρᾶγμα τῆς Ῥαδαμάνθυος δικαιοσύνης δεόμενον. Ὅρος μὲν οὖν αὐτῷ τῆς φροντίδος ἡ Βιθυνία. ὁ δὲ ἔρως αὐτὸν παρ' ὑμᾶς διαβιβάζει. Φίλου γὰρ οὕτω καλοῦ πλησίον ὄντος οὐκ ἦν οἷός τε μὴ μεταχεῖν. οὗτος μὲν δὴ τῆς ἡδίστης ἀπολαύσεται συνουσίας. Ἡμᾶς δὲ ὁ στρατιώτης φόβου ἀπήλλαξε μεγάλου, ὃν λόγοι ψευδεῖς πρότερον δεῦρ' ἐλθόντες ἐνέβαλον, ὡς δεινὰ μὲν πάθοι, δεινὰ δὲ δράσειεν ἡ πόλις. Ὁ δὲ ἤγγελλε, μαίνεσθαι μὲν τῶν καταπτύστων τινὰς ἀνθρώπους ἀνεστίους, σωφρονεῖν δὲ τὸ πλέον καὶ βέλτιον, σὲ δ' ἁμαρτεῖν μὲν οὐδὲν, εὔξασθαι δὲ τὸ πνεῦμα καὶ διαλλαγῆναι ταχέως. γενέσθαι δὲ τὸν κατάπλουν λαμπρὸν καὶ περίβλεπτον. ὡς πάντα μὲν ὄχλου, πάντα δὲ ἐπαίνου γέμειν. κεκρύφθαι δέ σοι τὸ ζεῦγος ὑπὸ τῶν ἅμα κρότῳ προκεχυμένων ἀνδρῶν. Ὁ μὲν οὖν στρατιώτης ἐμοὶ ταῦτα εἰσῆγεν (6). ἐγὼ δὲ ἐκήρυττον, ἐξελαύνων λόγῳ λόγον ἀληθεῖ τὸν ἐναντίον (7). Τὰ γράμματα δέ σου διαβέβηκε μὲν τὸν Εὐφράτην. Θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν, εἰ βραδέως εἰς χεῖρας ἀφίξεται τῷ βασιλεῖ (8). χωρεῖ δὲ ἐπικλύζων (9) τὴν Περσῶν ἀρχήν. καὶ οὗ μέν ἐστι νῦν, αὐτὸς ἂν εἰδείη καλῶς. ἃ πράττει δὲ, διὰ τῶν αἰχμαλώτων διδάσκει, παρ' ὧν ἀκούειν ἐστὶν, ὡς ὁ μὲν τρέχει, κεῖνται δὲ πόλεις, ἡμεῖς δὲ ἀπορῶμεν (10) αἰχμαλώ-

τους

MODESTO.

Videsne, quantum virtutis studium possit? Iidem vos & olim magistratum obiistis, & nunc eadem vobis commissa videtis: neque prius illud imperium prohibuit, quo minus vos post illud ad res publicas curandas adhibeamini. Causa haec est, quod tunc non, ut alii, magistratus emebatis, neque iisdem instar mercaturae utebamini, cum tamen facere liceret, atque illi, qui justi studio ducebantur, riderentur. Haec divinus ille vir, idemque Persis invisus, cognita habens tibi quidem illud, quod post Imperatoris dignitatem maximum est, spontaneae paupertatis praemium, *Juliano* vero provinciam, ad quam Rhadamanthi justitia opus est, dedit. Jam quidem cura ejus Bithyniae terminis continetur, amor vero eundem ad vos pertraxit. Amicum enim adeo eximium vicinum sibi habens impetrare a se non potuit, quin te videret. Ille itaque jucundissima tua consuetudine perfruetur. Nos quidem miles ille a magno metu liberavit, quem falsi quidam nuncii, huc delati, injecerant, urbem scilicet durissima quaeque & pati & patrare. Ille vero nunciavit, insanire quidem homines nonnullos abominandos & infrunitos, maximam vero & meliorem urbis partem frugi esse, te vero votis non esse frustratum ventosque remisisse, & mox sopitos esse: exscensionem porro splendidam & spectatissimam fuisse, locosque omnes spectantium & laudantium copia ita abundasse, ut biga, qua vectus sis, a viris, cum plausu te comitantibus, conspici non potuerit. Haec miles ille mihi nunciavit, ego vero publice exposui, nuncio hoc meo alterum illum, vero contrarium, profligans. Ceterum literae tuae Euphratem transierunt: nihil itaque mirum fuerit, si tarde in manus Regis perveniant. Procedit ille Persarum regnum copiis inundaturus; ubi vero locorum nunc sit, ipse optime sciverit: quae autem agat, per captivos docet, ex quibus intelleximus, illum quidem fugere,

urbes

EP. MCCCCXXIX. a. (1) ἀφίξεσθαι, in MS. (2) Constantium Imp. puto, intelligit. Sub illo enim Comes Orientis fuerat, quod Ammianus testatur lib. XIX. fin. Eo defuncto accusabatur apud Julianum, quod Constantii partes adversus se acrius & diutius fovisset. Paulo post tamen a Juliano non solum absolutus, sed etiam Praefectus Urbis Constantinopol. dictus est. De his jam supra ad alias nostri epistolas diximus. Confe-rendus quoque fuerit *Valesius* ad Ammianum p. 591 & *Jac. Gothofredus* in Prosopographia Codicis Theodosiani p. 373. (3) Julianus hic est, in expeditione Persica tunc occupatus, quod ex calce epistolae hujus constat. (4) Praefecturam CPolitanam intelligit, quae quantae fuerit dignitatis, ex *Gothofredi* Notitia Dignitatum Codicis Theodos. p. 324. patebit. (5) *Julianus* hic Juliani Imperatoris est avunculus, de quo videatur idem *Gothofredus* in Prosopographia p. 368. Erat ille Comes Orientis, de qua dignitate leges eundem in Notitia Dignitatum p. 333. (6) εἰσῆγεν scripsi pro voce illa, quae in MS. in compendium ducta erat ita, ut non nisi εἰσῆ legeretur. (7) ἐναντίαν, in MS. (8) *Julianum* vult. (9) codex ἐπι κλύζει. (10) sic MS. Legi fortasse debet εὐπορῶμεν, *feliciter res agimus.*

(11) Quid

urbes vero prostratas jacere, nos autem captivis recipiendis vix sufficere. Haec scripsi tum militem defensurus, tum gaudendi occasionem tibi facturus, quemadmodum & ipse lactor.

NICOCLI.

Periculum est, ne gratias habeam illis, qui turbas apud vos moverunt, si quidem te propterea apud nos iterum habituri simus. Audio enim, te urbi Praefectum restituisse, & pro urbe Regem esse aditurum, quae probe perspiciat, te unum eum esse, qui populum apud eum excusare possit. Tunc itaque te videbo omni cura, contentione & studio orationibus vacantem, atque ea & admittentem & facientem, quae per hyemem ego faciebam, cum tu quidem praesens hinc aperte, hinc clam auxilio mihi esses. Hactenus quidem tanquam ab omni periculo immunis disserui: ego vero alia superavi, alia mihi imminent. Tu quidem, quicquid volueris, facile perficies, nec adjutoribus indigebis: nobis autem & te & civibus tuis, qui ex Leda & Jove Milichio nati sunt, ad propulsandam hanc tempestatem opus fuerit. Num mali simus, nescio; videmur tamen, nec scio, an, si res aliter habeat, poenas simus daturi. Tarsenses vero nobis praelatos esse, atque eum, quem nosti, alteram (urbem) aversari, alteram vero elegisse omni alia jactura nobis est gravius. Tu itaque, vir optime, cito ad nos venias, ut pro duabus urbibus dimices: tunc enim & nos te mittemus legatum. Ceterum amicus tu praestantissimo *Juliano* ex illa, quae & ibi & huc tibi cum illo intercessit consuetudine fuisti, imo vero etiam ante ex eo, quod, cum Phrygibus praeesset, te admirandum omnibus sisteret. Jam vero merito illi omnia sis, recogitans, ad quod negotium & à quo sit missus. Si enim illis, quos discipulus tuus inter bonos numerat, gloriae amplificandae dux & auctor fueris, id quidem tibi praeceptori lucro cesserit. Inquire itaque in ejus inquisitionem: neque enim oculos tuos subterfugimus, sed ut periti poëtae judicem te requirimus. Tu enim & bonam mentem & justam causam deprehendes, quae & te & Regem ipsum, te quidem interpretem nactum, benigniorem efficient.

ALEXANDRO.

Omnes ego Praefectos compellans singulos *Porphyrio* conciliavi. Ille vero, perpetuo, quae potuit, fecit, idque non coactus. Jamque spes erat gloriosae immunitatis. At miser ille ab aris, ad quas supplicabat, abstractus, tremens

τες δεχόμενοι. Ταῦτα εἶπον ἀπολογίαν τε ὑπὲρ τοῦ στρατιώτου, καί σοι διδοὺς ἥδεσθαι, καὶ ἅμα ἐμαυτὸν εὐφραίνω (11).

MCCCCXXIX. b. ΝΙΚΟΚΛΕΙ.

Κινδυνεύω χάριν εἰδέναι τοῖς τἀκεῖ ταράξασιν. εἰ δὴ διὰ τοῦτό σε πάλιν ἐνταῦθα ἕξομεν. Ἀκούω γὰρ, ὡς τῇ πόλει μὲν τὸν ἄρχοντα ἀποδέδωκας, ὑπὲρ δὲ τῆς πόλεως ὡς τὸν βασιλέα βαδιῇ. τοῦτό γε μάλιστα ὀρθῶς ἰδούσης, ὅτι σὺ μόνος ἂν οἷός τε γένοιο τὸν δῆμον ἐξαιτήσασθαι. τότε (1) σε ὄψομαι φροντίζοντα καὶ ἀσθμαίνοντα καὶ μελετῶντα λόγους, καὶ πάσχοντα καὶ ποιοῦντα, ἃ τοῦ χειμῶνος ἐγὼ, ὅτε σὺ παρὼν ἐβοήθεις τὰ μὲν φανερῶς τὰ δὲ σὺν τέχνῃ. ἀλλὰ γὰρ ὡς ἀφειμένος κινδύνων διελέχθην. ἡμῖν δὲ τὰ μὲν ἠγώνισται, τὰ δὲ προσέρχεται. Καὶ σὺ μὲν, ὁπόσον ἐθέλεις, πράξεις, καὶ οὐδὲν ἂν ἐπικούρων δέοιο. ἡμῖν δὲ καὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν πολιτῶν, τῶν ἐκ Λήδας καὶ Μειλιχίου Διὸς (2) πρὸς τὸν χειμῶνα ἂν δέοι. πονηροὶ γὰρ εἰ μὲν ἐσμὲν, οὐκ οἶδα, δοκοῦμεν δέ. καὶ δίκας εἰ μὲν καὶ ἄλλως δώσομεν, οὐκ οἶδα. Τὸ δὲ Ταρσεὺς (3) ἡμῶν προκεκρίσθαι καὶ τὸ τὴν μὲν φυγεῖν, ὃν οἶσθα, τὴν δὲ ἑλέσθαι, τίνος οὐ ζημίας πικρότερον. ἀλλ' ὦ ἄριστε, τάχιστα ἡμῖν ἐλθεῖν, ὅπως ὑπὲρ δυοῖν ποιήσαις πόλεων. ὡς χειροτονήσομέν σε καὶ ἡμεῖς πρεσβευτήν (4). Ἰουλιανῷ (5) δὲ τῷ καλῷ πάλαι μὲν ἦσθα φίλος, ἀπό τε τῆς ἐκεῖ καὶ τῆς ἐνταῦθα συνηθείας, καὶ ἔτι γε πρότερον ἀπὸ τοῦ θαύματος, ἐν ᾧ σε κατέστησεν, ἡνίκα ἦρχε Φρυγῶν. Νῦν δ' αὐτῷ καὶ πάντα ἂν γίνοιο δικαίως, λογιζόμενος, ἐφ' ὅ, τι τε ἐπέμφθη (6), καὶ ὑφ' ὅτου. Τὸ γὰρ οὓς ὁ σὸς ἀγαθοὺς ἡγεῖται μαθητὴς τούτοις εἰς εὐδοξίαν συμπράττειν, σὸν ἂν εἴη τοῦ διδασκάλου κέρδος. Ἐξέταζε δὴ τὸν τοῦδε ἐξετασμόν. Οὐ γὰρ ἀξιοῦμεν τοὺς σοὺς ὀφθαλμοὺς λανθάνειν. ἀλλ' ὥσπερ οἱ δεξιοὶ τῶν ποιητῶν καλοῦμέν σε ἐπὶ τὴν κρίσιν. Εὑρήσεις γὰρ καὶ γνώμην καὶ δικαιοσύνην, ἃ σέ τε ἡδίω ποιήσει καὶ βασιλέα, σοῦ πρὸς αὐτὸν ἀπαγγέλλοντος.

MCCCCXXX. ἈΛΕΞΑΝΔΡΩ.

Διὰ πάντων ἦλθον ἀρχόντων ἐγὼ ποιῶν ἕκαστον εὐμενῆ Πορφυρίῳ. καὶ διετέλεσεν ἄνθρωπος ἃ μὲν δύναιτο, ὑπηρετῶν, τἄλλα δὲ οὐκ ἀναγκαζόμενος. Νῦν δ' αἱ μὲν ἐλπίδες λαμπρᾶς ἀτελείας. Ἀποσπασθεὶς δὲ ὁ τα-

(11) Quid si legeris εὐφραίνων, ut respondeat antecedenti διδούς.

EP. MCCCCXXIX. b. (1) In codice prius ε superscriptum habebat ω. (2) Nicocles erat Lacedaemonius, quod patet ex Vita nostri p. 12. ubi Νικοκλέα Λακεδαιμόνιον appellat. Hinc intelligitur, quid sibi per cives ejus, ex Leda & Jove ortos, velit, Castorem nempe & Pollucem, hos enim ex Leda, Thestii filia, & Tyndari, Laconiae regis uxore natos esse Mythologi fingunt. De Jove Milichio alibi diximus. (3) In Cod. ταρσεύς. Non dubito Tarsenses intelligi: de urbibus enim duabus statim fit mentio. Cumque Tarsus alia sit Ciliciae, Bithyniae alia, posteriorem hanc intellexerim, & praeterea legere malim Ταρσεῖς: hoc enim gentile ex Ταρσὸς esse testatur *Stephanus* de Urbibus p. 638. (4) Post vocem πρεσβευτὴν in codice haec scripta erant: ἀλλ' ἐκεῖνος ἐλθεῖν, sed illa recentior manus, punctis supra & infra notatis induxit. Nec video ego, quomodo huc quadrent. (5) Est ille *Juliani* Imp. avunculus, de quo ad epistolam superiorem n. 5. (6) Ita scripsi pro ἐπέμφθην. Referendum enim est ad *Julianum*.

ταλαίπωρος τῶν βωμῶν, πρὸς οὓς ἱκέτευεν, ἔρχεται τρέμων. ἐγὼ δὲ οὐδὲν ὠφελῶ. καὶ ταῦτα πολλοὺς ἐκ δεσμῶν λελυκώς. καὶ δόξης οὔσης ὡς ἀρκεῖ ἐθελῆσαι. Ὅρα οὖν, ὦ γενναῖε, ὅπως βεβαιώσῃς τὴν δόξαν. μᾶλλον δὲ ὅρα, μὴ δόξω κακὸς εἰς τὸν ἑταῖρον εἶναι. Ὅταν γὰρ τἆλλα χαριζόμενος ἐνταῦθα ἀντιτείνῃς, τεχθῆναί τινας ὑποψίας ἀνάγκη.

tremens venit. Ego vero nihil opitulari possum, quamvis multos olim ex vinculis liberaverim, aliusque talis videar, cui vel voluisse sufficiat. Cura igitur, vir ingenue, ut hanc de me opinionem firmes, vel cura potius, ne malus in amicum esse videar. Si enim, in ceteris gratificatus, heic contrarius sis, suspiciones quasdam nasci necesse est.

MCCCCXXXI. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Ὁ μὲν κύβος ἀνέρριπται (1), ἡ δὲ Ἀθηνᾶ πλησίον. βοηθήσειν δὲ ὡμολόγηκεν, καὶ οὐ ψεύσεται οὖσα θεός, ἀλλὰ τόν τε ἀγῶνα ὡς ἥδιστα δέξεται καὶ εἰς τὸν θρόνον τὸν ἀθλητὴν καθιεῖ, καὶ οὐκ ἀξιώσει πρὸς ἑτέραν βάσανον ἄγειν. καὶ, ὅπως δώρῳ ἐπὶ μεγάλῳ συνέσται τοῖς νέοις, πράξει.

EIDEM.

Jacta est alea, Minerva vero adstat: auxilium eadem est pollicita, nec, Dea cum sit, mentietur, sed & certamen hoc libentissime videbit, & athletam in thronum evehet, neque novo examini subjiciendum censebit, facietque, ut juvenibus cum amplo praemio adsit.

MCCCCXXXII. ΓΑΪΩι καὶ ΑΘΑΝΑΣΙΩι.

Ἄκων ὁ Γάϊος ἔπλευσε, καὶ πολλὰ μεμφόμενος τὴν κεφαλὴν, ὅτι αὐτὸν ἀπαγαγοῦσα τῶν λόγων ἐνεβίβασεν εἰς τὸ πλοῖον. Ἐγὼ δὲ αὐτὸν παρεμυθούμην καὶ τοῦτο εἶναι φάσκων ὑπὲρ τῶν λόγων, κακῶν ἐλευθέραν γενέσθαι αὐτῷ τὴν κεφαλήν. Ὅπως οὖν ἱκετεύσετε μετ' αὐτοῦ, καὶ πείσετε, τὸν θεὸν ἐξελάσαι τε τὸ λυποῦν, καὶ ὡς τάχιστα. Φήσετε δὲ τὸν νέον, ὡς οἶμαι, φέροντά τι ῥητορικῆς ἥκειν. καὶ οὐκ εἰς ὕπνον ἀνηλωκέναι τὸν χρόνον.

CAIO & ATHANASIO.

Cajus navigationem suscepit invitus, multumque de capite questus, quod se, ab eloquentiae studio avocatum, in navim detruserit. Ego vero ipsum solabar eo, quod & hoc in eloquentiae commodum fiat; fore enim, ut caput a malis liberetur. Vos itaque supplicate cum eo, & facite, ut Deus illum a dolore omni, idque cito, liberet. Dicetis vero, puto, ipsi, juvenem artis oratoriae nonnihil adferre, neque tempus somno impendisse.

MCCCCXXXIII. ἈΚΑΚΙΩι.

Καὶ, ὅτι ἔγραψας, ἔγνων, καὶ διότι πέμψειν μέλλων οὐκ ἔτ' ἔπεμψας. Ἐγὼ δὲ τῷ προτέρῳ μὲν ἥσθην, ἐγέλασα δέ, καὶ πρὸς τούτῳ δειλίαν τε τοῦ κομίσαντος κατέγνων, ὡς ἡμῖν γε τῶν σῶν τὰ μὲν εὐφροσύνης αἴτια, τὰ δὲ οὐ λύπης. περὶ γὰρ τῶν πραττομένων, τίς ὁ ποιῶν, ἐνθυμούμενοι, φέρειν ἀξιοῦμεν. καὶ ὁ πατὴρ ἢ τῶν λόγων ἢ τῶν ἔργων κοῦφα ποιεῖ καὶ ταῦτα. Πέμπε οὖν ἐκείνην τὴν ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ νομίζεις εἶναι βέλη. Δῆλον γὰρ ὡς ἔχεισας τὰ βέλη χάριτι. καὶ οὐ κινήσεις πόλεμον, ἀλλὰ τὴν οὖσαν βεβαιώσεις εἰρήνην.

ACACIO.

Et scripsisse te scivi, & causam quoque; cur, qui missurus eras literas, nondum miseris. De priori ego gavisus sum; risi autem, ac praeterea timiditatem perferentis culpavi, cum tua quidem vel laetitiam nobis, vel certe tristitiae nihil adferant. Cogitantes enim ante, quam fiant, quis faciat, ferenda putamus: paterque & verba & facta hujusmodi tolerabilia reddit. Mitte itaque epistolam illam, in qua tela esse opinaris. Neque enim dubium est, te tela illa gratia quadam oblevisse: neque tu bellum excitabis, sed pacem, quae est, ratam facies.

MCCCCXXXIV. a. ΦΟΥΡΤΟΥΝΑΤΙΑΝΩι.

Ἀλλ' ἔστω καὶ ἡ θάλαττα χαλεπωτέρα καὶ τὰ πνεύματα βιαιότερα, καὶ ὁ ἀὴρ μιμείσθω τὸν ἐν Ὑπερβορέοις (1), ὡς πάντα γε καὶ κοῦφα καὶ ἥδιστα δι' ἑνὸς τοῦ παρὰ τοῦ θεοῦ βοηθείας. ἣν εἰς σε ποιούμενος τὸν ἄριστον τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον, καὶ σώζει καὶ ἀνίστησι. Λόγων δὲ ἐπιθυμῶν μὲν, σαυτοῦ ποιεῖς. Ἀεὶ γὰρ δὴ τούτους ἀντὶ χρυσίου καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων ἐθαύμασας. ῥήτορας δὲ ἐγγὺς οὐκ ἔχων

FORTUNATIANO.

Et mare vobis saevius, & venti vehementiores obtingant: aër quoque Hyperboreorum illom imitetur, ut omnia & levia & suavia uno Dei auxilio reddantur, quo allato is te hominum, qui sub sole sunt, optimum & salvum praestat, & recreat. Quando orationes desideras, antiquum obtines. Illas enim semper prae auro aliisque facultatibus admiratus es. Cum vero Rhetoras apud te non habeas, qui

EP. MCCCCXXXI. (1) Proverbium hoc exponunt *Erasmus* p. 228. & 230. Adagiorum. *Souterius* in Palamede l. 30. *Casaubonus* ad Suetonii Caesar. c. 32. & ibidem *Pitiscus*.

EP. MCCCCXXXIV. a. (1) Intelliges haec ex iis, quae veteres de Hyperboreis tradiderunt, quamvis non satis sibi illi constent. Lege *Stephanum* de Urbibus p. 680. & *Stephan. Clericum* in Dissertatione Philologica IV.

qui perorare possint, tuis te ipsum pasce, nunc quidem ligata, nunc prosa oratione: ex utraque enim vales, nec meliorem inveneris orationum artificem. Nos vero videre te cupientes, invitare non audemus. Manes enim in publicum egregium. Hoc vero corpus tuum ab incommodis liberum praestabit, multorum autem animos a morbo vindicabit, qui jam Deum respicere didicerunt, tanquam qui in te maxima quaeque & jam fecit, & facturus est inposterum.

ἔχων τοὺς ἐρῶντας, αὐτὸς σαυτὸν ἑστία. Νῦν μὲν ἐν μέτρῳ, νῦν δὲ τὸ μέτρον ἀφείς. πάντως δὲ ἀμφότερα κρατεῖς. καὶ οὐκ ἂν εὕροις ἀμείνονα λόγων ποιητήν. Ἡμεῖς δέ σε ἐπιθυμοῦντες ἰδεῖν οὐ τολμῶμεν καλεῖν. μένεις γὰρ ἐπὶ κοινοῖς κέρδεσι. Τὸ γὰρ αὐτό σοι μὲν τῶν κακῶν ἀπαλλάξει τὸ σῶμα, πολλῶν δὲ ψυχὰς ἐξαιρήσεται νόσου, βλέπειν ἤδη πρὸς τὸν Θεὸν πειθομένων, ὃς ἐν σοὶ τὰ μέγιστα τὰ μὲν ἐπιδέδεικται, τὰ δὲ ἐπιδείξεται.

RUFINO.

Sperabam te facturum esse, quae fecisti, supplices nempe ad Deum preces pro nobis fusurum. Quae vero ab illo in me profecta sunt, exspectationem superant. Nihil enim ejusmodi habeo, quod tanta gratia sit dignum. Videtur itaque, deprecatoris ratione habita, opem mihi tulisse: auxilium vero illud statim post literas egregio specimine se probavit. Ego enim a consuetis recitationibus revertebar malum capitis ingravescens circumferens. *Porphyrius* tunc, in me incidens, dabat in foro epistolam: ego vero domum reversus gaudeo; fidebam Deo, statimque caput a vertigine liberum sentiebam. Adhibebam igitur & secundum & tertium medicamentum, utrumque vero efficacia sua monstrabat, a quo esset profectum. Jam itaque propterea veneror Apollinis filium. Sub autumnum vero, si voluerit, & mali omnis finem, & ipsum videbimus, pro magno beneficio exiguum hymnum cantaturi.

MCCCCXXXIV. b. ῬΟΥΦΙΝῼ.

Σὲ μὲν ἤλπιζον, ὃ πεποίηκας, ποιήσειν, ἱκετεύσειν ὑπὲρ ἡμῶν τὸν Θεόν. τὰ παρ' ἐκείνου δέ μοι κρείττω τῆς ἐλπίδος. Οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ συνῄδειν τοσαύτης ἄξιον χάριτος. Ἔοικεν οὖν αἰδεσθεὶς τὴν πρεσβευτὴν βεβοηθηκέναι, πεῖραν δὲ ἔδωκεν ἡ βοήθεια λαμπρὰν εὐθὺς ἐπὶ τοῖς γράμμασιν. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἐκ τῶν συνήθων ἀπῄειν διατριβῶν, ἀκμάζον φέρων τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ κακόν. Συντυχὼν δέ μοι Πορφύριος δίδωσιν ἐν ἀγορᾷ τὴν ἐπιστολήν, ἐγὼ δὲ ἐλθὼν οἴκαδε χαίρων, ἐπειθόμην τῷ Θεῷ, καί μοι εὐθὺς ἡ κεφαλὴ τῶν ἰλίγγων ἦν ἐλευθέρα (1). προσῆγον οὖν καὶ δεύτερον καὶ τρίτον τὸ φάρμακον, καὶ οἷς ἴσχυεν, ἐδείκνυεν, ὅτου εἴη. Νῦν μὲν οὖν ἐντεῦθεν προσκυνῶ τὸν Ἀπόλλωνος υἱόν. τοῦ φθινοπώρου δὲ, εἰ διδοίη, τήν τε λῆξιν αὐτοῦ καὶ αὐτὸν ὀψόμεθα, κομίζοντες ᾆσμα μικρὸν ὑπὲρ μεγάλων.

CAIANO.

Olympium nosti, Rhetorem nostratem, dicendi peritissimum, & magna loquentem, semper vero justi & aequi studiosum. Hujus filius est *Theodotus*, patre, non dixerim, melior, fortasse tamen non pejor. Haec vero dico, non quidem facultates, quas nunc habet, comparans, sed eam *Theodoti* cum illa conferens, quam habebat *Olympius*, cum ea, qua nunc *Theodotus* est, aetate esset. Jucunda utique patri erant, quae a filio quotidie elaborabantur. Talia enim erant, quae doctiores apud nos quosvis ad plausum excitare possent. Deliberantibus itaque nobis, utrum eloquentiae operam adhuc dare, an causas agere deberet, *Olympius* in memoriam illi revocat libellum, quem adolescens pravis quibusdam, tanquam bonis, commodatum amiserat. Indignatus hic est pater adeo, ut filium objurgaret. Nihil vero asperius accedebat. Vir enim in suos est mitissimus, nec probat, si quis in filios sit durior. *Theodoto* vero etiam leve hoc, propter continuam patris facilitatem, gravius videbatur. Hinc, quasi ille idem, quod de Amyntore adversus Phoenicem fertur, fecisset, filius ad portum se conferens navis ope ad vos delatus est. Illum

MCCCCXXXV. ΓΑΪΑΝῼ.

EP. MDXI. (1) Athenis tamen noster per quadriennium versatus est. Vide Vitam ejus p. 5. sq. Postea vero illuc iterum profectus munere professorio, ad quod adspirabat, excidit, propterea alio digressus. Vide ib. pag. 14.

γράψας Γερόντιος, ἀλλ' ὅστις ὁ πέμψας Θεόδωρος. Οὐδὲ γὰρ ὅθεν ἦλθε τὰ γράμματα, οὐδαμοῦ τῶν γραμμάτων ἐνῆν. εἶεν ὅτι Ἀθήνηθεν, ἢ ἐκ Θηβῶν ἢ Βυζαντίου. ἀλλὰ τιμὴ μὲν πρὸς ἐμὲ πολλή, καὶ ἔρως Γεροντίου, καὶ Θεοδώρου ἐνέδρευον, καὶ πάντα χαρίεντα. Τόπος δὲ οὐδεὶς ἐβοήθει μοι πρὸς τὴν τοῦ γεγραφότος θήραν. Τέως μὲν οὖν ζητῶν τε καὶ ἀπορῶν διῆγον. ἔπειτ' ἐνεθυμήθην πρὸς ἐμαυτόν, ὡς Γεροντίοι μέν, πλῆθος ἐν γῇ, κάλλος δὲ τοιούτου ἐπιστολῆς, εἷς ἂν μόνος ἔτεκε Γερόντιος. καὶ Κέλσῳ δείξας τὰ γράμματα, καὶ εἰπών, ἃ τοπάζω, παρ' ἐκείνου βεβαιοῦμαι τὴν δόξαν. Μειδιάσας γὰρ καὶ ἡσθεὶς οὗτος ἐκεῖνος ἔφη Γερόντιος οὑμὸς ἑταῖρος, καὶ μηνύει τὸν πατέρα ὁ λόγος. Εὑρόντες οὖν σε, πολλοῖς δὲ πολλάκις ἀνέγνωμεν ἐν Διονύσου τὰ γράμματα. Διετρίβομεν γὰρ περὶ τὸν θεόν, ἀρχομένης τε τῆς ἑορτῆς καὶ τῶν Βακχῶν ἤδη κεκινημένων. ἐγὼ οὖν νῦν μὲν ἀκήκοα, πάλαι δὲ ὢν ἐπαινέτης τυγχάνω. καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἀφ' ἧς Ἀρισταίνετος. Δόγμα γὰρ ἐκεῖνο παρ' ἡμῖν, ταῖς ἀλλήλων ψήφοις ἀκολουθεῖν, καὶ ὃν τ' ἐκεῖνος ψέγοντος ἐπῄνεσα ἄν, ἐπαινοῦντι δὲ συμπνεῖν ἔδει. Ταυτὰ δέ μοι καὶ παρ' ἐκείνου, καὶ εἶχον ἑπόμενον ἀμφότερον. Ἀκούων οὖν αὐτόν, ὁπότε λέγοις (1), πηδῶντα, καὶ αὐτὸς ἀνήκοος ὢν ἐπήδων. Οὐ γὰρ ἦν θέμις ἡσυχάζειν Ἀρισταινέτου πηδῶντος.

autem conjectura adsequi, quis esset, qui scripserat, *Gerontius*, quisque esset, qui miserat, *Theodorus*. Neque enim, unde venirent literae, in literis ipsis prodebatur, v. c. num Athenis, an Thebis, an Byzantio. Magnus vero honor in illis mihi habebatur, amorem quoque *Gerontii*, insidias *Theodori*, & festiva omnia significabant. Nullus interim locus succurrebat mihi, ex quo scriptorem detegerem. Hactenus itaque quaerens & anceps haerebam. Postea apud me cogitavi, *Gerontios* quidem in orbe multos dari, tam elegantem vero epistolam unum *Gerontium* scripsisse. *Celso* itaque ostendi epistolam, eique conjecturam meam exposui, & sententiam meam ab eodem confirmatam vidi. Subridens enim ille & hilaris; est ille, inquiebat, *Gerontius*, amicus meus: & auctorem ipsa dictio prodit. Te itaque detecto, multis, idque saepius, in Bacchi fano literas tuas praelegimus. In cultu enim ejus tunc versabamur, facto jam festi initio, & Bacchis jam commotis. Te itaque nunc demum audivi, pridem vero laudavi, & ab illo quidem tempore, quo idem *Aristaenetus* fecit. Inter nos enim constitutum erat, suffragia nostra habere communia, ut proinde neminem, quem ille vituperet, laudare possim, laudantem autem comitari debeam. Idem vero ille etiam adversus me facit, & utrinque me sequentem habeo. Postquam igitur audivi, eum quoties peroraveris, tripudiare; ego quoque, quamvis non audiens, exultavi. Neque enim fas erat, *Aristaeneto* saltante, quietum esse.

MDXIII. ΣΙΜΠΛΙΚΙῼ.

Τοὺς μὲν ἄλλους ἐξηπάτηκε Σύμβουλος λέγων ἐπὶ τὴν αὐτοῦ τάξιν τρέχειν, ἣν εἶναι δίκας λέγει. Ἐμὲ δὲ οὐκ ἔλαθεν ἀμελῶν μὲν οὐδὲ τούτων. προτιμῶν δὲ πεποιημένος τὸ σέ τε ἰδεῖν καί σοι συγγενέσθαι, καὶ πάλιν λευκὰς ἀγαγεῖν ἡμέρας. τοιαῦται γὰρ μετά σου, πᾶσι μὲν, οὐχ ἥκιστα δὲ Συμβούλῳ, ὃν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἀγαθὸν ἐθαύμασας. ὅ μοι δοκεῖ καὶ ἡ μήτηρ ἐπισταμένη μόλις μὲν ἤνεγκε (1), ζῆν μὲν γὰρ ἡγεῖται, τὸ σὺν τῷ παιδὶ ζῆν. θάτερον δὲ βαρύ, καὶ οὐκ ἀνεκτόν. ἀλλ' ὅμως περὶ τῆς σῆς φιλίας ἐλπίδος ἔπεισαν συγχεῖν. Ἤδει γὰρ πέμπουσα αὐτὸν παρ' ἄνδρα, τῷ χρόνῳ μὲν ἀδελφόν, τῇ δὲ εὐνοίᾳ πατέρα. Ταῦτα καὶ Θεόδωρος προσδοκᾷ. ταῦτα καὶ αὐτὸς ἐγώ. ταῦτα ἐπιτέλει πρὸς Διός. καὶ μιμοῦ τὸν τρόπον τοῦ γενναίου Φιλίππου. ἵν' ὥσπερ αὐτοῦ μετέλαβες τῶν ἐν τῷ σώματι τύπων, οἶσθα δέ, ὅπως χαίρομεν ἐν σοὶ θεωροῦντες ἐκεῖνον, οὕτω καὶ τὴν γνώμην ὅμοιος ἧς ἐκείνῳ. Γράφειν μὲν οὖν πολλοῖς εἶχον τῶν παρ' ὑμῖν. τὸ πρὸς σὲ δὲ ἀρκεῖν ᾠήθην. Ἃ γὰρ ἂν αὐτῷ πολλοὶ συνενήνεγκαν, παρὰ μόνου σου γένοιτ' ἄν. δυνάμεώς τε δικαίας ὑπαρχούσης καὶ γνώμης ἀξίας τοῦ δύνασθαι. Ὅπως οὖν πολλοὶ

SIMPLICIO.

Alios quidem fefellit *Symbulus*, dicens, se artis suae faciendae caussa proficisci, quam ad forum ajebat spectare. Me vero non latet, eum quidem nec ea negligere, magis tamen hoc iter facere, ut te videat, & tecum versetur, laetosque iterum dies agat. Tales enim apud te aguntur ab omnibus quidem, maxime vero a *Symbulo*, quem ab initio quidem, tanquam virum bonum, magni fecisti. Gnara rei, puto, mater id quidem aegre permisit; vivere enim se putat, si cum filio vivat: alterum vero illud grave, nec ferendum esse existimat Sed vel sic tamen propter spem, in amicitia tua collocatam, fieri id passa est. Sciebat enim se eum ad illum virum mittere, qui aetate quidem fratrem, benevolentia autem patrem referat. Atque haec etiam *Theodorus* exspectat, haec & ego: haec, per Jovem, tu praesta, & ingenui *Philippi* mores imitare, ut, quemadmodum vultus ejus vestigia refers, (nosti autem, quantopere laetemur, illum in te spectantes,) sic & quod ad prolixam voluntatem illi sis similis. Scribere equidem ad multos vestratium poteram; ad te vero unum, satis esse duxi. Quae enim multi, junctis operis, illi praestituri erant, ea per te unum consequi poterit, qui merito

EP. MDXII. (1) λέγοις scripsi pro λέγει, quod erat in codice.

EP. MDXIII. (1) Verbo ἤνεγκε supplevi spatium vacuum, quod erat in codice. Sequitur mox ἔπεισαν, συγχεῖν.

(2) Sym-

merito hanc facultatem, & animum facultate hac dignum habeas. Fac itaque, ut multi arte ejus utantur, ipse vero ex causis agendis opes sibi comparet. *Theodorus* quidem in dotibus ejus enarrandis copiosior est; sed vel sic tamen tua ope fieri debet, ut filii sui gloriam & divitias dicendo non videatur adsecutus.

DECENTIO.

Vos quidem & generis, & prudentiae causa, quodque praeterea ad res agendas idoneus est, recte facitis, optimum *Apellionem* ad vos vocantes. Nescio vero, quomodo rationem reddituri sitis Diis conjugalibus, quando a thoro, libenter eum retinente, avocatis. Ipse tu novus quondam fuisti maritus, nostique adeo, talibus nil nisi thalamum esse jucundum, reliqua vero omnia molesta. Propterea non sine lacrymis hinc abiit *Apellio*. Interim morem gessit Imperatoris literis, sibi ipsi vero persuadere non potuit, injuria se non affici. Non parum porro verendum est, ne uxor ejus tristitiae sociata; sed nolim male ominari. Tollite igitur hoc malum remittendo nobis intempestive vocatum. Si enim per annum integrum, & fortasse amplius, domo absit, nescio an onus hoc ferri possit. Puto vero etiam, ad res agendas eos parum esse idoneos, quorum mens per alia ab instituto suo avocetur. Qui enim recte aliquid agere velit, eum id unum spectare oportet; distractus enim quisque multa facile neglexerit. Quod si igitur ejusmodi aliquid illi contuleritis, per quod uxorem praesentem sibi habere possit, id quidem amplectemur, & gratiam habebimus: sin vero fiant, quae vos dixistis, nemo quidem vociferabitur, fortasse vero etiam nemo laudaverit institutum.

GERONTIO.

Quanti tu, quaeso, emisses, ut *Apellionem* haberes studii tui indigentem? Omnibus id quidem opibus te id redempturum fuisse crediderim, non quidem, ut adversum quid illi accideret, sed ut animi tui declarandi occasionem haberes. Jam igitur occasionem habes illum demonstrandi. Miles enim venit, qui eum, nuptialibus gaudiis adhuc indulgentem ab uxore, domum ducta, abstraxit. Dolens itaque ipse abiit, & dolentem reliquit. Hanc itaque tristitiam brevem esse jube, hinc suadens, hinc cogens eos, quibus major in his est facultas. Potes vero tu rem hanc non quidem ipse perficere, at, ut alii faciant, suadendo adducere. Fas porro est, ut te & huic & illi (uxori) cui studium tuum probasti, talem te praestes, qui non exigua possis, atque his ipsis amoris tui spem inposterum facias. *Apellion* quidem non omnem laborem fugit, at eum tamen, quo a suis abstrahitur,

πολλοί τε αὐτοῦ τῆς τέχνης δεήσονται καὶ χρημάτων εὐπορήσουσιν ἐκ δικῶν, σκόπει. Νῦν μὲν γὰρ φορτικός ἐστι Θεόδωρος τὰ αὐτοῦ διηγούμενος. Δεῖ δὲ αὐτὸν, σοῦ βοηθοῦντος, ἧττω γενέσθαι τῆς τοῦ παιδὸς (2), καὶ δόξης καὶ εὐπορίας.

MDXIV. ΔΕΚΕΝΤΙΩι.

Γένους μὲν ἕνεκα καὶ νοῦ, καὶ τῆς δυνάμεως πραγμάτων ἐπιμελείας καλῶς ποιεῖτε καλοῦντες τὸν καλὸν Ἀπελλίωνα. πρὸς δὲ τοὺς γαμηλίους θεοὺς (1) οὐκ οἶδ᾽ ὅτι ἂν ἀπολογοῖσθε, ἄνδρα ἕλκοντες ἐξ εὐνῆς, βουλομένης αὐτὸν ἔχειν. Γέγονας δὲ αὐτὸς νεόγαμος, καὶ οἶσθα, ὡς τοῖς τοιούτοις ἓν φίλον ὁ θάλαμος, τἄλλα δὲ πάντα ὄχλος. διόπερ οὐκ ἄνευ δακρύων Ἀπελλίων ἐξῆλθεν. ἀλλ᾽ ἐπείθετο μὲν βασιλέως γράμμασι, πεῖσαι δὲ αὐτὸν, ὡς οὐκ ἀδικεῖται, οὐκ εἶχεν. Δέος δ᾽ ἐστὶν οὐ μικρὸν μὴ ἡ γυνὴ τῇ λύπῃ συνοικοῦσα, βλάσφημον δὲ οὐδὲν ἐρῶ. Λύσατε δὴ τοσοῦτον κακὸν ἀποπέμψαντες ἡμῖν τὸν οὐκ ἐν καιρῷ κεκλημένον. Εἰ γὰρ δὴ ἐνιαυτὸν ἀπέσται τῆς οἰκίας, ἴσως δέ τι καὶ πλέον, οὐκ οἶδα εἰ φορητὸν ἔσται τὸ φορτίον. Οἶμαι δὲ καὶ ἀχρήστους εἶναι πρὸς τὰς πράξεις τοὺς ὑπ᾽ ἄλλων τινῶν ἀφελκομένους τὴν γνώμην. Δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντά τι δράσειν ἱκανῶς ἓν ἐκεῖνο ὁρᾶν. ὁ δὲ σχιζόμενος πολλὰ ἂν παραλίποι. Εἰ μὲν οὖν τι δώσετε τοιοῦτον, δι᾽ οὗ τὸ μετὰ τῆς γυναικὸς εἶναι σχήσει, δεχόμεθα, καὶ εἰσόμεθα χάριν, εἰ δ᾽ ἃ λέγετε, κεκράξεται (2) μὲν οὐδεὶς, ἴσως δὲ οὐδ᾽ ἐπαινέσαιτο.

MDXV. ΓΕΡΟΝΤΙΩι.

Πόσου (1) ποτ᾽ ἂν ἐπρίω λαβεῖν χρῄζοντά σου τὸν χρηστὸν Ἀπελλίωνα; Ἐγὼ μὲν οἶμαι πάντων τῶν ὄντων σοι χρημάτων, οὐχ ἵνα τούτῳ τι γένηται λυπηρὸν, ἀλλ᾽ ἵνα σοι καιρὸς ἐπιδείξασθαι τὸν τρόπον ᾖ. Ἥκει τοίνυν ὁ τῆς ἐπιδείξεως καιρός. Ἔτι γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ γάμου ἡδονῇ διάγοντα στρατιώτης ἥκων ἐξείλκυσε τῆς γυναικὸς, ἔνδον ἐχομένης. καὶ ἐξῆλθεν ἀλγῶν, ἀλγοῦσαν ἀφείς. ταύτην δὴ τὴν ἀθυμίαν βραχέος ποίησον χρόνου, τὰ μὲν πείσας, τὰ δὲ ἀναγκάσας τοὺς τὰ μείζω δυναμένους. Ἔστι δέ σοι δύναμις, εἰ καὶ μὴ τοῦ δρᾶν, ἀλλ᾽ εἴς γε τὸ τοὺς δρῶντας ἄγειν τοῖς λόγοις. Δεῖ δέ σε φανῆναι καὶ τούτῳ κἀκείνῃ, περὶ ὧν ἐσπούδακας, ἰσχύν τινα οὐ φαύλην κεκτημένον, καὶ παρέχειν ἐν τοῖς ἤδη τὰ μετὰ ταῦτα ὁρᾶν. Ἀπελλίων τοίνυν ὅλως μὲν ἔργον οὐ φεύγει. τὰ δὲ πόῤῥω τε τῆς αὐτοῦ καὶ δυσαπάλλακτον

(a) *Symbulus* itaque hic *Theodori* filius fuit, de quo pater praeclara quaeque animo praecipiebat.

EP. MDXIV. (1) Sunt illi Jupiter & Juno, quod alias diximus. (2) Sic scripsi pro κεκράξετε. Facile fieri potuit, ut α cum ε & ται cum τε ex pronunciationis affinitate permutaretur.

EP. MDXV. (1) In codice τὸ νυ, sine sensu. Scripsi ego Πόσου.

λαχτον ἔχοντα ταλαιπωρίαν. καὶ τί δεῖ κύκλῳ βαδίζειν. γῆν οὐκ ἂν δύναιτο μετρεῖν καὶ ταῦτα ἐν Θρᾴκῃ. Σκόπει τοίνυν, ὅπως μηδὲν, ὧν οὐ βούλεται, συμβῇ.

trahitur, quique molestiam aegre amoliendam secum fert. Quid vero opus est, ut iter hoc per circulum faciat? agros quidem metiri non poterit, idque in Thracia. Fac itaque, ne quid eorum, quae nolit, usu ipsi veniat.

MDXVI. ΕΥΑΝΘΙΩ.

Οὐ πάντῃ ἡμῶν πλεονεκτεῖς. ἀλλ' ἔστιν, ἃ καὶ ἡμεῖς σου πλείω ἔχομεν. Σοὶ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς θαλάττης λαμπροτέρα τράπεζα, καὶ τὰ ἀπὸ γῆς δὲ οὐκ ὀλίγα. Ἐγὼ δὲ τοῦ γέροντος ἀπολαύω Θεοδώρου, καὶ τοῦ καλοῦ στόματος. οὐκ αὐτὸς καλῶν κρυπτόμενον, ἀλλ' οἶμαι θορυβηθεὶς, εἰσεπράττετο γὰρ χρυσίον, ἠναγκάζετό με διώκειν μᾶλλον ἢ πρότερον ἡμεῖς ἐκεῖνον. Τρυφῶ οὖν ὁρῶν τρέμοντα, καὶ ἀκούων φωνῆς βελτίονος ὑπὸ τοῦ φόβου γενομένης. μᾶλλον δὲ ἀφαιρεῖ μοι τῆς ἡδονῆς, τὸ μὴ τοὺς τῆς ἡδονῆς κοινωνοὺς ἔχειν, σέ τε λέγω καὶ τὸν ἀδελφόν. εἰ δ' ἦν αἱρέσεως κύριος, ἢ σε κοινωνὸν, ἢ τὸν ἀδελφὸν ἔχειν, ᾑρούμην ἂν ἐκεῖνον, μᾶλλόν τε εἰδότα γελᾶν, καὶ οἷς προσήκει τῶν ὀρνίθων, εἰκάζειν τὸν γέροντα (1).

EVANTHIO.

Non per omnia nobis es superior, sed sunt quaedam, quorum copia apud nos major est. Tu quidem lautiore per mare victu uteris, nec pauca a terra accipis. Ego vero *Theodoro*, optimo sene, & eleganti ore ejus fruor. Eum non advocavi latitantem: sed vexatus ipse, (aurum enim exigebatur,) coactum se vidit, ut me magis, quam olim nos ipsum, quaereret. Volupe igitur mihi est, videre trementem, & audire vocem ejus, ex timore meliorem redditam. Vel potius voluptatem mihi perdit, quod non habeo alios, te nempe & fratrem tuum, illius voluptatis participes. Si optio mihi daretur, ut vel te vel fratrem habere possim, hunc utique sumerem, qui & magis ridere possit, senemque illum avibus, quibus fas est, similem reddere.

MDXVII. ΠΑΛΛΑΔΙΩ.

Ἥκει σοὶ πάλιν Νουμήνιος εὖ πάλιν πεισόμενος. Ἔστι δὲ ἄξιος εὖ πάσχειν, εἰδὼς ᾄδειν χάριτας. ὡς οὐκ ἐπαύσατό γε διηγούμενος, οὔθ' ἃ αὐτὸς, οὔθ' ἃ ἅπαν τὸ ἔθνος ἀπέλαυσε. Φησὶ δὲ αὐτῷ καὶ διὰ τὴν ἐπιστολὴν τὴν ἐμὴν γενήσεσθαί τι πλέον. Ἵν' οὖν καὶ τῶν πλειόνων ἐκείνων αὖθις γένηταί τι πλέον, ἔδωκα ταυτὶ τὰ γράμματα. σὸν δ' ἂν εἴη, καὶ ταῦτα ποιῆσαι μὴ χείρω τῶν προτέρων.

PALLADIO.

Iterum ad te venit *Numenius*, iterum beneficiis a te ornandus. Dignus vero est beneficiis, qui gratias agere didicerit: sicut nec vel es, quae ipse, vel, quae tota gens a te accepit, enarrare desiit. Ait vero etiam per epistolam meam amplius aliquid sibi esse obventurum. Ut itaque ad multa illa aliquid amplius accedat, has ei literas dedi. Tuum vero fuerit, efficere, ut nec hae superioribus illis sint deteriores.

MDXVIII. ΘΕΜΙΣΤΙΩ.

Ἔδει σοι καὶ τὸ κεφάλαιον τοῦ Ὀλυμπιανοῦ χορευτῶν γενέσθαι φίλον. Σατορνίνου (1) γὰρ τουτουὶ πάντες ἦμεν ὕστεροι. καὶ ὁπότε οἴοιτό τι λέξειν, περιϊστάμεθα τὸν θρόνον οἱ διεσπαρμένοι. τοσαύτης δεινότητος ἐν τοῖς τότε λόγοις ἐκείνου. Ὢν δὲ οὕτω δεινὸς εἰπεῖν, οὕτω χρηστὸς ἦν, ὥστ' εἰ μᾶλλον τῶν ἀκροωμένων αὐτὸς ὁ λέγων εὐδοκιμῶν ἥδετο. Ὑπῆρξε δὲ αὐτῷ κἂν τοῖς δικαστηρίοις, νικῆσαι μὲν πολλὰ, λυπῆσαι δὲ ὀλίγα. Τὸν γὰρ τρόπον οὐδ' ἐν ἐκείνοις μετέστησε τοῖς τόποις. καίτοι κἂν τὸν πρᾳότατον ἡ παράταξις ἐκείνη τῆς φύσεως ἐξαγάγοι. ταῦτα ὁρῶν Σαλούστιος ἀρχῇ τὸν ἄνδρα ἐτίμα, Βορέας δὲ ἁρπάσας ἀντὶ τῆς Ὠρειθυίας (2) τὸ γραμματεῖον, ἰδιώτην ἡμῖν ἔτι τὸν Σατορνῖνον ποιεῖ. Νῦν οὖν ἥκει κομι-

THEMISTIO.

Fas erat, ut amicus tibi esset, qui inter *Olympiani* discipulos olim princeps erat. *Saturnino* enim hoc omnes eramus inferiores. Quoties ille dicturus prodibat, stabamus ad cathedram circumfusi. Tanta illi inerat dicendi facultas. Sed non disertus magis quam modestus erat, qui non majorem dicens ipse, ex orationum laudibus, quam audientes, voluptatem percipiebat. Eidem porro in foro etiam victoriam saepe reportare, raro autem molestum cuiquam esse contigit. Mores enim suos nec ibi mutavit, quamvis instructa ejusmodi acies vel mitissimum animi indole exturbare possit. Haec perspiciens *Salustius* magistratu ornavit virum, Boreas autem, surreptis pro Orithyia codicillis, effecit, ut *Saturninus* privatam vitam adhuc agat. Modo ita-

EP. MDXVI. (1) Davus sum, non Oedipus, qui heic adsequar Libanium. Fortasse id innuit, opus sibi aliquo esse, qui Theodorum tristem & adflictum sermonibus suis excitet, faciatque, ut laetior factus instar lusciniae cujusdam canat.

EP. MDXVIII. (1) *Saturnini* hujus meminit *Basilius* ep. 315. ad Abramium: νῦν δὲ μαθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγειν ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ αἰδεσιμωτάτου Σατορνίνου τοῦ Κόμητος. Confer *Valesium* ad Ammianum XXXI. 13. p. 646. (2) Ludit ad fabulam, qua Boreas Orithyiae amore captus, cum illa potiri bona cum gratia non posset, eam vi raptam in Thraciam tulisse fingitur. Vide *Philostratum* in Vita Apollonii p. 178. Scholiasten *Homeri* ad Odyss. ξ. v. 533. & *Apollonii Rhodii* ad lib. 1. v. 211. Ex his colligas, rescriptum illud, quo *Saturnino* magistratus addicebatur, vel dolo, vel vi interversum fuisse.

itaque venit eadem, qua ante, vitae conditione usurus, causasque iterum, quas judex olim definierat, peroraturus. Puto igitur etiam optimum *Salustium* memorem ejus futurum, & fortasse posteriora haec meliora facturum esse. Quod si igitur illum negotiorum moles remissiorem in his fecerit, tu, quaeso, virum mihi excita. Intra paucos vero dies idoneas & justas illum excitandi causas habebis. Tam cito ille tibi aureus videbitur, & ad amorem sui te permovebit.

μέμψαιο τὸ περὶ τοῦ σχῆμα, καὶ δίκας αὖθις ἀντὶ τοῦ διαλέξεω ἐρεῖν. Οἶμαι μὲν οὖν καὶ τὸν ἄριστον Σαλούστιον, μεμνῆσθαί τι αὐτοῦ, καὶ ἴσως δευτέρων ἀμεινόνων. Εἰ δ' ἐν ἐκείνοις τὸ πλῆθος τῶν πραγμάτων ἀμβλύτερον εἰς ταῦτα ποιεῖ, σύ μοι τὸν ἄνδρα ἐπέγειρον. λήψῃ δὲ δικαίας εἰς τὴν παράκλησιν ἀφορμὰς ἐν οὐ πολλαῖς ἡμέραις. οὕτως εὐθὺς χρυσοῦς τε εἶναί σοι δόξει, καὶ πείσει φιλεῖν.

BASSIANO.

Saturninum ex fama cognitum habes, quam & eloquentia & morum facilitate sibi conciliavit. Eum itaque & sine literis meis studio tuo eras prosecuturus. Modo vero accedit tertium, quod amicum te illi facere possit. Amicus enim mihi a pueris est ex Musarum commercio; succedens vero tempus facta inde initia amplificavit. Uterque nostrum mutuis commodis magis, quam suis alteruter, laetati sumus. Quoniam itaque tu ibi & domum habes, & opes, & facultatem, hic vero venit ea facturus, quae optimo *Salustio* consulta videbuntur, majora quidem illi precare, in omnibus vero opem fer, neque patere, ut alio utatur hospitio, vel cum aliis magis, quam tecum versetur. Sic enim ille quidem a te parva, tu vero pro parvis magna accipies, famam scilicet & celebritatem multis opibus anteferendam: *Bassianum* nempe homines praestantissimos consectari, iisque familiarissime uti, ac labores pro illis susceptos in lucro habere. Itaque in aliorum quoque, quorum aliqua est auctoritas, amicitiam insinuetur, generque tuus amicum illi reddat athlothetam, ut ille quidem admirationi sit aliis, hic vero felix existimetur.

MDXIX. ΒΑΣΣΙΑΝΩι.

Σατορνῖνον οἶσθα μὲν ἀπὸ τῆς δόξης, ἣν ἔσχεν ἔκ τε τῶν λόγων καὶ τῆς ἄλλης ἐπιεικείας, ὥστ' ἔμελλες αὐτὸν καὶ ἄνευ γραμμάτων ἐμῶν ἐν θεραπείᾳ ποιήσασθαι. Νῦν δὲ ἐστί τι καὶ τρίτον, ὃ ποιεῖ σε τούτῳ φίλον. Φίλος γὰρ ἐμὸς ἐκ παιδὸς ἀπὸ τῆς περὶ Μούσας χορείας, καὶ προϊὼν ὁ χρόνος ηὔξησεν ἡμῖν τὰς ἐκεῖθεν ἀρχάς, ἤδη μέν τι τοῖς ἀλλήλων ἀγαθοῖς μᾶλλον ἢ τοῖς οἰκείοις ἑκάτερος. Ἐπεὶ οὖν σοὶ μὲν καὶ οἶκος ἐκεῖ, καὶ περιουσία καὶ δύναμις, ὁ δ' ἥκει δεήσων, ὅ,τι ἂν εὑρίσκῃ τῷ καλῷ Σαλουστίῳ, συνεύχου μὲν αὐτῷ τὰ μείζω, πάντα δὲ φαίνου συμπράττων, καὶ μήτ' ἄλλοσε καταλύοντος ἀνέχου, μήτ' ἄλλοις μᾶλλον ἢ σοὶ συνόντος. ὅπως τούτῳ μὲν ἡ παρὰ σοῦ μικρά. σοὶ δὲ ἀπὸ τῶν μικρῶν μεγάλα. Φήμη καὶ ὄνομα πολλῶν χρημάτων ἀντάξιον. ὅτι Βασσιανὸς ἐκεῖνος διώκει τοὺς ἀρίστους, καὶ χαίρων ἔχεται, καὶ τοὺς ὑπὲρ ἐκείνων πόνους κέρδη νομίζει. Τοῖς τε οὖν ἄλλοις, ὧν τις καὶ λόγος, γνώσῃ γνώριμος, καὶ ὁ σὸς κηδεστὴς τὸν ἀθλοθέτην (1) τὸν αὐτοῦ ποιήσει φίλον, ἵν' ὁ μὲν θαυμάζηται, ὁ δὲ μακαρίζηται.

THEODORO.

Non pauca ego ad *Acacium* dixi, multo vero plura, quam ego, ad eundem ipsum *Olympius*. Ille vero se ait injuria affici, quod tu tibi eam factam putas: te enim non tua, sed, quae sua sint, quaerere. Ait etiam literas se habere, Ajacis quasi clypeum: in illis enim & patruelem meum testimonium perhibere, quem tu nunquam es interrogaturus, cum nihil tibi sit responsurus. Et tu itaque de alio alterius patruo, & de ejusdem, qui nec ipse interroganti unquam respondere possit, sollicitus sis. Video enim & tibi mortuo aliquo adversus mortuum illum opus esse.

MDXX. ΘΕΟΔΩΡΩι.

Εἶπον οὐκ ὀλίγα πρὸς Ἀκάκιον ἐγὼ, πολὺ δέ γε ἐμοῦ πλείω, πρὸς τὸν αὐτὸν τοῦτον Ὀλύμπιος. ὁ δὲ ἀδικεῖσθαί φησιν, ὅτι σὺ φῂς ἀδικεῖσθαι. ζητεῖν γάρ σε τὰ μὴ σὰ, τὰ δὲ ἐκείνου σαφῶς. καὶ γράμματά φησιν ἔχειν Αἴαντός τινα ἀσπίδα (1). μαρτυρεῖν γὰρ ἐν αὐτοῖς καὶ τὸν ἐμὸν θεῖον, ἐκεῖνον, ὃν οὐ μέλλεις ἐρήσεσθαι προσελθών, οὐ γὰρ ἂν ἀποκρίναιτό σοι. Ὅρα δὴ καὶ σὺ θεῖόν τινα ἄλλον ἄλλῳ καὶ γράμματα ἐκείνου τοῦ θείου μηδ' αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐρωτῶντα φθεγξαμένου ποτ' ἄν. Ὁρῶ γὰρ, ὅτι καί σοι δεῖ νεκροῦ τινος πρὸς τὸν νεκρὸν ἐκεῖνον.

CLEARCHO.

Ubinam cum Musis tu versatus es, & quidnam illae tibi dixerunt, quidve dederunt? Nonne

MDXXI. ΚΛΕΑΡΧΩι.

Ποῦ ταῖς Μούσαις ἐντετύχηκας, καὶ τί σοι εἶπον, καὶ τί σοι ἔδωκαν. ἢ δῆλον ὅτι κλάδον, δι' ὃν οὕτω ῥεῖς, καὶ

EP. MDXIX. (1) Ἀθλοθέτης alias ludorum solemnium editorem & Praesidem significat, qui alias *agonotheta*, & à Latinis scriptoribus *Munerarius* vocatur. Hoc loco vel *Salustium*, vel alium ex Optimatibus intelligi putem, qui *Saturnino* opem ferre poterat.

EP. MDXX. (1) In Codice ἀσπίδος. *Ajacis clypeus* validum praesidium infert proverbialiter. Vide *Erasmi* Adagia p. 633.

καὶ μακρὰς καὶ καλὰς ἀποτείνεις ἐπιστολάς; Νικοκλῆς (1), εἰ καὶ τ' ἄλλα φαῦλος, διά γε τοῦτο γε τίμιος, ὅτι σε τοιοῦτον ἔθηκε, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ (2). δεινὸν εἰπεῖν, ἐν ἔργῳ ἀμείνω, πάσας φωνὰς εἰς ἔπαινον ἕλκοντα. Οὐ γὰρ ἀγνοοῦμεν τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ μὲν φῦσαν ἄμπελον, ἐπισχοῦσαν δὲ τὴν γῆν, ἧς ὁ καρπὸς τοῖς μὲν γλυκὺς, τοῖς δὲ οὐ τοιοῦτος, τοῖς μὲν δικαίοις γλυκὺς, τοῖς δὲ ἑτέροις πικρός. Ἥκει δὲ καὶ φήμη τὶς χρυσῆ λέγουσά σε ἥξειν, ὡς σοι προσήκει, δεῦρο ἐλθεῖν. Σκόπει οὖν ὅπως ἔργον ἔσται ὁ λόγος. μὴ γὰρ ἐπ' ἄλλῳ τὸ ἅρμα γένοιτο μετὰ ἄριστον ἡνίοχον, ὃς νῦν ἡμᾶς ἄγει, πατέρα εὖ (3) ἄρχοντα δεικνύων.

Nonne ramum tibi dederunt, per quem tantum habes dicendi flumen, longasque adeo & praeclaras scribis epistolas? *Nicocles*, quamvis cetera ignavior, ideo tamen in pretio est habendus, quod te, Diis par Achilles, tantum fecit, lingua disertum, opere meliorem, omniumque linguas ad te laudandum pellicientem. Neque enim ignoramus vitem in Hellesponto quidem natam, eam vero terram tenentem, cujus fructus aliis suavis sit, aliis non item: bonis quidem suavis, aliis vero amarus. Allatus vero etiam est nuncius auro dignus, confirmans, talem te ad nos, qualem oportet, venturum. Fac igitur, ut nuncius hic opere ipso confirmetur. Absit enim, ut currus hic alii tradatur post aurigam illum optimum, qui nunc nos gubernat, patrem se in imperio demonstrans.

MDXXII. ῬΟΥΦΙΝῼ.

Καὶ τοῦτο τῶν ἀγαθῶν ἀρχόντων, μεμνῆσθαι διὰ τέλους, ὧν ἦρξαν. τῆς γὰρ αὐτῶν ἀρετῆς ἐν τῇ ἐκείνων μνήμῃ μέμνηνται. οἱ κακοὶ δὲ, κἂν ἄλλος, ὧν ἦρξαν, μνημονεύῃ, δάκνονται καὶ ἐκκρούουσι τὸν λόγον, ἔλεγχον αὐτῶν ἡγούμενοι τὸν περὶ ἐκείνων λόγον. Σοῦ δὲ καλὰ μὲν τὰ πρὸ τῆς ἀρχῆς, καλλίω δὲ τὰ ἐπ' αὐτῆς, σεμνὰ δὲ τὰ μετ' ἐκείνην. ὅτε δὴ τοῖς περὶ λόγων λόγοις ἡμᾶς παρῄεις, ὧν ὁ βίος λόγοι, δεικνὺς μὲν θησαυρὸν ἐν τῇ ψυχῇ κείμενον παλαιῶν τε καὶ σοφῶν ἀνδρῶν, τῶν μὲν τῆς ὑμετέρας, τῶν δὲ Ἑλλάδος φωνῆς. Προστιθεὶς δὲ ἑκάστῳ κρίσιν ὀρθὴν (1), καὶ τὸ πότε ἄλλος ἄλλου βελτίων. ἔλεγες δέ τι καὶ περὶ ἡμῶν, ὃ ἐμοὶ προτιμότερον τῶν Γύγου χρημάτων, ὃ μοι δοκοῦσιν ἤδη καὶ Ῥωμαῖοι μεμαθηκέναι. δῆλον γὰρ ὡς οὐκ ἂν ἐσίγησας, ἀλλά σοι μέρος τῆς διηγήσεως καὶ ἡμεῖς γεγενήμεθα. Σοὶ μὲν οὖν ἀντὶ τῆς περὶ πάντα ἀρετῆς θεὸς κατευθύνοι τὸ γένος, σώζοι τε καὶ ποιοῖ ἀθάνατον, ἀεὶ τοὺς δευτέρους τοῖς προτέροις παραπλησίους. Ἐγὼ δὲ ἄλλως μὲν οὐκ ἂν ἐκεῖσε τὸν λόγον ἔπεμψα, δεδιὼς τὴν τῶν παιδευόντων σοφίαν. Νέοι τε γὰρ οἱ πολλοὶ καὶ καλοὶ καὶ μόνοι Ὑάκινθοι (2), καὶ τοὺς ἄλλους ἡγοῦνται Θερσίτας (3). Σωκράτη δὲ ἐξαίρω λόγου (4), τὸν γενναῖον Βικτωρῖνον (5), τὸν ἐμαυτοῦ πολίτην. οὕτω γάρ μοι καλεῖν ἥδιον τὸν ἀπὸ τῆς γείτονος (6) καὶ τὸν ἐννεάκρουνον (7) Εὔδημον (8). οἱ λοιποὶ δὲ Γοργείη κεφαλὴ (9), καὶ τοξόται, καὶ βέλη. Καὶ δέδοικα

RUFINO.

Et hoc bonorum Praefectorum est, perpetuo eorum, quibus praefuerint, meminisse. Suae enim virtutis, eorum memores, meminerunt. Mali vero, si eorum illi, quibus praefuerunt, meminerint, punguntur, & aversantur verba quae vituperium sui interpretantur. Tua vero illa praeclara sunt, quae ante praefecturam, praeclariora vero, quae in illa, miranda denique, quae post illam praestitisti. Tunc enim tuis, quos de literis habebas, sermonibus nos, qui in literis vitam agimus, superasti, ostendens, thesaurum tibi in promtu esse, ex veteribus sapientissimisque tum vestratis tum Graecae linguae auctoribus collectum; & de singulis recte judicans, monensque, ubi alter alteri praestare videatur. De nobis etiam nonnihil disseruisti, quod Gygis opibus pretiosius habeo. Id vero & Romani mihi jam edocti videntur. Procul dubio enim non tacuisti, sed & nos narrationis tuae partem constituimus. Tibi itaque Deus pro hac virtute tua genus tueatur, idque praestet immortale, ita ut posteri majoribus semper sint similes. Ego quidem alioquin orationem meam eo non eram missurus, a praeceptorum scilicet sapientia mihi timens. Plerique enim juvenes sunt, & pulchri & soli Hyacinthi, qui alios pro Thersitis habeant. Socratem tamen excipio, *Victorinum* eximium, civem meum: (ita enim appellare placet eum ex vicinia ortum) & *Eudemum*, fontem uberrimum. Reliqui enim Gorgonis sunt caput, & sagittarii & sagittae.

Et

EP. MDXXI. (1) *Nicocles* hic Lacedaemonius, Rhetor erat CPolitanus, quem doctorem Julianus, amicum vero noster CPoli habuit. Vide Vitam nostri p. 12. Ad eundem exstant quaedam *Libanii* epistolae, v. c. 1324. (2) Habes *Homeri* versum Iliad. ι. v. 481.

Καί σε τοιοῦτον ἔθηκα θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ.

(3) In codice male εὖ.

EP. MDXXII. (1) καὶ τὸ —— βελτίων. Haec expungi volebat manus recentior. (2) Hyacinthus a corporis forma celebratur. *Libanius* Tom. II. p. 489. Orat. ὑπὲρ τῶν ῥητόρων ita: οἶδα ἔγωγέ ποτε ἄρτι μὴ ὑπὲρ τῶν Ὑακίνθων. (3) Thersitem ut hominem foedissimum describit *Homerus* Iliad. β. Hinc natum proverbium Θερσίτου βλέμμα, de quo *Erasmus* p. 255. Adagiorum. (4) Phrasis Platonica, de qua alibi diximus. (5) *Fabium Marium Victorinum* intelligit, qui, imperante Constantio medio saeculo post C. N. quarto Rhetorem Romae egit, ac senex Christi sacris nomen addixit. Lege de eo, scriptisque ejus, post alios *Caveum* in Historia literaria scriptorum Ecclesiast. ad A. C. 362. (6) Afer is erat. Conf. *Augustini* Confess. VIII. 2. (7) Hoc nomine fons quidam Athenis a novem fistulis, aquam fundentibus, appellabatur. (8) Fortasse hic est *Eudemus* Rhetor, cujus περὶ λέξεων ῥητορικῶν commentarium *Suidas* in Indice Scriptorum veterum, qui Lexico ejus praemittitur, commemorat. Confer *Jo. Alberti Fabricii* nostri Bibliothec. Graec. Vol. IX. p. 651. ubi & de *Eudemis* aliis. (9) h. e. protervi, fastuosi, & formidolosi, quos fugias. Tales alias Γοργείας κεφαλὰς ἀνάγειν proverbialiter dicuntur. Vide *Erasmi* Adagia p. 67. Noster in Vita sua p. 48. τὸ Γοργοῦς φοβερώτερον appellat.

(10) Sic

Et vereor sane, ne tibi rixas pariam. Te enim me conviciis proscissum nunquam deserturum esse novi. Propterea timor quidem mittere vetuit, tui autem reverentia suasit. Neque enim fas erat, nec consentaneum videbatur, dicto tuo non esse audientem. Romae enim elegantissimae & surculus es & decus.

δικα δὴ, μή σοι γένωμαι πολέμου πρόφασις. Οὐ γάρ με προσδόσεις βαλλόμενον, οὐδ' ἐγώ. Φόβος μὲν οὖν μὴ πέμπειν διεκώλυσεν. αἰδὼς δὲ πέμπειν ἔπεισεν. Οὐ γάρ ἐστι οὐδὲ ἔοικε (10) τὸ σὸν ἔπος ἀτιμάσασθαι. Ῥώμης γὰρ τῆς ἀρίστης σύ γε καὶ φυτὸν καὶ κόσμος.

CYRO.

Venationem tuam laudavi, sapientum Medicorum venator optime! Idem vero tibi ab omnibus, ad quos rei hujus fama perlata est, obtigit. Illorum enim alii mercatorem te esse ajunt, qui exiguis magna lucretur, cum opes arti, morborum victrici, sint postponendae. Aliis vero id, quod viri generosi est, fecisse videris, tantas opes illis, qui nihil pecuniae habent, largitus. Ego vero arbitror, praeclara te quidem dare, praeclara vero etiam accipere, virgines nempe pulcherrimas elocare, in genus vero tuum Machaonem & Podalirium cooptare. Hoc ipsum vero familiae tuae & urbi, praeterea vero nostrae civitati urbibusque omnibus, ad quas in maximis difficultatibus illi vocentur, lucrum adfert. Tunc enim illi, qui a morbis fuerint liberati, post Deos *Cyrum* laudabunt, qui juvenes duos, alioquin avolaturos, per Junonem manere coëgerit. Apud nos quidem multi tum Patres, tum virgines, tum conjugalis vinculi occasio fuissent, si cui libuisset. Sed eos quidem acutum cernere non puto: imo nec ditescendi artem norunt, quamvis id perpetuo agant. Tu vero & vidisti thesaurum, & tibi vindicasti, non quidem, ut solus habeas, sed, ut eum inprimis habens, aliis quoque impertiaris. Hoc autem thesauro vel imperans aliquis indiguerit. Mox etiam eos, qui modo arte sua magni sunt, alio nomine illustres viderimus.

MDXXIII. ΚΥΡΩι.

Ἐπῄνεσά σου τὴν θήραν, ὦ θηρατὰ σοφῶν ἰατρῶν. ταὐτὸ δέ σοι καὶ παρὰ πάντων, ἐφ' ὁπόσους ἥκει ὁ λόγος. ὧν οἱ μέν σε ὡς ἐμπορικὸν ἐπαινοῦσιν, ἐλάττοσιν ἀγαθοῖς μείζω κτώμενον. εἶναι γὰρ ἔλαττον χρήματα τοῦ κρείττονος τῶν νοσημάτων τέχνης. Τοῖς δὲ δοκεῖς ἔργον ἀνδρὸς μάλα φιλοτίμου ποιεῖν, τοσοῦτον πλοῦτον διδοὺς τοῖς οὔπω χρήματα ἔχουσιν. ἡ δὲ ἐμὴ γνώμη, καλὰ μέν σε διδόναι, καλὰ δὲ λαμβάνειν, κόρας μὲν ἀρίστας διδόναι, προστιθέναι δὲ τῷ γένει Μαχάονά τι καὶ Ποδαλείριον (1). τὸ δὲ αὐτὸ τῷ τε γένει σου κέρδος καὶ τῇ πόλει, καὶ προσέτι γε τῇ ἡμετέρᾳ πόλει, καὶ πᾶσί γε ἄστεσιν, ἐφ' ὁπόσα ἂν οἱ μεγίστῳ χειμῶνι, καλῶνται. οἱ ἀπεσταλμένοι δὲ, μετὰ τοὺς θεοὺς ὑμνήσουσι Κῦρον, ὃς ἀποπτήσεσθαι μέλλοντε (2) τὼ παιδίσκαιν (3) μένειν ἠνάγκασε διὰ τῆς Ἥρας (4). παρ' ἡμῖν δὲ πολλοὶ μὲν πατέρες, καὶ κόραι, καὶ ὁ διὰ τῆς Ἥρας δεσμὸς, εἴ τις ἐβούλετο, ἦν. ἀλλ' οἶμαι οὐ βλέπουσιν ὀξύ. οὐδὲ ἐπίστανται πλουτεῖν, καίτοι τοῦτ' ἀεὶ μελετῶντες. Σὺ δὲ οἶδές τε τὸν θησαυρὸν, καὶ εὕρηκας, οὐχ ὅπως μόνος ἔχοις, ἀλλ' ὅπως μάλιστα ἔχων, καὶ τοῖς ἄλλοις νέμοις. τούτου δὲ πάντως τις τοῦ θησαυροῦ καὶ βασιλεύων δεήσεται. καὶ τάχα τοὺς νῦν οἷς ἐπίστανται μεγάλους (5), ὄψεταί τις καὶ τοῖς ἄλλοις μεγάλους.

LEONTIO.

Beneficium a te non iniquum petimus: talia vero multa & contulisse te & accepisse existimo. Propterea tibi Deae sunt amicae, quae imperium tuum multa gratia prosequuntur. Quod vero petimus, hoc est, ut *Milichius* adversarium vincat, vincatur autem insidias illi struens *Sapricius*. Quamvis enim *Sapricius Milichii* sit frater, hostis tamen quam frater esse maluit. Cum enim facultates hujus exiguas appeteret, videretque, eum ad res agendas non esse idoneum, frumentum vehere instituens, paulo post tanquam oneri huic non sufficiens, illum in navigandi societatem adducit, non quidem, ut eam secum obiret, sed ut,

MDXXIV. ΛΕΟΝΤΙΩι.

Χάριν αἰτοῦμέν σε δικαίαν. οἶμαι δέ σε πολλὰς τοιαύτας καὶ δεδωκέναι καὶ εἰληφέναι. ὅθεν σοι καὶ αἱ θεαὶ (1) φίλαι. καὶ πολλὴ παρ' ἐκείνων εἰς τὴν ἀρχὴν ἡ χάρις. ὃ δὲ αἰτοῦμεν, ἔστω, κρατῆσαι μὲν ἐπιβουλευόμενον Μειλίχιον, ἡττηθῆναι δὲ ἐπιβουλεύοντα Σαπρίκιον. καίτοι ἀδελφὸς Μειλιχίου Σαπρίκιος. ἀλλ' ἀντ' ἀδελφοῦ πολέμιος εἶναι βούλεται. Τῶν γὰρ ὄντων τούτῳ τῶν μικρῶν ἐπιθυμήσας, καὶ ὁρῶν αὐτὸν οὐκ εἰδότα πράγμασι χρῆσθαι, σιτηγοῦν αὐτὸς ἐθελήσας, εἶθ', ὡς οὐκ ἀρκῶν τῷ φορτίῳ, τόνδε αὐτῷ συμπλεῖν ἀξιοῖ, οὐχ ἵνα συμπλεύσειεν, ἀλλ' ἵνα φυγὼν τὸν πόνον, ἐκπέσῃ

(10) Sic scripsi pro ἔοιξε.

EP. MDXXIII. (1) *Cyrus* itaque hic filias suas duobus Medicis, quos cum Machaone & Podalirio Aesculapii filiis, comparat, elocaverat. Iis autem ex arte sua amplas opes noster promittit, Socero ipsi gratas futuras. (2) In Codice μέλλον τε. Dualis est numerus. (3) Malim τὼ νεανίσκω. (4) Junonem pronubam, atque adeo conjugale vinculum intelligit. (5) In codice μεγάλοις.

EP. MDXXIV. (1) Deas Charitas intelligit.

πόσῃ τῆς ἑαυτοῦ. τὰ δὲ ἐκείνου τούτου γένηται. Ταῦτ' οὖν ὅπως μὴ γένηται, δεόμεθά σου. Καὶ γὰρ οὐδ' ἐπὶ φαύλοις ὁ Μιλίχιος διατρίβει παρ' ἡμῖν, ἀλλ' ἣν ἂν ἐγὼ φαίην καλλίστην λειτουργεῖ λειτουργίαν. τὸν Πυθαγόρου μὲν ζηλωτὴν (2), ἐμοὶ δὲ ὁμώνυμον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὡς εἰπεῖν, περιφέρει, καὶ ἂν ὁμοῦ μὲν συγγενὴς, ὁμοῦ δὲ κρείττων τῶν οἰκετῶν. Φιλοσόφους, ὦ μακάριε, μετὰ τοὺς θεοὺς θεραπευτέον, ἐγγὺς ὄντας τῶν θεῶν. Ἐπεὶ οὖν αὐτὸν Μιλίχιος ταῖς χερσὶν, ἡμεῖς τῇ πρὸς Μιλίχιον βοηθείᾳ θεραπεύομεν. εἰ δὲ μὴ, σκόπει, οἷον ἔσται. Σαπρίκιος μὲν αὐτοῦ ποιήσεται τὰ τούτου, ὁ δὲ, ὑπ' ἀθυμίας λείψει τὴν τάξιν, ἐφ' ἧς ἐστι, στερήσεται δὲ ὁ φιλόσοφος τοῦ φιλτάτου. Δόξομεν δὲ ἡμεῖς αἴτιοι γεγονέναι πράγματος οὕτως ἀγρίου. Ἀλλ' οὔτε ἔσται, οὔτε ἡμεῖς τοῦτο δόξομεν. ὁ γὰρ ἐκ λόγων ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἥκων ὁ καλὸς ἡμῖν Λεόντιος, τοῦ μὲν καταγνοὺς, τὸν δὲ ἐπαινῶν, ἡμᾶς δὲ αἰδούμενος, πράξει ταῦτα, ἃ πράξας εὐδοκιμήσει.

ut, laborem fugiens, facultatibus suis excideret, ipsius vero opes suae fierent. A te itaque petimus, ne haec fieri permittas. Neque enim malis rebus *Milichius* apud nos studet, sed eam, quam optimam ego dixerim, obit provinciam, qui *Pythagorae* aemulum, mihi vero cognominem, capite suo, ut ita loquar, circumfert, simul vero & cognatus est, & plura mihi, quam famuli, praestat. Philosophos, vir beatissime, post Deos, tanquam Diis proximos, colere fas est. Quoniam itaque *Milichius* eum manibus, nos eundem, ope *Milichio* praestita, colimus. Si aliter agatur, vide, quid sit futurum. *Sapricius* illius facultates suas faciet; ille vero prae tristitia id, in quo est, abjiciet. Philosophus autem homine sibi dilectissimo privabitur. Nos vero facinoris adeo indigni auctores videbimur. At enimvero nec fiet illud unquam, nec tales nos videbimur. *Leontius* enim ex Rhetoris conditione ad magistratum evectus, hunc hominem condemnans, illum probans, nos autem reveritus ea faciet, quae faciens laudes reportabit.

MDXXV. ἘΚΔΙΚΙῼ.

Ἄπελε πρὸς Ἑρμοῦ τουτὶ τὸ προοίμιον ἐκ τῶν σῶν πρὸς ἐμὲ γραμμάτων. Οὔτε γὰρ τῶν σῶν λόγων, οὔτε τῆς οὔσης ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους φιλίας ἄξιον. ἁπλῶς δὲ οὑτωσὶ γράφειν. πραχθήτω τὸ καὶ τὸ, καὶ, τῷ δεῖνι βοήθει, καὶ, τὸν δεῖνα φίλει. Ὃ γὰρ τοῖς τυράννοις παρὰ τῆς ἀρχῆς, τοῦτ' ἔστι παρὰ τῆς φιλίας τοῖς φίλοις. Διαφέρει δὲ τοσοῦτον, ὅτι τοῖς μὲν ὑπηρετοῦντες ἀχθόμεθα, τοῖς δὲ ὑπουργοῦντες ἡδόμεθα. Σὺ δ' ὅτι μὲν δεῖ με τοῖς σοῖς βοηθεῖν, τῷ προοιμίῳ προσέθηκας, ὁ δὲ τῆς βοηθείας δεόμενος οὐδαμοῦ. καί μοι παρέστη δόξα τις, ὡς ἐγὼ μὲν τῷ σχήματι τῆς παρακλήσεως τιμῶμαι, τἄργα δὲ ἑτέροις πρόσκειται.

ECDICIO.

Omitte, per Mercurium! in tuis ad me literis consuetum tibi prooemium. Neque enim tuis illud rationibus, nec mutua, quae inter nos est, amicitia est dignum; sed illud potius: hoc vel illud fieri necesse est: & hunc juva, & hunc ama. Quod enim tyranni habent a principatu, hoc amici ab amicitia. Tantum autem discrimen intercedit, ut illis quidem servientes doleamus, his autem succurrentes laetemur. Tu quidem inservire me tuis debere prooemio illi adjecisti, at opis indigus nusquam commemoratur. Itaque suspicio mihi nata est, me specie tantum intercessionis honorari, res vero perficiendas aliis imponi.

MDXXVI. a. ΔΟΜΙΤΙΑΝῼ.

Παρὰ τῷ φέροντι τὴν ἐπιστολὴν καταλέλυκεν ὁ φιλόσοφος Θεόπομπος (1) ἀνὴρ ἀξίαν τῆς ψυχῆς τὴν μορφὴν παρεχόμενος. Ἐκέλευσεν οὖν με ἐκεῖνος αἰτῆσαί τινα εὔνοιαν παρὰ σοῦ τῷ ξένῳ (2), καὶ οὐκ εἶχον εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἂν αἰτήσαντι δοίης. Ἃ γὰρ ἔλαβεν, ᾄδεται. αἰτῶ δὴ τὴν εὔνοιαν, ἧς κεφάλαιον τὸ διὰ τάχους ἀπαλλαγῆναι τῶν ἀδικούντων τὸν ἄνθρωπον.

DOMITIANO.

Theopompus Philosophus apud hunc, qui reddit epistolam, commoratus est vir, qui vultum animo dignum repraesentat. Ille itaque hospiti suo tuam benevolentiam expetere me jussit, neque dicere ego poteram, te petenti mihi non esse daturum. Quae enim accepi, ubique celebrantur: itaque benevolentiam tuam illi expeto, cujus hoc sit palmarium, ut vir ille quam celerrime ab injuriis hominibus liberetur.

MDXXVI. b. ἸΟΒΙΝῼ.

Ἐκ τῆς φίλης σοι πόλεως ἡ πρεσβεία, καὶ πρέσβεις ἄξιοι βασιλέως σοφωτάτου, ἥκοντες μὲν σεμνύνεσθαι πατράσι,

JOVINO.

Ex urbe tibi amica & legatio haec & legati, Imperatore sapientissimo digni, veniunt, qui de

(2) *Theopompum* hunc esse puto, quem noster ep. 1525. appellat. Epistolae enim hujus argumentum ostendit, *Milichium*, qui in hac epistola appellatur, eum esse, qui alteram illam Domitiano adferebat, quemque noster illi ex eo commendat, quod *Theopompum* Philosophum aedibus suis exceperit. *Theopompum* hunc Pythagoreum alibi non video commemoratum, quem copiosissimo Pythagoreorum indici, qui in *Fabricii* nostri Biblioth. Graec. Vol. I. p. 490. exstat, addere poteris.

EP. MDXXVI. a. (1) Vide ad ep. 1524 not. 2. (2) ξένος & hospitio exceptum, ut h. l. & hospitio excipientem denotat. Posterior notio locum habet apud *Philostratum* in phrasi ποιεῖν ξένον, de Vitis Sophistarum l. 21. §. 7.

de Parentibus suis gloriari aeque possunt, ac Parentes ipsorum virtutibus gloriantur. Nihil illi molesti erunt, quod alias frequenter fit: unum vero illud petent, ut Imperator ad nos excurrat, quem in magna urbe commorantem ad iter permovere, permotum vero huc invitare oportet. Da igitur te illis, ut omnia habeant expedita, nempe & introitum, & quae ibi sunt agenda, quaeque hinc sequentur.

τρέφει, σεμνύνοντες δὲ γονεῖς ταῖς αὐτῶν ἀρεταῖς. Ἐνοχλήσουσι μὲν οὖν οὐδέν. εἶτα δὴ πολλαχόθεν. ἐὰν δὲ ἐπαγγείλῃ (1) μόνον, δρόμον ὡς ἡμᾶς γενέσθαι τῷ βασιλεῖ, ὃς (2) ἐν μὲν τῇ μεγάλῃ πόλει καθήμενος εὔχεσθαι χρὴ ἀναστῆναι, ἀναστάντα δὴ ἄρα καλεῖν. Δὸς δὴ σαυτὸν εἰς τὸ πάντα αὐτοῖς γενέσθαι λεῖα τήν τε εἴσοδον, τάτε ἔνδον, τάτε ἐπὶ τούτοις.

EUMATHIO.

MDXXVII. ΕΥΜΑΘΙΩι.

Opere ipso suspicionem sustulisti, & eo quidem magno, quoque omnia alia sunt inferiora. Patri enim cuique omnia alia filiis minora habentur, quoniam homines res filiorum suismet praeferre consueverunt. Laudo itaque te, quod filios tuos miseris; quod vero sero id feceris, culpo. Modo itaque, quando audire debebas, eos valere dicendo, audis tantum, eos dicendo olim valituros. In causa est vanus timor, fore, ut ego propter jocos illos tuos adversus filios sim ignavior. At vero nunquam ego joci poenam repetiero, neque, si me graviter offendisses, filios eorum, quae tu peccasti, poenam luere jussissem. Ego itaque poenam non posco: vereor autem, ne a patre eam poscant filii, ubi ex commodis, quae habebunt inposterum, eam, quam antea fecerint, jacturam rectius intellexerint.

Ἔργῳ τὴν ὑποψίαν λέλυκας, καὶ ἔργῳ μεγάλῳ τε, ᾧ καὶ πάντ' ἐλάττω τὰ ἄλλα. Πατρὶ γὰρ υἱέων πάντ' ἐλάττω δήπου τὰ ἄλλα, ἐπεὶ καὶ σφῶν αὐτῶν μᾶλλον ἄγουσι τὸ τῶν παίδων ἄνθρωποι. Τοῦ μὲν οὖν πέμψαι τοὺς νέους ἐπαινῶ σε. τοῦ δὲ βραδέως, αἰτιῶμαι. Νῦν οὖν ὅτι σε χρῆν ἀκούειν, ὡς ἐπίστανται λέγειν, ἀκούεις, ὡς ἐπιστήσονται λέγειν. Τούτου δὲ αἴτιος μάταιος φόβος, ὡς ἄρ' ἐγὼ διὰ τὴν σὴν παιδιὰν περὶ τοὺς σοὺς παῖδας ἔμελλον εἶναι κακός. ἀλλ' οὔτ' ἂν παιδιᾶς ἀπῄτησα δίκην, οὔτ', εἰ σφόδρα ἠδίκεις, τοὺς παῖδας, ὧν αὐτὸς ἠδίκεις, ἀπῄτησα ἄν. Νῦν δ' ἐγὼ μὲν σε δίκας οὐκ ἀπαιτῶ. Δέδοικα δέ, μὴ τὸν πατέρα οἱ παῖδες, ὅταν ἐν τῷ κερδαίνειν μᾶλλον ἴδωσι τὴν πρόσθεν ζημίαν.

DIONYSIO.

MDXXVIII. ΔΙΟΝΥΣΙΩι.

Et longitudine & elegantia epistolae tuae laetatus sum. tuque mihi non in negotiis tantum, sed & in libris versari videris. Satis itaque omnino *Eumathio* optimo profuisti. Miror vero, te, dicendo adeo valentem, tam sero timorem ejus esse amolitum, neque statim ab initio illi fiduciam inseviisse. Sciat igitur, te quidem iis, quae fecisti, me honorasse, ipsum vero, quod aegre fidem tibi habuit, contristasse. Ego interim virum mea in filios benevolentia vicissim tristitia afficiam. Fas enim est, ut se ipsum accuset, si filiorum suorum ex me commoda perspexerit.

Ἥσθην σου καὶ τῷ μήκει καὶ τῷ κάλλει τῆς ἐπιστολῆς. καί μοι δοκεῖς οὐκ ἐν θορύβοις εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν βιβλίοις. Πάνυ γοῦν ἱκανῶς συνηγόρευκας Εὐμαθίῳ τῷ καλῷ. Θαυμάζω δέ, ὅπως οὕτως ἐπιστάμενος λέγειν, βραδέως αὐτοῦ τὸν φόβον ἐξέβαλες, ἀλλ' οὐκ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς θαῤῥεῖν ἔπεισας. Ἴσθι οὖν, ὅτι με, οἷς μὲν ἔπραξας, ἐτίμησας, οἷς δὲ ἐπίστευσε μόλις, ἐλύπησεν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς μέντοι τὸν ἄνδρα ἀντιλυπήσω τῇ περὶ τοὺς παῖδας εὐνοίᾳ. Δεῖ γὰρ αὐτῶν ὠφελημένων αὐτὸν αὑτοῦ γενέσθαι κατήγορον.

ECDICIO.

MDXXIX. ἘΚΔΙΚΙΩι.

Adolescentes illos beneficiis, meo quidem judicio, exiguis, tuo vero, magnis & praeclaris, ipsisque adeo Athenis sum demeritus. Nonne autem haec dicens veritus es, ne verbum hoc tuum, Athenas delatum, Athenis dicam tibi scribi faciat? Ego quidem ipse illud celo, juvenes vero prae gaudio non tacuerunt, quasi scilicet Athenas venerint. Vide igitur, quid responsurus sis Atheniensibus. Puto autem, aquam tibi haesuram esse, nisi forte amorem nostri praetexas, per quem factum est, ut & alii ejusmodi verbum proferrent, quod taceri praestitisset.

Ἐδεξάμην τοὺς νέους, ὡς μὲν ἐγὼ φαίην ἄν, τοῖς ἐμαυτοῦ τοῖς μικροῖς, ὡς δὲ σὺ φῄς, τοῖς μεγάλοις καὶ καλοῖς, αὐταῖς ἀτεχνῶς Ἀθήναις. Εἶτα τοιαῦτα λέγων οὐ δέδοικας, μὴ τὸ ῥῆμα ἐλθὸν Ἀθήναζε γραφὴν Ἀθήνηθέν σοι κομίσῃ; καίτοι κρύπτω μὲν αὐτὸς τὸ ῥηθέν, οἱ νέοι δὲ οὐκ ἐσίγησαν ὑφ' ἡδονῆς, ὡς δὴ Ἀθήναζε ἥκοντες. Ὅρα οὖν ὅτι ἀπολογήσῃ πρὸς Ἀθηναίους, οἶμαι δέ σε ἀπορήσειν, πλὴν εἰ τὸν ἔρωτα τὸν εἰς ἡμᾶς αἰτιάσαιο. δι' ὃν ἤδη τις ἔπος προήκει (1) ὅπερ τἀῤῥητον ἄμεινον.

D E- MDXXX.

EP. MDXXVI. b. (1) In Codice ἀπαγγείλῃ, mendose: ἐπαγγέλλειν *petendi* significatu saepe a nostro adhibetur. Vide v. c. ep. 1531. τὴν γραφὴν, τὴν ἐπαγγελίαν, ubi posterius hoc ibidem respondet verbo *αἰτῶ*, quod antecedit. (2) In MS. ὡς —— καθήμενος.

EP. MDXXIX. (1) προήκει, manus recentior.

EP.

MDXXX. ΔΕΚΕΝΤΙΩ.

Πολλοῖς οἶδά σε φίλοις βεβοηθηκότα, καὶ πολλοῖς οὔτ᾽ ἐχθροῖς, οὔτε φίλοις. ἤδη δέ τῳ καὶ δυσμενεῖ χεῖρα ὤρεξας, καὶ τούτου ὡς καλοῦ ἐμέμνησο πρὸς ἡμᾶς. καὶ γὰρ ἦν καλά. Κλημάτιον (1) δὲ σὺ φίλοις εἰκότως ἂν γράφοις, φίλον γὰρ ὄντα ἡμέτερον, καὶ σὺ οἶδεν ἡ παροιμία φίλον, ἡ κοινὰ ποιοῦσα τὰ φίλων. Ἴθι οὖν, πάντα λίθον κίνει πρὸς συμμαχίαν, καὶ δεῖξον μεταβολὴν, μεταβολῆς ἀμείνω. ἡ μὲν γὰρ παρὰ τῆς τύχης πικρά. τὸν λαμπρὸν γὰρ ἐποίησεν ἄθλιον. ἡ δ᾽ αὖ παρὰ σοῦ τὸν κείμενον εἰς τὰ πρόσθεν ἐπανάξει. Ταῦτά σου δεῖσθαι δι᾽ ἐμοῦ πάντας μὲν Ἕλληνας ἡγοῦ, πάντας δὲ Σύρους, καὶ Αἰγυπτίους, καὶ Κίλικας, καὶ, νὴ Δία γε, πάντας ἀνθρώπους. Καὶ γὰρ εἰ μὴ πάντες ἑωράκασι τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ πάντες γε ἐδέξαντο τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον. Καὶ νῦν ἕκαστος, ὡς αὐτὸς τρωθεὶς ὀδύρεται. καὶ βούλοιντ᾽ ἂν ἀκοῦσαί τι βέλτιον. Ἐλθέτω τοίνυν ὁ βελτίων πανταχοῦ λόγος, ὡς Δεκέντιος μὲν ἱκέτευσεν, ὁ βασιλεὺς δὲ ἐπένευσεν (2). καὶ ὁ μὲν ἔπεισεν, ὁ δὲ ἐνδέδωκεν. πάντως οὐ χεῖρον βασιλεῖ τροπαίου τὸ πρᾳότητι χρῆσθαι. Καὶ ταῦτα εἶπον, οὐχ ὡς οὐκ ἔχοντος τοῦ θυμοῦ λόγον. Ἔχει γὰρ, καὶ ἡμάρτομεν, ὁμολογοῦμεν. Ἀλλ᾽ ὅτι καλὸν εἰς ὀργὴν τῶν πραγμάτων ἐγειρόντων, τῆς φιλανθρωπίας γενέσθαι τὴν νίκην, ἵν᾽ ᾖ καὶ ποιηταῖς καὶ σοφισταῖς ἐκ πολλῶν καὶ καλῶν ἀνθέων τοὺς ἐπαίνους πλέκειν.

DECENTIO.

Novi te multis amicis opem tulisse, multis etiam, qui nec inimici nec amici fuerint. Imo homini etiam infensissimo opitulatus es, ejusque rei, tanquam praeclarae, mentionem apud nos fecisti. Et sane praeclara erat. *Clematium* vero jure merito inter amicos numeres: cum enim noster ille sit, & tuum esse profitetur proverbium, quod omnia amicorum ait esse communia. Age itaque, omnem ad auxilium ferendum lapidem move, & fac ut fiat mutatio, priore illa melior. Quae enim a fortuna facta est, tristissima est, quae ex illustri miserrimum fecerit; quae vero per te fiet, jacentem pristinae conditioni vindicabit. Puta vero, id quidem a te per me petere Graecos omnes, omnes item Syros, Aegyptios, & Cilicas, homines denique, Jovem testor, omnes. Quamvis enim virum non omnes viderint, omnes tamen ex fama habent cognitum: modo autem singuli, quasi ipsi vulnus acceperint, dolent, & meliora audire cupiunt. Percrebescat igitur ubique laetior hic nuncius, *Decentium* nempe deprecatum esse, Imperatorem vero adnuisse; persuasisse illum, hunc autem esse mitigatum. Clementia enim uti Imperatori non minus, quam tropaeum aliquod, decus adfert. Haec dixi, non ea mente, quasi irae ejus nulla constaret ratio; constat enim, peccavimus nos, culpamque fatemur: sed quod pulchrum est, humanitatem vincere, ubi res actae iram provocarunt. Ita enim & Poëtae & Sophistae laudum corollam ex multis pulchrisque floribus plectere poterunt.

MDXXXI. ΤΩ ΑΥΤΩ.

Πρὶν ἐπανήκειν ἡμῖν τοὺς πρέσβεις, ὁ περὶ αὐτῶν ἧκε λόγος. Ἐκόμιζε δὲ αὐτὸν Ἀλέξανδρος, ὁ μικρὰ μεγάλα ποιῶν, καίτοι δύναιτ᾽ ἄν. Ἔστι γὰρ ῥήτωρ ὁ σὸς στρατιώτης. ἀλλ᾽ ὑπὲρ μεγάλων μεγάλως λέγων. Ἐγένετ᾽ οὖν ἡ διήγησις ἑορτή. καὶ οὐδὲν ἦν οὔτε λέγειν, οὔτ᾽ ἀκούειν πολλὰς ἐφεξῆς ἡμέρας, ἢ ὅτι γαλήνην εὗρον οἱ πρέσβεις, ἕτερα ἐλπίσαντες. Ἐποίει δὲ τὸν φόβον ἡ βραδυτής. ἡ γαλήνη δὲ ἔργον μὲν τῆς βασιλέως φύσεως, ἔργον δὲ τῆς βοηθούσης Ἀθηνᾶς. Πρέπειν γάρ μοι τῇ προσηγορίᾳ δοκεῖς διὰ τὴν φρόνησιν. τούτοις μὲν οὖν καὶ μάλα ἥσθην. Τὸν Ἀλέξανδρον δὲ ᾤμην μὲν εἰ καὶ μὴ πρόσθεν, ἀλλὰ νῦν ἐπί τι τούτων ἀφῖχθαι τῶν τοὺς κρατοῦντας αὔξειν πεφυκότων. Οὐ γὰρ ἦν ἄδηλον, ὅτι τὸν ἄνδρα φιλεῖς, ἐκ τῶν περὶ τὸν Ἑρμῆν ὄντα χορῶν. Ὡς δ᾽ ἔγνων, ᾧ διακονεῖ, συνήσθην μὲν πέτεσθαι δυναμένῳ. Σοῦ δὲ ἐθαύμασα μήπω τὸν ἄνδρα τετιμηκότος, εἰ μὴ τοῦτο λέγοις, ὅτι τοῦτ᾽ αὐτὸ μόνον ἀνεῖχες, τὸ ἐμὲ ταῦτα γράψαι, καὶ αἰτῆσαι τὴν χάριν. ἰδοὺ δὴ καὶ γράφω καὶ ἐπαγγέλλω. Φανέσθω τοίνυν ἡ χάρις.

EIDEM.

Antequam legati ad nos reverterentur, nuncius de illis ad nos est allatus. Eum vero attulit *Alexander*, qui parva non solet magna facere, quamvis possit, (tuus enim ille miles Rhetor est,) sed de magnis magnifice loquitur. Narratio itaque haec festum nobis gaudium fecit: neque per multos dies continuos aliud quicquam vel dicebatur, vel audiebatur, quam quod legati tranquilla invenerint omnia, quamvis alia exspectassent. Timorem vero illum mora peperit. Tranquillitas interim illa Imperatoris indoli, & Minervae insuper auspiciis debetur: hoc enim nomine tu quidem prudentiae causa appellandus mihi videris. His igitur rebus vehementer sum gavisus. Ceterum *Alexandrum*, si non antea, nunc saltem ad eorum aliquid, quae homines strenuos ornare possint, provehi debere existimabam. Constabat enim mihi, amare te virum, qui ad Mercurii chorum pertineret. Postquam vero cognovi, cui ministraret, gratulatus illi sum, tanquam qui volare nunc possit. Te vero miratus sum, qui nihil adhuc honoris viro habueris, nisi forte dicas, te moram hanc ideo fecisse, ut de his ad te scriberem, favoremque tuum illi expeterem. Modo itaque & scribo, & peto: beneficia vero tua subsequantur.

MDXXXII. ZE-

EP. MDXXX. (1) Κλημάτιον scripsi pro Λημάτιον. Nam & alias in his observavi, primam hujus nominis literam prave esse omissam, quam codex alius restituere jubebat. De *Clematio* ipso alibi diximus. (2) In codice, ἐπίνευσεν.

EP.

ZENODORO.

Persuasum mihi habeo, me, etiamsi multa à te peterem, vel omnia, vel saltem non pauca impetraturum. Jam vero nosti, nos tibi, magistratu fungenti, non fuisse molestos: modo autem amicitia, quae cum *Alexandro* mihi intercedit, facere hoc coegit. Venit ille, a Cilicibus nonnullis argentum exacturus. Prohibetur vero à te, & fortasse recte, qui verbum aliquod insolentius miserit. De eo audio accusare te velle hominem apud eum, qui illum misit. Ego vero precor, ne hoc facias, neque virum ab exactione prohibeas. Quamvis enim ille objurgationem promeruerit, nos tamen honore aliquo apud elegantissimum *Zenodorum* digni sumus; magisque convenit illum, quam nos, si vilipendamur, contristari. Cogita porro, decere te, ut nunc iram potius vincas, quam, si nunc irae indulgeas, inposterum excusare te nobis coneris.

MDXXXII. ΖΗΝΟΔΩΡΩι.

Οἶμαι μὲν, εἰ καὶ πολλάς σε χάριτας ἐτύγχανον ᾐτηκὼς, τυχεῖν ἂν ἢ πασῶν ἢ τῶν γε οὐκ ὀλίγων. Νῦν δ' οἶσθα, ὅτι σου τὴν ἀρχὴν οὐκ ἠνωχλήκαμεν. ἀλλὰ νῦν ἡ πρὸς Ἀλέξανδρον φιλία καὶ τοῦτο ἠνάγκασεν. ὃς ἧκε μὲν, ὅπως εἰσπράξῃ τι Κιλίκων τινάς. Εἴργεται δὲ ὑπό σου καὶ ἴσως δικαίως, ῥῆμα ἀφεὶς τι θρασύτερον. ἐφ' ᾧ σε πυνθάνομαι μέλλειν αὐτοῦ καταγορήσειν πρὸς τὸν ἀπεσταλκότα. ἀλλά σου δέομαι μήτε τοῦτο ποιῆσαι, μήτε τῆς εἰσπράξεως τὸν ἄνθρωπον ἐκβαλεῖν. Εἰ γὰρ καὶ οὗτος ἐπιτιμήσεως ἄξιος, ἀλλ' ἡμεῖς γε ἴσως παρὰ τῷ καλῷ Ζηνοδώρῳ τιμῆς, καὶ μᾶλλον εἰκὸς ἐκεῖνον ἢ ἡμᾶς ὑβρισμένους ἀλγεῖν. Ἐνθυμοῦ δὲ καὶ ὅτι σοι κάλλιον νῦν νικῆσαι τὸν θυμὸν, ἢ τῇ μὲν ὀργῇ χαρίσασθαι νῦν, ὕστερον δὲ πρὸς ἡμᾶς ἀπολογίαν ζητεῖν.

CLEARCHO.

Injuria adfecti sumus a praefecto quodam tibi subjecto. *Metrophanis* illi nomen est. *Severus* vero fraudibus utitur, ex quo aegre fit *Alexandro*, & per latus ejus *Celso*, per *Celsum* denique nobis omnibus. *Alexander* scilicet Persam venit, venatores quaesiturus. Tibi enim vera exponere fas est. Cum vero negotium hoc periculi plenum esse videret, ab instituto abstinuit. Erant interim alii, qui idem facerent, & obsequentes haberent. Fuga itaque & obsequentes, & persuadentes se proripiebant. Postea obsequentes detinebantur, illis autem fuga sibi consulere licebat. Spectator his aderat *Alexander*, non item socius. Hinc instar cervae pro virgine captus, bonis suis privatur, & in carcerem conjicitur, postea vero facultatem causam suam agendi nactus, tandem ipsos venatores testes habuit, illos, qui peccarint, navi abiisse, *Alexandrum* vero non esse ex iis, qui se avocarint. Per legem itaque *Alexandrum* bona sua, eaque non exigua, recipere oportebat. At *Severo* aliena possidere placebat, &, quia *Severo*, non minus *Metrophani*. Hi itaque *Alexandrum* nunc jubent venire, & sua ab injuriis hominibus poscere. Sciebat ille quidem, sermonem hunc fatuum esse: cumque nihil posset efficere, abiit, ridendumque se propinavit, ab illo recipere sua conatus, quae *Severus* injuste possidebat. Propterea nos illum ab inepta ejusmodi exactione avocatum ad te nunc mittimus, qui scias, quid inter judicem & latronem intercedat discriminis.

MDXXXIII. ΚΛΕΑΡΧΩι.

Ἠδικήμεθα ὑφ' ἑνὸς τῶν ἀρχόντων τῶν ὑπό σοι. Μητροφάνης μὲν ὄνομα τῷ ἄρχοντι. Σεβῆρος δὲ συκοφαντεῖ, ἀσᾷ δὲ πρῶτον Ἀλέξανδρον, καὶ δι' ἐκείνου Κέλσον, καὶ διὰ Κέλσου πάντας ἡμᾶς. Ἧκε μὲν γὰρ ὁ Ἀλέξανδρος εἰς Πέρσην (1), ὡς κυνηγέταις (2) διαλεξόμενος. Δεῖ γὰρ δὴ πρός γε σὲ τἀληθῆ λέγειν. ὁρῶν δὲ ἐν τῷ πράγματι κίνδυνον, ἀπέστη τῆς πείρας. Ἕτεροι δ' ἦσαν οἱ καὶ τοῦτο δρῶντες καὶ πείθοντες. καὶ ἦν δρασμὸς τῶν τε πεισθέντων, τῶν τε ἀναπεισάντων. Ἔπειθ' οἱ μὲν πεισθέντες εἴχοντο, τοῖς δ' ὑπῆρξε διαφυγεῖν. Ἀλέξανδρος δὲ τούτων θεατὴς μὲν ἦν, κοινωνὸς δὲ οὐδαμῇ. Εἶτα ἁρπασθεὶς ἔλαφος ἀντὶ παρθένου (3), γυμνοῦται μὲν τῶν ὄντων, ἐμπίπτει δὲ εἰς τὸ οἴκημα (4), δυνηθεὶς δὲ λόγου τυχεῖν, ὀψέποτε μάρτυρας εἶχεν αὐτοὺς τοὺς κυνηγέτας, ὡς οἱ μὲν ἠδικηκότες πλέουσιν, Ἀλέξανδρος δὲ οὐκ εἴη τῶν ἀναπτερούντων αὐτούς. Ὁ μὲν οὖν νόμος ἐβούλετο τὰ αὐτοῦ τὸν Ἀλέξανδρον κομίσασθαι ὄντα οὐ σμικρά. Σεβήρῳ δὲ ἤρεσκεν ἔχειν τ' ἀλλότρια, καὶ Μητροφάνει γε ταῦτ' ἤρεσκε, διότι καὶ Σεβήρῳ. καὶ κελεύουσι δὴ τὸν Ἀλέξανδρον ἐλθόντα εἰσπράττειν τοὺς ἠδικηκότας. ὁ δ' ᾔδει μὲν, ὡς εὐήθης ὁ λόγος. ἔχων δὲ οὐδὲν ποιεῖν, ἀπῆλθε, καὶ ἦν γελοῖος ἀξιῶν παρ' ἐκείνων ἀπολαμβάνειν, ἃ Σεβῆρος εἶχεν ἀδίκως. Παύσαντες οὖν αὐτὸν εἰσπράξεως ἀλόγου, πέμπομεν παρὰ σὲ, δικαστοῦ καὶ λῃστοῦ τὸ μέσον εἰσόμενον.

D E- MDXXXIV.

EP. MDXXXIII. (1) Βίρθα urbs erat juxta Euphratem & Samosata, auctore *Stephano* de Urbibus p. 544. (2) κυνηγέται dicebantur, qui ad θηριομαχίας felicius edendas adhibebantur. Hinc κυνηγέσια ejusmodi ferarum spectacula, quae & *munera* veteribus audiunt, appellantur. (3) i. e. a crimine purus inter reos habetur, & eorum loco punitur. Proverbii origo ex Iphigeniae fabula repetenda est. Illa enim in Aulide Boeotiae ad aram, victima Dianae futura cum staret, repente evanuit, locoque ejus immolata est cerva. Testis est *Euripides* in Iphigenia. Confer *Erasmi* Adagia p. 592. (4) οἴκημα *carcer* est. Vide *Meursium* ad Helladii Chrestomathiam Tom. X. Antiquitatum Graecarum Gronovii p. 979. *Kusterum* ad Suidam Tom. I. p. 285. & 663. & *Fesselium* in Adversariis Sacr. lib. VII. c. 2. p. 132.

MDXXXIV. ΔΕΚΕΝΤΙῼ.

Μαιορῖνος (1) οὑτοσὶ, παῖς μέν ἐστι πατρὸς ὁμωνύμου, δείξαντος ἀρετὴν ἐν ἀρχαῖς. Αὐτὸς δὲ νῦν μέν ἐστιν ἐν τῷ τὰ αὑτοῦ διοικεῖν. Δοκεῖ δέ μοι μὴ φαυλότερος ἂν γενέσθαι τοῦ πατρὸς, ἐν ὁμοίοις ἔργοις. Φύσεώς τε γὰρ ἀγαθῆς, καὶ τροφῆς παρὰ τῷ πλείστου λόγου πεποιημένῳ λόγων Εὐβούλῳ τῷ σωφρονεστάτῳ τῶν ἐπὶ γῆς. ὃς τοῖς παισὶν αὐτὸν ἀναμίξας τοῖς αὑτοῦ, ζώντων μὲν, ὧνπερ ἐκείνους, ἠξίου, τεθνεώτων δὲ ἀντ' ἐκείνων ἔχει. Τὸν δὴ τοιοῦτον πάνυ πιστεύω φίλον ἔσεσθαί σοι. Νοῦν γὰρ ἔχων παρὰ νοῦν ἔχοντα ἔρχεται, ποιεῖ δὲ τὰς φιλίας ὡς τὰ πολλὰ ἡ τῆς γνώμης ὁμοιότης. καὶ μὴν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν χάριν ἂν αὐτῷ δικαίως ἀποδοίης. εὐθὺς γὰρ ὡς ἧκεν, εἵλετο τ' ἀμὰ, καὶ ταῦτα ἐποίει μείζω, καίτοι λυπεῖν ἦν ἀνάγκη τινάς. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐκεῖνο μᾶλλον ἔδεισεν, ἢ τοῦτο ἐτίμησεν. ἀρξάμενος δὲ σφοδρῶς διὰ ὁμοίου τοῦ τόνου τὴν σπουδὴν ἐτήρησε, καὶ οὐκ ἐγένετο τῶν κακῶν δρομέων, ὧν τὰ δεύτερα τῶν προτέρων χείρω. Δέχου δὴ τὸν ἄνδρα μειδιῶν, καὶ μόνος ἀντὶ πολλῶν ἀρκέσον, καὶ βοήθησον μὲν εἰς τὸ παρόν. Δὸς δὲ θαῤῥεῖν ὑπὲρ τῶν μελλόντων. Ὄψει δὲ αὐτοῦ τὸν τρόπον, ἐξ ὧν αἰτεῖ νῦν. Αἰτεῖ γὰρ οὐκ ἀδικεῖν, ἀλλὰ μὴ τοῦτο παθεῖν.

DECENTIO.

Majorinus hic filius est patris cognominis, qui magistratu fungens virtutem suam testatam fecit. Jam vero in rebus suis recte constituendis occupatur. Neque deterior mihi in his rebus patre suo futurus videtur. Indole enim est egregia, victuque utitur apud *Eubulum*, hominum in terra sapientissimum, qui literarum prae aliis omnibus rationem habet. Is enim, suis eum filiis jungens, quoad superstites erant, hunc iisdem, quibus illos, frui jubebat, defunctis vero illis, eorum loco nunc habet. Talem itaque virum amicum tibi fore spero. Prudens enim ipse ad virum prudentem venit: animi vero similitudo amicitiam ut plurimum conciliat. Praeterea vero & nostri causa bene illi merito feceris. Simulac enim ad nos venit, meas amplexus est partes, & meis rebus consuluit, quamvis offendere nonnullos deberet. Nihilominus tamen non magis ab hoc sibi timuit, quam illud observavit. Omni itaque contentione initium faciens, studium suum eadem ratione probare perrexit, nec malos illos cursores est imitatus, quorum postrema prioribus sunt deteriora. Serena itaque fronte virum hunc suscipe, tuque unus illi instar multorum sis: ad praesentia opem illi praesta, & de futuris optima quaeque sperare jube. Ceterum mores ejus ex iis, quae nunc petit, aestimabis. Non enim petit, ut injuria alios adficiat, sed, ne ab alus adficiatur.

MDXXXV. Τῼ ΑΥΤῼ.

Μαρκιανὸς οὑτοσὶ, πολίτης τε ἐμὸς καὶ φίλος, καὶ τὰ τελευταῖα νῦν ὁμιλητής. Ἡγεῖτο γὰρ τὸ ὀψὲ μαθεῖν, ἃ δεῖ, τοῦ μὴ μανθάνειν ἄμεινον. ἀλλ' ἐκ μέσου αὐτὸν τῶν Μουσῶν θόρυβός τις ἐμπεσὼν ἀφείλκυσεν, τὸν περὶ τῶν ὄντων τῇ γυναικὶ περιστήσας φόβον. ἣν ἔλαβε μὲν, τῆς ἐπὶ Πέρσας κοινωνήσας στρατείας, οὐκ ἄνευ γνώμης Βασιλέως. καὶ ἦν εὐδαίμων καὶ γὰρ καὶ πατὴρ ἐγένετο. κινδυνεύει δὲ. μᾶλλον δὲ χρηστὸν ἔσται τὸ πέρας, σοῦ τε βουλομένου, καὶ τῶν νόμων οὐ κινουμένων. Λέγουσι γὰρ οἱ ταῦτα ἀκριβοῦντες, ἕως ἂν ἐκεῖνοι μένωσι καὶ παρὰ τῇ γυναικὶ μένει τὰ νῦν, ἀνδρὸς μὲν αὐτῇ τοῦ προτέρου καὶ τέκνου τετελευτηκότος. προτέρου δὲ τ' ἀνδρὸς ἢ τοῦ παιδίου. Βοήθησον τοίνυν καὶ Μαρκιανῷ, καὶ τοῖς νόμοις, καὶ ποίει τοὺς ἀδικοῦντας ἀσθενεῖς.

EIDEM.

Marcianus hic & civis & amicus meus est, & nunc tandem discipulus. Praestare enim putavit, ut sero disceret, quae disci debent, quam prorsus non disceret. Molestia interim quaedam oblata eum mediis Musis subduxit, timore quodam ex uxoris suae facultatibus oborto. Eam is duxerat, cum expeditioni, adversus Persas susceptae, interesset, Imperatore quidem non invito. Felix porro erat, cum & pater evaderet. Nunc vero periclitatur: vel exitus potius rei melior est futurus, si tu volueris, legesque ratae esse jubeantur. Qui enim illas cum cura tractant, adfirmant, quoad illae salvae sint, uxori etiam facultates suas salvas fore, cum prior maritus & ex eo filius, paterque praeterea ante filium obierit. Opem igitur fer & *Marciano*, & legibus, & fac, ut homines injuri causa cadant.

MDXXXVI. ἸΟΒΙΝῼ.

Σῶζε τὸν τοῦ σοῦ χοροῦ Μαρκιανὸν, εἰ καὶ μὴ νῦν ὄντα χορευτὴν, ἀλλ' ὄντα γε μικρὸν ἔμπροσθεν. Ἔστι (1) δέ σοι καὶ δι' ἕτερον χορὸν αἰδέσιμος ὁ ἐμός. καὶ γὰρ τούτου μετέσχηκε, Φωκυλίδῃ (2) πειθόμενος, μετὰ χρήματα λόγων ἁψάμενος. Γαμεῖ μὲν οὖν γυναῖκα ταξιάρχου πεσόντος ἐν παρατάξει. τιμήσας μὲν ἐξ ἐκείνου,

JOVINO.

Salvum praesta *Marcianum*, ordinis tui hominem, quamvis non quidem in praesenti, sed paulo tamen ante. Ejusdem rationem etiam ob alium ordinem, meum nempe, habendam putabis. Nam & hujus fuit particeps, *Phocylidi* obtemperans, atque adeo post partas opes literis operatus. Duxerat ille uxorem centurionis cujusdam, qui in acie ceciderat. Eadem filium

EP. MDXXXIV. (1) Tertia nominis litera in codice erasa erat. *Majorinum* vel *Maeorinum* vocaveris. Constat alias *Majorianum*, quem *Procopius* Majorinum vocat, ea, qua nostrum, aetate vixisse, cui *Sidonius Apollinaris* panegyricum dixit. Sed ab illo quidem hic est distinguendus.

EP. MDXXXVI. (1) Malim ἔστω (2) Frustra hoc quaero apud *Phocylidem*.

filium ex eo pepererat, ab Imperatore autem nubendi facultatem cum tempore acceperat. Felix ille habebatur, fortunamque magni faciebat, quando belli accipit nuntium, quod & mox ingruebat, uxore omnibus facultatibus suis, quarum domina ex filii obitu facta erat, nudata. Quod si nos, adversantibus legibus, felicitate hac frui sciremus, puderet nos, & paupertatem hanc ferremus. Quando vero sine alterius fraude opibus his gaudemus, ratum sit hoc fortunae munus, tuque & amicis & legibus patrocinare.

EUSEBIO.

Novi te, magna negotia adgressum, optatum semper exitum vidisse, delectarique adeo, si quis te ad laborem non facilem vocaverit. Putas enim alterum vulgi esse, alterum vero tuam decere indolem. En itaque & nunc causam aliquam, quae Hercule quodam indigeat; ne scilicet virum, opes non injusto titulo possidentem, facultatibus suis ab hominibus potentioribus exui patiaris. Juvare velle ipso utique auxilio non est levius. Quod si vero hoc laborem esse putes, magnanimitatem tuam fac testatam. *Marcianus* enim, literas a me petens, ingemuit, mihique, unde hoc esset, interroganti, respondit, se stulte olim egisse, & nunc esse miraturum, si se neglectum non viderit. Dicere igitur, quae peccasset, verecundatus, scribere me, seque tecum conciliare jussit. Ego vero, quamvis mirum hoc dictu sit, velim non exiguum esse, quo te offendit, ut tu scilicet magna injuria videaris superior. Cogita itaque, praeclarius esse, illi, qui poenam debet, opitulari velle, quam poenam de illo sumere. Hoc enim & ferarum est, alterum vero illud bonorum virorum. Te vero ex his esse, & laudibus cumulari oportet. Ceterum non dubium est, laborem quidem tuum, laudem vero utrique nostrum communem fore.

FORTUNATIANO.

Ego vero agros etiam, si tu in illis verseris, urbes esse existimo, urbes autem, si tu absis, non admodum urbes: nam & nostram profectione tua deteriorem fecisti, quandoquidem literariis labores parum nunc gratiae habent. Quamvis enim interjecto hoc tempore multas orationes recitaverim, te tamen illas non audiente, plurimam gratiae partem amiserunt, & brevis quaedam voluptas ex spe concepta nobis nata est. Vana enim erat illa spes, & statim irrita reddebatur. Atque idem utrique vestrum usu venisse puto. Ut itaque non sejuncti a nobis invicem de iisdem rebus laetemur, agro ruricolis relicto, venite huc somniorum futuri participes.

PROCLEIANO.

Cyrillus primus literas tibi meas adfert, non quod

ἐκείνου, λαβοῦσαν δὲ ἐκ Βασιλέως ἐξουσίαν κατὰ τὸν χρόνον. μακαριζομένῳ δὲ αὐτῷ καὶ προσκυνοῦντι τὴν τύχην, ἧκέ τις ἀγγέλλων πόλεμον. καὶ αὐτίκα παρῆν ὁ πόλεμος ἐκβάλλων τὴν γυναῖκα τῶν ὄντων, ὧν ἐγένετο κυρία, τῷ τοῦ παιδίου θανάτῳ. Εἰ μὲν οὖν ᾔδειμεν παρὰ τοὺς νόμους εὐτυχοῦντες, ᾐσχυνόμεθα ἂν καὶ τὴν πενίαν αὖθις ἐφέρομεν. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἀδικοῦμεν εὐπορήσαντες, μενέτω βέβαια τὰ τῆς τύχης, καὶ σὺ ἴσθι μετὰ φίλων καὶ νόμων.

MDXXXVII. ΕΥΣΕΒΙΩ.

Ἐγώ σε οἶδα μεγάλων μὲν ἁψάμενον πραγμάτων, ἀεὶ δὲ τυχόντα τοῦ τέλους, καὶ τερπόμενόν γε, ὅταν σέ τις ἐπ' ἄθλους οὐ ῥᾳδίους καλοίη. Οἴει γὰρ τὸ μὲν τῶν πολλῶν, τὸ δὲ τῆς σῆς εἶναι φύσεως. Ἰδοὺ δὴ καὶ νῦν ἔργον Ἡρακλέους τινὸς δεόμενον. ἄνδρα μὴ ἀφεῖναι τῶν ὄντων ἐξωσθῆναι παρὰ τῶν δύναμιν ἐχόντων, αὐτὸν οὐκ ἀδίκως τὰ χρήματα ἔχοντα. ὃ δέ ἐστιν οὐχ ἧττον αὐτῆς τῆς βοηθείας, τὸ προελέσθαι βοηθῆσαι. καὶ τοῦτο νομίσας ἆθλον, ἐπίδειξαι μεγαλοψυχίαν. Μαρκιανὸς γὰρ δεόμενός μου γράψαι τὴν ἐπιστολὴν ἐστέναξεν. ἐμοῦ δὲ ὅθεν τοῦτο γένοιτο, ἐρομένου, μωρανεῖ ποτε ἔφησεν, καὶ νῦν θαυμάζειν, εἰ μὴ περιοφθήσεται. Εἰπεῖν μὲν οὖν, ὃ ἡμαρτήκει, κατώκνει. γράφειν δὲ ἐδεῖτό μου καὶ διαλλάττειν. ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ παράδοξον εἰπεῖν, βουλοίμην ἂν μὴ μικρὸν εἶναι τὸ λελυπηκὸς, ἵν' ᾖς μεγάλου κεκρατηκώς. Ἐνθυμοῦ δὲ, ὅτι τοῦ δίκην λαβεῖν, τὸ τῷ τὴν δίκην ὀφείλοντι βοηθεῖν ἐθελῆσαι, σεμνότερον. Τὸ μὲν γὰρ καὶ θηρίων, τὸ δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν. Σὲ δὲ χρὴ τῶν ἀγαθῶν εἶναι καὶ ἐπαινεῖσθαι. Δῆλον δὲ, ὡς σὸς μὲν ὁ πόνος, ὁ δὲ ἔπαινος κοινὸς ἐμοῦ τε καὶ σοῦ.

MDXXXVIII. ΦΟΡΤΟΥΝΑΤΙΑΝΩ.

Ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς ἀγροὺς, ὅταν ἐν αὐτοῖς ᾖς, πόλεις ἡγοῦμαι, καὶ τὰς πόλεις, ὅταν αὐτῶν ἀπῇς, οὐ μάλα πόλεις. ἐπεὶ καὶ τὴν ἡμετέραν χείρω πεποίηκας διὰ τῆς ἀποδημίας, καὶ μουσικῆς ἐν αὐτῇ λίαν ὀλίγη χάρις. καὶ γὰρ εἰ πολλοὺς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ λόγους ἐδείξαμεν, ἀλλ' ὅτι γε οὐκ ἦσθα τῶν δεχομένων τοὺς λόγους, τὸ πλεῖστον ἀπῆν τῆς χάριτος, ἐγένετο δέ τις ἡμῖν ἐξ ἐλπίδος τινὸς ἡδονὴ βραχεῖα. κενὴ γὰρ ἦν ἡ ἐλπίς, καὶ ταχέως ἐξελήλεγκτο. καὶ οἶμαι καὶ ὑμῖν ἄμφω τοῦτο συμβεβηκέναι. Ἵν' οὖν μὴ διεστῶτες τὰ τοιαῦτα καὶ ἡδώμεθα, τὴν γῆν τοῖς γεωργοῖς ἐπιτρέψαντες, ἔλθετε κοινωνήσαντες ὀνειράτων (t).

MDXXXIX. ΠΡΟΚΛΗΪΑΝΩ.

Πρῶτός σοι φέρει Κύριλλος παρ' ἡμῶν ἐπιστολὴν, οὐχ

EP. MDXXXVIII. (t) Somnia videtur appellare brevem illam voluptatem, quam ex mutuo conspectu sint percepturi. Confer epistolae 1540. initium.

οὐχ ὅτι πρῶτος ἐδεήθη τοῦ πρός σε παρ' ἐμοῦ γραμμάτων, ἀλλ' ὅτι τῶν δεηθέντων μόνος ἦν δίκαιος τυχεῖν. Καὶ γὰρ ἑταῖρός μοι πάλαι, καὶ τὸν τρόπον ἀγαθὸς, καὶ εἰδὼς μεμνῆσθαι χάριτος. Βουλεύων δὲ ἐν Κύρῳ καὶ πλεῖστα τῶν ὄντων εἰς αὐτὴν ἀνηλωκὼς, καὶ νῦν ἥκει παρ' ὑμᾶς, ἐκεῖνό τι λειτουργῶν. Ἂν μὲν οὖν εὕρηται τὴν παρὰ σοῦ βοήθειαν, σῶος ἐπάνεισιν. ἂν δὲ μὴ, κρεῖττον δὲ οἶμαι σιωπῆσθαι τὸ βλάσφημον. καὶ γὰρ οὐδ' εἰκὸς, σέ γε συμφοιτητοῦ δέησιν ἀτιμάσαι.

quod primus literas ad te meas desideravit, sed, quod ex petentibus unus ille dignus erat, qui acciperet. Nam & jam pridem mihi amicus est & moribus optimis, & beneficiorum memoriam servare didicit. Postquam ille Cyri Senatorem egit, magnamque facultatum suarum partem impendit, nunc ad vos venit rerum aliquid effecturus. Si igitur auxilio tuo potietur, sartus tectusque redibit: sin minus; at praestat, nihil male ominari. Neque enim verisimile est, te condiscipuli tui preces pudore esse affecturum.

MDXL. ΕΥΕΛΠΙΣΤΙῼ.

Μεμνήμεθα τῶν ὀνειράτων ἐκείνων. Οὕτω γὰρ ἂν πρέποι τὰς ὀλίγας ἡμέρας καλεῖν. εἰ γὰρ ἔφθης ἡμῖν φανεὶς καὶ ἤλαυνες ἐπ' Αἰγύπτου. Ἀλλὰ τότε μὲν ἀντὶ τῆς παρουσίας εἴχομεν τὰς ἐλπίδας, καὶ τὸν ἀλγοῦντα εὐθὺς εἰσῄει, τὸ ὡς αὐτίκα ἐπανήξεις. Καὶ ἦν οὐκ ἐκεῖνο βαρὺ μᾶλλον, ἢ τοῦτο ἡδύ. Νῦν δ' ἐκεῖνος ὁ πονηρὸς (1) τάτ' ἄλλα σχέτλιος, καὶ ὅτι σε διὰ τῆς θαλάσσης οἴκαδε κεκόμικεν, ἡμῖν ἀντί σου τὸν περὶ τοῦ πλοῦ κομίσας λόγον. ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν μειζόνων ἡμάρτομεν, μήτοι τῶν γε δευτέρων προσαποστερῶμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, ἀλλ' ὅσον ἐστὶν ἐπὶ γράμμασι, χαριζώμεθα ἀλλήλοις. σὺ καὶ μείζω δώσεις, ἢ λήψῃ. Μέγα γάρ μοι, μέγα τὸ τὴν μὲν Ἑλλάδα περὶ τοῦ σοῦ στόματος ἀκούειν, ὅτι με φιλεῖς, Σύρους δὲ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ὁρᾷν με παρὰ σοῦ τιμώμενον.

EVELPISTIO.

Somniorum illorum meminimus. Ita enim paucos illos dies appellare fas est. Vix enim videndum te nobis stiteras, cum in Aegyptum avolares. Tunc vero praesentiae locum spes supplebat, & tristior quisque statim cogitabat brevi fore, ut reverteris. Itaque prius illud magis nobis molestum, quam hoc jucundum erat. Jam vero senex ille tum alias improbe egit, tum eo quoque, quod te mari domum deportavit, nobisque pro te navigationis illius nuntium attulit. Quoniam itaque majoribus sumus frustrati, absit, ut nos invicem illo etiam, quod minus est, privemus, sed, quoad per literas fieri potest, nobis gratificemur. Tu interim majora dabis, quam accipies. Magnum enim hoc habeo, magnum, inquam, Graeciam quidem ex ore tuo audire, te me esse amantem, Syros autem ex literis intelligere, honorem mihi a te haberi.

MDXLI. ΔΕΚΕΝΤΙῼ.

Αὐτὸς ἡγοῦμαι τὴν διὰ τῶν θηρίων λειτουργίαν τῇ Συρίᾳ λειτουργεῖν. Κυνήγιός τε γὰρ οὐδὲν υἱέος μοι διαφέρει, Κέλσος δὲ ὁ 'κείνου πατὴρ, οὐδὲν ἀδελφοῦ. Ὄντος οὖν μοι μετεώρου πρὸς τὴν θέαν τοῦ ἔθνους, καὶ γὰρ ἐμέλλομεν καλεῖν, ἧκεν ἐπιστολὴ παρ' ὑμῶν κωλύουσα τὴν θέαν. Τὸ γὰρ δεῖν σώζεσθαι τὰ φοβερώτερα τῶν θηρίων, τοῦτο δύναται. τῷ θεάτρῳ γὰρ ἐπιθυμία μία, τοιαῦτα ποιεῖν, ὡς ὅγε τῶν ἀνανδροτέρων φόνος, ὡς οὐδὲν κρείττων ὢν τοῦ μηδενὸς, σκώπτεται. Εἶναι μὲν οὖν τῶν βασιλέων ἡμᾶς τε καὶ τὰ ὄντα ἡμῖν καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, δῆλον, καὶ οὐκ ἔστιν ἄρνησις. Εἴη δ' ἂν τῆς φιλανθρωπίας αὐτῶν ἐπιστεῖλαί τι πρᾳότερον. Σκόπει δὴ πρὸς Διὸς, καὶ πειρῶ τι κινεῖν. Εἰ δ' ἀκίνητος ἡ γνώμη, τοῦτ' αὐτό μοι γενέσθω δῆλον, ὅτι πᾶσα ἀνάγκη, τὴν πανήγυριν ἡμῖν ἀναβεβλῆσθαι.

DECENTIO.

Ipse mihi videor spectaculum illud; quod hominum cum bestiis pugna continetur, Syriae edere. Nam & *Cynegius* mihi quidem a filio non differt, sicut nec *Celsus*, pater ejus, à fratre. Cum igitur gens nostra in spem spectaculi illius erecta esset, eam enim advocaturi eramus, venit a vobis epistola, quae edi illud prohibebat. Hoc enim omnino fit, quando ferae saeviores superstites servari jubentur. Spectantibus scilicet una haec voluptas est, si illae perimantur; ignaviorum vero caedes, tanquam a nihilo nihil differens, ludibrio habetur. Jam certissimum quidem est, & nos & bona, quae vel habemus, vel habituri inposterum sumus, Imperatorum utriusque esse, nec id a quoquam negatur. Clementiam vero eorum decuerit mitius aliquid scribere. Prospice itaque nobis, per Jovem, & fac, ut aliquid horum mutetur. Si vero mutari non possit sententia, id ipsum mihi velim significari, quia necesse est, sollemnia haec differri.

MDXLII. ΤΩι ΑΥΤΩι.

Πολλὰς μὲν ἔγωγε τοιαύτας πολλοὺς ᾔτησα χάριτας, ὄντας τε ἐφ' οὗ σὺ νῦν, καὶ φάσκοντάς με φιλεῖν. Ἔλαβον δὲ νῦν πρῶτον παρὰ τοῦ φιλεῖν ὡς ἀληθῶς εἰδότος.

EIDEM.

Multa ego similia beneficia à multis petii, qui eodem, quo tu nunc, loco erant, seque amare me ajebant. Jam vero demum à te, qui vere amare alios didicisti, ea accepi. Ego itaque,

EP. MDXL. (1) In MS. ἀνίλιος. Scripsi ὁ πολιὸς, *canus ille*. Sed nec hoc satis placet. Fortasse nomen aliquod proprium legi hic debebat.

itaque, fortunam praedicans, quod dignis te honoribus cumulavit, eandem ab altera parte accuso, quod idem non jam pridem effecerit. Ita enim & nobis jampridem beneficiis tuis ornari licuisset. Interim Dea illa facile se adversus homines tuetur, si, quae sero dedit, eo longiora esse jubeat. Ego vero primum gratiam tibi habeo eorum, quae facere voluisti, deinde vero illius quoque, quod, cum adversaretur aliquis, alterum invenisti. Mihi enim illa quae facta sunt, non minore sunt loco, quam illa, quae majora videntur. Illa enim produnt insigne animi studium, viam clausam aperiendi, mihique securitas, quam nactus sum, major habetur illis, quae non sine metu eram possessurus. *Alexander* noster jam gloriam tibi peperit. Id enim ubique praedicatur, rationem te habere eorum, qui literarum sint periti. Idem vero ampliorem tibi pariet, si negotium illud sapientia tua & cura digneris, occasionemque tibi faciet post initia haec, praeclare facta, meliora prioribus illis praestandi. Deos interim veneror, ut pro his eandem, qua es, mentem perpetuam tibi esse jubeant; meliorem enim nunquam inveneri-mus.

δόντος. Καὶ ἔγωγε τὴν τύχην ἐπαινῶ, ὅτι σε, ὧν εἰκὸς, ἠξίωσεν, αὖθις αὖ κατηγορῶ τῆς τύχης, ὅτι μὴ πάλαι ταῦτα ἔπραξεν. Οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἡμῖν ὑπῆρχε πάλαι τυγχάνειν χαρίτων. ἀλλὰ τῇ θεῷ μὲν ἀπολογία πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, εἰ, ἃ δέδωκεν ὀψὲ, πρὸς μῆκος ἐκτείνειεν. Ἐγὼ δέ σοι χάριν μὲν οἶδα μίαν, ὧν ἐβουλήθης, ἑτέραν δὲ, τὸ, ἐπειδή τις ἀντέκρουσεν, ἐξευρεῖν ἕτερον γέρας. καί μοι τῶν μειζόνων εἶναι δοκούντων, οὐκ ἐλάττω τὰ πεπραγμένα. Γνώμης τε γὰρ ἐμφαίνει σπουδὴν κεκλεισμένην ὁδὸν ἀνοῖξαι, καὶ τὸ τῆς ἀσφαλείας τῷ ταυτὶ λαβόντι μεῖζον ὧν εἶχεν ἂν μετὰ δέους. Ἀλέξανδρος δὲ ἤδη μέν σοι δόξαν ἐνέσχε. Λέγεται γὰρ, ὅτι σοι μέλει τῶν ἐπισταμένων λόγους. Οἴσει δὲ μείζω τῇ περὶ τὸ ἔργον σωφροσύνῃ τε καὶ προνοίᾳ. καί σοι δώσει δευτέρων ἀμεινόνων ἀφορμὰς τῇ περὶ τὰ προοίμια ἀρετῇ. Σοὶ δ' ἀντὶ τούτων παρὰ τῶν θεῶν αἰτῶ τὴν γνώμην ἣν ἔχεις, ἀκίνητον τηρῆσαι. καλλίω γὰρ τῆς οὔσης οὐκ ἴσθ' ὅπως ἂν εὕροιμεν.

AMMIANO.

Utrique gratiam habeo, & *Idomeneo* & *Merioni*. Neque enim dubium est, *Merionem* hunc aliquid huc contulisse, quando nunc commonefecit, nunc excitavit, nunc laudavit te sponte tua propensum. Opto igitur tibi, ut, procedente tempore, eo, quo Idomeneus est, loco sis. Qui enim in loco inferiore talem se praestitit, is dignus est, qui in ampliore conspiciatur. Tu quidem, si quid fieri velim, petere me a te jubes. Ego vero vicissim de eo sum solicitus, quomodo gratias pro iis, quae jam accepi, referre possim. Modum quidem tu ipse subindicas. Testoris enim id tibi sufficere, si frequentes epistolas accipias. Jam quidem dare eas grave mihi non fuerit: alis vero meis secundum fabulam metuo. Quando enim ante quam accepisti, non sine venere scribis, qualis futurus es, si copiosas miseris. Quo igitur loco sim, qui gratiam quidem referre velim, a Rhetore vero futuro mihi metuam, cum amicis dispiciam. Si invenero, qui animum mihi addat, statim de alis meis mittam.

MDXLIII. ἈΜΜΙΑΝῼ.

Ἀμφοτέροις οἶδα χάριν, καὶ τῷ Ἰδομενεῖ, καὶ τῷ Μηριόνῃ (1). Δῆλον γὰρ ὡς συνεισήνεγκε μέρος οὗτος ὁ Μηριόνης, ἀναμνήσας, ἐπεγείρας, ἐπαινέσας τὸν προθυμούμενον. Συνεύχομαι δή σοι τοῦ χρόνου προϊόντος ἐν τῇ τοῦ Ἰδομενέως τάξει γενέσθαι. Τὸν γὰρ, ἐν τῇ δευτέρᾳ τοιοῦτον εἶναι βουλόμενον, ἄξιον, ἐπὶ τῆς προτέρας φανῆναι. Σὺ μὲν οὖν με παρακαλεῖς αἰτεῖν, εἴ του δεοίμην. ἐγὼ δὲ φροντίζω, πῶς ἂν, ὧν ἤδη δέδωκας, ἀποδοίην χάριτας. καίτοι τόν γε τρόπον αὐτὸς ὑποδεικνύεις. ὡς γὰρ ἀρκέσον, εἰ λάβοις συχνὰς ἐπιστολὰς, δεδήλωκας. ἐμοὶ δὲ δοῦναι μὲν οὐ χαλεπόν· φοβοῦμαι δὲ τοῖς ἐμαυτοῦ πτεροῖς κατὰ τὸν μῦθον (2). Εἰ γὰρ πρὶν λαβεῖν οὐκ ἄνευ χαρίτων γράφεις, τίς ἂν εἴης ἐν πλήθει πεμπόμενος; Τίς οὖν γένωμαι καὶ χάριν ἀποδοῦναι ἐθέλων, καὶ δεδοικὼς τὸν μέλλοντα ῥήτορα, σκέψομαι μετὰ τῶν φίλων. κἂν εὕρω τὸν θαῤῥύνοντα, πέμψω τῶν πτερῶν (3) εὐθέως.

VICTORI.

Te quidem jam antea admiratus sum; semper enim fuisti eximius: jam vero majorem tui admirationem mihi movisti expeditione illa, quae

MDXLIV. ΒΙΚΤΟΡΙ.

Ἐγώ σε πρόσθεν μὲν ἠγάμην, ἀεὶ γὰρ ἀγαθὸς ἦσθα· μεῖζον δέ μοι τὸ θαῦμα ἐνέβαλες, ἀπὸ τῆς στρατείας, τῆς Πέρ-

EP. MDXLIII. (1) Idomeneus & Meriones ducum instar praeerant Cretensibus. Homerus ita Iliad. β'. v. 257. in Navium catalogo:

> Τῶν μὲν ἄρ' Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευε,
> Μηριόνης τ' ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ.

Noster per Merionem indicat Ammianum, per Idomeneum vero alterum, nescio quem, qui idem, quod ille, egerit. (2) Alludit ad Icari alas, de quibus Horatius Od. IV. 2. 1.

> *Pindarum quisquis studet aemulari,*
> *Iule, ceratis ope Daedalea*
> *Nititur pennis, vitreo daturus*
> *Nomina ponto.*

(3) Epistolas intelligit.

ἢ Πέρσας διέσεισεν (1). ἣ πολλὰ μὲν τῇ γνώμῃ, πλείω δὲ ταῖν χεροῖν εἰσήνεγκας. ἀλλὰ καὶ τὸ βούλευμα, τὸ μετὰ τὰς σπουδὰς, οὔτε ἔλαθεν τοὺς ἀνθρώπους, μεῖζόν τε τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις δοκεῖ. Διὰ δὴ ταῦτα καὶ τὴν ἄλλην γε σου τῶν τρόπων ἀρετὴν ἐπεθύμουν μὲν ἰσχυρῶς προσειπεῖν σε δι' ἐπιστολῆς. Ἦν δὲ οὐ μείων τῆς ἐπιθυμίας ὁ φόβος, μὴ δόξαιμί τισι μειζόνων, ἢ προσῆκεν, ἀξιοῦν ἐμαυτόν. Εὐανθίου δὲ ἥκοντος, καὶ δῶρόν μοι φέροντος παντὸς χρυσίου κάλλιον γράμματα σὰ, οὐ γράμματα ἡγησάμην μοι κεκομίσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ γράφειν σοι λαμπρὰν ἐξουσίαν. Ὁ γὰρ οὐκ ἀηδῶς γράμματα δοὺς, ἡδέως ἂν καὶ λάβοι. Ἐγὼ μὲν οὖν ἀπολαύσομαι τῆς ἐξουσίας. παρὰ δὲ σοῦ γένοιντο μέν μοι καὶ πλείους ἐπιστολαί. μικρὸν δὲ οὐδὲ ἡ μία. εἰ δὲ ἤδη δεῖ καὶ χάριν αἰτεῖν, λάβε τοῦτον Εὐστόχιον, χρηστόν τε ἄνδρα καὶ ῥήτορα. καὶ σαυτὸν οἶμαι πείσεις, ὡς ἄξιος ἀνὴρ ἐγγεγράφθαι τῷ περί σε χορῷ.

quae Persas dissipavit; ad quam rem multa quidem consiliis tuis, plura vero manu & opere ipso contulisti. Ipsum tamen illud consilium, quod molitionibus tuis subjunxisti, homines non latuit, majusque illis, quae armis praestitisti, videtur. Propter haec itaque morumque tuorum praestantium valde quidem per literas te salutare desideravi. Desiderio vero hoc non minor mihi erat timor, ne scilicet majora mihi, quam fas erat, sumere quibusdam viderer. Postquam autem advenit *Evanthius*, donumque mihi, omni auro praestantius, literas tuas, attulit, non literas tantum mihi allatas, sed & honorificam ad te scribendi potestatem factam esse putavi. Qui enim non illibenter literas mittit, libenter quoque easdem acceperit. Utar itaque hac potestate: a te vero plures mihi veniant epistolae, quamvis nec parum sit una illa. Quod si praeterea beneficium aliquod a te petere mihi liceat, *Eustochio* quaeso, viro optimo & eloquenti te imperti. Ipse enim, puto, credes, dignum esse virum, qui choro tuo adscribatur.

MDXLVI. ΙΛΑΡΙΩι (1).

Ἐπιμελές ἐστιν ἐμοὶ περὶ τῶν σῶν εἰδέναι, καὶ γάρ σοι διαπυθέσθαι περὶ τῶν ἐμῶν. ἀλλ' ἔν γε τῷ μέτρῳ τῆς ἡδονῆς ἐγώ σου πλεονεκτῶ. Σὺ μὲν γὰρ ἀεὶ ταὐτὸν περὶ ἡμῶν ἀκούεις. ἐκεῖνα δὴ τὰ σμικρὰ, τοὺς λόγους, καὶ τοὺς νέους, ἡμεῖς δὲ ἀεί τι περί σου λαμπρότερον. καὶ νῦν ἡμῖν τὴν Παμφυλίαν (2) μετὰ τῆς ἄκρας δικαιοσύνης ἄγεις, τοὺς μὲν χρηστοὺς μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ πονηροὺς, ἀσθενεῖς. Ἀνάγκη δὲ καὶ σοφίας ἀνθεῖν ἐν πόλεσιν, ὧν ἐπιστατεῖς. Κοινωνὸς δὴ σοφίας, ἧς τι κέρδος ἐν δικαστηρίοις, οὑτοσὶ Παλλάδιος. Διαφυγὼν μὲν τὰς ἐν Φοινίκῃ χορείας, τῷ πονεῖν δὲ ἡσθεὶς πλέον, ἢ τῷ παίζειν. καὶ νῦν ἥκει κοσμήσων μὲν τὴν αὐτοῦ, κοσμηθησόμενος δὲ ὑπὸ σοῦ. Πιστεύω γὰρ, ὅτι καὶ τῇ πόλει χαριζόμενος καὶ τὴν ἀλήθειαν αἰδούμενος, τοιαῦτα ψηφιῇ περὶ τοῦ νεανίσκου, ἃ καὶ τούτου πατέρα καὶ τοὺς ἐσομένους αὐτῷ παῖδας ποιήσει μακαρίους.

HILARIO.

Curae mihi est res tuas perspectas habere, quemadmodum tibi & meas. Gaudii vero magnitudinem si spectes, ea quidem te vinco. Tu enim eadem semper de nobis audis, exigua illa, orationes & adolescentes, nos verò semper praeclariora quaedam de te accipimus. Et nunc quidem Pamphyliam justissime administras, bonos quidem illustres, malos autem parvos efficiens. Necesse porro est, sapientiam quoque in illis, quibus praees, urbibus florere. Hujus vero sapientiae, quae foris non parum prodest, particeps est hic *Palladius*. Relictis enim Phoeniciae choreis, & laboribus magis, quam jocis delectatus, venit nunc, patriam quidem suam ornaturus, à te vero ornandus. Credo enim, te, urbi non minus gratificaturum, quam veri studio ductum, ea de juvene hoc existimaturum esse, quae & patrem ejus, & filios, quos aliquando habiturus est, felices reddere possint.

MDXLVII. ΚΛΕΑΡΧΩι.

Παλλάδιον τουτονὶ Παμφυλία (1) μὲν ἤνεγκεν, ἡ καλλίστη πόλις, ἐπαίδευσε δὲ αὐτή τε αὕτη καὶ πάλιν Φοινίκης ἡ καλλίστη πόλις (2). Οὕτω δὲ ἦν κόσμιος ἐν ἀγέλαις νέων, ὥστε καὶ τοὺς ἀρίστους τῶν αὐτόθι γερόντων ἐπαινέτας ἔλαβε, παρ' ὧν ἦλθέ μοι γράμματα περὶ αὐτοῦ. Ἐγὼ οὖν κἀκείνοις χαριζόμενος καὶ τοῦτον ἤδη φιλῶν, ἕπομαι γὰρ τῇ τῶν πρεσβυτέρων ψήφῳ, δέομαί σου ποιῆσαι τὸν νεανίσκον εὐδαίμονα. Ἔστι δὲ ῥᾴδιον ὑμῖν

CLEARCHO.

Palladium hunc Pamphylia quidem, urbs elegantissima, tulit, educavit vero & ipsa illa, & post eam urbs Phoeniciae itidem elegantissima. Tam elegans vero ipse inter juvenum greges erat, ut senum, qui ibi erant, praestantissimos, qui cum literis mihi commendabant, laudatores haberet. Ego itaque & illis gratificaturus, & hunc cum maxime amans, (seniorum enim illorum judicium sequor,) peto à te, ut juvenem hunc felicem esse jubeas. Vobis

EP. MDXLIV. (1) *Victor* hic Julianum, in Persas profectum, ut dux copiarum comitabatur, auctore *Ammiano* lib. XXIV. cap. 8. qui & alibi ejus meminit. Nam & sub *Joviano* & *Valente* militiae praefuit, & ab hoc posteriore ad Saporem, Persarum Regem cum legati auctoritate missus est.

EP. MDXLVI. (1) *Hilarius* hic is videtur, ad quem aliquot *Symmachi* exstant epistolae. De eo leges etiam *Gothofredum* in Prosopographia Codicis Theodosiani p. 366. (2) *Pamphylia* alia est, regio, Isauriae vicina: alia, Macedoniae urbs, quam quidem h. l. intelligi puto. In sequente enim epistola idem *Palladius*, quem Hilario commendat noster, Pamphylia, urbe elegantissima, ortum esse testatur. Conf. *Stephanum* de Urbibus.

EP. MDXLVII. (1) Vide ad ep. 1556. not. 2. (2) *Berytum* puto indicari.

EP.

Vobis vero imperantibus facile est, gloria illos, quos velitis, confestim cumulare. Hac vero potestate recte uti oportet. Hoc autem fiet, si optimos quosque illustres faciatis. Inter illos *Palladium* hunc numera. Cum enim hac aetate virtutis se studiosum praestet, qualis erit, ubi ad maturam & senilem aetatem pervenerit?

ὑμῖν τοῖς ἄρχουσι δόξαν ταχέως, οὓς ἂν βούλησθε, περιθεῖναι. Ταύτῃ δὲ τῇ δυνάμει καλὸν χρῆσθαι δικαίως. τοῦτο δέ ἐστι, τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν λαμπροὺς ποιεῖν· ὧν ἕνα τοῦτον νόμιζε Παλλάδιον. ὃς εἰ τηλικοῦτος ὢν ἀρετῆς ἐπιμελεῖται, τίς ἔσται πρὸς ἀκμὴν καὶ γῆρας ἐρχόμενος;

DOMNINO.

Cognitum habebas *Eusebium* illum, amicum certum, cognitumque & laudabas, & familiarem tibi esse jubebas. Huic tres sunt nepotes: uni id nomen ejus est commune, alter est *Artemisius*, tertius vero *Ammianus*. *Ammianus* quidem apud illum primum, nunc vero apud me versatur. Illi quidem is in magno erat pretio, nec minus nunc mihi, ejus fratri. Horum genti aequitate tua frui jam licuit. Hunc itaque una cum adfine, *Ammiano* altero, inter homines tibi cognitos numerari velim. Hoc enim rerum suarum conditionem meliorem reddiderit, &, qui molestus illis esse audeat, ab instituto desistet. Idem quoque, qui apud me degit, in me futurus est propensior, si suis per me apud vos bene esse intelligat.

MDXLVIII. ΔΟΜΝΙΝΩι.

Ἤδεις Εὐσέβιον ἐκεῖνον τὸν σαφῆ φίλον, καὶ εἰδὼς ἐπῄνεις τε καὶ ἐχρῶ. Τούτῳ τρεῖς εἰσιν ἀνεψιοί. εἷς μὲν ὁμώνυμος, ἕτερος δὲ Ἀρτεμίσιος, καὶ τρίτος Ἀμμιανός. ἀλλ' ὁ μὲν Ἀμμιανὸς ἐκείνῳ τε συνέζη πρότερον, καὶ νῦν ἐμοί. καὶ ἦν ἐκείνῳ τε πλείστου ἄξιος, καὶ νῦν ἐμοί, τῷ τοῦδε ἀδελφῷ. συμβαίνει τε τὴν αὐτῶν οἰκίαν καὶ τῆς σῆς δικαιοσύνης ἀπολαύειν. Τοῦτόν τε οὖν καὶ ἔτι γε κηδεστὴν αὐτῶν, Ἀμμιανὸν ἕτερον, βουλοίμην ἂν σε τοῖς ἐγνωσμένοις ὑπό σου τετάχθαι. Τουτὶ γὰρ αὐτοῖς πολλῷ ποιήσει τὰ πράγματα βελτίω, καὶ εἴ τις ἄρα νῦν ἐπηρεάζειν ἐπιχειρεῖ, πεπαύσεται. Ἔστι δὲ καὶ ὁ παρ' ἐμοὶ περὶ ἐμὲ καλλίων, ἢν εἰδῇ τοῦ αὐτοῦ δι' ἐμὲ γινόμενον ἀγαθὸν ἐκεῖ.

HERMOGENI.

Ammiano duo sunt fratres, *Eusebius* & *Artemisius*, tribus vero bis *Ammianus* alius est adfinis. Adfinem itaque hunc & fratres *Ammiani* binos depositi instar habe: ipse vero ego *Ammianum*, apud nos habitantem, curae meae commendatum habebo. Gratias enim illi debeo multorum & magnorum laborum, quos ipse in se suscipiens otium mihi facit, ut res meas agere possim. Ut itaque otio hoc perpetuo fruar, illi vero labor sit levior, fac quaeso, ut, quos ibi suorum habet, illi spem in te ponant, &, si quo indigeant, libere dicant.

MDXLIX. ἙΡΜΟΓΕΝΕΙ (1).

Ἀμμιανῷ δύ' ἐστὸν ἀδελφοί, Εὐσέβιος καὶ Ἀρτεμίσιος, τοῖς δὲ τρισὶ τούτοις κηδεστὴς ἕτερος Ἀμμιανός. τοῦτόν τε οὖν τὸν κηδεστὴν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Ἀμμιανοῦ τοὺς δύο παρακαταθήκην (2) ἔχε. τὸν δ' Ἀμμιανόν, οἰκοῦντα παρ' ἡμῖν, αὐτὸς εὖ ποιήσω. καὶ γὰρ ὀφείλω χάριτας αὐτῷ πολλῶν τε καὶ μεγάλων πόνων, οὓς αὐτὸς ὑπομένων ἐμοὶ παρέχει σχολὴν τὸ ἐμαυτοῦ ποιεῖν. ἵν' οὖν ἐμοί τε ἡ σχολὴ σώζηται, τούτῳ τε ὦσιν οἱ πόνοι κοῦφοι, δίδου τοῖς αὐτοῦ θαρρεῖν τέ σοι, καὶ ὅτου δέοιντο φράζειν.

AMBROSIO.

Non solum misisti columbas, sed & tales, quae generis sint optimi. Eaedem vero & pulchrae sunt, & fidae. Volandi enim potestate facta nulla earum avolavit, sed omnes ordines recte constanterque servarunt. Atque hoc quidem cum *Diodoto* commune habes. *Diodotum* vero eo vincis, quod non rogatus mittis, &, quod non a te petierimus, aegre fers. Id vero in mentem mihi non venit, ut eo majus donum hoc tuum esset. Nihil vero opus est, ut plures mittas. Praesentes enim illae matres jam factae sunt. Jucundum vero mihi est, non multas habere, sed multas ex paucis accipere. Hoc igitur ratum esto. Tibi vero Dii, qui columbis gaudent, magistratum per-

MDL. ἈΜΒΡΟΣΙΩι (1).

Οὐ μόνον ἔπεμψας περιστεράς, ἀλλὰ καὶ τοῦ πατρὸς τοῦ κάλλους, αἱ δὲ αὐταὶ καὶ καλαί, καὶ πισταί. Ἀφέντες γὰρ αὐτὰς πέτεσθαι, οὐδεμία σφῶν ηὐτομόλησεν. ἀλλ' οὖν καὶ καλῶς ἅπασαι τὴν τάξιν ἐφύλαξαν. καὶ ταῦτα μέν σοι κοινὰ πρὸς Διόδοτον. νικᾷς δὲ τὸν Διόδοτον τῷ πρὶν αἰτηθῆναι πέμψαι, καὶ τῷ γε ἀλγεῖν ὅτι σε οὐκ ᾐτήσαμεν. Τουτὶ δὲ ἄρα διέφυγεν ἡμᾶς, ὅπως σοι μεῖζον τὸ δῶρον ᾖ. Δεῖ δέ σε οὐδὲν πέμπειν ἑτέρας. Ἤδη γὰρ αὗται γεγένηνται μητέρες. ἡδὺ δὲ οὐ τὸ δέχεσθαι πολλάς, ἀλλὰ τὸ πολλὰς ἐξ ὀλίγων δεικνύειν. Τουτὶ μὲν οὕτως ἐχέτω. Σοὶ δὲ οἱ χρώμενοι ταῖς περιστεραῖς θεοὶ (2) δοῖεν εὖ φέρεσθαι τὴν ἀρχὴν διὰ τέλους,

EP. MDXLIX. (1) *Hermogenem* hunc eum puto, quem *Libanius* in Vita sua p. 39. *βέλτιστον ἀρχόντων* vocat. Ejusdem meminit *Ammianus* lib. XIX. c. 12. Vide ibi *Valesium* & *Gothofredum* in Prosopographia p. 365. (2) Vide *Curas* nostras ad 1 *Tim.* VI. 20.

EP. MDL. (1) *Ambrosium* de eo interpretor, ad quem aliquot *Symmachi* epistolae exstant. Vide lib. III. 30—37. (2) Inter eas Venus est, cui ex columbis sacra facere pagani consueverant. Vide *Bocharti* Hierozoicon Parte II. lib. 1. c. 5. p. 26. Sic & columbas Jovem in Cretae antro nutrivisse Poëtae fabulantur. Vide eundem p. 3.

EP.

λως, ὅπως ἀφορμὴ τὰ πρῶτα γίνηται δευτέροις ἀμεινόνων.

perpetuo prospere fluere jubeant, ut priora viam muniant melioribus.

MDLI. ΘΕΟΔΩΡΩι.

Ἔχω τὸν Ἀριστείδην (1), πρᾶγμα πάλαι ποθούμενον. καί σοι χάριν ἔχω μικροῦ τοσαύτην, ὅσην περ ἂν εἰ αὐτὸν ἡμῖν ἀναστήσας τὸν ἄνδρα ἐπεπόμφεις. καὶ παρακάθημαί γε τῇ γραφῇ τοῦ ἐκείνου τι βιβλίον ἀναγινώσκων, ἐρωτῶν αὐτὸν, εἰ αὐτὸς ταῦτα (2). εἶτ᾽ αὐτὸς ἀποκρίνομαι ἐμαυτῷ. καὶ ταῦτά γε ἐκεῖνος. Καὶ γὰρ ἔπρεπε τοιούτων λόγων τοιαύτην μορφὴν εἶναι μητέρα. οὕτω πάντα θεοειδῆ, καὶ καλὰ, καὶ κρείττω τῶν πολλῶν. Ἀλλ᾽ ὅ μοι συνέβη περὶ τὸ πρᾶγμα τοῦτο παθεῖν, διηγήσομαί σοι. Τὴν αὐτὴν ταύτην ᾐτήκειν χάριν, Ἰταλικιανὸν ἐκεῖνον. Ὁ δ᾽ εὐθὺς ἔπεμψεν. ἐγὼ δὲ ἠπίστουν τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι. τό τε γὰρ νόσου τῆς πολλῆς (3) ἀπᾷδον τὸ πρόσωπον. τήν τε κόμην ἄλλον τινὰ μηνύειν. Οὐ γὰρ εἶχον εὑρεῖν, ἐξ ὅτου τοσαύτην ἔθρεψεν ἄν. ἡγούμην οὖν Ἀσκληπιὸν ἡμῖν ἥκειν ἀντὶ τοῦ ῥήτορος. καὶ οἷος ἦν ἐν Δάφνῃ (4), τοῦτον ἐν Ὀλυμπίου τεθεῖναι πλησίον τῆς μεγάλης εἰκὸς, ἣ τὸν Ἀπόλλωνα μετὰ τῆς κιθάρας μέσον Ἀσκληπιοῦ καὶ τῆς Ὑγιείας δείκνυσιν. Ἀνάθημα τοῦτ᾽ ἦν Ὀλυμπίου, τοῦ πατρὸς Ὀλυμπίου διὰ χρόνου πάλιν οἴκαδε εἰσελθόν. Ἥρπαστο γὰρ ὑπ᾽ ἀνδρῶν φοβερῶν. Ταῦθ᾽ ἡμῶν βεβουλευμένων ἧκε τὰ δεύτερα πείθοντα περὶ τῶν προτέρων. ταὐτὸ γὰρ ἀμφοτέραις εἶδος. καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐλέγομεν, ὡς τὸν μὲν Ἰταλικιανὸν εἰκὸς ἦν τι καὶ παραμελῆσαι. Θεόδωρος δὲ πάντως ἂν τὸν ὄντα ἐξεῦρεν. οὕτως ἡμῖν ἀνθ᾽ ἑνὸς δύο πέπομφας. πέμψεις δὲ οἶμαι καὶ τὴν τρίτην. Ἐπιθυμῶ γὰρ δεινῶς χεῖράς τε καὶ πόδας ἰδεῖν, ἃ φὴς ἔχειν τὴν τρίτην (5). Ἀλλά σου δέομαι καὶ τὸν τύπον μηνῦσαι τῆς εἰκόνος, καὶ παρὰ τῶν γεραιτέρων πυθέσθαι, τίς ὁ νοῦς τῶν τριχῶν. ἴσως γάρ τις σώζεται περὶ τῆς κόμης λόγος.

THEODORO.

Habeo *Aristidem*, rem diu desideratam: parum abest, quin tantam tibi gratiam habeam, quantam habiturus eram, si virum ipsum ex mortuis excitatum mihi misisses. Quoties ego aliquid orationum ejus lego, effigiei illi assideo, interrogans: num haec ipsum referat? Mox mihi ipse respondeo: utique illum refert. Ejusmodi enim sermonum matrem talem decebat esse formam: adeo omnia Deos referunt, & pulchra sunt, & aliis praestantiora. Quid vero mihi in hac causa acciderit, narrabo. Idem hoc ab *Italiciano* nostro petieram. Ille statim misit: ego vero non credebam, eundem esse, cum vultus forma a morbo frequente abluderet, & coma quoque alium aliquem referret. Neque enim detegere poteram, unde tam copiosam aleret. Putabam igitur, Aesculapium nobis pro Rhetore venire, & qualem Daphne exhibet imaginem, talem in Olympii aedibus ponendam esse juxta magnam illam, quae Apollinem cum cithara inter Aesculapium & Hygieam medium repraesentat. Donarium hoc erat *Olympii*, patris *Olympii*, quod tandem aliquando domum est reversum. Ablatum enim erat ab hominibus metuendis. Haec expendentibus nobis allata est altera illa effigies, quae priorem illam firmabat. Utraque enim eundem referebat vultum. Dicebamus enim ad nos invicem, *Italicianum* fortasse heic incuriosiorem fuisse. *Theodorus* interim deprehendit, germanam esse imaginem. Tu itaque nobis pro una duas misisti: mittes vero etiam, puto, tertiam. Valde enim & manus & pedes videre gestio, qua tertiam illam ais esse instructam. Peto vero a te, ut rationem imaginis illius nobis exponas, & seniores percunteris, quid sibi crines illi velint: fortasse enim aliqua de coma ejus narratio superest.

MDLII. ΚΛΕΑΡΧΩι.

Θᾶττον σὺ τὸν Θεόδωρον ἡμῖν ἄρχοντα τουτονὶ ἔδειξας, ἢ ἡμεῖς αὐτὸν τῆς Ἀκακίου βίας ἀπηλλάξαμεν. οὕτω σοὶ μὲν καὶ τὰ χαλεπὰ ῥᾷστα. μικροὶ δὲ ἡμεῖς, καὶ οὐδ᾽ ἂν τῶν δικαίων τύχοιμεν. ἀλλ᾽ εἰ δεῖ μαντεύεσθαι, τὸν θρασὺν τοῦτον καὶ γελῶντα καὶ καταγελῶντα καὶ Θεοδώρου καὶ ἡμῶν ὄψεταί τις ὑπὸ τῇ σῇ ψήφῳ δακρύοντα. Τῆς γὰρ οἶμαι δόξης σοι κατὰ λόγον αὐξομένης ἄξεις ποτὲ τῇ σαυτοῦ γνώμῃ κἀκείνην ἅμα καὶ τήνδε τὴν γῆν.

CLEARCHO.

Tu *Theodorum* nobis citius in hoc magistratu constituisti, quam nos ipsum ab *Acacii* vi immunem fecimus. Adeo tibi difficilia quaeque facilia sunt: nos vero exigui sumus, nec vel jure nostro potiri possumus. Quod si vero divinare licet, temerarium illum, qui & nos & *Theodorum* ridet & subsannat, flentem aliquis, te judice, viderit. Si enim dignitas tibi pro meritis amplificetur, & illam & nostram regionem consiliis tuis reges.

MDLIII. ἈΝΔΡΟΜΑΧΩι.

Οὐκ ἄρα τἆλλα μόνον ἀμείνους, ἀλλὰ καὶ μνήμονας ἡ φιλία ποιεῖ. Σὺ γοῦν ἐπειδή μου τὰς Αἰγυπτίας ἤκουσας

ANDROMACHO.

Amicitia itaque homines non cetera solum meliores, sed & memores reddit. Tu scilicet, co-

EP. MDLI. (1) *Aristidis* effigiem vel sculptam vel pictam intelligit. Id patebit ex sequentibus. (2) Nonnulla enim, quae Aristidi tribuebantur, suspectae erant fidei. Id supra in alia epistola noster professus est. (3) *Aristidem* cum morbis frequenter conflictatum esse, ipse testatur in Sermonibus sacris, quibus auxilium a Diis sibi praestitum celebrat. Confer Vitam ejus a *Jo. Massonio* novissimae editioni Anglicanae praemissam. (4) Suburbium est Antiochenum. (5) Statua igitur illa vel pictura caput Aristidis tantum retulit.

E P.

columbas Aegyptias laudasse me audiveras, hujusque sermonis memor, postquam in Aegyptum, tam procul à nobis remotam, venisti, multas earum collegisti, & coloniam quasi quandam nobis misisti. Earum jam ampla mihi est copia. Pepererunt enim, speroque fore, ut tempore procedente, ego is aliis sim, quod vos nobis estis, ad Ionum illorum exemplum. Erunt enim, qui eas tum ob magnitudinem, tum ob pedum munimenta requirant. Sed haec quidem fient inposterum. Ceterum donum tuum per eum, qui attulit, duplex evasit. Gratum enim fuit, quod misisti, gratius vero, quod misisti per *Eustochium*, qui moribus suis omnes ad se allicit, per quos etiam ferus aliquis jam mitis factus est, ut spiculum intentatum recte quiescere jusserit. Dii enim, matre Amorum praecipiente, virum hunc comitati sunt. Vix enim ille insulam ejus viderat, quando famularum ejus quaedam evolans ad illam se contulit, vinculo quidem non negligenter rupto, Diis autem efficere omnia valentibus. Ita vero illa agebat, non tanquam poena aut damno adfectura, sed testatum potius factura, quod amet illum, quodque omnia amicorum sint communia, atque adeo perpetuo praesto sit futura, eumque salvum praestitura, sicut & salvum praestitit. Eadem vero virum hunc etiam ad vos perducat, agrosque & domum ceteraque omnia reddat, vitam ejus gratissimis quibusque donis perfundens.

σας ἐπαινοῦντος περιστερὰς, ἐφύλαξάς τε τὸ ῥῆμα, καὶ γενόμενος ἐν Αἰγύπτῳ τοσοῦτον ἡμῶν ἀπεχούσῃ συναγαγὼν ὅτι πλείστας, ἔπεμψας ὀρνίθων ἀποικίαν. ὧν ἤδη πολὺ τὸ φῦλον. ἔτεκον γὰρ καὶ οἶμαι, χρόνου προϊόντος, αὐτὸς ἄλλοις ὅπερ ὑμεῖς ἡμῖν ἔσεσθε, κατὰ τοὺς Ἴωνας (1) ἐκείνους. Ἔσονται γὰρ οἱ ζητήσοντες ἔχειν, μεγέθους τε εἵνεκα καὶ τῆς ἀναξυρίδων (2). Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔσται. τὸ δὲ σὸν δῶρον τῷ φέροντι γέγονε διπλοῦν. καὶ ἡδὺ μὲν τὸ πεμφθὲν, ἥδιον δὲ τὸ δι' Εὐστοχίου τοῦ πάντας ἐφελκομένου τῷ τρόπῳ. δι' ὃν ἤδη τις καὶ θηριώδης ἥμερος ὤφθη. καὶ τὸ κέντρον ἠρεμοῦν τέως ἐκοίμισεν εἰκότως. Θεοὶ γὰρ τὸν ἄνδρα προὔπεμπον, ὡς ἔδειξεν ἡ τῶν ἐρώτων μήτηρ. Οὐ γὰρ ὤφθη τὴν νῆσον τὴν ἐκείνης οὗτος ἰδὼν, καὶ μία τῶν ἐκείνης θεραπαινῶν ἀναπταμένη παρ' αὐτὴν ἐφέρετο, τοῦ δεσμοῦ μὲν οὐ καταῤῥαθυμηθέντος, θεῶν δὲ πάντα δυναμένων. Ταῦτα δ' ἦν οὐ ζημιούσης, οὐδὲ ἀποστερούσης, ἀλλὰ δηλούσης, ὅτι φιλοῖ, καὶ ὅτι κοινὰ τὰ φίλων. καὶ παρέσται διὰ τέλους, καὶ σώσει, καὶ δὴ καὶ διέσωσεν. αὐτὴ καὶ παρ' ὑμᾶς τὸν ἄνδρα κομίσειε. καὶ γῆν καὶ οἶκον ἀποδοίη. καὶ τἄλλα ἀγαθά. πανταχοῦ τὰς χάριτας τῷ τῇδε καταμιγνῦσα βίῳ.

A C A C I O.

Duos patres offendit *Titianus*, me scilicet, & te. Me quidem, quod tibi non scripsisse visus sum, qui tamen scripseram: te vero, qui non acceperis, quas accipere te oportebat. Laesit vero nos non negligentia solum adversus literas illas, sed & eo, quod, quae acciderant, tacuit. Fas enim erat, ut malum non malo, sed malum bono aliquo sanaret. Si enim dixisset, literas illas periisse, tibi quidem, quod scriptae fuerint, solatio fuisset, me vero ignavum non fuisse docuisset. Interim defensionem illi praestiterit inscriptio, quod nihil peccare Dei esse testatur. Ceterum modo ad te veniunt literae, quae tunc non venerunt. Eas nactus exigua pro magnis leges.

MDLIV. 'A K A K I Ω.

Δύο πατέρας ἠδίκησε Τιτιανός. ἐμέ τε καὶ σέ. Ἐμὲ μὲν ὅτι σοι οὐκ ἔδοξα γράψαι γεγραφώς. σὲ δὲ οὐ λαβόντα, ἃ λαβεῖν ἐχρῆν. Ἠδίκησε δὲ οὐ τῇ ῥαθυμίᾳ, τῇ περὶ τὰ γράμματα, μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ κρύψαι τὸ συμβάν. Ἔδει γὰρ αὐτῷ οὐ κακῷ κακὸν, ἀλλ' ἀγαθῷ κακὸν ἰάσασθαι. Τὸ γὰρ, ὡς διέφυγε τὰ γράμματα, εἰπεῖν, σὲ μὲν ἂν παρεμυθεῖτο, τῷ γεγράφθαι (1), ἐμὲ δ' ἂν οὐκ ἐδείκνυεν ἀργόν. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν ἐκ τοῦ ἐπιγράμματος (2) ἀπολογία τις ἔσται τοῦ λέγοντος, τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι τοῦ θεοῦ. Σοὶ δ' ἥκει νῦν τὰ πότε οὐκ ἐλθόντα. καὶ λαβὼν ἀναγίνωσκε μικρὰ ὑπὲρ μεγάλων.

H I E R I O.

Peregrinus ad legum doctrinam se adplicuit, arma

MDLV. 'I E P I Ω.

Περεγρῖνος ἥπτεται νόμων, ὅπλον ἐφ' ὅπλῳ κτώμενος. ὅθεν

EP. MDLIII. (1) Graeciam scilicet columbis abundasse veteres testantur. Nubem testium habes apud *Bochartum* Part. II. Hierozoici lib. I. cap. 1. p. 3. qui propterea nec absurdum putat, Hebraeis columbas ideo יונים esse appellatas, quod Graecae essent, quia Graeci olim Ἴωνες sint vocati. (2) Non satis capio, quid sibi hac voce noster velit. Interpretatus itaque sum, quoad potui, ex *Hesychio*, qui ἀναξυρίδα per ἔνδυμα ποδῶν exponit.

EP. MDLIV. (1) In Codice γεγράφθαι. (2) Spectat epitaphium, quod *Demosthenes* Orat. de Corona p. 353. ad Gr. Lat. refert, illis dedicatum, qui in praelio adversus Philippum ceciderant. Hujus extremum distichon ita habet:

Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεῶν, καὶ πάντα κατορθοῦν
Ἐν βιοτῇ μοῖραν δ' οὔτι φυγεῖν ἔπορεν.

Ad idem dictum provocat *Themistius* Orat. III. & Anonymus ad Suidam v. Συγγνώμονα. Confer eruditissimi *Richardi Bentleji* Apologiam Dissertationis de epistolis Phalaridis p. 528. cui Pseudo-Phalaris ep. 29. huc respexisse videtur his verbis: τὸ μηδὲν ἁμαρτάνειν οἰκότως ἴσως καὶ δικαίως θεῷ νομίζεται, τὸ δ' ἁμαρτάνοντα τούτου πρὸς τὸ μέλλον σωφρονεῖν ἀνθρώπου. Contra de hominibus *Jac.* III. 2. πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. Similia paganorum dicta lege apud *Gatakerum* ad M. Antonium V. 10. *Pfannerum* in Systemate Theologiae Gentilis c. IX. §. 7. & *Jo. Clericum* in commentar. ad *Gen.* VI. 5.

ὅθεν ἐλπίδες αὐτῷ καὶ πλούτου, καὶ ἀρχῶν, καὶ τῆς ἄλλης ἰσχύος. ὁ δὲ τοὺς νόμους ἐξηγούμενος διδάσκαλος μὲν ἀγαθός. ἡδέως δ᾽ ἂν (1) μισθοῖς ἀργυρίου διὰ τὴν πενίαν, ᾗ ἠναγκάσθη (2). Καὶ δόξαι μὲν ἂν ὁ μισθὸς μέγας. Ἔστι δὲ ἄγαν σμικρὸς, εἰ προσθείης βιβλίων τε πλῆθος, καὶ ἡλίκα προσέξεις. Μὴ τοίνυν δείσας τὸν μισθὸν, προῇ τὸ κέρδος, ἀλλ᾽ εἰς ἐκεῖνο βλέψας, τοῦτον εἰσένεγκε, καὶ δρᾶσον, ὃ ποιεῖς περὶ τὴν γῆν. Καὶ γὰρ ἐκείνῃ τὰ σπέρματα δίδως, καὶ οὐκ ἐμέμψω λαβούσαν.

arma armis additurus. Hinc spes ipsi & divitiarum, & magistratuum & plurium commodorum nascitur. Doctor, qui leges illi interpretatur, idoneus utique est, sed, qui ob paupertatem, cui est obnoxius, argentum cupide poscit. Merces itaque magna tibi forsan videbitur. Est vero admodum exigua, si librorum copiam, & cetera, quae conferet, cogites. Noli itaque, mercedem illam metuens, lucrum amittere, sed, hoc respiciens, illam solve, atque idem fac, quod adversus agros facere consuevisti. His enim semina committis, nec de accipiente illa unquam es conquestus.

MDLVI. ἈΠΟΛΛΙΝΑΡΙῼ καὶ ΓΕΜΕΛΛῼ.

Καλή γε ὑμῶν ἡ τόλμα, καὶ πάσης εὐλαβείας ἀμείνων, εἰ δὴ τὸ μὲν λόγων ἐρᾶν καλόν. Διὰ δὲ τῶν γραμμάτων ἐκηρύξατε τὸν πόθον. κοινωνοὺς δὲ μουσείων ἤδη νομίζοντες, ὧν Θεοῦ διδόντος κοινωνήσετε, κατὰ τὴν μου πεποιήκατε (1). Καὶ γάρ τοι τοῖς νέοις πολλῶν οὐσῶν εἰς οἰκειότητα ἀφορμῶν, μέγιστον ὑπῆρξε τὸ τῶν νεοττῶν ὑμῶν ἐπιστολῶν ὀγκεῖν. ὧν ἀξία μὲν ἐπαίνου ἡ πρὸς τὴν ὁδὸν ὁρμὴ, καλὴ δὲ οὐχ ἧττον ἡ μονή. Τὸ μὲν γὰρ σοφίας ἐπιθυμούντων, τὸ δὲ τῷ πατρὶ πειθομένων (2).

APOLLINARIO & GEMELLO.

Praeclara est audacia vestra, & omni verecundiae praestat, siquidem praeclarum est literas amare. Illarum vero desiderium epistola vestra prodidistis. Quando autem musorum jam participes vos esse putatis, quorum, Deo dante, participes olim eritis, ex sententia mea egistis. Cum enim juvenibus multae nascantur consuetudinis occasiones, magnum quidem erat, vestras, qui pulli adhuc estis, literas accipere. Ceterum desiderium iter faciendi laude quidem dignum est, non minus vero bonum fuerit, heic commorari. Hoc enim indicium est, vos sapientiae esse cupidos, illud vero, Patri vos morigerari.

MDLVII. ὙΠΕΡΕΧΙῼ. (1)

Καὶ προσαγορεύω τὴν τιμιότητά σου, καὶ εὔχομαί σοι τἀγαθὰ, ἐμαυτὸν δὲ καταμηνύω, σπουδὴν ἔχοντι πάντως εἰδέναι τὰ καθ᾽ ἡμᾶς, μηδὲν ἄμεινον τῆς συνηθείας πράττοντα. Τῶν γὰρ δυσφημοτέρων φείδομαι, ὡς ἂν μὴ πάνυ λυποίην τὸν τὰ βέλτιστα ἡμῖν συνευχόμενον.

HYPERECHIO.

Et alloquor dignitatem tuam, & bona quaeque precor: cumque omnino rerum mearum conditionem edoceri cupias, nuncio, nihil me melius, quam consuevi, habere. Funestiora enim dicere omitto, ne te, optima quaeque mihi optantem, majore tristitia afficiam.

MDLVIII. ἈΡΙΣΤΑΙΝΕΤῼ (1).

Ὁ δὲ Καρνᾶς ἔτι μέλλει, καὶ οὔθ᾽ ἑκὼν, οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἀνάγκης γίγνεται δίκαιος. Χρὴ δὲ ἥκειν αὐτόν. ἵν᾽ εἰδῶμεν ὅ,τι καὶ λέγει. καὶ οἷστισιν ὀφθαλμοῖς ἡμᾶς ἀντιβλέψεται, παρ᾽ ὧν ἠξίωσε καὶ ἀκόντων, ὃν κέκλοφεν ἵππον, ὠνήσασθαι. ἵνα μὴ στρατιώτης φησὶν ἄνιππος ᾖ. Προτείνει δὲ κομιδῇ σμικρὸν ἀργύριον, καὶ μὴ ἀποδιδομένοις οὐκ ἀποδίδωσιν, ἀλλ᾽ οἴεται σὺν δίκῃ τὸν ἵππον ἔχειν.

ARISTAENETO.

Carnas ille adhuc cunctatur, & nec sponte sua, nec coactus aequum se praestat. Interim necesse est, veniat, ut videamus, & quae dicat, & quibus oculis intueri nos possit, a quibus, etiam invitis, quem furatus est, equum emere sustinuit, ne, quod ait, miles sit sine equo. Porrigit quidem pretium valde exiguum, sed non solvit nobis, nisi redditurus, & vel sic justo titulo habere se equum putat, cum tamen nec Agathocles sit, nec Dio-

EP. MDLV. (1) In Codice μὴ μισθοῖς, ubi tamen manus recentior τὸ μὴ recte jubet deleri. (2) ἠναγκάσθαι MS.

EP. MDLVI. (1) Malim legere μὴ πεποιήκατε. Videtur enim Libanius culpare juvenes illos, quod altiora intempestive consectentur. τὸ μὴ ob antecedens μου facile excidere potuit. (2) Cum hac epistola finit liber V. Codicis *Vatic.* B. quem excipit liber VI. epistolis constans XLIV. quae tamen omnes inter superiores sunt exhibitae. In calce libri illius sexti legitur sequentis ad *Florentium* epistolae initium; Ἐμοὶ δοκεῖν ἐν, σε γεωργῶν ἄρξαν, [illegible]

EP. MDLVII. (1) Petita est haec epistola ex *Vaticano* 926. Ea vero inter illas S. Basilii exstat n. 328. Tom. III. edit. Garnerianae, p. 450. Huic autem rectius tribui, phrasis illa [illegible] τιμιότητά σου credere jubet, quae quoad memini, Libanio non est recepta. Basilio autem frequentissima. Dubium tamen faciat quod haec una Basilii ad Hyperechium exstat, ad quem multae sunt Libanii, qui praeterea saepe de valetudine sua queritur.

EP. MDLVIII. (1) Epistola haec debetur Codici cuidam *Cassanatensi*. Sed eadem est inter *Synesii* illas in Collectione Cujaciana, *Anysio* inscripta, cui ibidem p. 180. alia epistola nunciatur, Carnam illum venisse. Itaque non dubito, eam esse Synesii. Exhibere tamen eam vel sic volui. Inter easdem & illa est, quae infra n. 1573. legitur.

(2) In

Dionysius, quibus per tyrannidem tam malis esse licebat; sed Carnas potius Cappharodita, quem per leges in ordinem redigere non fuerit difficile. Quod si quis igitur eum ad te adduxerit, fac, ne nesciamus, ut advocemus Cyrenenses illos, qui praesentem convincere possint.

χειν. καὶ ταῦτα οὐκ ὢν Ἀγαθοκλῆς, ἢ Διονύσιος, οἷς αἱ τυραννίδες ἐπέτρεπον οὕτω πάνυ πονηροῖς εἶναι, ἀλλὰ Καρνᾶς ὁ Καπφαροδίτης, ὃν οὐ χαλεπὸν ἐπαναγαγεῖν εἰς τοὺς νόμους. Ἂν οὖν διαγάγῃ τις αὐτὸν ὡς σὲ, μηδὲ ἡμεῖς ἀγνοήσωμεν, ἵνα τοὺς κατὰ πρόσωπον ἐξελέγχοντας αὐτὸν ἀπὸ Κυρήνης (2) καλέσωμεν.

CONSTANTIO.

Ad Nilum ego adhuc versans, elegantem illam epistolam accepi. Quod vero inde mihi accidit, id silentio praeterire nefas fuerit. Cum enim eam redderet nuntius, adderetque, unde veniret, id, quod amantium est, usu mihi venit. A vero enim nonnihil aberrans, tecum esse mihi omnino videbar. Itane, dicebam, vir omnium dilectissime, qui absens tristitia me adficiebas, nunc tandem desideratissimus advenisti? Haec saepius ego repetens illis, qui aderant, occasionem praebebam suspicandi, quid rei esset? Illi itaque quaerebant: quid agis? neque enim ille tibi praesens est. Mihi itaque redditus, eam sensi tristitiam, quam solent, qui ejusmodi spe frustrantur, lacrymisque fusis intellexi, quantum amor possit, quodque error aliquis judicio animi solatium adferre voluerit. Solutis postea epistolae vinculis, adeo gavisus sum, ut sponte a te, tanquam praesente, desisterem, ne, si idem iterum saepius dicerem, ad desiderium futurorum vehementius incitarer.

MDLIX. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΩι (1).

Ἔτι περὶ τὸν Νεῖλον οἰκῶν (2), τὴν καλὴν ἐκείνην ἐπιστολὴν ἐδεξάμην. οἷον δὲ περὶ ταύτην συνέβη, οὐ καλῶς ἂν ἔχοι σιγῇ παρελθεῖν. Ὡς γὰρ ἐπέδωκε ταύτην ὁ φέρων, προσετίθει δὲ καὶ πόθεν, πάσχω τι πάθος ἐρωτικόν. Βραχὺ γὰρ ἀποπλανηθεὶς τοῦ εἰκότος, ἤδη σοι καὶ παρεῖναί με πάντως ἐδόκουν, καὶ τοίνυν, ὦ φίλτατε ἀνδρῶν, ἔφην, ὡς ἀπὼν ἄγαν ἐλύπεις, καὶ νῦν ποθοῦσιν ἀφῖξαι; ὡς δὲ τοιαῦτα πολλάκις εἰπὼν τοῖς παροῦσιν ὑποψίας παρεῖχον τοῦ πράγματος, καὶ δὴ, τί πάσχεις, ἔφησαν. Οὐ γὰρ δή σοι καὶ παρὼν ἐκεῖνος τυγχάνει. εἰς μνήμην ἐλθὼν ἐμαυτοῦ, ἐπάθην, οἷα δή τις ἁμαρτὼν τῆς τοιαύτης ἐλπίδος, καὶ βραχὺ δακρύσας ἔγνων. ὁπόσον ἔρως ἰσχύει, καὶ ὅτι πλάνη τις ἦν παραμυθουμένη τὸν λογισμόν. Ὡς δὲ τὴν ἐπιστολὴν ἀναλύσας ἐσκόπουν, ἥσθην τοσοῦτον, ὥστε τοῦ παρόντος ἑκὼν ἀφιστάμην. μὴ καὶ πάλιν πολλάκις εἰπὼν, καὶ ὁ τῶν μελλόντων με κατήπειγε πόθος.

SOSSIANO.

Itaque & me, fiducia plenum, beneficium a te petere, te vero libenter dare decebat. Utrique enim hoc convenit; mihi quidem dicere, quod te deceat, tibi vero, quod dixerim, effectum dare. *Strategius* enim narravit mihi, vestram in se voluntatem tam prolixam fuisse, ut, si per te stetisset, causa illa omnis jam finem nacta, & victoria nostra fuisset. Haec velim etiam opere ipso confirmari. Tanta enim tui est ad finem exspectandum apud me fiducia, ut etiam ante exitum ea illi verba recitaverim, quibus gratias tibi sim acturus.

MDLX. ΣΟΣΣΙΑΝΩι.

Ἔπρεπεν ἄρα κἀμὲ θαρροῦντα χάριν αἰτεῖν παρὰ σοῦ, καί σε προθύμως διδόναι, ἀμφοτέροις ἁρμόττον. ἐμοὶ μὲν (1) λέγειν τὸ δέον σοι, σοὶ δὲ πρὸς ἔργον τὸν λόγον ἐκφέρειν. Στρατήγιος γὰρ ἀπήγγειλέ μοι τοσαύτην ὑμῖν γεγενῆσθαι τὴν εἰς αὐτὸν προθυμίαν, ὥστε τἀπί σοι καὶ πέρας ἔχειν ἡ δίκη, καὶ νενικήκαμεν. ἀλλ' ὅπως καὶ τοῖς ἔργοις γένοιτο ταῦτα. τοσοῦτον γὰρ θαρρῶ διὰ σοῦ τὸ πέρας ἐλπίζων, ὥστε καὶ πρὸ τοῦ τέλους λόγους ᾖδον (2) αὐτῷ, δι' ὧν ὁμολογήσω τὴν χάριν.

ULPIO.

Gravem, quam scribere tibi meditabamur, dicam effugisti. *Strategius* enim huc veniens, literas vero non adferens salutare me prae pudore non audebat. Et qui fieri aliter poterat? Saepius itaque manibus elapsus, aegre tandem captus

MDLXI. ΟΥΛΠΙΩι.

Πολλὴν ἡμῖν κατὰ σοῦ μελετωμένην κατηγορίαν διέφυγες. Ὡς γὰρ ἧκε μὲν ὁ Στρατήγιος, γράμματα δὲ οὐκ εἶχεν, ἠρυθρία μὲν ἐμοὶ προσελθεῖν. πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν; πολλάκις δὲ διαφεύγων μόλις ἑάλω.

(2) in MS. ἀποκρίνεται

EP. MDLIX. (1) Sequentes XIV. epistolae in *Vatic.* 944. leguntur post epistolam Ὥσπερ οἱ ἐν χειμῶνι πλέοντες, κ. τ. λ. quam inter nostri has supra exhibuimus. Itaque & hae in eodem quippe folio & eadem manu, continuatis etiam numeris superioribus scriptae nostro merito fortasse tribuantur. Sunt tamen quaedam, quae animum dubium faciant. Vide, quae infra ad ep. 1568. dicentur. Taceo & inter has quasdam esse, quae inter *Synesii* & *Procopii* illas editae exstant. (2) Idem est epistolae illius initium quae exstat inter *Procopii* illas in Collectione Cujaciana p. 435. *Stephano* inscripta.

EP. MDLX. (1) Charta codicis hic perforata erat, & plerasque aliquot vocum literas legentis oculis subducebat. Nihil enim comparebat, si sequentes literas excipias λεγ . . . σοι . . . σοὶ δὲ. Ex his itaque ea, quae vides, formanda esse in margine apographi *Rostgardiani* monitum erat. Neque veri similiora ego potui extricare. (2) In Codice ᾖδον, ubi τῷ ει superscriptum erat ε. Non dubito scribendum ᾖδειν.

λω. καὶ δὴ βδελυρὸν αὐτὸν καὶ θεοῖς ἐχθρὸν ἀπεκάλουν, ὅτι πρὸς ἡμᾶς ἀφιγμένος οὐδὲν περὶ ὑμῶν τῶν φιλτάτων ἀπήγγειλε, περὶ ὧν πολλάκις ηὐχόμην ἀκούειν. Ἀλλ᾽ ὅμως ἐκεῖνος τὴν ἀπολογίαν ἱκανῶς ἐποιεῖτο. καὶ γὰρ αἴτιον ἔλεγε τὴν φυγὴν, ὅτι γράμματα μὴ κομίζοι. Κἀκείνῳ μὲν συγγνώμην ἐδίδουν, ἐπὶ τούτοις ἐρυθριῶντι. Ἔλεγον δὲ πρὸς ἐμαυτὸν, ὅσα δὴ φέρειν καὶ μεταβάλλειν ὁ χρόνος οἶδεν. Οὔλπιος γὰρ ὁ καλὸς, ἡνίκα μὲν ἡμῖν τῆς παλαιᾶς ἐκοινώνει τύχης, φίλος τε ἦν, καὶ ἐδόκει, καὶ οὐκ ἄν ποτε ᾤμην, ὡς μεταβάλοιτο. ὡς δὲ λαμπρῶς ἤρθη, καὶ γέγονε μέγας, ἀφόρητός ἐστιν εὐτυχῶν, καὶ τῶν πρόσθεν ἐκείνων ἐπιλανθάνεται. Εὐτυχοίη δὲ μόνον, καὶ μετρίως οἴσομεν παρορώμενοι. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγων πολλὰ κατὰ σοῦ κατηγορίαν συνέλεγον. Ὡς δέ τις ἐλθὼν τὴν παρ᾽ ὑμῶν ἐπιστολὴν ἐδίδου, πρῶτον μὲν πρὶν λῦσαι, πολλάκις τὴν ἐπιστολὴν ἠσπαζόμην, εἶτα τοῖς εἴσω περιτυχὼν, καὶ τὴν ἀπολογίαν τοῦ βραδέως εὑρὼν, ἥσθην οὐ μετρίως, καὶ μετέβαλέ με τῶν πρόσθεν ῥημάτων. Ἔλεγον δὲ μᾶλλον, φεῦ! ὡς πολλὰ μάτην ὑποπτεύουσιν ἄνθρωποι. Τὸν θαυμαστὸν γὰρ ἡμῖν Οὔλπιον οὐ μετέβαλεν, οὔτε χρόνος, οὔτε ἡ τύχη, ἀλλ᾽ εὐγνώμων τέ ἐστι, κἀμὲ τὸν πρὶν εὐεργέτην, ἐπίσταται. ἀλλ᾽ ὅπως μήπως πάλιν σιγῶν αὖθις ἡμᾶς εἰς κατηγορίας ἐνέγκαις.

captus est. Tum ego exsecrandum illum & Diis invisum esse dicebam, quod ad nos delatus nihil de vobis, nobis dilectissimis, quorum res jam pridem doceri cupiebam, attulisset. Ille tamen idonea defensione utebatur, fugam caussatus, quod literas non afferret. Veniam itaque illi, super his erubescenti, faciebam, ad me interim dicens: proh! quanta adferre & mutare tempus potest! Optimus enim *Ulpius*, quoad fortunam nobiscum communem habebat, amicus & erat, & videbatur, nec sperabam unquam fore, ut mutaretur. Postquam vero illustri loco positus est, & magnus evasit, per fortunam factus est intolerabilis, & superiorum illorum obliviscitur. Interim felix sit ille, & contemtum hunc moderate feremus. Haec & his similia multa cogitans dicam tibi scribere instruebam. Cum vero superveniens aliquis epistolam tuam mihi redderet, saepius eam ante, quam vincula solverem, osculabar, postea vero ipsam legens, caussamque morae longioris edoctus non parum laetabar, & verba mea superiora mutabam. Dicebam potius: heu! quam multa frustra homines suspicantur! *Ulpium* enim praestantissimum nec tempus, nec fortuna mutavit, sed & gratus est, meque, quem olim patronum habuit, adhuc novit. Cave tamen, ne iterum silens nos ad te accusandum iterum compellas.

MDLXII. ΖΑΧΑΡΙᾼ ἀδελφῷ.

Τίς ἂν γενοίμην, ἐραστὴν καὶ ἀδελφὸν κατηγοροῦντα λαβὼν, καὶ μηδὲν ἔχειν οἰόμενον ὅτι καὶ λέξομεν. Τί γὰρ δὴ, φησὶ, ῥήτορες ὑμεῖς, καὶ θυγατέρων πατέρες πολλῶν; Τὰς γὰρ ἐπιστολὰς οὕτως ὀνομάζειν ἐδόκει. Ἀλλ᾽ ἦν, φησὶ, πάλαι ταῦτα, νῦν γὰρ οὐκέτι. ἀλλ᾽ ὑβρισταί τινες ὑμεῖς, καὶ θεσμὸν ἀτιμάζοντες ἔρωτος. Ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἦν τις ποιητικὸς, τὸν Ἀπόλλωνα ἂν ᾔτουν καὶ τὰς Μούσας ἐδόκουν (1), δότε μοι λέγειν, εἰπεῖν, καὶ πεῖσαι, καὶ μὴ ἄδικον φανῆναι τὰ παιδικά. Νυνὶ δὲ μιμήσομαι γοῦν ποιητικὸν καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι (2). θεοὶ δ᾽ ἐπὶ μάρτυρες ἔστων (3), μὴ οὕτως ἔχειν, ὥς πού καὶ λέγεται. ἀλλὰ γὰρ ἔτι φιλίας ἡμῖν αἰδὼς, καὶ μνήμη φιλτάτων. Τίς οὖν, φῄς, ἡ σιγή; δέδοικα οὖν, μή τις ἄδικος τύχη ταῖς ἐμαῖς ἐπικωμάζῃ γοναῖς. καὶ πρὸς σε τὰς ἐμὰς παῖδας ἐπειγομένας ἄλλην ἄλλοτε φέρει, καί που ποτε ξένοι ταύτας ἐνέγκαντο χεῖρες, ἀγνοοῦντες, τίνες αὗται. Καὶ πόθεν. Ἀλλ᾽ ἐγὼ ἀτυχῶν ἐπὶ ταύταις καὶ ἀγνώμων ἐδόκουν, καὶ κρίνομαι. Τὰς μὲν οὖν ἄλλας τί ἄν τις ἀνιῷτο λέγων; ἀλλὰ χθές που καὶ πρώην ἐστάλη τις ὡς σε, τοὺς ἐμοὺς ἀγῶνας διηγουμένη. καὶ νῦν, ὡς ἔοικε, ξένη τις πλανᾶται

καὶ

ZACHARIAE *fratri.*

Quomodo animatum me esse putas, quando & amicum & fratrem accusatorem nactus sum, putantemque adeo, nihil me habere, quod respondeam. Quid tandem, inquit, vos Rhetores, & multarum filiarum parentes? ita enim epistolas appellare videbatur. Scilicet haec, inquit, olim erant; jam vero non amplius: sed injurii vos estis, & amoris leges vilipenditis. Quod si poëta ego essem, Apollinem & Musas precarer: facite mihi hanc facultatem, ut & dicere & persuadere, & ostendere possim, me in veteres meas delicias non esse injurium. Jam vero poetici aliquid adhibebo, gravique jure jurando interposito, Deos ipsos testes advocans affirmo, rem ita non habere, ut fortasse fertur. Imo vero amicitiam adhuc reveremur, & amicorum memores sumus. Unde igitur, inquis, est hoc silentium? Vereor utique, ne iniquior aliqua fortuna foetibus meis pascatur, filiasque meas ad te properantes, alio ducat; quas proinde alienae manus susceperint, quibus non constet, quae illae sint, & unde? Ego interim, infelici fato hac in parte usus, & ingratus videor, & condemnor. Ceteris igitur cur tristior ego percenseam? Id certum est, non ita pridem missam ad te esse aliquam, certaminum meo-

rum

EP. MDLXII. (1) Ita codex. Videtur verbum aliquod excidisse, v. c. αἰτῶ, vel simile. (2) *Homer.* Iliad. ά. v. 233. Ἀλλ᾽ ἐκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι. & sic alias. Ita *Odyss.* 229. eadem phrasi usus, statim ad Jovem provocat v. 230. Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν. (3) *Homer.* Iliad. ά. v. 338.

— — — τὼ δ᾽ αὐτὼ μάρτυροι ἔστων
Πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων.

(4) Sic

rum interpretem: sed & illa exul & derelicta oberrare videtur. At venerit illa fortasse ad manus, quo audito vehementer laetabor. Ceterum rosas ego tuas nactus, non minus de illis gavisus sum, quam Ulysses, magnificos Alcinoi hortos conspiciens. Ibi enim *accepisse* tantam voluptatem adferebat, apud nos vero utrumque est, cum tu quidem dederis, ego vero accipiam.

ἢ ἔρημ☉. ἀλλ' ἥκει ποτὲ εἰς χεῖράς σου (4), ἢ εὐφρανοίμην ἀκούσας. Τὰ δὲ σὰ ῥόδα λαβὼν, ἥσθην ἐπὶ τούτοις οὐχ ἧττον ἢ Ὀδυσσεὺς τὴν Ἀλκινόου φιλοτιμίαν ὁρῶν (5). Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ λαβεῖν εἶχε μόνον τὴν ἡδονὴν, παρ' ἡμῖν δὲ ἄμφω, ὅτι σὺ μὲν δίδως, ἐγὼ δὲ (6) λαμβάνω.

ANONYMO.

MDLXIII. ἈΝΩΝΥΜΩι.

Si silentium fictae amicitiae argumentum est, necesse est, ut illa semper verbis absolvatur, quandoquidem, si haec desint, illa falsi convincitur. Ex his porro consequitur, ut inimicum pro amico habeas, modo loquatur. Absit vero, ut tales vos amicitiae existimatores sitis. Quid* enim prohibet, quo minus tacens aliquis animo memori amicos videat? Id enim & nunc nobis accidit, & nunquam aliter habebimus. Cogitemus itaque potius, non licere nobis omnia agere, prout cuique libuerit. Externae enim rei familiaris curae, & futura incerta mentis judicio nonnunquam dominantur; ita, ut illa quidem principatum obtineant, hoc autem obnoxium sit & obtemperet. Mihi quidem, postquam ad docendum me adplicui, declamationes continuae habendae fuerunt: hae curae ab initio mihi incubuerunt, neque me adhuc destituunt. Haec cogitare potius oportebat, quam levi de caussa suspicari, olim quidem nos amicitiae vere studuisse, jam vero cessasse. At, ô Jupiter & Amores! & quicunque amicitiae praesides estis, certos esse jubete accusatores meos, me nuoquam eorum esse obliturum. Animo potius cum iis versor, & alloqui eos, vel loquentes audire mihi videor. Imo, si eos ignorem, mei ipsius fuero oblitus.

Εἰ τὴν φιλίαν ἐψευσάμην (1) δείκνυσι τὸ σιγᾶν ἀνάγκη μέχρι λόγων αὐτὴν ἀεὶ συνεστάναι, εἴγε τούτων ἀπόντων, ἐλέγχεται. Οὐκοῦν λείπεται, καὶ τὸν δυσμενῆ φίλον ἡγεῖσθαι, μόνον εἰ φθέγγοιτο. ἀλλὰ μὴ τοιοῦτοι κριταὶ φιλίας ὑμεῖς. Τί γὰρ κωλύει καὶ σιωπῶντα τῇ μνήμῃ τοὺς φίλους ὁρᾷν; ὥσπερ ἡμῖν καὶ νῦν ἔστι, καὶ οὔποτε παύσαιτο. Λογισώμεθα δὲ μᾶλλον, ὡς οὐ δίδοται πάντα πράττειν, ὡς ἕκαστ☉ βούλεται, αἱ ἔξωθεν δὲ φροντίδες τοῦ βίου καὶ τὸ τοῦ μέλλοντ☉ ἄδηλον, ἐπικρατοῦσιν ἔσθ' ὅτε τοῦ λογισμοῦ, καὶ τὰ μὲν ἄγει, ὁ δὲ δουλεύει καὶ πείθεται. κἀμοὶ τοίνυν, ἐπεὶ τὸ διδάσκειν ἐπέβην, ἀγῶνες συνεχεῖς. καὶ αἱ περὶ τούτων φροντίδες ἐξ ἀρχῆς τε ἐπίθεντο, καὶ μέχρι νῦν οὐ κατέλιπον. Ταῦτα μᾶλλον ἐχρῆν ἐνθυμεῖσθαι, ἢ ἐπὶ μικρᾶς ὑποπτεύειν, ὡς ἦμεν ἀγαθοί ποτε πρὸς φιλίαν, καὶ νῦν ἤδη πεπαύμεθα. Ἀλλ' ὦ Ζεῦ καὶ ἔρωτες, καὶ ὅσοι φιλίας ἐπόπται, πείθοιτε τοὺς ἐμοὺς κατηγόρους, ὡς οὔποτε πρὸς λήθην αὐτῶν ἀφικοίμην. ἀλλὰ σύνειμι τῷ λογισμῷ, καὶ λέγειν τι δοκῶ, καὶ λεγόντων ἀκούειν. ὡς εἰ τούτους ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι.

ANONYMO.

MDLXIV. ἈΝΩΝΥΜΩι.

Si, loquentibus nobis, taces, tacentibus autem, scribis, ego nunc scribens vereor, utrum omnino praestet, vel alloqui mutos, vel audire tacentes. Interim scribere epistolas ideo instituerunt homines, ut absentibus praesentium speciem sisturent, seque invicem, tanquam praesentes, alloquerentur. Ego sane, lecta epistola tua, loquentem te, ut solebas, audire mihi videbar, & suaviter respirans exclamavi: ô vox suavissima! Te itaque per Amorem ipsum, mutuamque nostram amicitiam, si quidem illius adhuc meministi, te obtestor, ne mihi quod ad literas peregrineris, neque hoc unum mihi solatium surripias. Alioquin enim fortasse invidebo illis, qui plane non amant; his enim dolere similiter adfectis nunquam contigerit.

Εἰ λαλούντων μὲν ἡμῶν σιωπᾷς, γράφεις δὲ σιωπώντων, δέδοικα νῦν γράφων, εἴγε δέοι πάντως ἢ λαλεῖν ἀφώνοις, ἢ σιωπῶντας ἀκούειν. καίτοιγε τὸ ἐπιστέλλειν, ὡς εἰκὸς, ἐμηχανήσαντο ἄνθρωποι, ὅπως τοῖς ἀποῦσι μίμημα σώζῃ παρόντων, καὶ λέγοιέν τι τοῖς γράμμασιν, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ συνόντες. Ἐγὼ δέ σου τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς, ὥσπερ εἰώθεις, ἐδόκουν ἀκούειν, καὶ ἡδύ τι πνεύσας τοῦτο εἶπον ἐκεῖνο, ἢ φιλτάτη φωνή. Ἀλλ', ὦ πρὸς ἔρωτ☉ αὐτοῦ, καὶ φιλίας ἐκείνης, εἴ πω ταύτην ἔτι οἶδα καὶ μέμνησαι, μή μοι τοῖς γράμμασιν ἀποδήμει, μηδὲ τὴν μόνην ἀφέλῃ παραμυθίαν, μήποτε τάχα ζηλώσω τοὺς μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐρῶντας, οἷς μηδὲ συμβαίνοι τοιαῦτα παθόντας ὀδύρεσθαι.

PAL- MDLXV.

(4) Sic scripsi pro ὑμᾶς. Id enim sensus jubet. (5) *Homerus*, postquam Alcinoi hortum descripserat, ita de Ulysse, Odyss. η. v. 133. Ἔνθα στὰς θηεῖτο πολύτλας δῖ☉ Ὀδυσσεύς. (6) In Cod. ὁ λαμβάνω.

EP. MDLXIII. (1) Ita codex. Lege tu vel: εἰ ὅτι τὴν φιλίαν ἐψευσάμην, vel: εἰ τὴν φιλίαν ἐψευσμένην.

MDLXV. ΠΑΛΛΑΔΙΩι.

Ἡ τῆς ὑμετέρας σοφίας ἐπιστολὴ ὁρωμένη μὲν, πᾶσιν ἐκείνην συνήθως τὴν ἡδονήν. ὡς δὲ καὶ μανθάνειν ἤδη τὰ γεγραμμένα, μικροῦ δεῖν δακρύων αὐτὴν ἐπληρώσαμεν. Οἷς γὰρ αἱ εὐπραξίαι κοιναὶ, τούτους καὶ, εἴ τι λυπεῖ, μετέχειν πάντως ἀνάγκη. ἀλλ' ὅρα πρὸς θεῶν, ὁπόσον ἡ τύχη νεανιεύεται, μηδὲν ἐθέλουσα διακρίνειν, εἰ βαλεῖν ἐπείγεται πονηρὸν, εἰ κατὰ σπουδαίων ἀφίησι τὰ τοξεύματα. εἰ γὰρ ἦν ἀρετῇ μετρεῖσθαι τὰ πράγματα, οὐκ ἂν, εὖ ἴσθι, τῆς ἀδίκου τύχης πεπείρασο. Νυνὶ δὲ γυναῖκα θρηνεῖς, σώφρονα μὲν, ὡς εἰκὸς, καὶ οἵαν ἔπρεπεν ἀνδρὶ σοφῷ συνοικεῖν. τὸ δὲ δεινότατον, παίδων μητέρα, καὶ τούτων ἔτι δεομένων μητρός. Ταῦτα μὲν τίς ἀκούων οὐκ ἂν δακρύσειε; τίς δὲ παθὼν καρτερήσει μὴ γνώμην εὐτυχήσας τὴν σήν. Πέπεισμαι γὰρ ὡς, Ἰσοκράτους (1) πειθόμενος, πρίν τι παθεῖν αὐτὸς ἐγγυμνάσω τοῖς πράγμασι, πολλὰ μὲν ὁρῶν τοιαῦτα, πολλὰ δὲ διηγουμένων ἀκούων. Τί γὰρ τῶν χαλεπῶν ἡμῖν οὐκ ἄγει ὁ βίος; Τί δὲ θαλάττης δείκνυσιν ἡμερώτερον; ὁ μὲν αἴρεται μέγας, ὁ δὲ πρὸς ὕψος ἐλθὼν προδοῦσαν ἔχει τὴν τύχην, καὶ πέπτωκε. καὶ ὁ μὲν γηρᾷ, τὸν θάνατον εἰς παραμυθίας αἰτεῖ. ὁ δὲ, πρὸ τῆς ἥβης ἀνήρπασται. γαμεῖ τις ἕτερος, ὁ δὲ τὴν συνοικοῦσαν ὀδύρεται. Ταῦτα τὸν βίον πληροῖ, καὶ τὴν Ὁμήρου βεβαιοῦν ἐπείγεται γνώμην, ὡς οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο (2). Πανταχόθεν γὰρ ψηφίζεται τὸ δαιμόνιον, μηδὲν μένειν, οἷον καὶ γέγονεν. Ἀλλ' εἴ τι κατ' εὐχὴν ἐστὶν ἀνθρώποις, μικρὸν φησὶν ἀνάμεινον, καὶ πάντως οἰχήσεται. Τὸ μὲν οὖν παθεῖν, Θεοῦ προνοίᾳ δεδόσθω καὶ νεύματι, πάντως καλῶς ἄγοντι τὰ ἡμέτερα. τὸ δὲ φέρειν, ὅ,τι ἂν ὁ Θεὸς διδῷ, γενναίως, νικᾷν ἐστιν ἀρετῇ, καὶ μὴ πάντα διδόναι τῇ τύχῃ. τοῦτο γὰρ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς ἐγκαλλώπισμα (3), τὸ μὴ τὴν γνώμην συμμεταπίπτειν τοῖς πράγμασιν. Οὐκοῦν ἅλις ἔστω δακρύων. οὐ γὰρ μὴν ἀνστήσεις (4), πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθησθα. τοῖς δὲ παισὶν αὐτὸς καὶ μήτηρ γενήσῃ. καὶ Θεὸς τὰς ὑπὲρ αὐτοῖς ἐλπίδας εἰς ἔργον ἄξει τῷ νεύματι.

PALLADIO.

Epistola, quam sapientiae tuae debemus, etiam conspecta omnibus, ut solet, voluptatem adferebat: cum vero, quae in illa scripta erant, legeremus, parum aberat, quin totam lacrymis nostris perfunderemus. Qui enim res prosperas communes habent, eos in calamitatis quoque societatem venire fas est. At vide, per Deos obsecro, quam procaciter agat fortuna, quae non dispiciat, utrum improbum aliquem ferire instituat, an in homines probos tela mittat. Quod si enim ex virtute aestimare hominum sortem liceret, nunquam te iniquiorem fortunam experturum fuisse scias. Jam vero uxorem luges, sapientissimam utique, & talem, qualem viro sapienti junctam esse oportebat: filiorum porro, quod gravissimum est, & talium quoque, qui matre adhuc indigeant, matrem. Quis haec audiens lacrymas non fundat? quis vero his adflictus patienter ferat, nisi feliciore, quam tu habes, indole gaudeat? Persuasum enim mihi habeo, quod tu *Isocrati* audiens, antequam in ejusmodi calamitates incideres, rerum usu fueris subactus, multa scilicet hujusmodi videns ipse, multa vero ab aliis narrata audiens. Quid enim tam grave est, quod in vitam nostram non cadat? & quid est, quod illam mari tranquilliorem credere jubeat? Alter quidem sublimis fertur, alter vero, ubi ad summum apicem pervenit, a fortuna destitutus, lapsu graviore ruit. Alter senescit, mortem sibi instar solatii expetens; alter ante juventutem abripitur. Alter uxorem ducit, alter ductam luget. Haec vitam constituunt, jubentque *Homeri* sententiam ratam habere:

Mortalis, in terra, nil aerumnosius unquam.

Ubique enim Numen ita res constituit, ut nihil maneat, quale fuit: sed, si quid ex voto accidat hominibus, exspecta, inquit, paulisper, & omnia periisse videbis. Pati igitur aliquid ex Numinis providentia & nutu, nostra omnia bene administrante, pendeat; ferre vero ea, quaecunque Deus immiserit, fortiter, hoc demum est virtute vincere, nec omnia fortunae permittere. Hoc enim unum viris bonis decus adfert, si animum cum rebus suis labi non patiantur. Satis igitur sit lacrymarum: *neque enim illam excitaveris, sed potius malum aliud patieris.* Filiis vero tuis ipse etiam matris loco sis; & Deus spem, quam de illis concepisti, nutu suo ratam esse jubebit.

MDLXVI. ἈΝΩΝΥΜΩι. (1)

Ὄντως ἄρα τῆς ψυχῆς ἦσαν εἰκόνες οἱ λόγοι (2), καὶ τοὺς

ANONYMO.

Vere itaque sermones animi fuerunt effigies, &

EP. MDLXV. (1) Respicit forte *Isocratis* illa in Panegyrico p. 72. edit. Basil. an. 1570. Φιλοσοφίαν τοίνυν, ἣ πάντα ταῦτα συνεξεῦρε, καὶ συγκατεσκεύασε, καὶ πρός τε τὰς πράξεις ἡμᾶς ἐπαίδευσε, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπράϋνε, καὶ τῶν συμφορῶν τάς τε δι' ἀμαθίαν, καὶ τὰς ἐξ ἀνάγκης γιγνομένας, διεῖλε, καὶ τὰς μὲν φυλάξασθαι, τὰς δὲ καλῶς ἐνεγκεῖν ἐδίδαξεν, ἡ πόλις ἡμῶν, καὶ λόγους ἐτίμησεν. Vide ibi reliqua. (2) Vid. Odyss. σ. v. 129. (3) *Isocrates* l. c. καὶ τοῦτο σύμβολον τῆς παιδεύσεως ἡμῶν ἑκάστου πιστότατον ἀποδεδειγμένον. (4) ἀνθήσεις, MS. & paulo post πρίν τι. Versus est Homeri Iliad. ώ. v. 551. Οὐδέ μιν ἀνστήσεις, πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθησθα.

EP. MDLXVI. (1) Est haec inter *Procopii* epistolas in Collectione Cujaciana p. 434. (2) Vide quae in hanc sententiam ex veteribus adfert *Schefferus* de Philosophia Italica p. 111. Elegans est *Duporti* epigramma, quod in Poëmatibus ejus p. 155. ita est expressum:

Sermo index animi, μῦθος θυμοῦ ὑποφήτης,
Sermo & mens Graece quam bene conveniunt.
Omnibus ô utinam in linguis & gentibus oris
Harmonia & mentis par eademque foret! &c.

(3) τυχὼν,

& repraesentarunt absentes, quales essent ex parte memoriae, non minus quidem, quam pictor aliquis id omne, quod exprimere instituit. Vestras enim ego literas nactus, quem usu cognitum non habebam, eundem ipsum habere mihi videbar, adeo, ut si quis, dempta inscriptione, epistolam reddidisset, literas has amantissimi patris ad filium esse existimassem. Tales scilicet virtus alumnos suos solet ostendere. Quando enim me nec visum, nec usu cognitum, literis antevertis, bona, quae habes, communia mihi esse jubes, quam tandem laudem non promereris? Sed vel sic tamen constitutum mihi est, quidquid evenerit, Ithacam meam non contemnere: Ulyssem enim hac in parte imitor, qui, neglectis aliis omnibus, exiguam desiderabat insulam, & talem, quam nemo inter optimas numerasset.

ANONYMO.

In eo eram ut ad literas tuas superiores responderem, quando tu, praevertens me, etiam alteras addidisti. Adeo etiam literis me vincere studes. Tu quidem dixeris: quantum praeteriit tempus, & quantam in scribendo moram fecisti! Scilicet nemini hominum integrum est, facere, quae velit, sed necesse est, ut necessitati obtemperet, & rebus praesentibus serviat, temporique morigeretur. Hoc vero dat, non, quantum quis velit, sed quantum secundum praesentem rerum conditionem debet sufficere. Ita scilicet huc dum, invitus quidem, tacens tamen, adflictus fui, quamvis mirari deberem tuum, quoad praesens nobis eras, studium, tuamque, postquam hinc profectus es, perpetuam adversus me benevolentiam, invidiam porro, tibi conflatam, & veteres fortunae insidias: nec minus illud, quod sapiens tu literis te vindicaris, nugisque, quae in aliis illis sunt, valere jussis, malueris quod ad reliqua omnia inferior esse, ut ex Musis lucrum caperes. Tu itaque hoc citius fruere illo Musarum amore, & tantum accipe, quantum cupis, sisque calumnia, quae te occupavit, si quidem vera fuit, sapientior, sin falsa, felicior: ut futurum tempus calumniam non amplius falsam circumferat, sed talis iterum videaris, qualis olim fuisti. Sic enim, extremis devictu, id, quod inter haec medium est, perit, utraque scilicet ex parte dejectum.

PHILIPPO Fratri.

En alteram a nobis epistolam! ad quam, probe scio, iterum tacebis. Mores tui, ignosces mihi prae tristitia ita loquenti, in arrogantiam degenerarunt: nec talis, qualis olim eras, manere cupis. Bonum factum, quod Bosporum ego non transii, Regisque urbem salutavi! Fortasse enim & ego, si magnum Im-

τοὺς ἀπόντας ἔδειξαν, ὁποῖοι ἔχουσι μνήμης, οὐχ ἧττον, ἢ ζωγράφος ὅπερ ἂν ἐθέλῃ μιμεῖσθαι. Τοῖς γὰρ ὑμετέροις γράμμασιν ἐντυχὼν (2), ὃν ἠγνόουν τῇ πείρᾳ, τοῦτον ἐκεῖνον ἔχειν ἐδόκουν. ὡς εἴ τις ἐξελὼν τὸ πρόγραμμα, τὴν ἐπιστολὴν ἐπεδίδου, ᾤμην αὐτὸ πατρὸς εἶναι φιλοστόργου πρὸς παῖδα τὰ γράμματα. τοιούτους ἡ ἀρετὴ ἔοικε τοὺς ἑαυτῆς τροφίμους δεικνύναι. Τὸ γάρ σε μήτε ἰδόντα, μήτε πεπειραμένον, καὶ λόγου κατάρχειν, καὶ κοινὰ πρός με ποιεῖσθαι τὰ παρόντα τῶν ἀγαθῶν, τίνος εὐφημίας οὐκ ἂν τύχοι δικαίως; ἀλλ᾽ ὅμως προῄρημαι μὴ δ᾽ ἂν εἴτι γένοιτο, τὴν ἐμὴν Ἰθάκην (3) ὑπεριδεῖν. ἀλλὰ τὸν Ὁμηρικὸν Ὀδυσσέα διὰ ταῦτα ζηλῶ, ὅτι πάντα παριδὼν τὴν μικρὰν ἐπόθει νῆσον. καὶ ἧς οὐκ ἄν τις ἐν βελτίστοις ἐμνήσθη.

MDLXVII. ἈΝΩΝΥΜῼ.

Ἤδη με μέλλοντα πρὸς τὴν προτέραν γραφὴν ἐπιστέλλειν φθάσας αὐτὸς καὶ δευτέραν ἐπέθηκας. οὕτω κἀν τοῖς γράμμασιν ἐπείγῃ νικᾶν. ἀλλὰ τίς ὁ χρόνος, ἐρεῖς, καὶ ἡ τοῦ μὴ γράφειν ἀναβολή; Οὐκ ἔστιν ἀνθρώποις ὄντα πράττειν ὅσα τις βούλεται (1), ἀλλ᾽ ἀνάγκῃ παρέπεσθαι, καὶ δουλεύειν τῇ χρείᾳ, καὶ πείθεσθαι τῷ καιρῷ. ὁ δὲ δίδωσιν, οὐχ ὅσα τις ἐθέλει, ἀλλ᾽ ὅσα πρὸς τὴν χρείαν ἀνάγκη μετρεῖν. Ταῦτ᾽ ἄρα μέχρι καὶ νῦν, ἄκων μὲν, σιωπῶν δ᾽ οὖν, ὅμως ἠχθόμην, καίτοι θαυμάζειν ἔχων, τὴν, ὅτε παρ᾽ ἡμῖν ἦσθα σπουδήν. τὴν, ἐπειδὴ πάλιν ἀπήχθης ἔτι μοι διαμένουσαν εὔνοιαν, τὸν κατὰ σοῦ συστάντα φθόνον, καὶ τὴν πάλαι τῆς τύχης ἐπιβουλήν. καὶ ὡς σωφρονῶν ἀνὴρ τῶν λόγων γεγονόμενος, καὶ τῇ περὶ ταῦτα φλυαρίᾳ χαίρειν εἰπὼν, αἱρησάμενος τοῖς πᾶσιν ἐλαττοῦσθαι μᾶλλον, ἵνα κερδάνῃς τὰς Μούσας (2). ἀλλ᾽ ὄναιο θᾶττον ἔρωτος μουσικοῦ, καὶ τοσοῦτον λάβοις, ὅσον ἐθέλοις. καὶ γένοιο τῆς προλαβούσης διαβολῆς, εἰ μὲν ἀληθὴς ᾖ, σωφρονέστερος. εἰ δὲ ψευδὴς, εὐτυχέστερος. ὅπως ὁ μετὰ ταῦτα βίος διαβολὴν ἔτι μὴ ψευδῆ ἐπιδείξηται, ἀλλὰ φανείης πάλιν ἐκεῖνος, ὃ πρότερον. Οὕτω γὰρ ἐνδοθέντων τῶν ἄκρων, διόλλυται τὸ μέσον, ἑκατέρῳ μέρει βαλλόμενον.

MDLXVIII. ΦΙΛΙΠΠῼ ἀδελφῷ.

Ἰδού σοι πάλιν ἐπιστολὴ παρ᾽ ἡμῶν, καὶ πάλιν, εὖ οἶδ᾽, ὅτι σιγήσεις. καὶ, εἴ μοι δοίης συγγνώμην ἀχθομένῳ λέγειν, μεταβέβληταί σοι πρὸς ἀλαζονείαν ὁ τρόπος. καὶ οὐκ ἐθέλεις μένειν, οἷος ἦσθα καὶ πρότερον. ἀλλ᾽ εὖγε, ὅτι μὴ τὴν Βοσπόρου ἔπλευσα θάλασσαν

(2) τυχὼν, MS. (3) Itaque de eo tunc actum fuit, ut Libanius Antiochia, patria sua evocatus alio iret. De eo frequens nostro sermo est.

EP. MDLXVII. (1) Eandem sententiam supra inculcat ep. 1563. (2) Confer phrasin Paulinam *Philipp.* III. 8. ἵνα Χριστὸν κερδήσω.

E P.

λαοντας, καὶ βασιλέως πόλιν ἀφῖγμαι (1). ἴσως γὰρ ἂν κἀγὼ βασιλέα τὸν μέγαν ὁρῶν καὶ τὴν ὑπάτων στολὴν, καὶ ἀρχὴν δή τινα μεγίστην καλουμένην, καὶ τὰ σεμνὰ δὴ ταῦτα παρ' ὑμῖν, εἴτε πράγματα βούλει λέγειν, εἴτε ὀνόματα, ἐπῆρα τὴν ὀφρῦν, καὶ μεγαλοφρόνως πρὸς τὴν τῶν ὁρωμένων ἐπαιρόμενος τύχην, καί μοι (2) ὁ πάλαι φίλος λῆρος ἔδοξεν. Ὅπου γὰρ σὺ (3) τούτοις ἑάλως, οὐκ ἂν εἴποιμι ῥᾳδίως, ὡς διέφυγον ἄν, τὸ μὴ καὶ ταῦτα παθεῖν, εἰ μὴ μόνον τις ἄρα λογισμὸς ὑπεισῆλθεν, ὡς οὐ ταυτὸν, ὦ λῷστε, γνώμη καὶ τύχη. ἀλλ' ἡ μὲν, ὡς ἂν αὐτῇ δοκῇ, φέρεται, καὶ μεταπίπτει πολλάκις, καὶ γελᾷ τὰ ἡμέτερα. τῆς δὲ κύριον εἶναι προσήκει τὸν σωφρονοῦντα, καὶ μήτε ἐῤῥωμένῃ συνεπαίρεσθαι, μήτε πταιούσῃ συμμεταβάλλεσθαι (4).

Imperatorem, Optimatumque stolas, & imperium, quod maximum vocatur, atque splendida vestra alia, sive negotia, sive nomina appellare velis, vidissem, supercilium sustulissem, & ad fortunam tam splendidam conspectu ipso erectus magnifice sensissem, mihique veteranus amicus nihili fuisset visus. Quando enim tu his rebus captus es, non facile dixerim, me quidem, ne simile quid usu mihi veniret, cauturum fuisse; nisi forte in mentem mihi illud venisset: non idem est, o bone, animus & fortuna. Sed haec quidem fertur, quo vult, & saepe mutatur, & ridet nostra: illo vero sapientem quemque superiorem esse oportet, ut cum florente non abstrahatur, nec cum cadente mutetur.

MDLXIX. ΣΙΛΑΝΩι.

Ἐξέκρουσας ἡμᾶς ἐλπίδος οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοις ὁπόσης. Ἐγὼ γάρ σου τὴν προτέραν ἐπιστολὴν εἰς χεῖρας λαβὼν, καὶ γνοὺς ἐξ αὐτῆς, ὡς μικρὸν ὕστερον ἐπανήξεις, ἥσθην τε καὶ μέγα ὑφ' ἡδονῆς ἀναπνεύσας, ἔφθεγξα, ἀλλ', ὦ Ζεῦ, γένοιτο ταῦτα. Τοιγαροῦν μετέωρος ὢν ὁσημέραι, καὶ ἐπὶ κούφης ἔβαινον τῆς ἐλπίδος, πυκνὰ δὴ λέγων· ἆρά ποτε ὄψομαι καὶ προσείπω χρόνιον, καὶ γενήσομαι αὖθις ἐκείνῳ; ὡς δὲ χρόνος ἦν παρ' ἐλπίδας, οὐδὲ γράφειν ἠξίουν, ἐρέθισμά φασιν ἔρωτος τοῦτο ποιῶν, ἵν' ὡς ἂν καταφρονεῖσθαι δοκῶν ἔτι μᾶλλον ἐπείγοιο πρὸς ἡμᾶς; ὀνειδίσαι θέλων, τὸ μὴ φίλον μεμνῆσθαι. Καί μοι δοκεῖς Στρατοκλῆς (1) ἡμῖν ὁ ῥήτωρ γενέσθαι. Ἐκεῖνος γὰρ ἡττωμένοις τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τὴν τύχην ἀγνοοῦσι νίκην ἀπήγγειλεν. Εὐθὺς οὖν ἡ πόλις ὀρθὴ, καὶ παίζειν ἀνεῖτο, καὶ δυστυχοῦντες εὐφραίνοντο. ὡς τἀληθὲς ἠγγέλθη, καὶ τὸ δοκοῦν οὐκ ἦν ἔτι, τί γάρ φησιν ὁ Στρατοκλῆς ἀδικῶ, εἰ δυοῖν γοῦν ἡμέραιν ἡδίους γεγόνατε δι' ἐμὲ, καὶ κέρδος ἦν τὸ δοκεῖν; ἀλλ' ἐπειδὴ μητρὸς πρᾶγμα, καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον τῷ Πινδάρῳ (2) δοκεῖ, ἴδοι σε θᾶττον ἡ πατρὶς, καὶ μετ' ἐκείνην ἡμεῖς.

SILANO.

Dejecisti nos spe, quae, quanta fuerit, dici non potest. Ego enim superiorem tuam epistolam nactus, & ex illa edoctus, te brevi ad nos reversurum, gavisus sum, altoque prae voluptate spiritu ducto, clamavi: faxis ita, o Jupiter! Animo igitur quotidie erectus suavissima spe me lactabam saepius dicens: itane videbo aliquando & alloquar tam diu absentem, cumque eo iterum versabor? Cum vero mora praeter spem necteretur, ne scribere quidem tibi sustinui, eo consilio, ut amorem tuum, quod dici solet, irritarem, teque, contemni tibi visus, tanto magis ad nos festinares. Objurgaturus te porro sic eram, qui amicorum non meminisses. Videris utique *Stratocles* Rhetor nobis factus. Ille enim Atheniensibus victis, cladem que illam ignorantibus, victoriae nuntium attulit. Tum statim urbs in spem erecta jocari coepit, & infelices laetabantur. Postquam autem vera narrabantur, & vana illa opinio perierat, *Stratocles* dicebat: quid tandem peccavi, si per me biduum laetiores egistis, & opinio haec lucrum vobis attulit? At enimvero, cum matris hoc sit negotium, quod *Pindaro* omni alii occupationi anteferendum videtur, cito te videat patria, nos vero post illam.

MDLXX. ἘΠΙΦΑΝΙΩι.

Ἔτι σιγᾷς, ἔτι τῶν ἀπεῤῥιμμένων ἡμεῖς, οὐδέ σε παλαιῶν ἐρώτων ἐπεισῆλθεν οὐδέν. Νηλεής σύ γε τις καὶ ἀμείλιχος. ἀνάλαβέ μοι τὴν μνήμην, ὡς οὐκ ἐπὶ τοιαύταις ἐλπίσιν ἡμῶν ἀπῄεις. ἀλλ' ἐδάκρυες μὲν οἶμαι,

EPIPHANIO.

Adhuc taces, adhuc inter abjectos nos sumus, nec pristinorum amorum ulla tibi est memoria. Crudelis utique tu es, & implacabilis. Redi quaeso in nostri memoriam, qui a nobis proficiscens talem spem non faciebas,

EP. MDLXVIII. (1) Constantinopolin intelligit, quam dum vidisse se negat, suspicari eadem opera jubet, epistolam hanc falso Libanio tribui, quem CPoli non fuisse solum, sed & docuisse ex Vita ejus p. 12. 13. & 15. constat. Suspecta praeterea est in inscriptione ἀδελφῷ appellatio, qualis & supra ep. 1562 occurrit. Hanc enim in superioribus illis, quae procul dubio nostri sunt, nunquam inveneris. (2) Ita scripsi pro σοί. (3) In MS. οὐ. (4) Simili sententia utitur noster supra ep. 1565. in calce.

EP. MDLXIX. (1) *Stratocles* Rhetor appellatur a Plutarcho in Ἐρωτικῷ Tom. II. Opp. edit. Francof. 1620. p. 750. & in Πολιτικοῖς παραγγέλμασι ibidem p. 799. scurrile hoc ejusdem dictum adfertur his verbis: [illegible] Hic velim notes, *triduum* pro *biduo* afferri, & ultimam phrasin apud nostrum per ἡδίους γεγόνατε expressam esse. (2) Alludit ad *Pindari* illa Isthm. I. 1.

Μᾶτερ ἐμὰ, τὸ τεὸν, χρύσασπι Θήβα,
Πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον θήσομαι.

E P.

ciebas, sed lacrymas fundens aegre abibas. Promittebas vero etiam te brevi tempore post scripturum, etiam ante, quam terram attigisses. Jam vero omnia haec praeterierunt: tu autem tantum taces, nostrique nullam habes rationem. Quod si inposterum tacebis, Tragicorum more clamabo, dicens: proh Jupiter, & amicitia, & literae! injuria vos affecti estis, & ego injuria sum affectus. Injurius vero est, qui olim me amicum vocabat, nunc vero non amplius.

οἴμαι, καὶ μόλις ἀπήεχου. γράψειν δὲ ὡμολόγεις μικρῷ δεῖν καὶ πρὶν ἐπιβῆναι τῆς γῆς. νυνὶ δὲ οἴχεται μὲν ἐκεῖνα, σιωπᾷς δὲ μόνον, ἡμῶν δὲ λόγος οὐδείς. εἰ δὲ σιωπήσεις ἔτι, ἀναβοήσομαί τι τραγικὸν, ἰὼ Ζεῦ, λέγων. καὶ φιλία καὶ λόγος. ἠδίκησθε μὲν ὑμεῖς. ἠδίκημαι δ' ἐγώ. ὁ δὲ ἀδικῶν ἦν, ὅστις φίλον ἐκάλει. νῦν δὲ οὐκέτι.

ATHENODORO.

Literas vestras nactus vobis quidem merito gratias egi, mihi vero gratulatus sum, quod tam felici mihi esse licuit, ut tam ingenuos haberem amicos. Absit autem, ut, quod *Pindaro* videtur, invidia aspero me lapide petat. Veneratus porro fortunam sum, faciat, ut dignam vobis gratiam referre aliquando possim. Illa vero modo occasionem offert, qualem & tu voluisti, & ego pridem quaerens nunc aegre inveni. Illi enim, qui totum illud habet, persuasi, ut eam tibi partem redderet, quam desiderasti. Quod si igitur ad nos veneris, partem illam eo citius tuam facies, de pretio hinc alia illi persuadens, alia persuasus ipse, ut mercaturae rationes secum ferunt. Sin aliud placeat, ipse ad te veniet opportuno tempore: id enim nobis promisit.

MDLXXI. ἈΘΗΝΟΔΩΡΩι.

Δεξάμενος τὸ βιβλίον ὑμῖν μὲν χάριν ὡμολόγουν εἰκότως, ἐμαυτῷ δὲ συνηδόμην, εἰ τοιούτους ὄντας ὑμᾶς πρὸς φιλίας (1) εὐτύχησα. καὶ μή με βαλλέτω λίθῳ τραχεῖ φθόνος ὡς τῷ Πινδάρῳ δοκεῖ (2). Εὐχόμην δὲ καὶ τῇ τύχῃ, δύνασθαί μέ ποτε πρέπουσαν ὑμῖν ἀνταποδοῦναι τὴν χάριν. ἡ δὲ ταχέως δίδωσι τὸν καιρὸν, οἷον σύ τε ἐβούλου, κἀγὼ πάλαι ζητῶν νῦν μόλις ἐτύγχανον. Τὸν γὰρ ἔχοντα τὴν καθόλου πέπεικα, τοῦτό σοι τὸ μέρος ἀποδόσθαι, οὗ καὶ τυγχάνοις δεόμενος. Εἰ μὲν οὖν ἔλθοις (3) ὡς ἡμᾶς, θᾶττον ἂν λάβοις τὸ κτῆμα. περὶ τῆς τιμῆς τὰ μὲν πείσας, τὰ δὲ πεισθεὶς, ὡς ὁ τῆς ἐμπορίας βούλεται νόμος. Εἰ δὲ μὴ, αὐτὸς ἥξει πρὸς σὲ καιροῦ καλοῦντος, ὡς ἡμῖν ἐπηγγείλατο.

NESTORIO.

Frustrati sumus spe longa & ipsa mora nos affligente, quia ad exitum non est perducta: eadem tamen recreavit nos, & patientiores effecit. Cum enim epistolam tuam in animum nobis revocaret, cogitare nos jubebat, fore, ut eo citius ad nos revertaris. Modo vero hac ipsa spe frustrati quomodo moderate rem ferre possimus? Hem fortuna, (lamentari ita in tristitiae solatium mihi liceat) cur adeo volupe tibi est nos dolere? Aut enim homines non conciliare sibi invicem amicos debebas, aut saltem permittere, ut se invicem fruantur, nec illis a se disjunctis laetari. Enimvero nihil mirum est, *Nestori* amicissime, nobis, cum homines simus, hoc usu venire: submittere potius cervicem, & jugum necessitatis etiam invitos suscipere oportet. Labores enim sponte suscepti laborantibus sunt tolerabiliores.

MDLXXII. ΝΕΣΤΟΡΙΩι. (1)

Διεψεύσθημεν (2) ἐλπίδος μακρᾶς μὲν καὶ τῷ χρόνῳ λυπούσης, ὅτι μὴ τὸ πέρας ἐδέξατο, εὔφραινε δὲ ὅμως, καὶ μετριωτέρους ἐποίει. Τὴν γὰρ σὴν ἐπιστολὴν εἰς μνήμην ἄγουσα παρεῖχεν ἐννοεῖν, ὅτι δὴ θᾶττον ἡμῖν ἐπανέλθοις. Νυνὶ δὲ καὶ τῆς ἐλπίδος αὐτῆς ἐκπεσόντες πῶς ἂν ἔχοιμεν φέρειν μετρίως; ἀλλ' ὦ τύχη, τραγῳδήσω γάρ τι μικρὸν εἰς παρηγορίαν τῆς λύπης. Τί σε τοσοῦτον εὐφραίνομεν ἀνιώμενοι. ὤφειλες γὰρ ἢ μὴ συναγαγεῖν εἰς πόθον ἀνθρώπους, ἢ γοῦν ἀπολαύειν ἀλλήλων ἐᾶν, καὶ μὴ χωριζομένοις ἐφήδεσθαι. ἀλλὰ γὰρ ξένον οὐδὲν, ὦ φίλε Νεστόριε, ἀνθρώπους ὄντας ἡμᾶς τοιούτων πειρᾶσθαι, ἀλλ' ὑποκύπτειν δεῖ τὸν αὐχένα, καὶ ζυγὸν ἀνάγκης ὑπομένειν ἄκοντας. οἱ γὰρ ἑκούσιοι πόνοι τοῖς κάμνουσι μετριώτεροι.

HELIODORO.

Fama fert, multum te posse apud eum, qui Aegyptiis nunc praeest, & vera quidem narrat. Tu enim justissimus es, & potestate tua recte uteris. Ut itaque & indolis tuae & potentiae

MDLXXIII. ἩΛΙΟΔΩΡΩι (1).

Ἡ φήμη λέγει δύνασθαί σε πολλὰ παρὰ τῷ νῦν ἔχοντι τὴν Αἰγυπτίαν ἀρχὴν καὶ ἀληθῆ λέγει. δικαιότατος γὰρ εἶ, καλῶς τῷ δύνασθαι χρώμενος. ὅπως οὖν ὅπερ τῆς

EP. MDLXXI. (1) Excidisse hic videtur ἔχων, vel λαβὼν, vel simile aliquid. (2) Ita *Pindarus* Olymp. VIII. 73. (3) ἔλθοις & paulo post λάβοις scripsi, pro ἔλθοι & λάβοι, quae in Codice erant. Opponuntur enim sequenti αὐτὸς ἥξει.

EP. MDLXXII. (1) Habes hanc inter illas *Procopii* in Collectione Cujaciana p. 445. (2) διεψεύσθη μὲν MS.

EP. MDLXXIII. (1) Exstat haec inter *Synesii* illas in Collectione eadem p. 446.

τῆς σῆς φύσεως καὶ δυνάμεως· ὑπὲρ ὧν ὁ ἐμὸς Εὐσέβιος δεῖται, λέγοντος ἄκουσον, ἵν' εἰδῇς ὅτι σοι καὶ ῥήτορα συνεστήσαμεν.

tentiae fructum capias, audi quaeso *Eusebium* meum ea, quae fieri sibi vult, exponentem, ut scias, quod tibi etiam Rhetorem commendaverimus.

MDLXXIV. ἈΝΩΝΥΜΩι (1)

Εἰ μὲν ἔχων οὐκ ἀποδίδως τὸ δάνειον, ἑκὼν εἶ πονηρός. εἰ δ' οὐκ ἔχων, ἀδικεῖς μέν. Τὸ δὲ ἀκούσιον παρὰ τοῖς ἀνθρωπίνως λογιζομένοις συγγνώμης ἀξιοῦται. ἡ δὲ συγγνώμη, γίνωσκε, ὅτι μελλησίς ἐστιν ἀπολύσεως, οὐ παντελὴς χρημάτων ἀπόγνωσις (2).

ANONYMO.

Si tu, cum possis, mutuum non reddis, data opera male agis; sin non possis, laedis tamen. Jam vero id, quod ab invito fit, ab illis, qui humaniter de rebus judicant, venia dignum habetur. Scias vero, veniam solutionis esse dilationem, non plenam pecuniae desperationem.

MDLXXV. ἈΝΩΝΥΜΩι (1).

Ἄριστον Ἀχαιῶν Ἀγαμέμνων νομίζων Νέστορα (2), ἔπειτα βουλῆς οὐκ ἠξίου, οὐδὲ μετεδίδου γερῶν. Καὶ μή μοι μέμψῃ τὴν εἰκόνα, ὡς οὐκ ἐμοὶ γιγνομένης, μηδ' ἀλαζονείας ἕλῃς τὸν Νέστορα. Αἴνιγμα γὰρ δὴ καὶ τοῦτο, κἀκεῖνο, καὶ τῶν Οἰδίπου χρῄζει φρενῶν. ἡμᾶς δὲ σὺ ποιῶν λόγοις οὐκ ἔργοις παρίστανες τὸ φίλτρον.

ANONYMO.

Agamemnon Nestorem Achivorum habens praestantissimum vel sic tamen postea nec in consilium adscivit, nec praemiis dignum censuit. Cave, ne comparationem hanc vitio mihi vertas, aut Nestoris nomen arrogantius putes. Nam & hoc & illud aenigma habet, & Oedipi indiget prudentia. Tu vero verbis quidem, sed non opere ipso amorem tuum testaris.

MDLXXVI. ἸΩΑΝΝΗι (1).

Δεξάμενός σου τὸν λόγον (2) τὸν πολὺν καὶ καλὸν, ἀνέγνων ἀνδράσι λόγων καὶ αὐτοῖς δημιουργοῖς, ὧν οὐδεὶς ἦν, ὃς οὐκ ἐπήδα τε καὶ ἐβόα, καὶ πάντα ἔδρα τὰ τῶν ἐκπεπληγμένων. Ἥσθην οὖν, ὅτι τῷ δικανικῷ τὴν τέχνην ἐν δικαστηρίοις προστίθης (3) τὰς ἀποδείξεις (4). Καὶ μακαρίζω σε μὲν οὕτω δυνάμενον ἐπαινεῖν, ἐπαινέτου δὲ τοιούτου τετυχηκότας (5), τὸν δὲ δόντα πατέρα, καὶ τοὺς λαβόντας υἱεῖς τὴν βασιλείαν.

JOANNI.

Cum copiosam tuam & elegantem orationem accepissem, viris quibusdam, & ipsis dicendi artificibus, eam praelegi. Eorum nullus erat, qui non tripudiaret, & clamorem ederet, eaque omnia faceret; quae attoniti facere solent. Laetatus itaque sum, quod ad forensem operam, in qua artis specimen edis, demonstrativum quoque dicendi genus adjungis. Te itaque felicem praedico, qui ita laudare possis, nec minus eos, qui talem laudum praeconem nacti sunt, Patrem scilicet, qui imperium dedit, & filios imperium nactos.

MDLXXVII. ANO-

EP. MDLXXIV. (1) Petita est haec epistola ex *Vatic.* 945. (2) De voce hac lege *Lamb. Bos* in Animadversionibus ad Scriptores Graecos p. 53.

EP. MDLXXV. (1) Exstat haec in *Vatic.* 706. in cujus primo folio duae leguntur epistolae, quarum prior illa est, quam legis, posterior vero ita incipit: Μέμφομαί σε, φιλῶ γάρ. Cumque haec sit Libanii, quam supra p. 597. exhibuimus, & priorem illam ejusdem esse consentaneum est. (2) Agamemnon non ita Nestorem alloquitur apud *Homerum* Iliad. β'. v. 370.

Ἦ μὰν αὖτ' ἀγορῇ νικᾷς, γέρον, υἷας Ἀχαιῶν.

EP. MDLXXVI. (1) Hanc Libanii ad *Joannem Chrysostomum* epistolam servavit & exhibuit *Isidorus Pelusiota* lib. II. ep. XLII. epp. p. 139. edit. Paris. Eam inde reperi cum versione *Jac. Billii*, sed nonnihil, puto, emendatiore. Constat, *Chrysostomum*, patria Antiochenum, Libanii scholis usum esse, eique adeo se probasse, ut Libanius moriturus dixerit, se neminem sibi successorem malle, quam illum, εἰ μὴ Χριστιανοὶ τοῦτον ἐσύλησαν. Auctor est *Sozomenus* VIII. 2. *Billius* codicem affert, in quo Ἰωάννῃ junctum est τῷ Χρυσοστόμῳ. Interim dubitat *Valesius*, utrum haec epistola *Joanni Chrysostomo* sit scripta. Accipe verba ejus ex notis ad Socratem VI. 3. Hist. Eccles. p. 75. Sed haec epistola Libanii, *inquit*, vereor, ne ad alterum quendam Joannem scripta sit, qui tum Constantinopoli causas agebat, & , qui Panegyricum illic dixit Theodosio ob filios ad consortium regni adsumtos. Noster autem Chrysostomus, qui circa Valentis Imperii initium è schola Libanii egressus est, nec Antiochia excessit, ut Libanius, qui Antiochiae Rhetoricam profitebatur, ad illum absentem literas daret: nec Theodosium laudare potuit, qui eo tempore nondum erat Imperator. Neque enim de alio Imperatore verba Libanii accipi possunt, quam de Theodosio, qui filios suos in consortium Imperii adscivit. Chrysostomum tamen inter Causidicos aliquamdiu militasse, apparet ex initio libri I. de Sacerdotio: εἰ γὰρ ἐν τῷ δικαστηρίῳ προσεδρεύοντα καὶ τῆς ἐν τῇ σκηνῇ τέρψεως ἐπτοημένον συγγίνεσθαι πολλάκις τοῖς βιβλίοις ἀποδυσάμενον. Hactenus *Valesius*. (2) Orationem hanc dixerat juvenis in laudem Theodosii M. & liberorum ejus. Id patet ex calce ipsius epistolae, diserte vero etiam monetur in Codice quodam, ad quem provocat *Billius*. Vide notas ejus. (3) Ita *Billius* & *Schottus*. At in Codice quodam *Barocc.* in quo haec *Isidori* epistola Libanii illis addita est, legitur προὔθηκας, *praetuleris*. Ex hoc consequeretur, Chrysostomum foro prorsus operam non dedisse. (4) Legendum videri poterat ἐπιδείξεις. Hoc enim nomine orationes panegyricae appellari solebant. Vide *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Orat. p. 25. sq. Nihil tamen muto. (5) τετυχηκότα, *Barocc.* male.

E P.

ANONYMO.

Petere quidem a Deo ipsi debemus, quae proficua nobis videantur. Ex eo enim omnia nostra pendent, & ipse unus novit, quae nobis prosint. Neque tamen eorum, quae commoda nobis videantur, incuriosi omnia illi committere debemus. Potest ille quidem, etiamsi nihil nos faciamus, rebus nostris per omnia consulere; sed vult tamen, ut & nos de nostris aliquid conferamus: non quidem, ut ea, quae vult, facilius perficiat, sed, ut nos, quae nostra sunt, facere discamus. Ita vero Deus agit, ut nobis recte consulat, non autem, quod, quae velit, perficere non possit.

MDLXXVII. ἈΝΩΝΥΜῼ (1).

Εὔχεσθαι μὲν δεῖ τῷ Θεῷ τοὺς αὐτοὺς περὶ τῶν αὐτοῖς συμφερόντων. Εἰς γὰρ ἐκεῖνον τὰ ἡμέτερα πάντα ἀνήρτηται, καὶ τὸ ὠφελίμον ἡμῖν αὐτὸς μόνος ἔχει τὴν ἐπιστήμην. Χρὴ δὲ καὶ ἡμᾶς μὴ τῶν δοκούντων ἡμῖν ἀγαθῶν ἀμελοῦντας ἐκείνῳ τὰ πάντα ἐπιτρέπειν. Δύναται μὲν γὰρ καὶ ἡμῶν μηδὲν ποιούντων, ἐκεῖνος εὖ ποιεῖν διὰ πάντων. ἀλλὰ βούλεται καὶ ἡμᾶς τὰ παρ᾽ ἑαυτῶν συνεισφέρειν. οὐχ ἵν᾽, ὃ βούλεται ῥᾶον ἀνύῃ, ἀλλ᾽ ἵν᾽ ἡμεῖς ἐθιζώμεθα τὸ δέον ποιεῖν. Τοῦτο δὲ τιμῶντός ἐστιν ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ, ἀλλ᾽ οὐκ ἀδυνατοῦντος, ὃ βούλοιτο ποιεῖν.

ANONYMO.

Nihil mirum est, si medicamentum illud, quo stomachum tu corroborasti, & nobis similiter adfectis a te expetamus, quoniam arte tua non ipsi solum utimur, sed & eadem multos amicis consulimus. Jam pridem vero more fuit receptum, ut Regum bona in multorum usum transferantur. Fac itaque & nos illius participes, quo neminem eorum, qui ope tua indigent, privari unquam voluisti. Nam & nobis stomachus continuo aquae potu elanguit, roboreque suo privatus per imbecillitatem cibos in vaporem resolvit, qui ascendens caput vexat, eademque opera totum corpus dissolvit, spiritumque aegre ducere jubet, quemadmodum & vapores quidam circa praecordia collecti cor ipsum infestant. *Hippocrates* Cous his malis medicinam adferri praecipit, si stomacho robur suum restituatur, illique ait sufficere id, quod tu ex ipso adornasti, medicamentum, auctorque adeo mihi fuit, ut mitti mihi curarem, precatus interim, ut consilii hujus interpretem tacerem. Cum vero ego apud te mentiri non soleam, ipsum illum esse profiteor, qui & de priori illo consilium dederat. Et ad quem porro, tanquam hujus rei interpretem, ablegare te potius debebam, ut, si quam proditionis poenam exigere velles, ab eo illam repeteres?

MDLXXVIII. ἈΝΩΝΥΜῼ (1).

Οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ τὸ φάρμακον, ᾧ τὸν στόμαχον ἔῤῥωσας, ἀξιοῦμεν ἐπὶ τοῖς ὁμοίως καὶ αὐτοὶ λαβεῖν παρὰ σοῦ, ἐπεὶ καὶ τῆς σῆς δυνάμεως οὐκ αὐτοὶ μόνοι ἀπολαύομεν, ἀλλὰ ταύτῃ καὶ πολλοὺς τῶν φίλων ὀρθοῦμεν. Καὶ παλαιόν γε τὸ ἔθος, τὰ τῶν βασιλέων ἀγαθὰ, καὶ πρὸς πολλοὺς διαβαίνειν. Μεταδὸς τοίνυν ἡμῖν ἐκείνου, ᾧ μηδένα τῶν σου δεομένων κενὸν ἀνεχόμενος ἀποπέμπειν. Πέπτωκε γὰρ καὶ ἡμῖν ὁ στόμαχος ταῖς συνεχέσιν ὑδροποσίαις (2), τόνου δὲ στερηθεὶς εἰς καπνὸν τὰ σιτία διὰ τὴν ἀσθένειαν διαλύει, ὃς ἀλγύνει μὲν τὴν κεφαλὴν ἀνιὼν, καὶ δι᾽ αὐτῆς ἅπαν λύει τὸ σῶμα, προσκόπτειν δὲ ἀναγκάζει τὸ πνεῦμα, καὶ περὶ τὰ στέρνα ἀτμοί τινες συνιστάμενοι δι᾽ ὄχλου γίνονται τῇ καρδίᾳ. Τούτων λύσιν ὁ Κῷος (3) Ἱπποκράτης, ἂν ὁ στόμαχος πιοτέραν ἰσχὺν ἀπολάβῃ, ψηφίζεται, πρὸς δὲ τοῦθ᾽ ἱκανὸν νομίζει τὸ κατασκευασθέν σοι φάρμακον παρ᾽ αὐτοῦ, καὶ συνεβούλευεν ὅτι τάχιστα πέμπειν αἰτήσοντα, πρότερον ἀξιώσας τὸν μηνύοντα κρύπτειν. Ἐγὼ δὲ οὐκ εἰωθὼς πρὸς σὲ ψεύδεσθαι, τοῦτον αὐτὸν εἶναί φημι, τὸν καὶ περὶ τοῦ προτέρου συμβουλεύσαντα. Καὶ περὶ τοῦ λοιποῦ πρὸς τίνα δεῖ πέμπειν ὑπὲρ τούτου διδάξαντα, ἵν᾽ εἴ τινα καὶ δίκην τῆς προδοσίας βουληθῇς ἀπαιτῆσαι, παρ᾽ αὐτοῦ ταύτην λάβῃς;

ANONYMO.

Quod tu, qui literas meas & ames, & acceperis, non rescribis, id permultis tuis negotiis acceptum fero, quibus etiam a cibo & potu prohibearis. Nostri enim oblivione te a scribendo abduci nefas fuerit suspicari, qui tui ipsius prius, quam amicorum, obliviscaris. Ego porro ad amicos accusandos non praeceps sum, quandoquidem saepe accidit, ut, quod

MDLXXIX. ἈΝΩΝΥΜῼ (1).

Τοῦ γραμμάτων ἐμῶν ἐρῶντά σε καὶ λαμβάνοντα μὴ ἀντιγράφειν, ὄχλον αἰτιῶμαι πραγμάτων, ὑφ᾽ οὗ κἂν σιτίων καὶ ποτῶν εἴργοιο. Τὸ γὰρ λήθῃ σε τῶν ἐπιστολῶν ἀποστῆναι, οὔτε περὶ σοῦ δίκαιον ὑποπτεύειν, ὅς γε σαυτοῦ πρότερον ἢ τῶν φίλων ἀμνημονήσαις (2). Ἐγώ τε πρὸς τὰς τῶν φίλων κατηγορίας οὐ πρόχειρος, ὅταν

EP. MDLXXVII. (1) Epistolam hanc debes Codici *Colbertino* CCCXLIX. n. 38. nunc *Regio* Parisiensi, quem enarravit praestantissimus *Bernardus Montefalconius* in Bibliotheca Coisliniana p. 517. Eam is sua manu descriptam ad me misit.

EP. MDLXXVIII. (1) Et haec epistola ex eodem est *Colbert.* codice n. 39. (2) Conf. 1 *Tim.* V. 23. *μηκέτι ὑδροπότει.* (3) χῶος MS.

EP. MDLXXIX. (1) Et haec est ex *Colbertino* n. 40. (2) Eadem fere phrasi utitur noster supra ep. 1563. in calce.

 (3) ὅρα.

ται πολλαχόθεν τὸ δοκοῦν ἁμάρτημα τὴν παραίτησιν ἔχῃ. Εἰ μὲν, ὅπερ ἔφην, πράγματα περιστάντα, οὓς ἐν τῇ μνήμῃ περιφέρεις, τούτοις οὐ συνεχώρησε γράφειν, ἡμῖν τὰ τῆς γνώμης ἀντὶ τῶν γραμμάτων ἀρκέσει. Σὺ δὲ μηδέποτε λήγοις τοιούτων φροντίδων, ἀφ' ὧν ἔσται σοι δόξαν πόνων ἀντιδοθῆναι, ἄλλως τε καὶ οἷς δίκαιον, ὠφελοῦντι (3). Πείθομαι γάρ σοι τὴν πατρίδα τὴν τοιαύτην ἀνάγκην περιτεθῆναι (4), τῶν περὶ σὲ πεπονημένων αὐτῇ τοὺς καρποὺς ἀπαιτοῦσαν. Εἰ δ' ἄλλο τι προσπεσὸν ἀργίας μὲν τῇ χειρὶ, τῇ δὲ ψυχῇ ταραχῆς αἴτιον γέγονεν, εὐχόμεθα τῷ Θεῷ, λύσαντι τὸν χειμῶνα, τὴν προτέραν αὖθις ἀποδοῦναι γαλήνην (5).

quod peccatum videtur, idoneam habeat excusationem. Quod si itaque negotiorum moles illis, quos animo circumfers, scribere te non permiserit, nobis quidem animus tuus literarum loco suffecerit. Tu vero nunquam ab ejusmodi curis sis immunis, per quas illis inprimis, quibus fas est, consulens, gloriam tibi laboribus comparare licebit. Persuasum enim mihi habeo, patriam illorum, quae in te contulit, fructum exigentem, hanc tibi necessitatem imposuisse. Quod si vero aliud quid vel manibus torporem, vel animo molestiam attulit, Deum veneror, ut calamitate ejusmodi sublata pristinam tibi tranquillitatem reddat.

MDLXXX. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΛΙΒΑΝΙΩι.

Αἰσχύνομαι καθ' ἕνα σοὶ προσάγων τοὺς Καππαδόκας, ἀλλὰ μὴ πάντας τοὺς ἐν ἡλικίᾳ (1) πείθων, λόγων καὶ παιδεύσεως (2) ἀντιποιεῖσθαι, καί σοι χρῆσθαι τῷ ἀσκήσεως διδασκάλῳ. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάντων εἰσάπαξ ἐπιτυχεῖν, τὰ προσήκοντα σφίσιν αὐτοῖς αἱρουμένων, οὐχ οἷόν τι, τοὺς ἑκάστοτε πειθομένους διαπέμπομεν (3) σοι, τοσοῦτον αὐτοῖς χαριζόμενοι (4), ὅσον οἱ τοῖς διψῶσι καθηγούμενοι πρὸς (5) τὰς πηγάς. Ὁ δὲ νῦν προσιὼν, μικρὸν ὕστερον ἑαυτοῦ ἕνεκεν σπουδασθήσεται, ἐπειδάν σοι συγγένηται. νῦν δὲ ἀπὸ πατρός ἐστι γνώριμος, μέγα ἐπὶ ὀρθότητι βίου καὶ δυνάμει πολιτικῇ παρ' ἡμῖν λαβόντος ὄνομα, ὃς καὶ ἐμοὶ (6) εἰς τὴν ἄκραν (7) φιλίαν ἥρμοσται. ᾟ ἀμειβόμενος αὐτὸν τῷ παιδὶ ταύτην τὴν χάριν δίδωμι, σοὶ ποιῶν αὐτὸν γνώριμον (8), πρᾶγμα μεγίστης εὐχῆς ἄξιον τοῖς ἀρετὴν ἀνδρὸς κρίνειν ἐπισταμένοις.

BASILIUS LIBANIO.

Pudet me, tibi Cappadocas singulatim adducere, ac non omnibus adolescentibus persuadere, ut literis & doctrinae operentur, teque utantur exercitationis magistro. Sed quia omnes simul nancisci non possumus ita adfectos, ut convenientia sibi ipsis eligant; quibus subinde persuadeo, eos ad te mitto, tantum in eos conferens beneficii, quantum qui sitientes ad fontes deducunt. Qui vero nunc te adit, paulo post sua ipsius causa in pretio erit, postquam tecum fuerit versatus. Modo autem ex patre notus est, magnum integritate vitae ac civili potentia apud nos habente nomen, mihique summa amicitia conjuncto. Pro qua ut illum remunerer, hoc filio beneficium tribuo, ut ipsum tibi discipulum faciam, rem sane maximis votis dignam apud eos, qui de viri virtute scienter judicant.

MDLXXXI. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΩι.

Διὰ χρόνου πρὸς ἡμᾶς Καππαδόκης ἥκει νέος. ἓν τοῦτο κέρδος, ὅτι Καππαδόκης (1). ἀλλὰ καὶ τοῦ πρώτου γένους οὗτος ὁ Καππαδόκης (2). δεύτερον τοῦτο (3) κέρδος. ἀλλὰ καὶ γράμμα τοῦ θαυμαστοῦ Βασιλείου κομίζων ἡμῖν. τουτὶ μὲν ἔστι τις (4) εἴποι μεῖζον;

LIBANIUS BASILIO.

Non ita pridem venit ad nos adolescens Cappadox. Primum hoc lucrum, quod Cappadox. Sed & ex principe familia ille est Cappadox: alterum hoc lucrum est. Porro & literas admirandi *Basilii* attulit nobis: quo quid majus quisquam dixerit? Ego enim, quem tui oblitum putas, etiam olim adolescentem

(3) ὠφελοῦντα, MS. (4) Lege περιτεθειμένην, vel περιθεῖναι, nisi passivum pro deponenti heic, ut alias, adhiberi existimes. (5) Exstat in eodem Codice tanquam epistola *Luciano* scripta περὶ ἠλέκτρου, n. 80. Sed illa exhibet nostri opusculum de Electro, quod inter opera ejus exstat. Id ex ipso *Montefalconio* per literas intellexi. Ceterae, quae eodem codice continentur, in superioribus exstant.

Dabo nunc, quas supra promisi, S. BASILII & LIBANII epistolas mutuas, saepius quidem editas, sed heic nonnihil, spero, ex codicibus emendatiores. Recentissimus earum editor est *Julianus Garnerius*, Presb. Benedictinus ex Congregat. S. Mauri, cui luculentam praestantissimamque Operum Basilii recensionem debemus. Exstant ibi Tom. III. p. 452. sqq. & sequente modo atque ordine ibi exhibentur. De illis quid habendum sit, ex praefatione nostra intelliges.

EP. MDLXXX. (1) Plene dixeris τοὺς ἐν ἡλικίᾳ γενομένους, qua phrasi *Xenophon* & alii utuntur. Vide *Richardi Bentleji* viri eruditissimi Dissertationem de epistolis Phalaridis p. 55. sq. Ita quoque Eratosthenes in καταστερισμοῖς c. 30. (2) Editi τῆς παιδεύσεως, sed *Garnerius* τῆς codicum auctoritate melius abesse censuit. (3) Ita codd. omnes pro παραπέμπομεν in editis. (4) Sic scripsi pro χαριζόμενος *Garneri*. Sequitur enim mox καθηγούμενοι. Nec unquam vidi, vel Basilium vel Libanium in hac structurae ratione verbis pluralis numeri participium singulare jungere. (5) πρὸς ex uno codice *Harlaeano* addidit *Garnerius*. (6) ἡμῖν, *Coislinian.* uterque & *Regius secundus*. (7) τὴν μεγάλην addunt *Medic. Coislinian.* secundus & *Regius secundus*. (8) γνώριμος *discipulum* denotat, quod ex Libanii epistolis passim constat. Compara *Lamb. Bos* Animadversiones ad Scriptores Graecos p. 98.

EP. MDLXXXI. (1) Cappadocibus multum tribuebat noster. Vide supra ep. 968. not. 5. (2) ἀλλὰ — ὁ Καππαδόκης, desunt in *Medic.* B. male. Rectius vero ὁ Καππαδόκης posterius abesse possit, praeeuntibus *Regio secundo* & *Coisliniano* secundo. (3) ἢ τούτῳ *Medic.* B. male. (4) τουτὶ μὲν ἔστιν τις ἂν, *Voss.* & *Reg. max.* non male. *Medic.* quidam, ἔστιν τις.

(5) τί

tem magni faciebam, & temperantia cum senibus certantem videns, idque in illa urbe, quae voluptatibus scatet, & literarum magnam jam partem consecutum. Quoniam vero etiam Athenas visendas tibi duxisti, idemque *Celso* persuasisti, gratulabar *Celso*, ex te pendenti. Cum autem reversus esses, & patriam teneres, mecum ipse dicebam: quid nunc *Basilius* agit, & quodnam vitae genus amplexus est? Num in foro versatur, veteres illos Rhetores imitatus? An fortunatorum Parentum filios Rhetores efficit? Cum autem nonnulli venissent, qui nunciarent te viam longe his praestantiorem ingressum esse, atque id magis spectare, quomodo Deo amicus evadas, quam quomodo aurum colligas, & te & Cappadocas felices praedicabam, te quidem, qui talis esse velis, illos vero, qui talem possent civem ostendere. Ceterum *Firminum* illum semper superiorem aliis fuisse sat scio; hinc enim ei eloquentiae est facultas. Sed cum laudes multas adeptus sit, haud scio, an unquam tantas, quantas nunc ex tuis literis intellexi. Quando enim tu is es, qui neminem gloriam ejus superasse dicat, quam honorificum id illi censeri debet? Puto autem, hos a te prius missos esse, quam *Firminum* videres. Nonne enim alioquin literae tuae de rebus ejus aliquid nunciassent? Et nunc quid rerum agit, quidve acturus est *Firminus*? num adhuc nuptiarum desiderio tenetur? an illa jam dudum cessarunt, sed urget curia, & omnino manere cogitur? An potius spes est, illum denuo studiorum socium fore? Respondeat ille nobis atque id quidem, quod jucundum nobis esse possit. Si quid

ζειν; Ἐγὼ γάρ, ὃν ἐπιλελῆσθαί σου νομίζεις, καὶ πάλαι νέον ὄντα ἠγάμην, σωφροσύνῃ τε πρὸς (5) τοὺς γέροντας ἁμιλλώμενον ὁρῶν, καὶ ταῦτα ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει (6), τῇ ταῖς ἡδοναῖς βρυούσῃ, καὶ λόγων ἤδη μοῖραν κεκτημένον μεγάλην. Ἐπειδὴ δὲ ᾤηθης δεῖν καὶ τὰς Ἀθήνας ἰδεῖν, καὶ τὸν Κέλσον (7) ἔπειθες, συνέχαιρον τῷ Κέλσῳ τῆς σῆς ἐξηρτημένῳ ψυχῆς. Ἐπανήκοντος δέ σου καὶ ἔχοντος τὴν πατρίδα, ἔλεγον πρὸς ἐμαυτόν· τί νῦν ἡμῖν ὁ Βασίλειος δρᾷ; καὶ πρὸς τίνα βίον ὥρμηκεν (8); ἆρ' ἐν δικαστηρίοις τρίβεται (9), τοὺς παλαιοὺς ῥήτορας ζηλῶν, ἢ ῥήτορας εὐδαιμόνων πατέρων ἀπεργάζεται παῖδας; ὡς (10) δὲ ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες, ἀμείνω σε πολλῷ τουτωνὶ τῶν ὁδῶν πορεύεσθαι, καὶ σκοπεῖν, ὅπως ἂν γένοιο Θεῷ μᾶλλον φίλος, ἢ συλλέξαις (11) χρυσίον, εὐδαιμόνισα σέ τε καὶ Καππαδόκας. σὲ μὲν τοιοῦτον βουλόμενον εἶναι, ἐκείνους δέ, τοιοῦτον δυναμένους δεικνύναι πολίτην. Φιρμῖνος (12) δὲ ἐκεῖνος ὡς πανταχοῦ διετέλεσε (13) κρατῶν (14), εὖ οἶδα. Ἐντεῦθεν γὰρ αὐτῷ τῶν λόγων ἡ δύναμις. πολλῶν δὲ ἐπαίνων ἀπολαύσας, οὐκ οἶδα ὅτι πώποτε τηλικούτων, ἡλίκων νῦν ἐν τοῖς σοῖς ἀκήκοα (15) γράμμασι. Τὸ γὰρ μηδένα ἂν τὴν ἐκείνου δόξαν ὑπερβαλέσθαι σε τὸν λέγοντα εἶναι, πόσον τι χρὴ νομίζειν ἐκείνῳ (16); Δοκεῖς δέ μοι καὶ τούτους (17) ἀπεσταλκέναι, πρὶν ἢ τὸν Φιρμῖνον ἰδεῖν. ἢ γὰρ ἂν αὐτὸν οὐκ εἶχε τὰ γράμματα (18); καὶ νῦν τί ποιεῖ; ἢ τί μέλλει Φιρμῖνος; ἔτ' ἔστιν (19) ἐν τοῖς τῶν γάμων πόθοις (20); ἢ ἐκεῖνα μὲν πάλαι

(5) καὶ πρὸς, *Medic.* B. non inconvenienter. (6) Vel Caesaream intelligit, vel Constantinopolin. Ibi enim *Basilium* literis operam dedisse, patet ex Vita optimi Patris, Tomo III. editionis Garnerianae praemissa cap. I. & II. (7) *Celsus* is est, cujus mores & amicitiam frequenter laudat noster. (8) Sic tres vetustissimi codd. cum pluribus aliis; teste *Garnerio*. Iis addes *Voss. Reg. max.* & *Medic.* B. Editi ὥρμησεν. (9) στρέφεται, *Colslin.* secundus, & Reg. secundus, non inconvenienter. Sic noster supra ep. 1321. ἐν ἀγορᾷ στρέφεται. Similiter & alibi. (10) ὡς, *Medic.* B. (11) Sic *Voss.* & *Reg. max.* recte quidem, quod patet ex antecedente γένοιο. Editi συλλέξῃς, quod etiam *Garnerius* habet. Ceterum de secessu Basilii ad vitam monasticam loquitur Libanius: de eo lege Vitam S. Basilii modo laudatam cap. IV. §. 4. (12) Ita editi omnes, quibus suffragantur, ut alios mittam, *Voss. Reg. max.* & *Medic.* B. At *Garnerius* ex MSS. novem habet Φίρμος. *Scriptura veterum Codd.* inquit, *hinc etiam confirmatur, quod is, quem tantopere laudaverat* Basilius *in epistola sua, necessario distinguendus a* Firmino, *de quo nihil habuerant* Basilii *literae.* Ad hoc argumentum mox respondebimus. Acquiescimus merito in vulgata illa lectione. Fieri potuit, ut Φιρμ@ per compendium scriberetur pro Φιρμῖνος, sicut Διὸς pro Διονύσιος &c. Ad *Firminum* hunc exstat Basilii epistola singularis n. 174 edit. Paris. 1638. & n. 116. ed. *Garnerianae.* Ad eundem Libanii tres, v. c. n. 968. ubi nos vide. Contra haec *Firmi* nec apud Basilium nec apud Libanium ulla est mentio. (13) διετέλεσεν, *Reg max.* male. (14) Phrasin hanc *Combefisius* ita verterat; *ubique firma memoria fuerit, vel retinuerit.* Alter, eo antiquior; *quam ubique tibi constanter adhaerendo perduraverit.* At *Garnerius* ita: *Firmum autem illum ubique constantem perdurasse scio.* Malui a singulis illis discedere. Verbum κρατεῖν nostro frequenter ita adhibetur, ut *vincere* vel *superare* alium inferat, v. c. ep. sequente 1583. Βασίλειος δ' ἐκράτησε; & διετέλεσε κρατῶν per Atticismum idem est, quod διετέλεσε κρατεῖν. Libanius mox phraseos hujus sensum explicat ipse his verbis: τὸ γὰρ μηδένα ἂν τὴν ἐκείνου δόξαν ὑπερβαλέσθαι. Ita vero Firminus διετέλεσε κρατῶν. Neque vero objici potest sequens ἐντεῦθεν, quod huic expositioni adversari videatur. Si quis enim superiorem se aliis videat, eum non mirum est, in arte sua longius provehi. (15) ἀκήκοας, *Medic.* B. cum α supra ο scripto. (16) Sic *Garner.* ex plerisque Codd. MSS. Editi ἐκεῖνον, quos firmant *Voss. Reg. max.* & *Medic.* B. Et ferri potest haec lectio, modo ita vertas: *quanti hoc illum facere oportet.* Et malim fere hoc. (17) ita *Garner.* ex codd. plerisque, quibus addo *Medic.* At editi ταῦτα & *Reg. max.* τοῦτο. Alterutrum horum malim. Unus enim erat, qui a Basilio ad Libanium venerat, quod ex epistolae limine patet. Si audaciori esse liceat, scriberem ταῦτα & ἐπεσταλκέναι pro ἀπεσταλκέναι, ut sensus sit, Basilium literas suas ante Firminum sibi visum scripsisse. Frequens est & facilis ἀποστέλλειν & ἐπιστέλλειν permutatio. (18) Sic editi, nisi quod pro αὐτὸν habent αὐτός. *Voss.* vero & *Reg. max* idem illud αὐτὸν una cum ἢ habent, & *Medic.* B. quoque, qui tamen librarii lapsu ᾗ legit. *Garnerius* αὐτὸν ex MSS. exhibet recte quidem, sed ἢ ex uno *Harlaeano* in οὐ convertit: οὐ γὰρ ἂν αὐτὸν οὐκ εἶχε. Non dubito illud ἢ recte habere, modo sententia haec interrogandi nota claudatur. Id in versione expressimus. *Garnerius* sensum ita refert: *neque enim de illo nihil habuissent literae.* Atque hinc conficit, in limine epistolae *Firmi* non *Firmini* nomen legendum esse, cum Firmum illum laudaverit Basilius, de *Firmino* autem tacuisse dicatur. At enimvero Libanius, si quid video, id vult, quod Basilius de *rebus Firmini* nihil sibi nunciaverit, causamque hujus silentii in eo quaerit, quod Firminum tum nondum viderit, Antiochia in patriam reversum. Interim eundem Firminum laudasse poterat Basilius in sua epistola, quamvis de praesenti ejus conditione nihil monuisset. Hanc Libanii mentem fuisse patet ex mox sequentibus, ubi vult, ut Basilius sibi de rebus *Firmini* exponat, vel, ut ipse etiam scribat Firminus. Fortasse etiam haec ita recte acceperis, quod Firmini literas, h. e. *ipsum* una cum Basilii illis accepturum se esse crediderit Libanius, si tunc apud ipsum fuisset. Sed ἅλις δηρίς. (19) ἔτιν, *Medic.* B. vitiose. (20) Πότοις, *Har-*

λαι πέπαυται, βαρεῖα δὲ ἡ βουλὴ καὶ πᾶσα ἀνάγκη μένειν (21); ἢ τίνες εἰσὶν ἐλπίδες, ὡς αὖθις ἔσται λόγων κοινωνός; Ἀπηχθάνετο τι ἡμῖν, καὶ εἴη μηδέ τι χρηστόν. Εἰ δ' οὖν τι καὶ (22) λυπήσου, τοῦ βλέπειν γε ἡμᾶς πρὸς τὰς πύλας ἀπαλλάξει. Εἰ δὲ Ἀθήνῃσι νῦν ὁ Φιρμῖνος ἐτύγχανεν ὤν, τί ἂν ἔδρων οἱ βουλεύοντες παρ' ὑμῖν; ἢ τὴν Σαλαμινίαν ἔπεμπον ἂν (23) ἐπ' αὐτόν; Ὁρᾷς ὅτι καὶ μόνον οὐχ (24) ὑπὸ τῶν σῶν ὑβρίζομαι πολιτῶν. Οὐ μὴν ἔγωγε τοῦ φιλεῖν καὶ ἐπαινεῖν Καππαδόκας παύσομαι. Ἀλλ' εὔχομαι μὲν αὐτοὺς ἀμείνους γενέσθαι περὶ ἐμέ, μένοντας δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν οἴσω. Φιρμῖνος δὲ μῆνας ἡμῖν συνεγένετο τέτταρας (25). ἡμέραν δὲ ἤργησεν οὐδεμίαν. τὸ δὲ συνειλεγμένον ὅσον ἐστὶν αὐτὸς εἴσῃ καὶ ἴσως οὐ μέμψῃ. Πρὸς δὲ τὸ πάλιν αὐτὸν δεῦρο δυνηθῆναι ἐλθεῖν, τίνα χρὴ προσπαρακαλεῖν (26) σύμμαχον; Εἴπερ γὰρ εὖ φρονοῦσιν οἱ βουλεύοντες (27), πρέποι (28) δ' ἂν ἀνθρώποις πεπαιδευμένοις, τιμήσουσι (29) τοῖς δευτέροις, ἐπειδὴ τοῖς πρώτοις ἐλύπησαν.

quid vero injucundi nobis nunciaverit, saltem nos ad portas respiciendi molestia liberabit. Quod si *Firminus* Athenis nunc versaretur, quidnam facerent Senatores vestri? Num Salaminiam ipsi navem missuri essent? Vides utique, me a tuis civibus tantum non contumeliose haberi. Neque tamen ego propterea Cappadocas amare ac laudare desinam. Optarim quidem, illos in me fieri aequiores; feram tamen, si iidem permanserint. *Firminus* menses quatuor apud nos commoratus est; diem autem nullum otiosus transegit. Quantum autem sibi comparaverit, ipse cognosces, & fortasse nihil conquereris. Ut autem venire huc iterum possit, quinam advocandus est adjutor? Enimvero si recte senserint Senatores, (hoc autem decuerit homines eruditos) honorabunt me posterioribus his, qui prioribus illis contristarunt.

MDLXXXII. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΛΙΒΑΝΙΩι.

Ἰδού σοι καὶ ἕτερος ἥκει Καππαδόκης, υἱὸς ἐμὸς καὶ αὐτός (1). πάντας γὰρ ἡμῖν (2) εἰσποιεῖ τὸ σχῆμα τοῦτο, ἐν ᾧ νῦν ἐσμέν. ὥστε κατά γε τοῦτο ἀδελφὸς ἂν εἴη τοῦ προλαβόντος (3), καὶ τῆς αὐτῆς σπουδῆς ἄξιος, ἐμοί τε τῷ πατρί, καί σοι, τῷ διδασκάλῳ. εἴπερ τι ὅλως (4) πλέον δυνατὸν ἔχειν τοὺς παρ' ἡμῶν (5) ἐρχομένους. Τοῦτο δὲ λέγω οὐχ ὡς οὐκ ἂν τῆς σῆς λογιότητος (6) πλεῖόν τι τοῖς παλαιοῖς τῶν ἑταίρων χαριζομένης (7), ἀλλ' ὡς ἀφθόνως (8) πᾶσι τῆς ὠφελείας σου προκειμένης. Ἀρκοῦν δ' ἂν εἴη τῷ νεανίσκῳ πρὸ τῆς ἐκ τοῦ χρόνου πείρας ἐν τοῖς οἰκείοις τετάχθαι. ὃν ἀποπέμψαιο (9) ἡμῖν, ἄξιον τῶν τε ἡμετέρων εὐχῶν καὶ τῆς σαυτοῦ δόξης, ἣν ἔχεις ἐν τοῖς λόγοις. Ἐπάγεται δὲ καὶ ἡλικιώτην, τὴν ἴσην ἔχοντα περὶ τοὺς λόγους σπουδήν, εὐπατρίδην (10) καὶ αὐτὸν καὶ ἡμῖν οἰκεῖον, ὃν οὐδὲν ἔλαττον ἕξειν πιστεύομεν, κἂν πλεῖστον τῶν ἄλλων τοῖς χρήμασιν ἀπολείπηται.

BASILIUS LIBANIO.

Ecce tibi & alius venit Cappadox, meus & ipse filius. Omnes enim nobis adoptat dignitas illa, in qua nunc sumus. Hoc itaque nomine frater sit illius, qui prius ad te venit, & studio eodem dignus, tam mihi patri, quam tibi praeceptori; si fieri omnino potest, ut aliquid amplius habeant, qui a nobis veniunt. Hoc autem dico, non quod prudentia tua non plus aliquid amicis veteranis tribuat, sed quod commodum ex te omnibus largiter impertiatur. Satis autem fuerit adolescenti, si ante experimentum ex ipso tempore factum inter discipulos collocetur. Eum nobis velim remittas, dignum & votis nostris, & gloria ista, quam eloquentia tibi peperisti. Ducit autem secum & coaetaneum pari in literas studio ductum, & ipsum quoque ex nobili familia prognatum, nobisque cognatum; quem nulla re inferiorem fore confidimus, etiamsi plurimum ab aliis opibus superetur.

MDLXXXIII. L I-

Harlaeanus & *Medic.* B. idemque Interpres vertit: *nuptialibus conviviis*. Praestat lectio receptior. (21) Editi μένειν, nostrum illud habent codd. multi, & inter hos *Medic.* Sensus est, actum fuisse de *Firmino* in Senatum adsciscendo, atque adeo ibi detinendo. (22) εἰ δ' οὖν τις λυπ. *Medic.* B. male, & mox ὑμᾶς. (23) ἂν editi, & codd. excepto *Medic.* qui habet ναῦν i. e. *navem.* Atque haec vox vel exprimenda vel saltem subintelligenda est. Σαλαμινία ναῦς de praeveloci dicitur proverbialiter. Vide *Erasmum* p. 238. Adagiorum, Aristophanes Avib. v. 145.

——— ——— ——— ὅπ' ἀνακύψεται κλητῆρ' ἄγουσ' ἕωθεν ἡ Σαλαμινία.

Scholiastes ibi ita: Δύο εἰσὶ νῆες ὑπηρετίδες παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ἡ Πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία. Vides, opinor, cur Libanius Salaminiam navim commemoret, de Athenis loquens. (24) μόνον οὐχ scribo praeeunte *Reg. max.* Editi & MSS. habent μόνον sine οὐχ, quos & *Garnerius* secutus est. Sensus ipse lectionem hanc satis firmat: μόνον οὐ & μονονουχὶ idem est, quod χεδὸν, *tantum non.* Injuriam scilicet & contumeliam interpretabatur, quod Cappadoces Firminum hunc tam cito a scholis suis avocent. (25) τρεῖς habet *Medic.* B. (26) παρακαλεῖν, *Medic.* B. προσκαλεῖν, *Reg. max.* (27) βουλευταί, *Harlaeanus*, & *Reg. max.* (28) πρέποι γ *Medic.* B. & alii quidam. (29) τιμήσουσί με, *Reg. secundus*, & *Coislin.* secundus: quidam τιμήσουσί σε.

EP. MDLXXXII. (1) ὅτος, *Medic.* B. (2) ὑμᾶς, *Coislin.* primus & *Medic.* à *Garnerio* citatus; at *Medic.* B. ἡμῖν. (3) addit *Medic.* B. σοι ὅτος, non male. (4) ὅλως in edd. omissum est ex tribus vetust. ff. codd. *Garnerio* laudatis. (5) ὑμῶν, *Medic.* B. (6) *Garnerius* habet *facundia*; Interpres alter: *praestantia*: λόγιος nunc *facundum*, nunc *doctum* & *prudentem* significat. Conf. infra ep. 1586. n. 5. Haec compellandi ratio Basilio in epistolis frequens. Ita ep. 33. & 345. Ἐδεξάμην τὰ γράμματα τῆς σῆς λογιότητος, & ep. 290. τὰ γράμματα τῆς [illegible] ὑμῶν. Sic ep 367. ἡ [illegible] quam supra exhibuimus ep. 1557, ex codice aliquo, ubi Libanio tribuitur. (7) λογιζομένης, *Medic.* B. (8) ἀφθόνως, *Medic.* B quod malim. (9) ἀποπέμψαις, *idem.* (10) εὐπατρίδην *Hieron.* & *Rufinus* dixerunt *nobilem*, quod recte factum esse ostendit *Valesius* ad Eusebii Hist. Eccles. p. 49 b. Constat alias, Athenienses εὐπατρίδας h. e. ut *Dionys. Halicarn.* explicat, ἐκ τῶν ἐπιφανῶν οἴκων dictos esse. Vide *Kusterum* ad Suidam Tom. I. p. 902.

EP.

LIBANIUS BASILIO.

Scio, te hoc crebro scripturum: ecce tibi & alius venit Cappadox. Multos enim, puto, missurus es, semper & ubique me laudibus efferens, atque hoc ipso & patres & pueros provocans. Ceterum quid pulchrae illi tuae epistolae acciderit, non pulchrum fuerit tacere. Assidebant mihi ex iis, qui magistratu olim functi sunt, tum alii non pauci, tum *Alypius*, omnium praestantissimus, *Hieroclis*, quem nosti, nepos. Ut igitur epistolam reddiderunt, qui attulerant, ego vero eam silens omnem perlegeram, ridens simul & gaudens dixi: victi sumus. Interrogabant illi: qua victus es victoria? & quomodo victus non doles? Victus sum, ajebam ego, pulchritudine epistolarum: vicit vero *Basilius*. Ille autem mihi amicus est, & hoc nomine laetor. Haec ego cum dixissem, ex ipsis literis de victoria judicare voluerunt. Legebat itaque *Alypius*, audiebant autem praesentes. Lata denique sententia est, me nihil esse mentitum. Et epistolam habens is, qui legerat, abiit, aliis etiam, opinor, ostensurus, eamque aegre reddidit. Scribere itaque perge similia, & vince: Hoc enim est, me ipsum vincere. Ceterum & illud recte conjectas, studia nos nostra non ex pecunia metiri; sed satis ei, qui dare non potest, si velit accipere. Si quem enim pauperem esse video, sed literarum amantem, is divitibus a me praefertur, quanquam nos tales magistros non habuerimus. Nihil tamen prohibebit, quo minus hac parte simus meliores. Nullus itaque pauper accedere ad nos vereatur, si hoc unum habuerit, ut labores ferre didicerit.

MDLXXXIII. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙῼ.

Οἶδα, ὅτι πολλάκις τοῦτο γράψεις, τό, ἰδού σοι καὶ ἕτερος ἥκει (1) Καππαδόκης (2). πολλοὺς γάρ, οἶμαι, πέμψεις, ἀεὶ μὲν καὶ πανταχοῦ τοῖς ἐγκωμίοις, τοῖς κατ' ἐμοῦ, χρώμενος. τούτῳ δὲ (3) αὐτῷ καὶ πατέρας κινῶν, καὶ παῖδας. Ἀλλ' ὅ γε ἐγένετο περὶ τὴν ἐπιστολήν σου τὴν καλήν, οὐ καλὸν σιωπῆσαι. Παρεκάθηντό μοι τῶν ἐν ἀρχῇ γεγενημένων (4) ἄλλοι τε οὐκ ὀλίγοι, καὶ ὁ πάντα ἄριστος Ἀλύπιος (5), Ἱεροκλέους ἀνεψιὸς ἐκείνου. ὡς οὖν ἔδοσαν οἱ φέροντες τὴν ἐπιστολήν, σιγῇ διὰ πάσης ἐλθών, νενικήμεθα, ἔφην, μειδιῶν τε ἅμα καὶ χαίρων. Καὶ τίνα σὺ νενίκησαι (6) νίκην, ἤροντο; καὶ πῶς οὐκ ἀλγεῖς (7) νενικημένος; (8) κάλλει μέν, ἔφην, ἐπιστολῶν ἥττημαι (9). Βασίλειος δὲ κεκράτηκε. Φίλος δὲ ὁ ἀνήρ. καὶ διὰ τοῦτο εὐφραίνομαι. Ταῦτα εἰπόντος ἐμοῦ παρ' αὐτῶν μαθεῖν ἠβουλήθησαν τῶν γραμμάτων τὴν νίκην. καὶ ἀνεγίνωσκε μὲν ὁ Ἀλύπιος, ἤκουον (10) δὲ οἱ παρόντες. ψῆφος δὲ ἠνέχθη, μηδέν με (11) ἐψεῦσθαι. Καὶ τὰ γράμματα ἔχων (12) ὁ ἀναγνοὺς ἐξῄει, δείξων, οἶμαι, καὶ ἄλλοις, καὶ μόλις ἀπέδωκε (13). Γράφε τοίνυν παραπλήσια (14), καὶ νίκα. τοῦτο γάρ ἐστιν ἐμὲ νικᾶν. Καλῶς δὲ κἀκεῖνο εἰκάζεις, ὡς οὐ χρήμασι μετρεῖται (15) τὰ παρ' ἡμῶν. ἀλλ' ἀρκεῖ τῷ μὴ δυναμένῳ δοῦναι τὸ βουληθῆναι λαβεῖν. Κἂν γὰρ αἴσθωμαί τινα (16) ἐν πενίᾳ, λόγων ἐρῶντα, πρὸ τῶν πλουτούντων οὗτος, καίτοι οὐ (17) τοιούτων πεπειράμεθα διδασκάλων. ἀλλ' οὐδὲν κωλύσει (18) ταύτῃ γε εἶναι βελτίονας (19). Μηδεὶς οὖν πένης ὀκνείτω δεῦρο βαδίζειν, εἰ ἓν ἐκεῖνο κέκτηται μόνον, τὸ ἐπίστασθαι πονεῖν.

BASILIUS LIBANIO.

Quid non dixerit Sophista, & talis quidem Sophista, cujus artis proprium esse constat, & ex magnis parva facere, ubi voluerit, & parvis amplitudinem conciliare! Tale est, quod & in nostra fecisti. Nam epistolam illam sordidam, quam vos dixeritis, qui eloquentiam in deliciis habetis, nihilo ea, quam in manibus habes, tolerabiliorem, verbis ita extulisti, ut, ab illa superatus nobis primas in scribendo

MDLXXXIV. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΛΙΒΑΝΙῼ.

Τί οὐκ ἂν εἴποι σοφιστὴς ἀνήρ, καὶ σοφιστὴς τοιοῦτος, ᾧ γε ἴδιον εἶναι τῆς τέχνης ὁμολόγηται καὶ τὰ μεγάλα μικρὰ ποιεῖν (1), ὅτε (2) βούλεται, καὶ τοῖς μικροῖς περιτιθέναι μέγεθος, ὁποῖον δή τι (3) καὶ περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξω. Τὴν γὰρ ἐπιστολὴν ἐκείνην τὴν ῥυπῶσαν, ὡς ἂν ὑμεῖς οἱ περὶ τοὺς λόγους (4) τρυφῶντες εἴποιτε (5), οὐδὲν ἧσσον τῆς ἐν χερσί σου ταύτης ἀνεκτοτέραν, τοσ-

ῦτον

EP. MDLXXXIII. (1) ἥκει abest a Reg. Parif. *Strategi* manu scripto. (2) de hac nominis forma vide nos supra ad ep. 968. not. 5. (3) τούτῳ τε, Cod. *Strateg.* qui ordinem etiam invertit: καὶ παῖδας κιν. κ. πατ. (4) *honoratos* vertit *Garnerius*. At noster saepe eos ita appellat, qui magistratu decesserant, quod ea aetate frequens erat. *Codex Reg. Niger* post γεγενημ. habet φίλων. (5) Vide supra ep. 327. ubi Alypium a magistratu praeclare gesto laudat, & *Hieroclem*, ejus filium, praedicat. ἄλλοι τε deest in *Medic.* B. & pro πάντα ἄριστος *idem* habet πάντων βέλτιστος. (6) τίνα σὺ νενίκησαι *idem*. (7) ἀλγεῖ ὁ *idem*. (8) εἰ, *idem*. (9) ἐπιστολαῖς ἥττημαι, cod. *Strategi* Parif. Pro νενίκημαι, quod editi habent, ἥττημαι scripsit *Garner.* ex tribus vetustissimis codd. (10) ἤκουσαν, *Medic.* B. (11) τοίνυν, addit *cod. Parif. Niger.* (12) ἑλών, Codex Strategi, fortasse rectius: *sibi vindicans*; ideo additur mox: μόλις ἀπέδωκε. (13) ἀποδέδωκε, *Cod. Niger.* (14) παραπλησίως, *Medic.* B. (15) παρέρχεται est in quibusdam codd. testante *Garnerio*. His accedit ille *Strategi*. (16) τινὰς, & mox ἐρῶντος. *Medic.* (17) οὐ deest in *Strategi* codice male. (18) Editi κωλύει: alterum illud ex tribus vetustissimis codd. dedit *Garnerius*. Atque idem hoc est in *Cod. Nigro Parif.* (19) βελτίονα *idem* & *Medic.* B. Praestat prius ob antecedens verbum πεπειράμεθα. Sententiam ipsam passim in epistolis suis inculcat noster.

EP. MDLXXXIV. (1) *Isocratis* haec phrasis est; atque hoc spectasse veteres illos Sophistas & Rhetores veterum effatis ita constat, ut quidam eorum etiam reprehenderint. Vide, quae hanc in rem tradit *Jo. Clericus* in Arte Critica Parte II. Sect. I. c. 17. (2) Sic *Garnerius* ex *Harlaeano*, *Coislin.* utroque & Regio secundo. Editi ὅταν. *Medic.* B. ὁπόταν. (3) Pro τι editi habent οὖν, ut & *Medic.* B. non male: *Garnerius* ex quinque codd. τι. (4) οἱ τὰ περὶ τ. λ. tres MSS. non vetustissimi, *Garnerii* indicio. (5) ex MSS. εἴποιτε, editi.

(5) εἴπα-

τούτων (6) ἥττω τῷ λόγῳ, ὡς ἡττηθῆναι δόξειν αὐτοῖς, καὶ ἡμῖν τῶν πρωτείων τοῦ γράφειν παραχωρεῖν. ὅμοιον ποιῶν ταῖς τῶν πατέρων παιδιαῖς, ὅταν ταῖς παρ' ἑαυτῶν νίκαις παραχωρῶσι (7) τοῖς παισὶν ἀναβρύνεσθαι, οὔτε ἑαυτούς τι ζημιοῦντες, καὶ τῶν παίδων (8) τρέφοντες τὸ φιλότιμον. Τῷ ὄντι δὲ καὶ ἀμύθητον ὅσην ἡδονὴν εἶχεν ὁ λόγος ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς παιδιᾷ· οἷον Πολυδάμαντός τινος, ἢ Μίλωνος (9), παγκρατίου (10) ἢ πάλης ἀγωνίας παραιτουμένου τὴν πρὸς ἐμὲ αὐτόν. (11) πολλὰ γὰρ περισκεψάμενος οὐδὲν εὗρον εὐσθενείας (12) ὑπόδειγμα. ὥστε τοὺς τὰς ὑπερβολὰς τῶν λόγων ἐπιζητοῦντας ἐνταῦθά σε μᾶλλον ἄγασθαι τῆς δυνάμεως, οὕτω δυνηθέντα (13) ταῖς παιδιαῖς πρὸς ἡμᾶς καταβῆναι, ἢ εἰ τὸν βάρβαρον ἦγες (14) ὑπὲρ τὸν Ἄθω πλέοντα (15). Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν, ὦ θαυμάσιε, Μωσεῖ (16) καὶ Ἠλίᾳ (17) καὶ τοῖς οὕτω μακαρίοις ἀνδράσι σύνεσμεν, ἐκ τῆς βαρβάρου φωνῆς (18) διαλεγομένοις ἡμῖν τὰ ἑαυτῶν, καὶ τὰ παρ' ἐκείνων φθεγγόμεθα, νοῦν μὲν ἀληθῆ, λέξιν δὲ ἀμαθῆ. ὡς αὐτὰ ταῦτα δηλοῖ. εἰ γάρ τι καὶ ἦμεν παρ' ὑμῶν διδαχθέντες (19), ὑπὸ τοῦ χρόνου ἐπελαθόμεθα. Αὐτὸς δὲ ἐπίστελλε ἡμῖν, ἄλλας ὑποθέσεις ἐπιστολῶν ποιούμενος, αἵ καί σε δείξουσι, καὶ ἡμᾶς οὐκ ἐλέγξουσι. Τὸν υἱὸν Ἀνυσίου (20) ἤδη σοι προσήγαγον, ὡς ἐμαυτοῦ υἱόν. Εἰ δὲ ἐμός ἐστι παῖς, τοῦ πατρός ἐστι τὸ παιδίον, πένης ἐκ πένητος. Γνώριμον δὲ τὸ λεγόμενον ἀνδρὶ σοφῷ τε καὶ σοφιστῇ.

scribendo concederes: simile quiddam faciens lusibus Patrum, cum de victoriis, quas ipsi sponte cesserunt, liberos sinunt gloriari, nec damni quicquam sibi ipsis inferentes, gloriaeque studium, quod in liberis est, foventes. Dici profecto non potest, quam suavis mihi fuerit tua jocantis oratio: velut si quis Polydamas aut Milo pancratii vel luctae certamen mecum detrectet: omnia enim circumspiciens nullum reperi roboris argumentum. Itaque qui verborum exaggerationem consectantur, tuam heic magis mirantur potentiam, qui ita te ipse jocando ad nos demittere potueris, quam si barbarum super Atho navigantem duxisses. Nos quidem, vir eximie, cum Mose & Elia similibusque beatis viris versamur, qui sua nobis voce barbara tradunt, nosque ab illis tradita loquimur, sensu quidem vera, voce autem rudia, quemadmodum & haec testantur. Nam si nonnulla à vobis docti sumus, eorum per tempus obliti sumus. Tu vero nobis scribe, alia epistolarum argumenta adhibens, quae & te ostendant, & nos non arguant. *Anysii* filium ad te duxi, ut meum filium. Si vero meus est filius, vere patris est filius, pauper scilicet ex paupere. Quid autem dicam, viro sapienti & Sophistae perspectum est.

MDLXXXV. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙῼ.

LIBANIUS BASILIO.

Εἰ πάνυ πολὺν χρόνον ἐσκόπεις (1), πῶς (2) ἂν ἄριστα συνείποις τοῖς περὶ τῶν σῶν γραμμάτων ἡμετέροις γράμμασιν, οὐκ ἂν ἄμεινον τοῦτό μοι ποιῆσαι ἐδόκεις (3), ἢ τοιαῦτα γράφων, ὁποῖα νῦν ἔγραψας. Καλεῖς (4) γάρ με σοφιστήν. τοῦ τοιούτου δὲ εἶναι φὴς (5) τὸ δύνασθαι τὰ μικρὰ μὲν (6) μεγάλα ποιεῖν, τὰ δ' αὖ (7) μεγάλα μικρά. καὶ δὴ καὶ ἐμὴν ἐπιστολὴν βεβουλῆσθαι φὴς δεῖξαι τὴν σὴν καλὴν, οὐκ οὖσαν καλὴν (8), εἶναί τε

Si diu meditatus esses, quomodo his, quae de tuis literis scripseram, elegantissime assentireris, non videreris mihi hoc melius praestitisse, quam talia scribendo, qualia nunc scripsisti. Sophistam enim me vocas: Sophistae autem esse ais, ex parvis magna facere posse, ac rursus parva ex magnis. Ac meae quoque epistolae institutum fuisse dicis, ut tuam pulchram esse demonstraret, quae pulchra non sit: neque enim meliorem esse ea,

(6) τούτων deest in *Medic.* B. (7) παρέχωσι, *Vatic. Reg. secundus* & *Coislin.* secundus. (8) παίδων, *Medic.* (9) De Polydamantis fortitudine *Pausanias*, de Milonis illa multi veterum, testantur, quos adfert *Jac. Perizonius* ad Aeliani Var. Histor. II. 24. (10) de παγκρατίῳ & παγκρατιασταῖς lege *Brodaeum* ad Antholog. lib. I. cap. 2. epigr. ult. & *Fabrum* in Agonisticis lib. I. cap. 9. item *Js Clericum* in silvis Philolog. c. X. Cave Παγκράτιν pro nomine proprio habeas, quod in editis quibusdam exprimi video. (11) αὐτὸν abest à *Medic.* B αὐτὸς ἐκεῖνος, *Coislin.* primus. (12) ita editi: *Garnerius* ex *Coislin.* secundo & *Reg.* secundo ἀσθενείας, *infirmitatis.* At praestare videtur receptior illa lectio. Miratur enim *Basilius* paulo post cum aliis, qui fieri potuerit, ut tantum sibi tribueret *Libanius*, cum nihil hujusmodi, omnibus rationibus circumspectis, in se deprehenderit. Ceterum ευ & ασ saepe a librariis confundi constat. (13) ὅτω δυνηθέντος, *Medic.* B. (14) εἶχες, *Medic.* à *Garnerio* allatus. (15) Videtur esse proverbium, quod alibi legere non memini. (16) Μωσεῖ abest a *Medic.* B. (17) *Mosis* & *Eliae* meminisse videtur Basilius ex facta paulo ante montis mentione. Utrumque enim in montibus versatum esse sacra pagina testatur. (18) Barbarum sermonem appellat, eo quod Graeci gentes ceteras βαρβάρους appellare solebant, quamvis negare nolim, eum ad ipsam quoque dictionem, tanquam minus politam, respexisse. (19) Ex hac phrasi non tuto satis colligitur, Basilium praeceptorem habuisse *Libanium*, cum id significare possit, quod *Basilius* a Sophistis Graecorum aliis vel CPoli, vel *Athenis* literas exterius & eloquentiam hauserit. Vide *Tillemontii* Memorias Hist. Eccles. Tom. IX. p. 631. (20) Ἀνύσιον habent sex codd. a *Garnerio* allati, quibus addere possum *Medic.* B. Id vero & phrasi ipsi & sensui non quadrare videtur.

EP. MDLXXXV. (1) ἐσκόπεις, *Medic.* B. (2) ὅπως, Cod. *Strategi* Paris. (3) τοῦτο ποιῆσαι, *Harlaean. Medic.* & *Coislin.* primus, a *Garnerio* citati: at *Medic.* B. ποιῆσαι τοῦτ' ἰδ. sine μοι, quod etiam in *Paris. Nigro* deest. (4) μὲν γὰρ editi. (5) λέγεις pro φὴς, *Medic.* B. & *Cod. Niger.* (6) μὲν abest à *Cod. Nigro.* (7) τὰ δ' αὖ, *Garner.* ex MSS. quibus adde *Cod. Nigr.* & *Medic.* B. Editi: πάλιν τά. (8) οὐκ οὖσαν, κ. deest in *Medic.* B. male.

(9) Sic

ea, quae nunc a te mittatur: nullam porro tibi esse dicendi facultatem, cum libri, qui nunc in manibus sint, id non praestent. eloquentia vero, quam olim habueris, effluxerit. Haec vero persuadere conatus, tam pulchram & illam, de qua detrahis, epistolam fecisti, ut, qui aderant, lecta illa non exsultare non potuerint. Miratus itaque sum, quod ista priorem subvertere aggressus, dum isti priorem similem esse ais, posteriore priorem ornaveris. Hoc vero instituenti conveniebat posteriorem epistolam pejorem facere, ut de priore detraheretur. Tuum vero, puto, non erat, veritatem laedere. Laesa autem fuisset, si consulto scripsisses deteriora, neque iis, quibus vales, usus fuisses. Itaque tuum etiam fuerit, nec ea vituperare, quae laudare deceat, ne te illud ipsum inter Sophistas praecipitem agat, ex magnis exilia facere instituentem. Ceterum libris illis, quorum dictionem ais pejorem, sententiam vero praestantiorem esse, indulge, nec quisquam prohibuerit. Eorum autem, quae nostra semper sunt, & tua quondam erant, radices & manent apud te, &, quoad superstes eris, manebunt; nec ullum unquam tempus eas exscident, etiam si minime eas rigaveris.

τι (9) οὐδὲν, ἧς νῦν ἔπεμψας, βελτίω (10). ὅλως τε οὐδεμίαν εἶναι, παρὰ σοὶ λόγων δύναμιν, τῶν μὲν νῦν (11) ὄντων ἐν χερσὶ βιβλίων τοῦτο οὐ ποιούντων, ὧν δὲ εἶχες πρότερον λόγων ἐξερρυηκότων. Καὶ ταῦτα πείθειν ἐπιχειρῶν οὕτω καλὴν καὶ ταύτην ἣν λέγεις κακῶς (12), εἰργάσω τὴν ἐπιστολὴν, ὥσθ' οἱ παρόντες ἡμῖν (13) οὐκ εἶχον μὴ πηδᾷν ἀναγινωσκομένης. Ἐθαύμασα οὖν (14), ὅτι ταύτῃ τὴν προτέραν καθελεῖν ἐπιχειρήσας τῷ φάναι ταύτῃ τὴν προτέραν ἐοικέναι, ταύτῃ τὴν προτέραν ἐκόσμησας. Ἐχρῆν δὲ ἄρα τὸν τοῦτο βουλόμενον χείρονα (15) ποιῆσαι ταύτην ἐπὶ διαβολῇ τῆς πρόσθεν. ἀλλ' οὐκ ἦν, οἶμαι, σὸν, ἀδικῆσαι (16) τὴν ἀλήθειαν. ἠδίκητο (17) δ' ἂν, γράφοντος ἐξεπίτηδες φαυλότερα (18) καὶ οὐ χρωμένου τοῖς οὖσι. Τοῦ αὐτοῦ τοίνυν ἂν εἴη τὸ, μήτε ψέγειν, ἃ δίκαιον ἐπαινεῖν, ἵνα μή σε τὸ πρᾶγμα φέρον εἰς σοφιστὰς ἐμβάλῃ (19), πειρώμενον ταπεινὰ μεγάλα ποιεῖν. Βιβλίων μὲν οὖν, ὧν φὴς εἶναι μὲν χείρω τὴν λέξιν, ἀμείνω (20) δὲ τὴν διάνοιαν, ἔχε, καὶ οὐδεὶς κωλύει (21). Τῶν δὲ ἡμετέρων μὲν ἀεὶ, σῶν δὲ πρότερον, αἱ ῥίζαι μένουσί τε καὶ μενοῦσιν, ἕως ἂν ᾖς. καὶ οὐδεὶς μήποτε αὐτὰς ἐκτέμοι (22) χρόνος, οὐδ' ἂν ἥκιστα (23) ἄρδῃς (24).

LIBANIUS BASILIO.

Nondum mihi offensam remisisti, adeoque inter scribendum tremo. Quod si enim remisisti, quamobrem non scribis, vir optime? Sin autem adhuc tenes, quod tamen ab omni cordata mente, & tua quoque alienum est, quomodo, qui aliis praedicas, iram ad solis usque occasum servandam non esse, tu illam per multos soles servasti? Num forte poenam mihi infligere voluisti, mellita tua voce defraudans? Absit, ò generose: sed animo miti sis, &, ut aurea tua lingua perfruar, largiare.

MDLXXXVI. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΩι.

Οὔπω μοι τῆς λύπης ὑφῆκας, ὥστε με (1) μεταξὺ (2) γράφοντα τρέμειν (3). ἀλλ' εἰ μὲν ὑφῆκας, τί οὐκ ἐπιστέλλεις, ὦ ἄριστε; εἰ δὲ ἔτι (4) κατέχεις, ὃ πάσης (5) λογίας ψυχῆς καὶ τῆς σῆς ἐστιν ἀλλότριον, πῶς ἄλλοις κηρύττων (6), μὴ χρῆναι μέχρι δυσμῶν ἡλίου λύπην φυλάττειν (7) αὐτὸς ἐν πολλοῖς ἡλίοις ἐφύλαξας; ἢ τάχα ζημιῶσαί με προείλου (8), τῆς μελιχρᾶς σου φωνῆς ἀποστερῶν; μὴ σύ γε, ὦ γενναῖε, ἀλλὰ γενοῦ πρᾷος, καὶ δὸς ἀπολαῦσαι (9) τῆς παγχρύσου σου γλώττης.

BA- MDLXXXVII.

(9) Sic edit. *Basil.* & *Garner.* ex MSS. quibus adde *Cod. Nigrum.* (10) βέλτιον, *Medic.* B. (11) νῦν idem & *Cod. Strategi* male. (12) ita *Garner.* ex quinque codd. & edit. *Basil.* κακῶς Paris. edit καλῶς *Medic.* B. (13) ἡμῖν abest a *Cod. Strategi.* (14) ἐθαύμασα δ' οὖν, *Medic.* B. non male, ut referatur ad illos, quos Libanius sibi tum praesentes habebat. (15) ἀφορμὴν pro χείρονα, *Cod. Strategi.* (16) ἀδικεῖν, *Medic.* B. (17) ἠδικεῖτο, *Medic.* B. & *Coislin.* primus. (18) φαυλότερον. *Medic.* B. (19) φέρῃ ἢ σ. ἐμβάλῃ, *Medic.* B. eodem sensu. (20) ἀμείνω pro ἀμείνω, *idem*, male, quod patet ex *Basilii* epistola, νῦν μὲν ἀληθ. (21) κωλύοι, codd. quatuor non antiquissimi apud *Garner.* (22) ἐκτεμεῖ *Cod. Niger*: ἐκτέμῃ *Medic.* B. & *Coislin.* secundus. (23) ὡς ἥκιστα, *Cod. Strategi.* (24) ἀρδῇς, *Medic.* & *Cod. Niger.*

EP. MDLXXXVI. (1) με ex MSS. addidit quatuor *Garner.* Illis junge *Medic.* B. & *Codic. Nigr.* (2) μεταξὺ illud ita potius acceperim, ut non tam ad scriptionem ipsam, quam ad tempus referatur, quo Libanius, adhuc dubius, quid de Basilii in se animo statuere debeat, scribat. Conf. *Joh.* IV. 31. (3) τρέμοντα γράφειν. Ita codd. tres vetustissimi apud *Garnerium*: adde illis *Medic.* B. & *Cod. Nigrum.* Hanc lectionem praetulerim, quae & meam τοῦ μεταξὺ interpretationem confirmat. Verterim itaque, *ut interim tremens scribam.* (4) εἰ δέ τι, *Cod. Niger*, non male, nisi sub κατέχειν intelligere malis ἀπὸ κοινοῦ vocem λύπην. (5) ὅπερ pro ὃ πάσης, *Medic.* B. & *Codex Niger*, non male. (6) Non dubito, nostrum alludere ad 1 *Cor.* IX. 27. ἵνα μὴ ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γίνωμαι. Et sic firmaretur lectio ibi recepta, quam *Pet. Faber* praeter rem sollicitavit, ἄλλους κηρύσσων legendum esse contendens. Confer, si placet, *Curas* meas ad l. c. (7) Vult omnino illa S. *Pauli* verba *Ephes.* IV. 26. ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. Ex his itemque aliis locis patet, Libanium sacros Novi Instrumenti libros evolvisse. (8) Post haec in editis ista leguntur τιμωρῆσαί με βούλει. Sed illa recte omisit *Garnerius*, cum in codice nullo legantur. Glossematis itaque loco sunt habenda, quod ad marginem olim scriptum deinde in contextum irrepsit. Scilicet ζημιοῦν idem est, quod *mulctare*, *poenam infligere.* Confer nos ad *Matth.* XVI. 26. (9) Ita sex codd. MSS. apud *Garnerium*: illis adde *Cod. Nigrum* & *Medic.* B. Editi ἀπολαύειν.

MDLXXXVII. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΛΙΒΑΝΙΩι. (1)

Οἱ περὶ τὸ ῥόδον ἔχοντες, ὡς τοὺς φιλοκάλους εἰκὸς, οὐδὲ πρὸς αὐτὰς τὰς ἀκάνθας, ὧν τὸ ἄνθος ἐκφύεται, δυσχεραίνουσι. καί τινος (2) ἤκουσα τοιοῦτόν τι περὶ αὐτῶν παίζοντος τάχα ἢ (3) καὶ σπουδάζοντος, ὅτι καθάπερ ἐρωτικά τινα κνίσματα (4) τοῖς ἐρασταῖς τὰς λεπτὰς ἐκείνας ἀκάνθας ἡ φύσις τῷ ἄνθει προσέφυσε, πρὸς μείζονα πόθον τοῖς εὐπλήκτοις (5) κέντροις τοὺς δρεπομένους ὑπερεθίζουσα. Τί δή μοι βούλεται (6) τὸ ῥόδον τοῖς γράμμασιν ἐπεισαγόμενον; πάντως οὐδὲν δεῖ σε (7) διδαχθῆναι τῆς ἐπιστολῆς μεμνημένον (8) τῆς σῆς, ἣ τὸ μὲν ἄνθος εἶχε τὸ ῥόδον, ὅλον ἡμῖν τὸ ἔαρ τῇ εὐγλωττίᾳ (9) διαπετάσασα, μέμψεσι δέ τισι καὶ ἐγκλήμασι καθ' ἡμῶν ἐξηκάνθωτο. Ἀλλ' ἐμοὶ τῶν σῶν λόγων καθ' ἡδονήν ἐστι καὶ ἡ ἄκανθα, πρὸς (10) μείζονα πόθον τῆς φιλίας ἐκκαίουσα.

BASILIUS LIBANIO.

Qui in rosam ita affecti sunt, ut pulchri studiosos decet, ne ipsas quidem spinas, ex quibus flos nascitur, graviter ferunt. Audivi ego aliquem, qui ejusmodi aliquid vel joco fortasse, vel serio de rosis diceret, naturam scilicet, veluti amatorios quosdam pruritus amantibus, ita tenues illas spinas rosae junxisse, ut ad majus desiderium innexis apte aculeis exstimularet decerpentes. Sed quid sibi vult rosa literis his intexta? Nihil prorsus necesse est, te id doceri, si epistolae tuae memineris. Illa enim florem quidem habebat rosae, ver totum disertissima lingua nobis expandens, sed querelis quibusdam & expostulationibus adversus nos spinas referebat. Interim vel spina orationis tuae voluptatem mihi adfert, ad majus amicitiae desiderium inflammans.

MDLXXXVIII. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΩι (1).

Εἰ ταῦτα γλώττης ἀργοτέρας, τίς ἂν εἴης αὐτὴν ἀκονῶν; σοὶ μὲν γὰρ (2) ἐν τῷ στόματι λόγων οἰκοῦσι πηγαὶ κρείττους νεμάτων ἐπιῤῥοῆς (3). ἡμεῖς δὲ (4) εἰ μὴ καθ' ἡμέραν (5) ἀρδοίμεθα, λείπεται τὸ σιγᾷν.

LIBANIUS BASILIO.

Si ista sunt linguae incultae, qualis esses, illam si acueres? In ore enim tuo eloquentiae resident fontes rivulorum fluentis abundantiores; nos vero nisi quotidie irrigemur, superest silentium.

MDLXXXIX. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΛΙΒΑΝΙΩι.

Τὸ μὴ συνεχῶς με γράφειν πρὸς τὴν σὴν παίδευσιν (1), πείθουσι τό, τε δέος καὶ ἡ ἀμαθία. Τὸ δέ σε καρτερικώτατα σιωπᾷν, τί τῆς μέμψεως ἐξαιρήσεται (2); Εἰ δέ τις λογίσαιτο τὸ καὶ ἐν λόγοις σε βιοῦντα ὀκνεῖν (3) ἐπιστέλλειν, καταψηφιεῖταί σου λήθην τὴν πρὸς ἡμᾶς. ᾧ γὰρ τὸ λέγειν πρόχειρον, καὶ τὸ ἐπιστέλλειν οὐκ ἀνέτοιμον. ὁ δὲ ταῦτα κεκτημένος, εἶτα σιγῶν, εὔδηλον, ὡς ὑπεροψίᾳ ἢ λήθῃ τοῦτο ποιεῖ. Ἐγὼ δέ σου (4) τὴν σιωπὴν ἀμείψομαι προσρήσει. Χαῖρε τοίνυν, τιμιώτατε, καὶ γράφε (5), εἰ βούλοιο. καὶ μὴ γράφε, εἰ τοῦτό σοι προσφιλές.

BASILIUS LIBANIO.

Ut ad eruditionem tuam non continenter scribam, timor quidam & imperitia suadent. Quod vero tu pertinaciter siles, quomodo tandem a reprehensione immunem te praestiterit? Si quis expendat, te in literis viventem, ad scribendum tardum & ignavum esse, idem oblivionem nostri tibi imputabit. Nam cui dicere in promtu est, is nec ad scribendum fuerit imparatus. Haec autem qui habet, & vel sic silet, eum vel ex contemtu, vel ex oblivione ita agere manifestum est. Ego interim silentio tuo salutationem rependam. Salve itaque, vir eximie, & scribe, si volueris; imo nec scribas, si hoc placuerit.

MDXC. L. I.

EP. MDLXXXVII. (1) Non crediderim, epistolam hanc Basilii ad superiorem illam Libanii, instar responsoriae pertinere; quemadmodum nec Libanii illa Basilii superiori satis convenit. Hinc consequitur, plures ab utroque invicem scriptas fuisse, quam quae hodie exstant. (2) τινος, *Medic*. B. pro τινός. Quis ille sit, cui haec se debere profitetur Basilius, frustra adhuc quaesivi. Putabam *Anacreontem* in elegantissimo de rosa carmine quod exstat n. LI. aliquid ejusmodi cecinisse: sed falsum me fuisse intellexi. (3) ἢ τάχα που, *Medic*. (4) de voce κνίσμα & κνισμός vide *Spanhemium* ad *Aristophanis* Plutum v. 975. (5) Sic editi, convenienter. Codices inter se dissentiunt. Regius primus habet ἀπλήκτοις, & sic *Medic*. B. ἀπλέκτοις, *Coislin*. primus: ἀπεχθίστοις Reg. secundus, & *Coislin*. secundus. (6) Ita scribo cum *Medic*. B. Editi τί μοι δὴ βούλεται. *Garner*. τί βούλεταί μοι, sine δή. (7) πάντως οὐδέν σε χρὴ *Medic*. B. (8) μεμνημένος, *idem*. (9) Sic *Garner*. ex sex MSS. quibus addo *Medic*. B. Editi τῇ εὐγλωττίᾳ. (10) εἰς *Medic*. B.

EP. MDLXXXVIII. (1) Hanc epistolam responsoriam esse putem ad Basilii aliam, qua responderit ad illam Libanii, quae hic n. 1585. exstat. In calce enim ejus *Libanius* ait, Basilium retenturum esse literarum & eloquentiae radices, si vel maxime eas non irriget. Ad haec videtur Basilius regessisse, linguam suam omnino esse ἀργοτέραν. Obvertit jam Libanius se, nisi quotidie rigetur, mox taciturum. (2) σοὶ μὲν γὰρ, *Harleianus* & *Anglican*. (3) ἐπιῤῥοῆς deest in *Medic*. & *Coislin*. secundo apud *Garner*. Est vero in *Medic*. B. (4) ita *Garner*. ex sex MSS. ἡμῶν δὲ editi, aeque recte, modo illud ἡμῶν referatur ad verbum λείπεται. Atque hoc malim ego. (5) ἦμαρ, *Medic*. B. pro ἡμέραν.

EP. MDLXXXIX. (1) ἀπαίδευσιν, *Medic*. B. male. De hac salutandi ratione vide nos supra ad ep. 1582. n. 6. (2) ἐξαιρεῖται, *Medic*. B. (3) τὸ ὀκνεῖν, *idem*. (4) σοι, *idem*. (5) γράφειν *idem* & mox iterum.

LIBANIUS BASILIO.

Magis mihi vindiciis opus esse arbitror, quod non pridem ad te scribere inceperim, quam nunc excusatione, quod scribere incipiam. Ego enim ille sum, qui accurrebam, quoties conspiciendum te praeberes, & libentissime aures praebebam linguae tuae flumini, teque dicente delectabar, & aegre discedens ad amicos dicebam: hic vir tanto praestat Acheloi filiabus, quanto magis demulcet quidem, ut illae, nec tamen, ut illae, laedit. Et sane parum est, non laedere, imo vero illius cantilenae lucrum afferunt audienti. Cum igitur ita de te sentiam, meque diligi à te existimem, & dicendi facultate praeditus videar, scribere non audere, extremae fuerit inertiae, simulque hominis se ipsum punientis. Liquet enim, te parvam meam & vilem epistolam pulchra aliqua & grandi remuneraturum esse, cauturumque adeo, ne me iterum offendas. Multos quidem arbitror ad hoc verbum vociferaturos, & epistolam hanc cingentes exclamaturos esse: *Basilius* ne injuriam vel levem intulit? Ergo & Minos, & Aeacus, & hujus frater. Ego te cetera quidem victorem esse largior. Quis enim te vidit, & non invidit? Unum tamen in nos peccasti, quod dum in memoriam tibi revoco, fac quaeso, ne indignabundi illi vociferentur. Nemo est, qui te conveniens, & beneficium petens, quod dari facile possit, voto frustratus abierit. Atqui ego ex petentibus fui, non item accipientibus. Quid vero postulavi? Cum saepe tecum apud *Strategium* versarer, optavi, ut sapientiae tuae ope in *Homerici* furoris profunda penetrarem. Quod

MDXC. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΩ. (1)

Μᾶλλον ὅτι μὴ πάλαι σοι γράφειν ἠρξάμην, οἶμαί μοι (2) δεῖν ἀπολογίας, ἢ νῦν παραιτήσεως, ὅτι (3) τοῦτο ποιεῖν ἠρξάμην. Ἐγὼ γὰρ ἐκεῖνος ὁ προσθέων (4), ὁπότε (5) φανείης, καὶ ὡς ἥδιστα ὑπέχων τὰ ὦτα τῷ ῥεύματι τῆς γλώττης, καὶ λέγοντος εὐφραινόμενος καὶ μόλις ἀπαλλαττόμενος, καὶ πρὸς τοὺς ἑταίρους λέγων, ὡς οὗτος ἀνὴρ τοσούτῳ κάλλιον τῶν Ἀχελώου θυγατέρων (6), ὅσῳ θέλγει μὲν ἧττον (7) ἐκείνων, βλάπτει δὲ οὐχ ὥσπερ ἐκεῖναι. καὶ μικρόν γε τὸ μὴ βλάπτειν. ἀλλ' ὅτι (8) τὰ τοῦδε μέλη κέρδος τῷ δεξαμένῳ. Τὸν οὖν οὕτως ἔχοντά με γνώμης (9), νομίζοντα δὲ καὶ φιλεῖσθαι, λέγειν δὲ δοκοῦντα δύνασθαι (10) μὴ τολμᾶν ἐπιστέλλειν, ἐσχάτης ἀργίας, καὶ τοῦτ' ἂν εἴη ἅμα ζημιοῦντος αὐτόν. Δῆλος γὰρ, ὡς ἀμείψῃ μου τὴν ἐπιστολὴν (11) τὴν μικρὰν καὶ φαύλην καλῇ τε καὶ μεγάλῃ, καὶ φυλάξῃ δήπου, μή με καὶ δεύτερον ἀδικῇς. Οἶμαι γὰρ (12) πολλοὺς βοήσεσθαι πρὸς τὸ ῥῆμα καὶ περιστήσεσθαι τὰ γράμματα (13) κεκραγότας. Βασίλειος (14) ἠδίκηκέ τι. κἂν σμικρόν; οὐκοῦν καὶ Αἰακὸς, καὶ Μίνως, καὶ ὁ τούτου δὲ (15) ἀδελφός. Ἐγὼ δέ σε τῇ μὲν ἄλλῃ (16) νενικηκέναι συγχωρῶ (17). Τίς δὲ ἰδών τέ σε καὶ οὐ φθονεῖ. Ἓν δέ τί σοί φημι (18) ἡμαρτῆσθαι πρὸς ἡμᾶς, κἂν (19) σε τοῦτ' ἀναμνήσω, ποίει τοὺς ἀγανακτοῦντας μὴ βοᾶν. Οὐδείς σοι προσελθὼν, καὶ χάριν ἐπαγγείλας (20), ἣν δύναιο ῥᾷστον, ἀτυχὴς (21) ἀπῆλθεν. Εἰμὶ τοίνυν (22) τῶν χάριν αἰτησάν-

EP. MDXC. (1) Epistola haec & in editis & in Codicibus, si unum exceperis, omnibus Basilio inscribitur. Ad illum vero datam non esse, multa sunt, quae evincant. Scribit enim noster ad illum, cum quo familiarissime olim sit versatus, & inprimis apud *Strategium* amplis muneribus perfunctum, & tandem Praetorio Praefectum. Neutrum in Basilium cadit, nec hujus ad *Strategium* ulla exstat epistola. Testatur etiam, se Homericum aliquid ipsi exponendum proposuisse, quod adversus Basilium facturus, puto, non erat. Et qui tandem amici illi esse poterant, qui Libanium à Basilio offendi non posse dicerent? Itaque doctissimus *Garnerius* recte in tantum ad hanc epistolam provocavit, ut ostenderet, illam quidem ad Basilium scribi à Libanio non potuisse. De eo plura in praefatione. Quis vero tandem erit, ad quem scripta censeri debeat? *Bassianus* is est. Argumento est primum quidem inscriptio, qualis habetur in Codice *Reg. max. Paris.* Ibi enim nomen ejus, ad quem exarata est, per compendium ita exprimitur, ut post βασι appareat ι superius scriptum & ductu aliquo circumflexo munitum. Itaque legendum est Βασιανῷ. Pone jam, etiam in aliis quibusdam codd. similem scriptionem obtinuisse, fierine facili opera potuit, ut librarii, quibus *Basilii* nomen magis, quam *Bassiani* vel *Basiani* cognitum erat, nec praeterea obscurum, Libanii plures ad Basilium epistolas exstare, *Basilii* illud nomen praecipites inveherent? Accedit praeterea, sex omnino nostri ad Bassianum epistolas in his exstare, ex quibus constat, eum valde ipsi familiarem fuisse. Imo aut valde ego fallor, aut epistola 1374. ad ipsum illud de quo hic agitur, argumentum spectat. In illa enim Libanius Bassiano scribit, se accepisse epistolam ejus excusatoriam, & jam penitus esse conciliatum. Id vero ego acceperim de illa Bassiani epistola quam ad hanc nostram Libanii rescripsit. Mirum itaque est, errorem hunc codices adeo omnes, si unum illum exceperis, occupare potuisse. Ita v. c. *Mutin.* A. *Voss. Ambros.* N. *Codex Niger*, *Basilio* clare inscribunt, & *Vatic.* A. Βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ, ubi tamen τῷ μεγάλῳ a manu recente accessit. Nec diligentissimus *Garnerius* ullius meminit codicis, in quo aliter scriptum fuerit. Ex ipsis tamen illis Codd. juvat nos nonnihil *Medic.* B. qui epistulas has ἀμοιβαίως ordine suo junctas exhibens, nostram hanc non complectitur. In eodem *Medic.* fere semper pro Βασίλειος & Βασιλείῳ scribitur Βασιλεὺς & Βασιλεῖ. (2) με, *Cod. Niger.* (3) Ita *Garner.* ex sex Codd. recte; editi ὅτε. (4) προσθεῖν, *Reg. max. Voss.* & *Cod. Niger.* (5) εἶναι, *Cod. Niger.* (6) Illae sunt Sirenes, de quibus quid veteres tradiderint, constat. (7) ἧττον habent codices tres. (8) ita *Garner.* ex MSS. octo, quibus addo *Cod. Nigrum.* Editi ὧδε. (9) οὕτω μὲν γνώμης ἔχοντα με, & sic *Cod. Niger*, sed sine δέ. (10) δύνασθαι addidi ex *Reg. max.* & *Voss.* quod male deest in editis, etiam apud *Garnerium.* Sine eo vero sensus hiat. Hinc Interpres Paris. ed. 1638. *si videar dicere*, quod recte emendavit *Garnerius*, sed praeter contextum. (11) ταυτηνὶ addit *Reg. max.* non male. (12) sic ex septem Codd. *Garnerius*: illis addo *Cod. Nigrum.* Editi οἶμαι γὰρ. *Reg. max.* οἶμαι simpliciter. (13) sic scribo cum *Voss.* & *Reg. max.* *Editi*, & cum his *Garnerius* πρὸς τὰ πράγματα, sine sensu, qui ex nostra lectione satis est apertus. Libanius enim de illis loquitur, quibus Basianus epistolam hanc, facta quasi corona, ostensurus sit, quique miraturi sint, quod Basianum se offendisse dicat. (14) scribendum hic fuerit Βασιανὸς, si rata habeas, quae paulo ante monui. (15) οὗτος γε, *Reg. max.* (16) Post ἄλλῃ, *Reg. max.* & *Voss.* habent πάσῃ. (17) συγχαίρω *Reg. max.* & *Voss.* sed hic ex emendatione recente συγχωρῶ quod & *Codex Niger* habet. (18) φημὶ ex *Cod. Nigro* addidi sensu ipso postulante, quamvis in editis omnibus desit. (19) κἂν, *Cod. Niger.* (20) ἀπαγγείλας, *Reg. max.* *Reg.* secundus & *Coislin.* secundus male, αἰτήσας, *Codex Niger* ex interpretamento. (21) ἀτυχήσας, *Reg. max.* & *Voss.* rectius. (22) τοίνυν ἐγὼ, editi: ἐγὼ omittit *Garner.* praeeuntibus septem codd. Illis accedit *Cod. Niger*, qui ita habet; Τοίνυν καὶ αὐτὸς τῶν χάριν αἰτησάντων μὲν οὖν δέ.

(23) Ita

τησάντων μὲν, ὑπολαβόντων δέ. Τί οὖν ἦτουν; πολλάκις ἐν Στρατηγίου (23) σοι συγγενόμενος ἠβουλήθην διὰ τῆς σοφίας (24) εἰς τὸ βάθος τῆς Ὁμήρου μανίας (25) εἰσελθεῖν. Εἰ δὲ τὸ πᾶν οὐ δυνατὸν ἔφην (26), σὺ δὲ ἀλλ' εἰς μέρος ἡμᾶς εἰσάγαγε (27) τοῦ κλήρου. μέρους δὲ ἐπεθύμουν, ἐν ᾧ τῶν Ἑλλήνων κακῶς πεπραχότων (28), ὃν ὕβρισεν Ἀγαμέμνων, ἐθεράπευε (29) δώροις (30). Ταῦτ' ἐμοῦ λέγοντος ἐγέλας (31), ἀρνεῖσθαι μὲν οὐκ ἔχων ὡς οὐκ ἂν δύναιο βουληθεὶς· δωρήσασθαι (32) δὲ οὐκ ἐθέλων. Ἆρ' οὖν σοι καὶ τοῖς ἀγανακτοῦσιν (33), ὅτι σε ἔφην ἀδικεῖν, ἠδικῆσθαι (34) δοκῶ;

Quod si, ajebam, totum id perfici non potest, tu tamen in partem fortis nos deducas. Eam vero partem volebam, ubi, cum Graeci adversa fortuna uterentur, Agamemnon illum ipsum, quem contumelia affecerat, muneribus placavit. Haec, dicente me, ridebas, qui negare quidem non posses, posse te si velles, sed tamen nolles gratificari. Num igitur & tibi & illis, qui indignantur, quod inferre te injuriam dixerim, injuria affici ego videor?

MDXCI. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙῼ.

Εἰ μέν τι περὶ τοὺς λόγους τοῖς νέοις (1), οὓς ἔπεμψας, προσεθήκαμεν, αὐτὸς κρινεῖς. Ἐλπίζω (2) δὲ αὐτὸ, κἂν μικρὸν ᾖ, μεγάλου λήψεσθαι δόξαν, διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλίαν (3). ὃ δὲ πρὸ τῶν λόγων ἐπαινεῖς τὴν σωφροσύνην (4), καὶ τὸ μὴ παραδοῦναι τὰς ψυχὰς ταῖς οὐ καλαῖς ἡδοναῖς, πάνυ τούτου πεποίηνται πρόνοιαν (5), καὶ διήγαγον, ὡς εἰκὸς ἦν τοῦ πέμψαντος μεμνημένους (6). Δέχου δὴ τὰ σαυτοῦ, καὶ ἐπαίνει τοὺς σέ τι κἀμὲ τῷ τρόπῳ κεκοσμηκότας. Παρακαλεῖν δέ σε πρὸς τὸ βοηθεῖν ὅμοιον ἂν εἴη τῷ, πατέρα παισὶ παρακαλεῖν βοηθεῖν.

LIBANIUS BASILIO.

An iis, quos miseras, adolescentibus, aliquid ad dicendi facultatem contulerimus, ipse tu existimabis. Spero autem, id ipsum, quamvis parvum sit, ob tuum in nos amorem magnum visum iri. Quod autem temperantiam & animum a pravis voluptatibus liberum laudas magis, quam facundiam, id omnino curarunt, atque vitam ita egerunt, ut illius, a quo missi erant, non immemores agere par erat. Accipe itaque tuos, & lauda eos, qui & te & me moribus suis condecorarunt. Adhortari autem te ad opem, illis ferendam, idem foret, ac patrem hortari ad opem liberis praestandam.

MDXCII. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙῼ.

Πᾶς μὲν ἐπίσκοπος πρᾶγμα δυσγρίπιστον (1). σὺ δὲ ὅσῳ τοὺς ἄλλους παρελήλυθας λογιότητι, τοσούτῳ καὶ φόβον μοι (2) παρέχεις, μήπως ἔξαρνος τῆς πρὸς τὴν αἴτησιν. καὶ πάνυ δὴ στρωτήρων (3) δέομαι, κάμακας δ' ἂν ἢ χάρακας ἄλλος εἴποι σοφιστὴς, οὐ χρήζων, ἀλλὰ τοῖς ῥηματίοις ἐγκαλλωπιζόμενος, ἢ τῆς χρείας γενόμενος. ἐγὼ δὲ, εἰ μὴ σὺ παράσχοις, ὑπαίθριος διαχειμάσω.

LIBANIUS BASILIO.

Omnis quidem episcopus is est, à quo emolumenti aliquid vix exspectetur; tu vero, quanto alios doctrina superas, tanto etiam majorem mihi timorem incutis, ne petita mihi deneges. Nam tignis mihi opus est: perticas autem aut palos alius aliquis Sophista dixisset, non quidem iis indigens, sed voculas ostentans potius, quam necessitati obnoxius. Ego vero, nisi tu largiaris, sub dio hiemabo.

(23) ita clare *Voss. Reg. max.* & *Cod. Niger*, edit. *Basil. Coislin.* primus, *Harleian.* & *Reg.* primus, i. e. ἐν Στρατηγίου οἴκῳ. Recte omnino: indicatur enim domus *Strategii*, ad quem plures nostri exstant epistolae. Edit. *Paris.* 1638. ἐν στρατηγίῳ, *Garnerius* ἐν στρατηγίῳ i. e. ut vertit, *in Praetorio*. Ita vero ait habere codd. duos. (24) ἠβουλήθην ἰδεῖν διὰ σοῦ εἰς τὸ, *Cod. Niger*. Nostrum illud habent codd. septem & edit. *Basil.* ἰδεῖν autem edit. *Paris.* 1638. *Reg. max.* & *Voss.* (25) Pro μανίας *Combefisius* legi volebat μαντείας i. e. *divinationis*, sed repugnant codd. omnes, nec favet ulla ratio, quod recte monuit *Garnerius*: μανία furorem poëticum seu enthusiasmum hic infert. (26) ἔφην addidi ex *Reg. max.* & edit. Paris. 1638. quod sensus postulat, quamvis desit in septem codd. & edit. *Basil.* (27) εἴσαγε, *idem*. (28) Ita *Garnerius* cum omnibus, ut ait, MSS. At *Reg. max.* habet πεπραγότων, quod & editi exhibent. (29) Sic editi; at sex codd. habent θεραπεύων, indice *Garnerio*. θεραπεύει, *Medic.* quidam ab eodem allatus, & *Reg. max.* (30) Achillem scilicet. Rem narrat *Homerus* Iliad. *l.* v. 115. (31) ἐγέλας, *Cod. Niger*. (32) δωρεῖσθαι, *Reg. max.* (33) ἀγανακτοῦσιν, *Cod. Niger*. (34) Editi, & *Reg. max.* ἀδικεῖσθαι, *Ambros.* N. 2. *Garnerius* ex *Harleian. Medic.* quodam & *Coislin.* primo ἀδικεῖσθαι. Malui receptiorem lectionem tenere: de illa enim injuria heic agitur, qua Libanius pridem erat affectus.

F. P. MDXCI. (1) Fortasse hi juvenes bini illi sunt, quos Basilius miserat cum epistola, quae supra n. 1582. exstat. Ceterum περὶ τοὺς λόγους deest in *Ambros.* T. 5. cum quo *Medic.* D. & E. & *Benzel.* A. conspirant. (2) ἐλπίζων, *Ambros.* (3) τοῦ φίλου, *Benzel.* A. (4) Haec aliter ita *Ambros.* & *Benzel.* A. ἃ δὲ μάλιστα παρόντος τούτου ἐπαινεῖς, καὶ τὸ, fortasse rectius, & structurae vocum convenientius. (5) πεποίηνται πρόνοιαν, *Medic.* à Garnerio allatus. (6) ὡς εἰκὸς, τοῦ πέμψαντος μεμνημένους, *Ambros.* Et sic quoque editi. & *Benzel.* A. μεμνημένοις *Garnerius* maluit ex duobus codd. *Coisl.* & *Reg.* secundo, imo & *Medic.* qui legit μεμνημένοι *Anglican.* quidam habet τοῦ τὸ πέμψαντος, non male.

F. P. MDXCII. (1) Edit. *Basil.* utraque δυσγρίπιστον, ut & *Coislin.* primus: ceteri codd. & editi quoque rectius δυσγρίπιστον. Vide de hac voce *Salmasium* de Modo Usurarum p. 353. Derivandam illam ait esse a γρῖπος *rete*, unde γριπίζειν, *piscari*, & γριπεὺς *piscator*: at per tralationem pro *capere*; ex quo δυσγρίπιστος. *avarus* & *tenax*. & γριπεὺς *rapax*. Conf. *Casaubonum* ad Athenaeum XV. 7. ubi monet, non exstare vocem hanc apud Scriptorem, Libanio antiquiorem, eamque ante hoc saeculum ea saltem notione incognitam fuisse, exstare autem apud *Nicetam Choniatem*. (2) τοσοῦτον μοι καὶ φόβον, *Medic.* B. non male. (3) Vide *Valesium* ad *Harpocrationem* hac voce.

BASILIUS LIBANIO.

SI γριπίζειν illud idem valet atque lucrari, & hanc significationem habet vox illa, quam ex *Platonis* penetralibus ars tua Sophistica nobis exhibuit, expende, vir eximie, utri sint tenaciores: utrum nos, qui per tuam scribendi facultatem adeo depressi sumus, an gens Sophistarum, quorum ars est, ex eloquentia quaestum facere. Quis tandem Episcoporum tributum imposuit audiendis orationibus? quis discipulos vectigales constituit? Vos estis, qui eloquentiam venalem proponitis, velut mellis coctores mellitas placentas. Videsne, quod me etiam senem ad exsultandum permoveris? Interim ego tibi in declamationibus ambitiose versanti tot tigna commodari jussi, quot milites ad Thermopylas pugnaverunt, singula longa & secundum *Homerum* tuum, spatiosam umbram efficientia, quae sacer Alpheus se restituturum esse promisit.

LIBANIUS BASILIO.

Non desines, *Basili*, sacrum hoc Musarum domicilium replere Cappadocibus, iisque griten nivemque & cetera illius regionis bona redolentibus. Parum vero abest, ut me etiam Cappadocem effecerint, semper mihi illud: *adoro te*; occinentes. Attamen ferendum est, *Basilio* ita jubente. Scito igitur, me regionis quidem mores diligenter investigare, homines vero illos nobili & concinno Calliopes meae habitu ita ornaturum esse, ut pro palumbis columbae vobis aliquando videri possint.

BASILIUS LIBANIO.

Sublata tibi est animi aegritudo: hoc enim sit epistolae exordium. Tu vero ride & vellica res nostras, sive jocans, sive serio. Cur vero nivis vel gritae mentionem fecisti, cum dicteriis in nos conjectis indulgere tibi liceret? Ego vero,

MDXCIII. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΛΙΒΑΝΙΩι.

Εἰ τὸ κερδαίνειν τοῦτο γριπίζειν (1) λέγεται, καὶ ταύτην ἔχει τὴν σημασίαν ἡ λέξις, ἣν ἐκ τῶν Πλάτωνος ἀδύτων ἡ σοφιστική σου (2) ἡμῖν προεχειρίσατο, σκόπησον, ὦ θαυμάσιε, τίς μᾶλλόν ἐστι δυσγρίπιστος; ἡμεῖς, οἱ οὕτω διὰ ἐπιστολιμαίας δυνάμεως (*) ἀποχαρακωμένοι (3), ἢ τὸ τῶν σοφιστῶν γένος, οἷς τέχνη τὸ τιμωλεῖν τοὺς λόγους ἐστί; τίς τῶν ἐπισκόπων τοὺς λόγους ἐφορολόγησε (4); τίς τοὺς μαθητευομένους μισθοφόρους κατέστησεν; ὑμεῖς (5) οἱ προτιθέντες τοὺς λόγους ὤνια (6) ὥσπερ οἱ τοῦ μέλιτος ἑψηταὶ τὰ μελίπηκτα (7). Ὁρᾷς ὡς καὶ (8) τὸν γέροντα ἀποσκιρτᾷν παρεκίνησας; Ἐγὼ δέ σοι τῷ ταῖς μελέταις ἐμπομπεύοντι ἰσαρίθμους (9) τοῖς ἐν Θερμοπύλαις ἀγωνιζομένοις στρατιώταις στρωτῆρας (10) χρησθῆναι προσέταξα, ἅπαντας εὐμήκεις, καὶ κατὰ τὸν σὸν Ὅμηρον δολιχοσκίους (11), οὓς ὁ ἱερὸς Ἀλφαιὸς (12) ἀποκαταστήσειν κατεπηγγείλατο.

MDXCIV. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΩι.

Οὐ παύσῃ, Βασίλειε, τὸ ἱερὸν τοῦτον τῶν Μουσῶν σηκὸν (1) μεστὸν ποιῶν Καππαδοκῶν, καὶ ταῦτα ἀποζόντων (2) γρίτης (3) καὶ χιόνος (4), καὶ τῶν ἐκεῖθεν καλῶν; μικροῦ δέ με καὶ Καππαδόκην ἔθηκαν, ἀεί μοι τὸ προσκυνῶ σὲ (5) προσᾴδοντες. Δεῖ δὲ ὅμως ἀνέχεσθαι Βασιλείου κελεύοντος. Ἴσθι τοίνυν, ὡς τῆς μὲν χώρας τοὺς τρόπους (6) ἐξακριβάζω (7), τὴν δὲ εὐγένειαν καὶ τὸ ἐμμελὲς (8) τῆς ἐμῆς Καλλιόπης μεταμφιάσω τοὺς ἄνδρας, ἵν᾽ ὀφθεῖεν ὑμῖν (9) ἀντὶ φασσῶν περιστεραί.

MDXCV. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΛΙΒΑΝΙΩι (1).

Λέλυταί σοι τὸ δύσθυμον. τοῦτο γὰρ ἔστω τῆς ἐπιστολῆς τὸ προοίμιον. σὺ δὲ σκῶπτε καὶ διάσυρε τὰ ἡμέτερα, εἴτε γελῶν εἴτε σπουδάζων (2). Τί δὲ χιόνος ἢ γρίτης ἐμνημόνευσας, παρὸν ἐντρυφᾶν ἡμῶν τοῖς (3) σκώμμασιν; Ἐγὼ

EP. MDXCIII. (1) Vid. ep. 1591. not. 1. & *Isaac. Casaubonum* ad Athaeneum XV. 7. (2) σὺ, *Medic.* B. (*) ἐπιστολιμαίαν δυνάμεων, *Medic.* B. (3) *Antoninus Liberalis* in Metamorphos. eodem verbo utitur: καὶ ὁ λέων ὑπὸ λιμοῦ τροφῇ ταύτῃ χρησάμενος ἀποχαρακώθη ὑπὸ τοῦ οἴνου i. e. *à vino est depositus*, ut interpretatur *Salmasius* ad Vopiscum in Scriptoribus Hist. Aug. Tom. II. p. 767. hac addita verbi ratione: χαρακῶσαι est *munire*, cujus contrarium ἀποχαρακῶσαι, *vallum rumpere & exscindere munimentum*. *Basilius* verbo illo in hac causa utitur, alludens ad vocem χάρακας, quos mitti sibi volebat *Libanius*. (4) ἐφιλονίκησε, *Medic.* B male. (5) ὡς ὑμεῖς, *Harlaeanus*. (6) ὤνιος ex voce ὦνος *pretium*, de qua *Salmasius* de Usuris p. 21. & 376. (7) Vide Interpretes ad Diogenis Laërtii VI. 44. (8) καὶ abest a *Medicco*. (9) Trecentos illos fuisse veteres tradunt. Ita noster in *Vita* sua p. 3. meminit τῶν ἐν Πύλαις τριακοσίων. (10) σωτῆρας, *Medic.* B. (11) Voce hac frequenter utitur *Homerus* v. c. Iliad. γ. v. 346. & 355. &c. (12) Ita *Garnerius* ex *Regio secundo*, haec addens: *Non illepide auctor epistolae fluvium obstringit restituendi promisso, ut gratuito a se dari ostendat.* Editi habent ὁ ἱερὸς Διόνυσος, excepta ea *Basil.* prima, ubi est Εὐάδιος. *Coislin.* primus & *Medic.* ὁ ἱερὸς δ᾽ ἀποκαταστήσειν. Quatuor alii ὁ ἱερὸς ἀποκαταστήσειν, quibus accedit *Medic.* B. *Harlaeanus* ὁ ἱερὸς Εὐάδιος. Retinui *Garneris* lectionem, quippe quae convenientissima vel verisimilior ceteris illis videatur. Rectius tamen scribetur Ἀλφειός. Ita enim eum aliis veterum appellat HOMERUS Iliad. λ. v. 730. Ἔνθεν ἱκόμεσθ᾽ ἱερὸν ῥόον Ἀλφειοῖο. Ad illum locum Eustathius p. 832. ed. Basil. ostendit cur ἱερὸς appelletur; atque hinc puto factum, ut *Eustathii* nomen irreperet; quem forte ad marginem aliquis citaverat.

EP. MDXCIV. (1) De hujus vocis notionibus lege *Valesium* ad Harpocrationem, voce σηκὸς, Ellisium in Fortuitis ἀνωνύμως editis p. 105. & *Georg. Arnaldum* in Specimine Animadversionum p. 3. (2) ἀπὸ ζόντων, *Medic.* (3) Vocem hanc apud Lexicographos & alias frustra quaero, nec, quid sibi velit, dixero. (4) Sic *Garnerius* ex septem MSS. Editi χιόνων. Cod. Niger χιόνα. *Libanius* nivis meminit, quia hyberno tempore Cappadoces illi advenerunt. Id patet ex epistola sequente. (5) Vel familiaris haec Cappadocibus dicendi formula fuit; vel Christianos homines illos fuisse noster subindicat, quibus haec compellatio in sacris sit recepta. Σοὶ pro σε habent editi: hoc autem septem MSS. quibus addo *Cod. Nigrum.* (6) τόπους, *idem.* (7) sic editi, at *Basil.* edit. & quinque MSS. ἐξακριβάζων *Harlaean.* ἐξακριβώσω. (8) ἐμμελὲς, *Cod. Niger.* (9) ἂν ὀφθεῖεν ὑμῖν, *Medic.* B. quod etiam in *Medic.* B. exstat.

EP. MDXCV. (1) *Harlaeanus* cod. addit, πρὸς τὰς ἀνωτέρω ἐπιστολάς, ad utramque epistolam, ideo, *Garnerii* quidem judicio, quia in hoc codice ante ultimam epistolam alia legitur quae ita incipit: τί παθών. Vide tu, quae mox decimus ad ep. 1601. (2) Similem phrasin habes supra ep. 1587. n. 3. ubi pro γελῶν habes παίζων, quam vocem etiam h. l. exhibet *Medic.* B. (3) ἡμετέροις, *Harlaeanus* & *Medic.* B.

(4) sic

Ἐγὼ δὲ, ὦ Λιβάνιε, ἵνα σοὶ καὶ πλατὺν κινήσω τὸν γέλωτα, ὑπὸ παραπετάσματι καλυπτόμενος χιόνος, τὴν ἐπιστολὴν ἔγραψα, ἣν δεξάμενος καὶ (4) ψαύων χερσὶ, γνώσῃ, ὡς κρυερά τις αὐτὴ, καὶ τὸν πέμψαντα χαρακτηρίζει (5) ἐμφωλεύοντα καὶ μὴ δυνάμενον ἔξω τοῦ δωματίου (6) προκύπτειν. Τάφους γὰρ τοὺς οἴκους κεκτήμεθα, μέχρις ἐπιλάβοι τὸ ἔαρ, καὶ νεκροὺς ἡμᾶς ὄντας πρὸς ζωὴν ἐπανάξῃ (7) πάλιν τὸ εἶναι, ὥσπερ φυτοῖς χαριζόμενον.

vero, *Libani*, ut risum ingentem tibi moverem, nivis velo tectus epistolam hanc scripsi, quam nactus manuque tangens senties, quam gelida illa sit, quamque referat eum, qui misit, latitantem, nec extra aedes prospicere valentem. Habemus enim aedes sepulchris similes, donec ver successerit, & mortuos nos in vitam reduxerit, rursus nobis, sicut plantis vitam largiens.

MDXCVI. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΛΙΒΑΝΙΩι.

Πολλοὶ προστυχόντες ἡμῖν τῶν αὐτόθι (1), ἐθαύμασάν σου τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀρετήν. Ἔλεγον γὰρ ἐπίδειξίν (2) τινα γεγενῆσθαι λαμπρὰν ἄγαν, καὶ ἀγῶνα ἦν, ὡς ἔφασκον, μέγιστος, ὡς πάντας μὲν συνδραμεῖν, καὶ μηδένα ἕτερον ἐν τῇ πόλει φαίνεσθαι, ἢ μόνον Λιβάνιον ἀγωνιζόμενον, καὶ πᾶσαν ἡλικίαν ἀκροωμένην. οὐ γὰρ ἠξίου τις ἔξω τῶν ἀγώνων γενέσθαι. οὐκ ἀξιώματος ὄγκῳ σεμνὸν (3). οὐ στρατιωτικοῖς καταλόγοις ἐμπρέπων. οὐ βαναύσοις τέχναις (4) σχολάζων. ἤδη δὲ καὶ γυναῖκες παρεῖναι κατηπείγοντο τοῖς ἀγῶσι. Τίς δὲ ὁ ἀγών; τίς δὲ ὁ λόγος, ὁ τὴν πάνδημον συναγείρας πανήγυριν (5); καὶ δὴ, μοι ἤγγειλας δυσκόλου τρόπου ἀνδρὸς τὸν λόγον ἐνστήσασθαι (6). ὃν οὕτω θαυμασθέντα (7) μὴ κατόκνει μοι πέμψαι, ἵνα κἀγὼ τῶν λόγων ἐπαινέτης εἴην τῶν σῶν. Ὁ γὰρ Λιβάνιον ἐπαινῶν καὶ τῶν ἔργων ἐκτὸς, τίς ἂν γένοιμαι νῦν, τὴν ὑπόθεσιν ἐπαίνων εὑράμενος (8).

BASILIUS LIBANIO.

Multi eorum, qui inde huc adventant, vim eloquentiae tuae sunt mirati. Narrarunt enim, egregiam declamationem quandam à te habitam fuisse, solemnitatemque hanc tantam fuisse ajebant, ut concurrentibus omnibus nemo alius in urbe compareret, nisi perorans *Libanius*, & cujuslibet aetatis homines audientes. Nemo enim ab oratione illa abesse sustinebat, non qui in dignitatis splendore constitutus, non qui in militum ordinibus illustris esset, non operarii: imo mulieres etiam ad declamationem hanc audiendam festinabant? Quodnam vero erat declamationis argumentum, quaeve oratio totius populi conventum cogens? Nunciatum mihi est, morosi hominis mores oratione illa fuisse descriptos. Eam itaque tanta admiratione exceptam mittere mihi ne graveris, ut & ipse ego sermonem tuum cum aliis laudare possim. Qui enim *Libanium* laudo, operibus ejus non visis, qualis ero, laudum nactus argumentum?

MDXCVII. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΩι.

Ἰδοὺ πέπομφα τὸν λόγον ἱδρῶτι (1) περιρρεόμενος. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον, ἀνδρὶ τοιούτῳ (2) πέμπων τὸν λόγον, ὃς ἱκανός ἐστι τὴν Πλάτωνος σοφίαν καὶ (3) Δημοσθένους δεινότητα τῇ περὶ τοὺς λόγους εὐμαθείᾳ δεῖξαι θρυλλουμένας (4) μάτην. τὸ δὲ ἐμὸν τοιοῦτον, οἷον κώνωψ ἐλέφαντι παραβαλλόμενος (5). ὅθεν πέφρικα καὶ τρέμω τὴν ἡμέραν λογιζόμενος, καθ' ἣν ἐπισκέψῃ τοὺς (6) λόγους. μικροῦ δὲ (7) καὶ τῶν φρενῶν ἐκπέπτωκα (8).

LIBANIUS BASILIO.

En! misi tibi orationem meam sudore circumfusus. Quomodo enim non sudarem, illi viro orationem mittens, cujus tanta est dicendi facultas, ut *Platonis* sapientiam, & *Demosthenis* acumen frustra jactatas esse sua dicendi peritia evincat. Mea vero oratio talis est, ac si culicem cum elephanto conferas. Horreo propterea & tremo, illum diem mecum reputans, quo orationem meam expendes: & parum abfuit, quin animi sensum amitterem.

MDXCVIII. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΛΙΒΑΝΙΩι.

Ἀνέγνων τὸν λόγον, σοφώτατε, καὶ ὑπερτεθαύμακα. ὦ Μοῦσαι, καὶ λόγοι, καὶ Ἀθῆναι, οἷα τοῖς ἐρασταῖς δωρεῖσθε. οἵους κομίζονται τοὺς καρποὺς, οἱ βραχύν τινα χρόνον ὑμῖν συγγινόμενοι (1). ὦ πηγῆς πολυχεομένης οἵους ἔδειξε τοὺς ἀρυομένους. Αὐτὸν γὰρ ἐδόκουν (2) ὁρᾶν ἐν τῷ λόγῳ (3) λάλῳ

BASILIUS LIBANIO.

Legi orationem tuam, vir sapientissime, eamque valde sum miratus. O Musae, & literae & Athenae, qualia vestri amantibus largimini! quales fructus ferunt, qui per breve tempus vobiscum versantur! o fontem large fluentem, quales habuit haurientes. Ipsum enim morosum in oratione illa videre mihi videbar,

(4) Sic editi, quos firmat *Medic.* B. Omittit καὶ *Garnerius* cum tribus vetustissimis codd. & *Anglicano*. (5) χαρακτηρίζειν, *Medic.* B. male. (6) δώματα in *Reg.* secundus & *Coislin.* secundus. (7) Ita *Garnerius* ex MSS. Editi ἐπανάξει, quod etiam in *Medic.* B exstat. Si quid mutandum, malim ἐπανάξοι, ut rectius respondeat antecedenti ἐπιλάβοι.

EP. MDXCVI. (1) αὐτόθεν, *Regius* secundus, & *Coislin.* secundus. (2) ἐπίδειξις, ἀγὼν & ἀγωνίζεσθαι, quae voces hic adhibentur, de illa Libanii declamatione sunt accipienda, quod ex variis harum epistolarum locis constat, & in superioribus alibi ostendimus. Ad hoc interpretes non admodum videntur attendisse. Ita ἀγωνίζεσθαι opponitur hic τῷ ἀκροᾶσθαι. (3) οὐκ —— σεμνὸν, absunt a *Medic.* B. (4) Phrasin hanc diligenter exponit magnus *Salmasius* de Foenore p. 189. sq. & de Usuris p. 337. & 341. seqq. Adde *Coel. Rhodiginum* Antiqu. Lection. XV. 17. & XXV. 18. (5) πανήγυρις & solemnitatem ipsam, & conventum ad eam ut h. l. inferre solet. Vide *Ezech. Spanhemium* ad Juliani Orationes p. 258. (6) Est haec oratio VI. Tom. I. Opp. p. 300. & inscribitur δυσκόλου γήμαντος λάλον γυναῖκα. Ceterum in *Medic.* B. male scriptum erat: ἤγγειλας δύσκολον. (7) ὃν θαυμασθέντα, *Medic.* B. (8) Sic Codd. sex apud *Garnerium*: editi εὑράμενος. *Medic.* B. ἐπαινῶν.

EP. MDXCVII. (1) ἱδρῶσι, *Medic.* B (2) τοιούτῳ, *Harlaeanus*. (3) τὴν Δημοσθένους, *Medic.* B. & *Cod. Niger*. (4) θρυλλουμένην, *Medic.* B. (5) Locutio proverbialis, de qua *Erasmus* p. 184. (6) μου τοὺς, *Cod. Niger*. (7) μικροῦ δὲ, *idem*. μικροῦ δεῖν, *Coislin.* secundus, & *Regius* secundus. (8) ἔξω γεγένημαι, *Medic.* C.

EP. MDXCVIII. (1) συγγενόμενοι, *Medic.* B. (2) Post ἐδόκουν addit τὸν δύσκολον *Harlaeanus*; quod abest a codd. & editis, videturque ex glossemate quodam in contextum irrepsisse, ex sermonis serie facile subintelligendum. (3) τῷ λάλῳ, editi, sed articulus deest in quinque codd. a *Garnerio* allatis, ut & in *Medic.* B. Conf. not. 6. ad ep. 1595.

(4) τὸ

debar, cum garrula muliercula versantem. Sermonem enim animarum scripsit in terra *Libanius*, qui solus verbis animam addidit.

λάλῳ συνόντα γυναίῳ. ἔμπνουν γὰρ λόγον ἐπὶ χθονὸς (4) Λιβάνιος ἔγραψεν, ὃς μόνος τοῖς λόγοις ψυχὴν ἐχαρίσατο.

LIBANIUS BASILIO.

Nunc demum cognovi, me esse, quod dicor. Basilio enim me laudante, ab omnibus victoriam reporto; & postquam calculo tuo ornatus sum, gravi quodam incessu uti mihi licet, instar hominis jactantioris omnes contemnentis. Quoniam vero & tu orationem contra ebrietatem habuisti, illam vicissim legere velim. Nihil equidem magnifice de illa nunc dicam: Ipsa vero oratio, ubi videro, dicendi artem me docebit.

MDXCIX. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΩι.

Νῦν ἔγνων εἶναι, ὃ λέγομαι. Βασιλείου γάρ με ἐπαινέσαντος κατὰ πάντων ἔχω τὰ νικητήρια, καὶ τὴν ψῆφον (1) δεξάμενος τὴν σὴν ἔπεστί μοι βαδίζειν μετὰ σοβαροῦ τοῦ βαδίσματος (2), οἷά τις ἀλαζὼν τοὺς πάντας περιφρονῶν. Ἐπεὶ δὲ καί σοι κατὰ μέθης (3) λόγος πεποίηται, βουλόμεθα τούτῳ περιτυχεῖν. ἀλλὰ κομψὸν μέν τι λέγειν οὐ θέλω. ὁ δὲ λόγος ὀφθεὶς διδάξει με τὴν τοῦ λέγειν (4) τέχνην.

LIBANIUS BASILIO.

Nonne itaque, *Basili*, Athenas habitas, rei ipse ignarus? Neque enim Caesariensium filii haec audire potuerunt: mea certe lingua his adsueta non erat, sed, quasi in praecipiti loco incederem, vocum novitate perculsa mihi patri dicebat: Pater, ista non docuisti; *Homerus* est hic vir, imo *Plato*, imo *Aristoteles*, imo *Susario*, qui nihil ignoravit. Atque haec quidem lingua dicebat. Tu vero, *Basili*, velim me ob talia laudare possis.

MDC. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΩι.

Ἆρα, Βασίλειε, μὴ τὰς Ἀθήνας οἰκεῖς, καὶ λέληθας σεαυτόν; Οὐ γὰρ τῶν Καισαρέων οἱ παῖδες ταῦτα (1) ἀκούειν ἠδύναντο (2). ἡ γλῶττα γάρ μοι τούτων ἐθὰς (3) οὐκ ἦν, ἀλλ' ὥσπερεί τινα κρημνὸν διοδεύοντος πληγεῖσα τῇ τῶν ὀνομάτων καινοτομίᾳ ἐμοὶ (4) τῷ πατρὶ ἔλεγε· πάτερ οὐκ ἐδίδαξας. Ὅμηρος, οὗτος ἀνὴρ, ἀλλὰ Πλάτων, ἀλλ' Ἀριστοτέλης, ἀλλὰ Σουσαρίων (5) ὁ πάντα ἐπιστάμενος. καὶ (6) ταῦτα μὲν ἡ γλῶττα. Σὺ δὲ εἴη, Βασίλειε, τοιαῦτα ἡμᾶς ἐπαινεῖν.

BASILIUS LIBANIO.

Quae scribis, accipio quidem laetus; sed, dum me ad ea, quae scripsisti, jubes rescribere, solicitus sum. Quid enim ad linguam adeo Atticam dixerim, nisi id, quod piscatorum me esse discipulum & profitear, & gaudeo?

MDCI. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΛΙΒΑΝΙΩι.

Δεχόμενος μὲν ἡμῖν, ἃ γράφεις, χαρά. ἀπαιτούμενος δὲ πρὸς ἃ γράφεις, ἀντεπιστέλλειν, ἀγών. Τί γὰρ ἂν εἴποιμι πρὸς οὕτως ἀττικίζουσαν γλῶτταν; πλὴν ὅτι ἁλιέων (1) εἰμὶ μαθητὴς, ὁμολογῶ καὶ φιλῶ.

LIBANIUS BASILIO.

Quid accidit *Basilio*, ut moleste ferret literas, Philosophiae specimen? Jocari à vobis edocti sumus: joci tamen illi graves sunt, ac veluti canitiem decent. Sed per amicitiam ipsam, & communia studia libera me ab illa tristitia, quam peperit mihi epistola, à reliquis epistolis nihil differens.

MDCII. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΩι (1).

Τί παθὼν Βασίλειος ἐδυσχέρανεν (2) τὸ γράμμα (3), τῆς φιλοσοφίας τὸ γνώρισμα; παίζειν παρ' ὑμῶν ἐδιδάχθημεν. ἀλλ' ὅμως τὰ παίγνια σεμνὰ καὶ οἷον πολιᾷ πρέποντα. Ἀλλὰ πρὸς τῆς φιλίας αὐτῆς καὶ τῶν κοινῶν διατριβῶν (4), λῦσόν μοι (5) τὴν ἀθυμίαν, ἥν μοι ἔτεκεν ἡ ἐπιστολὴ, οὐδὲν (6) πρὸς ἑτέρας ἐπιστολὰς διαφέρουσα.

L I-

MDCIII.

(4) τῇ γῇ, *Medic.* B.

EP. MDXCIX. (1) δεξάμενος — βαδίζειν. *Medic.* B. δεξάμενος βαδίζω. (2) φρονήματος, *Cod. Niger*, non male, quod & in Cod. *Anglic.* & aliis nonnullis exstare testatur *Garner.* (3) Exstat haec oratio περὶ γαστριμαργίας καὶ μέθης inscripta in Appendice Operum Basilii Tom. III. Opp. edit. Garnerianae p. 558. sqq. (4) Editi τὸν λόγον: nostrum illud ex septem codicibus reposuit *Garnerius.* Illis addo *Medic.* B. & *Cod. Nigrum.*

EP. MDC. (1) τοιαῦτ' *Medic.* D. (2) Eam ait orationis sublimitatem & elegantiam fuisse, quam Caesarienses adsequi aut laudare satis non possint, cum ipse Libanius ad admirationem fuerit permotus. (3) ἐθάς, *Cod. Niger.* (4) ἐμοί τε, editi: omisi τε illud tanquam loco huic parum accommodatum, praeeuntibus etiam codd. *Medic.* B. & D. Forsasse legendum fuerit ἐμοί γε. (5) *Medic.* a *Garnerio* allatus Σουδαρίων. At *Medic.* B. & D. receptam habent lectionem. Primus is Athenis comoediam versibus docuisse traditur. Vide omnino *Richardi Bentley* Apologiam dissertat. de epistolis Phalaridis p. 202. & *Fabricium* nostrum Biblioth Graec. Vol. I. p. 791. (6) Pro καὶ *Medic.* B. ἀλλὰ: haec quidem linguam sibi ipsi exprobrasse fingit noster.

EP. MDCI. (1) Satis patet, Basilium heic Apostolos subindicare, quorum scriptis delectetur.

EP. MDCII. (1) Epistolam hanc primus cum aliis nonnullis Basilii edidit *Jo. Baptista Cotelerius* vir diligentissimus, Tomo II. Monumentorum Ecclesiae Graecae p. 96. & quidem ex codice *Harlaeano*, ex quo repetiit *Garnerius*. Eadem exstat inter Basilii & Libanii mutuas in Cod. *Medic.* B. (2) *Medic.* B. ἰδυσχέρανε cum ε super ι posito i. e. ἐδυσχέρανε. Ibidem scriptum erat Βασιλ. Itaque legendum videtur: τί παθὼν, Βασίλειε, ἐδυσχέρανες τὸ γράμμα; quod etiam rectius videtur. Nam in sequentibus phrasis παρ' ὑμῶν praestruit, Libanium allocutum esse Basilium. (3) Pro γράμμα *Salvinus* in apographo suo legi malebat ποίημα. (4) Haec quidem inferre videntur, quod vel Basilius Libanium praeceptorem habuerit, vel uterque eodem usi sint praeceptore. Vide, quae huc commentatur *Tillementius* in Memoriis Hist. Eccles. Tom. IX. p. 631. sqq. & *Zacagnius* in praefat. ad Collectanea Eccles. Graecae p. 48. (5) λύσαιμι, *Medic.* cum ᾱ super ῑ scripto. (6) Post οὐδὲν in Harlaeano lacuna est trium circiter vocum apud Cotelerium & Garnerium. In *Medic.* B. nullum est lacunae indicium, sed statim sequitur διαφέρουσα. At in *Medic.* E. suppletur illa per πρὸς ἑτέρας ἐπιστολὰς, non inconvenienter, si quid judico. Supra ad ep. 1594. ad inscriptionem monitum est, in *Harlaeano* ibi legi πρὸς τὰς ἑκασίους ἐπιστολὰς, cujus phraseos rationem ibi Garnerius reddere instituit. Ego non dubito, eam ex hac epistola illuc translatam esse, qua tandem ratione id factum sit, de quo non nisi ex inspecto codice judicare licet. Eadem vero opera vox ἑτέρας in illam ἑκασίους mutata est.

MDCIII. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙῼ (1).

Ὦ χρόνων ἐκείνων, ἐν οἷς τὰ (2) πάντα ἦμεν ἀλλήλοις. νῦν (3) διῳκίσμεθα πικρῶς. ὑμεῖς μὲν ἔχοντες ἀλλήλους. ἐγὼ δὲ ἀνθ᾽ ὑμῶν οὐδένα ὑμῖν ὅμοιον ἔχω. Τὸν δὲ Ἄλκιμον ἀκούω τὰ νέων ἐν γήρᾳ τολμᾷν, καὶ πρὸς τὴν Ῥώμην πέτεσθαι, προσθέντα σοι τὸ συνεῖναι τοῖς παιδαρίοις πόνον. Σὺ δὲ τά τε ἄλλα πρᾷος τις, καὶ τοῦτο (4) οὕτως οὐ χαλεπῶς (5), ἐπεὶ καὶ ἡμῖν τὸ μὴ (6) γράψαι πρότερον οὐκ ἤνεγκες χαλεπῶς.

LIBANIUS BASILIO.

O tempora illa, quibus cuncta invicem eramus! Nunc acerbe sejuncti sumus: vos quidem vobis invicem fruimini, ego vero pro vobis neminem habeo vestri similem. Porro *Alcimum* audio ea, quae juvenum sunt, audere in senectute, & Romam volare, labore pueros instituendi tibi imposito. Tu vero, qui & cetera placidus sis, hoc etiam non graviter feres, quandoquidem nec, quod ante non scripsimus, aegre tulisti.

MDCIV. ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΛΙΒΑΝΙῼ (1).

Σὺ μὲν ὅλην τὴν τῶν παλαιῶν τέχνην ἐν τῇ σαυτοῦ κατακλείσας διανοίᾳ, τοσοῦτον σιγᾷς, ὡς μηδ᾽ ἐν ἐπιστολαῖς ἡμῖν διδόναι τι κερδαίνειν. Ἐγὼ δὲ εἴπερ ἦν ἀσφαλὴς ἡ τοῦ Δαιδάλου (2) τέχνη, ἦλθον ἂν πρὸς σὲ ποιησάμενος Ἰκάρου πτερόν. Ἀλλ᾽ ὅμως ἐπειδὴ οὐκ ἔστι πιστεῦσαι ἡλίῳ κηρὸν (3), ἀντὶ τῶν Ἰκάρου πτερῶν ἐπιστέλλω σοι λόγους, δεικνύντας τὴν ἡμετέραν φιλίαν. Φύσις δὲ λόγων μηνῦσαι τοὺς κατὰ ψυχὴν ἔρωτας. Καὶ ταῦτα μὲν οἱ λόγοι. Σὺ αὐτοὺς ἄγοις, ὅπου βούλει, καὶ τηλικούτου κράτους κεκτημένος σιωπᾷς. ἀλλὰ μετάστησον καὶ ἐφ᾽ ἡμᾶς τὰς ἀπὸ τοῦ στόματός σου τῶν λόγων πηγάς.

BASILIUS LIBANIO.

Tu quidem, qui universam veterum artem animo comprehendisti, adeo siles, ut ne per literas quidem lucri aliquid nobis largiaris. Ego vero, si tuta foret Daedali ars, ad te venissem, fabricatis Icari alis. Quoniam vero ceram Soli committere non licet, pro Icari alis scribo ad te sermones, amicitiae nostrae indices. Ea vero sermonum est natura, ut amorem animo insitum testatum faciant. Ita comparati sunt sermones. Eos tu quidem provehere possis, quocunque velis, & vel sic tanta facultate pollens taces. Verum ad nos etiam sermonum fontes, qui ex ore tuo profluunt, transfer.

MDCV. ΛΙΒΑΝΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙῼ (1).

Καὶ πῶς ἂν ἐπιλαθοίμην ἡμερῶν ἐκείνων, καὶ λόγων (2) καὶ κρότων; ὡς (3) ἐμοί γε ἀναγέγραπται ὁ βραχὺς ἐκεῖνος χρόνος, καὶ πολλῶν ἐτῶν ἀντάξιος, καὶ πάσης ἑορτῆς ἥδιον. Ἀλλ᾽ οἶμαι πολλοῖς (4) ἂν ἄνθρωπος ἐκκρουσθείη σπουδῆς, ἄλλως τε καὶ ἐν πόλει τοσαύτῃ καὶ κλύδωνι μεγάλῳ (5) τάχα που καὶ ἡμᾶς περικλύζοντι. Δεῖ δή σε (6) τέρπεσθαι μὲν, εἰ λαμβάνοις γράμματα, μὴ λαβεῖν δὲ εἰ συμβαίη, πάντα μᾶλλον εἰκάζειν (7), ἢ ὡς οὐ σὺ παρ᾽ ἐμοὶ τίμιος, καὶ τοὺς νεανίσκους, ὑπὲρ ὧν ὡς ἡμᾶς ἦλθες, μὴ μόνον ἐκ τῆς κηδείας (8), ἀλλὰ καὶ ἐμὴν χάριν φιλεῖν.

LIBANIUS BASILIO.

Quomodo vero ego unquam oblivisci possim dierum illorum, & sermonum & plausuum? Adeo bréve illud tempus, quod & multis annis praestat, & festo quocunque jucundius mihi accidit, animo inscriptum haerebit. Enimvero multa sunt, per quae aliquis a demonstrando studio suo prohiberi possit, inprimis in tanta urbe, tantisque fluctibus, qui & nos facile inundare possint. Itaque gaudere te quidem literis nostris, si acceperis, convenit: si vero contigerit, eas non nancisci, omnia potius alia suspicari decet, quam quod magni tu a me non fias; tum vero adolescentes illos, quorum causa ad nos venisti, non solum ob adfinitatem, sed etiam mea causa amare.

EP. MDCIII. (1) Et hanc epistolam laudatus *Cotelerius* ex duobus codd. Regiis Parif. primus edidit l. c. p. 96. postque illum *Garnerius*. Exstat illa in *Voss.* & *Reg. max.* qui uterque cum nostris his, si levia exceperis, consentiunt. Deest vero inter mutuas Basilii & Libanii in *Medic.* B. (2) τὰ abest a *Voss.* & *Reg. max.* (3) νῦν δὲ, *Ambros.* T. 5 (4) νῦν *Benzel.* A. scilicet πόνον. (5) haec clausula in *Reg. max.* ad finem ultimi versus, qui primus ejus paginae est, superadditur ab alia, sed aeque antiqua manu. In *Voss.* vero ab eadem manu exstat, ut & in *Ambrosiano* & *Medic.* D. (6) μὴ illud addidi ex *Ambros.* & *Medic.* D. & *Benzel.* A. quod & sensu & phrasi accommodatius videtur. Ceterum haec epistola ad Basilium scripta non videtur, quamvis sit Libanii. Tanta enim inter ipsum & Basilium non erat necessitudo, ut sibi invicem, quod hic dicitur, fuerint omnia. Nec *Basilius* in instituendis juvenibus versabatur, quam operam *Alcimus* illi imposuisse dicitur. *Alcimum* illum eum esse puto, ad quem *Libanii* exstat epistola supra n. 523.

EP. MDCIV. (1) Hanc idem *Cotelerius* l. c. p. 97. ex *Regio Parif.* hinc vero *Garnerius* exhibuit. (2) Ex MS. *Cotelerius* dedit δαιδαλάλου, ad marginem monens, legendum videri Δαιδάλου, de quo cum dubitari non posse putem, nihil erat, quod in contextum recipi prohiberet. (3) Memineris Horatiani illius Odar. IV. 2. 1.

> *Pindarum quisquis studet aemulari,*
> *Jule, ceratis ope Daedalea*
> *Nititur pennis, vitreo daturus*
> *Nomina ponto.*

EP. MDCV. (1) Haec epistola inter has amoebaeas adhuc non comparuit, nec apud *Garnerium* quoque exstat. Legitur vero inter Libanii illas & Basilio quidem inscripta, in *Regio max. Vossiano*, *Mediceo* B. & *Ambrosianis* T. 5. & 231. Itaque ceteris illis h. l. jungendam putavi. Si recte Basilii nomen refert, necesse est, eum paulo ante Antiochiae cum Libanio versatum fuisse. (2) καὶ λόγων, deest in *Medic.* B. (3) ὃν ἐμοὶ, *Benzel.* A. (4) πολλοῖς, *Medic.* (5) μεγάλῳ, abest ab *Ambros.* T. 5. & 231. & *Benzel.* A. (6) δεῖ δέ σε. *Benzel.* A. (7) νομίζειν, *Ambros.* uterque & *Benzel.* A. (8) κηδείας, *Medic.*

L I B A N I I

Graeci declamatoris disertissimi, B. JOHANNIS CHRYSOSTOMI, Praeceptoris, Epistolae cum adjectis JOHANNIS SOMMERFELDT argumentis, & emendatione & castigatione clarissimis.

Hexastichon JOHANNIS SPEISER, Forhemensis in Libanii Antiocheni declamatorias epistolas.

Qui cupis altiloquas Marci Ciceronis ad arces
Scandere, vel Crispi pignora docta sequi;
I celer, insomnis, manibus pedibusque solutis,
Auribus arrectis, cum ratione simul.
Has lege pro segete spicas, pro vitibus uvas
Libanii, & Crispus, Tullius alter eris.

Magnanimo ac generoso Domino, MATTHIAE DREBICIO, Regni Poloniae inclyti Vicecancellario humanissimo &c. Patrono suo integerrimo, JOHANNES SOMMERFELDT, artium liberalium magister, & sacrarum literarum Baccalarius, majoris Collegii studii Cracoviensis collegiatus felicitatem.

IN manus olim meas, Magnanime ac Generose *Matthia Drebici*, oblatus mihi per Joannem Clymes, Bibliopolam civem Cracoviensem, virum profecto probum, fuit libellus, epistolas Libanii Graeci declamatoris continens, barbara quidem manu, inepta & illiterata scriptus, quem illius horratu legere cum coepissem, tam concinnas, tamque multiplicis inventionis atque mineratissimo cusas ingenio epistolas, sic mendose, sic foede, atque omni fere ex parte exscriptas offendens, majorem in modum indolui, illis continuo examussim succurrere conans, mendam universam emactim delere, & emaculare penitus nequivi. Quod tamen fieri pro mea virili potuit, in pristinum has restitui candorem & tersitiem. Pro Scholarium autem eruditione juniorum, quo res cognitu facilior legentibus accurreret, epistolarum cuique succinctim argumentum adjeci. Has itaque affaberrime non vulgaris compagem habentes artificis ferruminatas longius abditis delitescere in spelaeis indignum ratus, tuae Dignationi, Vicecancellarie generosissime, qui Latiae linguae & bonarum sis artium studiosus, velut alter Moecenas, patronus & asylum, dicare delegi, ut fausto tuo, cui ob ingentia in me collata beneficia me jampridem totum dedidi, nomine in lucem publicitus prodirent, uberrimamque floride afferrent juventuti divinae linguae frugem, quas & tuae

 excel-

excellentiſſimae Dominationis, cum a gravioribus Reipublicae curis atque negotiis, quibus jugiter deſtinatus es, feriatus fueris, legere non ſit pertaeſum; mirum ſcriptoris acumen, incredibilem rerum & locorum inventionem, acrimoniam dicendi ſingularem, ſtylum denique lepore refertiſſimum & ſuavem illic profecto offendes, quae eximium tuum & dexterum ingenium, grandioribus ac variis reipublicae negotiis agitatum atque defeſſum mirifice oblectare queant. Vale feliciter, Domine faventiſſime, cornicis victurus annos, mearum rerum ſpes & ſolamen unicum. Cracoviae X. Kal. Apriles, anno Dominicae Incarnationis 1504.

AD LECTOREM.

Multorum cum legeris epiſtolas, Lector candidiſſime, has neque aſperneris, te magnopere adhortor, rogoque. Epiſtolas dico *Libanii*, declamatoris diſertiſſimi, quae tibi temporis uſuram praeſtabunt pulcherrimam, dicendi appoſite facultatem, ſcribendi copiam, inveniendi materiam idoneam, characterem conficiendi epiſtolia elegantiſſimum, urbanum & voluptatis ſcatentem, quas per me, *Joannem Sommerfeldt* pro viribus emendatas ob inimicum tamen mihi oblatum depravatiſſimum exemplar haud penitus emunctas, liberali autem impenſo vitilique cura Domini *Joan. Clymes*, civis Cracovini probe impreſſas, alacri ſuſcipe vultu. Vale foelix Latii ſermonis amator exactiſſime.

*Flagitavit ſaepius tua Dignatio, ut epiſtolas Libanii, Graeci declamatoris, & pulcherrime ſcriptas, & comi una latinitate emendatas ad ſe mittere curarem. Alterum fuit facile. nam concinnatis characteribus & viſenda pulchritudine illa ſcribere multi potuere. alterum vero laboris inexplicabilis extitit: quandoquidem *Franciſcus* ille *Zambicarius*, Bononienſis, qui illas e Graeco in Latinum vertit, aut quia depravata, aut non recte praecepta, aut quod ipſe exactae non eſſet latinitatis, alia conculcavit, alia vero parum explicuit, multa tamen, ut erat boni ingenii, latina exactiſſime fecit, laudandus profecto. Meliora quidem voluit, licet efficere non potuerit. Alienam autem linguam in alienam convertere examuſſim, ut Hieronymus dicere conſuevit, eſt laboris immenſi, vixque id omnino diſertiſſimi pauci aſſequi potuerunt, vel quia deſunt verba, vel pronunciata aliter ſonant, quam pronunciari aut exprimi lingua poſſint aliena. Ego vero licet tantum munus mihi non arrogem, tamen, ut tuae morem gererem Dignationi, laborem, quamvis arduum, non refugi. Sed opus aggreſſus primum concinnavi, quae Latina parum viderentur, deinde, emendata junctura, quae ſalebris aſpera, anfractibus obliqua, orationi dignitatem auferebant, effeci, ut implicita ſenta inter ſe conſpicue in magna parte cohaererent. Deinde explicato eo, quod parum fuerat cognitum, omni induſtria, cura & diligentia incubui, ut in tuas manus venirent emendatiſſime. Tantum enim me tuae Dignationi debere fateor ob amorem & beneficentiam erga me ſuam, ut nullo labore, nullo facinore, quamvis audaci, nullo ſermonis genere tantis meritis reſpondere confidam. Nam laudare tuam in conſiliis prudentiam, in conſuetudine aequitatem, in negotiis gerendis taciturnitatem & ſolertiam, item egregiam fidem, ſingularem induſtriam, incredibilem diligentiam, nec poſſum, nec praeſentis eſt operis: alibi tamen pro virili parte merito tuae ſingularis virtutis laudes reponentur. Elaboravi itaque ultro volensque pro mea in te obſervantia in emendando ſcribendoque Libanio. Si aliter, quam expectabatur & decuit, ad te venit, non me decentiorem cultioremque mittere noluiſſe tua opinetur Dignatio, ſed meliorem & ornatiorem non potuiſſe, cognoſcat. Recti & excelſi eſt animi non rem, ſed voluntatem, perpendere. Praeterea quia novi illam veterum monumentis delectari, ne quid in Libanio deſideretur, aliquid extrema noſtra narrat epiſtola, quod tua Dignatio de illo cognoſcat. Libanius honeſtis Parentibus Antiochiae genitus eloquentiae operam dedit, ad ſummum literarum culmen evectus. Sophiſta & declamator evaſit illuſtris ad exercitandam in eloquentia juventutem animum intendere pluribus in locis profeſſus eſt. Ex Bithynia non cum bona Bithyniorum gratia diſceſſit, accepta ab illis injuria, quam ipſe in quadam epiſtola non aperit. Conſtantinopoli vero Juliani Caeſaris benivolentiam invenit, apud quem gratia plurimum & auctoritate potuit. Antiochiae ad extremum ſenium profeſſus eſt tanta nominis celebritate, ut ex Armenia ad illum juventus confluxerit. Habuit inter amicos praecipuos *Maximum*, annonae Praefectum ſub Valentiniano Auguſto, & *Euſebium*, Vercellenſem Epiſcopum. Ejus contubernales fuerunt *Priſcianus* Grammaticus, ad quem ſunt plurimae ejus epiſtolae. *Ammianus Marcellinus*, hiſtoricus, *Themiſtius* Philoſophus. Praeterea habuit amicitiam quorundam, qui aliquantulum a Chriſti religione deſciverant. Hi ſunt *Eulabius*, *Euſebius*, *Euphronius*, *Flaccillus*, *Stephanus*, *Leon-*

* Haec ἀμέσως ſubjiciuntur praefationi ſuperiori, ſine expreſſo ullius nomine.

Leontius, Eudoxius, Militius, Eutychus, Dorotheus. Fuerunt hi omnes Episcopi, in vero dogmate titubantes, quibus cum ipse Libanius consensit, atque *Julianum Caesarem*, qui postea annum unum & menses septem imperavit, secum traxit. Fuit robusto corpore, valetudine egregia, nisi quod quartana, & non longo tempore in senectute laboravit. Vidit multos Principes, natus primo anno Constantini. Vidit inquam Constantinum filium, & Constantem, Julianum, Jovinianum, Valentinianumque & Valentem, perduravitque vita prosperrima usque in Theodosium Principem. Legat igitur tua Dignatio Libanium & suas epistolas, quae licet non sunt multae cognitionis, veruntamen, quod ejus generis proprium est, simplices, faciles, lenes, ingeniosae, &, si non acutae admodum, multae tamen inventionis. Nam cum ferme innumerae sint, illud est admiratione dignum, quod in eodem ferme argumento naturae instar, quae ex eodem germine diversos explicat flores, varias habent & sententias & inventiones. Legat, inquam; duo maxime consequetur, & inventionis ingeniique plurimum & stylum in epistolis scribendis nostris temporibus accommodatum sibi comparabit non mediocrem. Valeat bene tua Dignatio, mei non immemor.

Ad illustr. Principem, Montisferrati Durantis atque Urbini Comitem, divum Federicum, alterum Martem, Francisci Zambicharii, equitis & Poëtae laureati, in quasdam Libanii Epistolas Praefatio (1).

Consueverunt Majores nostri, eloquentiae laude praestantes, lucubrationes suas alicui dicare, quem & virtute praestare & ejusdem studiosis favere animadverterent: Id quod non minime ab amplissimo quoque Principe expeti solet. Ut enim Cicero ait: *Nemo est tam aversus a Musis, qui non mandari versibus æterunm suorum laborum facile praeconium patiatur*; & dicitur Marium eximie Lucius Plocius dilexisse, cujus ingenio putabat, ea, quae Lucius Plocius gesserat, posse celebrari. Et magnus ille Alexander multos scriptores rerum secum habuisse memoratur, atque is, cum in Sigaeo ad Achillis tumulum constitisset: *O fortunate*, dixit, *adolescens, qui tuae virtutis praeconem Homerum inveneris.* Et Pompejus ille magnus, qui cum virtute fortunam adaequavit, *Theophanem Mitylenaeum*, scriptorem rerum suarum in concione militum civitate donavit. Superior autem Africanus Ennii *Poetae* effigiem in monumentis Cornelianae gentis collocari voluit, quia ingenio ejus opera sua illustrata judicaret, & Cyrrhus Cineae, eloquentissimo viro, tantum tribuit, ut diceret: Plures a Cinea verbis, quam a se armis urbes esse paratas, & Maronem Pollio, atque Mecaenas ex pauperrimo ditissimum reddiderunt. Quae omnia argumenta sunt, clarissimos quosque viros eloquentium hominum ingeniis fuisse delectatos. Quum ergo una omnium verissimaque voce dicaris virtute omnibus mortalibus praestantior, & eos, qui virtutis vel minimum amorem prae se tulerunt, amare, fovere, piis denique favoribus prosequi, te mihi unum constitui Dominum atque Deum, cui dedicem omnes ingenii & lucubrationum mearum labores. Quanquam enim haud inficias eo, me & juvenem, & ingenio minimo, & perquam exigua doctrina praeditum, non posse quicquam tanti Principis lectione dignum condere; tamen fretus singulari clementia, qua praeter ceteros praestas, ausus sum, quod mihi honorificentissimum videbatur, aggredi nonnullas *Libanii*, Sophistae, Epistolas, elegantia, suavitate, vehementia, copia plenissimas, quas inter maximas occupationes ex graecis latinas feci, Celsitudinis tuae nomini dedicare constitui, perinde atque degustatiunculam quandam ingenioli mei, ut, si eo fortasse delectari tibi contingat, scias, cui imperare semper valeas. Quanquam enim Celsitudini tuae non desunt praestantissimi in omni virtutum genere homines, tamen operae pretium est, plurimos habere suarum virtutum praecones. Ut enim in bello quanto plurium tubarum concentus exauditur, tanto magis & nostri milites animantur, & terrentur adversarii; ita quanto plures laudatores assequimur, eo magis amicos nostros laetitia, & inimicos molestia afficimus. Sed quae me ratio adduxerit ad hoc institutum, ut in maxima & hominum, & Principum copia Te unum delegerim, ingenii studiorumque meorum (2) libet in medium adducere. Visa est haec mea interpretatio maximae fore auctoritatis, si ab eo benigno gratoque animo reciperetur, qui virtutum omnium praestantia omnes mortales post se relinqueret, qualis (ut pace aliorum dicam) praeter Te nemo *fuit unquam natus.* Nam ut omittam, quod natura Te pulcherrimum, fortissimum, valetudinis optimae, diligentiae suffragio, ad naturam addito, fecit, praetereaque divitias, opes, imperium, nobilitatem generis, ornatissima stemmata Majorum, ea duntaxat attingere est animus, quae animi vigore gessisti. Atque, ut a puerilibus annis ordiar, Majoribus semper morem gessisti, spe gloriae proposita laetabaris, ignominiam dolenter ferebas, id quod, Te maximum fore, promittebat: Lacedaemonii etenim ab iis pueris, quos neque laudibus efferri, neque ignominia affici cognovissent, nihil magna laude dignum expectandum esse censebant. Legimus praeterea, Alexandrum, Anaxarcho, innumerabiles mundos esse, referenti, dixisse: *Me miserum quia ne uno quidem potitus sum.* Adolescentiam vero tanta continentia egisti, ut aequales omnes te amarent, majoresque natu admirarentur, simul armis, simul literarum studiis operam impendens, quae in praestantissimis Principibus desiderari, clarissimaque esse, tum Alexandri, tum Caesaris Exemplo declaratur, quorum uterque & literarum peritia, & bellicae rei gloria laudeque plurimum praestitit. In juventute vero ea gessisti, quae pauci id aetatis fecisse memorantur. Sed ne annos distinguam, in quibus te semper eundem praebuisti, libet ostendere, quae res te populis tuis, & omnibus Italiæ Principibus tanto amore, tantaque veneratione dignum fecerit. Omnes, te adeuntes, nulla pauperis ac divitis discretione, libenter, patientissimeque audis, quod in Principe desiderari imprimis perspicuum est. Unde, cum Demetrius alloquentem aniculam audire non vellet, illa respon-

(1) Haec in ed. Cracoviensi non exstat. (2) fort. deest; *judicem*, vel, *patronum*.

respondit: *Si non vis audire, ne regas.* Quo audito, mitior factus est Demetrius. Pupillis favorabilem te praestas, divina Templa reparas, pauperum miseriis largissime donas, adeo, ut Cimonem, Graecorum liberalissimum, superare videaris, qui ab hortis atque agris suis septa removebat, ut unicuique, & civi, & peregrino capere inde quaecunque liceret, & qui convivia non tam laute, quam abunde parabat, quibus omnes pauperes interesse poterant; qui denique servos & familiares juvenes post se pulcherrimas vestes gestare jubebat, quibus donaret omnes, quacunque virtute praestantes, sordidis tamen pannis indutі, sibi obviassent. Unde quidam de illo *Gorgias Leontinus* dicere solebat: *Tibi convenientissimum videri debet, te divitias comparasse, ut utereris, eis vero uti, ut honorem & gloriam consequaris.* Nec vero merita hominum in donando consideras, Aristotelem secutus, qui reprehensus, quod homini iniquo, petenti eleemosynam, dedisset: *Non dedi*, inquit, *homini, sed humanitati.* Cujus opinionis fuit *Herodes Atticus*, vir consularis, qui, cum scelerato viro, & se Philippum simulanti, donaturus quiddam esset, dixit his, qui aderant: *Demus huic aeris aliquid, tanquam homines, non tanquam homini.* Praeterea virgines, parentibus orbatas, persaepe ingenti pietate viris collocas, quod, quanti momenti sit, Bias Philosophus prae se tulisse videtur, qui captivas puellas Messenas redemit, & paterna charitate nutrivit, ac deinde, adjectis dotibus, Messenam parentibus illas remisit. Et quemadmodum Cimonem Atheniensibus charum compositi mores, mansuetudo quaedam atque humanitas familiare urbanumque vivendi genus fecit; ita hæ te populis tuis gratissimum reddidere, & quae Miltiadi Plutarchus attribuit, illa in te cernuntur, summa humanitas, cum misericordia comitas; facillime enim delinquentibus ignoscis. Neque, eo die vivere te, putas, in quo non possis quempiam demereri, C. Caesarem illum sectatus, qui, cum die quodam nullum praestitisset officium, amico dixit: *Diem perdidi.* Adeo Imperator excellentissimus impertire beneficia solitus erat. Quid ego dicam de charitate fideque conjugali, qua Italiae muliebrisque sexus insigne ornamentum, Uxorem tuam, Bartholomaeam, prosecutus fuisti? M. Plantum & Orestillam, Juliam atque Pompejum, Brutum & Portiam, Artemisiam & Mausolum, Mithridatem & Hypsicrateam Celsitudinis tuae, atque amplissimae uxoris amor, observantia, fides, longo intervallo superavit, quippe quam, ad superos evectam, eis honoribus atque officiis prosequutus fuisti, quibus superioribus seculis neque uxor virum, neque vir uxorem unquam affecit. Haec sunt, quae populis tuis te charissimum, & Numinis instar venerandum exhibeut. Nunc ad ea gradiamur, quae te omnibus Italiae Principibus adeo charum efficiunt. Mira es magnanimitate, incredibili prudentia, adeo, ut, quod Cicero sapientis proprium esse putavit, nihil unquam facias, cujus te poeniteat. Nihil injuste; splendide, constanter, graviter, honeste omnia. Nihil ita exspectes, quasi certum futurum sit: Nihil, cum acciderit, admireris, aut inopinatum, aut novum accidisse tibi videatur. Nam illud egregie novisti, quod in sigillo Socratis scriptum erat: *Amicus hominis sapientia ejus, inimicus vero hominis est stultitia ejus.* Fide praeterea es ineffabili, qua fit, ut neque spes proprii commodi, nec nullius commodi evitator te a laboribus militiae unquam subduxerit, quod, quanti faciendum sit, Imperator Lucullus ostendit, qui in Aegypto apud Ptolemaeum hospitatus, non Memphim, non aliud quicquam mirabile conspicere voluit: Oriosi enim ac delicati peregrini id esse, dicebat, non ejus, qui suum Imperatorem Syllam sub divo, sub moenibus hostium cubantem in tanto rerum discrimine reliquisset, & quod de Agesilao legimus: Bellator es acerrimus, potius autem victoria clementissimus, quod cum alibi, tum in Volterrana expugnatione egregie declarasti. Neque enim stuprare ingenuos, violare, violari virgines, aut cujusque aetatis foeminas opprimi permisisti, non ignarus, Antiochum illum, summi nominis virum, quum intellexisset, in Templo Junonis virginem esse, eleganti forma, quae Numini ministraret, statim castra movisse, ut qui timeret, ne propter inopiam virgo indignum aliquid facere cogeretur. Cujus consilii M. quoque Marcellum auctorem habes, qui Syracusas, urbem ornatissimam, intuens, futuram Urbis ruinam flevit, gessitque curam pudicitiae & in hoste servandae. Militibus talem te praestas, ut ambiguum sit, amentne, an metuant, au te magis venerentur: Proelia non nisi viriliter prudenterque geris, felicissime conficis, & ut breviter, magisque perfecte dicam, quod *Quintilianus* de Aeschine dicit: *Nemo adeo perfectus est atque tu, quia tibi nihil possit aut addi, aut minui.* Neque hoc admirabile videri debet. Ut enim omittam, quod & ingenium, & habitus corporis, & diuturna armorum exercitatio, belli principem, nedum peritum facere te potuerunt. Alexandrum & Caesarem imitatus, in agendis rebus quasi sapientes Consiliarios, Historicos consulere consuevisti. Quod enim ab alio prudenter, viriliter, laudabiliter, feliciter gestum legeris, illud ipsum tibi faciendum opportune constituis. Haec sunt, quae te a Senensibus, a Florentinis, Veneris, Ferdinando Rege, Ligurum Duce, omnibus denique tum Ausoniis, tum externis Principibus, amari, coli, Numinis denique instar observari faciunt. Haec sunt, quae te alterum Caesarem, alterum Alexandrum, alte-

rum Herculem, alterum denique Martem videri compellunt. Haec sunt, quae immortalitatem nominis tibi pollicentur. Quas ob res jure ac merito Celsitudinem tuam prae omnibus delegi, cui, quidquid in me & ingenii & doctrinae est, meque ipsum immortali obligatione offerrem dicaremque. Quare, ne longioribus utar, Celsitudini tuae etiam atque etiam supplico, ut munusculum hoc meum, quantulumcunque sit, benigno suscipias gratoque animo, meque in servulorum Celsitudinis tuae numero adscriptum velis. Si quid draeterea est, quod ex graeco latinum fieri cupias, aut latine componi, sive id Carmine, sive oratione soluta faciendum censes, jube, atque impera mihi humillimo atque abjectissimo servulorum Celsitudinis tuae servulo. Tunc enim felix mihi videbor, cum Excellentiae tuae aliqua mihi in re gratificari contigerit. Sed jam Libanium ipsum audiamus, quo in scribendis Epistolis perpaucos credo praestantiores inveniri.

LIBANII

L I B A N I I

DECLAMATORIS ANTIOCHENI

EPISTOLARUM LIB. I.

I. ADAMANTIO (1).

QUotienscunque ad te ſcribo, de his rebus meminiſſe ſoleo, quae te abſente à me vel videotur vel audiuntur: dummodo cootinere in ſe aliquid videantur ootitia tua dignum. Inde fit, ut, quod proxime mihi accidit, his literis innoteſcere tibi velim. Io *Timocratis* (2) domum proxime profectus ſum; fama celebri impulſus, quae de eo ferebatur. Certe vicit res ipſa & meam, & ceterorum, opinionem. Fatebor verum, tibi praeſertim, qui alienus à me eſſe non potes. Quum tam multa mihi de ea domo ounciabantur, exiſtimabam (ut fere fit) homines ad gratiam loqui, qui ſcirent, quae praeclare de *Timocrate* dicerentur, ea mihi mirum placere in modum. Nuoc vere in eis aliquid majoris diligentiae deſidero io declaranda ejus aedificii amplitudioe. Equidem mihi perſuadeo, Deos amoeniorem ſedem non fuiſſe electuros, ſi gigantum bello coelum amiſiſſent. Habet *Timocrates*, ut nunquam mori velit, aut, ſi moriatur, domi ſuae. Campos habet Elyſios, ad quos non per ſtygias undas, ſed per amoeniſſima loca, deliciisque pleniſſima, iter eſt. Quid multa? Deus eſt *Timocrates*. Illa quippe domus lacrymas curasque neſcit: delicias omnes habet, noo aliunde quaeſitas, ſed io ſe genitas. Quare etſi plerique eum accuſant, nimisque elati animi & ambitioſi eſſe praedicant; ego tamen ſummopere laudo. Opuleotiſſimos eoim magnae ornataeque domus decent, ut ſint plurium hoſpitum capaces.

II. URBANO.

Pro ea benivoleotia, qua te; & (1) puerum, & adoleſcentem ſum proſecutus, debeo tibi viro nequaquam deeſſe. Suaſi tibi, quum idooeum ingenium oſteodere ad literas videreris, ut eloqueotiae diligentem operam impenderes; quod, dum licuit, diligenter feciſti. Subindè plurima eveoere, quae ab eo conſilio animum tuum alienavere: longiſſimoque tempore nulla tibi cum literis fuit (2) conſuetudo. Unde ea animo etiam exciderunt, quae accurato ſtudio olim didiceras. Itaque otio marceſcis, & ex domo in forum tibi, atque inde iter ad domum duntaxat. Quod longe abeſt a majorum tuorum praeſtantia, qui & literarum & bellicae rei laude inprimis floruere. Turpe tibi nimirum eſt, tam generoſi ſanguinis haeredi, utroque tui generis ſplendore tuo duntaxat prohiberi, cum potueris utrumque ſcilicet adipiſci. Sed liceat tibi quacunque ratione literarum ſtudia poſthabuiſſe; dum bellicae rei gloriam & laudem capeſſere ſtudeas, reprehenſione carebis, inſignemque laudem tibi comparabis. Qui etenim ſtrenue praeliis gerendis ſe accommodant, eos & viventes, & qui poſtea naſcuotur, notos literarum monumeotis & laudant & venerantur. Quis enim Herculis, Achillis, Agamemnonis, Ajacis, Hectoris & hujusmodi hominum, belli gloria praeſtantium, ſplendida oomioa ignorat? Praeterea vires tibi tractandis armis commodae, item is animi vigor, ut mille mortis imaginibus terreri non poſſis. Prudentia vero, quae bellorum clypeus creditur, innata tibi eſt adeo, ut imprudenter, etiamſi velis, facere poſſis nihil. Si fortaſſis tenera uxor, & blandi filii te domi eſſe compellunt; crede mihi, ooo praeſtant nominis claritatem molles deliciae. Heſiodine illud legiſti, quo virtuti ſudorem dii immortales praepoſuerunt? Penelopen pulchram, ot gloriam conſequeretur, facile cootempſit Ulyſſes: majorque laus armatum Achillem ſecuta eſt, quam inter virgines penſa torquentem. Sed occurrit, cruenta eſſe bella, frequentes caedes, praeſentem ubique mortem, periculoſa praelia. Fateor; dum ſcias, neminem mortalium domi ſuae omnimode ſecurum. Quod ſi omni modo (3) oobis moriendum eſt; felix atque optanda ea mors eſt, quae plus laudis morienti ſuppeditat, quam viventi ademerit. Qui enim exitus illuſtrior, quam (4), ut ſemper viveres, breviſſimam vitam conſumſiſſe videaris? Qui domi moritur, diuturna febre debilitatus, & Medici ſermone, & propinquorum lacrymis mortem vereri compellitur, quorum cogitatione dolens invitus moritur. Qui cum hoſte manus conſerit, ita irae gloriaeque flammis inceoditur, ut mortem nihili peodat, immo generoſe mori, quam turpiter malit vivere Quapropter, amice, para te ad militarem diſciplinam, ne avitae virtutis degener ſucceſſor habearis.

III. EUGNOMONIO (1).

Quum *Nicophilus*, familiaris meus, ad te venturus eſſet, neque volui neque deboi dimittere (2) eum meis literis vacuum ad te venire. Non, quia vererer, diuturno ſileotio meo, nedum brevi, aliquid de amore erga me tuo diminui poſſe; quippe quem morientem juveris, eum viventem, tuo praeſertim beneficio, ounquam poſſes non amare. Sed quoniam memor maximi beneficii, quo me tuum feciſti, ounquam beatior tibi

EP. I. (1) *Adamantino.* edit. Cracov. (2) *Thimocratis.* ed.

EP. II. (1) *& te* ed. (2) *fiet* ed. (3) *eium odo* ed. (4) puto addendum, *ſi.*

EP. III. (1) Eugnomoni MS. *Ambroſ.* (2) ſinere. *Id.*

tibi (3) videri soleo, quam quum aut coram te alloqui possum, aut mutuis literis. Nihil vero habeo reliquum, quod possum libentius literis committere, quam & laudes tuas & meam obligationem; &, si mihi milies singulis horis scribendum ad te sit, haud facile à me explicari posse confidam, facultas ne medicae artis, an diligentia, an fides, an experimenta in te potissimum laudanda sint. Nam quum artis excellentia neminem tibi parem recipias, assiduitate quamplurimos, fide omnes nimirum superas: adeoque, si fata immortalitatem hominum paterentur humana (4) comparari, extremam diem clausurus nemo sit, qui te medico utatur. Verum, quia hoc non licet, quod proximum est, longaevos homines facis, & quasi alter Prometheus in frigida interdum membra igneum animi vigorem infundis. Nam quantopere tibi debeam, res potius ipsa indicat, quam prae se ferre possit epistola. Omnia enim mei corporis membra magis tibi, quam mihi debere se fateantur necesse est. Perierant enim illa, quantum in me fuit, teque auctore duntaxat revixerunt. Haec ad te scribenda putavi, ut intelligeres, non apud ingrati animi hominem te beneficium collocasse.

IV. SPECTATO.

Quum majora atque apertiora indies tuae erga me benivolentiae amplissimaeque liberalitatis argumenta prae te feras; non est admirandum, si commendatitias literas accipias. *Rhodophorus*, qui hanc tibi epistolam reddet, est summo ingenio, humanitate egregia, gratitudine inexplicabili; mihi vero ea necessitudine conjunctus, ut conjunctior esse non possit. Quum ergo opera tua egebit, quae amicissimis tibi avara esse non solet, ei, obsecro, ne desis. Nam & quia est officiis omnibus dignissimus, & quia in mea commendatione spei plurimum collocavit, ea propter quam vehementissime cupio ejus necessitatibus abs te opitulatum iri.

V. AESCULAPIO.

Thrasybulus tuus, imo noster, qui proxime ad me venit, haud parvo literarum onere pressus, epistolam tuam ad me reddidit; ex qua (1) dolorisne an admirationis plus ceperim, explicare difficillimum puto. Eo enim narrante didici, tibi cum *Aristodemo* & magnam & periculosam intercedere controversiam, quos longissimo tempore fraternae quaedam vis benevolentiae conjunxit arctissime. Id quum utrique minime conveniat, tibi turpissimum puto, quippe qui annis, prudentia, existimatione illi praestas. Satius sane *Chrysippus* dicebat esse, nullos comparare amicos, quam comparatos amittere. Possunt enim, qui amici non sunt, nos non odisse: quae vero amicitiae à solutis inimicitiae nexibus proficiscuntur, plenae fellis & gravissimi cujusdam odii esse solent: &, (quod certe nefarium est) quae ab amicis olim arcana acceperunt, irae impatientia passim effundunt: hoc nequaquam facturi fuissent, nisi amici: neque enim ignotis confidimus. Sed finge tibi, esse aliquas non omnimodo contemnendas disjungendae amicitiae caussas: illa certe animorum consuetudinis conjunctio rescindenda, non laceranda fuit; & ab amico abeundum non fugiendum fuit. Neque est committendum, ut, quod laxis habenis per coecum furorem feceris, emendare postea & vitare animi tranquillitas non possit. Ergo, si potes, in veteri sententia cum *Aristodemo* permaneas, quem omnes tui concives & amant, & magni faciunt.

VI. HESIODO.

Quantas tibi gratias debeam, quia me quotidie novo aliquo felicique nuncio beas, explicare posse diffidam, etiamsi Heliconis fontes exhausero; vel si humani ingenii vires praetergressus Phoebeum spiritum imbibam. Ceterum ut in ceteris rebus, quae mihi abs te renunciantur, non inficias eam, habere me caussam magnae atque diuturnae laetitiae; tamen ejusmodi nuncium ad me attulerunt proximae tuae literae, qui possit mihi polliceri vitam omnem, quae mihi reliqua est, omnis molestiae expertem. Scribis enim ad me clarissimum saeculi nostri decus *Julianum* humanitate vel potius pietate quadam insolita, atque inaudita *Agamemnonem* (1) *Corinthium* prosecutum esse, etsi aperte norat ab eo & scriptum & vulgatum esse poëma, quod sui temporis atque imperii vituperationem continebat. Quod tam apertas injurias in tanta ultionis opportunitate inultas liquerat. Inimici carmen legerat, Poëtam mordacissimum captum in vincula conjecerat; quem quum jure (2) & omnium opinione morte afficere posset, vita donavit. Ego vero duplicem inde voluptatem capio; alteram, quia vir doctissimus praesentem mortem evitavit, & Principis clementia, & Pieridum opera, ut suspicari fas est: alteram, quia id non minimo ornamento principis nostri gloriae futurum videtur. Se ipsum enim, h. e. justum furorem praesertim vincere prope divinitatis est. Non ab re autem id eum fecisse conjectari potest, quod in hominem illum animadverti non poterat absque magna plurimorum jactura. Eo etenim exstincto exstingui necesse erat plurimas maximasque virtutes, quae, illo superstite, multis & usui & ornamento sunt. Porro quanquam ille mortuus videtur exstingui non vero potuisse, nec ulterius suo dente saevire (3); satius tamen sapientissimo Principi visum est, ut vivens poëta, accepti beneficii memor, tantum meritae laudis carmini mandaret, quantum falsae infamiae vulgaverat. Habeo itaque tibi majores quam possum gratias, (si fas est dicere) quod me hujusmodi rerum participem esse voluisti.

VII. CELSINO.

Memoria teneo pueris nobis (1) consuevisse te saepius

(3) leg. *mihi*. (4) f. deest, *arte*.

EP. V. (1) sic *Ambros.* pro *quia*.

EP. VI. (1) f. leg. *Aristophanem*. (2) *inde* ed. (3) mendosa haec sunt; fortasse legendum: *exstingui vero potuisse, ne u. s. d. saeviret*.

EP. VII. (1) *nobis*, ex MS.

faepius queri, noctes esse breviores, quam cuperes. Nunc vero, ut ex *Euphemio* accepi, si quis operam tuam exigat, continuo tanta negotia esse tibi quereris, ut eis gerendis integer persaepe dies non sufficiat. Libet autem mihi & hujus & illius querelae causam (quantum mea fert opinio) in medium afferre. Brevitatem nocturnam querebaris, quod a paedagogo sub lucem somnos relinquere cogebaris. Puerilis namque aetas, ut Physici perhibent, natura est somni appetentior, quam reliquae aetates. Nunc liberiorem vivendi rationem consecutus aestivas noctes, somno ad meridiem pertractato (2) hyemalibus aequas: inde fit, ut paucissima negotia die perfici non possint. Muta, quaeso, sententiam. Cum enim brevis mortalibus vita sit, id demum tempus vivere videmur, quo vigilamus. Quis enim dormienti visus? quis auditus? quis gustus? quis tactus? quis denique odoratus? Mortis certe imagn dormientis est corpus. Huc accedit, quod, si mane surgas, plus temporis agendis rebus conceditur, meliusque fit, quicquid mane fit; sive ingenii agitatiooe, sive corporis ministerio indigeas, minusque laboriosum gravissimum quodque opus videri solet. Segnia, torpentia, imbecillia, languida denique membra immodicus efficit somnus, ingenium hebetat, pallorem ioducit, multas gravesque aegritudines suppeditat. Tu vero quanquam hujusmodi haud falso de te memoravi, feras obsecro patienter. Tacere etenim, quae scias amicis obesse, hostilis animi indicium est. Scripsi haec ego, non, quia reprehensione tui gaudeam, sed, quia omnium, quae tibi eveniunt, particeps esse compellor: neque enim minori tu mihi es curae, quam ipse mihi sum.

VIII. PRISCIANO.

Theotimum magno animo magnisque viribus hominem, à viro nefandissimo duo vulnera accepisse, ex literis tuis didici, qui nuncius, ne à veritate abhorream, peracerbus mihi fuit: quum animo & considerationi occurreret, magnam fore patriae nostrae jacturam, si his (1) vulneribus tantus vir ante diem mori cogeretur. Quam strenue autem pugnans vulneribus istis affectus sit, considerans, facile sensi leniri (2) dolores, quos ex ea re gravissimos ceperam. Etenim si quis velit nudam veritatem fateri, negaturus non fuerit, eam mortem esse expetendam, quae strenua cum fuerit, laudem egregiam & immortale decus mortuo parit. Unde felix Hector habitus, qui Achillea manu viriliter pro patria pugnans in praelio occubuit. Et si mortem aspernandam sapientissimi censuerunt, unde insignis aliqua gloria speraretur; certe vulneribus non est incessanter dolendum: in quod (3) *Theotimus* incidit non fuga, sed pugna, non ignavia sua, sed hostis perfidia. Ut enim mihi non solum à tuis literis, sed à quamplurimis renunciatum est; quum pugna diu commissa, non paribus utrisque viribus, *Enopius* (4) à *Theotimo* supplex atque lacrymans vitam petisset, in cujus ille arbitrio esse videbatur, *Theotimus* pietate non minus quam armis praestans, quam vitam adimere poterat, condonavit. Sed quum in alium hostem se convertisset, à tergo clanculum *Enopius* veniens doloso ictu *Theotimum* vulneravit. Erunt igitur vulnera illa & virilitatis & pietatis *Theotimi*, *Enopii* vero tum crudelitatis, tum insidiarum perpetuum monumentum. Quapropter *Theotimi* vulneribus ne doleas, velim, adeo immense: nam cum frater amplissimus tibi sit, cavendum tibi arbitror, ne ejus gloriae, quae futura sit immortalis, iavidisse videaris.

IX. EURYCOMO.

Scio, difficillimum esse, amicos non amare; hostes vero non odisse, ut qui utrumque hominem expertus sum. Nihil tamen tam difficile puto, quin (1) tibi, sapientissimo viro, facile videri possit; si vires animi colligere velis. *Anaxarchus*, sive jure, sive injuria, abs te aequo animo videri oon potest: ita eum odisti. Sapientiae profecto tuae est, nulla neqne magna neque parva causa commoveri: sapiens enim non irascitur. Laesit, inquis, me *Anaxarchus*: immo tu te ipsum laesisti: nolentem enim nemo laedit: invitus nemo vere irascitur: irascitur, qui alterius malignitatem ferre non potest. *Socrates* (2) *Anyto*, non *Melisso*, noo denique maledicenti *Aristophani* iratus est, etiam eorum causa moriturus; non quia non posset, sed, quia nollet irasci. Ferarum est magis quam hominis (3): ignoscere humanitatis, atque esse proprium nomen ipsum declarat, inimicum vehementer ulcisci, ejus minas contemnere, & spernere injurias. In durum silicem missa tela, saepe ferientem, rejecta feriunt; sic inimici animus torquetur, cum irritos labores suos intuetur. Tibi vero est alia causa, ut *Anaxarcho* ignoscas, quippe quem facti poenitet: & major futurus tibi est amicus, quam inimicus fuerit. Sed & si *Anaxarcho* oimium succenses, finge illum esse me, teque oro, ut *Libanio* ignoscas. *Anaxarchum* enim & *Libanium* unus conjungit animus; diversa corpora disjungunt.

X. NICENTIO (1).

Cum accepissem, te, Byzantio venientem, fecisse naufragium, è vestigio, ut erat amicitiae nostrae officium, consolatoriam ad te epistolam dedi, eaque tibi in memoriam revocavi; quibus confidebam, posse te non mediocre (2) animo curis oppresso adhibere solatium. Ut enim omittam per me excogitata argumenta, multorum exempla, qui sunt longe graviora perpessi, tibi imitanda proponebam, quae impellere te ad tolerantiam omnino debebant. Turpe enim est, cum scias utiliter fieri, nolle clarissimos auctores sequi,

(2) f. *protracto*.

EP. VIII. (1) MS. *ejus*, recte. (2) lenire *ed.* (3) l. *quae.* (4) f. *Oenopio.*

EP. IX. (1) sic ex MS. pro *quam.* (2) adde *non.* (3) huc puto pertinere, quae sequuntur mox: *inimicum vehementer ulcisci.*

EP. X. (1) ex MS. pro *Vicentio.* (2) *mediocriter* MS.

sequi, qui uniuscujusque vitae generis duces, atque praemonstratores, praeceptores denique existunantur. Verum *Lysippus* longe aliter evenisse mihi significat; quippe non dolere te, sed ferre impatienter. Istud ego tuum consilium non possum non maximopere improbare. Quid enim utilitatis, quid remedii iste infinitus dolor affert? Solus ne es, qui naufragium feceris? aut qui maximum? Plurimi certe cum fortunis vitam amisere. Tu si parum quiddam amisisti, perpetuo flebis? Sed vide, quantum jacturae ex isto immoderato dolore feceris! Tempus enim, quod damno recuperando impendendum fuit, lacrymis & planctibus muliebriter impendisti, unde plus damni quam ex naufragio successit. Hortarer te ab integro, ut ab ista opinione desisteres, nisi cribro mihi hauriendas aquas putarem. Quare quoniam, ut *Hippocrates* jubet, desperatis medicina danda non est, sinam te in sententia, quantum in me erit, permanere. Sed quum diu frustra dolueris, tandem me tibi sapienter consuluisse cognosces.

XI. DEMETRIO.

Tu mihi temeritate maxima, ut audio, interminaris; ego vero minas tuas facile contemno: non, quia sperem, à tua te malignitate unquam tibi (1) temperaturum, sed quia voluntati plerumque facultas adimitur (2). Ceterum cave, ne, eum facere non possis, quae saepe jactasti, tu, quae non jactantur, accipias.

XII. CALISTONI.

Aut ut (1) ignorantissimum, aut me divinum (2) hominem putas, qui obscurissime ad me scribis. Videris enim experiri velle, an, quae obscurissima tibi etiam scribenti incognita sunt, intellexisse me simulem, ut inde conjecturam capias, me multa praeterea (3) videri intelligere, quorum sim maxime nescius. Aut me certe Apollinem facis, qui occultissima interpretari possim. At ego meam fatebor inscitiam. Quid tibi per epistolam velis, non intelligo: nam (4) Tiresiae donum mihi contigisset, quo invitus careo, divinatio. Tu ergo in posterum aut tace, aut apertius scribe.

XIII. ATREO.

Maximum mihi pondus proximae tuae literae injunxere, quibus me consulis, in eloquentia ne tempus omne adolescentiae consumat *Heliodorus*, an, ea quoque posthabita, medicinae studium complectatur. Quum ejus & ingenium, & lingua, & memoria, & audacia probe tenera sit, quae praecipua in oratore postulatur, adduci non possum, ut, me suasore, jubeas, eum haec missa facere, quibus maxime proficit. Medicina vero pro incolumitate retinenda, proque repellendis aegritudinibus excogitata: usque adeo praeclara, utilis necessariaque est hominum vitae, ut ceterarum quidem artium studia aliis praecipue prosint, medicina ipsa & aliis & Medico ipsi usui sit. Neque eam modo utilitatem intelligo, quae in lucro nummario, vel in praediorum proventibus, vel intelligentiae felicitate, vel in aliquo alio hujusmodi genere consistit: nihil etenim horum possis non invenire in eo, qui se cujuspiam artis atque disciplinae scientem praebuerit. Sed utilitatem intelligi volo, quae ex praecipua artis exercitatione petitur. Quod tamen cum ita sit, filius tuus, quantum mea fert opinio, non est a Rhetorica institutione amovendus. Non quia non possit ex Medicina maxima comparare & ornamenta & commoda; sed quia eum natura orando quam medendo aptiorem fecerit, malim eum praeclarum fieri oratorem, quam abjectum Medicum. Tu tamen, cujus in omni re judicium magni faciendum puto; in deligenda filii vita quam diligentissimum te praesta, mihique satisfecisse putato, cum judicio tuo morem gesseris.

XIV. EUSTOLIO (1).

Scribis ad me, te valde solicitum esse, propterea, quod hi, qui astrorum scientiam profitentur, praesagisse dicuntur, mala fore multa anno, quem paulo ante accepimus. Nam & bella, & victus penuriam, & subitas mortes, & pestem denunciant. Fateor, haec omnia mala esse, quae pro viribus evitari debeant; neque sum in ea, qua multi, sententia, ut negem, siderum motu conjectari futura posse. Veruntamen ut, quae videntur mala, vitare dum possis, duco sapientis esse consilii; sic vero frangi omnino eis, quae nulla possis ratione vitare, virili animo indignum arbitror. Vitare mortem & summi Philosophi, ut credo, voluissent, si mortalibus immortalitatem concessam credidissent. Sed ideo multi eam benigne admiserunt; nonnulli morantem nimis invitaverunt, quia persuasum sibi habebant, sibi omnino esse moriendum, stultumque putabant, timere inevitabilia. Neque enim est levius, necessaria atque inevitabilia fugere, quam facta infecta reddere. Ut enim haec facta; ita etiam (2) illa, velis nolis, futura sunt. Addere his libet, quod ea, quae futura divinantur, non magis tibi imminere, quam ceteris videntur. Neque astrorum scientes omnibus interitum, & cetera illa, sed multis, enunciant. Cadentia fulmina quanti sint periculi, nemo ignorat. Non tamen continuo omnes mortales, fulminum metu, perpetuo moerore terrentur. Obsecro te igitur, ne tantopere te maceres eorum malorum praesagio, quae neque tibi futura dicuntur, neque, si futura tibi certo scias, vitare possis.

XV. AMBROSIO.

Ex urbe in Cydippram perinde (1) atque in Aca-

EP. XI. (1) sic scr. pro *in*. (2) MS. quia voluntatem persaepe facultas deficit.

EP. XII. (1) malim *tu*. (2) MS. dimidium. (3) Addidi ex MS. (4) f. leg. *utinam*.

EP. XIV. (1) *Eustolio*. ed. male. (2) *enim*. ed.

EP. XV. (1) MS. *perinde in Cydipeam*.

Academiam quandam cessisse te audio, ubi indesinenter literis vacas. Consilium ego tuum ita probo, ut optem id quod (2) facultatis mihi dari. Nam qui in turba vivit, & in hominum oculis, non sibi, sed aliis, plerumque vivit: audit tamen, quae nollet, ad gratiam persaepe loquitur, vel, si loquatur, quae licet vera quempiam laeserit (3) convitia raro effugit, odium atque inimicitias sibi conflat, vulnera interdum, nonnunquam mortem assequitur. Nimis enim saepe fieri videmus minimo ex verbo cruentas manasse caedes. Qui solus vivit, sibi vivit, nullo censore, quae vult, loquitur, atque facit. Quanquam solus tu esse non potes, cui praesto sunt, moremque semper gerunt quietissimi ac tranquillissimi comites, diversorum generum libri. Gratulor tibi ea assecuto, quae optima dari mihi peropto. Sed amabo te istius quietissimi otii nonnihil impertias, meque tuis frequentissimis epistolis alloquaris.

XVI. URANIO.

Alcibius tuus ad me venit cum literis, quibus me oras, ut cum *Theotimo* diligentissime agam, ne praedia tua ab aliquo possideri patiatur, quandoquidem est injustum, ut, quae tu emeris, justeque diu possederis, alius te invito possideat. Ad hoc me literae tuae etiam atque etiam adhortantur, servus indesinenter impellit, quanquam sola epistola, immo unico verbo facillime sponte currentem habere potuisses tuae voluntati obsequentem. Vel satis abunde facturus tibi erat *Alcibius*, cujus erga te amorem atque fidem mirari satis non possum. Ego quidem elaboravi, & pro viribus conabor, & cum *Theotimo* & cum ceteris familiaribus, ne tibi negotium exhibeatur. Sed, ut intelligas, quam fidum habeas servum, quaesivi ego tunc otiosus, cur, praeter ejus generis hominum, consuetudinem tanta fide res tuas curaret? Is vero mihi graviter sapientissimeque respondit, se novum quoddam fidissimae servitutis genus excogitare oportuisse, quoniam herum habeat (1) nomine, re vero fratrem, cum quo eundem cibum caperet, idem vinum biberet, à quo non modo non vapularet, sed ne malum quidem unquam aliquid audiret. Delectatus profecto sum hominis oratione: te vero absentem animo contemplans hinc prudentiam tuam laudare coepi, hinc humanitatem, hinc liberalitatem sum admiratione atque amore prosecutus. Laudo consilium tuum, qui, ut duplicatam servitutem exigere possis, servis liberalem te praestas, posteritatique probe consulis, quae qualis futura sit, tenere non potes. Nam ut *Socratem* dicere solitum legimus, homini in servos duriori: liberrimus quisque, urgente fortuna, servus fieri potest, si non animo, corporis tamen ministerio. Servivit Hecuba, servivit Croesus, servivit Darii mater, servivit *Plato*, servivit *Diogenes*, qui omnes liberi nati fuerunt, & majori ex parte plurimum imperitarunt.

XVII. LEONTIO.

Per literas me (1) & hortaris & rogas, ut meminerim tui. Id vero ut tibi laudi est, ita mihi dedecori esse cognosco. Etenim amicitiae memorem immemorem me facis. Tantum vero abest, ut possim oblivisci tui, ut potius membra corporis mei sine spiritu moveantur, quam sine tui memoria vivere possim. Utinam tanta mihi reddatur, quanta accipitur, amoris vicissitudo! Quum ergo ad me scribes inposterum, potius me hortare, ne tantopere te amem; tamque pertinaci memoria persequar. Tui namque perpetua cogitatio non solum ceterorum, sed mei quoque oblivionem parit.

XVIII. ENRICO (1).

Si *Leandrum* tuum amare, curaeque habere videor, non est quod admireris. Fit enim, nescio quo pacto, ut, quos doctrina (2) instituimus, eos paterna quadam benivolentia prosequamur. Filium vero tuum eo magis, quam ceteros, amare compellor: quod ingenii quadam praestantia excellens meum nomen non mediocriter illustravit: adeo ut plus ei discipulo debeam, quam ipse (3) mihi praeceptori. Docui eum ut ceteros: didicit ipse ceteris omnibus longe melius. Quare si pro communi multis beneficio cumulatissimam gratiam (4) omnibus certe discipulis praeferre eum & volo & debeo.

XIX. ASTYCALO.

Etsi meae consuetudinis est, perquam raro in aliena domo discumbere (1), propterea quod occupationibus literariis in longum pertracta convivia obesse vehementer solent: tamen à te invitatus jussusque veniam. Nam ut omittam, quod difficillima quaeque imperare mihi potes, ego ex cibo, quem tecum ceperim, non solum corpori, sed etiam animo, quae praebeam, consecuturus videor. Consuevisti enim Platonico more inter epulas rerum gravissimarum quaestiones proponere convivis tuis, id quod mirifice laudo. Neque enim ad saginam, sed ad hilaritatem convivia celebrantur, &, qui cibo duntaxat intentus sit, eum ego pecori persimilem esse judico. Pascendus namque animus est earum commemoratione rerum, quae origini suae h. e. divinitati eum proximum reddant. Nam quae crudelitas, qui furor est, diligentissima cura corpori indulgere, blandiri, illud die, illud nocte curare, quod fragile, caducum, putridum, mortale denique sit; animum negligere, qui sit nobis è divino semine datus, quemque nulla temporum progressio exstinguere possit? Ad eas igitur dapes libentissime me venturum scito, quae & corpori & animo alimenta suppeditent.

XX.

(2) f. idem. (3) malim *laeserint*.

EP. XVI. (1) horum habebat. *ed.*

EP. XVII. (1) *me* ex MS.

EP. XVIII. (1) MS. Entrico f. *Entrechio*. (2) *doctrinis*, MS. (3) ipsi *ed.* (4) f. addendum *debeo*.

EP. XIX. (1) MS. *alienas domi comedere*.

XX. THEOPOMPO.

Meministi, ut arbitror, consuevisse nos integros persaepe dies mutuo colloquio traducere, quum tu mea, ego tua praesentia ali videamur. Honesta inde nos, vel potius necessaria causa disjungit. Nam tu quidem Rhodi es, ego vero per menses aliquot Athenis esse compellor. Permagna certe & prope intoleranda molestia, ejus prohiberi praesentia, quem tu alterum ducas. Quo enim pacto vivas, quum animi pars potissima amico detur, tibique si relinquatur languida moestaque sit. Sed quoniam Daedali esse non possumus, ut nocte, (quo solo tempore à negotiis vacare nobis licet) pennarum beneficio nos videre possimus; obsecro te, ut litteris persaepe colloquamur. Quotienscunque enim tuas literas legam, te ipsum intueri videbor.

XXI. RICHOMERI (1).

Quantum tibi tribuam, & quam te magno animo ducam, inde cognosci licet, quod abs te, certissima injuria à me affecto, veniam petere audeo. Hoc facit non impudentia: novi enim, quantopere te laeserim; sed summa spes tuae humanitatis, tuae bonitatis experientia. Laesi te, quem beneficio prosequi debueram: crimen fateor; supplicium mereri non deprecor. Sed haec ipsa confessio veniam meretur. Non enim fateor, ut vulnus crudescere faciam, quasi facta parvi faciam; sed fateor, quia genus quoddam defensionis esse creditur supplex confessio. Certe vindicatione laudabilior pietas est. Parce ergo supplici, parce magis dolenti, quod fecerit, quam tu passus injuriam doleas.

XXII. SOPATRO.

Quotienscunque ad me scribis, me urgenter oras, ut quaecunque in Bithynia fiunt, tibi significem. Inde fit, ut nunquam ad te scribam, nisi novi aliquid acciderit, quod tibi significetur. Quippe si vulgaria, si usitata scriberem, negligentiae me reum faceres, praetermissa à me multa arbitratus, non, quae non essent, sed, quae nollem scribere. Nunc oblata nobis materia, literas accipies, diu fortasse desideratas. Leonem ex Africa, ut arbitror, ad nos deductum proxime vidimus, ligneis claustris ita circumdatum, ut exire inde nullo modo posset. Eo immissa sunt diversi generis animalia, ursus, taurus, lepus, canis, aliaque multa. Tum vero ab leone in fortissima saevitum est, magnae tamen pietatis exemplum in imbecilliora praebuit. Leporem enim, natura timidum atque fugacem, non modo non laesit, sed à canis persecutione liberavit, eoque laniato timenti lepori caudae motu blanditus est. Tunc forte, ut fit, spectandi studio puer à viro pedibus premitur, demum necatur. Quum multis precibus, affluentibus lacrymis, non potuisset placare stultam hominis crudelitatem: è vestigio ea fama ad *Juliani* aures perlata, virum illum captum leoni devorandum apponi jussit. Quod spectaculum documento fuit, sapientissimo Principi displicere, temporis sui homines à feris pietate superari. Haec sunt, quae tibi significanda censui: Tu, si quid habes, quod me scire oporteat, ne parcas dextrae, sed continuo mihi per epistolam significa.

XXIII. ALEXANDRO.

Vide, quam mihi parum constem. Semper (1) optavi, ut meam operam exigeres, ut multis tuis beneficiis vel unam aliquando gratiam referrem. Ceterum hic me dies infelicem reddidit, in quo me uti coepisti. Etenim quanquam tibi magis, quam mihi, quam ipsis deis, inservire cupio, tamen voluntati facultas par non est. Heu! heu! me miserum. Cur autem tam promtus olim ad promittendum fui, & modo tam impotens ad praestandum sum, quae olim promiseram? Ceterum in tua duntaxat prudentia atque humanitate requiesco: neque enim ignoras, non posse me fortunae reluctari, quae facultatem mihi ademit, qua mos tuae voluntati & officio modo geratur. Abiit enim Princeps pridie quam accepissem literas, neque est nisi post mensem rediturus.

XXIV. EUMORPHIO.

Senex, ut audio, uxorem accepisti puellam; quod, quum multi damnent, ego non admodum improbo. Cum enim liberis careas, quorum cupidissimus esse diceris, decentior tuoque proposito utilior puella, quam aetatis tuae mulier fuit. Tibi ergo felices annos precor, dulcemque filiorum voluptatem. Solent namque senioribus parentibus liberi esse gratiores, quam his, quos minores genuerint. Neque diffido (1) atque dies deos omnes hos tibi esse praestituros, quia nihil te melius in terra vivit.

XXV. ULYSSI.

Quotidie aliquid abs te proficiscitur, unde benivolentia erga me tua &, quam (1) fidem maximam habes, innotescere potest. Sed utinam ea in me ingenii praestantia foret, quae ita graviter tibi consulere posset, qua fide consulere semper & consuevi & debui. Atque nihil in vera amicitia praeter voluntatem exigi solet. Respondeo quaestioni abs te mihi propositae. Quaeris, an uxor tibi ducenda sit, ne semper in viduitate permaneas? Ego sane quanquam difficilem mihi materiam proponi fateor, quam explicare non summa & philosophorum ingenia facile possint; ego tamen existimo, tibi non esse aliam capiendam uxorem. Non quia malum sit natura conjugium, sed, quia tibi malum: filiis fortasse pejus hoc esset. Dic, per Jovem, quid nova tibi uxor afferre possit? Non tu opes desideras, omnium tuorum concivium opulentissimus. Continentissima

EP. XXI. (1) Rhicomeni *ed.* male.

EP. XXIII. (1) *ex* MS.

EP. XXIV. (1) lege: *Deos atque Deas omnes.*

EP. XXV. (1) ex MS. pro *quam.*

EP. XXVII.

fima natura tua Venerem aspernatur; filios atque filias habes ingenio, moribus, forma denique praestantes, quibus superinducere novercam non deforme solum, sed etiam crudele esset. An ignoras, nihil esse novercali rabie furiosius horrendumque magis? Uxoris ne an filiorum amorem majorem esse oportere putas? Illa certe alios parentes habuit; ex alio sanguine nata est. Hi te habuere parentem, sanguinisque tui heredes te ipsum prae se ferunt. Qui si pudicissimam atque optimam foeminam juncturus tibi matrimonio fores, non tamen laudarem, quia plerumque diversarum matrum filii se invicem odio prosequi solent. Quare fit, ut existimem tibi in viduitate permanendum, tum propter liberos, tum, ut videaris uxoris mortem magis dolenter tulisse. Nam mortuam non minus quam olim viventem amare fas est, quum morigera tibi semper fuerit, mentem pudicam, castum corpus, fidem integerrimam praestiterit.

XXVI. GEMELLO.

Anatolium tibi amicissimum fuisse non ignoras, neque illius erga te beneficia adeo obscura fuerunt, ut latere potuerit, quam te valde amaverit. Et in ipsa quidem morte nulli magis confidisse, quam tibi, visus est: quippe qui tuae fidei filiorum curam commisit. Tu vero in eis defendendis negligentiorem te praestas; id quod alienum est ab officio tuo, & ab illius egregiis erga te meritis. Quare te oro, ut talem te filiis praebeas, qualis filiorum pater erga te fuit.

XXVII. MELEAGRO.

Tempus tibi deesse scribis ad omnia peragenda, quae quotidie tibi mandantur (1). Magnatibus nimirum difficilia negotia esse crediderim, non tamen assiduo (2). His vero te sufficientem putabo, si velis tempus partiri, atque prudenter distribuere. Ut enim ordinata paucorum acies militum plura interdum facit, quam multorum confusa turba; ita distributo & eo parvo tempore plura facilius gesseris, quam & confusa temporis prolixitate. Hoc si feceris, deesse tibi tempus queri desines.

XXVIII. ELPIDIO.

Arbitror tibi negotia multa non esse: neque enim multum ad scribendum otii nactus esses. Elegantia quippe epistolae tuae non principis in gubernandis civitatibus, sed viri in componendis orationibus versati esse videtur. Quod si falsum illud est, & multa tibi negotia sunt, quum sufficias ambobus, Musarum aliqua tecum habitare videtur una cum justitia, & omnia opera tua comprehendere. Neque enim aut Arsicidis sagittam tibi exquirendam puto, aut Orphei citharam; lingua enim citharae loco tibi est. Paupertas nunc quidem hominibus communis est; quare non putes à pauperibus ad abundantes profectas esse literas tuas. Sed quanquam nobis imperas hujusmodi, tamen commoveri debes, pro claris aut multorum gratia quod quidem sacras domos facis (1).

XXIX. SELEUCO.

Vehementer delectatus sum tuis literis, quibus intellexi, te nostris calamitatibus commoveri. Ego vero felicitati tuae maxime gratulor, proque meo erga te officio, cogitatione tuae felicitatis, recreari non minime videor. To vale, atque, ut coepisti, cura, ut ego quoque valere possim.

XXX. TIMONACTI (1).

Arbitratus, te esse eum, quem te fore promiseras, quemque studia erga te mea postulare atque mereri videbantur, *Melearchum*, virum optimum tibi accuratissime commendavi. Dixeras enim tu saepius, nihil posse tibi accidere gratius, quam, ut posses tum mihi, tum amicis meis, inservire; & ego hac promissione, quae mendace lingua prolata est, adductus, quibus potui officiis, te sum prosecutus. Ceterum, ut dici solet, quae verba radices cordis non habent, statim arescunt. Venit ad te *Melearchus*, ad commendationem meam preces adjecit, & lacrymas. Tu è vestigio de praemio meministi: at ille se pauperem *Libanii* familiarem appellabat. Tum tu stulte, ne dicam, crudeliter, dixisti: neque paupertas tua, neque *Libanii* familiaritas aliquid laboribus meis mercedis afferre potest. An tu parvam mercedem putas pietatis laudem? Finge, me nihil mereri: illius ne preces affluentissimaeque lacrymae abs te contemni debebant? Sed quoniam ingenui est animi, aperte omnia dicere atque scribere, tibi persuasum velim, & velle me, & posse, si contingat, isti tuae humanitati parem gratiam referre. Quod ideo tibi significatum volo, ut operam meam audacius requiras.

XXXI. CALISTONI (1).

Quum forte de te, ut plerumque (2) soleo, cogitarem; (tibi enim cogitationes meas omnes dedicavi) redditae mihi sunt ab Ulysse literae, quibus significatum est, velle te supersedere causae, quam agere juste feliciterque meo consilio coepisti. Lacrymarum sane materiam, nedum acerbissimum dolorem, illae mihi literae suppeditarunt. Quum enim palam sit, caussae illius actionem me potius quam te habuisse auctorem; vel certe utriusque studio atque consensu agi coepisse, amicis fortasse ignoscentibus; inimicis integrum fuerit, & me imprudentiae & te levitatis arguere. Quippe quum videri possis imitaturus consilium, quod & ego sapienter desisssem, & tu graviter accepisses. Atqui tu scis; tu

EP. XXVII. (1) MS. *componuntur*. (2) MS. *continue*.

EP. XXVIII. (1) hiulca haec non nisi ex Graeco sanari possint.

EP. XXX. (1) *Timonati*. ed.

EP. XXXI. (1) *Calistoni* MS. rectius *Callistioni*. (2) MS. *plurimum*. (3) *Si*

tu es optimus testis; quam fideliter, quam amanter & ipse tibi consuluerim. Stultum vel potius crudele est, ut, quod consilium popósceris à me fidissime datum, non modo non curasse parum, sed etiam contemsisse videaris. Huc accedit, quod (ut dici solet) brevissimi temporis inconstantia totius persaepe aufert vitae fidem. Quis deinceps furorem tuum vereatur, quem leniri exigui temporis dispendio videat? Quod si in aliis alia eveniant, in hac certe causa nihil reliquum spei tibi fit, si (3) denuo facere velis, quod sponte intermiseris. Adversarius namque tuus formidinem tuam conspicatus, audaciorque factus, haud difficile ejus certaminis victoriam se consecuturum sperabit, in quo sponte cedentem adversarium ante habuerit. Quapropter per omnes vires amicitiae nostrae obsecro te, ne deseras causam, quam, me hortatore, agere instituisti. Quod si facies, & tibi usui fuerit, & animum in gravi admodum cura subduxeris.

XXXII. CELEANDRO (1).

Non quia confidam, posse te avertere ab ea consuetudine, quae ita tibi haeret (2), ut spiritus corpori, nunc ad te scribo; verum, ut intelligas, quantum mali ingratitudo tibi attulerit. Postquam luminibus meis occurristi, quotidie te majoribus beneficiis afficere contendi. Nam ut est benignae mentis, & vero amore flagrantis, quae in te officia collocabam, potius aliunde accipere, quam aliis dare, eumque diem lucis expertem arbitrabar, qui ostendendi animi erga te mei facultatem non afferebat. Multi praeterea, me hortante atque orante, ita tui facti sunt, ut eis pro tuo arbitrio uti potueris. Neque vero cuiquam defui ex eis, quos tibi charos esse putaverim. Sed ita sum eos demeritus tua causa, ut mihi fierent longe quam tibi amiciores. Taceo, quot pro te labores tulerim, quibus te incommodis liberaverim, quae & quam certa pericula subiverim. Meus certe erga te amor in plurima me discrimina conjecit, quam Herculem ferox, rabida, atque inexplebilis ira Junonis. Tu tantis rebus indesinenter atque feliciter à me in te profectis non modo nullam retulisti gratiam, verum etiam & me acerrime laesisti, & alios in odium mei summa contentione impulisti vir crudelis, atque ingratissimorum hominum sentina. An ignoras & mortalibus & immortalibus ingratitudine odiosius esse nihil? Quum enim alia prope hominum scelera alios permittant amicos, ingratitudo omnem amicitiam solvit & lacerat. Tu ergo, si potes, desine ingratus esse, ne, ceteris amicis deperditis, eam calamitatem subire cogaris, unde neque tu emergere, neque ab alio eripi possis.

XXXIII. DIONYSIO.

Scio ego, munus tuum ejusmodi esse, ut, si me ipsum pro eo tibi deberi fatear, parvam profecto vicissitudinem reddidisse tibi videar. Inde fit, ut gratias nullas praesenti epistola tibi statuerim; verum ut cum amicis soleo doctoribus, tecum jocabor. Quem credis plus lucri fecisse, te ne, qui dederis, an me, qui munus acceperim? Certe accessione maximi muneris tui non modo ad fortunas meas additum est aliquid, sed plurimum est eis ademtum, immo omnes alieno, h. e. tuo arbitrio sese summiserunt. Quid enim proprium habere is possit, quem munificentia tua servum tibi feceris? Nam ipsum ingenium, ipsam cogitationem, ipsam memoriam, ipsam vocem meam olim (1) atque liberam tu tibi duntaxat vendicas. Lucri ergo plus fecisti dando, quam ego accipiendo: quippe ad quem datum munus redit cum potestate atque imperio fortunarum, meique ipsius. Quanquam enim homunculus sum, tamen non continuo me aspernandum duxeris, quem Musae prorsus non contempsere.

XXXIV. ASTYOCHO.

Cleantius (1), vir omni virtute praeditus, ad te venit, opera tua usurus in rebus quam honestissimis. Arbitratus vero, nihil tam difficile esse, quod, me rogante, abs te non impetrarit; commendatitias literas à me popóscit. Eum igitur tibi maxime commendo, atque, ut intelligas, quantopere *Cleantio* inserviri cupiam, clam te esse nolim, majus beneficium te suscepturum, si eum juveris, quam, si me à morte redimeres.

XXXV. LYSIPPO.

Aesculapius, quem mihi maxime commendasti, & laetitiae & dolori mihi eodem tempore fuit. Laetatus enim sum, datam mihi facultatem esse, ostendendi amoris erga te mihi in eo, qui sit tibi charissimus. Praeter modum vero dolui, quod mecum tam accuratis precibus agis, cui imperare difficillima quaeque possis. Quare te rogo, ne posthac tam parum de me tibi persuadeas.

XXXVI. NICOPHENIO (1).

Facile mihi persuadeo, mirari te, quod tam frequenter *Leucippum* tibi commendem; ego quoque me id audere demiror. Cur tamen id faciam, sic habeto. Non desinit ille me officiis maximis onerare: inde fit, ut nova quotidie causa mihi sit declarandi animi erga illum mei. Ea vero te humanitate praeditum esse cognovi, ut nemo familiarium aliquid abs te petere frustra videatur. Eum igitur tibi maxime commendo, teque rogo, ut eum ea cura tractes, ac si ipse rem meam ageret: una enim manu utrumque perpetuo tibi devinxeris.

XXXVII.

(3) *Si* addidi sensu postulante.

EP. XXXII. (1) MS. *Celandro*, leg. *Cleandro*. (2) *inhaeret* MS.

EP. XXXIII. (1) f. *olim meam*.

EP. XXXIV. (1) leg. *Clematius*.

EP. XXXVI. (1) *Nicophemi*.

EP. XXXVII.

XXXVII. TEUCRO (1).

Quoniam nec dici neque agi recte quicquam (2) solet, si animus affectibus fluctuet, vagusque sit; nihil reliquum his literis committam, nisi me nescire, quid scribam. Tu literarum brevitati, quam non negligentia parit, ignosce: liberiori namque animo plura scribam.

XXXVIII. POLLUCI.

Non, quia nolim voluntati tuae morem gerere, cui me dicavi in omne tempus; sed, quia gloriosius tibi futurum arbitror, si, quae optas, virtutibus tuis potius, quam mea opera consecutus dicaris. Quae mihi proximis literis mandasti, facere non placuit: visus (1) namque virtuti tuae aut clementiae principis parum confidere, quorum utrumque maximum est. Nam tu virtute ita polles, ut ipsa in te genita in te vivere videatur; sive quis eloquentiam quaerat, sive rerum altissimarum naturam; sive antiquitatis notitiam, adeo, ut, quae omnes homines vix consequerentur, unus tu assecutus videaris. Tanta vero est principis clementia, ut privatum, non principem credas. Nemo, qui eum noverit, spe vacuus ad eum vadit, tristis ab eo nemo recedit. Quum vero aliquod virtutis vestigium cernit, non exspectat preces, sed sponte se offert, multa promittens, plura faciens. Quare arbitror, tua vehementer interesse, ut venias: quod si facies, plura consequere, quam petas.

XXXIX. LYSANDRO.

Miraberis fortasse, quod, cum eadem nos moenia teneant, & quotidie colloquamur, literis tecum [illegible], quae agenda coram fuisse videantur. Facit hoc verecundia, quae pudentes in laudem sui aliquid proferre admodum difficile patitur. Cum aliquid à me expetitur, quod vires meas praestare posse negem, tu esse id viribus meis unus par non esse (1). Volo enim difficile videri, quod facile praesto; neque volo tam (2) deterreri homines, quo minus me rogent. Neque vero, quod haec scribam, me impudentem ducas. Ut enim mecum cogito, sic te, ut me alterum duco, alloquor.

XL. CLEARCHO.

Existimari vulgo solet virtutis praemium vel maximum laudem esse: hujus enim adipiscendae gratia strenui in bello milites telorum ictus, certissimam mortem, non modo non fugiunt, sed interdum etiam exoptant. Non possum itaque te non vehementer admirari, qui me tuas laudes memorantem fastidire, atque (ut multi referunt) odisse potes. Quum enim & laude & admiratione dignissima gesseris, si tacitus tua merita praeterirem, aut invidus, aut à virtute alienus judicarer. Alterum horum mihi contingere erga te non potest, cujus gloriam atque felicitatem meam reputo: alterum me exhorruisse, tu es optimus testis. Pro viribus enim semper elaboravi, ut in qua virtute cunctis mortalibus praestas, ejus nullus me expertem diceret. Sed fortasse id de me sentis, quoniam non laudatorem, sed assentatorem me reputas. O Jupiter & Dei! excludite, ejicite, exterminate hanc è corpore animam, si tale aliquid me non facientem, sed excogitantem, vidistis. Vos enim fallere nemo potest. Patiare, virorum optime, quae tu praeclare gesseris, à me studiose commemorari: namque tuorum meritorum amplitudo clarius ingenium exigit, & id, quod ego minime diffiteor. Veruntamen, si imaginem spectes, neque à Lysippo, neque ab Apelle relictam, non debes ejus auctorem debita laude fraudare. Existima, te in montis esse fastigio, multosque totis eniti viribus, ut ad te perveniant: etenim propinquioribus magis delectari, quos tamen virium exiguitas vix altissimi montis radices superare permisit, adspernari non debes. Accipe igitur, gratoque animo libellum, laudes tuas continentem, amicisque legendum praebeas, ut & virtutem tuam imitentur, & meam erga te benivolentiam agnoscant.

XLI. CELSO.

Dionysii, communis amici, admonitus fum literis, te in morbum gravem incidisse, ut longo tempore literarum studia intermiseris. Morbus quidem tuus sane molestissimus mihi fuit: quid enim mali occurrere tibi potest, quod commune mihi non putem? Causam vero istius nostri communis mali ego graviorem existimo: qui (1) me habuit, ut suspicaris, auctorem. Quum enim eloquentiae avidissimus per epistolam me consuluisses, quonam pacto ejus artis fastigium attingeres; rescripsi, frequenti studio, assiduo, quotidianoque aliquid componendi usu, quod admodum cuperes, posse te consequi. Unde praeter juvenilis aetatis fervorem, voluptate omni abjecta, studio & exercitationi perpetuis animi laboribus te tradidisti ita, ut juvenis feceris, quae non frigidi quidem senes laturi fuisse putentur. Longo inde otio in aegritudinem incidisti, quae te & studio literarum interdixit, & rei familiaris administratione. Non erat consilium meum tam anguste intelligendum, ut literis intentum animum semper haberes. Sciebam enim, temporis aliquid familiae, aliquid amicis, nonnihil voluptati, honestaeque exercitationi corporis esse tribuendum. Assiduum ergo studium intelligi placebat, quod ab his, quae jam dixi, negotiis vel otiis reliquum erat: quae (2) ab ista tua sententia me longe absuisse. Censeo & corpori & animo nihil esse perniciosius diuturno otio. Color enim hebetatur, membra torpent; impeditur digestio, stomachus malis repletur humoribus, languet ingenium, & crudis vaporibus exhalantibus cerebrum impeditur, quo minus officium suum praestet, labefactatur memoria,

EP. XXXVII. (1) MS. *Teucro.* (2) sic MS. ed. *quicunque.*

EP. XXXVIII. (1) Sic scribo pro: *usus.*

EP. XXXIX. (1) f. legendum: *meis unus par esse confes.* (2) lege; *tamen.*

EP. XLI. (1) l. *quia.* (2) sensus postulat; *vides*, vel simile.

ria, valetudo corrumpitur, denique vita ſugatur, mors accerſitur, niſi moderata exercitatione frequentiſſime movearis. Addo quod ad omnes labores tolerabilius eſt iter à quiete quam ab opere. Ut enim jumenta pondera alacrius mane quam veſperi ferunt, quoniam nocturna quiete redintegratae ſunt vires; ita ingenia, interpoſito interdum otio, promtiora ſtudiis habilioraque redduntur. Cura igitur valetudinem tuam, &, cum morbum ſugaveris, utere epiſtolae praeſentis conſilio, ut ſimul corporis valetudini, ſimul ingenio atque ſtudio optime conſulas.

XLII. PHERONIO.

Magnitudo animi tui, quam mihi maximis in rebus experiri contigit, tanta eſt, ut indignum putem, ſi adverſam fortunam aequo animo ferre te adhorter. Nam neque ſerenae fortunae frons te ſuperbientem tollit, neque nubila atque obſcura deprimere poteſt, adeo ut, cum fortuna plerisque mortalium regina eſſe dicatur, ejus te & regem & dominum eſſe oſtendas. Filii ergo tui mortem ſi argumentis non colligo toleranter eſſe a te ferendam, non negligentiae aut oblivioni meae, ſed prudentiae magnanimitatique tuae adſcribere debes. Nam eum (1) te eſſe cognoſco, qui deliros putes homines chariſſimorum mortem graviter ferentes, quam neque fons neque mare lacrymarum revocare poſſunt. Eo autem facilius filii mortem abs te ferri exiſtimo, quod vi te (2) naturae humanae labores effugit, quam experiri coepit. Prima namque pueritia, in qua ille deceſſit, neque libidinem, neque ambitionem, neque avaritiam novit, neque ceteras animi affectiones. Sed quid ego multis, ubi taciturnitate opus eſt, utor. Verendum enim eſt mihi, ne imprudentiae tibi nomine ſuſpectus fiam, quod vel minimum aliquid conſolatorium attigi. Tu tamen ſingulari tua humanitate id ipſum, quod feci, vehementiae amoris erga te mei, non magnanimitatis tuae diffidentiae tribues.

XLIII. CLEMATIO. (1)

Facile mihi perſuadeo, te eum eſſe mihi abſenti, quem praeſenti promiſeris. Longe etenim abeſt à prudenti bonoque viro, qualem ſemper eſſe te cognovi, rem verba non ſubſequi, plusque tibi tacenti credo, quam *Timocrati*, & diceoti & monſtranti, te eſſe mutati erga me animi, quod praetendi ſilentio tuo quidem aſſeverat. Credo ſiquidem, ſcribendi officium ideo eſſe praetermiſſum, quoniam aut nuncius defuit, aut talia mihi ſignificanda erant, quae non niſi certis nunciis committerentur. Verum quia rerum tuarum impatienti deſiderio teneor, obſecro te, ut eis omiſſis, quae ſecretiora eſſe placet, ſi cetera tibi ſcribendi argumenta ademta ſunt, id ſaltem ſcribas, non audere ſcribere. Finge vana gaudia, finge iras, denique, cum ſcribas, mihi detrahe, obſtrepe maledictis. Plus enim voluptatis maledicta tua mihi dederint, quam aliorum ſummae copioſiſſimaeque laudes.

XLIV. ARCHELAO.

Audio te incidiſſe in lectionem quarundam declamationum, quas non gloriae cupiditate, ſed optimorum juvenum hortatu atque impulſu ſcriptioni mandandas cenſui, lectasque igni conſumſiſſe. Cur, bone vir, innocentes chartas crudeli non ſupplicio modo, ſed morte etiam affeciſti? An erit in eis aliquid, quod improbares? emendandum ſane, non perdendum erat opus. Ex ea enim re tu ingentem gloriam aſſecutus, rem mihi minime ingratam, ſtudioſis autem juvenibus perutilem feciſſes. Neque enim eo ſum ingenio, ut à quovis mortalium quocunque animo proficiſcentem emendationem odio faſtidiove proſequar. An id fortaſſe amicitia, quae mihi tecum eſſet, feciſti, ut, quod corrigere ipſe non auderes, reprehendi ab altero non poſſet. Atqui non erat amici animi perpaucis erroribus, quae bona erant, ſudoribus meis comparata, igni mandare. Ipſe nimirum conveniendus fuiſti, errorumque admonendus. Nulla, ut arbitror, hujusmodi ratione feciſti: verum te in tantum facinus invidia compulit. Aliquid inde opinionis & gloriae ad me delatum iri putabas. Omnia planiſſime. Quid mea tibi gloria detrahitur. Num tibi communis mecum eſt capeſſendae gloriae poteſtas? Juſtum ne putas, diligentiae meae fructus ſomno atque otio tuo communes fieri oportere? Sed, ut rumparis, perſuaſum tibi velim, invidiam tuam mihi nihil damni feciſſe, atque auctorem te multo magis cruciare. Nam ejus generis ſunt declamationes meae, ut à multis poſſideantur, legantur, imitatione dignae cenſeantur, quod non laudis meae gratia, ſed te impulſore ſcriptum placuit; citiusque interibit omne nomen tuum, quam vel una mearum declamationum intereat.

XLV. AMBROSIO (1)

Ampliſſimum fateor munus ad me miſiſti, ſed ornatiſſima tua epiſtola munus apprime illuſtravit. Ego vero, qui tecum muneribus certare non poſſum, ne literis quidem certabo, non ſolum quia rebus res, non verba, debentur, ſed quia elegantiam in hoc genere tuam aequare diffido. Brevis itaque ero, meque ſignificabo nihil habere, quod commune tibi putare non poſſis.

XLVI. DIOGENI.

Invitus per Jovem tibi aliquid nuncio, quod non delectet. Cum enim amiciſſime ſemper vixerimus, & tu in me, & ego in te vixiſſe videor; unde boni malique tibi evenientis (1) particeps eſſe compellor. Sed quoniam tua vehementer intereſſe putavi, ut intelligeres, qualiacunque domi, te abſente, acciderint, epiſtolam hanc lugens deſcribo. Uxor tua, feminarum

EP. XLII. (1) ed. *quam.* (2) leg. *citius*, vel *prius.*

EP. XLIII. (1) ed. *Cleatio.*

EP. XLV. (1) MS. *Aburſio*: lege *Aburcio*, vel *Aburvio.*

EP. XLVI. (1) MS. *eventus.*

narum decus, febre correpta, post biduum mortua est, quum medici plures adhibiti succurrere ei languenti vel nescierint, vel non potuerint. Funus ei celebratum est non vulgare profecto, & (quod omnium in eam benevolentiam praetulisse videtur) quaecunque mulieres funus secutae sunt, lugubrea accepere vestes, quasi non alieni, sed proprii doloris causa eo venissent. Neque ignoro autem, te ingentissimo dolore cruciari, &, quod talem uxorem amiseris, &, quod ei morienti adesse nequiveris. Atque, ut praepostero agam ordine, non est, quod ob absentiam tuam adeo defleas, quanquam auris atque oculus januae sunt, quibus ad claustra cordis voluptates curaeque plerumque eunt. Tamen ut visa facilitas magis quam audita suavior esse solet; sic visa calamitate magis quam audita movemur. Morientis certe illius amplexus, frigida oscula, imperfecta verba non tulissent te animo consistere. Quod autem mortua est uxor, non debes equidem indesinenter dolere. Fuit illa tibi semper morigera, dum vixit, pudica, mitis, qualis fortasse paucissimis contingit; istud ipsum non augere dolorem, sed diminuere deberet. Quis scit, si longior ei vita fuisset, quod tamen suspicari non possum, an mores mutatura (2) fuerit. Morte sane ita virtutes laudesque suas obsignavit, ut ullo temporum progressu deleri, minui, mutari denique non possit. Peperit praeterea illa tibi filios, qui ut maternam prae se ferunt effigiem, ita maternas virtutes, paternis conjunctas, imitabuntur. Hos quum videris, illam videre puta, quanquam decora ejus forma, quae sempiterna futura, ubicunque fueris, eam tibi reddere praesentem poterit. Quamobrem obsecro, ut constanti animo hunc casum feras, ne, quum ad nos veneris, quod faciundum arbitror, alius, quam abieras, rediisse videaris. Cognovi etenim, esse te semper animi ad omnem fortunae varietatem paratissimi atque fortissimi.

XLVII. LAMPHENIO (1).

Miraris, quod ad te non scribo. Cur miraris quasi incertus, quod optime intueri potis? (2) Epistolae scribendae usus introductus est, ut cum absentibus loqueremur. Quis autem, mente constans, marmor alloquatur? Tu mihi nimirum marmor videris, &, ut vere dicam, marmore durior. Quum enim marmor artificis manu, quam volueris, formam recipiat, atque exprimat, te infinitis precibus adducere non potui, ut ad me scriberes. Cur igitur ad eum scribam, qui me non audit? vel potius, qui audiens me aspernatur? Desine tandem admirari id, cujus te auctorem sponte fecisti.

XLVIII. HESYCHIO. (1)

Quam vellem surdus interdum esse: neque enim, quae natura bona sunt, semper hominibus prosunt. Bonae quidem sunt vires, sed plerumque audaciores, quam oporteat, homines reddentes, exitio sunt. Boni sunt oculi; sed his auctoribus magnas persaepe in cupiditates prolabimur. Ita, ne omnia consectar, bonae sunt aures; sed tamen per eas animus interdum eas haurit molestias, ut satius futurum fuerit, audiendi sensu caruisse; quod mihi proxime usu venit. *Neobulus* enim, qui se tibi verum amicum ostendit, lugens mihi significavit, devenisse te in falsam suspicionis proditionem, & ea gratia te conjectum esse in carcerem, ubi vitam finiturus diceris. Gravem quidem, fateor, (innocenti praesertim) esse carceris poenam; sed tamen etiam quae gravia sunt, & injusta, dum vitari non possunt, levia existimanda sunt. Tantum enim laedimur, quantum nos laedi putaverimus. Malus est carcer, sed fortasse, si is te non teneret, gravius aliquid pati cogeris: undique enim pericula imminent. Quis scit, an interfici potueris, nisi carceris custodiam curet? Satius vero est, in carcere vivere, quam foris turpiter interire. Cogita praeterea, multos Philosophorum hoc solitarium vitae genus conquisivisse, ut multitudinis molestiam devitarent. Otiosus autem, si velis, imo maxime negotiosus fueris; doctissimus enim cum sis, licet quotidie aliquid legere, scribere, meditari, componere, quanquam brevi futurum spero, ut, innocentia tua intellecta, hoc carceris onere libereris. Nihil enim falsum diutissime credi solet. Sed interea, dum ita tibi vivendum est, obsecro te, ut prudentia utaris, neque aliquid gravius feras, quam ferre sapientem decet.

XLIX. VITALIO. (1)

Antimonus (2), qui proxime à te ad nos venit, te mihi subiratum dixit, quod nihil ad te scripserim. Tu vero desine mihi irasci, qui omni culpa vaco. Ut enim ad te non scripserim, non negligentia, non oblivio fecit; sed spes tuarum literarum. Quum enim percupidum te intelligerem legendi meas literas, quibus certior fieres de omnibus, quae hic aguntur, arbitrabar accepturum me tuas esse, quae meas postularent. Sed quoniam spes me fefellit, mutabo consilium, sed ita, ut literas mihi reddas cum foenore. Novi, quod ad te scribam, habeo nihil, nisi quod *Telemachus*, utriusque nostri amantissimus, peste decessit, absque testamento. Tanta enim vis morbi fuit, ut ante extinctus fuerit, quam eum male valere quispiam noverit. Filiis multa bella parantur ab his, qui alieni sudoris fructus haurire solent. Ego tamen pro ea benevolentia, quae mihi cum patre fuit, non sum eis defuturus. Literas tuas miro desiderio exspecto, quibus nihil suavius legere possum.

L. ENTRECHIO (1)

Vis scire, cur brevem nunc epistolam praeter consuetudinem erga te meam accipias? Facit

(2) addendum fortasse *non*.

EP. XLVII. (1) MS. *Laophemo*. (2) sic MS. loco: *potes*, quod est in *ed*.

EP. XLVIII. (1) sic MS. recte. ed. *Mesichio*.

EP. XLIX. (1) MS. *Bitalio*. (2) MS. *Latimoniis*. Malim *Antimachus*, cujus mentio est in ep. LV.

EP. L. (1) ed. *Enthrechio*, MS. *Eurechio*: recte vero *Entrechio*.

cit hoc longum filentium tuum. Sufpicari etenim licet, ideo te non fcribere, quoniam nimium refcribendo dormis. Volo brevitate experiri, an iftos fomnos excitare poffim. Sed haec ipfa brevitas magnum defiderium fert, quanquam epiftola eft longe potentior. Fert enim, quae ipfe ferre non poffum. Tu, fi me amas, ad me continue fcribe.

LI. AESCULAPIO.

Quoniam te novi *Theophraftum* non fecus amare, atque te ipfum, quaecunque ei felicia contingunt, à me tibi declarari oportere arbitror; non, quia ea difcere aliunde non poffis; verum, ut me vehementius ames, tuos neceffarios ita amantem, atque me ipfum. Habuit proxime *Theophraftus* in frequenti populo elegantiffimam orationem, in qua omnia eft complexus, quae (1) in perfectiffimo Oratore defiderari poffunt. Dicam non minus vera quam jucunda: pronunciatio adeo fuavis cunctaque illuftrans (2), ut non Mufae, non Apollo ipfe loqui fuavius, ut opinor, poffent. Videbatur fane more Medufaeo anditores omnes in faxa vertiffe; ita in fe unum oculos omnium mentesque converterat. Quum horas quinque oraffet, tum demum coepiffe vifus eft, cum loqui defiit. Illa enim oratio ut chariffima mihi fuit; ita facillime favorem plaufumque omnium & meruit, & confecuta eft. Gaude igitur mecum hac *Theophrafti* gloria, quae, ut ipfe vides, fane quam maxima eft: ex infinitis (3) omnique auditoribus nulli difplicuiffe difficillimum & prope divinum putare debemus.

LII. ONESIPHORO (1).

Venturum te ad nos epiftola, quam à te noviffime accepi, ambitiofe promifit; tu vero neque venis, neque morae caufas renunciari mihi ftudes. Inde fit, ut tu mendacem epiftolam oftendas, & ipfa te mendacii auctorem faciat. Nihil enim illa, quod mandaveris atque jufferis, afferre mihi potuit, quum ligata arctiffimis nexibus mihi delata fuerit. Ego vero neque te amicum, nec illam tibi fidiffimam nunciam accufabo; fed illius potius miferebor, quae in itinere fortaffe partem aliquam in diverforio reliquit, quam hofpes pro obfonio acceperit. Tu ut ignotas (2) caufas difquirere definas, aliam mitte epiftolam, eamque pecuniofo tabellario praebeas, qui nihil ei deeffe patiatur.

LIII. DIANIO (1).

Si vellem digna meritis tuis facere, neque voce neque literis te alloquerer. Dio etenim mecum filentio oteris, non aliter, quam fi immobilis tibi lingua effet, &, quae humana verba formare non poffet. Nihil aufus loqui tecum, ne tibi moleftus effem, praefenti epiftola tibi fignifico, demirari me, quod nihil loquaris. Subvereri enim mihi licet, ne aut me inimicum tibi putes, aut mihi fis ipfe inimicus. Sed, ut illud ipfum falfum effe certe novi; ita hoc me ambiguum maxime reddit. Quare, ne ambigua mente fim, diffolve tuis literis aenigma. Nam, ut te amicum cupio, ita inimicum non cupio.

LIV. BELAEO.

Si praeter naturam confuetudinemque meam reprehenforias ad te literas fcribo, fcias, id te effeciffe, quod *Callifthenі*, viro optimo, atque mei amantiffimo, & eidem mortuo, detrahere diceris. An te non pudet, innocentem mortuum, non refpondentem, tam acriter infectari? quaenam eft haec crudelitas? Quid tibi eft, impie atque fceleratiffime vir, cum *Callifthenis* candidiffima anima? An exiftimas, non habere *Callifthenem*, qui ejus caufam defenfionemque fufcipiat? Sed, age, finge adeffe judicem caufae, quae eft tibi cum *Callifthene*, habendam ne fidem accufationi tuae credis, nifi teftes adducas? An hi omnes mendacii te convincent, nifi forte fceleratum aliquem invenias, h. e. tibi fimilem? Sed hujusmodi hominibus credi non folet. Crede mihi, fi in manus meas fcripta tua pervenerint, non committam, ut refpondentem mendaciis tuis defideres, aut contemnas. Nam &, quae falfo illi objectas, diffolvam, & veriffima crimina in te conferam.

LV. ARISTOPHANI.

Quae epiftola *Antimachi* manibus reddita mihi a patre tuo fuit, ea mihi fignificavit, quae, etfi falfiffima puto, tamen acerbiffima mihi fuere. Diceris mulierculae cujusdam amoribus implicari, ut Mufarum, quarum diu alumnus fuifti, oblivio te ceperit. O fcelus! ô dedecus! Novem amififti ut unam fequereris. At haec infamiam; illae gloriam: haec brevem voluptatem; illae perpetuam felicitatem: haec foetorem, illae ambrofia fuaviorem promittunt odorem. Confidera, ô infelix, quid fequaris, quid amittas. Revoca in memoriam & confiderationem, quid adolefcens fecerit Hercules, atque ut Herculeam compares laudem, illum, quoad potes, imitare. Contempfit ille juvenili & nitido afpectu mulierem, quae delicias afferebat: deformem, ut videbatur, fecutus, quae diuturnis laboribus fuaviffimam immortalemque mercedem promittebat. Crede mihi, cum ifte adolefcentiae furor deferbuerit, pudebit te factorum. At, fi mihi audiens fueris, paterne confulenti, quotidie te feliciorem factum videbis.

LVI. LEONTIO.

Plurimum me tibi debere agnofco & fateor, qui nihil absque meo confilio facere velis: id enim teftatur amorem maximum erga me tuum: quantique me facias, perfpicue declarat. Verum, ut olim hortatu meo ad eloquentiam animum appulifti; ita nunc, rei difficultate perterritus, petis,

EP. LI. (1) ed. *quare.* (2) ed. ita: *adeoque fuavis: cuncta illuftrans.* (3) ed. *finitimis.*

EP. LII. (1) ed. *Honefiphoro.* (2) fic fcribo pro: *ignoras.*

EP. LIII. (1) ed. *Diani*, MS. *Diano.*

petis, an te profecturum in ea putem. Arbitratu etenim tuo videris omnem operam, omneque tempus amittere, quod eloquentiae impenderis. Ego vero per nostrae amicitiae vinculum juro ubèrrimos te fructus consecuturum, si in veteri sententia permanseris. Quid enim est per deos, quod tibi eloquendi majestatem adimere possit? Invenis facile, disponis prudenter, partiris commode, tuas partes gravissime tueris, repugnantes acute refellis, pleno gratiae exitu orationem, & quotidianam etiam claudere soles: aurea verba, perpolitas sententias loqueris. Quid ego de modestissimis tuis gestibus, quid de suavissima voce dicam? cujus naturali harmonia Orphei more sistere flumina, movere silvas montesque possis. Nam tali es memoria, qualis raris contingit mortalibus, adeo ut oblivisci difficilius, quam meminisse possis. Haeccine te ad eloquentiam adhortantur, an dehortantur ab eloquentia? Deberes certe, si omnes mortales diversa consulerent, unam discere, qua nihil & privatis hominibus ornatius & conducibilius esse possit. Quod si haec omnia tibi deessent, non tamen continuo eloquentiam aspernari deberes. Quid enim magis naturale est, quam loqui? quid deinde hominibus honestius, quam bene artificioseque loqui? Quamobrem obsecro te, qualem fidem habere soles & vis, ne coepta studia intermittas. Quod si feceris consilio meo, non vulgari felicitate affectum esse te cognosces (1).

LVII. DEMETRIO.

Delectarunt me praeter modum literae tuae, quas *Euphemius* (1) heri mihi reddidit: eis enim, quantum me ames, intellexi. Nam *Olympio*, quem tibi enixissime commendaveram, scribis te ita affuisse, ut in re difficillima facile fui voti compos evaserit. Haec intellexisse jucundum potius, quam inopinatum fuit. Semper enim mihi persuasi, non posse me *Olympium* frustra tibi commendare; &, quia is vir optimus est, &, quia tu in amicos liberalissimus esse consuevisti. Habeo itaque ingentes tanto beneficio gratias.

LVIII. EUSEBIO.

Optatissimas mihi literas tuas tandem legi, quibus diuturni silentii tui (1) causa, mihi significata, fecit, ut ego continuo, quam laetitiam ex literis tuis ceperam, in moerorem converterim. Ideo enim te non scripsisse causaris, quoniam adversa valetudo te diu detinuit. Me igitur scias de aegritudine tua vehementer doluisse, & nunc prosperiori valetudine laetari.

LIX. LYSIPPO (1).

Ulyssem, literis vacuum, ad te mitto, quod fortasse miraris. Ceterum scias, velim, ea me gratia id fecisse, quo melius, quid te facere velim, intelligas in ea re, quam ille tibi significabit. Neque enim persuadere mihi possum, ita aperte vel efficaciter literis, sicut lingua fidi (2) disertique praesertim hominis posse animum meum tibi declarari. Ad hoc accedit, quod *Ulysses* aegre laturus videbatur, si ad te ea de re scripsissem, cujus ipse me sit cupidior. Visus namque fuissem parum ei credere. Te igitur maxime oro, ut in omnibus non aliter *Ulyssi* fidem habeas atque mihi haberes. Is autem fortasse antea ad te venerit, quam has acceperis literas.

LX. POLEMIO.

Quid est, *Polemi* optime atque maxime, quod te etiam invitum amare compellor. Quanquam enim bellicosus es, & frequenter conseris mecum injusto praelio manus, ad quod bellicum te nomen fortasse invitat: ego tamen non desino & te quotidie vehementius amare, &, quibus possum in rebus, honori tuo inservire. Desine tandem eis esse infestus, quos charos esse mihi animadvertere potes. Saltem, si placere non vis, certe mihi displicere non debes. Hoc enim tu quoque nimiae crudelitatis esse non negaris.

LXI. CREONICO.

Vereor, ne fiam tibi inconstantiae nomine suspectus, qui, cum persaepe facultates tibi omnes obtulerim, operam in re facili meam nunc denegem. Tantum vero abest, ut hoc libens faciam, ut hunc diem exsecrer, in quo discedendum mihi necessario Athenis est. Malim enim difficillima quaeque perpeti, quam tibi non morem gerere. Tu tamen prudentissimus quum sis, meque veritatis amicum noveris, existima, non fieri, quod velles, necessario meo hinc digressu, non negligentia, quam tibi praesertim serviturus alienam à me esse constitui.

LXII. EUPREPIO.

Parnassi geminos colles ad me attulit epistola tua, quam mihi *Euphrasius* (1) reddidit: ita verba sententiis, ita sententiae verbis conveniunt; ita copiosa, ita gravis, ita suavis mihi visa est, ut existimem, ipsas Pierides Pegasea unda illam exarasse. Quam praeterea grave testimonium perhibuit amoris erga me tui! At certe novi nihil mihi significasti. Persuaseram quippe mihi, te esse Musarum Phoebique alumnum, &, quod in me amando modum omnem superares, non quia id merita mea exigant, sed, quia ea humanitate es, ut amicos pluris quandoque facias, quam te ipsum. Quare fit, ut, si dignas tuis meritis non laboro excogitare gratias,

EP. LVI. (1) ed. *affectivum esse te cognoscis*.

EP. LVII. (1) MS. *Eufemius*, male.

EP. LVIII. (1) *tui* ex MS.

EP. LIX. (1) MS. *Nicippo*. (2) ed. *vidi*.

EP. LXII. (1) MS. *Euphasius*.

(2) leg.

tias, non ſim continuo negligentiae abs te damnandus. Ut enim hoc facias, vetus conſuetudo te hortatur, natura impellit. Quod ſi non laudem, nec vituperationem, quae ingenita ſunt nobis, afferunt; laudare te non debeo ea (2) humanitate, quam natura tibi inſitam vel invito eſſe imperavit. Sed ſatis jocati ſumus: tibi perſuadeas velim, tuam iſtam voluptatem (3) mihi eſſe chariſſimam, neque (4) parem tibi benevolentiam praeſtare.

LXIII. ARISTARCHO.

Etſi ad amorem erga te meum addi nihil poſſe hacteaus arbitrabar, plurimum tamen acceſſiſſe proximo beneficio tuo ingenue fateor. Nam *Charidemus*, mihi ſingulari benevolentia conjunctiſſimus, mihi ſignificavit, ſe perhumaniter abs te fuiſſe tractatum, quum, declarata benevolentia, quae me ei conjunxiſſet, opera tua uteretur. Tibi itaque haud obſcurum eſſe velim, nihil potuiſſe aut gratius aut optatius mihi accidere. Ut ergo parem tibi amicitiae viciſſitudinem praeſtare poſſim, utere me obſecro eis in rebus, quae tibi aut amicis conducturae videntur.

LXIV. APHEMIO (1).

Gorgiam *Platonis* non ſolum vetuſtum, ſed etiam chariſſimum, hoſpitem pluribus tibi rationibus libentiſſime impertior: &, quia vel nulla vel major vel ſuavior occurrit mihi voluptas, quam dum inſerviendi tibi praebeatur occaſio; &, quia divinum *Platonem* ampliſſimis viris venerationi eſſe gaudeo; &, quia tu operis ejus lectione ac ſtudio ampliſſima ornamenta conſequi videris; &, quia ſic faciendum videtur, ut, cum in *Cilleum*, ſtudiis noſtris amiciſſimum locum, pervenerimus (2), communi labore, haud diſſimili materia, impari tamen ſtilo, dialogum conficiamus (3). His alias poſſem conſilii mei cauſas afferre, niſi prudentiam tuam compertam haberem, cui, longa praeſertim familiaritate, omnes jure cogitationes apertiſſimae ſunt. Sed ita Gorgiae conſuetudine velim te oblectes, ne mihi literarum tuarum colloquio interdicatur, quibus ſoles facile omnes moleſtias non minuere ſolum, ſed depellere prorſus animo poſſe confidam. Alienum etenim ab officio foret, ſi meis me armis laederes, h. e. ſi ea re, quam mihi ademi, tibi tradidi, voluptate, quae maxima eſſet, prohiberes. Verum, ne ſemper ſerio quidem ad te ſcribam, Gorgia, longo itinere defeſſo, ita utere, ne rediens, quas abs te moleſtias accepit, mecum expoſtulet.

LXV. LEANDRO (1).

Literae, quas & ornatiſſimas, & Pegaſeo nitore fulgentes, abs te accepi, multa mihi ſignificarunt, quae iſtic aguntur, meque hortari videntur, ut (2), qualiacunque hic geruntur, obſcura eſſe non patiar. Difficillimum vero, & facultate mea gravius animo pondus objicitur. Nam pro meritis erga me tuis non minus laetari fortuna tua poſſum, quam adverſa doleam. Tibi itaque gratulor, qui urbem, quietis & incolumitatis domicilium, omnium ſtudiorum genere florentem, atque omni felicitatis genere praeditam, colas. Sed me miſerum! quo animo, qua fretus audacia, quae mihi ſunt calamitates, epiſtolae committam. Quanquam enim noſtros dolores communes tibi mecum eſſe arbitror; tamen haec acerba commemoratio vulnera, natura dura, recrudeſcere facit: tibi tamen tantum tribuo, ut negare petitioni tuae poſſim nihil. Quum ceteri locorum mutatione peſtis impetum fugiant atque devitent, ego fuga ei propinquior fieri ſemper videor. Corintho decedens, ubi nepotem amiſeram, Athenas adii. At illae mihi fratrem ſuſtulerunt. In villa proxima diſcedens reperi *Aurelianum*, cujus infinita, ne dicam plura, erga me ſunt merita. Is autem poſtridie, quam ad eum veni (3), peſte correptus, poſt triduum mortem obiit. Nunc omnis laetitiae quietiſque expers factus mortem mihi adeſſe vellem. Quid enim aliud miſeris & in ſqualore poſitis mortalibus mors videri debet, quam facilis quaedam migratio à dolore ad quietem? Literis tamen tuis lectis aliquantulum remedii ſenſiſſe viſus ſum, quod ut ſaepiſſime contingere (4) mihi poſſit, da obſecro frequentes ad me litteras.

LXVI. SALUSTIO.

Nullo unquam tempore ex me laetiores literae perlatae ſunt, neque magis indices amoris erga te mei. Quandoqnidem ea, quae arbitratu multorum, tuoque fortaſſe, moleſte ferre poſſem, ita aequo animo fieri intueor, ut laetari eis maxime compellar. Quam enim foeminam fratri matrimonio jungere longo magnoqne ſtudio contendi, eam tu, nt audio, uxorem accepiſti. Neque vero diffido, iſtam conjunctionem fore maxime felicem, cum genere, opibus, moribus, forma pares omnino aequalesque ſitis. Addo, quod in eadem civitate, in eademque vicinia ambo nati, educati ambo fuiſtis, adeo ut, cum illa te, & tu illam à primis unguiculis noveris, nihil per imprudentiam fieri inter vos potuerit. Neque, nt pleriſque accidit, falſa vel Parentum vel neceſſariorum conjunctione uterque in alterius benevolentiam impulſi fuiſtis; ſed maturo quidem atque alto judicio. Quapropter tibi apprime gratulor, iſtiſque nuptiis non ſecus laetor, quam fraternis laetarer: te enim ſemper fratris loco duxi.

LXVII. APRINGIO (1).

Vellem pro mea erga te benevolentia, proque mea conſuetudine, quae mihi fuit cum optimo tuo parente, fieri potius tuarum laudum vel ſpectator,

(2) leg. *ex*. (3) leg. *voluntatem*. (4) leg. *meque*.

EP. LXIV. (1) leg. *Euphemio*. (2) *perveneramus*, ed. (3) *conficiemus*. ed.

EP. LXV. (1) f. *Cleandro*. (2) *ais*, ed. (3) ed. *poſtridieque ad eum veni*. (4) ed. *quod ſapientiſſime contingere*.

EP. LXVII. (1) MS. *Aphryngio*.

spectator, vel praeco, quam rei alicujus infimulator, quam in te dolenter fieri (2) intueri compellor. Sed quia facis, quae me tali digna sunt, admonitionem, ab amico praesertim animo venientem, ferre haud graviter debebis. Audio te nescio qua Tisiphone maloque daemone (3), omissis literarum literatorumque hominum consuetudine, eis tantummodo haerere, qui aucupio, venatione, gula, Venere, ceterisque id genus deliciis delectantur. Falleris, amice, vanaque voluptate pasceris. An ignoras, aucupium atque venationem, solis Principibus aut certe opulentissimis privatis convenientem, nil praeter voluptatem habere, canum alimentis atque avium frequentia miseram paupertatem invehere, superfluos vero atque exquisitissimos cibos & graves morbos, & acceleratas mortes afferre indubium est. Ut omittam, quod cibi atque potus, ut multis amica est, ita brevissima est voluptas. Nam quid attinet de ineffrenato Veneris usu aliquid memorare, quum dictu quoque vel perquam obscoenum existimetur. Una ergo tua est voluptas, quae & damno & infamia possidentem afficiet. Sed si recte confidenti mihi audiens fueris; illis te duntaxat oblectare constitues, quae jucunda amicis, honorifica propinquis, denique (4) futura videantur utilia.

LXVIII. PHILOTHEO.

Alius fortasse plurimis maximisque beneficiis affectus nihil ab eo petere auderet, cui se plurimum debere cognosceret: ego vero, quanquam scio & praedico, merita erga me tua infinita esse; mira tamen fiducia atque audacia operam tuam requirere constitui ea in re, quam maxime cupio. Audio Athenis *Homeri* Odysseam venalem esse tantae vetustatis, ut *Homeri* aetate scripta judicetur. Eam, si fieri posset, quovis pretio vellem meam facere. Qui vero hac in re suffragari melius posset, praeter te novi neminem, cui venditor amicissimus est, & inservire magis, quam ceteris mortalibus, cupit. Quare, si me amas, confice, ut voti hujus compos evadam. Quod si feceris, erit, quo me perpetuo devinxeris.

LXIX. NEOTIMO.

Quam (1) gratissimae mihi tuae literae fuerunt, quibus humanitatem perspexi tuam. Pro minimis namque officiis erga te meis tantas agis gratias, tantopereque te mihi offers, ut maxima, amplissima, difficillimaque pro te subiisse pericula videar. Non sum tamen eo provectus insaniae, ut Delphicum sermonem oblivioni mandaverim, in quo nos ipsos nosse videbimur (2). Non ignoro itaque, me paucissima & ea minima studia praestitisse, cum sis meritus, ut vitam quoque pro te contemnam. Sed scio, unde profectum sit, ut, quae minima sunt, maxima ducas. Facit enim hoc mitissimum ingenium tuum, faciles mores, plenum gratitudine pectus. Quippe cum minimum quid acceperis, mori te putas, nisi duplicatam gratiam reddas. Quapropter ego majores tibi gratias debere me cognosco, quum parvula mea in te studia, ex optimo tamen animo profecta, tam grate acceperis, quam mihi debeas, a quo ea acceperis.

LXX. ORCHANIO (1).

Longissimas mihi literas dedisti nihil veri continentes. Brevissimas ad te dare constitui, veritate plenissimas, quanquam tuis longiores judicari (2) posse puto. Plus enim fores, si duo fera (3) tela feras. Quemadmodum ergo probare non potes, quae mihi falso objectas; ita si te praestantissima ingenia laudare velint, excogitare longissimo studio dignum nihil laude poterunt.

LXXI. GERONTIO (1).

Puerum ne me, an puero magis credulum putas, qui promissis duntaxat mihi blandiris, quibus carere malim, quam abundare. Quid blanda mihi tua verba, quid jurata promissa prosunt? Pascis me cibis à te oblatis, minime tamen à me gustatis. Brevissima tua sit vita, si ita cibo vescaris, ut alios pascis. Si promissis duntaxat pro amicis agere liceret, paupertas non agnosceretur. Quis enim adeo abjectus est, cui modo sit aliquis amicus, qui, quod facillimum est, non velit multa amico promittere? Atque operis umbra sermo est. Pueris, quo flere desinant, argentum aurumque promittimus. Plerumque frustra id conamur: fit enim, nescio quomodo, ut facta promissis chariora habeant. Tu mihi satisfacere putas vanis promissionibus; at ego, ne fallaris, te admonendum putavi, labores tuos perdere: frustra enim non credenti promittitur. Desine igitur promissis me tuis fallere. Si vero tibi haberi fidem optas, mutus facito, quae sonora voce promittere mihi soles. Facta enim quam verba facilius ab auribus meis excipiuntur.

LXXII. CYRILLO.

Heliodorus proxime ad me venit, qui tametsi tecum de sua ad me profectione locutus est, tamen neque literas tuas attulit, neque salutem mihi tuo nomine dixit. Demiratus equidem sum, tantam de me oblivionem tibi obtigisse, cum praesertim literas à me ternas acceperis, quibus nihil dum respondisti. At, quas literas? plenas inquam humanitatis, indices amoris erga te mei. Quaenam, obsecro, tam longi silentii tui causa est? me ne divinatorem putas? qui animi tui sententiam intelligere possim? Sed jam, omisso joco, oro te, ut literas ad me, si frequentes non potes, raras mittas: ne, si voto meo omnino repugnaveris, contemni videar, quod & mihi durum, & tibi deforme erit.

LXXIII.

(2) *fieri* rectius deest in MS. (3) deesse suspicor *astum*. (4) f. omissum *tibi*.

EP. LXIX. (1) sic MS. pro *quoniam*. (2) malim: *jubemur*.

EP. LXX. (1) *Orchamo* MS. (2) sic MS. pro *judicare*. (3) malim: *vera*.

EP. LXXI. (1) ed. *Gerantio*, male.

LXXIII. SEBASTIANO.

Odysseam mihi summas delicias, petiisti, pariterque a me commodato obtinuisti (1): neque enim vel ipsam animam a me frustra petere posfis. Satis illa diu apud te commorata (2) est: cupit ad me redire, ne semper in domo aliena hospitetur. Postquam enim difficillime facta materia est, quievit nunquam, adeo ut ei summa sinceritas maxime officerit. At fortasse dices, amicorum omnia oportere esse communia. Placet sententia, sed tu propriam illam videris velle habere, qui acceptam nunquam reddas. Quare te rogo, ut Odysseam remittas, vel, si longitudine temporis iter oblita est, deducas, ad quod te impellere ardentissimum hoc meum desiderium debet.

LXXIV. EUNICO (1).

Quicunque huc ex Corintho veniunt, minas tuas mihi significant, monentque, ut mihi caveam. Quis tu es adeo horrendus atque fortis, ut me solis verbis detorquere putes? Hiantes horrentesque personas in scena conspicatus saepe; non auditas, sed renunciatas minas formidare non possum: ferientem quam minantem gladiatorem magis timuerim. Verba tua quid aliud esse putas, quam latrantes canes? non aciem, non cuspidem habent. Stultissima tua verba tympana sunt, non arma. Si me tantopere odisti, cur non infers, quos tam saepe minaris, ictus? Cur, si verbis, quam ense, potentior es, mihi non dicis, quae aliis jactas? At si locorum haec intervalla non sinunt, cur in me non scribis? Quanquam enim natura timidissimus es, possis non timide scribere, quandoquidem scribens non videbis, quem fortasse metuis. Sed causam teneo, quam peto: hoc non satis, quia plura a me exspectanda tibi forent, quam dedisses. Quod nimirum effugere non poteris, nisi mutes sententiam. Quamobrem, ne improvisum bellum tibi illatum doleas, scias, me nugaces tuas minas, & scriptis, & ferro, si ita facto opus erit, ulturum, nisi maledicere desinas.

LXXV. ORPHEO.

Difficillimum atque impar meis viribus onus subirem, si tentarem his literis aperire, quam mihi proxima epistola tua jucunda fuerit: de his enim me admones, quorum nescius in grave periculum incidissem. Consuevi enim omnibus adesse, qui te novisse, & minima consuetudine tibi conjunctos vere falsoque dicunt. Itaque *Neoptolemo*, quem nunquam antea videram, omnia tua causa promisi, quae exspectari à me possent. Quod si fecissem, te acerrime laesissem: quod tantum abest ut facere possim, ut mori, quam te vel minime offendere, malim. Lectis ergo literis tuis aperte homini dixi, ne in me vel in minimo spem collocaret, quod tuos nuncios meos ducerem.

LXXVI. CLEMATIO (1).

Quicunque huc veniunt, a me rogantur, an te viderint? an tuas literas habeant? Qui quemadmodum primum affirmant, ita alterum pernegant. Idque in causa fuisse, ut suspicari licet, à te instructi dicunt, quod nimis celeriter eis abeundum fuit. Nunc vero, ut aperte aut negligens aut mendax deprehendaris, hunc ad te mitto cum mandatis, ut te, literas ad me scribentem, triduo quatriduoque exspectet, quo spatio posses Troicum bellum scribere. Cui si nihil literarum dederis, te ipsum accusaveris.

LXXVII. POLYDORO.

Quae literae nomine tuo proxime mihi redditae sunt, mihi significarunt, opinionem de me tuam falsam quidem atque injustam. Arbitraris, me tibi abeunti detrahere: qua re nihil alienum est magis a natura consuetudineque mea. Tibi vero, quem amicissimum semper cognovi, etiamsi natura maledicus forem, vel imperante natura nihil possem (1). Quare, si fieri potest, abjice hanc ex animo sententiam, meque omnibus in rebus tuis utere.

LXXVIII. NEOTORI (1).

Quotidie mihi laudes tuae commemorantur: id quidem (2), etsi mihi jucundissimum est, superflue tamen fit. Quandoquidem multo ante eorum commemorationem optimum te, humanissimum, verissimum cognovi amicum, in quo liceat intueri amicitiae omnisque virtutis legem sanctissimam. Haec ad te scribo, non ut tibi assentiam (3), verum ut te magis ad virtutis studium confirmem: laude enim verae virtutis & sapientissimi delectantur.

LXXIX. ANDRONICO.

Demiror, *Andronice*, virorum optime, cur, quum omnia merearis, & maxima difficillimaque, à me non modo minima, sed nulla, petas. Idque mecum reputans, existimo, aut diffidentia mei fieri, aut, quia me non indigeas. Atqui non est admodum verisimile, quod secundo propositum est. Multos enim habes amicos, quibus hujusmodi negotia sunt, ut a me juvari non minime possint. Ut ergo alterum ex animo eripiam tuo, omnes fortunas mecum tibi offero: sciasque, nihil esse tam difficile, quod par viribus meis praestare tibi facillime non possim.

LXXX.

EP. LXXIII. (1) ed. *pariter a me commodato & obtinuisti.* (2) ed. *commemorata.*

EP. LXXIV. (1) ed. *Ernico*, male.

EP. LXXVI. (1) Sic recte MS. at ed. *Clemaro.*

EP. LXXVII. (1) deesse videtur: *detrahere.*

EP. LXXVIII. (1) MS. *Il:hotori*; fortasse *Nestori.* (2) MS *quod.* (3) f. *assenter.*

EP. LXXX.

LXXX. SIDONIO (1).

Timiditatis oomine Principem nostrum proximis literis appellas, quod *Sennotatum* (2), temporibus suis detrahentem, & carcere & morte liberavit. At istuc ipsum non parvi, sed magni animi fuit. Magnanimum ne dicas armatum virum infanti oudo congredientem? Est enim *Senotatus* iofante stultior, cujus ougas nemo neque amat, oeque timet. Muta ergo sententiam, & disce, magnaoimi esse, magoa aggredi, parva contemnere.

LXXXI. PHILIPPO.

Exspecto jam diu literas, charissima manu tua scriptas, oon quia istioc ad me complures non veoiaot, qui me de rebus omnibus, ad me pertinentibus, certiorem faciant; verum, ut istam locorum disjunctionem literis conjungamus. Tam potens enim est literarum vicissitudo, ut & altissimis montibus & lato aequore separatos mutuum sermonem habere permittat, qua in re nihil potentissimi Reges potentius commodiusve habent. Accedit ad hoc, quod, eloqueotissimus cum sis, mirifice me tuae literae delectant. Quare te oro, ut ad me scribas: literas namque tuas oon atramento, sed Pegaseo liquore scriptas putabo.

LXXXII. SYMMACHO.

Quid te consecuturum putas maledictis de me tuis: per Jovem utilis mihi est tua ista hostilitas. Ut eoim cavere omni studio debemus, ne boni gravesque homines vitam nostram incusent; ita contemnendum, si quis pessimus ultimaeque iotamiae, tui denique simillimus non modo nostras laudes taceat, sed etiam contradicat. Tales enim plerisque videmur, quales hi sunt, qui nos laude vel vituperatione prosequuotur. Quare tibi persuadeas, me consilium illud tuum vehemeoter probare.

LXXXIII. MAXIMO.

Ad epistolae brevitatem me hortaris: id faciam; tu contra ad me longissimas epistolas mitte. Consilium utriusque laudandum. Parva enim ab amicis profecta magna putas: aoimus meus prae amore maximo expleri amicorum literis ounquam videtur.

LXXXIV. PELOPI.

Dionysius, qui ad me proxime venit, ea de re me certiorem fecit, quae animum laetitia explevit. Uxorem enim te accepisse ounciavit, geoere nobilem, forma praestantem, moribus insignem, cujus pareotes in oculis tuis vixerunt, quae in vicinia tua nata nunquam habitavit, ubi te vicinum non habuerit, qued in uxore diligenda quam optimum esse duco. Quamobrem tibi vehementissime gratulor, sed in hoc ouptiarum exordio virum te, ooo leonem esse, consideres. Rem tenes.

LXXXV. NICODEMO.

Quod tu difficillimum putabas, ut vides, & facillime & amplissime tibi praestatur. Rogasti enim me, ut Principi te commendarem; id quidem feci, sed tamen meritis erga me tuis, meaeque vel voluotati vel obligationi oon est visum satis. Egi namque cum Principe, ut literas ad te apertas mitteret: quibus omnibus te judicibus commeodaret, oe esset spes aliqua tuis adversariis oppugnandi. Tu vero quum fidem erga te meam in hoc expertus fueris, quicquid habes reliquum, quod à me exspectari possit, ut me laetissimum reddas, ipsum illud impera.

LXXXVI. CLEARCHO.

Epistolam ferentis filius (1) apud nos discit (2): porro mihi uterque curae est: hic quidem, ut par est, curare discipulum, ille vero ut discipuli pater: huic quoa sermones impertio: illi tuam mansuetudinem. Est praeterea huic frater, quem oondum vidi: quia tamen hujus frater est, ei bene esse velim (3).

LXXXVII. CLEARCHO (1).

Scripturus ad te eram, oportere te adesse *Faustino*, qui bonus quum sit, pauper tamen est, & haec quidem ipsa ad favorem tuum impetrandum sufficere arbitrabar, mores & paupertatem. *Celsus* vero me adieos, &, quid facerem, percootatus, longo tempore te illi favere coepisse nunciavit: confecisse vero nihil eorum, quae volebas. Ceterum si quis hoc alius diceret, ferrem, quod volens non potueris. *Clearchum* vero noo decet hujusmodi responsio. Quippe grave hoc est, & quaedam consilii accusatio, nisi ei atque outui tuo imperare possis.

LXXXVIII. MAGNO.

Non inficias eo, tanti esse faciundum beneficium, quo me affecisti, ut nuoquam possim aliqua illud aequare (1) gratitudine. Quare conandum mihi omnibus eloquentiae viribus esset, ut dignas meritis tuis huic epistolae literas committerem. Sed, quia me oon verbis, sed maximis optimisque meritis tuum reddidisti, meas partes oequaquam esse putavi, verba reddere, quia difficillimum est, quo animo proferantur, cognoscere. Tamen, si mea opera uti voles, me grato animo esse comperies.

LXXXIX. MAGNO.

Heu! heu! lingua tua resonat ounquam sermone

EP. LXXX. (1) MS. *Sydoni*, male. (2) MS. *Sennottatum*. Graece scripseris Σεννόταтоν.

EP. LXXXVI. (1) ed. *filii*. (2) ed. *disce*. (3) Tota haec epistola manca est & mendosa; exstat plenior infra lib. III. ep. 270. rectior autem in Collectione mea n. 269.

EP. LXXXVII. (1) Exstat & haec in Collectione mea n. 1.

EP. LXXXVIII. (1) ita ex MS. ed. *requirere*.

mone mutato (1), five folus five in turba fueris, &, fi quis animum tuum placare contendit, continuo hoftem eum reputas, & conviciaris, maledictisque atque minis (2) à te amoves. Aft illi hoftes tibi non funt; fed ipfe bellum tibi infers. Sed fortaffe ferre dolorem non potes. Nullus dolor eft, quin ferendo levior fiat. Malus dolor dominus eft, qui quanto obfequentiorem fervum habet, tanto ille fe duriorem praebet: repugnantem non laedit. Define ergo dolere, ne doleas.

XC. TITIANO (1).

Maximas tibi gratias agere compellor, quod plus mihi tribuis multo, quam merear. Legi Tragoediam, qua *Tragonaei* facinus admodum infectaris. In ea omnia me delectarunt. Nam & inventio fuaviffima eft, & univerfae actionis commodiffima digeftio, commodiffimus verborum lepos, altiffima fententiarum gravitas. Quare non tibi opus fuiffe noveris, aut me, aut quemvis mortalium ejus rei emendatorem quaerere, quia in eo genere nihil poffit defiderari melius.

EP. LXXXIX. (1) in MS. *nunquam* deeft, & pro *mutato* legitur *muto*. (2) ed. *nimis*.

EP. XC. (1) f. *Tatiano*. Haec epiftola eft ex *Ambrof.* quae & in edit. *Cracov.* & inter Graecas meas defideratur.

FRAN-

FRANCISCI ZAMBICARII Praefatio, seu Dedicatio potius in libr. II. Epistolarum Libanii ex Cod. *Ambros.* & *Mediceo* nunc edita.

Ad Clariss. Equestris Ordinis Virum, Dn. Joannem Bentivolum
FRANC. ZAMBICARII, *Equitis & Poëtae laureati praefatio.*

NOn sum ego nescius, splendor Equestris Ordinis, ea esse tua merita, quibus Bononiensium Rempubl. prosecutus semper fuisti, quae mihi patria est, ut non nisi maximae amplissimaeque res dignae te videri debeant. Quum tamen uno omnium sermone mihi innotuerit, magnanimitate, prudentia, aequitate caeteris te praestare, benignitate vero te ipsum superare, haud difficile mihi in animum induxi, has meas qualescunque lucubratiunculas tibi non ingratissimas fore, quippe cum, satis ita volentibus, & in aliena patria nasci mihi contigisset, & in ipsa prope infantia utroque parente orbatus fuissem. Frustra nimirum, perceptis jam Latinis literis in Graecia, Musarum Parente, tot labores, tot calamitates, tot denique vitae discrimina perpessus mihi viderer, nisi Magnificentiae tuae gratiam tanti mihi labores pollicerentur. Neque vero ideo me minus amandum censeas, qui extra patriam & natus fuerim, & hactenus vixerim. Nam, ut omittam, quod is, qui me in lucem produxit, contra majores tuos ne minimum quidem aliquid aut fecit, aut dixit, aut excogitavit, quippe qui & foris natus est, & juris scientissimus Venetiis & vixit, & mortuus denique est eadem in urbe. Quamplurimos invenio natale solum sponte destituisse, clarissimos tamen, & immortali nomine dignos evasisse. Quippe Lysiam perspicuum est nunquam Athenis natum fuisse, quanquam Atheniensis vulgo appellabatur, neque Pythagoram, cujusmodi vocaretur, Samium exstitisse. Quin etiam Plato Academiam, tenuissimum locum, Athenis praeposuit, quem & Xenocrates & Polemo secutus est. Idem videatur sensisse Cleanthes, Chrysippus Solensis, Carneades Cyrenaicus, Clitomachus Carthaginiensis, Aristochius, Strato Lampsacenus, Critolaus Phaselita, Demetrius Phaleraeus, Cebes Thebanus, quos omnes optimos constat fuisse Philosophos, neque tamen in patria habitasse. His autem accedit Publius Virgilius Maro, qui Mantuae natus, Brundusii functus est luce Neapolique sepultus. Lucius autem Annaeus Seneca, vir Stoicus, & Lucanus, ejus fratris filius, Romae mori quam Cordubae vivere maluerunt. Et Marcus Annaeus Seneca, qui in Tragoediis versatus est, Cordubae itidem Romam praeposuit. Quorum fuit omnium aemulus Cicero, qui quum Arpinas esset, in Urbe pater patriae appellari meruit. Euripides autem, qui patriam tantis laudibus efferebat, nonne in Macedoniam profectus est, & apud Archelaum vitam cum morte commutavit? Aeschylum Atheniensem praetereo, Poëtam clarissimum, quem Sicilia sepelivit. Sed neque Simonides & Stesichorus, ubi nati sunt, habitavere. Denique, ne antiquissimorum duntaxat exempla consectemur, apud Magnificentiam tuam vivit Cola, vir omnium laude, admiratione, venerationeque dignus, & qui semper omni non modo consilio & contentione, sed etiam dimicatione acerrima Bentivoliam familiam sectatus tutatusque est: huic tamen Asculum patria esse antiqua dicitur. Si igitur tot viri, omni virtutum genere praestantissimi, extra patriam absque patriae odio vivere potuerunt, liceat mihi Magnificentiae tuae permissu hactenus a patria fuisse longe lateque vagatum non damnare, si & Italiam non damnare, si & Italiam peragravi, & Graecia quinque annorum spatio me detinuit, studio duntaxat percipiendae eloquentiae. Ceterum, si nulla reliqua ratione munusculum hoc meum Magnificentiae tuae gratum videri potest, duo certe sunt, quae id ipsum tibi displicere non patientur. Primum, quod a viro Zambicariae familiae datur, quae pro Magnificentiae tuae laude atque salute vitam, nedum fortunas amittere paratissima sit, memoria repetens, Thomam illum, Zambicarii nominis egregium decus, non modo pro clarissimo avo tuo, eodemque utriusque juris & patriae splendore amplissimo, sed etiam cum eo crudelissima morte affectum fuisse. Alterum vero est maxima, admiranda, divina denique Libanii gravitas, vehementia, jucunditas, atque, ut vere dicam, quod sentio, vis, quam ne in Demosthene quidem in hoc praesertim genere facile reperias.

Accipe igitur aliquot hujus epiſtolas, quas inter maximas occupationes proxime latinas feci, Tibique perinde atque Maecenati vel potius Numini cuidam meo dedicavi. Charior enim mihi, major, venerabiliorque es, quam fuerit olim vel Ariſtoteli Philippus, Rex Macedonum, vel Maroni Octavianus, vel Domitianus M. Valerio Martiali. Et nimirum ſi Libanii inventione atque ſuavitate in ejusmodi epiſtolis te delectatum ſenſero, alias mihi interpretandas conſtituam. Habeo enim plures mille & quingentis, quibus certe in maxima Graecorum operum copia nihil ſuavius legere poſſum. Porro, ſi quid praeterea aut in hiſtoria, aut in poëſi, aut in dicendi arte, aut in morali denique Philoſophia apud Graecos eſſe noviſti, quod latinum cupies, illud continuo mea interpretatione latinum fiet. Quotiescunque enim mihi bene de te merendi offeretur occaſio, non dare ſed accipere beneficium videbor. Laudes vero tuas, quae per ſe longe lateque patent, ſi quid otii nactus fuero, carmine meo illuſtrare contendam. Sed jam Libanium ipſum audiamus.

LIBER

LIBER II.

I. ANATOLIO.

Quid mihi faciendum sit, nequaquam intelligere possum: laudari etenim a me non pateris, & tamen, quae dignissima laude sint, continuo facis. Ceterum, quum id mihi ingenium sit, ut non minus honesta laudem, quam turpia vituperem, tacere etiam hoc, te reclamante, non potero; quae facis, non solum a prudenti viro, divinoque philosopho, omnibus, nedum mihi, facta videri, sed a Deo quodam. Quamobrem desine indignus laude videri. Omnia semper cum virtute gessisti. Patere obsecro & me, & alios, tuarum laudum efferre praeconia. Quemadmodum injusta laus est fugienda, ita justa a sapientibus admitti solet.

II. ANATOLIO.

Quantum ex epistola tua colligere potui, vehementissime doles, librorum tibi copiam non esse, ut lectionis varietate intentum solis duntaxat literis animum delectare, aut certe à molestia aliquantulum revocare possis. Ego vero unum aut alterum librum assiduo legere, & perfectissime intelligere malim, quam diversa tractans animo confusam veluti nubem conficere potius quam intelligentiam. Quamobrem hujusmodi dolorem posthabeto, ut qui necessarius non sit: cura, ne tu tibi potius defuisse videaris, quam libri.

III. JULIANO.

Librum, qui ex rebus, à te (1) gloriose gestis, nonnihil continet, non laude solum, sed admiratione prosequi soles. Et quum in doctissimorum hominum coetu tibi esse contingit, ut mihi renunciatum est, neque *Demosthenem* vehementius, neque jucundius *Socratem*, neque *Platonem* copiosius de rebus tuis potuisse scribere magna cum admiratione contendis. Majorem praeterea gloriam ex scriptis meis te consecuturum praedicas, quam ex rerum gestarum felicitate. Ego vero longe aliter sentio. Nam etsi summo studio atque elaboratissimo conatu nomen tuum efferre contendi, tamen, cum vires meae tanto ponderi non sufficerent, quod datum est, magna cum voluptate effeci. Ceterum tam splendidae sunt tuae laudes, ut rudia quoque ingenia materiae dignitate illustria satis videri possint. Quare orationi meae res à te gestae amplissimo ornamento fuerunt. Quumque res tuas illustrare contenderim, quae suapte natura splendidissimae erant, ego potius me ipsum illustravi. Non est ergo cura, ut mihi gratias agas aut debere te mihi existimes. Ceterum, ut hujusmodi splendorem ex rebus tuis commemorandis consequi possim, quicquid inposterum feliciter gesseris, per epistolam mihi significari cures.

IV. MAXIMO.

Maxime vellem, ut, quaecunque de meis laudibus per amicos circumferuntur, verissima forent: ita enim videri facillime & bonus & eloquentissimus possem. Tua vero commemoratione amplius etiam aliquid consecutus viderer, quam sit concessum mortalibus. Quum me supra modum laudare consueveris, vereor, ne è multis tuarum epistolarum lectoribus unus aliquis existat, qui te humanissimum esse fateatur, sed plus, quam oporteat, amico concedere dicat. Non quia de me aliter sentias, quam scribas, sed quia, quod inesse velles, id ipsum, quasi insit, & commemoras, & indesinenter laudas. Ut igitur non ex te modo, sed ab aliis laudari possim, ad me scribes, modo inposterum servato. Sicuti enim injusta infamia in laudem; ita falsa laus in infamiam plerumque converti solet.

V. ANDRONICO.

Existimavi, post multas contumelias, quibus nomen meum obterere studuisti, demum te a maledicendo (1) temperaturum, vel, quia mentiri te intelligeres: dicitur autem veteri proverbio, mendacio esse brevissimos pedes; vel, quia patientia mea malignitatem tuam demulcere possit. Ceterum audio, te nova & majora in me indies congerere crimina. Quare per deos, quos veros esse putas, non per infamiam, quae per scelera tua tibi placet, te maxime oro, ut desinas maledicere. Nisi etenim consilium mutaveris, dormientem canem in te à somno excitasse dolebis.

VI. ULYSSI.

Uxoris importunitatem non posse ferre te scribis; meumque consilium expetis, verberibusne emendanda sit, an e domo sit potius ejicienda. Difficilem fateor provinciam regendam suscepisti; sed erat habenda summa ratio & virium tuarum & ponderis, quod proponebatur ferendum. Facilius etenim est, quem morbum conjecturis adventare prospexeris, prohibere, quam, quod jam corpori annexum est, repellere. Sed quoniam, ut plerumque usu venit, jucundum nuptiarum exordium amarissimum finem praebuit, quam domo uxorem acceperis, retinendam puto. Nam, quae pessima sit, satis emendari non potest, &, quae ejicitur, honestas causas effingit, quibus retineri domi potuisset, nisi inexplebilis mariti libido, infamis furor, aliaque hujusmodi, quae tecta essent, consulenter uxorem ejecissent. Cujus, mendacii licet, infamia, nullum invenias, quae secundas nuptias tecum celebrare velit, si tandem is tibi sit animus. Quam ergo imprudenter accepisti, serva prudenter, & vince bonitate pessimae uxoris malitiam.

VII. DE-

EP. III. (1) ita MS. ed. *qui abs te de rebus.*

EP. V. (1) ita MS. *Ambros.* & *Medic.* pro *maledictione*, ut legitur in ed.

VII. DEMETRIO.

Interrogatum à discipulis Pythagoram, qua ratione tuti mortales vivere possent, respondisse legimus: nihil silentio esse melius. Quippe si cohibetur lingua, latens animo vitium nullius formidat insidias; nulli ex hostibus suis vituperandi materiam vel pessimus quisque suppeditat. Mira autem commoditate silentio odium tegens quemcunque imparatum invadere potest. Quemadmodum enim, quae aperto certamine dimicant acies, mille modis reprimi possunt, occulte vero ex latebris prodeuntes, quam sibi victoriam promiserunt, consequi plerumque solent; ita, qui tacito pectore dicenda faciendaque pertractat, raro decipitur, frequentissime alios fallit. Quamobrem, quum mihi renunciatum fuerit, tibi cum *Philodemo* controversiam esse, qui cum conjunctissime vixeris (1); idque evenisse, quia, quod nollet, ei desideras (2); obsecro te, ut paucissima loquens plurima cogites, audiendique longe cupidior, quam dicendi inposterum fias. Neque labores addere, sed potius adimere tibi videor. Aures enim, ut quae sua sponte omni tempore patent, serius difficiliusque laedi videntur, quam lingua. Loquens enim aliquis pulmonem fatigat, & palati, & dentium, & linguae, & labiorum opera uti compellitur, quae non sine labore maximo praestari possunt. Ad haec autem si consideratione anteacta secula & varios fortunae eventus complectare, mille hominum, civitatum, regnorum clades & exitia linguam advexisse comperies: ut sanctissimum illud Solonis dictum merito censeri possit, quod hominibus praecipuum munus esset, quod eos à ceteris maxime separet animalibus, idem esse perniciosissimum. Id autem linguae perspicuum est, quae non minus ratione à brutis nos distinguere videtur, quando & ceteris animalibus quum foetus alunt, & utile appetunt, & laedentia oderunt, nonnihil rationis inesse videtur. Quanto igitur & antiquior & major benevolentia ante cuipiam devinari (3) videris, tanto formidolosius cum illo sermonem facias, ne, si, quod ipse oderit, referre forte contingat, offendas, solvasque voce, qua nihil fugacius, dulcissima amicitiae vincula. Quod si vere consulenti amico morem gesseris, quietissima quadam vivendi ratione oblata, felicissimos omnes vitae annos exiges.

VIII. ADAMANTINO.

Quum frequentes literas ad te dederim, miratus hactenus fui, adeo amicam tibi fuisse negligentiam, ut rescripseris nihil. Quum vero *Helpidius* hodie me convenerit, vir tibi corpore tuo familiarior, admirationem dolor ex animo abire compulit. Neque enim ignoras, plerumque admirationem ex his fluere, quae tantum eveniunt, dolorem vero ex his duntaxat, quae nos maxime laedunt. Mirabar antea, te scribendi officium praetermisisse, id quod inter familiares raro usu venit. Nunc vero ingenti moerore conficior, in maxima opportunitate te adeo mei fuisse immemorem, ut ne literam quidem mihi reddi volueris, quod certe grande flagitium est. Quid enim spei de te mihi esse potest, ut fortunas & corporis dicationem, si res postulet, assore credam, cum ne verbis quidem morem gerere volueris. Sed vetus & minime simulata me urget amicitia, ut facile praeteritam injuriam oblivioni mandem, modo ipse inposterum diligentiorem te praebeas. Quod quum ita sit, non permitte obsecro, me esse officii tui adeo cupidum, curatoque, ut, quos locorum intervalla disjungunt, literarum vicissitudo conjungat.

IX. THEOPHILO.

Non ignoras, te mihi esse amicissimum. Postquam enim nos invicem amare coepimus, non aliter augeri visa est mea erga te benevolentia, quam aetas. Hoc autem ut studiose curarem, tua merita poscere videbantur. Quotidie enim & pluribus & majoribus me officiis prosecutus es: meque vita ipsa chariorem habuisti. Ego vero, cum fide atque benevolentia parem, imparem vero beneficiis me esse cognoscam; vitam mihi acerbam puto. Cur igitur, si me amas, mea aliqua in re opera difficillima non uteris, ut & voluntati & officio meo, si non prorsus, aliquantulum tamen, obsequar? Num te pudor aliquis, quo minus haec facias, removet? Num nec apud (1) certissimum amicum familiariter tractari omnia licet, & cum beneficio voluntas aestimanda est? Cum igitur petitum abs te praesertim beneficium gratius mihi futurum sit, quam a quovis mortalium oblatum; curandum tibi esse videtur, ut voluntati petitionique meae morem geras.

X. HYGIENO (1).

Audio, patris coecitatem molestissime te ferre, quandoquidem, cum ille se multis magnisque vivendi voluptatibus privatum queritur, non audire querelas, sed ipse coecitatis calamitatem pati videris. Desine, obsecro, animum tuum tanto moerore, tantis adfligere lacrymis, nec animo praeponas (2), quas pater vivendi voluptates amiserit; sed complectere, consule ratione tua, quantas calamitates effugerit, & quanta libidine se levaverit. Desiderium enim quum ex visu potissimum oriatur, non minimum servitutis genus vis ipsa videndi mortalibus afferre videtur. Illorum etenim servi sumus, quae ardenti desiderio cupimus. Quamobrem cum majora adsint coecitatis, quam visus, commoda, quippe quae genere quodam servitutis animum liberat, aequiori animo hunc patris casum ferendum ducas, quum praefertim natura hoc ei contigisse videatur: etenim senex. Senectus autem & animi & corporis vires aut exstinguit, aut certe debilitat.

XI. DIO-

EP. VII. (1) ed. *uxoris.* (2) f. legendum: *dixeras.* (3) legerim: *Quanto igitur & antiquiore & majore benevolentia cuiq. devinciri.*

EP. IX. (1) ed. *&* *apud.*

EP. X. (1) ita MS. *Medic.* recte. *Nigenio.* MS. *Ambros. Mignio*, edit. (2) f. *proponas.*

EP. XI.

XI. DIOGENI.

Audio, te, parentis inopia, non sine magno incommodo, Musarum choros non sectari, quia neque victum, neque vestitum tibi suppeditare abunde pater possit (1). Illud itidem mihi significatur, te flagranti admodum desiderio ad divitias cumulandas trahi, quas imperiti vulgi opinionem secutus, aestimas honores amplissimos, multorum amicitiam, nominis denique immortalitatem mortalibus advehere. Ego vero à tua ista opinione longe dissentio. Musae enim sylvas atque montes habitare solicitae (2), neque purpuram, neque aurum sibi poscunt; sed animum duntaxat, omnis voluptatis expertem, praeterquam sui. Nam & in (3) minutissimis animalibus sua sponte victum praeparantes (4), non est, qui vere dicere possis, patris inopia (5) vivendi tibi rationem adimi. Quod autem divitias non secus atque numen aliquod sanctissimum mira veneratione observas, ut permissu tuo loquar, videris mihi non satis prudenter de rebus humanis judicare. Nam si recte consulueris, reperies nihil divitiis vanius, instabilius, fallacius, quodque minus nostrum sit. Fortuna etenim ea est, quae dejicere potentes, humilesque aut abjectos tollere solet. Sed ea continue rota volvitur, ut magis ejus mutatio metuenda sit, quam laudanda felix praesentia. Hanc igitur sententiam ex animo deleas, &, quae studia jam inde ab initio tibi placuerunt, diligentiori indies animo complectare.

XII. ITALICIANO (1).

Dionysius (2) Corinthius, vir sane quam doctus, & mihi amicissimus, quum superioribus diebus mecum esset, significavit, te non nihil subvereri de me, quod veteris amicitiae consuetudinisque nostrae immemor quosdam contra nomen tuum rumores dissipaverim. Tantum vero ab hoc crimine absum, quantum ab ortu Phoebi distat occasus; tum adhuc magis. Illa quippe distantia quodam fine tandem clauditur, nullo autem fieri temporis intervallo possit, ut hoc vel suspicari de me jure tibi liceat. Et si accurato judicio utriusque errorem perscrutari fas est: si tamen crimen in me ullum reperias, longe atrocius tu ipse nimirum peccasti, cum sine ullo certo auctore, sine verisimili aliqua suspicione in hanc sententiam deveneris; qua nihil mendacius excogitari possit. Ego vero & injuria abs te laesus, tamen à nostrae necessitudinis vinculo nondum solutus te admonendum duxi, ut difficillimum, novum, insuetum, incertum aliquid non credas. Hoc tibi consilium atque imperium videtur ipsa natura dedisse, quae aures quidem patulas & oculos tenuissima pelle tectos, cor autem atque cerebrum secretiori in loco positum voluit, ut ad audiendum quidem faciles & promti, ad credendum vero difficiles nihilque, nisi acri studio exploratum, ad occultas cordis sedes introduceremus. Adde, quod facilius est, quod semel persuasum non fuerit, in animum deinde inducere, quam evellere, quod semel insederit. Hinc odia, hinc acriora bella, hinc Rerum publicarum miserandi exitus, hinc potentissimorum regnorum excidia devenere. Quamobrem te oro, ut conceptam de me opinionem ex animo deleas, & inposterum non omnes audiendos tibi constituas.

XIII. SALINO (1).

Quum essem confirmandae duntaxat benevolentiae causa proxime ad te scripturus, nuncius, qui ad aures meas modo delatus est, effecit, ut id (2) ipsum diligentius cupidiusque, addo (3) etiam celerius fieret. Audio, te *Polydoro*, quem nostra amicitia mihi filium dedit, eam velle tradere uxorem, quae ei minime placet, id quod mihi placere satis non potest. Primum omnium ut liceat parenti vel ad mores optimos, vel ad literas, vel ad parandas confirmandasque opes filium adhortari, uxorem certe ex animi sententia suscipere permittendus videtur. Quippe cum cetera omnia, quae filius paterno sectatur imperio, relinqui tum impune possint, si displicere ceperint, quam semel uxorem legitime duxeris, & proba & improba tenenda est; aut certe cum infamia ejicitur. Ita vero comparatum est, ut, quae in mala sponte devenimus, ea facilius toleremus. Cur ergo ea in re, quae nihil ad te attinet, tanto injuriae genere filium afficiendum constituas? Cur velis omnem ex domo pacem quietemque fugare? Quocunque enim non delecta sponsa ingreditur, illic odii sedes, querelarum locus, jurgiorum hospitium, domicilium clamoris, fons denique omnis calamitatis. Quo enim pacto servantem, quam puellam oderis, & virginem despexeris, amabis? Hinc saepius adulteria, hinc aliae foedissimae veneres fluunt, & (quod etiam repugnante natura fieri videtur) conjugis odium in filios praetenditur. Quod innocentissimum est, aliena culpa augetur, & paternae charitatis dulcedine prohibetur. Quamobrem pertinacia tanti mali casus invehere noli. Redige in memoriam tempora juventutis tuae, consideratione complectere, si optatam uxorem accepisti, quam fueris voluptatem adeptus. Ingrata contigit? quis dolor, quis cruciatus, quae calamitas insederit? Filio deinde, qui ex te genitus sit, eadem jucunda, acerba eadem futura censeas, quae tibi olim fuerint. Denique tibi persuadeas, quae nuptiae praeter animi sententiam celebrantur, infelices esse. Nam, quam sibi uxorem quisque exoptaverit, eam semper, praesertim, si alter eam locus occupaverit, praesentem finget: vigilans optat, dormiens somniat, quantoque ei magis negari videtur, tanto flagrantior flamma corripitur, ac, ut hujus benevolentia, ita illius odium quotidie crescit. Erit igitur sapientiae tuae, cum possis & tibi, & filio, & posteritati consulere, in ceterisque filium tibi obsequi velim; in uxore diligenda liberum filium optaverim, meoque consilio pauperem, quae placeat, quam

EP. XI. (1) sic MS. *Ambros.* edit. *potest.* (2) f. *solitae.* (3) deleverim *in.* (4) legerim *praeparantibus.* (5) *inopiam* ed.

EP. XII. (1) sic MS. *Medic.* recte: ed. *Italiano.* (2) *Ilonius*, MS. *Medic.*

EP. XIII. (1) ita ed. *Silano*, MS. *Medic.* rectius. (2) *id* addidi ex *Medic.* (3) *Medic.* at ed. *adeo.*

EP. XIV.

quam opulentam, sed, quae ingratissima sit, sibi potius ducendam constitue, si praesertim pudicitiae laude praestiterit.

XIV. JULIANO.

Credere vix possum, quo nihil est mihi certius. Jussu tuo abs te magnae rei necessitate (1) digressus, & libenti & invito animo abs te absum. Nam vitam potius negligere, quam imperia tua, posse videor. Solent labores, & parvula, quae pro te mihi suscipienda proponuntur, vel ambrosia suaviora mihi videri. Unde fit, ut, si ita jubeas, a me ipso, nedum abs te, abesse velim. Verum quum te mihi Numinis loco proposuerim, sine te videri dulce nihil potest. Occurris animo semper: quicquid audio, Juliani voces: quicquid video, Numinis mei venerandam reddit effigiem. Quum vero languentes artus dulcis somni voluptas recreat, ita mihi adesse videris, ut quodam immortalium (2) Deorum beneficio sejunctus solutusque à corpore animus advolare ad te, complecti, alloqui, venerari denique videatur. Quod nimirum si mihi adimeretur fatum, extremum mihi adesse diem velim. Porro, ne diutius his cruciatibus angar, obsecro te, ut permissu tuo ad te redeam, tuaque numina praesens adorem, quae absens admiror simul, atque veneror. Sin minus, cum tua id gratia fieri potest, non modo interdici mihi optatissima urbe, sed ipsa etiam urbe facile patiar.

XV. PHILONICO.

Vide, quam parum tibi constes: quum antea me in scribendo negligentem appellares, nunc scribis crebritate (1) mearum literarum obtundi aures tuas, quia, quae nolles, a me scribuntur. Desine ergo me falso negligentiae accusare, aut, quae vitandi hujus criminis gratia fuerint (2), aequo animo patere (3).

XVI. RICHOMERI (1).

Quum animo volvo, quae mihi bona à diis immortalibus concessa sunt, amicitiam tuam imprimis invenio; deinde (2) illum veneror diem, in quo id mihi usu evenit. Primo enim & aspectu & congressu illa effecimus, quae longa alii consuetudine longoque tempore efficere solent. Sed postquam manendum mihi necessario fuit, tibi vero alio proficiscendum, multae sunt consecutae lacrymae. Deinde parvus quidam rumor ad te perlatus est, quod & scriptis & vitio nonnihil ratione pollemus, quodque in medio juvenum sedentes, vel persuasi, vel coacti, aliquid rerum nostrarum illis imperamus. Quae vero de te memorant, splendida, magna, praeclaraque sunt, militaris disciplina, pugnae, victoriae, & quod neque tyrannus, neque servus. Et quum princeps eorum sis, qui libero existunt animo, bonis omnibus fruuntur, haec quidem ingenio, illa vero viribus sublimia reddis. Hujusmodi sermones & assecutus es, & assequeris quotidie, assecuturus & inposterum. Quippe hujusmodi merces praeclara facinora subsequi solet, qualis est, quam rebus, ab Agamemnone gestis, ab *Homero* traditam novimus. A diis autem petimus, ut ad nos ipse pervenias, & desiderio nostro mos geratur, & claritate principis laurus noster praeclarior fiat.

NB. Depravata admodum est haec epistola, quod & *Sommerfeldius*, editor Latinae hujus versionis, in argumento hujus epistolae monuit, & ex ingenio resarcire conatus est. Vide tu Collectionem hanc nostram ep. 891.

XVII. ANDRONICO.

Opta, ut iter per Bithyniam multi faciant: ita enim multos tuarum laudum praecones habueris. Nullus quippe eo proficiscitur, quin tui administrationem imperii secum pervehat. Helpidius vero à ceterorum ordine, atque, si ita vis, choro abhorret. Nobiscum enim canens in alium quoque chorum sese recipit, & in causis numorum munere fungitur.

NB. *Sommerfeldius* in argumento hujus epistolae monet, *eam plenam non esse, & in Graeco quoque deficere, signatum fuisse.* Vide tu pleniorem & emendatiorem supra ep. 302. ubi inscribitur *Alexandro.*

XVIII. BASSIANO (1).

Antiochum, quem singulari familiaritate tibi conjunctum esse audio, ut primum videre contigit, & salutavi, & tua causa omnia ei pollicitus sum, quae illo tempore exspectari a me possent: utque audentius mea opera uteretur, dixi, plus lucri facere me non (2) posse alia ex causa, quam ex beneficiis, quae apud te familiaresque tuos collocare possem. Homini pro viribus adfui: neque est praetermissum quicquam, quod aut mihi aut ei ornamento fore conspicarer. Sed ipsum universum quod homini praestiti, perquam exiguum est atque umbratile. Nam si pro te minimoque tuorum animam effudero, neque aut officio aut meo erga te animo videbor satisfecisse.

XIX. DIOGENI.

Si importunius, quam velles, atque saepius, quam honestas patiatur, opera tua in rebus sane quam difficillimis utor (1), benignitati erga me tuae

EP. XIV. (1) Ambros. *pro magnae rei necessitudine.* (2) Ambros. pro *mortalium*, quod est in ed.

EP. XV. (1) sic scribo pro ed. *celebritate.* (2) f. *scripta fuerint.* (3) Sic scribo pro *pateres*, quod est in ed.

EP. XVI. (1) ed. *Richoro*, male. (2) MS. Medic. *diemque*, ubi mox sequens *diem* deletur.

EP. XVIII. (1) ita MS. *Ambros.* & *Medic.* recte. ed. *Bassanio.* (2) addidi *non* ex *Medic.*

EP. XIX. (1) quae inde à verbo *utor* usque ad *intelliges*, leguntur, ea in editis desiderata ex MSS. *Medic.* & *Ambros.* attuli.

EP. XX.

tuae adscribas oportet. Illa etenim, etiam mulierculis inootescens, majorem indies & mihi petendi & tibi faciendi affert necessitatem, id quod nunc facillime intelliges. *Theopompus*; mihi & dulci amicitia, & veteri consuetudine conjunctissimus, maximam dicendi gratiam coosecutus, etiam philosophiam ab Atheniensium magistris discere cupit. Quum paupertas, quae multa mortalium commoda perturbat, quo miaus voti sui compos fieri possit, negotium homini exhibeat, tu, qui & potes & soles de literarum studiis bene mereri, non aliter huic oecessitati inservias, quam si is ego essem, apud quem beneficia tua colloceotur. Nam, si amicorum, quod veteri proverbio dicitur, unus est animus, nimirum, quae huic praestabuntur, in me collocari beneficia videri debebunt.

XX. S T R A T E G I O (1).

Si rarius ad te, quam ad ceteros meae perferuntur epistolae, etiam tacentem me non apud te modo, sed alios quoque defendere potes. Ut enim firmae stabilesque domus non extrinsecus allato adminiculo egent; ita constantes amici, quum suapte oatura stabiles firmique sint, non desiderant, nt literarum frequentia vetus redintegretur amicitia. Itaque cujusmodi mea sit de te fides, conjectura capere potes. Ad ceteros enim scribo (2) aut quibus nonnihil diffidam, aut quibus necessario scribendum est; ad te vero, quia sioe ulla exceptione teneo, nullas, aut certe raras literas damus. Et nuoc ad te non scriberem, nisi *Celsinus* instaret, cujus apud te causa agenda est. In hoc autem genere nihil est, quod mihi vehemeotius tecum agere liceat. Num &, quia justus es, & me amas, à quo redamaris, *Celsino*, viro optimo, mihique amicissimo, tui studiosissimo, in justissima causa tua sponte favebis.

XXI. P O L E M I O.

Magnam quotidie fortunae mutabilitatem intuentes non possumus, (tanta est hominum ignorantia,) doctiores fieri. Alius enim, si boni aliquid eveniat, continuo beatum se dicit, fortunae blanditur, & sibi nihil defore putat. Alius, in calamitatem conjectus, lucem odit: mortem orat. Omnia quippe, fortunae obnoxia, incerta fugaciaque sunt. Cur ego autem honoribus gaudeam, ant tu infamia, falsa praesertim, indesinenter angaris, cum ntrumque incertum inevitabileque sit? An ignoras, Priamum aliquando Trojae imperio superbum fuisse? an es oblitus, Socratem ab Atheniensibus olim pro deo habitum? Non legisti Lycurgum, conditis Lacedaemone sanctissimis legibus, divinos honores meruisse? si tamen omnes indignum tantis virtutibus exitum consecuti fuerint, id unde manasse credimus, nisi fortuna illis adimere, quod dederat, posse videatur? Inclyta enim illorum nomina oulla uoquam delere poterit aetas, quia diuturniora sunt virtutis, quam fallacis fortunae, munera. Desioe igitur te tantopere excruciare, quod falsa, ut praescripsi, infamia nomen tuum obscurare nitatur. Amisisti & honores & opes, nihil tamen, quod tuum est, amisisti. Abstulit fortuna, quod sponte dederat; virtus tibi reddet: veritas offeret, quae invidorum malignitas tenebris involvere tentavit. Ut ergo *Chrysippum* dicere solitum *Aristoni* discipulo legimus; fortunae & contemnendae blanditiae, & non curandae sunt minae, si omni virtutis clypeo protegere te possis.

XXII. A L E X A N D R O.

Non quia gratiam ex te exspectem, quem ingratissimum omnium, qui vivant, esse novi, *Olympio*, filio tuo, io causa gravissima adsui, eumque non modo ex infamia, sed ex morte ipsa eripui. Venerat eoim in apertam furti suspicionem. Eum igitur acerrime defendi, veteris benevolentiae memor, quae mihi diu tecum intercessit. Quare tuum est illum emendare, ne id, quod ad honores mereodos erat tribuendum, necesse sit ad ejus salutem impendere.

XXIII. A C A C I O.

Bassum frequentissimis mibi literis commendas; eundem *Helpidius* variis apud me contumeliis afficit. Ego vero quum otrumque siogulari benevolentia prosequar, constitui, oeutri morem gerere, ne si uni inserviam, alterum laesisse videar. *Bassus* ergo neque defensionem, neque oppugnatiooem exspectet, idque, cum sapientissimus sis, admirari nequaquam debes. Malo enim utrique videri difficilis, quam ex duobus alterum fieri inimicum.

XXIV. P O L Y D O R O (1).

Dimocrates (2) nostri amantissimus, a me diligeoter interrogatus de te atque tuis (3) omnibus, inter cetera, quae mihi retulit, filiom tuum meretricio amore occupatum significavit, quod tibi maximi & immedicabilis doloris materiam suppeditet. Quod si ingenuae alicujus amore teneretur, te modestius laturum fuisse apetuit, oravitque, in hujusmodi rei seotentia literas ad te darem. Quamobrem ita, *Polydore*, me sentire noveris, operae pretium esse, ut vitam filii ab omni libidiois atque turpitudinis genere vindices, eripiasque, si fieri possit. Meretricis praeterea amorem non ego sum, qui negem, ceteris esse mulieribus deformiorem. Verum, quum animo volvo, coecum esse Cupidinem, si Poëtarum figmeota sequimur; persuaderi oon obscura ratione videor, quod (4) ejusdem outninis impulsu atque imperio & castae & impudicae foeminae cupiditatem virorum intelligunt (5) atque ad se trahunt. Si quis ergo non miratur, non fastidit, non damnat denique unum aliquem hujus numinis imperio obsequentem, quia non modo inclyti Reges, sed & sapientissimi Philosophi, & ipsi etiam superbi, &, Rex ipse deorum, Jupiter, vitare ejus arma nequiret, cur alium

EP. XX. (1) ita scribendum. ed. *Stratigo*: MS. Medic. *Stratigio*; Ambros. *Strasigro*. (2) ed. *scribens*.

EP. XXIV. (1) Ita recte ed. Medic. *Polichronio*. Ambros. *Policonio*. (2) sic ed. fort. legendum: *Democrates*, vel *Timocrates*. (3) *tuis* omittit Medic. (4) *quod*, addidi sensu postulante. (5) fort. leg. *impellunt*.

EP. XXVI.

alium ſub eodem duce militantem odio habeat, exſecretur, abominetur? Neque enim, qui impudicam ardet, ſi fieri poſſit pudica, & omni dedecoris nnere libera, fineret, eam infamem eſſe, malletque animum ſubjicere graviſſimae foeminae, & quae omni claritatis genere praeſtaret. Non ſponte ergo, ſed coactus eo numine amat impudicam aliquis foeminam, cum aliquis pudicam amat. Quod quum ita ſit, dignum potius venia & miſericordia, quam odio, filium ducas: quandoquidem, quod inviti facimus, neque laudem meremur, neque juſtam reprehenſionem.

XXV. POLYDORO.

Multa majoribus noſtris ab eventu nomina contigiſſe legimus. Nam & *Homerus*, quia non videret, & *Theophraſtus*, quia divine loqueretur, & alii alia oomina fortiti fueruot, magna aliqua ratione. Quod vero nomen tibi adhuc puero impoſitum fuerat, qualis deinde futurus eſſes, prae ſe tuliſſe videtur. Nunquam enim donare deſinis, quum te ipſum novo quodam liberalitatis genere amiciſſimum dederis, multum dediſſe videris. Pro ſingulari atque ampliſſimo munere, quo me ipſum, nedum facultates omnes tibi proxime vendicaſti, gratiam referre non potens, obſecro te, ut piae mentis affectum benigno ſuſcipias gratoque animo, quandoquidem ut meritis non reſpondeam, non ingratitudo, ſed imbecillitas facit.

XXVI. CLEMATIO (1).

Audio, te paſſim vulgare, qnod amicitiam meam parvi facias; ego vero, ut meritis reſpondeam tuis, non patiar te ignorare, amicitiam tuam non modo parvae mihi, ſed nullius eſſe curae (2). Malo, inimicum te mihi paſſim ab omnibus, quam amicum exiſtimari. Tales enim plerumque videri ſolemus, quales hi ſunt, qui nobis amicitia conſuetudineque conjunguntur. Quare, cum nullum ſit flagitium, in quo a vitae exordio involutus non fueris, debeo, ſi volo is eſſe, qui non omnino imprudens judicet, gaudere plurimum tuis iſtis inimicitiis. Tibi proinde gratias potius agendas eſſe confiteor, quod exigendam abs te ineptam & mihi infamem amicitiam (3).

XXVII. EUPHEMIO.

Immodicum (1) mihi laborem aſſumſiſſe videor, cum te per literas ad filii eruditionem hortari conſtituo. Quid enim Parenti charius filio, & eo ſpe eximia & optima indole? quid autem viro graviſſimo & gloriae amantiſſimo claritate diuturnitateque nominis eſſe optatius poteſt? Ex filiis etenim, ſi eos virtute praeſtare contigerit, ſolet parentibus quoddam immortalitatis donum largiri, ita ut paternam virtutem referentes à morte eos defendiſſe vel revocaſſe videantur. Feci tamen, ut ſolent, qui ſponte currentibus equis non negligentiam arguentes, ſed potius confirmantes diligentiam addunt calcaria. Ita ego etiamſi facile mihi perſuadeo, nihil abs te in filii eruditionem expleri amplius poſſe, quam ſponte obtuleris, vis tamen amoris flagrantiſſima ad ea ſcribenda me coegit, quae ſi minus neceſſaria, mihi tamen gratiſſima videbantur. Et ſic igitur te obſecro, ut omnia ſtudia tua, omnes facultates, omnes corporis animique vires in oato erudiendo collocare velis.

XXVIII. MUSONIO.

Perſuadere mihi ſatis non poſſum, quid mihi faciendum ſit. Si ad te ſcribo, oovi ſemper aliquid occurrit, quod abs te petam. Si ſcribendi officium praetermitto, negligentiam continuo in me redarguis: utrumque vero mihi permoleſtum. Tanta enim & tam multa in me contuliſti beneficia, ut de referenda gratia duntaxat mihi cogitandum ſit, cujus rei nullo unquam tempore facultatem mihi afferri (1) arbitror. Ad hoc accedit, quod hoc faciens impudentiae (2) ſubire compellor, quod ſane gravius quam negligentia videri ſolet. Ceterum, ſi videar nullas ad te literas dare, quod vel animo exciderim, vel minimum voluptatis te alloquens capere videar; malim me non modo voluptate, ſed etiam vita ipſa privari. To igitur, cui datum a Muſis nomen, quid mihi faciendum ſit, divinas, & per literas me tuas admonitum facias.

XXIX. THEOPHILO.

Ex Athenis proficiſcens Rhodum applicui (1), ubi triſtiſſimus mihi nuncius renunciatus eſt, praeclara indole adoleſcentem filium tuum immatura eſſe tibi morte praereptum. Quo audito vehementer indolui, non, quia novi tibi aliquid eveniſſet, quod non eſſet mihi & cunctis commune mortalibus; ſed, quia occurrebat animo, illius abſentiam non modo acerbam, ſed etiam vehementer pernicioſam noſtrae civitati fore. Quanquam enim ejus eſſet aetatis, quae raro virtutem aliquam, vitia autem plurima praetendere ſolet; tamen nihil leve, nihil puerile, aut loquebatur, aut motu corporis aliquo ſignificabat, dulcique aequalium praetermiſſo conſortio à ſeoiorum latere oon niſi invitus digrediebatur. Atque, ut breviter dicam, in omnibus praeterquam aetate ſenex eſſe videbatur. Neque hoc a me memorari ideo putes, ut doloris inteſtini vulnus recrudeſcat. Sed certe ut iotelligas, qusnto in pauciſſimis amicis graviorem ſe praebuit, tanto facilius illius mortem abs te ferendam videri. Deceſſit adoleſcens, annis inquam adnleſcens, non ſermone, non moribus, non civium opinione. Quare arbitratus eum brevi temporis iotervallo omnes aetatis gradus praecurriſſe, ne doleas, obſecro, impatienter.

XXX.

EP. XXVI. (1) ſic *Ambroſ.* & *Medic.* ed. *Cleomacho.* (2) ſic *Ambroſ.* ed. *pravat, ſed nullae eſſe curarae.* (3) fort. deeſt *exiſtimas*, vel *putas.*

EP. XXVII. (1) *ſuperfluum*, MS. Ambroſ. & Medic.

EP. XXVIII. (1) ed. *averri.* (2) ſic ſcr. pro *imprudentiae*, quod eſt in ed.

EP. XXIX. (1) ſ. leg. *appuli.*

XXX. STESICHORO.

Et dolore & gaudio mirifico affici videor, quod *Olympius* maximo cum honore in patriam revocatur. Nam & gaudeo, hominem tum singulari virtute praeditum, tum de me optime meritum, ita a concivibus suis observari, ut quasi unicam patriae laudem non modo homines, sed ipsa moenia, ipsique parentes aperta voce ab exilio revocent. Praeter modum crucior, quod discedens *Olympius* maxima me voluptate spoliat, quam ex ejus ingenio, doctrina, suavissima consuetudine capiebam. Tamen, quod est amici hominis, gratulor ceteris *Olympii* familiaribus, qui in omni virtutis genere clarissimum virum recepturi sunt, cujus & summa sapientia & naturae facilitas summopere commendatur.

XXXI. ALEXANDRO.

Satis admirari non possum, quod *Spectatum* tam studiose mihi commendas. Tanta enim commendationis accuratione quandam tui (1) erga me animi diffidentiam prae te ferre visus es: & tu is es, (quod minime ignoras) qui & fortunas meas, & ipsa praecordia manu tenes. Quamobrem, si quid a me praeterea expetes, non rogandum, sed me cogendum ducas, si tamen cogi dicitur, qui promtissime omnia facit.

XXXII. BASSO.

Quod ingenium meum, & in tradenda eloquentia facilitatem tibi commemorem, non stulta aliqua gloriae cupiditas facit. Quid enim amplioris ex te laudis exspectem, qui me multo pluris facere pro tua humanitate consuevisti, quam ego vel agnoscam, vel postulem. Ideo vero adeo frequenter de me ipso commemoro, ut intelligas, cupere me, quae in me sunt, tibi praestare. Nimirum, si majora polliceri possem, ea & saepius & libentius & copiosius commemorarem. Tu igitur sis tenui nostra facultate contentus.

XXXIII. ANDRONICO.

Si genus *Balei* tibi (1) his literis significare contendam, non *Baleo*, sed progenitorum illius nobilitati (2) benevolentiam tuam impetrare velle videbor. Generis itaque commemoratione laudeque posthabita, & doctum hominem & gratissimum amicum *Baleum* esse tibi significo. Quare optime jam tenere potes, quam ille sit & amicitia & beneficio tuo dignus.

XXXIV. PRISCO (1).

Gaudeo plurimum atque laetor, *Anatolium* & victoriam ex hoste (2) & ingentem gloriam in patriam retulisse, non modo, quia concivibus omnibus victoria dulcissima esse solet, sed quia quid (3) ab omnibus & speratum semper & optatum fuit. Secundioribus deis is victoria dux peritus erit, cujus & amaverunt majores, & aequales admirati fuerunt virtutem. Tibi deinde qui hujusmodi filium in lucem produxeris, mirifice gratulor, felicissimum appello. Nam si felicissima divinaque virtute plena filius effecit, omnis rei gestae gloria in te, felicissimum parentem, retorqueri debet.

XXXV. THEODORO.

Quemadmodum cum Athenas concessisti, Philosophiae percipiendae gratia, quae passim vulgabatur insignis de te fama, incredibili me voluptate affecit; ita, qui rumor dissipatur, paulo minus morte mihi acerbus videtur. Diceris enim, omnem posthabuisse diligentiam sapientiaeque amorem, ut mimum potius, quam virum gravem ac tuis majoribus dignum agere videaris. Ut enim mimus in scena meretricis protervae, fallacis lenonis, avari senis, lascivi adolescentis ita diligenter ad tempus effingit personam, ut non mimus, sed id ipsum, quod effingitur, esse videatur; ita & tu, cum Athenas pervenisses, omnium diligentiam superare facile videbare, omnium in te oculos converteras: nihil denique praeter *Theodori* laudes exaudiebatur. Et si quis ad diligentiam impellendus fuisset, continuo referebatur, enitendum esse, ut *Theodoro* similem se redderet. Nunc autem non sine magno dedecore tuo, non sine acerbissima amicorum molestia, non intermisisse modo, sed omnem abjecisse diligentiam diceris. Quare te oro, ut ad veterem illam diligentiam redeas. Si feceris, amicis tuis voluptatem & tibi plura commoda honoresque amplissimos certe praestiteris.

EP. XXXI. (1) sic MS. Medic. pro ed. *mei & te*.

EP. XXXIII. (1) addidi ex MS. *Medic.* (2) sic MS. *Ambros.* & *Medic.* pro quibus ed. *progenitori illius*.

EP. XXXIV. (1) *Migolonio*, MS. Medic. (2) ita *Medic.* ed. *& hostem*. (3) legendum videtur *id*.

Dedicatio praemissa lib. III. Epistolarum (1).

Franciscus Zambicarius Federico, Urbini inclyto Duci, Regiae & Ecclesiasticae militiae imperatori feliciter.

Libanii quascunque reperire potui epistolas jussu tuo, Princeps inclytissime, magna ex parte e Graeco sermone latinas feci, incredibili difficultate, labore prope tanto, ut nonnunquam incepti operis me poenituerit, non quia ignorarem, tanta esse merita erga me tua, ut mortem, nedum gravissimos labores ferre pro te facillime & possem & deberem; sed quia non videbar posse tanto lectore dignam interpretationem moliri. Nam in codice Graeco epistola fere nulla est, non pluribus modis contaminata, usque adeo, ut exactissimo studio meo, & doctissimi viri, *Joannis Argyropuli* tum ingenio, tum divinatione, errores aliquot emendaverim. Nam neque in urbe neque alibi exemplar aliud facile reperire fuit. Sed miraris fortasse, quod laboris hujus tam accurate meminerim. Des veniam, oro. Id te minime latere velim, non ut magnum aliquod Excellentiae tuae praestitisse me ostendam, sed potius, ut, facta ex hoc opere conjectura, quae faciliora mihi fuerunt, me facturum libentissime scias. Spero, quum legeris, gratum fore Libanium, & id futurum spero, benignitate & facilitate Principis. Unde jam te gratia quaedam evigilati operis delectat, & epistolae ipsae aliquid utilitatis afferunt. Nam aliae gravitate, aliae vehementia, aliae salibus, aliae acumine gratiam assequuntur. Denique nullum fere epistolarum genus arbitror, quod Libanius noster aliqua ex parte complexus non fuerit. Tantisper igitur, dum opus justae magnitudinis elaboramus, in quo rerum gestarum laudes & honores, quos amplissimos tuis meritis habes, continentur, te hujusmodi epistolis oblecta. Neque vero existimes, me omnes Libanii epistolas esse interpretatum, sed eas duntaxat, quae domi hospitabantur. Nam multo plures, cum in Graecia essem, & legi, & emi, sed necessario cuidam commodo dedi, qui in praesentia longo terrarum intervallo distat. Eas quoque, quum mihi redditae fuerint latinas faciam, nominique tuo dicabo. Ceterum duo occurrerunt, quae, priusquam nostra haec claudatur epistola, ab Excellentia tua impetrare contendam. Alterum, munusculum hoc meum ingenita facilitate accipias. Alterum, ne mihi succenseas, si abs te imperata serius feci, quam volebas. Nam per hyemem in Perusina Academia tum Graecis, tum Latinis Auctoribus interpretandis adeo assiduam operam impendi, ut otii fere nihil mihi reliquum fuerit aliquid temporis succidi, ut voto tuo, cui praesto inservire cupiebam, omnino satisfacerem. Vale.

(1) Non exstat in edit. Cracov.

LIBER

LIBER III. EPISTOLARUM.

I. PAULINO (1).

Arbitratus posse me vel maxima abs te facillime consequi, cum essemus Corinthi, te oravi, ut *Platonis* Symposium a fratre peteres mihi commodandum. Cupio enim illius libri lectione uberrimos assequi fructus. Verum hactenus non potuisti: noluisse enim te non dicam desiderio meo facere satis. Quare te vehementer oro, ut tandem liberes me tam longa exspectatione. Nihil enim Platonico Symposio videre hoc tempore jucundius possum.

II. DIPHILO.

Nemo est ex his, qui mecum versantur, quem lateat, tanta nos benevolentia conjungi, ut, si quis amicitiae legem ostendere cupiat (1), nos duos ostendat. Nunc (2) fit, ut, quisquis istic negotium habeat, alicujus ope indigens, velit à me tibi commendari, id quod jure eos facere sentio. Nam velle te sibi favere, quod me amas, suspicantur. Itaque *Elebius* (3), mei amantissimus, cum tua opera eget, me oravit, ut se tibi commendarem, quod libentissime facio: plurimum enim virtuti ejus debeo.

III. PHILARGYRO.

Possem profecto abs te seu negligentiae, seu oblivionis accusari, quod *Aristarchum*, diu apud me hospitatum, tibi hactenus non miserim; etenim jacturam fortasse ex mora fecisti. Sed, si veritati credere volueris, animum omni erga me suspicione vacuum habebis.

IV. ARISTIPPO.

Vulgata sententia est, eas esse (1) virtutis vires, ut eos etiam, quos minime noverimus, amare magnique facere cogamur, si egregia virtute praestant. Hoc mihi etsi & justum & verum hactenus visum est, nunc tamen, quam unquam, apertius mihi intueri licet. Quippe eum auditis, quae omnium ore circumferuntur, virtutibus tuis, te ita amare coeperim, ut me ipso longe mihi sis charior. Quanquam vero diversa sint merita, tamen, si amoris vicissitudinem exigam, non injurias facere videri debeo, quandoquidem par est amantem redamare. Itaque te maxime oro, ut me amicorum numero adscribas.

V. ARISTIPPO.

Quanquam ex omnibus, apud quos de te meminisse mihi contigit, multa de tuis virtutibus didici, tamen plus una prae se tulit epistola, quam omnium ad unum praeconia. Ex illa mihi conjectare licuit, eos, qui te laudassent, vera quidem, sed parva tuis meritis retulisse. Porro ego etsi majora esse tua merita ex epistola didici, tamen te non possum majori, quam ante fecerim, benevolentia prosequi. Quandoquidem ea, quae amoris nostri fundamenta jecerunt, hujusmodi sunt, ut continuo ita me tibi devinxerint, ut devinciri magis non possim. Nam, quod me oras, ut tua opera aliqua in re utar, libentissime faciam. Tu vicissim quaecunque ex me exoptari possunt, magno animo pete, vel potius impera: tibi enim quam mihi inservire malim.

VI. ARISTIPPO.

Quoniam mirifice cupis offerri tibi ostendendae benevolentiae erga me occasionem, qua mihi est exploratius nihil, constitui hominem veteri atque suavissima consuetudine mihi conjunctissimum tibi commendare. *Philotimus* istic magna habet negotia, indiget tua ope: te itaque oro, ut ei praesto sis. Non *Philotimum*, sed *Libanium* existima. Eum enim perinde amo atque me ipsum.

VII. PHILOTIMO.

Audio (1) plurimum te commendatione mea ea ab *Aristippo* assecutum, quibus praecipue indigeres; nihil tamen aut novi aut inopinati tuae literae mihi significarunt (2). Nam, quae futura sperabas, ego non futura, sed, ut ita loquar, facta jam rebar, quandoquidem compertum habebam, quae cuperem, *Aristippum* negare mihi non posse. Neque vero injuste hoc subjecero, quae impetraveris, non mihi, sed potius tum *Aristippi* bonitati, tum meritis tuis accepta referri debere.

VIII. ARISTIPPO.

Quotidie tuam erga me benevolentiam experiri clarius mihi licet, tametsi (1) ea mihi notissima est. Ex *Philotimo* enim cognovi, quanta humanitate omnibus in rebus ei adfueris; ex te vero certior factus sum, nihil esse optatius, quam ut aliquem tibi commendem. Quoniam igitur nullus commendari nunc postulat, ut voluntati mos geratur, ego me tibi commendo, teque oro, ut mihi aliquid imperes, ne tuorum meritorum magnitudinem, si me semper demereris, sustinere non possim.

IX. CAL-

EP. I. (1) Huic inscribitur in MS. *Ambros.* In edito nomen prorsus desideratur.

EP. II. (1) MS. Ambros. *ostendere cupiam velit.* (2) legerim: *Hinc.* (3) leg. *Elebicus.*

EP. IV. (1) *esse* ex *Ambros.* addidi.

EP. VII. (1) *Gaudeo*, Ambros. recte. (2) ita *Ambros.* ed. *significant.*

EP. VIII. (1) *tamen si* ed.

IX. CALLIOPIO.

Taciturnitatem, seu malis moram aut negligentiam me dicere, tam longam pati mihi difficile est.. Quum enim quintam a me epistolam accipias, ne verbum quidem respondisti. Sed vide (1), ne, si in sententia persistas, quae quinta est, eadem novissima sit. Quod tamen molestum tibi fore, minime suspicor. Si enim similes similibus gaudent, quam amas in alio taciturnitatem, probaturus videris.

X. CASSANDRO.

Ea mihi tecum est benevolentia, ut, quaecunque animo insederint, impertire tibi audenter possim. Fas enim est, amici admonitionem reprehensionemque ferre. Non ignoras, quam conjuncte semper vitam egerimus. Nam, cum hic esses, dies nullus, nulla tam ingens occupatio poterat nos ita disjungere, ut aliquo temporis intervallo de studiis nostris non colloqueremur. Ceterum, cum hinc tibi discedendum esset, adeo consuetudinis nostrae te cepit oblivio, ut nec valere quidem me iusseris, quodque intolerabilius videri debeat, nulla deinde per literas excusatione usus es, cur hinc tam repente abieris: cur discessus tui me nescium volueris. Sed, si in te sunt aliquae amoris nostri reliquiae, literis saltem absentiae tuae molestiam consolare.

XI. CARONILLO (1).

Ruris nostri agrestes fructus ad te mitto. At, ne parva munera ducas, ejusmodi mala haec sunt, quae neque Hesperidum, neque Alcinoi in hortis nascantur. Quid enim refert, viliora ne an pretiosiora sint, dum ejusmodi modo sint. Meliora sane sunt his, quae Tantalo Poëtarum carmina offerunt. Illa enim duntaxat videntur, nec etiam comedi possunt. Quare non parvum munus ducas, quo minora multa esse possint. Sed satis jocati sumus: vale.

XII. HERMOGENI.

Maxima afficerer molestia, nisi prudentiam tuam & humanitatem abunde novissem. Sed, quia rerum causas scrutari optime potes, & facilis es ad veniam, recreari maxime videor. Doles, cum proxime Corinthi essem, noluisse me domi tuae esse, ut (1) te saltem alloqui, vel intueri voluerim. Si hoc aut hostiliter, aut negligenter fecissem, dignus profecto non reprehensione modo, sed etiam perpetuo odio videri possem. Sed equidem haec consilii mei ratio fuit: perdurum mihi videbatur, te simul videre simulque relinquere; neque enim facultas mihi erat isthic diutius degendi. Sed quid quereris, me domi tuae non fuisse, cum mihi persuadeam, ex me conjecturam faciens, me nunquam ex animo tuo divelli. Patere ergo aequo animo, quae bona ex causa facta intelligis.

XIII. EUPATHIO.

Nunquam me fefellisti, vir pessime. Nam coactus me non amasti: quis enim invitus amet? sed amoris mendacissima argumenta praetulisti. Cur ergo te amicum simulasti? cur apertum inimicum esse doleam? Praestat sane, ut omnes norint, te mihi inimicum, quam amicum, esse. Ex amicitiae tuae opinione infamiam assequebar, qui tibi similis viderer: sed, quia nos inimicos intuentur, facile animadvertunt scelera virtuti adversari consuevisse. Itaque, ut te mihi amicum videri doleo; ita apertas inimicitias a te mihi praetendi gaudeo.

XIV. ACHILLI.

Persuadere mihi ne tu quidem olim potuisses, fore, ut mei memoriam deleri ex animo sineres. Nunc vero hoc primum dolenter intueor. Nam postquam a nobis discessisti, ne semel quidem literas ad me dedisti, quod & a promissis, & ab officio tuo quam absit, probe tenes. Paterna enim pietate te semper sum prosecutus; dicendi facultatem diligentissime docui; plus in te uno quam in ceteris ad unum omnibus diligentiae collocavi, quae non parva beneficia censeri debent. A quibus enim hujusmodi assequaris, eos vehementer saltem amare par est: amoris autem maxime indices epistolae existimantur, quibus cum amicis absentibus colloqui licet. Te igitur vehementissime oro, ut literas, quae mihi omni reliqua voluptate suaviores fuerint, ad me saepius scribas.

XV. EIDEM.

Cogit me magnus & debitus erga te amor, ut nihil moleste feram, tibi quod placeat, nihil, quod tibi displiceat, cupiam. Quare, si tibi voluptati est, me longissimo literarum tuarum desiderio angi, malim eis carere, quam potiri. Nihil enim delectat me, quod tibi minimam molestiam afferre possit. Verum si honesta aliqua res te a scribendo retraxit, &, quod hactenus omisisti, tibi faciendum statues, operae pretium fuerit. Tu, quod optimum censueris, facito, me tamen, si fieri potest, memoria complectere.

XVI. EIDEM.

Dispeream, si vellem, te hactenus fuisse mihi scribendo diligentem. Nam si, ut optabam, crebras ad me epistolas dedisses, tametsi non elegantissime scripturus fueras, tamen me tanta voluptate non affecisses. Habet nescio quid majoris gratiae raritas, & longa exspectatio. Porro accipio excusationem tuam, & scriptas abs te quamplurimas literas credere volo perlatas ad me antehac nullas. Certe, quod mei memineris, etiamsi neges, libet mihi existimare. Unum est, quod in te maxime desidero, ut deinceps scriptas ad me literas

EP. IX. (1) Sic scribo pro *unde*, quod est in ed.

EP. XI. (1) Ambros. *Carnillo*.

EP. XII. (1) sic scr. pro *aut*, quod est in ed.

teras non nisi fidissimis nunciis tradas.

XVII. C A I A N O (1).

Quam vellem me surdis auribus fuisse, quum frater tuus me proxime adiens ea de te mihi retulit, quae ne de inimicissimo quidem audire sine dolore possem. Interrogatus enim de suorum omnium valetudine, bene omnes valere respondit, te tamen excepto, qui insanire videreris: quandoquidem meretricem neque forma egregia; neque nimis juvenili aetate, quod fortasse nonnulli minus damnarent, sed deformem atque senio, quam juventuti, viciniorem ardentissimo amore prosequeris. O coecum hominem, & vere fratris testimonio insanum! qui foedissimam voluptatem honori tuo antepolueris. At juventutem excusabis. Certe ex tanta multitudine vix unum reperias, qui consilium istud tuum sibi turpe videri neget. Te itaque oro, ut honoris tui rationem habeas, eamque asperneris, quae simul rem, à Parente traditam, simul honorem tuum vorat, & infamiam tuam miserationemque risu prosequitur.

XVIII. L Y S I D I.

Demiror, alios mihi voluptates tuas nunciare, te vero ipsum hoc non facere, quum praesertim non ignores, quae tibi eveniunt, evenire mihi videri: nobis enim duobus nihil possit conjunctius reperiri. Uxorem, ut à quampluribus accepi, & formosam, & divitem, & moribus optimis praestantem duxisti. Me tantae voluptatis nescio quare feceris expertem, suspicari non possum, nisi forte veritus es, ne mihi nuptiae displicerent, quas sine meo consilio celebrasses. Atque ut non negem in plerisque gerendis utile esse, uti amicorum consiliis; tamen uxorem unicuique ducendam sua potius quam aliena sententia. Ceterum, undecunque id audiverim, gaudeo, plurimum vero tibi gratulor: istasque nuptias perpetuo tibi felicissimas esse velim.

XIX. P O L Y B I O.

Proficiscenti istuc *Themistio* ob ejus nimis celerem insperatumque discessum, longioremque recessum(1), literas ad te dare non potui. Brevi itaque scias, omnes optime valere, meque eorum postulatis nunquam deesse.

XX. E N C H E R I O (1).

Etsi cupidissimus tuarum literarum diuturnum silentium, quo mecum usus (2) es, moleste tuli, quandoquidem te illae mihi praesentem reddere potuissent, tamen, quia absens ob res, abs te praeclarissime gestas, laudem egregiam es consecutus, ne inficier, quod sentio, longe magis tua ista secundiore fortuna vel potius virtute gaudeo, quam absentia doluerim. Verum, quod unum nos praesentes facere potest; fine à te exorem; h. e. ut crebro ad me scribas; deque tuis honoribus me certiorem facias. Quamvis enim undecunque hujusmodi intelligam; magna voluptate afficior; tamen suavius mihi futurum videtur, de te si abs te ipso certior fiam.

XXI. A N A N I M O (1).

Etsi grati filii officium esse non ignoro, ut talem se patri exhibeat, ut nullius odio aut hortatu aut reprehensione indigeat; sed laudem potius exigere ab omnibus possit; tamen, quia rumor quidam circumfertur, te patrem non pluris, imo minoris facere quovis mortalium; pro mea erga utrumque benevolentia constitui, quae mihi justa & tibi honorificentissima viderentur, his literis committere. Non es nescius, te a patre genitum, mira charitate enutritum, bonis artibus instructum, &, quaecunque ab optimo parente expeti possunt, ab illo tibi suppeditata fuisse, ut tantis meritis quam retuleris gratiam, probe teneas. Nam non modo ejus imperio non pares, quod legibus & jure naturae facere teneris, verum etiam esurire illum non modo pateris, sed etiam compellis, quum ipse in deliciis agas. O ingratitudinem minime ferendam! ô flagitium Solonis lege vitandum! Vide, ne (quod plerumque accidere solet) tales in te liberi tui sint, qualis tu in Parentem fuisti. Porro, quem tibi verum amicum fore putas, qui ne patri quidem, cui maxima debes, amicus es? Neque enim ignoras, in amicitia vicissitudinem quandam exigi. Sed ne longioribus immorer, de duobus alterum exspecta, & utriusque tibi integra est electio. Nam si paterno te imperio, ut par est, subjeceris, gratiam illi referes, non, quam debes (parentibus enim satisfacere non potes) sed quae viribus tuis concessa fuerit, infamiam omnem exstinxeris. Sin minus, te perpetuam vulgi fabulam fore scias. Sed si sapies (2), honori consules, & fungeris officio.

XXII. L Y S I M A C H O.

Vehementer laetatus sum, lectis literis tuis, quibus me certiorem facis, natum tibi esse filium indole satis bona. Nam, quum vir sis, & bonis artibus & omni virtutum genere ornatissimus, ejusmodi fore filium tuum facile conjecto. Nam, si quadrupedibus volueris parentum effigies plerumque inspicere, non est mirum, in hominibus istud inveniri. Nam ipsum, quod Philippi, Macedonum Regis, imitatione natum filium gaudes, non tam, quod natus est; quam quod temporibus meis natus est, non in me sunt merita, quae id sustineant, magnoque intervallo ab illius excellentia disjungor, cujus gratia Alexandrum ea tempestate natum Philippus gaudebat. Sed tamen, quaecunque ex me expeti possunt, si tibi filioque promittis nil

EP. XVII. (1) ed. *Ciajano.* Ambros. *Gajano.* (2) sic Ambros. *tum.* ed.

EP. XIX. (1) *longiorem epistolam* Ambros. idque malim, & simul delere τὸ *literas.*

EP. XX. (1) sic edit. *Cuthyrio.* Ambros. (2) *visus* ed.

EP. XXI. (1) sic ed. *Anaymio* MS. *Ambros.* utrinque puto corrupte. Fortasse scrib. *Anonymo.* (2) sic scribo, pro *sapiens*, quod est in ed.

nil alienum à facultate facis. Tibi vehementissime gratulor, & Nestoris annos illum tibi vivere cupio.

XXIV. SEUPHELIO (1).

Quoniam compertum habeo, cupere te, ne sis nescius, ubi degam, quidve his aestivis mensibus agam; constitui, hac epistola, & quid ipse agam, & quid tibi agendum sentiam, brevi aperire. In Eyleo sum, rure sane quam amoenissimo, ubi Musis omnino posthabitis, umbroso otio, &, quibus licet, voluptatibus me oblecto. At si quaeris, quid facere te nimis perseveranter audiam: semper studio incumbas. Verendum est, ne, quod modo diligentissime facis, odio affectus, & lassitudine impeditus, & negligenter & minime facias. Laxanda etenim sunt animi vincula. Nec vero clam te est, animum ad id alligari quodammodo videri, cui quotidie inhaeret; & fieri quotidie videmus, redintegratis viribus quiete aliqua ad sustinendos labores & homines & jumenta reddi potentiora. Consilium proinde meum est, ut dies aliquot, si omittere omnino non potes studium tuum, saltem aliquid demas ex laboribus, quos impertiri literis soles, quum hoc praesertim tempore valetudo curanda potius, quam doctrina augenda videatur.

XXV. PHILOTHEO (1).

Si (2) brevi epistola *Lysitheum* (3) tibi commendo, non exiguitate amoris erga illum mei fieri scias, sed, quod tibi (4) maxime omnium confido, & simul sine omni commendatione ad te profectos (5) familiares meos maximis beneficiis prosecutus fuisti. Tibi igitur *Lysitheum* maxime commendo, virum optimum, tui studiosissimum, mihi charissimum.

XXVI. EIDEM.

Gaudes (1), ut epistola tua sum factus certior, mihi notissima confirmare, ut in qua scriptum est, nihil posse jucundius tibi contingere, quam ut de me aut de meis bene (2) mereare. Hoc mihi Phoebea luce semper clarius (3) fuit, & ea gratia homines mihi necessitudine familiaritateque conjunctos frequenter tibi commendo. Neque mea me fallit opinio: semper enim petitis potior. Quod si nunquam antea cognovissem, licitum sane mihi fuit nunc intueri, cum *Lysitheo* ita assueris, ut ne pater quidem unico filio adesse benignius possit. Ceterum si contendam tibi gratias agere, laborem meis imparem viribus subivero. Sed si, quas debeo, non possum agere, pro tua dignitate non recusabis.

XXVII. DOSITHEO.

Maxima voluptate affectus sum, quod, ut didici ex *Philothei* (1) literis tui voti compos evasisti, magisque *Philotheo* (2) me debere & agnosco, & fateor, quod tibi in re optatissima adfuit, quam si mihi vel maxima beneficia praestitisset. Quanquam accidere tibi nihil potuit, cujus expers fuerim, quum amicorum corpora unus foveat animus. Si quid praeterea est, quod mea indigeat cura, ne id tibi aut verecundia aut negligentia adimat. Imperare enim maxima mihi potes, & ego facere pro te omnia & cupio, & debeo.

XXVIII. ZENONI.

Nondum compertum habeo, ubi degas: nam undecunque proficiscentes percontatus, an *Zenonis* nomine reddituri literas mihi sint, aut aliquid dicturi, utrumque negari dolenter audivi. Tamen, ubi ubi es, hanc epistolam fortunae committendam duxi, quae si forte in manus tuas inciderit, operae pretium fuerit. Sin minus, voluntati tamen & officio satisfecerim. Quod autem supplex epistola petit, hujusmodi est. Cupio te videre, quo absente à me ipso abesse videor. Quapropter te oro, ut ad nos tandem redeas, aut, si impetrari hoc non potest, saltem te mihi literis praesentem reddas.

XXIX. MARADI (1).

Diu tacitus multumque cogitavi, patrem ne an medicum te salutem. Nam utrumque tibi convenientissimum videtur, qui sis & Medicus optimus, quo ne Aesculapium quidem superiorem quis vere dixerit, & pater mihi fuisse videaris. Quum enim aegritudine pessime laborarem, praestantissimum remedium attulisti, & quum jam prope vita functum necessarii lacrymis prosequebantur, tu Phoebea ope in frigidum corpus abeuntem animam revocasti. Qua in re pater mihi jure videris. Verum & si quid patre melius homini adesse potest, te mihi fuisse duco. Quapropter fortunas omnes, quas sine te possidere non poteram, & vitam ipsam, quam mihi reddidisti, tibi debere confiteor.

XXX. BACCHIO (1).

Aconium (2), quem proxima epistola mihi commendasti, neque sum allocutus, neque vidi, neque, ubi degat, hactenus intelligere potui. Quod sane moleste fero. Cum enim nihil cupiam ardentius, quam voluntati tuae morem gerere, oblatam mihi optatissimam occasionem auferri doleo. Non desinam tamen diligenter inquirere,

EP. XXIV. (1) MS. Ambros. *Euphelio.*

EP. XXV. (1) ed. *Philathro.* (2) *Si* addidi ex *Ambros.* (3) Lasitheum, *Ambros.* (4) *tibi* addidi ex eodem. (5) ed. *profectum.*

EP. XXVI. (1) ed. *audes*, nostrum illud *Ambros.* (2) *bene*, ex *Ambros.* (3) legerim *charius.*

EP. XXVII. (1) ed. *Philatei.* Ambros. *Philaletei.* Recte ed. (2) ed. *Philathio:* Ambros. *Philalitheo.*

EP. XXIX. (1) *Maridi* Ambros.

EP. XXX. (1) ed. *Baccho:* ad *Bacchium* multae nostri epistolae in superioribus Gr. exstant. (2) *Paconium*; Ambros. forte leg. *Paconium*, cujus alias in literis Libanii mentio est.

EP. XXXI.

inquirere, ubi fit: cum investigavero, facile tibi ostendam, quanti omnes tuos faciam. Quod reliquum vero est, te obsecro, ut amicis omnibus dicas meo nomine salutem, &, si qua in re tibi opera mea opus est, non ignores me esse hujusmodi amicum, cui imperare possis omnia.

XXXI. AEMILIANO.

Legi proxime luculentissimam orationem, quam, tuorum concivium nomine, apud *Julianum*, Principem nostrum, habuisti. In ea profecto adeo multa laude admirationeque digna conspicatus sum, ut nihil unquam jucundius elegantiusque legisse videar. Ut enim de inventione nihil dicam, quae etsi antiquissima fuerit, tamen non tuum sed alienum opus videri potest. Quippe quum universae civitatis arbitrio, & non ex sententia tua ea excogitaveris, certe mira fuit & commodissima rerum dicendarum dispositio, singularis sententiarum gravitas, verborum suavissima venustas, elegantissima compositio, ita ut alio ordine collocari verba non potuisse videantur. Et profecto, novum *Demosthenem* si quis te dixerit, a veritate non longe absuerit. Neque haec scribo, quod laudem mihi attribui velim, cujus olim praeceptione usus fuisti. Perparum etenim, sicut in sterili solo diligens agricola, ita in disciplinae rudioris ingenii praecipientis diligentia proficere potest. Ingenii tamen amplitudini haec omnia tribui debent, cui nihil arduum, nihil difficile videri possit. Non tamen inficias eo, jactare me & summae felicitatis loco ducere, quod hujusmodi discipulum habuerim. Sed perge, & nomen gloriamque tuam indies longius latiusque diffunde.

XXXII. AEMILIANO.

Non pateris, ut dignis te laudibus prosequar, cum materiam mihi suppeditaveris, in qua laudanda vel affluentissimi ingenii fons siccari possit. Ego nimirum, quae (1) sentiebam, scripsi; quae aequarent merita tua, consequi epistola non potui. Nam quod facultatem, si quam habes, in me referendam putes, amice humaniterque facis. Quanquam vero, ut alias scripsi, potius ingenii bonitate hujuscemodi elegantiam, quam mea praeceptione assecutus fuisti, tamen non minimae laudi mihi duco, quod mea praeceptione usus dicaris. Quod autem gratias mihi ingentes agis, quod te laudaverim, sic habeto, tibi a me potius agendas gratias, qui laude digna geris, cujus me participem facis. Quapropter desine me gratiis offendere, & laudari juste a tuo amantissimo patre (2).

XXXIII. NICENTIO (1).

Nihil maledicis (2) me respondere miraris, & amicis meis, laude efferentibus, ne minime (3) quidem blandiri. Atque ne alterum faciam, pictus me hortatur: furoris enim misereor, quo nonnulli mihi oblatrant; alterum verecundum ingenium ferre non potest. Nam, qui se laudanti blanditur, sese laudis cupidum ostendit, quod pudenti viro grave videri solet. Itaque desine, atque opta, Libanium ejusmodi esse, ut ei maledicentes mendacii convincantur, & amicorum praeconio dignus videatur.

XXXIV. PHILODEMO (1).

Quum tecum proxime essem, post multa benevolentiae erga me tuae argumenta, quibus reconciliari tibi inimicus potuisset, nedum retineri, confirmarique amicus; orasti me, ne pateretur, locorum distantia fluxuque temporis tui memoriam ex me deleri; quod quidem & libenter tunc promisi, & nunc fidissime servo. Hocque tibi persuasum velim, adeo me tui memorem esse, ut abesse abs te non videar. Offertur & obversatur mihi vigilanti seu dormienti tui corporis effigies; vox auribus intonat; atque, ut paucis (2) illis diebus mos nobis fuit, conferre de rebus gravissimis videmur. Et quoniam visus es mearum literarum cupidus, & nunc ad te scribo, & scribam, quoties tabellarii offertur occasio.

XXXV. HELICROMO (1).

Quereris, quod te laeserim, à quo beneficiis maximis te affectum iri sperabas. Vicissim ego queror, me abs te laedi, ea duntaxat gratia, quod a me laedi te posse putas, quem semper tanti feci, ut te ipsum, nedum alios, in admirationem impulerim. Sed unum est, quod animum gravi molestia levat, quia laesus, ut scribis, quo te laeserim, non aperis. Aut hoc de me sentire desine, aut significa, qua sis à me injuria affectus. Quod si feceris, aut veniam, si quid indigni commiserim, petam; aut, innocentiae meae conscius, ab omni offensa absuisse ostendam.

XXXVI. EIDEM.

Non possem vel longissima epistola tibi explicare, quanto gaudio tuamque epistolam, mihi tuo nomine redditam, legerim. Quum enim vehementer anxius diu mecum agitassem, qua injuria hominem mihi charissimum affecissem, epistola tua molestiam omnem animo dejecit. Ex ea sum factus certior, fuisse nonnullis renunciatum, me nomini tuo detrahere, & interrogatum de ingenio doctrinaque tua non solum tacuisse meritas laudes; sed etiam vituperationem adjecisse: haec summa injuria. Atque dispeream ego, si hoc credere te credo. Quo enim pacto vir, singulari prudentia praeditus, inducere hoc in animum potest, quum mores meos non minus,

EP. XXXII. (1) *quae* addidi. (2) legerim: *a tui amantissimo patere.*

EP. XXXIII. (1) Sic scripsi cum *Ambros.* MS. pro *Micentio*: nam ad *Nicentium* hunc duae exstant inter Graecas epistolae. (2) ed. *maledici.* (3) *minime* Ambros. ed. *neminem.*

EP. XXXIV. (1) ed. male *Chilodemo.* (2) *pacis*, ed.

EP. XXXV. (1) ed. *Hilecromo*, in tit. epistolae; at in praemisso argumento bis *Helicromus* vocatur. In Ambros. est; *Pariesconio.*

EP. XXXVIII.

nus, quam tuum corpus noveris, minimeque ignores, me tantum à malediceodo abesse, ut vix lacessitus inimicis levissime maledicam. Sed finge, me causam tibi maledicendi habuisse; numquid puerile, numquid stultum futurum fuerit, me mihi repugnare? Non ignoras, quas tibi & praesenti & absenti laudes attribuerim: damnare autem, quae maxime laudaveris, oon levitatis modo atque inconstantiae, verum etiam stultitiae signum est. Te proiode oratum velim, ut ab ista sententia animum dimoveas, quandoquidem te virum simul ingenio, simul doctrina praestantem & sentio & judico.

XXXVII. EIDEM.

Semper mihi persuasi, te virum esse & justum, & prudentem, quod in proxima epistola iotueri, non novum, sed mirifice mihi gratum fuit. Facis, ut te decet, atque ut veritas ipsa exigit, quod meodaces existimas, qui me tibi detrahere retulerant. Ego vero quum non possim te amare vehementius, quam hacteous fecerim; illud polliceri & possum, & volo, me semper io senteotia, quae fuit, permansurum.

XXXVIII. ENOPHILO (1).

Ubi ubi es, compellor te crebris literis obtundere, & familiares tibi commendare. Quum enim palam omnibus sit, non esse animam corpori gratiorem, quam sim ipse tibi; multi quotidie confluuot, rogantes, ut se tibi commeodare velim. In quorum acie *Olympius* hic est, vir singulari & humanitate & fide, & omni benevolentia dignissimus. Eum itaque adeo commendo, ut commendare me ipsum diligeotius oolim. Atque ut intelligas, me multuo homini debere, nolim te nescium esse, quaecuoque huic praestiteris, mihi praestita me existimaturum.

XXXIX. NESTORI.

Quia jam diu oihil accepisti mearum literarum, me tui immemorem putas, oon hoc existimaturus, si me nosses. Neque enim possum, etiamsi velim, te oblivisci, qui pectori meo semper haeres. Quod autem ad te non scripserim, causa fuit, quod, ubi esses, ignorabam.

XL. PHILARCHO.

Scio, tibi non deesse, qui rerum abs te gestarum laudes ore plenissimo praedicent; unde videor fortasse potuisse silere. Verumtamen non ut tuas laudes, ad alta fastigia evectas, illustrem, verum potius, ut voluotati meae mos geratur, tuis laudibus scriptam orationem ad te mitto, quam grato animo accipias velim. Non, quid debeam, sed, quid possim, quidve cupiam, consideres.

XLI. LUCIANO.

Ad me profectus est *Themistius*, ex quo certior factus sum, tibi cum *Eustolio* oescio quid odii intercedere, id quod eo mihi fuit molestius, quod utrique conjunctissimus sum. Demiror vos prudentissimos viros & singulari modestia praeditos furoris imperio paruisse. Indecorum sane cuivis mortalium est, ferarum more saevire in aliquem sui generis, vobis vero turpissimum, quos nemo est, qui hactenus non optimos censuerit. Et nimirum deterior est infamia, quae bonam existimationem sequitur ea, quam nulla bona existimatio praecesserit. Quamobrem obsecro te per tuam existimationem & per nostram mutuam benevolentiam, ut ab ista sententia desistas, *Eustoliumque*, si aliter fieri oon potest, me alterum existimans, aut ames, aut saltem odisse desinas.

XLII. EUSTOLIO.

Neque ignoras, neque, ut arbitror, oon meministi, quanti semper te fecerim, & quam vere te sincereque amaverim; hinc fit, ut, quae tibi honori futura video, tacere noo possim, tuque fidelissimis consiliis meis auscultare debeas. Accepi, mutuo odio te *Lucianumque* affici, tametsi olim ita conjuncte amanterque vitam agebatis, ut si quis Thesei Pirithoique benevolentiam exemplo ostendere voluisset (1). Quam id vobis decorum fuit, vos duos digito monstrari, tam hoc est utrique & iodeceos & turpe. Satius etenim est leote amare, quam, quem vehementer amaveris, vel maximam ob causam odisse. Quod quum ita sit, te vehementer oro, ut tum honoris vestri gratia, tum omni quiete, tum, ut me magna molestia, quam inde capio, liberetis. Si meo hortatu io gratiam redire *Lucianus* voluerit, non modo illi non repugnes; sed venienti occurras. Quod si fiet, praeter modum devinctus utrique fuero.

XLIII. LUCIANO.

Literae tuae perjucundae mihi fuerunt, quibus, etsi ab *Eustolio* gravi injuria affectus, ei (1) tamen perinde atque mihi ipsi veniam dare promittis. Non ignoro, quam difficile sit ignoscere, praesertim accepta iojuria, quae levissima non sit, eoque magis beneficium apud me collocari video, quanto praestatur difficilius. Nam quod vereris, quod *Eustolius* tantum sibi arroget, ut ne oblatam quidem ab offenso pacem recipiat, omni suspicione vacat. Neque enim pacis conditionibus repugnabit. Hoc unum facere te velim, ut promissa serves, pacisque illi conditionem offeras (2), quod & tibi honorificum & mihi gratissimum fuerit.

XLIV. EUSTOLIO.

Quum proxime ad te scriberem, oraremque, ut in gratiam cum *Luciano* redires, facile mihi per-

EP. XXXVIII. (1) Sic *ed.* fortasse rectius vel *Oenophilo* ex οἶνος, vel *Aenophilo* ex αἶνος.

EP. XLII. (1) Deesse hic quaedam, per se patet, v. c. *vos fuisset ostensurus.*

EP. XLIII. (1) ed. *qui.* (2) ed. *afferas.*

EP. XLVI.

persuasi, fore, ne id abs te frustra contenderem. Neque enim aut nova, aut obscura tua mihi erat amicitia. Fecisti sane, quod sperabam, & me hac beneficentia adeo tibi devinxisti, ut te non solum ceteris amicis, sed mihi quoque ipsi in amando praeferam. Quod ut apertius facilius que intueri possis, magnum aliquid mihi imperes. Nulla etenim res nullusque labor me defatigare poterit in his occupatum, quae tibi usui futura sint vel ornamento.

XLV. L U C I A N O.

Etsi alia quamplurima beneficia erga me tua exigunt, ut tibi, quae possum, omnia debeam: tamen, quod *Eustolium*, meo hortatu, venia donasti, magnis praecipue acceptis offensis, me cogit, ut, quae possim, posse cupiam, ut magna aliqua in re mihi liceat, parem tuis meritis gratiam referre. Sed, qualiacunque possumus, cum in tua sit manu, utere me pro tuo arbitrio.

XLVI. I P H I C R A T I.

Istuc profecturus *Theocritus* noluit meis literis vacuus ad te venire, arbitratus, quod fore confido, si a me tibi commendaretur, te ei in causa affuturum, quam cum *Cleobulo*(1) habet. Quare te oratum velim, ne committas, ut ei praeter spem aliquid eveniat: est enim & mea commendatione, & tuo favore dignus.

XLVII. T H E O C R I T O.

Mea erga te benevolentia & merita erga me tua cogunt, nedum hortantur; ut tibi, vel maxima ac difficillima quotidie petenti nihil negem. Cognovi ex literis tuis, *Iphicratem* in causa non affuisse, quod offendere *Cleobulum* (1) vereretur, virum & divitem & inimicitiarum ultorem, meque oras, ut te illi denuo commendem: id ego libentissime faciam. Quare bono animo esto, &, an fecunda haec commendatio profuerit, fac me per literas certiorem.

XLVIII. I P H I C R A T I.

Fretus ea benevolentia, quam & tu erga me semper prae te tulisti, & ego nonnunquam (1) expertus sum, *Theocritum*, virum mihi charissimum, in causa honestissima commendavi. Tu vero praeter spem meam ejusque exspectationem nec verbum quidem pro eo fecisti, quod *Cleobulum* & divitem, & inimicitiarum persecutorem veritus es. Sed, heus bone vir! Cleoboline divitias, an *Theocriti* paupertatem tuo favore digniorem putas? At inquis fortasse, neque suffragor *Theocrito*, neque refragor. Atque si ei non faves, tantundem est, ac si repugnes, quia praeter te contra tam potentem adversarium auxiliari nemo possit. Nam debilis est excusatio, quod ulcisci *Cleobulus* acceptas injurias consueverit. Etenim qui res(2) defendit pauperis, neminem injuria afficere videtur. Futurum praeterea facile conjecto, ut te *Cleobulus* vel hoc virum bonum existimet, quod pauperem in causa justa tutatus fueris, neque precibus, neque alicujus metu deterritus. Ea etenim virtutis vis est, ut vel malis plerumque probetur. Quapropter maxime te oro, ut *Theocrito* omnino adsis. Quod si feceris, tantopere tibi debebo, ut debere tibi magis non possim.

XLIX. T H E O C R I T O.

Scribis ad me, & commendatione mea, & *Iphicratis* auxilio te in causa evasisse victorem: id mihi mirifice placet. Neque enim tibi solum, sed & mihi quoque evenisse idem arbitror. Quod vero gratias mihi agis, est, quod vehementer odi. Illis enim agendae gratiae videntur, qui non ex officio, sed ex humanitate nos demerentur. At qui, qualiacunque pro te feci, meritis tuis coactus feci; facturus longe majora, si & tu exigas, & mihi praestandi facultas concedatur (1).

L. I P H I C R A T I.

Tandem redditae sunt mihi abs te literae, testes amoris erga te mei: quibus nihil vel gratius, vel exspectatius contingere mihi potuisset. Ex his enim cognoscere mihi licuit te preces meas tanti facere, ut nullius vel gratiam, vel odium, vel metum mihi anteponas. *Theocritum* enim, qui cum *Cleobulo*, potentissimo gratiosissimoque adversario, controversiam habebat, tuo unius auxilio victorem reddidisti. Qua quidem ex re majores ampliores que sunt laudes, quas adeptus fuisti, quam ut consequi epistola, vel complecti cogitatione audeam. Tibi itaque maximas habeo gratias; atque hoc habeto, te una (ut dici solet) manu *Theocritum* & me tibi devinxisse, & ita devinxisse, ut ex tanta obligatione dissolvi sola morte possimus.

LI. P A N C R A T I O (1).

Quae hic agantur, intelligere ex meis literis optas: ea itaque brevi hujusmodi esse novimus. Magna est annonae caritas, & nescio quis belli tumultus pullulare incipit. Musarum sectatores, qui pauci admodum sunt, Martis non Phoebi vexillum sequuntur. Ego, senio gravatus, inter domesticos parietes dego, vacans quidem, docendi studio multo quam antea magis deditus, adeo, ut uno eodemque tempore & otiosus sim, & maxime negotiosus. Principem, qui adventare nunciatur, avide exspectamus. Quae tibi praeterea significem, nulla sunt reliqua.

LII. A M B R O S I O.

Persaepe & nunciis & epistolis te brevi ad nos reditu-

EP. XLVI. (1) ed. *Cleobolo*.

EP. XLVII. (1) ed. *Cleobulum* & sic in seq. ep.

EP. XLVIII. (1) ita *Ambros.* ed. *nomini quam*. (2) ed. male *quivis*.

EP. XLIX. (1) ed. *concedat*.

EP. LI. (1) ita *Ambros.* recte. *Panthraco*, ed.

rediturum promisisti: nondum tamen redis. Ea fortasse gratia hoc facis, ut nos imparatos invenias, & eo fit nobis tuus reditus gratior: tamen, si quovis modo redeas, nobis non esse gratissimus non potes. Verum quidem jampridem nihil ad nos literarum dedisti. Plerique suspicantur, te rediturum, quod, qui scribens & reditum promittens, non redit, nulla de reditu mentione facta, fortasse redibit. Et profecto praeopto te videre tacentem, quam carere scribente.

LIII. ANTIPHILO.

Poëticum illud in fronte epistolae ponere libet: *absentem quaeris frustraque vocas.* Abest enim à nobis *Sebastianus*, &, eloquentiae studium deferens, animum ad bellum appulit. Facile fateor, hoc tibi permolestum videri posse: non solum, quia ea praetermisit, quibus operam impendendam censueras; sed etiam, & multo quidem magis, quia clam te id consilii cepit. Militiam enim, si majorum vestigia serveotur, quis damnare merito possit? Adsunt *Sebastiano* vires, audacia non deest: ingenio prudentiaque praestat: fortunam ei desore non suspicor, ita ut magnam inde gloriam consequi possit. Si tamen, ubi sit, pervestigavero, ea juveni suadebo, quae placere tibi ex literis tuis cognovero.

LIV. EIDEM.

Miseret me doloris tui, qui profecto communis mihi est. Nam quo minus in militia versari filium cupias, causa honesta satis videtur, quod est tibi unicus, & spes alterum tibi tollendi nulla offertur. Neque enim inficias eo, ut ipse scripsisti, belli esse pericula. Verum, si hoc unum animo colligas, nulli vitam esse expertem periculi concessam; fortasse filii propositum levius feres. Tamen ut tuae voluntati morem geram, literas ad illum dabo: (in Cilicia esse dicitur;) quibus ei persuadere conabor, ne tuae voluntati adversetur. Interea bono animo esto.

LV. SEBASTIANO.

Haec sunt, quae non hortantur ut quid tam difficile putem, quin abs te non facillime impetrem, quod juvenis es prudentia singulari, mihi discipulus, & majorum tuorum aemulator, mei amantissimus: quae quidem quam ad persuadendum efficacia sint, facile tenes. Quapropter, quod magno animo peto, benigne mihi concedis. Non ignoras, paterno jussu ut ad nos concesseris, ut Musarum suavissimos liquores haurires. Subinde tamen, libris posthabitis, tela corripuisti; & hoc oesçio primum patre, deinde invito atque lugente, quandoquidem, belli periculis ejus consideratione agitatis, filio & unico & novissimo admodum timet. Quare te vehementer oro, ut charissimum parentis caput, & morti proximam senectutem consideratione complexus redeas, ejusque voluntati obtemperes. Quod nisi feceris, paternae mortis ante diem auctor existes, id quod longe abs te & a boni filii officio absit.

LVI. PERICLI (1).

Raras nunc à me literas accipis, à quo frequentes olim mittebantur. Causa est, quod reperio neminem, qui scriptas ad te perferre velit. Quum enim perpetuo silentio utaris, subverentur omnes, ne (2), acceptis literis tibi designandis, aut perfidiae crimen incurrant, aut ad manes inferosve cogantur. Quare, si cupis meas accipere literas, rumpe longum silentium tuum.

LVII. AGAPETO (1).

Quanquam non sum nescius, quae hinc abiens mihi promisisti, te cumulatissime facturum, quod nefas est prudentem virum & amicissimum spe promissa amicum fraudare; tamen incredibilis erga Principem amor eadem me confirmare compellit. Quum Principem otiosum vides & curis vacuum, interdum sui senis nomen, eo audiente, commemores, &, quanti enm facias, & quanto studio res ab eo praeclare gestas illustrare contendam, significes. Quod si feceris, immortali beneficio me tibi devinxeris.

LVIII. EIDEM.

Neque gratiores, neque optatiores jam pridem literas accepi ea epistola, quae, scripta manibus tuis, nuncium laetissimum attulit; gratum fuisse Principi, audire ea, quae de me commemorabas. Neque enim parvi muneris loco ducenda est optimi maximique Principis non ficta sed vera benevolentia. Porro utrique plurimum debeo: tibi, qui mei studiose & in tempore memineris; illi, quod verbis tuis benignas aures accommodaverit. Verum ut, si fieri possit, strictiori vinculo me obliges, obsecro te, ut id ipsum persaepe facias.

LIX. HYPERECHIO.

Tandem os tibi reclusum est; ut una, ceterum optatissima epistola, quam plurimas me rescribere compelles. Quum enim omnini mortalium in scribendo ad amicos diligentiam esse mirificam (1), silere te scribente nullo modo possum. Cujus rei argumentum esse potest, quod saepe te ad scribendi certamen sum cohortatus, quo quidem absentibus amicis jucundius reperies nihil.

LX. PHILIPPO.

Non inficior, me tanta abs te beneficia accepisse, ut longe mihi honestius futurum sit, de gratia

EP. LVI. (1) ita ed. *Hyperechio*, Ambrof. fortasse rectius; conf. ep. 59. (2) addidi ex sensu.

EP. LVII. (1) ed. *Agabito*.

EP. LIX. (1) Sententia hiat.

EP. LX.

gratia referenda cogitare, quam de cumulanda obligatione. Verum, quia *Agapetus* (1), qui istic negotia habet non contemnenda, tam charus mihi est, quam qui maxime, tantaque est magnitudo amoris erga me tui, ut defatigari potius petens ego possim, quam tu, dans beneficia; facere non potui, quin eum tibi magnopere commendem. Te igitur per amicitiam nostram oro, ut, quibuscunque in rebus *Agapetus* tua opera uti volet, ei ita adsis, ut, quantum ei mea commendatio profuerit, facile intelligere possit.

LXI. PHAEDRO.

Non erat opus, mi *Phaedre*, ut tam longa epistola amorem erga me tuum aperires, perinde ac si novus ille mihi obscurusve esset. Veruntamen quotienscunque id ex te praesertim ipso confirmari video, dulce esse mihi non inficior. Unum est, quod me discruciat, quia, etsi in te amando nemini concedere videor, tamen excogitare non possum, quo pacto amoris mei vehementiam manifestissime tibi ostendam. Nam facultates meae adeo exiguae sunt, ut magnitudinem tuorum erga me meritorum aequare nullo modo possint. Sed pro tua humanitate nihil supra vires meas exspectabis à me, & ego indies majora benevolentiae argumenta prae me ferre contendam.

LXII. POMPEJANO (1).

Athenis decedens, ut Corinthi dies aliquot tecum essem, non antea novi, te in Ciliciam (2) profectum, quam Corinthum perveni. Quantas hic querelas irata vox in fortunam emiserit, quantaque animi molestia affectus fuerim, non exspectes, ut his literis committam. Dicam vere, quae tunc mihi sententia fuerit. Maluissem nusquam esse, quam sine te Corinthi esse. Itaque ceterorum familiarium blanditias fastidiens continuo brevem hanc epistolam scripsi, subindeque discessi. Et quoniam videre te, quod inprimis cupiebam, non licuit, te vehementer oro, ut literas ad me frequenter perferendas cures, quarum lectioni nihil est, quod anteponere velim aut possim.

LXIII. PILANIO.

Quum te cogitatione complecterer, & moram reditus tui (1) jam difficilius ferre inciperem, redditae mihi sunt literae tuae, testes humanitatis indicesque fraterni amoris erga te mei. In quibus nihil est, quod non probem, praeterquam, quod me supra modum laudas. Nam perquam suave mihi fuit, quod scribis, mei memoriam tibi fuisse perpetuam, teque valere, & propediem ad nos rediturum. Quod vero tantum mihi attribuis, quantum neque volo, neque postulo, laedi quodammodo videor. Ut enim non inficias eam, merita laude laetari me, quod plerisque mortalium usu evenire suspicor; tamen, quum non sim nescius meritorum meorum, facile agnosco, majores esse laudes, quibus me prosequeris, quam ut illas humeri mei sustinere possint, tametsi omnino mihi te ad gratiam assentationemque scribere (2). Sed ad hoc impellor vehementia amoris erga me tui. Ceterum, si cupis me beatissimum reddere tuo reditu, literas ipsas subsequere.

LXIV. EIDEM.

Conscius mutui nostri amoris nihil ad te scribere (1) vereor, quod maxime cupiam. Si enim amicorum una esse voluntas debet, cur verear, te moleste laturum, quae mihi maxime placeant? Oravi te superiore epistola, ut reditum accelerares, quia diutius praesentia tua carere non possim; tu vero, etsi continuo te rediturum promiseras, nondum redis. Dicerem te perfidum, nisi satis existimarem, amicitiae nostrae te negligentem, & amicorum immemorem dicere. Quonam pacto vivendi nobis facultas esse potest, diverso sub coelo degentibus? Si verum est, quod vulgato proverbio ore omnium decantatur, amicorum corpora plura esse, animum unum; an existimas, quod unicum est, scindi in partes non posse? Redi ergo, & continuo redi, ne, si reditum nimis differas, ego ad te veniam, non sine maximo multorum incommodo.

LXV. ARISTONICO.

Non inficias eo (1), ea, quae in te feci, odio esse digna & maximo & longissimo, quandoquidem te, virum doctrina moribusque praestantem, maledictis sum prosecutus, innocentem praesertim. Veruntamen major est clementia tua, quam ut vereri debeam, ne ad ignoscendum paratissimus sis, praesertim & crimen fatenti, & veniam humiliter petenti. Scripsi olim in te epistolam conviciis plenam. Causa hujus alii fuere delatores pessimi, qui argumentis & testibus me convenientes coegerunt credere, te scriptis meis nominique meo detrahere. Nunc, quia innocentiam tuam intueor, me facti poenitet, atque ea vexor molestia, quam nullis literis explicari posse existimem, atque, si fieri possit, mallem alterum oculum amisisse, quam epistolam illam emisisse. Sed quis furori imperare semper possit? Videmus saepe patrem à filio, & à patre filium & contumeliis & verbere & morte denique ob subitum affectos furorem. Quod quum ita sit, ignosce, obsecro, supplici Libanio, qui aliorum stimulis impulsus & ira percitus in te scripsit. Nam, ut, quae ex industria

EP. LX. (1) ed. *Agabitus.*

EP. LXII. (1) ed. *Pompicano.* (2) ed. *Ciciliam*, Ambros. *malitiam.*

EP. LXIII. (1) ita *Ambros.* pro *redicus*, quod est in ed. (2) deest verbum *existimem*, vel simile.

EP. LXIV. (1) sic Ambros. pro *scribas*, quod est in ed.

EP. LXV. (1) *eo* in ed. omissum erat ob sequens *ea.*

dustria facimus, indigna venia putantur; ita, quae coactus furor suasit, faciliorem veniam assequi par est.

LXVI. ARISTONICO.

Humanitatis & elementiae tuae minime ignarus mihi in animum induxi, ut, etsi noveram te, virum innocentissimum, gravem à me injuriam accepisse, veniam tamen peterem, quam spem minime fefellisti. Ego itaque, non reperiens talem tanto beneficio gratiam, nihil habeo silentio melius. Ubi enim multa dicenda sunt, paucaque dicuntur, non desunt calumniae. Silentium vero plura persaepe affert, quam sermonis paucitas. Brevi itaque, quas tibi gratias agere possum, eas (1) puta, etiamsi non agantur. Tanta enim erga te animo concipio, ut explicare literis diffidam.

LXVII. DIPHILO (1).

Diuturnum silentium meum tibi fortasse persuadet, me tui immemorem factum. Verum longe aliter se res habet. Nam ideo ounquam literas ad te dedi, quia te praesentem semper intueri visus sum. Neque enim locorum distaotia charissimos absentes reddere nobis potest. Sed, si tantus ardor tibi est literarum mearum, scito, me in scribendo diligentissimum fore.

LXVIII. EIDEM.

Quia literas meas abs te vehementer expeti, vel nullo scribendi argumento oblato, ad te scribere constitui. Brevi itaque sic habeto, me valere tuique amantissimum esse.

LXIX. BROCHINO.

Serius (1), quam velles, ad te redeo, idque non definis mecum per literas expostulare. Fateor sane hoc magnae benivolentiae esse argumentum. Nam quum abesse me difficillime patiaris, ostendis nimirum, videri tibi, te tibi deesse. Et exploratissimum quidem est illud Platonicum, quod amantis animus io alieno corpore vitam ducit. Sed quia justissima amicitiae lege decet amantem redamari, tibi persuadeas, me reditum aeque atque te cupere. Sed quo minus voluntati nostrae fiat satis, magna & necessaria oegotia sunt, quorum mole ex humeris rejecta tibi advolabo (2). Tu interea absentiam meam aequo animo feras, & amori nostro oon servando solum, sed etiam augendo, operam impendas.

LXX. HERMIPPO.

Quas a me literas tanto studio petiisti, *Tiberio*, qui primum mihi occurrebat istuc profecturus, ad te libentissime dedi. Atque utinam is, cui te amanter commendavi, eo fit in te animo, ut ostendat, se & tuorum meritorum & commendationis meae ratiooem habuisse. Si quid praeterea est, in quo mea opera uti velis, scias, te difficilius petiturum, quam (1) petita exhibiturum, si tamen viribus meis illa majora non fuerint.

LXXI. EIDEM.

Maximas tibi gratias ago, quod ea, quae ex officio tibi praestitimus, haud aliter acceperis, ac si nihil de nobis meritus esses. Verum, si veritatem fateri me pateris, tibi tantum debeo, quantum nemini mortalium. Nam, quod mihi gratias pro commendatitia epistola egisti, valde mihi molestum est. Quaoquam & placere tibi, quae feci, maxime cupio; tameo imponi majora humeris meis onera non facile patior. Io id potius studeas, ut opera mea assidue utens, magnitudinem tuorum erga me meritorum mihi leviorem facias.

LXXII. PHERECYDI.

Vehementer jucundae mihi tuae literae fuerunt, quibus consilium meum depositur de locanda viro filia, quum praesertim *Hermippus* eam diu & studio quam maxime dari sibi elaboraverit. Fateor sane, quod, etiam tacente me, ignorare non posses, charissimum mihi esse *Hermippum*. Sed si ille mihi amicus est, & ego sum ei maxime devinctus, oon continuo fieri posse putes, ut te fallere velim, amicum praesertim & mihi perinde atque tibi fidentem. Longe hoc ab eo viro abesse, qualem esse me & cognovisti, ut arbitror, & cujus sum ego testis, multis pleno ore praedicasti. Sed ea est *Hermippi* virtus, ut vel ab hostibus damnari honeste non possit. At istuc ipsum ipse optime callere potes, quod tuis in oculis semper vixit *Hermippus*. Sed ut voluntati tuae mos geratur, scribam brevi, quae sentio. *Hermippus* quem avum: quem parentem habuerit, probè tenes. Fuere Civitatis nostrae duo praeclarissima sidera. Porro de pueritia, adolescentiaque ejus nihil memorabo. Neque enim satis possem epistola complecti, qua modestia, qua gravitate, qua prudentia utramque aetatem vixit. Quo vero ingenio, qua doctrina sit, si his litteris commitam, meo quodam jure id fecisse putabor. Nam me praeceptore semper usus est. Possum ergo hoc vere dicere: qui hunc ingenii acumine aequarent, quam paucissimos reperisse me: qui vero superaret, neminem. Taceo divitias partim à parentibus relictas, partim honestissimo studio quaesitas, &, ne singula prosequar, quae in plurimis reperiri virtutes difficillimè possent, in hoc uno abunde videri possent. Tibi itaque suadeo, ut filiam *Hermippo* despondeas. Quod si feceris, consilio meo perpetuo laetaberis.

LXXIII.

EP. LXVI. (1) *aestas* excidisse videtur.

EP. LXVII. (1) sic scribo pro *Diebilo*.

EP. LXIX. (1) ita *Ambros.* pro *celerius* in ed. (2) sic scribo pro *adolabor*, in ed.

EP. LXX. (1) *me* excidisse videtur.

EP. LXXX.

LXXIII. HERMIPPO.

Pherecydi, de locanda filia me consulenti, consului, ut eam tibi desponderet, qua in re etsi desiderio tuo respondisse videor, tamen illi arbitratu meo amice vereque consului. Speroque fore, ut consilium meum res subsequatur. Quod si fiet, fuerit operae pretium, sin minus, non statim dolore insano angi debebis. Stultum est enim, quae contingere non possunt, ea indesinenter quaerere.

LXXIV. PHERECYDI.

Quod nonnulli facere consueverunt, ab ingenio tuo alienissimum esse, ex his litteris didici, quas ad me proxime dedisti. Amant sane quidam in rebus agendis aliorum sententias disquirere, quum tamen suo potius quam alieno consilio omnia agant. Tu vero quum de filiae nuptiis me consulueris, fecisti, quae mihi placere scripseram. Gratulor itaque filiae tuae virum optimum assecutae: tibi vero gratias ago maximas, quod tanti me feceris, ut consilium meum tuo anteposueris.

LXXV. HERMIPPO.

Non facile dixerim, utri tuae nuptiae jucundiores acciderint, tibine sponso, an mihi? qui ut ita gererentur, diligentissime curavi. Sed certe tibi apprime gratulor, cui uxor ex animi sententia contigit. Atque utinam & diu & feliciter cum illa vitam agas & foecunda prole domum impleatis. Hujusmodi enim ex parentibus orti civitatem nostram quam maxime illustrem reddere poterunt. Sed quia fas est, nuptiarum tempore festivum aliquid scribere, vide ne vino domestico (ut in proverbio dicitur) ebrius fias.

LXXVI. APOLLODORO.

Desine tandem admirari, cur, caeteris à me quotidie accipientibus, nihil ad te scribam. Tu enim silentium mihi imperasti, quippe qui, ut ex multis accepi, dixisti, minimum quidem fidei litteris meis habere: quia alia scribo, alia sentio. Equidem sic habeto, ut silentium tandem rumpam: esse me usque adeo miti ingenio, ut nemini operam meam exigenti deesse possim. Inde fit, ut multos quotidie amicis commendem. At in commendando dices me esse nimis vehementem. Fallor fortasse benignitate naturae. Conor tamen intueri eorum merita, qui à me commendantur, ne mendax deprehensus justam infamiam subire compellar. Sed quorsum argumentis haec tecum ago, cui sum commendaturus neminem? Tantum eum abesse ab humanitate, qua fretus sperem de amicis meis te bene meriturum, quantum ego neminem alium abesse video, existimo. Quae quum ita sint, ut epistola eisdem verbis claudatur, quibus inchoata est: desine tandem admirari: cur, caeteris à me epistolas accipientibus, nihil ad te scribam.

LXXVII. SOSICRATI.

Raro ad me scribis: arbitratus, ut ex proxima epistola cognovi, posse me fastidire frequentes litteras tuas. Atqui sic habeto: me nulla re perinde, quam legendis litteris tuis, delectari, adeo ut prae illis somnum atque cibum contemnere facillime possim. Quamobrem, si me amas, frequenter ad me scribe.

LXXVIII. EIDEM.

Quoniam pro brevi Epistola ad me longissimam dedisti, accipe breviorem, ut, si fieri potest, majori me voluptate afficias, quam proxime affeceris. Atque, ut promissa servem, vale: meque tuis litteris quam optime valere jube.

LXXIX. DAMAGETO.

Admirari satis non possum, quod non haberi abs te mihi fidem proximis litteris prae te tulisti, quum ingenium tuum maximi facere me plurimi significarent. Nam quum te noveris, quod difficillimum Sapiens ille judicavit, non est, quod me admireris, quod te virum omnium laude admirationeque dignissimum maximi faciam. Sed tandem calliditatem deprehendo tuam: ideo enim consilium meum admirari te dicis, ut modestiae laudem consequaris. Sed quidquid senseris, dixerisve, non desinam ego tanti te facere, quanti debeo, vel possum potius.

LXXX. EUTHYDEMO.

Quereris (1) quod abiens tibi dixerim nihil. Hoc vero non tui contemptu factum scias, sed quia nulla locorum distantia adimere te mihi posse videbatur, quem cordi affixum semper teneo. Reliquum est ergo, ut consilium meum laude potius, quam nota dignum ducas.

LXXXI. EPHORO.

Quum saepius te oraverim, ut male de me dicere desineres, nunc te oro, ne à tuo ingenio discedas: quippe quum testimonium tuum nullius momenti ducatur. Nulla occurrit efficax ratio, quae me laudis avidum faciat tuo ex ore proficiscentis: malimque te inimicum mihi videri, quam amicum.

LXXXII. EIDEM.

Proximae tuae literae magnam mihi minantur inimicitiam, quia te aspernari visus sum. Porro ne me verbis deterritum putes, si sententiam animi mei proximis litteris minus novisti, tibi aperte significo, me neque amorem tuum magnifacere, neque inimicitias vereri: qui nec laedere iratus, nec amicus prodesse possis.

LXXXIII. PHILONICO.

Legi carmen tuum, quo immaturam filiae mortem desles, in eoque legendo, ne vera con-

EP. LXXX. (1) ed. *Quaeris*.

conticescam, à lachrymis temperare non potui. Adeo enim commiserationis locos attigisti, ut commovere durissimi animi hominem facillime posiis. Sed in eo magis paternam pietatem, quam Poëticum acumen intueri visus sum: quanquam & ingenio & doctrina egregie praestas. Nam perinde ac si frigidum filiae corpus ante oculos haberes, testatur carmen, te pectus creberrimo ictu manuum plangere, faciemque unguibus dilacerare. Quamobrem ut carmen laudo, ita consilium tuum damno. Virum enim gravem, qualem fuisse te semper cognovi, non decet quovis casu vehementer commoveri. Te itaque oro, ut memineris mortalem te filiam genuisse: illique accidisse nonnihil, quod praescire non potueris?

LXXXIV. EIDEM.

Et prudentiam & amicitiam in te singularem erga me ex proximis litteris animadverti, quandoquidem maximos, justosque dolores hortatu meo non solum minuisti, sed abjecisti prorsus. Fecisti sane, quod fuit prudentiae tuae, & parendo consiliis meis, quanti me faceres, non dissimulanter ostendisti. Tibi itaque magnas ago gratias: atque, ut in ista sententia permaneas, te etiam atque etiam oro.

LXXXV. ARISTAGORAE.

Neobulum charissimum mihi esse non ignoras, & quia non vulgari me benevolentia prosequitur, &, quia eis moribus est, ut, si fas est dicere, ad te amandum quemvis mortalium impellere, nedum allicere posset. Eum itaque tibi unice commendo: majori etenim beneficio affici abs te videbor, si huic affueris, quam si mihi maxima quaeque praestares.

LXXXVI. PERIANDRO.

Quid de te sentiam, ambigere te scribis, quando istuc à nobis venientes nihil meo nomine tibi significant. Accipe igitur meam de te sententiam. Hominem te ingenio summo doctumque existimo: malum tamen. Inde fit, ut nihil ad te scripserim, meoque nomine tibi referendum curaverim. Neque enim in amico mores negligentius, quam sive ingenium sive doctrinam desidero. Quamobrem, si amari à me cupis, mores muta.

LXXXVII. HYSABIO (1).

Fretus benivolentia fideque erga te mea in Ciliciam profecturus, maximaeque multitudini imperaturus, consilium à me petis: quonam pacto optimè & cum summa omnium laude imperes. Vellem ego is esse, qui desiderio tuo non minus sapienter, quam amanter facere satis possem. Caeterum quia, re exigente, hujus argumenti libellum nomini tuo dicare constitui plusculum ocii nactus, duo tantum brevi attingam, quae praecipue tibi necessaria duco. Primum est, ut omnea te adeuntes facile audias. Alterum, ut omnes eadem benivolentia complectaris. Ita fiet, ut te nihil lateat, quod te scire oporteat: nihilque injuste facias. Haec memoria tene: haec serva. Quum autem fuerit ocium, plura in hanc sententiam ad te scribemus, quanquam prudentia tua deesse tibi nihil patietur, quod ad laudem comparandam pertineat.

LXXXVIII. PHOCAICO.

Non desinis amicis meis detrahere. Quo id consilio facias, non video. Sed unum hoc non debes ignorare, si velint malignitatem illi tuam imitari. Quum multi sint, te unum, omnium benivolentia destitutum, tot maledictis insequentur, ut è latebris prodire praeterea non audeas. Aut ergo tace, aut poenas expecta gravissimas.

LXXXIX. ARISTOMENI.

Cupis, ut audio, mihi notus fieri. Ut igitur scias, te voti esse compotem, tibi significo esse mihi te notius nihil. Quem enim latere posiit tanti splendor ingenii? Praeterea te ita amo, ut me ipsum paulo magis amare videar. Reliquum est ergo, ut me utaris, si quid acciderit, quod exspectari à me posiit.

XC. EVAGORAE.

Antimachum singulari ingenio virum, & mihi amicissimum, non possum tibi non commendare: quanquam id paucissimis verbis facere institui. Et quia calcaribus non eges, quum mihi aut meis inserviendum est: & quia moram longiorem tabellarius non patitur. Te itaque brevi oratum velim: ut, quum *Antimachus* opera tua uti volet, ei ostendas, quanti feceris commendationem meam.

XCI. EIDEM.

Quum tibi *Antimachum* brevi epistola commendarem, sperabam, fore, ut voluntati meae morem gereres. Tu vero exspectationem meam non solum non fefellisti, sed etiam plura, quam petebantur, praestitisti. Nam, quum *Antimacho* in causa difficillima affuisses, & pecuniam pro reditu obtulisti, &, si qua alia re egeret, liberalissime te illi subministraturum promisisti. Maximas itaque tibi gratias ago, atque oro, ut mihi magnum aliquid imperes, unde experiri meum erga te animum possis.

XCII. PROCLO.

Declamationes meas, quas tanto studio efflagitasti, ad te dono mitto. Tu vero non muneris exiguitatem, sed amicum, à quo mitto(1) munus, considera. Par etenim est, vel minima quaeque ab amico grato suscipere animo.

XCIII. EPIMENIGI (1).

Gratias mihi ingentes proxima epistola egisti, quoniam

EP. LXXXVII. (1) MS. *Hizzabio*.
EP. XCII. (1) legerim: *mittitur*.
EP. XCIII. (1) MS. *Epimenigi*. Scripserim: *Epimenidi*, vel *Epigeni*.

EP. XCV.

quoniam omnibus de te quaereotibus laudes tuas me referre audivisti. Verum sane est, quod audivisti, sed profecto nihil alienum ab officio meo, tuisque meritis feci. Ego vicissim virtutibus tuis plurimum debere me & agnosco & fateor, quae nostram Civitatem insignem reddidere. Sed unum est, quod impetrari abs te velim, ut filium eis artibus erudiendum cures, quas in te omnes & laudant & admirantur.

XCIV. XANTHO.

Statueram nihil ad te scribere: quandoquidem istuc propediem venturus eram. *Chilenius* enim mihi singulari benivolentia conjunctus, ad te profecturus, me sententiam mutare coegit. Eget enim patrocinio tuo: eum itaque tibi magnopere commendo. Quicquid vero eidem praestiteris, me accepisse putato.

XCV. LYCEO.

Quis unquam existimasset, fore, ut tu, cum quo & diu & conjunctissime vixi, magnis in rebus & mihi praecipue necessariis deesses. Atque etiam lacessitus non possum te amare. Sed, si fieri potest, muta sententiam: & absentis amici memorem te praesta. Ut enim omittam, quod officio fungeris, certe egregiam laudem consecuturum te puta, si mearum partium defensor videberis.

XCVI. EUGNOMONIO (1).

Ego amicum te mihi novi, & erga amicos promptum non minus, quam Theseum. Caeterum quum ad te litteras dederim, ego autem vicissim oon accipiam, considero qualis, re (2) postulante, futurus sis, quando ne scribere quidem audes: & haec quidem facis ad scribendum à me incitatus. Quod si divitiae familiarium te contemptorem reddidere; pereant illae. Si vero caeteris idem es, qui consuevisti, erga me tantummodo mutatus, sic habeto, quod (3) fortasse aliquando conveniemus, & defensionem quaereos, aut tacebis, aut rubore afficieris. O beate! dissolve accusationem epistola, quae ad nos afferat aliquid pristinae consuetudinis, ut te laudemus, oedum beatum esse dicamus. Caeterum bonum hunc *Olympium* & ipse demerearis, & alios ad idem inducas. Hic autem vir Concivis quidem meus est, &, quum juvenis esset, me praeceptore est usus. Quanquam militiae studio multum in dicendo facultatis amisit, tu tamen eum honore dignum duces, perinde ac si artem teneret, & facies unum ex felicibus. Si etenim optavi tibi dari facultatem quum nondum esset: si nunc volo ea tibi concessa frui: fortasse non injuste facio. Precium autem tibi fuerit, quod & iste, & ego beoeficii memores erimus (4). Tu quidem in agris nunc librisque versaris, fortuna vero te ad tribunal vocat Judicem. Veni igitur hoc facturus cojus causa laborasti: & majorum viam ingredere quattuor habens quibus audere possis: dicendi facultatem: benivolentiam Principis: pareotem praeceptorem, nostras preces.

XCVII. CAJANO (1).

Rumore ád nos defertur, te multum válere in dicendo, & mores tibi oratione deteriores ooń esse. Quod simulac oovi, eum, de quo haec ferebantur, videre peroptavi. Sed quoniam, quod majus est, assequi mihi non licet: altera navigatione mihi utendum est. Scribo itaque, & hoc facere, priusquam congrediamur, amatorium potius quam inconveniens puto. Ita mihi persuadeo te meam amicitiam oou conteoipturum ut nunc quoque beneficium petere non pigeat. Dominus (2) tuus quidem concivis est, mihi autem familiaris: qui, pauper quum sit, oegociorum solicitudine (3) atque patronorum fit senator. Istuc vero pugnaturus veniens, cum vero dignus sit qui libenter dilectionem inveoiet. Caeterum istuc profecturus, oravit, ut litteris se tibi commendarem, hac spe fretus, litteras meas sibi magno usui fore. Ego itaque illius preces pro meo lucro ducens, & pro duplici quidem lucro, ut & huic gratificarer, & te praeoccuparem, ei morem gerere constitui. Verum eis, cum quibus profectus erat, iter capessentibus nocte ad me venit: oeque tamen propterea promissa minus implentur. Quae quum ita sint, te oratum velim, ut ounc & imposterum sis Domno portus (4) bonisque Tyriis (5) persuade, quod non complecti pauperes, est cives è civitate ejicere, non ei subministratores exhibere.

XCVIII. SEBASTIANO (1).

Etsi antea *Juliani* mores quispiam ignoravit, nunc vero nosse licuit. Quum enim licitum erat ex Aegyptiorum portu aurum ferre, nemo hunc intuebatur. Verum ubi lucra alio conversa fuere, & fames viro iodiget sine mercede virtutem inserente hic laudatur & mittitur (2) & quis hoc utilior? & multa id genus dicuntur. Porro quietis amore, &, quia non leve ducit ab uxore & filiis abesse, *Julianus* manere constituit. Verum ne his, quibus parum ootus erat, laborem subterfugere videretur, cum multis lachrymis naves onerari sustinuit: quem doleotem intuens jussi bono animo esse, docens in Aegypto Sebastianum esse. Itaque è vestigio risit, faciliorque factus est. Neque enim prae dolore erat ei facultas hoc ipsum oostendi, quod tecum Nilum videbit. Igitur omnia fias & pauperi & justo & amico.

XCIX.

EP. XCVI. (1) Exstat haec epistola inter Graecas n. 385. (2) ed. *te*, male. (3) ed. *qui*. (4) In ediiis ante haec legis *Aphrugio*. Itaque nova est epistola, ad *Apringium* data, quam habes supra inter Graecas, n. 1197.

EP. XCVII. (1) Exstat supra inter Graecas, n. 339. (2) lege *Domnus*. (3) l. *solitudine*. (4) ed. *partus*. (5) ed. *Tyrus*.

EP. XCVIII. (1) Exstat supra inter Graecas n. 353. hic mire deturpata. (2) ed. *hic, lauda est, & innititur*.

EP. XCIX.

XCIX. CELSO (1).

Nihil admirabile est, si quis Atticam amaverit. Est enim regio natura (2) charissima & videntibus & nondum videntibus. Et quidem patres arbitrantur dicendi facultatem filios inde laturos: aut esse in existimatione sermones. Verum *Acacium*, filium mittentem, laudavi, quoniam veneror: vellem tamen, quooiam amo, eum non misisse filium. Nam qui ibi docent aut propter senium somno egent in deliciarum satictate: alii autem fortasse à quibus haec primum discant sermonibus judicia tractari non armis. Nunc autem multi pro oratoribus milites in judiciis versantur: & complures vidi vulnerum cicatrices habentes quae in Lycio accepissent: quorum in sorte Titianus non fuerit. Fieri autem posse putas, ut, qui talibns praeceptoribus utatur, bonus videatur? Utrisque itaque opem feras, & mihi, & illis. Mihi quidem non sines alium meis ornari laboribus: illis autem multum temporis prorogari, forte pro parvo ita ut dicere praestat: simulque & ab hoc itinere hominem abducas: & ut ad nos proficiscatur, persuade. Veniat autem, si vult, dicendi facultatem accepturus, aut, si vult, ea usurus, quam habet. Omnino enim Princeps eum omni benivolentia prosequetur. Sapientum est hujusmodi frui: & haec quidem non negliges. *Alexandrum* vero altero vinculo nobis dissolve: priusquam enim spiritum resumpserit, denuo affligetur & procellam quidem unam effugit: & cum altera colluctatur. Tanta autem conferre non multo lenius impensa in commune balneum: ei igitur omnibus in rebus praesto sis, & nihil istic invenire conturbet.

C. HYGIANEO (1).

Non sum oblitus quae de rebus agendis inter nos constituerim. Verum exhibuere mihi negocia mille mala, qno minus steterim promissis. Primum caput vertiginum multitudine offundebatur: cujus salutem neque ego sperabam, neque medici. Inde grave illud descendens distillationes movebat: quod autem sisteret non apparebat. Et his ita habentibus accesserunt mihi lemnia, verum parum quiddam dixi: cum in comoediae casu ostendere voluerim & quidem per hujusmodi aestatem transegimus. Te autem in res nostras monere: domo abstrahi indignum duco: quippe qui alium hortatur, segniciem illius contemnens, hoc facit. Tu vero negligens non es: sed potius alium erga me prompti animi esse facis: fortasse in nobis aliquid inveniens benivolentia dignum. Magis autem illud considerans ut parentem sequi videaris. Etenim ille me quam suavissime intuebatur: & simul sermones simul libros mihi impertiebat. Et eo auctore meliorem quandam existimationem sum consecutus: & nunc, si solus mihi adesset, multos aequare posset. Qnae vero mihi persuadere conaris: quod etsi Dulcilichius diem obiit non periit vestrae domus erga me studium: quod quidem hanc semper vivere faciet. Nepotes autem tibi esse non ignoras, quos aliis in rebus & vehementer quidam laudaot: hoc autem vino vicinos laedi: magna etenim voce semper sermones conferentes somnum adimunt prope habitantibus: & hos quidem expuerunt, illos autem contriverunt.

CI. MODESTO (1).

Multos à multis sermones auditurus es *Parthenium* hunc laudantibus, quibus neque fidem non habebis neque negabis, hunc esse dignum, in quo beneficia collocentur. Ego vero Epistolam hanc scribendam duxi, non quia illa non sufficiant, verum quia uni mihi turpe futurum fuerat silentio ipsum praeterire. Quippe quum hujusmodi occasionem dari mihi optaverim, quum nefas non sit ea imperata non uti. Est enim mihi curae *Parthenius*: tum patriae officio, tum quia amicorum meorum caput est. Huic pattuus *Eusebius* fuit: neque dubium est, quin mortuo gratificatus fuerim, praestando huic beneficium. Verum etiam his omissis propter mores ipsos cura dignus est: amico etenim suffragatur, etiam si in ignem tendendum ei fuerit. Peccantem vero amicum inhibet assentari: nescius sed libere reprehendit: & mentis praestantia insignis labores non justos diffugit. Propter naturae autem gratiam amoenae conversationis est: erogare potius quam accipere meditatur. Et hujus sum ego testis, quippe qui periculnm feci in rebus erga me gestis. De quo hoc dicere fas est, hunc civitatibus quoque praesidentem eadem vivendi ratione usurum arbitror: & in ea os eorum, quibus dulce est alios vituperare, exclusurum. Porro non unus hujusmodi *Parthenio* precor, quae ei progenitorum meritis conveniunt: Caeterum hi quibus facultas est pro voto opus facient.

CII. HIPPEREMO (1).

Tu quidem bonus scripsisti: ego vero infelix litteras tuas non accepi. Mali autem homines in munere hoc ferendo utrique proditores fuerunt. Caeterum haud parva me voluptate affecit (2) scriptarum, tametsi in manus meas illae non pervenere. Nam quod absens de eo ad me scribis, quomodo praesens laetabaris, nihil quod non deceat, facis. Meministi etenim, quemadmodum vesperi laetus eras, progrediente me & sermones in noctes medias protrahebas. In quibus ego quidem ingenium linguae suavitate admirabar, unnm duntaxat accusans, quod ingenium Mercurio conveniens ad nullius vitam accommodasses. Porro quum bona haec sint, & alia, ad quae animum adjecisti, qui fieri potest ut Heperechius effugiat?

CIII.

EP. XCIX. (1) Exstat inter Graecas n. 627. quam vide. (2) *natura*, ex MS.

EP. C. (1) leg. *Hygieno*. Exstat inter Graecas n. 24. hic pessime habita.

EP. CI. (1) Exstat inter Graecas, n. LXX. quam vide.

EP. CII. (1) MS. *Hypechio*. Lege *Hyperechio*. Exstat Graece n. 713. (2) add. *copia*.

EP. CIII.

CIII. MODESTO (1).

Laetor hujuscemodi calumnia : &, si plures etiam litteras accipiens, rursus accipere nihil dicas, multo magis laetabor. Hoc etenim mendacium amantis est, & negantis accipere, accipientis desiderio : quemadmodum etiam, etsi unam accipiens Epistolam litterarum multitudinem laudes, facile prae te ferres, te non petere litteras ; ita & nunc cum multis acceptis tamen accepisse te nihil exclamas : ostendis, tuam sitim nulla litterarum multitudine extingui posse. Itaque licitum est mihi dicere hirundines nostras fuisse plures tuis : nisi haec dicas, eum, qui occupatus tres miserit, quinque superasse in sola scribendi exercitatione viventis. Porro cum Persem prius odio haberem, quia prius malefacere conatus est dehinc faciens mala amat : nunc magis furiosum arbitror, quandoquidem & tibi labores fert, & tantopere dulcissima nos consuetudine prohibet. Caeterum tu etiam absens eos laetitia afficis, quos bene sperare jussisti : levis armaturae militibus hostem effugiens. Et te quidem si tardiorem, honestiorem tamen, visurus sum ex multis hujusmodi excursionibus mercedem laudis ferentium. Tunc quippe modo hujusmodi molestiarum cum voluptate memineris.

CIV. LYSIAE.

Quae ex me didicisti, ad alterius ingenium doctrinam atque fidem referre te audio. Quanquam vero eo id facis animo, ut me vehementissime laedas; ne minimam quidem molestiam inde mihi esse noveris. Nam etsi non monstraris digito, neque paucorum numero adjungeris; tamen quum mendacissimus habearis, quicquid litterarum habes, ex me consecutus crederis. Verum per Jovem te oro, ut in sententia permaneas : mendaci etenim ore laudari nollem : quandoquidem, etiamsi Delphico oraculo veriora eloquaris, tamen fides tibi haberi non possit.

CV. APELLI.

Quod te Apelleo (1) nomine appellaverim, & titulo pictorem fecerim, aliis forte admirantibus, ipse doles. Quare his litteris committendum putavi, qua id ratione fecerim. Legeram ego Epistolam tuam, qua Cleobulum de morte praestantissimi parentis consolatus fueras : & in ea animae immortalitatem adeo aperte eleganterque ostendisti, ut eam digito attingere, nedum oculis conspicari quivis possit. Et quidem evidentius etiam pingendi artificio laudatus Apelles nihil unquam pinxit quam tu animae immortalitatem. Porro, quae scripsisti, tibi omnino persuadere videris. Nam si ex Epicureorum sententia animos morituros cum corporibus credidisses, virtutum laudumque tanto desiderio non accenderesis: potiusque voluptatibus te oblectares, quam laboribus macerares. Proinde ut simul cum immortalitate animae immortalem laudem, & nunquam interituram tui memoriam assequare, te hortor ut eodem instituto vivas, quo hactenus vixisti.

CVI. ORESTI.

Quod ad te jam diu nihil mearum litterarum perlatum est, doles, admiraris, &, quod haud difficile (1) mihi persuadeo, simul quereris, simul mihi maledicis. Ego vero quemadmodum negare non possum, fuisse officii mei ut saepissime ad te scriberem, ne verbis saltem voluntati tuae facere satis nolle viderer : nugas enim meas pro tua erga me humanitate non minimi facere soles, ita audenter omni me culpa vacare assevero. Sed a scribendo manum retraxere, & multa & difficilia, quae mihi fuere, negocia: quod an vere pro excusatione afferatur, & anteacti temporis mea in scribendo diligentia admonere te potuit, &, qua in posterum utemur, poterit. Sed duo brevi te peto : alterum ut justa me venia dones : alterum de amore erga me tuo adimi nihil sinas.

CVII. NESO.

Admiraberis fortasse, quod ex amico, ut esse olim tibi visus sum, hac epistola tibi inimicissimum factum videas. Nam & ego tantae mutationis causam abs te mihi exhibitam admiror. Sed quod in vetere senteotia non permaneam, non est quod admirari vel possim vel debeam. Audivi siquidem, te non modo materno imperio audientem non esse, sed detestanda in illam ingratitudine uti. Istud vero ipsum quam juste, quam pie facias, nisi omnino rationis munere cares, abunde intelligere potes. Conferamus, quae tu ab illa acceperis, quaeque illi reddideris, & redditurus videaris : si fata adeo scelestum hominem vivere patientur. Illa te conceptum utero non sine maximis laboribus gestavit, dolores plurimos perpessa peperit, lacte nutrivit, manibus ventris excrementa abstersit, quietem, cibum, omnia denique commoda tui unius gratia aspernata est. Tu vicissim tantis beneficiis parem hanc gratiam refers, quod ne minimum quidem illius verbum ferre vis, perinde ac si lingua careret, aut ea in loquendo commode uti non posset. Ita eam tacere jubes, his minas, minis verbera adjecisti. O Dei! tantam ne ingratitudinem atque immanitatem feretis. Taceant poëtae : neque Thyestis atque Atrei flagitia tragoediis insectentur : aut si immane aliquod facinus scribere gestiunt, de te vel potius in te scribant. Haeccine satis tibi idonea causa videtur mutatae erga te voluntatis? sane si quis me tibi amicum suspicetur, non poterit me non pessimum existimare. Tales enim plerumque videntur, quales hi sunt, quibus cum versantur.

CVIII. RHE-

EP. CIII. (1) Est inter Graecas n. 44.

EP. CV. (1) Ed. *Teque Appelleo nomine.* Ambros. *Quod te Apollineo n.*

EP. CVI. (1) sic MS. ed. *facile.*

CVIII. RHESO.

Quod fero irafcimur nos in te clementiores (1) fore exiftimas. Atqui vehementer falleris: nam plerumque evenit, ut facilis ad iram facile definat; qui vero fero irafcitur, difficilius placetur. Nam illius aut parva aut nulla funt fundamenta: hujus tractu temporis firma ftabiliaque funt. Neque vero putes, velle me tecum maledictis certare: quoniam imitari mordentes canesque latrantes malim. Verum ut expectatione crucieris, deinde poenas tandem atrociffimas mihi des, tibi omnino perfuadeas, quod tibi maledicenti voluptas fuit, poenas luenti acerbiffimum tibi fore. Et quum mihi liceat, te ignobilem afpernari, atque fcelestiffimum infectari: tamen certum eft in te ifta animadvertere, ut faltem, fi bonus fieri non potes, animi venenum tumidus evomas.

CIX. CHOROEBO.

Etfi tum patris aemulatione, qui eloquentiae Deus eft habitus, tum ingenii tui praeftantia Eloquentiae ftudiis incumbere debes, nec alius hortatu ad hujusmodi curfum impelli debere videris; tamen ut veteri noftrae neceffitudini fatisfaciam, fcribam, quae fentio. Quanta fit vis eloquentiae, vides: quae praemia eloquentibus expofita fint, non ignoras. Porro quae inveniendi facilitas, difponendi prudentia: eloquendi majeftas, pronunciandi fuavitas: quae memoriae fides, & integritas tibi fit; & caeteri intuentur, & tu egregie novifti. Et haec quidem omnia naturae duntaxat bonitate tibi evenerunt, quibus fi artis commoditas & mediocris accefferit exercitatio, non dubium eft, quin novus Demofthenes nobis fias. Sed quemadmodum eloquentiae praeceptionibus probe intellectis & ufu confirmatis, egregia quadam laude afficieris: ita fi minus hoc feceris, non deerunt, qui te vel naturae ingratum vel negligentem vel amicis minime audientem criminentur.

CX. AUIDIO.

Scripfi ad te fuperioribus litteris, quod pecunia indigerem, & quid damni ea abfente facerem, quid commodi ex praefente fperarem. Itaque petivi, ut, quantum poffes, nihi mutuares. Verum quod hactenus feceris nihil, in bonam partem accipio. Nam quia non es admodum pecuniofus, exiguam pecuniam multa indigenti dare mutuo non audes. Quare fic habeto: etiamfi minimum quiddam mutuo dederis, exiftimaturum, me Midae aurum abs te accepiffe. Satis enim viro prudenti & folet effe & debet, fi ab amico tantum impetrat, quantum praeftare ejus facultas poteft. Proinde nifi alia tibi caufa eft, quo minus petitioni meae obfequaris, hanc quoque tibi deeffe puta.

CXI. EUSEBIO.

Cum lachrymis multis audivi, quod puer tuus, nomine tuo, fufpiriis, pectus percutiens, mihi proxime renunciavit, Ulyffem abs te genitum, à me eloquentiae praeceptionibus inftructum obiiffe diem extremum: Me miferum! quo me convertam? Cujus ope levari communis dolor poterit? Nam quod me facere defideras, ab hoc tempore meisque viribus alieniffimum eft. Quo enim pacto ipfe lachrymans jubeo te à lachrymis defiftere? Quis fanari ab eo medico poffe putet, cui eundem morbum effe fufpicatur? Praeftaret certe, ut alius dolorem meum lenire tentaret. Sed quoniam intueri lachrymas & plangentem pectus pugnis te videor, compellor proprias curas pofthabere, ut tibi moeftiffimo Patri qualemcunque licet opem feram. Non es nefcius, filium tuum natum effe mortalem, & ei neque primo neque ultimo hoc eveniffe. Sed unum eft, in quo confiderando cohibere lachrymas poffis, quod eo vivendi inftituto ufus eft, eamque ex praeclare geftis rebus gloriam laudemque eft affecutus, ut ejus nomen ex hominum memoria nulla delere poffit vetuftas. Nam quis fcit, an, fi ei longior vita fuiffet, potuerit tantum nominis fui fulgorem denigrare. Certe dum vivimus fortunae imperio, qua mutabilius eft nihil, fubjecti videmur. Dedit filio tuo mors, quod vitare nullus poffit. Tibi conceffit, quod paucis datur. Define ergo tantopere te cruciare, ne prudentia in te ab aliquo defideretur, quum prudentiffimus femper habitus fueris. Sapientum enim Philofophorum fententia vanus eft mortis timor, qui ei obftare non poffit. Et fruftra ob mortem chariffimorum dolemus, quum non liceat lachrymis, quod factum eft, infectum reddere.

CXII. LEONTIO.

Facile mihi perfuadeo, te nuptiarum deliciis adeo laetum effe, ut nullis amicorum litteris, nullius rei vel cogitatione vel praefentia laetior fieri poffis, neque maeftus fias, etiamfi chariffimi cujusque mors tibi renuncietur. Inde fit ut praeter confuetudinem meam ad te fcribens brevis effe elaborem. Gratulor itaque tibi, quod eam uxorem duxeris, quae, licet forma fit praeftantiffima, tamen, quod quam raro accidit, fuperat formae praeftantiam pudicitia. Quare, quod haud difficile mihi promitto, contingat vobis & aetas Neftorea, talisque filiorum & copia & felicitas, qualem nulla narrat hiftoria: fitisque amicis voluptati, inimicis, fi qui fuerint, moleftiae. Sed cave (ut dici folet) domeftico vino ebrius fias.

CXIII. GENELLIO (1).

Cogitantem maxima beneficia erga me tua, adeo omnis fcribendi facultas me deficit, ut chartam omni fcriptura vacuam miffurus ad te fuerim. Tanta eft enim magnitudo, tantus beneficiorum tuorum erga me numerus, ut, fi fortunas omnes effuderim, dulcemque pro te vitam contempferim, minimam tamen tuis meritis gratiam retuliffe videar. Brevi igitur tibi perfuafum velim; ut explicari, quantopere tibi debeam,

EP. CVIII. (1) ed. *clementiores.*

EP. CXIII. (1) fcribe *Gemello:* ad hunc enim plures exftant Libanii epiftolae.

debeam, non possit; ita posse te arbitratu tuo & fortunis & me uti. Cumque magnas tibi gratias habeam, non expectes, ut verbis tanto beneficio respondeam: potiusque advertas, quae tacitus debere me tibi agnosco, & praestare, si facultas patiatur, cupio: quum ea, quae licet paucissima epistolae huic commissa fuere, recensere.

CXIV. FRATRIBUS (1).

Nuncium, qui proxime ad me delatus est, magna animi molestia accepi. Ex eo enim sum factus certior, patrem vestrum mihi charissimum, & summo ingenio summaque doctrina virum, rebus humanis excessisse. Gravis certe jactura & à vobis & à me facta est. Veruntamen quia aliter fieri non poterat, feramus aequo animo. Vosque ut paternam prudentiam imitemini, nolite nimium hoc casu commoveri; praesertim quum civitati vos adesse oporteat. Illa enim, si vos moestos intueatur, non ausit opera vestra vel in magnis uti periculis. Caeterum mementote ad vos in hujusmodi casibus alios confugere consuevisse. Turpe enim futurum, in vobis eam patientiam desiderari, quam vos aliis suaseritis.

CXV. AUTOLIO.

Quam pecuniam mihi humaniter mutuo dedisti, libentissime reddo, simulque tantas gratias tibi ago, quantas possum. Neque enim te mutuo minus lucri fecisse putes, quam alii, qui vel foenore vel negotiatione faciant. Nam qui pecunias foenore accipiunt, persaepe in ea reddenda foeneratori inimicissimi fiunt, & negotiatores minima interdum lucra maximo labore & summo vitae discrimine assequuntur. Tu vero brevissimi temporis spacio simul, & quam dederas pecuniam accepisti, & fortunas meas meque ipsum tibi in perpetuum devinxisti.

CXVI. MENELAO.

Difficilem sane provinciam suscipere videor, qui te sim hortaturus, ut Ulyssi ignoscas, à quo multiplici vulnere affectus es. Neque enim sum nescius, vel ob minimas contumelias iratum hominem difficile reconciliari posse. Verum quia & prudentiae tuae & pacis commoda, inimicitiarum vero incommoda abunde novi, visum est mihi faciundum, ut his litteris te commonefacerem ad pacemque hortarer. Homines enim sumus non ferae: nostra est humanitas, pax, concordia. Neque enim minus magnanimum duco, qui, quum possit ulcisci acceptas injurias, sponte placatur & ignoscit: quam eum, qui elato animo, quae potest, quaeque non potest, in ultionem excogitat atque parat. Accedit ad haec, quod ulciscentem major insequitur infamia, quam primo laedentem. Fieri etenim potest, ut, qui alium laedat, aut imprudens, aut subito furore impulsus laedat, vixque illato vulnere facti eum poeniteat: qui ulciscitur excusare subitum furorem aut imprudentiam non potest. Quae quum ita sint, Ulyssi ignoscas obsecro, quem haud ignoro invitum, & insano quodam furore impulsum, in te fecisse, quae fecit. Ad hoc vero impetrandum duo haec auxilio nobis esse debent; &, quod Libanius petit, &, quod pro eo petit, qui etsi invitus te vulneravit, tamen, si jubeas, emori pro te hilari vultu possit.

CXVII. XENODOCHO.

Quae in Cilicia gessisti, ore omnium vulgantur (1) multique scientes, quam inter nos amemus, quotidie mihi gratulantur, periode ac si ego Xenodochus, tu, Libanius, fores. Ego proinde potius gaudeo, quam tibi gratulor, ista honoris amplitudine: teque accingi ad majorem gloriam capessendam velim, ut hujusmodi gratulationes saepius assequar, ex quibus longe majorem voluptatem capio, quam si parentem in lucem redeuntem conspicarer.

CXVIII. ANALMO (1).

Fretus ea benevolentia, quam prae te ferre videbaris, *Eusebium*, in quo amando nulli concedo, accuratissime tibi commendavi. Tu ne verbis quidem ei ostendisti vel minimum amicitiae argumentum, sed illum hujusmodi verbis obruisti: Quis sis nescio: Libanii tamen amicum te esse ex his litteris, quas ille tibi ad me dedit, admonitus sum. Verum non tantum Libanio debeo, ut ejus amicos demereri velim. Etenim facile intueor, acceptis à me beneficiis, te illi & non mihi gratias habiturum: itaque ad illum concedas. Haeccine sunt merita meae in te benevolentiae, observantiae, fidei? Vere etiam à nullo commendatus *Eusebius* opera & ope tua dignus videri poterat. Sed sine ulla procella navigat *Eusebius*, & te vel invito, quod optat, est assecutus: & nisi omnino es rationis expers, exploratum habes, nos tibi parem meritis tuis gratiam relaturos. Tametsi virum bonum nobis commendaveris, te non imitantes, illius virtuti favebimus. Te tamen odisse non desinemus.

CXIX. HERCULI.

Maximis beneficiis à me semper affectus, maledicere mihi non desinis. Contra ego & merenti & non merenti tibi ero indies verior majorque amicus, quod nescio sponte ne an ingenii tui praestantia coactus faciam. Sed certe quacunque id causa fiat, non videor amore tuo indignus. Te (1) proinde ne injuria mihi semper oblatres. Turpe etenim est tibi viro docto, quem omnes tui amantissimum novere, maledictis insectari.

EP. CXIV. (1) MS. *Lomenio & Philippo.*

EP. CXVII. (1) ed. *vulgaris.*

EP. CXVIII. (1) MS. *Analinio.*

EP. CXIX. (1) lege: *tu.*

CXX. MAGNESIO.

Pater tuus, singulari mihi benevolentia conjunctissimus, me proxime adiit, & vehementer questus est, quod, quum diu medicinae studio operam (1) impenderis, nunc, mutato consilio, ad eloquentiam animum appulisti. Non sum ego qui velim aut possim te, quod eloquentiam cupias, damnare. Quippe qui oratoriae dignitatis commoda novi, & ad eam consequendam quam plurimos sum cohortatus. Sed, quod medicinae posthabito studio, ad eloquentiam contuleris, demiror, quum avum patremque insignes in ea facultate viros habueris. Accedit ad hoc, quod veteranus in medicina miles vis in eloquentia tyro fieri. Et ut cum amico amice loquar, facis hoc repugnante natura. Quum enim ingenii acumine praestes singularique prudentia, id quod in medico inprimis desideratur: certe non vocis suavitas, non linguae promptitudo, non tanta memoriae fides atque constantia, quanta in oratore exigitur, tibi concessa est. Sed fortasse parva res medicina tibi videtur. Erras sane si haec tibi sententia est. Medicus enim non sine numine quodam interdum abeuntem è corpore animam continet, vitamque producit. Sed missa haec faciamus. Obsecro te ut paternae voluntati morem geras. Quod si tanto eloquentiae desiderio corriperis, quum tantum in medicina profeceris, quantum fuerit satis, tunc eloquentiam complectere. Et utramque facultatem egregie adeptus, & patri gesseris morem, & tu compos evaseris.

CXXI. GENESIO.

Diu oculis meis optatissimo vultu tuo haud parva locorum distantia interdixit. Unde factum est, ut familiares perfaepe quoque à me ipso (1) abesse dixerint. Quandoquidem inter colloquendum, quum te unum cogitatione complecterer, perinde ac si & surdus & mutus essem, nec audire, quae dicebantur, videbar, nec respondere quicquam poteram. Nunc diuturno silentio tuo, & hominum, qui istinc ad nos proficiscuntur, defectu apprime discrucior, quod valitudinis tuae sum nescius. Te itaque, ô charum caput, etiam atque etiam oro, ut de valitudine tua, quam Dii optimam tibi praebeant, me certiorem facias.

CXXII. PHILIPPO.

Utrum molestius mihi sit non possum facile dicere: intercessisse oe aliquam mihi tecum benivoleotiam: an quod me nunc odio habes. Unum hoc ardeoter vereque dicam, utrique honorificentius futurum fuisse, ut vel nunquam vehementer inter nos amavissemus, vel, quod praestaret, ut dies amicitiam confirmasset auxissetque. Puerorum etenim aut certe virorum, instar paleae levissimorum, haec consilii mutatio est. Tu proinde, ne fabula vulgi simus, redi obsecro in priorem sententiam. Nam quod ad me attinet: ego non solum aeque atque antea, sed longe te magis amo. Pluris etenim facio, quod me olim amaveris, quam quod nunc odio habeas.

CXXIII. THEOPHRASTO.

Soleot qui amicis gratulantur, magno conatu ostendere laeticiam, quam ex eorum commodis capiunt. Ego vero qui compertum (1) & te mihi esse charissimum, & omnibus, nedum tibi, benivoleotiam erga te meam ootissimam esse, paucis tecum agam. Neque enim desideras in me amoris prolixitatem. Accepi te ex periculosa aegritudine, quam mihi communem duxi, incolumem evasisse. Quod audire tantae mihi laetitiae fuit, ut hujusce nuntio perpetuo debiturus sim. Tibi proinde gratulor, propinquis, amicis, patriae denique ipsi, quae ex aegritudine tua molestiam capiebat, & jacturam faciebat.

CXXIV. OREO.

Etsi invitus aliquid tibi, quod optimum non sit, renuncio, tamen quia interesse tua existimo, ut, quae evenerunt, qualiacunque sint, intelligas, has ad te litteras dare constitui. Frater tuus facie, moribus, ingenio, omni denique re tibi simillimus, per dies octo febre ardentissima oppressus, in complexu meo extremum vitae diem clausit. Porro neque viventi neque mortuo ulla io re defui. Immo, ut verissima narrem, quanquam creditu difficillima, si contigisset, ut pro eo aut cum eo emori possem, mors mihi hac miserrima vita gratior fuisset. Neque vero expetes, ut te consoler, quum ipse consolatione egeam. Tu tamen, quum me prudentia superes, fer aequo animo, quae imperiosa fata jusserunt, & nuncium huc aliquem mittas, qui rebus vestris consulat, quas ille imperfectas implicitasque reliquit.

CXXV. PHRENILIO.

Quum proxime uxoris tuae probissimae foeminae mortem accepissem, indolui vicem tuam, quod mors tantum decus, tantam voluptatem, tantam denique felicitatem tibi ademisset. Et quoniam dicebaris lachrymis, planctu, vel ejulatu illius mortem prosequi, satis longa Epistola lenire conatus sum animi tui dolorem. Nunc manat tota urbe rumor, te ad aliam uxorem capiendam animum adjecisse: quod tantum abest, ut probem, ut nihil te injustius fecisse statuisseve uoquam praesente (1). Viro etenim fecunda uxor raro foelix contingit. Aut enim virgo ducitur aut vidua. Si virgo; jactat, se juniorem meruisse virum, semperque se primae uxori in amore postpositam queritur. Sin vidua;

EP. CXX. (1) *operam* ex MS.

EP. CXXI. (1) adde *me*.

EP. CXXIII. (1) adde: *habeam*.

EP. CXXV. (1) lege: *sentiam*.

vidua; querelae non desunt, se priori viro fuisse chariorem. Taceo, quod, susceptis ex prima uxore liberis, novercam dare non pii patris sed immitis crudelisque est. Senex es, praeterea denique vix dum frigido uxoris corpore novas celebrare quaeris nuptias. Quapropter non unus Libanius, sed mortuae uxoris merita, filii, maternam effigiem praeferentes, propinqui, amici denique omnes te hortantur, ut in coelibatu permaneas. Quod si feceris, alios voluptate, te maxima utilitate affeceris.

CXXVI. PHAEDRO.

Vix possim credere, quae ab omnibus, istinc proficiscentibus, renunciantur: te ocio marcescere. Quum enim te puerum atque adolescentem studiosissimum noverim, quum altera aetas imprudentem te faceret, altera ad varias voluptates induceret: nunc virum quis mihi persuaserit esse negligentem? sed fortasse, ad futurum tempus animum referens: nunc sis negligentior. Vide ne te futuri spes fallat. Nam si spes, quae semper incerta est, certa teneatur, nemo pauper, infelix nemo sit. Verum illud non ignoras, quod fuit, non esse, si praeteritum est: futura autem saepius promitti, quam praestari. Porro qui scire possis, quatenus tibi vita prorogetur? Sed finge, victurum: certe an, quae modo est (1), tunc quoque futura sit commoditas, ambigendum timendumque videtur. Noli ergo, si sapis, quae in manu sunt, imprudenter linquere, spe consequendi, quae futura suspicaris. Nam ut etiam concedam,' posse te, quae nunc praetermittis, deinceps consequi; tamen si inaniter tempus hoc praeterlabi sinas, inposterum plus aliquid ad cumulum adjeceris.

CXXVII. PROCOPIO.

Non es nescius, epistolas (1) ea praesertim causa scribi coepisse, ut absentes amicos alloqui possemus, eosque certiores faceremus de omnibus, quae eos ignorare indignum putamus. Sed & illud quoque novisti, plerumque scribi litteras, ut alius ad scribendum inducatur: quod mihi proxime ad te scribenti usu venit. Multa enim scripsi, de quibus abs te fieri certior cupiebam. Tu vero, quasi stentorei voce, quae abs te audire cupio, tametsi magno à me locorum intervallo disjungeris, referre possis, ita, ut audiam, mihi scribis. Caeterum scias velim me Ulysseo more cera occlusas aures habere, apertos autem oculos. Unde legendis litteris quam audiendis aures habere, adeo praesertim remote, aptior esse videor. Quae quum ita sint, aperi tandem aurei tui oris claustra, & absolve me tam longi silentii noxa.

CXXVIII. PHILOMORPHO.

Breve tempus mihi ad scribendum concessum breviorem hanc epistolam facit: quanquam brevissimis verbis rem tibi jucundissimam me renunciaturum spero. Rediit nudiustertius *Anaximenes* tuus, immo noster, & ei redeunti non solum propinqui & cives universi ob res foeliciter gloriosęque gestas gratulati fuere, sed ipse quoque *Julianus* maxima gaudia prae se ferens eum complexus est. Gaude igitur: atque, ut abundantius gaudeas, ad nos gaudentes accede. Societate enim & moeror & laetitia augeri solet.

CXXIX. PHILENO (1).

Quae in Cilicia gerantur vehementer scire cupio. Nam jam diu nihil ad me allatum est, sed in patris an (2) *Eusebius* noster voti honestissimi compos evaserit, de quo tibi & amicis omnibus diligentissime scripsi. Nam quia nullas ab eo accipio litteras, maxime timeo, ne, quod nolim, evenerit aliquid. Tu itaque, quem à scribendo negligentia nulla trahit, fac me de omnibus certiorem.

CXXX. OLINO.

Ulyssem virum & ingenio & humanitate praestantem charissimum esse mihi non ignoras. Tibi itaque, qui me praeter modum amas, meos quoque amare decet: eum tibi commendatum magis velim quam caeteros amicos, quam me ipsum: in eoque demerendo, &, quanti facias preces meas, &, quam esse illum mihi charum existimes, ostende.

CXXXI. EIDEM.

Quas litteras *Ulyssi* ad me dedisti, & accepi ab eo, & laetissime legi. Nam vix limen ingressus: gratias, inquit, pro commendatitiis litteris tibi habeo. Nam omnia quae optabam, tua opera sum consecutus. Sed ex ipsis litteris didici, quanta sit tua erga me benevolentia. Nam gratias ingentissimas agis, quod opera tua usus sim, teque tum fortunas omnes & mihi & meis obtulisti. Ego itaque sub tanto pondere deficio, neque excogitare possum quas tibi gratias agam. Nam quod tibi offeram, habeo nihil. Quapropter, quae meritis tuis debentur, potius tu exigere possis, quam ego offerre. Vale igitur, & me minus ama: nam sustinere tantam benevolentiam non possum.

CXXXII. LUCIANO.

Saepe ac diu optavi, accidere tempus, in quo possem meum erga te amorem tibi aut tuis significare. Verum, quia hoc assequi non licuit, constitui, id litteris te orare, ut aliquando mea opera utaris. Etenim magni refert, viro praestantissimo an ignobili inserviam. Et ne mihi diffidas, tibi persuasum velim, nihil esse tam parvum, quod pro te subire turpe mihi putem, neque tam magnum, cujus difficultate absterrear.

CXXXIII.

EP. CXXVI. (1) ed. *certe neque non est.*

EP. CXXVII. (1) ex MS.

EP. CXXIX. (1) MS. *Philetio.* (2) legerim: *scilicet in patria an.*

EP. CXXXIV.

CXXXIII. CLEARCHO.

Quum *Sebastianus* te mihi amicissimum sciret, istuc sine meis litteris ire noluit. Ego ingenii tui nnn ignarus hoc tantummodo scribendum putavi: illum mihi me ipso non esse minus charum.

CXXXIV. ELEDICHO (1).

Raro ad te me scribere quereris: ego tuas litteras me nunquam accepisse queror. Si vis ergo me frequenter scribere, tu vel semel scribe.

CXXXV. PROCULO (1).

Tandem legi litteras tuas, in quibus expectandis senex factus sum. Nam quod excusas occupationem, nnn fit mihi verisimile. Si enim ad amicns alios scribens mei vel semel meminisses, persuasurus mihi facile fueras, soln negociorum cumulo factum fuisse, ne ad me scriberes. Sed te fortasse ad me venturum prnxime putabas: hoc mihi gratius litterarum multitudine fuisset. Sed quum neutrum feceris, simul graviter, simul justissime, quernr. Atqui vel sero scribe: & te crimine & me exspectatione liberabis. Quod reliquum vero est *Geanium* (2), & patria & elnquentia vere atticissimum, maxime tibi commendo, in qun si quid beneficii collocaveris, ut omittam ejus gratitudinem, me tibi perpetuo devinxeris.

CXXXVI. ORESTILIO.

Quid heri mihi acciderit, credo te ignorare: nnllus enim prnfectus est his litteris ocius: eo (1) tibi gratiores fuerint, quo rem optatissimam tibi significarint., Heri quum Principi nnstro *Eusebium*, mei amantissimum, commendarem: Libani, inquit, desine hominem hunc mihi commendare: nam & me laedis, & huic auctoritatem adimis. Nam perinde, ac si tuos minime curarem, quum tam multis verbis mihi cnmmendas, quoniam nmnes tuos meos existimare & possim & velim. *Eusebium* vero hoc laedis, quod, quum (2) ipse, etiamsi à nullo commendetur, suis virtutibus, quae cupit assequi, facillime possit. Sub hac autem re hujusmodi animn se in nos esse ostendit: nam Eusebio, quaecunque petebamus, praestitit, & me crateribus dunbus auri purissimi dnnavit. Qnod munus etsi meritis meis majus fuit, tamen liberalissimum Principis animum decuit. Haec tibi iden significavi, ut gaudii mei particeps fieres: soles enim omnem eventum communem mihi tecum ducere.

CXXXVII. BITHIAE.

Pro mea erga majores tuos teque ipsum benivolentia facere non possum, quin (1) ad te scribam, quae vulgo de te circumferuntur, meamque super his sententiam dicam. Fama haec per ora hominum volat, te, postquam à nobis discessisti, noluisse aliquam cum libris habere consuetudinem, militarem disciplinam odio quodam habuisse, omnibus denique bonis artibus atque exercitationibus posthabitis, domi ocin, negligentia, somnoque marcescere. Sed heus bone vir tantusne amor te patriae tenet, ut ab ea disjungi nnn possis? Fateor sane vel sapientissimos viros patriae desiderio correptos fuisse: veruntamen virtutes, hnnores, & nominis immortalitatem patriae anteponendos esse nemn vir sapiens unquam negavit. Nam & Ulysses quem Homerico praeconio prudentissimum fuisse non ignoramus: multarum urbium peragratione multiplicique rerum experientia hoc consecutus creditur. Sed, ne per aliorum exempla discurramus, pater atque avus tuus, dum terra marique vagati fuerunt, & divitias ingentes & immnrtale nomen adepti sunt. Sed ne longior fiat epistnla, haec mea sententia est: ut onuino dnmo egrediare, nec umbra somnnque duntaxat contentus sis: eoque magis id tibi facieudum puto: quod multa tibi, in patria manenti, ut audio, pericula imminent.

CXXXVIII. MAXIMO.

Leontius vir & bonis charissimus & invisus malis ad te proficiscitur: is patrocinio tuo honestissimis in rebus eget. Tantum vero ei omnia bene evenire cupio, ut nihil optare vel honestius possim vel vehementius. Quae quum ita sint, eum tibi magnopere commendo. Atque ut intelligas, te apud gratum virum collocaturum beneficium, tibi persuadeas ejus eum generis esse, ut vel pro minimo beneficio amico vitam dare nnn dubitet.

CXXXIX. EIDEM.

Fretus vetere atque sincera nostra benivolentia *Leontium*, mihi amicissimum, tibi accuratissime cnmmendavi. Tu vero expectationem spemque meam non aequasti modo, sed etiam superasti. Quippe qui & petenti affuisti, &, quae non petebantur, & humaniter promisisti, & cumulatissime praestitisti. Alio haec mihi referente, credere facile potuissem, quod ingenium tuum novi. *Leontio* tamen fidei plus habendum censui. Delectatus equidem sum tua ista sententia: non tamen ad amorem erga te meum aliquid accessit, quandoquidem augeri nulla ratione is posset. Tibi itaque & *Leontii* & meo nomine ingentes habeo gratias.

CXL. BITHIAE.

Quum ad te proxime scripsissem, non placere mihi, quod ocio & lascivis voluptatibus deditus, & litterarum studia & reliqua, in quibus

EP. CXXXIV. (1) leg. *Elebico*, ad quem plures exstant Nostri epistolae.

EP. CXXXV. (1) Legerim *Procla*. Ad hunc enim frequenter scripsit Libanius. (2) forte *Pataniam* vel *Gajanum*.

EP. CXXXVI. (1) *eo igitur*, MS. (2) *quum* rectius absit.

EP. CXXXVII. (1) ed. *quum*.

bus versari honestissime possis, posthaberes, contemneresque, subito furore accensus, ea ad me scripsisti, quae dura atque aspera parricidae videri possint. Caeterum pro mea in omnes tuos benivolentia, ea me ne minime quidem commovere. Neque enim vetusta & jam firmis radicibus arbor ad terram flecti, vento etiam maximo furente, facile potest. Te potius pietate quam indignatione prosequor: quippe qui juvenilis aetatis impetum reprimere nescias. Sed seni ausculta, fili charissime: & saltem canum hoc caput tantisper, dum haec tibi consilia do, ne contemnas. Nihil sit tibi subitum: sicuti enim, quod nondum feceris, & facere & non facere potes: ita quod factum est, infectum reddi non potest. Ad maledicendum vero, amicis praesertim, nunquam sinas delabi linguam. Quid enim in convitio spectari praeter stultum furorem possit? Neque vero existimes, posse me tuis maledictis deterreri, quo minus & commodo & honori semper consulam. Immo hoc ero in consulendo admonendoque diligentior, quo te consilii indigentiorem videro. Si te amas (nam de amore erga me tuo meminisse nihil velim: quem nullum esse proximis litteris testatus es) noli cum caeteris eo instituto uti, quo mecum usus es. Ex conviciis enim immortale odium, pericula, caedes persaepe oriuntur.

CXLI. ALMETIO (1).

Herculanum, quem proximis litteris mihi commendasti, nusquam vidi, demiratusque sum, quod (2) opera mea tantopere indigeret, ne me quidem adierit. Verum satis tibi esse (3) quod, quantum in me fuit, gestus est mos tuae voluntati. Verum, ut major sit mihi voluptas, si quem mihi deinceps commendaveris, cura, ut benigno auxilio meo, quanti commendationem tuam faciam, intelligat.

CXLII. PERIANO.

Rideo, quod quum heri mecum esses, risu exercitationem meam prosecutus fuisti. Citharam enim manu tenebam, quum domum ingressus es, & haec subinde dixisti: *quam decet canum caput Cithara*. Sed heus amice! si *Socratem* fidibus canentem inspexisses, eumne reprehensurus fueras? Sed, ne longioribus tecum agam, honestas voluptates scito senibus convenire. Nam senium morbus curaeque sequi solant, quibus ut occurram, laetoque animo senectutis incommoda feram, citharae sono me interdum oblecto. Sed vide, ne in te videndo caecus, in me damnando nimis acute videas. Sed de hoc alias: coram plura colloquemur.

CXLIII. HERCULANO.

Quaeris quid inimicis meis, quos istic plurimos esse scribis, responsum velim, quum mihi detrahunt. Ego etsi magni faciam istam tuam quaestionem, testis etenim est amoris erga me tui & maximi & notissimi; veruntamen nihil velim ego inimicorum maledictis responderi. Neque enim fieri potest, ut eorum malignitas flectatur, neque rationibus neque verbis. Sed, virtute cum eis mihi certandum semper usque duxi. Quod quum fit, futurum scias, ut eos in me dictorum pudeat & poeniteat. Nec fortasse deerunt, qui vel invito me in eos animadvertant. Tu interea ride, bonoque sis animo.

CXLIV. ULYSSI.

Quotiescunque ad me scribis, te huc propediem venturum mihi promittis: nunquam tamen venis. Sed si me amas, noli litteris mihi praeterea molestus esse. Neque etenim illis fidem habere possum. Tuque ad nos veni, ne tibi quoque omnino diffidamus.

CXLV. CHRYSIPPO.

Quanquam propediem te videbo, tamen *Pertio* (1), ad me proficiscenti has litteras dare constitui: quibus te maxime oro, ut *Eusebio* atque *Luciano* adventum meum significes: nam frequentibus litteris id efflagitarunt. Sed si interea, dum hic sum, opera mea in re aliqua indiges, cura ne sim tuae voluntatis nescius. Tantum enim debeo tibi, quantum nemini mortalium.

CXLVI. ALCAEO.

Filium tuum optatissimum quidem ad me profectum libentissime vidi: ea enim ingenii praestantia est, ut mea praeceptione, diligentia, atque fide facile possit doctissimus evadere. Praecipienti enim gratissimum esse solet, si ei praestantia ingenia erudienda tradantur. Nam & minus laboris proponitur, & plus laudis & gloriae speratur. Quapropter ea diligentia & fide me in filio tuo erudiendo usurum scias: quae conferri ab omnibus maxima possit.

CXLVII. DEMETRIO.

Demiratus sum, quod optimus pessimum proxima epistola mihi commendaveris. Tamen commendantem pluris faciens commendato de homine pessimo non sine infamia bene meritus sum. Haec autem scribo, non ut beneficia ostentem, sed ut in rebus honestioribus audenter me utaris. Quid enim hoc honestius non fit? Et quanquam neque tuum est, quae mala sunt, mihi imperare, neque meum, facere; tamen quaecunque imperaveris, me facturum scias.

CXLVIII. CLEARCHO.

Valitudinem meam per litteras intelligere cupis.

EP. CXLI. (1) MS. *Aburtio*, rectius *Aburgio*. Hujus enim nomen aliquot Libanii epistolae referunt. (2) addiderim: *quum*. (3) adde: *puto*.

EP. CXLV. (1) MS. *Perilio*.

pis. Valeo, quantum senex, discipulorum turba circumseptus, negotiis maximis obrutus, (1) praesentia tua carens valere potest.

CXLIX. CHIRONEO.

Etsi arbitratus, pro nostra amicitia te facturum, quae honestissime peterem, te oravi, quum hinc discederes tum Odysseam: tum Iliadem *Homeri* admirandae vetustatis, nomine meo emeres; tamen nondum voluntati meae morem gessisti. Me tune non recuperandae pecuniae, quam expendisses, an, quod mihi nimis librorum esse arbitraris: non satis scio. Certe nisi mea unius gratia consuetudinem mutaveris, non soles tanti pecuniam facere ut amicos negligas. Porro, etsi non mediocrem librorum supellectilem comparare mihi elaboravi; non tamen cuiquam librorum satis esse putes, ei praesertim, qui sit aliorum scripta interpretaturus. Sed fuit alia ratio, cur non emeris: quia donare instituisti: non recuso munus, dum apud me optatissimi codices hospitentur. Sed nugis omissis te obsecro, ut emas, & quam ocyssime ad me perferri cures.

CL. EIDEM.

Homeri & Iliadem & Odysseam longo tempore expectatam: & prece urgentissima (1) toties petitam *Urbanus* ad me attulit. Debeo tibi sane quam plurimum, quod studuisti me evadere tanti voti compotem. Nam quod me tanto munere donare velis, sic habeto: me id maximi muneris loco ducere, tametsi expensum reddo. Quis enim munus vel quam maximum non existimet id parva assequi pecunia, quod omni thesauro sit preciosius? Quanquam vero minor meritis tuis gratia sit, tamen testificandi amoris erga te mei studio, *Homeri* Iliadem, si non adeo vetustam, emendatissimam tamen tibi dono mitto.

CLI. EIDEM.

Hactenus me tibi charissimum esse eredidi, quod quae mihi cordi essent, & dixeris semper, & feceris. Nunc me sententiam mutare compellis, quippe qui Iliadem ad te dono missam remisisti. Nam, quam affers rationem, minima est: ideo remitto munus meum, quod prior ipse tuum recusaveram. Nam ut omittam, multum interesse inter amplissimum munus tuum, meumque munusculum, & turpe futurum fuerat mihi accipienti: & tibi neganti indecorum: an parum referre putas, utrum petenti dones, an non petenti? sed ne nimium crescat oratio: ex duobus alterum fore scias: ut aut, te accipiente munusculum, amice utar: aut recusanti confidere desinam. Quae enim alteri donaverim, mea esse non possunt.

CLII. CLEANDRO.

Quod nunquam fore existimavi, proxime mihi evenit. Nam proficiscenti ad te *Clearcho* filio nullas litteras dedi: quanquam neque possum neque volo inficias ire illum clam me discessisse. Sed negociorum multitudine, quae per id tempus mihi fuere, mihi non licuit & tibi & officio meo satisfacere. Verum, ne, si longiore epistola me excusem, parum & innocentiae meae & tuae humanitati confidere videar, progredi longius Epistolam nolo. Sed, si hoc adjecero, *Clearchum* nostrum & diligentia sua & mea fide multum brevi tempore profecisse.

CLIII. ASTIONI.

Jamdiu à nobis absuisti, quanquam celerem nobis promiseris reditum. Longior mora facit, ut te amicorum, inprimis mei, immemorem credam. Quod nisi sit, certe differre tam diu reditum non possis.[1] Neque enim ignoras, sine te ne minimo quidem temporis momento vivere posse. Tibi enim & consilia omnia & utriusque fortunae eventus impertiebam. Sed dum absens assequaris, quae tibi & usui & ornamento sint: non adeo difficile praesentia tua caruero.

CLIV. EIDEM.

Utrum praeterit, nescisse me, te reditu-rum, an confirmatam expectationis anxiam curam tuis litteris fuisse, non possum aperte judicare. Dulce sine atque suavissimum mihi fuit, de reditu tuo ex te ipso nonnihil audire: quanquam, dum ad promissum tempus non redis, ingeri animo suspicio major curaque videtur: quod ea gratia te proxime rediturum scripseris, ut longam expectationis moram lenires & nostri memoriam prae te ferres. Atqui non es nescius, acerbius videri ex promisso decidere, quam si, quod simpliciter speraveris, non eveniat. Sed finge, me tibi adesse maestum: afflictum, & nullius consuetudine vel minimam voluptatem, te abeunte, capientem. Finge te audire, quoties verba de te faciam, quoties reditum mihi tuum promiserim, quoties perinde acsi ad ostium esses, somnos dulces interruperim. Haec si feceris, non dubito, proxime te rediturum. Neque enim adamantinum tibi pectus est: nec Hyrcana tigris te peperit. Redi ergo, unicum solatium atque dulce meae senectutis bonum.

CLV. PARTHENIO.

Quotiescunque scripturus ad te sum, scribendi adeo multiplex argumentum occurrit, ut verba deesse mihi non possint. Quod quum sponte fatear, non continuo epistolae hujus brevitatem admirari debes. Quum enim *Philippum* & tui amantissimum tibi commendaturus sum, brevi epistola mihi utendum censui. Ne aut amicitiae erga illum tuae, aut ejus virtutibus parum confidere me ostenderem. Brevi itaque te oro, ut *Philippo* omnibus in rebus ita adsis, ut intelligat non frustra se amori nostro credidisse.

CLVI.

EP. CXLVIII. (1) addiderim: *si*.

EP. CL. (1) sic MS. ed. *ingentissima*.

EP. CLVI.

CLVI. E I D E M (1).

Achilles tuus ſuperioribus diebus me adiit, anxiusque magis, quam unquam fuerit, non ſine maximis doloribus atque lachrymis legit mihi tuas litteras. Continuoque ſubita conſideratione, quae tibi fore utilia deprehendi, & diligenter & libenter feci. Et, niſi fallor, rei tuae conſultum bene fuerit. Te vero poſſum ego juſte damnare, quod in tanta fluctuatione operam meam non requiſiveris, quum dulcius eſſe mihi nihil noveris, quam ut tui demerendi offeratur occaſio. Certe qui amico in tempore non utitur: maxima praeſertim ac periculoſa in re, facile oſtendit, ſe haud cupere pro amico ſubire labores. Quippe qui, quod pro alio non faceret, petere ab alio non audet. Caeterum nunc tibi ignoſcam, ſi impoſterum me (ut par eſt) audentius uteris.

CLVII. E I D E M.

Perinde ac ſi ex induſtria erres, quae facis, non decent; quae praetermittis, facere deberes. Olim quum opera mea petenda fuerat, ſilentio uſus es: nunc loquaciſſima epiſtola gratias mihi agis ob ea, quae meritis tuis coactus feci. Verum quod ſcribis, non verecundia ſed diffidentia quadam te non fuiſſe opera mea uſum, ejusmodi eſſe noveris, ut quivis facile damnare poſſit. Nihil enim alienum ab honeſtate aut laborioſum abs te imponi potuiſſet. Quippe quum ab amantiſſimo tui viro defendi potueris, & mihi & proximis litteris teſtatus ſum, nihil poſſe jucundius contingere quam de te bene mereri (1).

CLVIII. P H E R E C R I O (1).

Brevis epiſtola contemni non debet, quae pondus magnum ſententiarum fert. Scripſi olim ad te, ut *Luciano*, viro optimo, & mihi imprimis charo, adeſſes. Is mihi retulit, ſe multo plura atque majora accepiſſe ſpe ſua atque meritis. Quum ergo pro tanto beneficio tibi maxime debeam, nullas agam tibi gratias, non, quia nullas merearis, ſed, quia, quae digna ſint tuis meritis, neque ſcribere neque excogitare poſſum.

CLIX. E I D E M.

Non ſatis tibi viſum eſt feciſſe, quae efflagitabantur, niſi proxima epiſtola [illegible] gratias mihi egiſſes, quod fuiſſem tam audenter beneficio tuo uſus: & ſimul fortunas & ipſam vitam mihi atque meis obtuliſſes. O humanitatem ſingularem! o memorandum amicitiae exemplum! Quid ego hic excogitem? quid reſpondeam? Tu certe mihi tam humanus & amicitiae pleniſſimus adimis omnes ingenii vires. Veruntamen dicere compellor, me nihil habere praeterea, quod tibi offeram. Quum enim omnia tibi lege ſanctiſſima obtulerim: reliquum eſt ut tuis rebus pro tuo arbitratu utaris.

CLX. P E R M I S T I O.

Queſtus es mecum ſuperioribus litteris & de patre, qui te eloquentiae ſtudiis incumbere cogit, & de natura, quae tibi noverca fuiſſe videtur. Verum ſic habeto, te de utroque injuſte queri. Nam à patre cogi non potes, ſi gratus filius eſſe velis. Debes enim quaecunque pater honeſtiſſime imperat, adeo praeſto eſſe, ut diligenter libenterque facere videaris. Neque enim cogi poteſt, qui alterius imperio parendum ſibi conſtituit. Quod ſi in aliis fieri videmus, quanto facilius debes eo inſtituto cum parente vivere. Certe, quum ille te genuerit, haud ab eo diverſus eſſe potes: adeo ut, quum illi obtemperes, voluntati tuae morem gerere videaris. Iogenii vero ruditatem & rerum praeceptarum quam minimam eſſe tibi memoriam, non mihi perſuadeo. Quippe ex te olim puero conjecturam feci, quod perquam raro evenire ſolet, ut ſimul, quae traderentur, facile perciperes, ſimul praecepta nulla deleret oblivio. Sed aderat tibi alia excuſatio: ſi non honeſtior, verior tamen; malle te laſcivis voluptatibus quam virtuti incumbere. Ad quod conſilium te traxere tuorum ſodalium peſſima vitia, atque à litteris alieniſſimae mentes. Sed vide, oe pro parva voluptate id poſthabeas, unde felicitas maxima & nominis immortalitas ſperari certiſſime poteſt. Quod ſi conſilio meo parueris, non dubito quin à me tibi optime conſultum & ſentias & dicas.

CLXI. E I D E M.

Vide quam parum mihi conſtem: jam me delectat te eloquentiae ſtudia deſeruiſſe (1): tametſi proxima epiſtola id mihi praeter modum (2) diſplicere ſcripſi. Et tum damnabam te, ut par erat, quod ea ſperneres quae ſummo ſtudio amplecti debebas. Quum audiverim, te omnino animum adjeciſſe, praecipue litteris meis incitatum, nollem non accidiſſe, ut mea opera non indigeres. Major enim mihi voluptas eſt alienum à Muſis earum ſtudioſiſſimum feciſſe. Sed vide, fili, ne fama, quae jam paſſim volitat, deterior fias. Id etenim mihi maximo dedecori eſſet. Nam ego te tota urbe vulgavi te eſſe nihil ſtudioſius.

CLXII. P O L Y B I O.

Profecturus ad te *Nicoſtratus* mihi facile perſuaſit, ut ſe tibi commendarem, & quia boous eſt, & quia ob maxima beneficia ei plurimum debeo. Tibi itaque maximopere eum commendo: teque oro ut quum opera tua uti volet, ut *Libanium* tuum, non *Nicoſtratum* illum eſſe putes.

EP. CLVI. (1) Haec epiſtola in codice *Ambroſiano* ſuperiori illi, tanquam pars ejus jungitur, minus recte.

EP. CLVII. (1) ſententia hiulca.

EP. CLVIII. (1) Ambroſ. *Pharetrio.*

EP. CLXI. (1) Ambroſ. *exhorruiſſe.* (2) ſic *Ambroſ.* ed. *nondum.*

tes. Tu vicissim quum oon sis nescius mei erga te amoris, maximum aliquod atque difficillimum mihi impera.

CLXIII. ENOPIO.

Cnr ad te nihil scribam, miraris: ego te hoc mirari maxime miror. Quum enim superiore anno saepissime ad te scripserim, heri duntaxat pluribus litteris meis una & brevissima quidem epistola respondisti. Si ergo frequentes à me litteras accipere cupis, cura ut tuas frequeoter legam: quibus respondeam.

CLXIV. EIDEM.

Brevem quod à me epistolam nunc accipias, fnrtasse miraberis, quum ipse longissimam scripseris. Verum ut mirari desinas, ea ratinne boc fieri ooveris, quia tabellarius longiorem moram se laturum negavit. Brevi itaque tibi persusdeas velim, accipere me excusationem tuam, neque velim praeteriti temporis negligentiam meminisse: dum fias imposterum diligentior.

CLXV. ANDRONICO.

Eugeniam, à qua epistolam nostram acceperis, tanta benivnleotia mihi conjunctam esse scias, ut conjunctior esse non possit. Nam cum viro ejus diutissime vixi cum snmma semper benivolentia, & simul in eisdem studiis versati sumus. Ea nuoc ad te proficiscitur, freta amicitia, qoam singularem mihi tecum intercedere audivit. Controversiam habet cum viri fratribus, qui orbatos parente oepotes crudeliter oppugnant. Si ergo ei praesto fueris, & mihi rem gratissimam feceris, & magnam pietatis laudem coosecutus fueris. Quod ut facias: facere enim debes, vehemeoter oro.

CLXVI. EIDEM.

Etsi mihi persuadeo pro tua pietate etiam sine litteris meis te auxiliaturum fuisse Eugeniae, foeminae moribus optimis praestanti; tamen eam tibi proxime commeodavi. Quae in ejus causa feceris, oondum accepi. Porro etsi non ambigo, te veri amici officio functum, ut nnn sineres frustra eam tibi commendasse: tamen *Appiano*, istuc proficisceoti, non potui has ad te litteras non dare, quibus etiam atque etiam, ut superioribus litteris feci, *Eugeniam* commendo. Illudque tibi persuadeas, non posse me gratius atque exspectatius assequi beneficium, quam ut illa honestissimi voti compos evadat.

CLXVII. ANAXIMACHO.

Quotienscunque aliquem mihi commendas, loogo uteris elaboratoque exordio, perinde ac si me non novisses, & modo (1) ineunda esset benivolentia, quae tam altas radices egit, ut commoveri nullo ventorum turbine possit, rogasque, ut excusatum habeam adeo frequeoter te mihi amicos commendantem. Atqui in litteris tuis nulla excusatione opus: unum tantummodo nota dignum, quod oimis humiliter ea petis, quae imperare possis. Si quem deinceps commendaturus mihi es, unum hoc tuis litteris innotescat: quod me facere oporteat. Nam imperata facilius fecero, quam tu jusseris.

CLXVIII. MELEDOMO (1).

Anaximenem, quem litteris mihi disertissimis commendasti, magna cum laetitia vidi, quia tuus erat amicus. Vidisse tamen postea pooenituit, quandoquidem praesto esse ei, ut optabas, non potui, febre mihi negocium exhibente, quam sum diu passus. Ei oimirum vel repugnantibus medicis obviam exiturus fueram, nisi *Anaximenes* ipse per tuum venerabile caput me orasset, ne omnino domn pedem efferrem. Sed obsecro te pro tua singulari in me humanitate, ut excusationem accipias, qua ne Delpbicum quidem oraculum verius est.

CLXIX. EIDEM.

Redditae sunt mihi litterae tuae, quibus contingere mihi optatius potuisset nihil. Tria ex eis discere visus sum. Primum omnium accipere te excusationem meam, existimareque, *Anaximeni* omnia praestita esse beneficia, quae expeti à fratre parenteque potuissent. Deinde ex aegritudine mea maximam te molestiam accipere, communemque eam tibi videri. Grata mihi est tua ista optima voluntas. Et pro utraque magnas habeo tibi gratias. Nihil tamen novi, nihil inopinati reounciasti, quandoquidem quae vera sunt tu vir prudeotissimus atque humanissimus merito credere potuisti. Deinde ex aegritudine par fuit te maestum fieri: veris etenim amicis, quales nos esse negare potest nemo, una eademque fortuna accidere videtur, id quod ex me ipso conjecturo. Nam vel in maximis deliciis acerba mihi vita est: si male habeat amicus. Et nullus est tantus maeror, quem fecundior amici fortuna adimere mihi, vel saltem lenire, non posset. Quod vero ultimo loco rogas, ut valitudini coosulam, libentissime faciam. Et quia id ipse cupio, ut leniam dolorem quem me aegrotante sentis.

CLXX. EIDEM.

Quoniam ex proximis litteris animadvertere mihi licitum fuit (1), maximo te maerore affici, quoniam me febre vexari audiveras, ideoque amice consulueras, ut eurarem valitudinem, visum est faciendum, ut te his litteris commonefacerem, quae mihi sit valitudo. Tandem sive Aesculapio, sive, quod potius crediderim, favente Phoebo, febrem pepuli, interminatus corpori meo longam molestamque esuritionem, si eam

EP. CLXVII. (1) MS. *nuncque.*

EP. CLXVIII. (1) MS. *Meledonio.*

EP. CLXX. (1) ed. *visi.*

si eam praeterea hospitaretur. Vale ergo & tu, ut ego, & melius; ut diutius valere possim.

CLXXI. CLISMONIO.

Exploratissimum habeo te his litteris perlectis vehementer admiraturum, ab eo litteras accipere, qui vix nomine cognitus tibi sit, eaque peti, quae vel petenti maxima videntur. Verumtamen, si intueri possis ingenii tui praestantiam, & virtutis clarissimae excellentiam, quae ore omnium celebratur, mirari desineres. Movit illa me, atque, ut ad te scriberem, coëgit. Ita enim mihi constitui; ut sine tanti viri benivolentia vivere nolim. Quae quum ita sint, obsecro, ut reliquorum familiarium numero me adscribas: quod si assecutus fuero, nulli felicitati concedere videbor.

CLXXII. EIDEM.

Laetentur alii nacti divitias ingentes, pretiosissimosque (1) thesauros: me certe hoc tempore beatior esse nemo posset, quum mihi talis amicus contigerit, qualem vel Reges Maximi optare possent. Equidem quum litteras tuas legissem, tanta laetitia animum cepit, ut nunquam felicior dies mihi illuxisse videatur. Caeterum quia animi amplitudinem non possim vel longissima epistola consequi, uno verbo scribendi finem faciam, cum divinitate ipsa nolle me, si optio offeratur, tantam felicitatem commutare.

CLXXIII. EIDEM.

Quoniam intueri visus sum apertissime, amorem erga me tuum non esse vulgarem: teque optare, ut aliqua in re experiar quanti me facias: venienti istuc *Aristobulo* sponte commendaticias litteras obtuli. Quum ergo tanta ei de te praesertim, quanta videbar de mei amantissimo posse promittere, promiserim, obsecro te, ut ei talem te praebeas, ut potius superes ejus exspectationem, quam fallas.

CLXXIV. METRODORO.

Quum mecum fuerit *Autolius*, vir olim facetissimus, ex cujus quotidiano sermone maximam cepi voluptatem, conatus sum ei persuadere ut istuc se reciperet. Nunquam tamen potui hactenus hinc eum abducere, quod diceret se divelli non posse, non à puellae, sed à formosissimi adolescentis amplexu. E vestigio orationem hominis detestatus, quod obscoenis pueri amoribus teneri videretur: Deum, inquit, mortalem, amo: quod, quum maxime amorosus sit, eaque re maxime placeat, tamen, si eum videas, adolescentem credere possis. Cumque mirabundum me intueretur, tandem aenigma solvit. Bacchum esse, dicens, quem hic quotidie oscularetur, & se ingurgitaret. Hoc accepto, vehementi risu agitatus sum. Hanc unam facetiam ex multis ideo ad te scribendam duxi, ut quum istic fueris (nam domum tuam aditurus est) Bacchum illi suum continuo post acceptam redditamque salutem offeras. Hoc si feceris, si jubeas, volabit.

CLXXV. URBANO.

Nunquam desinis nova & aperta indies benivolentiae erga me tuae argumenta mihi ostendere, perinde ac si mihi obscurum esset. Verum ne deinceps in his labores, tibi persuadeas, non Theseo credidisse Pirithoum quam ipse tibi credam. Conari autem benivolentiam mihi tuam ostendere, non solum tibi supervacaneus labor est, sed non minima suspicione mei erga te animi.

CLXXVI. NESTORI.

Jussisti, ut scripturus ad te brevitati studerem: quod in amico prolixitatem non probes. Ut ergo tuae voluntati mos geratur, brevem accipe epistolam. Ea vero nihil reliquum petitur, nisi ut neque contemnas neque omnino inimicitias metuas. Nam utrumque si minus fiat, aut si omnino desit, tute vivere non possis. Cur haec scribam, *Ulysses* tuus tibi coram dicet: neque enim tuto litteris omnia committuntur.

CLXXVII. EIDEM.

Non es nescius, veri amici officium esse, ut, quae honesta, utiliaque fore amico animadvertat, ea amanter significet. Quum ergo ex officio proxima epistola te admonuissem, quae fieri abs te operae pretium putarem, gratias mihi maximas egisti, quasi id ex singulari quadam humanitate profectum sit. Sed si cupis cumulatissimam referri mihi gratiam, cura honori consulere, & ausculta senis tui consiliis.

CLXXVIII. NEOCIO.

Heu me miserum! unde primum exordiar? Vere in maximo animi languore me vis omnis ingenii deficit. Audivi *Neleum*, mihi vita ipsa chariorem, vita excessisse, & eo nuncio adeo perturbatus sum, ut prope ego occiderim. Et nisi id unum languenti succurreret animo, quod, qui haec rettulere, nescire se, sed aliunde accepisse tradebant: vita mihi longior non fuisset. Adeo enim illum amo, tantique facio, ut sine eo vivere & turpe & amentissimum mihi ducam. Quapropter te maxime oratum velim, ut continuo facias me per litteras certiorem: verane audiverim, an (quod utinam renunciare mihi possis!) somnia mihi narrata fuerint?

CLXXIX. EIDEM.

Etsi jucundae semper mihi tuae litterae esse consueverint, quod ab homine mei amantissimo proficiscuntur; quae tamen tuo nomine proxime redditae sunt, omnibus, quas unquam accepi, nedum tuis, multo mihi gratiores fuere: utpote ex quibus sum factus certior *Neleum* adhuc vivere, nullumque esse jam mortis periculum. Sane hoc nuncio Deus factus videor. Quapropter

EP. CLXXII. (1) ed. *praeclarissimosque*.

propter ago tibi gratias immortales, quod rem optatiſſimam tanta celeritate renunciari mihi curaveris.

CLXXX. NELEO.

Quanquam, ſi fieri poſſet, ſuavius mihi longe futurum fuerat ad te accedere, complexuque atque oſculo te proſequi: tamen quia hoc non licet, quod licet, laetiſſimo animo facio. Nunquam major mihi moleſtia contigit ea, quam ex tua aegritudine cepi. Neque laetatus ſum unquam magis, quam proxime, dum mihi renunciatum eſt, te incolumem ex periculoſiſſimo morbo evaſiſſe. Tibi itaque maxime gratulor: & diis ingentes habeo gratias. Neque enim ignoras, videri mihi jam leniorem ſenectutem, quam tecum agere conceditur. Te vehementiſſime oro, ut diligenter valetudini conſulas.

CLXXXI. TELEMACHO.

Quum perſpicue animadvertere jamdiu potueris: me in te amando nemini cedere, potes vel potius debes, quaecunque tui admonendi cauſa ſcribantur, bonam in partem accipere. Paſſim vulgatur, te amicis multa promittere: eorumque promiſſis praeſtare deinde nihil: quod tantum abeſt, ut probem, ut nihil deteſtabilius mihi videatur. Qui enim fieri poſſit, ut vel maxime neceſſaria ab amicis impetres, quos omnes fallere & ſoles & gaudes? Quod quum ita ſit, te oro, ut ſerves promiſſa. Quod ſi feceris, mihi crede, honori tuo quam optime conſultum fuerit.

CLXXXII. EIDEM.

Quam epiſtolam proxime ad te dedi, fuiſſe tibi jucundam ſcribis, quod ab amantiſſimo tui proficiſceretur: falſa tamen me objectare tibi ſcribis. Quandoquidem aut nunquam aut coactus non ſtes promiſſis. Velim ego mendax apud te eſſe, dum caeteri te mendacem dicere deſinant. Quod autem coactus interdum neges, quod promiſeris, etſi videtur tolerabilius, tamen cavendum arbitror, ne in hanc neceſſitatem devenias. Quod fiet, ſi, antequam aliquid promittas, vires tuas diligenter conſulueris.

CLXXXIII. ANTIMACHO.

Maximo gaudio affecit me reditus tuus. Quanquam enim non magis iſtic video, quam in Aegypto exiſtentem intuerer; tamen frequentius mihi de te referentes mihi audire licet. Nullus etenim dies praeterit, in quo iſtinc ad nos nullus concedat. Quapropter jure laetus eſſe videor. Atque ut haec laetitia indies augeatur, te oratum velim, ut frequentes ad me litteras ſcribas, quibus legendis adeo me oblectabo, ut nihil poſſit jucundius accidere.

CLXXXIV. EIDEM.

Etſi jucundius mihi futurum fuerat, ut rem tibi gratiſſimam his litteris ſignificarem: tamen ut abs te imperata faciam, qualiacunque ſunt, renunciare tibi compellor. Filius tuus, quem mihi eloquentiae ſtudiis erudiendum tradidiſti, neque precibus neque minis poteſt ſtudioſus fieri. Et, ſi forte legenti mihi adeſt, aut ſomnum capit, aut cum ſodalibus inane quiddam loquitur. Unde fit, ut nihil ſpei mihi reliquum ſit. Difficile etenim eſt doctum fieri, qui non ſponte ſed alterius impulſu litteris operam impendit: quum praeſertim improvidae adoleſcentiae annos praeterierit. Quapropter haec mea ſententia eſt, ne illum fruſtra hic tempus conterere diutius ſinas, ne ſimul ille tempus, tu pecunias, ego labores amittam.

CLXXXV. EIDEM.

Non erat opus, ut gratias mihi ageres, quod amice, quae de filio tuo ſtatuenda exiſtimarem, ad te ſcripſerim. Feci illud quidem ex officio, quanquam dolenter, quod nihil tibi renunciare voluiſſem non jucundiſſimum. Quod autem me oras ut adhuc enitar filio perſuadere, ne tantam inſaniam ſubeat, quandoquidem ſi eloquentiae expers domum redierit, omnibus ludibrio futurus eſt, & Therſitem rediiſſe dicent, qui Ulyſſes futurus credebatur. Morem geram voluntati tuae. Atque utinam poſſim ego & te & me voti compotes facere: neque enim mihi minus curae is eſt, quam tibi.

CLXXXVI. TELINO.

Quanquam perſaepe conjectura aſſequi mihi licuit, non excludi me ex tuorum familiarium numero, nunquam tamen tua quidem mihi benivolentia explorata fuit: quandoquidem hominem tibi chariſſimum mihi breviſſima epiſtola commendaſti. Ego vero quanto brevior epiſtola fuit, tanto diligentius amico tuo praeſto fui: id quod malim te ex ipſo cognoſcere. Quod reliquum vero eſt, non poſſum de fratre novi aliquid tibi renuntiare, quum ipſe nihil acceperim. De mea erga te benivolentia & deſiderio tuo demerendi ſtudium fuit (1) aliquid reſcribere, quum nihil ſit tibi compertius: quamobrem fruamur noſtra benivolentia & uterque alterius opera audenter utatur.

CLXXXVII. EIDEM.

Non potes, ut proximis litteris ad te ſcripſi, de meo erga te animo ambigere. Quod quum ita ſit, exiſtimare debes, nihil eſſe adeo magnum, unde voluptas tibi promitti videatur, quod ego ardentiſſime non cupiam. Immo ſi ſinceram voluntatem eloqui me patiaris, in praeſtando amicis beneficio major mihi voluptas eſt, quam recipienti. Fruſtra igitur gratias mihi egiſti, quod Clitomacho ſubrogatus fuerim, quem tibi ſtudioſiſſimum eſſe compertum habebam. Ut enim omittam, quod ſum functus officio, quandoquidem, qui tibi amici ſunt, eos ego non poſſum non vehementer amare; certe tanta inde mihi voluptas fuit, ut quotidie eandem mihi occaſionem offerri cupiam.

EP. CLXXXVI. (1) leg. *facit.*

CLXXXVIII. H Y A S I O.

Legi epiſtolam tuam quaeſtionibus plenam, & ſtudiorum tuorum teſtem. Et ea quidem legenda te quoque ipſum videre viſus ſum, id quod me praecipue delectavit. Quae ex me quaeris, quaeſitu digniſſima ſunt: Verum dabis mihi veniam quod modo quaeſtionibus tuis non reſpondeam. In proximam enim urbis villam ſeceſſi, ut urbana negotia aeſtivis caloribus effugerem. Hic autem piſcationi atque aucupio deditus, nullam habeo cum litteris conſuetudinem, immo eas in urbe reliqui, quod ruri commode ſatis ſe eſſe non poſſe dicerent. Sed, quum in urbem rediero, conabor ego pro viribus voluntati tuae morem gerere. Caeterum *Cyllenio*, juveni optimo, atque de me bene merito, cupio te adeſſe, praeſertim quum honeſte poſſis. Quod ſi feceris, maximum abs te beneficium accepiſſe fatebor.

CLXXXIX. T Y M O L I O (1).

Admiraberis ſententiam meam. Quanquam enim mihi praeſentia tua chariſſima eſt, tamen, quod rediturus es, doleo. Etenim, quum hic es, rerum gerendarum copia mihi nunquam vel perquam raro loqueris: abſens vero frequenter ad me ſcribis. Sed ſi (ut veros amicos decet) deſtinaveris me quotidiano colloquio beatum reddere, perquam gratus mihi reditus tuus fuerit. Quod quum mihi propter tuam erga me benivolentiam audenter promittam, celer felixque redeas.

CXC. C H R O N E O (1).

Nihil jam diu eſt quod ad te ſcripſerim: noli maeſto animo eſſe. Non enim negligentia aut oblivione tui hoc factum eſt; ſed quia proxime ad nos rediturus dicebaris. Nunc, quod cupidus ad te ſcribam, habeo nihil, niſi ut cito redeas: quod ut facias, te vehementer oro.

CXCI. E I D E M.

Quam ſis callidus, abunde mihi cognoſcere licet. Quum enim ſilentium meum inde profectum animadverteris, quod te exſpectavi, reditum differs, ut frequentibus litteris ad eum accelerandum te invitem. Quod ſi perſuadere tibi exiſtimem, ut cito redeas, nihil ſum libentius facturus. Verum quia, etiamſi hic fueris, licebit tibi meas litteras legere: obſecro te, ne ſis in mora amplius, ut ſimul & litteras meas legere poſſis, &, quod dulcius eſſe conſuevit, colloqui poſſimus.

CXCII. S A L O N I C I O (1).

Delectarunt me ſupra modum litterae tuae, non ſolum quia elegantes & ornatiſſimae fuere, verum etiam, quia, quanti me facias, inde mihi licitum fuit apertiſſime intueri. Quum enim uxorem ducturus ſis, patre hoc jubente: quam ducas, ex me ſcire optas. Certe non eſt onus par viribus meis. Nam ex tanto adoleſcentularum numero difficillimum ſit eligere, quam praecipue ducas, quum major ſit mihi cum litteris quam cum mulieribus conſuetudo. Veruntamen ne omnino deeſſe tibi videar, illud mihi videtur, ut cognitam ducas, cujus parentes & matrem praecipue bonis moribus praeſtantem noveris. Atque, ſi fieri poteſt, ſit formoſa: male enim conſulitur liberis, quum deformis uxor ducitur. Raro quippe deformi ex uxore formoſos liberos naſci videmus. Accedit ad hoc, quod qui forma praeſtanti uxorem domi habet, alieno thoro non inſidiatur. Si (2) faveat vero tibi fortuna, cujus opem in uxore diligenda potius implorandam arbitror quam Junonis: hinc enim & felicitates maximae & miſerrimae calamitates proficiſcuntur.

CXCIII. E I D E M.

Ex epiſtola, quae mihi tuo nomine reddita eſt, ſum factus certior, te eam uxorem duxiſſe, quae, nobili genere orta, parentibus optimis, moribus omnium laude digniſſimis: forma praeterea praeſtanti ſit. Laetatus equidem ſum, tanta ſimul bona tibi contigiſſe. Nulla etenim ex re poſſem ego majorem capere voluptatem quam ex tuis felicitatibus. Tibi proinde gratulor, &, ut gratulandi facultas mihi frequenter concedatur, oro. Nam quod conſilio meo hoc eveniſſe tibi putas, eſt quod mihi vehementiſſime placet. Paternum certe conſilium tibi dedi: ſed prudentia tua in hoc praecipue tibi adjumento fuit.

CXCIV. L E O N T I O.

Quod petis, fieri non poteſt: quod non petis me omnino facturum ſcias. Odiſſe *Ariſtobulum*, mei amantiſſimum, neque volo neque debeo. Amare *Speuſippum* nullo ingenio, nulla virtute praeditum, quam ditiſſimum nullo modo poſſum. Solam enim virtutem magni faciendam puto: qua *Ariſtobulus* maxime praeſtat. Quamobrem feras aequo animo, ſi voluntati tuae morem non gerimus: neque id mihi adſcribas, ſed tam *Ariſtobulo* quam *Speuſippo*. Alter enim me hortatur, ut ſe amem: alter facit, ut ſe odio habeam.

CXCV. S P E U S I P P O.

Et miraris & doles, tanti me Ariſtobulum facere, ut, ne *Leontio* quidem rogante, velim te illi praeferre. Verum hoc pace tua dicam, plura impetrare à me poſſe ſolam *Ariſtobuli* virtutem, cujus ſum ego optimus teſtis, quam omnium amicorum preces. Nam qui aliorum virtutes commemorant, veri mendacesque eſſe poſſunt: qui cum virtute vivunt, fallere neminem poſſunt. Patere ergo aut *Ariſtobulum* tibi

EP. CLXXXIX. (1) MS. *Cinolio.*

EP. CXC. (1) Ambroſ. *Chionio.*

EP. CXCII. (1) MS. *Salonico.* (2) legerim *ſic.*

tibi praeponi: aut, ejus virtutes imitando, parem, aut superando majorem tibi benivolentiam concilia.

CXCVI. ARISTOBULO.

Non quia velim beneficium erga te meum extollere, aut nostram benivolentiam, quae maxima est, confirmare: quae proxime mihi evenere, his litteris commissa sunt. Verum ut tua merita apertius intucaris, scripsit ad me *Leontius*, cui plurimum certe debeo, ut simul te odio, simul *Speusippum* benivolentia prosequerer. Atque utrique respondi nulla ratione posse abs te amando desinere, quod virtutes tuae singulares id à me exigere viderentur. Perge ergo, ut coepisti: & virtutibus incumbe. Sola enim virtus est, quam odisse vix inimici possunt.

CXCVII. EUTROPIO.

Ubiubi es tandem, epistolam meam latere non poteris: ea enim lege emissa est, ut responsionem afferat. Sed illud longe mihi gratius fuerit: ut ipse coram respondeas. Potest enim aliquis, tuo nomine scribens, falso me gaudio implere. Quod si te loquentem & audiam, simul falli non potero; simul abundantius laetabor.

CXCVIII. CALOPHILO.

Venit ad me proxime *Bias*, Corinthius, &, quanquam tuarum litterarum nihil attulit, tamen me oravit, ut se tua causa commendatum haberem. E vestigio operam meam homini obtuli, dicens, omnes qui tibi amici essent posse me pro suo arbitratu uti. Verum ut pateat (1) mihi, significantius meam erga te benivolentiam tibi ostenderel, fac me per litteras certiorem, quam ille tibi charus sit.

CXCIX. CLEBISTO.

Si quid unquam abs te magno studio, nixuque (1) contendi, nihil optatius mihi fuisse putes, quam quod his litteris committitur. Ex Phoenicia profecturus est *Sebastianus*, isticque dies aliquot est moraturus, quandoquidem cum genero controversiam diu habitam dissolvere statuit. Verum tanta est ei humanitas, ut etsi cogere illum potest, tamen hortari malit. Sed ad hoc conficiendum videre videor te esse perquam idoneum, quandoquidem magna tibi est apud utrumque auctoritas. Quod quum ita sit, maxime te oro, ut simul *Sebastiano*, simul mihi, morem geras. Quod si feceris, tibi persuadeas, me magis debiturum tibi esse, quam si mortuo mihi vitam reddidisses.

CC. ASTERIO.

Non quia aut parum tibi debeam, aut parum cupiam honori & commodo tuo inservire, *Hilario* ad te profecturo mandavi, ut facultatem mihi minimam esse diceret, quam tamen vellem omnem tuam esse. Caeterum ea ratione id fecimus, ne, si totis viribus conati paulum aliquid praestaremus, nos negligentes & maximis tuis meritis ingratos diceres. Nunc ne in aliam partem accipias, quae tibi bono animo dicenda curavi, maxima nos posse tibi persuadeas. Quid enim est tam magnum, tamque difficile, quod nolim, quod non elaborem pro amico assequi. Itaque & parva nobis & magna impera: idem enim in utrisque & animi & studii semper mihi fuerit.

CCI. HILARIO.

Meministi, quum à me discederes, mandatum tibi esse, ut *Asterio* facultatis meae exiguitatem ostenderes: nunc quodammodo intueor tali nuncio eum absterritum nihil audere imperare mihi. Te maxime oro, ut ei dicas, majores mihi vires esse, quam esse dicam, quanquam dici abs te noluerim, eumque hortare, ut mihi non nihil imperet.

CCII. BASIANO.

Phoenicia etsi à me laudatur, quod ibi es, teque maximis honoribus effert: male tamen audit à me, quoniam tam diu oculis nostris ablatum retinet. Quanquam in tuis honoribus, ubicumque es, laetor (1) atque meis; tamen quia major voluptas contingere solet ex praesente amico, quam absente, te oro, ut Phoeniciam aliquando deseras, nosque adeas, qui & tui sumus, & in te amando concedimus nemini.

CCIII. HERODIANO.

Cosmillus, istinc ad me profectus, post datam acceptamque salutem ingentes mihi gratias egit, quod propter me ei omnibus in rebus benigne affuisses. Ego vero ut multum debeam, quod amico meo praesto fueris: plus tamen debere me fateor, quod non rogatus ea feceris, quae rogati paucissimi facerent. Itaque magnas gratias tibi ago, teque oro, ut opera mea omnibus in rebus utare.

CCIV. PHILOSTENI.

Etsi suspicari me fortasse negligentem potes, quod sero tibi gratulor, tamen, quum exploratissimum habeas, nulli esse me in te amando secundum, non negligentia gratulationem seram putabis, sed necessitate. Quanquam enim tribus abhinc mensibus uxorem duxisti, sero tamen nuptiarum nuntius ad me delatus est. Gratulor itaque tibi sero quidem, sed vehementer: & has nuptias feliciores tibi esse velim, quam ipse cupias.

CCV. AESCU-

EP. CXCVIII. (1) sic scribo pro *lateat.*

EP. CXCIX. (1) ita *Ambros.* pro *maximeque.*

EP. CCII. (1) Legerim; *aeque laetor.*

CCV. A E S C U L A P I O.

Ingenti dolore angebar, quum te à nobis abſentem intuerer, neque enim facultas mihi erat tui & videndi & conveniendi, cujus conſuetudine ita delector, ut corpus animo. Verum quia in Phoenicia te honores maximos aſſequi audio, facile abſentiam tuam mihi ferendam conſtitui. Videre autem videor intereſſe humanitatis tuae, ne me ſaltem litteris tuis carere perpetuo velis. Sola namque ſcribendi viciſſitudine diſtantia corpora conjunguntur, &, quod locorum intervalla negant, fieri vel facillime poteſt, ut abſentes praeſentes fiant.

CCVI. P H A E D R O N I O.

Quod nunquam mihi perſuaſi factum eſſe ex litteris tuis didici, fieri nondum poſſe. Nam quod amaturus eſſes & nihil petenti mihi negaturus, nunquam exiſtimavi: id quod proximis litteris abunde oſtendiſti: quod ea feceris, quae *Muſonius* mei nomine efflagitavit: ſimul omnia offerens, quae abs te ſive à tuis expeti poſſent. Quum enim quam plurimi falſo me crimine apud te detuliſſent, quod te odiſſem, ſemperque maledictis inſectarer, nunquam exiſtimavi, fore, ut tam aperta amoris erga me tibi argumenta prae te ferres. Nam, quod futurum verebar, hujusmodi eſſe noveris. Credebam, te detrahentibus crediturum, & ſubinde mali erga me animi futurum. Tibi itaque pro utroque gratias ago ingentes: nam ad me demerendum ſatis hoc eſſe poterat, quod me non odiſſes.

CCVII. H E B R I C H I O (1).

Quum & veterem & optimum amicum me tibi eſſe non ignores (2), expectas fortaſſe, ut longa epiſtola tibi ob maximos honores gratuler. Tantum vero abeſt, ut hoc velim, ut nunquam brevius ad te ſcripſerim. Etenim quum te me alterum exiſtimem, non tibi ſoli ſed mihi quoque honores hujusmodi contigiſſe arbitror. Itaque expecto, ut mihi gratulentur. Tecum vero maxima laetitia afficior, & magnas virtutibus tuis gratias ago, quae mihi tantae laetitiae cauſam ſuppeditant.

CCVIII. M A R C E L L O.

Etſi maxima debere me tibi & agnoſco & fateor, parva tamen mittere non vereor. Meritus quidem es, ut argentea, aureaque vaſa & numeroſam pecuniam ad te mitterem. Quod faciens nec minimae quidem tuorum erga me meritorum particulae facerem ſatis: & ecce garrulam legis epiſtolam. Sed, optime Marcelle! ab amicis accipienda ſunt, quae bono animo dantur. Scribo quidem laetus, laetior ad te venirem: laetiſſimus, quae mihi praeſtarentur, pro te ſemper facerem. Itaque ſenis tui manu ſcriptam epiſtolam accipe, & eſſe te mihi chariſſimum perſuade.

CCIX. P H I L O C A R I O.

Nondum arbitrabar, te in Ciliciam perveniſſe, quum Strategius (1), quae illic praeclara (2) geſſiſſes, longa mihi ſignificavit epiſtola. Tanto vero affectus ſum gaudio, ut neſciam, an majore affici potuerim. Quis enim amiciſſimi viri honoribus non maxime laetetur? Illud vero inprimis audire gratiſſimum mihi fuit, quod ſimul benivolentiam, ſimul timorem, obſervantiamque omnem adeptus fueris. Neque enim ſine prudentia maxima poteſt, qui multis imperat, non eſſe alicui odio: eam ſaltem ob cauſam, quia alium alius ſive amicorum commendationibus, ſive virtutum meritis, magis amare impellitur. Caeterum potius, ut animo meo ſatisfaciam, quam quod opus ſit, te vehementer etiam atque etiam cohortor, ut eadem via perpetuo ingrediaris. Difficilius namque à plerisque exiſtimatur ſervare, quam aſſequi popularem benivolentiam: quae ſentio, ſignificare tibi omnia debeo.

CCX. S Y D E N I O (1).

Quantopere *Anatolio* debeam, quamque ille mihi charus, quam tibi amicus ſit, facilius animo conſequi, quam declarari epiſtola poſſit. Etenim tanta eſt ei amplitudo ingenii, humanitas, doctrina, fides, ut vel inimicos (ſi aliquos, quod difficile fuerit, habere poſſit) cogat amicos fieri. Taceo ſingularem ejus eloquentiam, quam ex Muſis vel ex ipſo Apolline, non ex mortali praeceptore, hauſiſſe videatur. Praeterea quam cumulatam, acceptis etiam minimis beneficiis, gratiam referat. Audenter hoc ſcribam, in dando, quam accipiendo, beneficio plus illi eſſe voluptatis. Quae cum ita ſint, eum tibi commendo, teque oro, ut ex tuo beneficio conjecturam facere poſſit, & magna eſſe merita ſua, & commendationem meam non eſſe vulgarem.

CCXI. P A U L I N O (1).

Nullum me tibi commendare jam (2) diu quereris, id quod tuam erga me benivolentiam facile prae ſe fert. Ne, rogo, id fieri exiſtimes, quod minus tibi quam olim confidam. Me nullum tibi commendare ſcias, quia non relinquis commendationi locum, omnibus inſerviens, quos mihi vel benivolentia vel conſuetudine minima conjunctos ſuſpicaris.

CCXII.

EP. CCVII. (1) Ambroſ. *Hebridio.* Malim *Nebridio*, ad quem epiſtola Libanii in Graecis exſtat. (2) ed. *ignorem.*

EP. CCIX. (1) Sic *Ambroſ.* recte: ed. *Strategiris.* (2) ed. *praedura.*

EP. CCX. (1) MS. *Stydenio.* Lege *Sidonio*, ad quem ſupra lib. I. ep. 80. epiſtola legitur.

EP. CCXI. (1) Ita *Ambroſ.* recte; ed. *Paculino.* (2) ed. *tam.*

EP. CCXII.

CCXII. THEMISTIO.

Quod ad te, ut (1) promiseram, non venerim, causa honestissima fuit. Neque enim potui *Juliano* me ipsum negare, cui plus quam mihi ipsi debeo. Tu cur non scripseris, divinare non possum.

CCXIII. EIDEM.

Gratissima mihi fuit proxima epistola tua, quandoquidem ejus desiderium diuturnum mihi fuerat. Neque vero sum is, qui velim te arbitrari mendacem. Quanquam enim difficile, alio scribente, crediturus fueram ex multis epistolis à te scriptis & ad me missis, ne una quidem accepta, posse te diligentem in scribendo videri; tamen, quia ipse scribis, non possum tibi non habere fidem. Sed male perdantur, qui tuarum litterarum tabellariis insidiantur, arbitrati, quod ego certissime credo, argentum atque aurum se furaturos, si epistolas tuas acceperint: aurea namque verba scribis. Sed quid ego alios accusem, quum Tabellarii ipsi (quod verisimilius esse potest) reddere nolunt, ut jubes, litteras tuas? Itaque, quod unum remedium est, illud non tacebo. Si cupis mihi reddi epistolas tuas, da eas hominibus, qui ingenium tuum ignorent, & litterarum expertes sint. Nam & istic major tibi hujuscemodi hominum copia, quam doctorum, est.

CCXIV. EIDEM.

Tandem longum silentium rupimus; sed in me dormientem canem excitavi. Quum enim joco scripsissem, suspicari me, ne litteras tuas aureas arbitrati nonnulli tabellarii sustulissent, epistolam convitiis plenam ad me dedisti: quanquam pro meo erga te amore verbera nedum maledicta aequo animo ex te pati possum. Aureas ego certe tuas existimo litteras: cujus argumentum apertissimum esse potest, quod eas quam saepissime efflagitavi. Verum ne multis verbis epistola tibi molesta sit, brevi tibi persuadeas, malle me abs te plenas furore accipere litteras quam nullas. Itaque, si aliter ad scribendum impelli non potes, quotidianis litteris mihi maledicas. Nam ego ex eloquentia parva tantam capio voluptatem ut maledictum facile contemnam.

CCXV. DAMACHO (1).

Quia non sum nescius, qualiacumque hic aguntur, velle te intelligere, constitui, quae dolent, & (2) vix alio scribente dictata, tibi significare. Me subita quaedam febris superioribus diebus invasit, quae per dies octo ne minimo quidem intervallo non solum deseruit, sed ne diminuta quidem est, & tum macie tum pallore adeo me foedavit, ut, si me videas, aut non esse *Libanium* aut mortuum me videre videaris. O Dei! ne inimicis quidem ea supplicia, quae mihi fuerunt, esse sinatis. Ego (3) deveneram, ut neminem agnoscerem, nullius quaestioni responderem, nesciremque, ubi locorum essem. Tandem adhibita est diligens cura, &, quae febris continua fuit, quartana facta est. Verum ex Medicorum testimonio, etsi seriuscule videor liberari posse, tamen mihi periculi minus imminet. Haec ad te scripsi, quoniam rerum mearum ignorare nihil optas. Tu vero vale: quandoquidem bona valitudo (quod credere aegrotanti possis) divitiis omnibus anteferri debet.

CCXVI. EIDEM.

Etsi etiam, te nihil scribente, persuasurus mihi fueram, communem tibi videri aegritudinem meam; tamen gratissimae mihi fuere litterae tuae, quandoquidem, eis perlectis, melius multo valere visus sum. Nullum enim pharmacum aegrotanti praesentius esse potest, veri amici praesentia, quod quia contingere mihi non potuit, in legendis litteris te ipsum adesse mihi sum arbitratus. Sed unum mihi molestum est, quod nimio dolore cruciaris: neque enim potes non dolentem dolere. Itaque fer aequiori animo aegritudinem meam, ne ad morbum tuus dolor, qui meus est, accedat.

CCXVII. EIDEM.

Tandem quae tibi maximo gaudio futura sint, scribere licet: multos dies sine febri vixi, speraturque à medicis, nihil praeterea mali mihi fore. Caeterum fingo me esse tibi praesentem: & te hunc nuncium laetissimum intueri, quod mihi est maximae voluptati. Neque enim sum nescius, te & osculo & frequenti & suavissimo hanc epistolam prosecuturum, quum longas tuas lachrymas absterserit, & te ipsum valere jusserit, quum meae longae valitudinis nuncium attulerit. Quod vero ultimum affert epistola, hujusmodi est: cupere me praeter modum, ut huc venias. Quod si contingat, nullus me felicior esse poterit.

CCXVIII. EUGLOSSIO (1).

Scio tanta esse merita erga me tua, ut potius de gratia referenda cogitandum mihi sit, quam novi aliquid abs te petendum. Non quia deesse aut facultatem plura praestandi aut voluntatem suspicer: sed quia agnosco, humeros meos majora onera sustinere non posse. Verum ut tuae humanitati, quae modum nescit, morem geram, quae necessitas suadet, audenter abs te contendam. *Eugnomon* est mihi multis ex causis charissimus: eique omnia, quae possum, quaeque non possum, & debeo & detuli. Habet is istic negotia non admodum difficilia, si ei adesse volueris. Quapropter eum tibi magnopere commendo. Atque ut intelligas, quantae (2) mihi curae

EP. CCXII. (1) Sic *Ambros.* ed. *Ut quod ad te pr.*

EP. CCXV. (1) Ambros. *Eumathio*, ad quem duae in Graecis Nostri leguntur epistolae. (2) Ambros. *dolenter ut.* (3) addiderim eo.

EP. CCXVIII. (1) ed. *Eglossio.* (2) *quam te* ed.

curae sit hujus utilitas; si hoc mihi praestiteris, fatebor, ex infinitis beneficiis, quibus me affecisti, nullum majus, nullum accepisse gratius.

CCXIX. P H E R A N O.

Tam diu litteras tuas expectavi, ut neque expectare diutius audeam, neque mittere ad te possim. Quippe qui non injuria suspicor, te, vita functum, neque scribere tuas, neque meas posse litteras accipere. Tantum enim amicum oblivisci non posses: quum praesertim multae fuerunt causae, quae te ad scribendum adhortarentur. Sed quid ego differo *Orpheum* illum imitari, qui Cithara mortuam Eurydicen in lucem revocavit. Calliope mater mihi non fuerit, ut Orpheas victorias sperare debeam: tamen ut longissimi victi (1) compos evadam, nihil debeo non audere. Te igitur obsecro, ut tandem silentium istud tuum dissolvas, quandoquidem omnis mihi vita acerba & videtur, & est, quia te absente vivo. Non ignoras autem, sola litterarum vicissitudine disjunctos longo locorum intervallo conjungi posse. Quod si hoc non impetro, ipse non sine maximo incommodo: cursu enim vel pennis Daedaleis arte comparatis ad te veniam. Verum nisi omnino humanitatem exhorres, non sines me tantum oneris subire. Vale, atque ut valere possim, abs te, non argentum, non aurum, peto.

CCXX. B E A N O.

Nescio, gratulerne tibi, an expectem potius ut mihi ipse gratuleris, ob honores maximos, quos tua singulari virtute adeptus es. Nam, ne verissima taceam, usque adeo te semper amavi, ut accidere tibi uni potuerit nihil. Quippe quum ex minima molestia, quae te oppresserit, maximum ego dolorem acceperim, & omnis voluptatis ita fuerim particeps, ut pene partem tibi nullam reliquisse videar. Sed & alia occurrit ratio, quare gratulari ipse non debeam. Palam sane est, gratulationes ea gratia fieri, ut nos secundis amicorum rebus laetari ostendamus. Porro nihil esse tibi certius potest, quam, me etiam tuis honoribus felicissimum fieri, nedum laetum. Reliquum est igitur, ut hujusmodi honores praestare tibi diutissime optem. ut quam voluptatem ingenio, industriaque mea assequi non possum, eximia tua virtute assequar.

CCXXI. P H I L I P P O.

Amici officio fungeris, quum ea, quae coactus à meritis tuis facio, à me humaniter fieri & sentis & scribis. Ego vero quem fons tuae humanitatis praeterire neque debet, neque potest, parva me tibi praecepisse cognosco. Caeterum si facultatis exiguitatem, voluntatisque inaestimabilem promptitudinem consideras, de me jure ita humaniter sentis. Quippe bene institutae mentis est, non facultatem donantis inspicere, sed voluntatem. Verum ut agnoscas, quantum ista tua humanitate profeceris, tibi persuasum velim, me tibi magis obnoxium esse, qui parva nostra beneficia grato acceperis animo, quam ipse ob accepta debeas. Si quid praeterea est, quod expeti à me possit, jube: nam bene mereri de te malim, quam vivere.

CCXXII. E U R A C L I O (1).

Scribis ad me, *Timodium* jactare consuevisse, quod me & omnes simul adversarios non modo vicerit, sed ita deterruerit, ut, ne ullo quidem repugnante, se aliquid scire dicere vel unus audeat. Et quia non sine molestia hoc audire potes, scire ex me cupis, quid hujuscemodi rumoribus, urbe tota vagantibus, respondeas. Ego ut amicitiam fidemque tuam plurimi facio; ita illius inanes nugas facile contemno. Etenim magni refert, faciasne an aliquid dicas. Neque quisquam est, qui se vel ea causa, qua victus prostratusque est, se victorem mentiri non possit, si apud eos loquatur, quibus tantundem est, verum ac falsum dicere, quum veritatis nescii etiam, quae falsissima sunt, vera putent. Atque ut alios taceam, qui superiores, nedum pares illi sunt, me victum fateri non possunt, quum nullo certamine contenderimus; nisi forte indignum sua gravitate putat mecum coram certare, quem sola argumentorum cogitatione victum putat. Sed bono animo esto: si enim congrediemur, facto non verbo opus fuerit, deque victoria alios judicantes audiemus: non eam nobis, ut iste fecit, arrogabimus. Plura ne scribam, facit, quod spero brevi me fore istic, ubi re non verbis tibi ostendam, me esse veracem.

CCXXIII. O R I O N I.

Quereris nihil me tibi renunciasse de contumeliis, quibus ab eo affectus sum, à quo per fas & nefas defendi posse videbar, etiamsi parentes aut filios interemissem. Caeterum ne inficias eam, delectari me ista tua querela. Nam amorem erga me tuum multo antehac exploratissimum proximis litteris prae te tulisti. Cur enim hoc fore volebas, nisi ut in hoc casu ferendo mihi socius magna ponderis parte humeros levares. Tamen ideo me tacitum de ea re te celasse existimes, ne molestiam, quae mihi maxima fuit, tibi impertirem. Etenim, quanquam amicitiae norma simus, secundae simul & adversae fortunae particeps esse cupis: tamen si fieri possit, vellem ego te à propriis curis abducere: nedum in meas non intrudere. Malimque ego solus adversa omnia, quae tibi eventura sint, ferre: quam voluptate vel maxima frui, te in minima etiam cura anxio. Caeterum utriusque dolorem atque molestiam hoc lenire potest, quod ea infamia communem nuncium insecuta est, ut gravissimas poenas vel hoc ipso nobis daturus sit. Tu vero vale, &, si piae justaeque preces aliquid merentur, in omne tempus molestia careas.

CCXXIV.

EP. CCXIX. (1) legerim: *voti*.

EP. CCXXII. (1) MS. *Euraclio*. Malim *Heraclio*, ad quem Nostri epistolae inter Graecas exstant.

CCXXIV. CHREMYLO (1).

Dolerent alii, expostularentque tecum, quod acceptis litteris & multis & longissimis nihil responderes. Ego ab hoc consilio tantum absum, ut isto tuo silentio non solum non offendar, sed etiam vehementissime gaudeam. Etenim mihi persuadeo (2), mearum potius quam vitae appetentiorem haud difficile in animum tibi inducis, me tantisper scripturum, dum voti compos fiam: Est enim natura comparatum, ut optatis diu tandem potiri aut cupere desinamus, aut lenius cupiamus. Tamen ne veritati refrager, moram in scribendo tuam hactenus probavi, deinceps non probaturus; immo, nisi scripseris, in gravissima atque acerbissima molestia futurus: quandoquidem sine te acerba est mihi vita: sine tuis litteris nulla esse omnino mihi poterit. Et, si nullum habes reliquum scribendi argumentum, maledictis me prosequere: malo enim, dum tua legam, reprehendi, quam, te silente, ab omnibus laudari.

CCXXV. HEMO (1).

Sebastianum doles a me contumeliis affectum: ego vero etsi nollem id tibi esse molestum; tamen juste potius quam crudeliter fecisse hoc mihi videor, quum tu quoque, si diligenti perscrutatione utaris, hoc beneficii loco illi ducendum putabis. Conducit enim, ab homine amico vel ob minimum scelus reprehendi: cavere namque sic possem imposterum. At, si quis impune saepius peccat, fit usus, & perinde, ac si, quod semel est assecutus, perpetuum habeat, tandem graviores poenas dat. Caeterum ne sis nescius, quantum apud me possit auctoritas, tibi persuasum velim, nihil meae erga illum benevolentiae diminutum, sed aliquid potius auctum, quod eum tibi adeo charum intelligo.

CCXXVI. ACCILIO (1).

Magis me tibi debere & agnosco & fateor, quam ut possim vel verbis consequi: vel longissima cogitatione assequi, quod munuscula mea tam laeto animo hilarique fronte susceperis cum magna testificatione amoris erga me tui. Nam ut *Decentius* mihi retulit, multis audientibus, dixisti vilissima quaeque à me data omni thesauro pretiosiora videri. Quum vero sententiam tuam omnibus in rebus probem, in hoc certe non probo, quod in litteris proximis, ad me datis, tantas mihi gratias agas. Etenim tuae in accipiendo tam levi munusculo humanitati, grato praesertim animo, potius, quam mihi gratiae debentur.

CCXXVII. ARISTAENETO (1).

Quod petis & libenter facio, quod tibi plus quam mihi ipsi debeo; & invitus, quod ea rogas, quae imperare possis. Caeterum cave deinceps, ne tanto nixu à me vel maxima contendas. Pudenti etenim viro & multis beneficiis obnoxio grave est, si videatur ad referendam gratiam rogatus & non sponte accedere.

CCXXVIII. AMICO (1).

Quum ad me scribis, & ingenii ruditatem, & usum tibi esse in dicendo nullum, excusas. Ego vero haud falsum dicere possum, *Demosthenis* orationes tuas videri. Porro si quis haec mihi dicenti reclamaret, aut dono aut precio tuas esse, eum continuo mendacii convincerem. Quas enim orationes, mea pecunia emptas, tibi accommodaverim, quis nisi mente captus aut emisse te aut dono accepisse vere dixerit? sed ne semper aenigmata loqui me facias: redde tandem orationes, quae tamdiu à Domino abesse queruntur.

CCXXIX. GENESIO.

Nunquam desinis me lacessere, ut in te scribam: ego vero in te indies humanior fieri videor, quod his, qui mihi temeritatem tuam significant, semper non sine eorum admiratione perinde respondeo, ac si te mearum laudum praeconem esse retulissent. Tu ea re tumescere videris, quod quam sapienter facias, alii videriot, tuque senseris. Etenim tibi timendum est, ne diuturna benignitas mea in justum furorem vertatur.

CCXXX. CYLODIO (1).

Quod (2) non feceris, quae abs te maximo studio contenderam, aequo animo fero. Excusationem vero, qua usus es, non accipio: licitum enim tibi est à me impetrare, quae velis, & non praestare mihi, quae nolis, &, si quae verissima sunt, dicentem pati velis, plus tibi debeo neganti, quam petita praestanti. Nam me tuis meritis tibi ita devinxisti, ut sustinere majora beneficia non possim. Porro si quid est, quod expeti à me possit, mihi imperes. Quod si feceris, beneficio maximo demeritus me fueris. Quid enim gratius, qoid optatius contingere mihi possit, quam respondere tuorum erga me meritorum particulae?

CCXXXI. ACRIBIO (1).

Quum ad te quotidie scribam, non desinis novas

EP. CCXXIV. (1) ed. *Chrimulo*. (2) Lege: *quod mearum potius rerum, quam vitae appetentior.*

EP. CCXXV. (1) Ambros. *Ligino*. Neutrius horum alias mentionem in Libanii epistolis fieri memini.

EP. CCXXVI. (1) Fort. ex Graeco: Ἀκύλᾳ, *Aquilae*, ad quem exstat inter Graecas epistola.

EP. CCXXVII. (1) ed. *Aristheno*.

EP. CCXXVIII. (1) Ambros. *Phariago*.

EP. CCXXX. (1) ed. *Cidolio*. (2) ed. *Quae*.

EP. CCXXXI. (1) Ambros. *Accilio*.

EP. CCXXXII.

novas à me litteras petere. Hoc autem fieri suspicor, aut quia, quae scripsimus, non placeut, &, quod placeat, scribi aliquid velis; aut quia in amicissimi litteris legendis voluptate quam maxima afficeris. Porro ne veritati repugnem, nonnulla me scripsisse fateor, quibus damnari mores tui videbantur. Etenim quum multi de te mihi quotidie & scriberent & loquerentur, quae ne de inimicissimo quidem dissipari vellem; non potui te non commonefacere, à vitiisque dehortari, denique ad virtutis studium stimulare. Sed haec ut amico animo facta sunt, ita ferri facile debent. Assentationes namque vera amicitia respuit. Quod si denuo me scribere optas, ut voluptas augeatur, quam ex nostris litteris accepisti, laudo consilium: quodque optas, fiet. Et ea quidem his litteris commissa sunt, quibus laetari abunde possis. Audivi ex multis, quasi uno ore loquentibus, te ita mores emendasse tuos, ut laudari satis non possis: & profecto quae de te laudes circumferuntur, praesentem infamiam non modo superaverunt, sed extinxerunt penitus. Mane igitur in sententia, ut tibi laudem compares indies majorem, & amicos, quorum ego postremus non sum, voluptate afficias.

CCXXXII. A L R I D A N I O (1).

Parva, ut scripsisti, munera à te accepi: ut ego sentio, maxima. Potest autem utriusque vera esse sententia. Nam si donantis magnanimitas consideretur, parva haec fuerunt, quum dare majora cupias. Caeterum tantam amplitudinem exigua merita mea sustinere non possunt. Pro his parvas tibi gratias ago: si enim maximas dixero, mentiar. Nihil enim meritis tuis par vel dicere, vel cogitare possum.

CCXXXIII. E I D E M.

Sero de accepta uxore tibi gratulor: sed gratulationis tarditatem metus non negligentia effecit. Veritus enim sum, ne, si injuste gratularer, etiam praeter animi mei sententiam aliquid scribere viderer, vel imprudentem vel assentatorem me diceres. Quotiescunque enim mecum de uxore capienda verba fecisti, omnibus ingenii viribus animum tuum à re uxoria distrahere conatus sum, non quia connubium natura malum, sed quia tibi malum ex prima uxore filios habenti incommodumque fore videretur. Nunc, licet sero, tibi gratulor, quod fecisti, approbans. Etenim in ista uxore capienda non divitiarum, non formae, sed pudicitiae modestiaeque rationem habuisti. Unde fit, ne minus putem bene futurum esse liberis tuis, quam eis timebam, si aliis moribus, diversoque ingenio uxorem duxisses. Erit haec certe non solum (quod raro accidere solet) pia noverca; sed mater optima. Sed illud persuasum tibi velim, ut praesente uxore persaepe filiis blandiare, eidemque absentes illos commendes. Contra filiis imperes: ut eam materna reverentia prosequantur. Ita fiet, ut amor cum aetate cumuletur, miraque sit in utrisque concordia. Et haec quidem ita se habent. *Caliches*, quem mihi commendasti, quam me omnibus in rebus officiosum paratumque habuerit, tibi abunde declarabit.

CCXXXIV. P H O E N I C I O.

Ad te quod nullas litteras dederim, postquam ea effecisti, quae accuratissime abs te efflagitaveram, ingratum me fortasse putas, & accepti immemorem beneficii: quibus duobus nihil minus in me comperias. Sed ne hujusmodi sententiae sis, qua ratione à scribendo vacaverim, continuo subjungam. Sophistam me esse non ignoras, cui verborum inopia non est: hoc autem hominum genus infamia quaedam sequitur, quod verbis quidem grati, re autem ipsa minime esse consueverunt. Ne ergo tanto beneficio, quantum abs te accepi, verba duntaxat reddere velle putarer, scripsi hactenus ad te nihil: expectans, ut par beneficium redderem. Sed quia nihil accidit, in quo voluntatem meam experiri possis, silentium rumpere constitui. Itaque te rogo, ut in rebus tibi charissimis voluntatem meam experiri possis: meam operam exigas. Quod si facias, neque absentem quaeres, neque frustra vocabis.

CCXXXV. R U F F I N O.

Magnopere te offendunt homines, quod passim injuste mihi detrahere vides. Ideoque petis, quid eis responsum velim, quoque argumento inhiberi eorum temeritas possit. Habeo tibi gratias, quod honori meo bene consultum velis. Sed bono animo esto. Illi enim suis maledictis gloriam mihi potius quam infamiam conciliant. Quum enim hujusmodi homines, omni virtute carentes, & vitiis omnibus affluentes & sint & videantur, neque benedicentes prodesse; neque obesse mihi detrahentes possunt: Ut enim ab eis in me prolatae laudes dedecus mihi afferrent, quod eis similis viderer, à quibus laudarer; ita quam mihi infamiam conciliare nituntur, quum eos mentiri intelligant, gloriam afferunt. Verum ut eorum naturae & consuetudini contrarium nihil cupias, hoc habe in votis, ne mihi caeterisque detrahere unquam desinant.

CCXXXVI. D I A M O (1).

Audio te non solum nullam gratificandi laboribus nostris voluntatem prae te ferre, verum etiam ore ingratissimo passim dissipare, quam dicendi facultatem assecutus es, tuo potius ingenio quam mea eruditione eam esse consecutum. Sed vide, ne hoc ipsum te ingenio carentem ostendat, quandoquidem dicis, quae vel existimari stulta nedum falsa possunt. Si enim tantum tribuas tuo ingenio, cur ad me, relictis parentibus, & patria confugisti? cur mea praeceptione usus es? quid opus fuit, me praesente toties declamare? Quorsum data mihi praemia?

EP. CCXXXII. (1) Ambros. *Alcidamo*.

EP. CCXXXVI. (1) leg. *Dianio*, ad quem Graecas data est ep. 284.

EP. CCXXXVII.

praemia? Novi, quae ſit hujus tuae ſententiae ratio: quum videaris merita mea minime aequaſſe ea, quam dediſti, mercede: juſtam infamiam injuſta ingratitudine quaeris effugere. Cave autem, ne in caeteris hoc facias: apertas enim ingratitudines omnes oderunt: quanquam te hominem imprudentiſſimum nihil deterrere aut flectere poſſe videatur.

CCXXXVII. EUMEDIO (1).

Baſſus atque *Auritus* fratres quidem ſunt, moribus tamen apprime diſſimiles, ita ut, qui eos non noverit, non modo diverſorum parentum, ſed diverſarum regionum fuiſſe putet. Qui noverit, credere certe difficillime poſſet. Doctus eſt alter, & ingenii & linguae & aſpectus & orationis & amicorum & humanitatis copia beatus. Alter his omnibus deſtitutus, multa habet, quibus carere ſatius eſſet. Uterque ſperat, ſe commendatione mea abs te, quae velit, impetrare omnia. Ego vero ea eis alterum tibi maxime commendo. Sed quisnam, dices, hic eſt, cui operam meam pollicear? Non expectet prudentiā tua, neque poſtulet, ut notiſſima aperiam. Hoc enim usque adeo per ſe patet, ut Oedipi conjectura opus non ſit. Ipſe videris, uter ſit & mea commendatione & beneficio tuo dignior. Atque ſi forte ſcire hujus mei conſilii cauſam cupias, continuo liberabo te hoc onere. Hoc facere placuit, quum ambo ſimul litteras meas petierint, quas pro conſuetudine mea negare non poſſum. Uno ergo tempore & eis & meae voluntati ita factum eſt ſatis. Tu quid egeris, cupio abs te per litteras ſignificari.

CCXXXVIII. EIDEM.

Neſcio, an unquam dulcius atque jucundius aliquid legerim epiſtola, tuo nomine mihi reddita. Ea quippe & prudentiam mihi tuam prae ſe tulit, & amicitiam, & fidem erga me ſingularem. Quod autem *Baſſo* omnia praeſtiteris, quae ei opus fuere: *Auritum* (ut par fuit) vel contempſeris vel ſefelleris, res eſt profecto mihi vita ipſa charior. Etenim illi morte mea illius vitam redimerem: huic adimi vitam facillime paterer. Nam quod miraris, eos, quum fratres ſint, tanta morum differentia ſeparari, non eſt, quod mireris. Ut enim omittam, idipſum in equis, canibus, caeterisque animantibus uſu venire: diverſos mores affert diverſa hominum conſuetudo. Et ſane improbus unus bonos decem facilius corrumpit: quam decem boni improbum unum ad bene vivendum poſſint allicere. Sed ne in re aperta diutius immorer, *Andromachum*, Athenienſem, mihi imprimis charum, tibi vehementer commendo. Quod ſi commendationes meas tam frequentes admiraris, tibi perſuaſum velim, id eſſe conſtantis benivolentiae argumentum. Ab inimicis enim atque ab his, qui non habentur chariſſimi, petimus nihil. Ad hoc accedit, quod quanto plura & majora abs te beneficia peto atque impetro, tanto magis debere tibi cupio. Unde & maxima & difficillima imperare mihi poſſe videris. Quod ſi facies, tuam de me opinionem atque ſpem ſuperabo.

CCXXXIX. RHINOTHEO.

Usque adeo mihi diffidis, ut, quae minima ſunt, à me petiturus, longiſſimo utaris exordio. Haeccine ſpes eſt, quam de me concepiſti? hanc mihi de te ſpem proponis? nam qui parum confidere ſe mihi oſtendit, aperte me admonitum reddere videtur, ne ei vehementer confidam. Sed placet, hoc ipſum ad modeſtiam potius referre. Curabo, quae mihi mandaſti, diligenter. Praeterea, quantum ingenio, induſtria atque amicis aſſequi potero, dabo operam, ut plura impetres, quam petieris. Nam ſi pro te maxima quaeque fecero, ne minimae quidem meritorum erga me tuorum particulae relata gratia fuerit. Sed impoſterum cave, ne tam accurate aliquem mihi commendes: quandoquidem ſatis mihi futurum eſt, ſi vel minima conjectura animi tui ſententiam conſequar.

CCXL. ACONTIO (1).

Rediens ex caſtris *Polychermus* (2), ad mortem ſaucius, ea mihi de te ſignificavit, quae & laude ſingulari & ſempiterna memoria digna eſſe judico. Quum enim ſolus ipſe à multis oppugnaretur, & jam defeſſus de ſe ſpem nullam reliquam haberet, accurriſti vel advolaſti potius & te ſtrictis enſibus objeciſti tuis viribus, tua magnanimitate, induſtria, peritia, agilitate, alios quidem vulnerans, alios morte afficiens, in fugam reliquos convertens. Itaque ex praeſentiſſimo mortis periculo hominem vindicaſti. Porro *Polychermus* quum hoc mihi referret, & periculi, & vulnerum prae gaudio oblitus videbatur. Ego vero aperte hoc ipſum tibi, quam *Polychermo*, gratius debere eſſe arbitror. Ille enim vitae dilatiunculam tuo beneficio impetravit: tu vero in eo defendendo & omnium ejus propinquorum & civitatis univerſae tibi benivolentiam conciliaſti: & optimam quandam atque certiſſimam ad nominis atque gloriae immortalitatem viam aperuiſti. Quod ergo ad me attinet, magnas tibi ago gratias, quod homini mihi chariſſimo tantum beneficii praeſtiteris. Tibi vero plurimum gratulor, cui tam excellens gloria contigerit, quam ne longiſſima quidem ſaeculorum ſeries obſcurare poterit. Neque vero ob iſtam laudem ſuperbior factus ſcribendi officium & conſuetudinem intermiſſam velis, ne, quod in amicitia raro contingere ſolet, alterum amico gaudium, moerorem alterum praebeat. Ego ſine tuis litteris ne vitam quidem ipſam jucundam mihi eſſe puto.

CCXLI. THEOPHORO.

Perſaepe litteras à me petis, quod nimirum benivolentiam erga me tuam ſignificare videtur: quando enim mutuo & congreſſu & conſpectu prohibemur, litteris colloqui nos debere putas: quae una res moleſtam amicorum abſentiam lenit atque

EP. CCXXXVII. (1) Ambroſ. *Eumedo*. Fortaſſe *Eumenio*, ad quem Juliani exſtat epiſtola.

EP. CCXL. (1) ed. *Arontio*, male. (2) Ambr. *Poliſtermius*.

atque recreat. In hoc consilium tuum maxime laudo. Unum tamen est, quod non sine reprehensione fecisse videris: novas quod quotidie litteras efflagitaos scriptis à me tibique redditis nihil respondisti. Quare fit, ut, quod in proverbio dicitur, frustra cum surdo res agi videatur. Quid enim esse mihi voluptatis potest, si diu te allocutus sum, nihilque ipse respondeas, sed ad plura loquendum me cohortaris? Quapropter, si vis impetrare, quae eupis, effice ipse, quod debes, & nova scribendi argumenta tuae mihi litterae afferant. Desiderium namque tuum, quo mihi exploratius est nihil, non opus est, ut mihi quotidianis litteris aperias, sed potius aliquando meis morem geras. Maximae enim voracitatis & ingratitudinis est, quum multa & petieris ab amico & impetraveris, nulla praestare: sed potius alia denuo exigere. Plura in hoc genere scriberem, nisi tua sponte satis intelligere possis, & officii tui esse & meae voluntatis, ut acceptis à me litteris respondeas.

CCXLII. THEODOXO.

Quum in Ciliciam profectus esses, sum tibi, ut par erat, gratulatus, quandoquidem pro tua singulari prudentia futurum perspiciebam, ut inde magnam laudem gloriamque referres. Nunc vero videtur mihi quoque esse gratulandum, quod vir mei amantissimus Ciliciae imperet. Quippe quasi ego *Libanius* esse desinerem *Theodoxusque* sim, omnes, quibus in Cilicia negocii aliquid est, ad me veniunt, suas causas mihi commendant, orant ut sui miserear. Quantoque magis nego esse mihi potestatem, quae volunt, faciendi, tanto instant, urgentque vehementius: optime se tenere dicentes, quanti me facias. Itaque frequentes commendationes meas odisse non debes. Et nunc quidem *Clearchum*, optimi parentis filium, magno ingenio juvenem, & mihi imprimis charum, tibi maxime commendo. Quae ei praestiteris, mihi praestitisse puta: nollem enim mihi melius quam illi. Et ne apud hominem ingratum beneficium collocare videaris, hoc mihi minime praetermittendum puto, consuevisse hunc minima amicorum beneficia maxima ducere; sua vero, quum vel maxima & apertissima sint, nulla existimare: indiesque cumulatiorem gratiam referre consuevisse.

CCXLIII. EULICIO.

Utinam ignotus mihi esses, aut mihi liceret, quae honestissime cupio, tibi persuadere. Si enim primum contigisset, non mihi tanto dolori esses. Alterum si contingeret, quam molestiam ex te capio, facile vel depelleres vel mitigares. Sperans tamen consiliis te meis audientem fore, has litteras, amoris mei testes, scribere constitui. Cum fratre tibi controversiam esse audio: talemque ut à verbis ad arma utrumque pepulerit insanus furor. Porro quae infamia tam indignum facinus consecuta sit, conjicere hinc potes, quod ego ipse, qui pro te in mille mortis discrimina conferre me consuevi, ne verbum quidem hoc vestrum facinus accusantibus respondere audeo. Praeterea, quia nulla satis honesta ratio occurrit, qua vos protegam. Quid enim fratribus, ex eodem patre matreque eadem genitis, aut amantius, aut conjunctius esse debet? Porro ut caeteris hoc licuisse permittatur, vobis licuisse non potest, quibus pater sapientissimus fuerit, qui consuerit non modo contentiones dissolvere, verum etiam ardentes belli faces extinguere. Illud certe spectandum esse videtur, quod dolenter circumferri audio quotidie: te ut fratrem annis: ita superare imprudentia temeritateque videri. En quo te rapuit caecus furor? quo tua illa modestia abiit? quae videbatur Deorum atque hominum furores ferre posse. An ignoras istam vestram dissensionem non minus inimicis gratam, quam molestam atque acerbissimam amicis esse? Quis praeterea speret, te sibi constantem fore in amicitia, quum fratrem, & optimum quidem, frater oderis? Reprime ergo furorem, iracundiam cohibe, & quae vis sit fraterni nominis, cogita, &, quod facillime fieri poterit, maxima vitae conjunctione in laudem infamiam hanc converte. Quod si feceris, & me tibi recte consuluisse, & te consiliis meis prudenter auscultasse, noveris.

CCXLIV. CHOROEBO(1).

Magis, quam vel ego explicare possem, vel tu credere, delectavere me litterae tuae, sero quidem scriptae, sed gravitate, elegantia, fide, amore plenissimae. Et his certior factus sum, quid egeris in causa Ruffini, quem tibi accurate commendaveram. Certe hoc verissimum existimare & potes & debes, non potuisse me hoc tempore aut gratius aut optatius accipere beneficium. Est enim, ut tibi dixi, me ipso mihi charior. Quumque ejus ingenium & doctrinae excellentia, morumque suavitas omnium benivolentiam mereri possit, magna illius erga me merita me cogunt, ut, quae possum, ei praestem, quae non possum, ardentissime tamen cupiam. Tibi itaque & *Ruffini* & meo nomine maximas habeo gratias. Atque ne de illo tibi minus quam de me tibi pollicear, duos tibi hoc beneficio devinctos scito. Qui tum maximam tibi gratiam retulerint, quum demum se maxime meritis tuis obligatos & sentient & praedicabunt.

CCXLV. IPHIARCHO.

Ex Bithynia quicunque ad nos proficiscuntur, nobis de te multa renunciant. Tu contra de nobis audire nihil soles ab eis, qui ad te à nobis concedunt. Hoc quid sit ipse videris. Ego certe ea omnia ideo nobis contingere arbitror, quod tuo desiderio coactus nullum praetereo, qui te vel noverit vel viderit, quem de valetudine tua non percontor. Caeterum quod de me nihil audias, causa fortasse est, quod nihil petis. Potes etiam, nihil petens, quid mihi, abs te absenti, boni malive accidat, intelligere, quum Apollo tibi rerum occultarum interpres maxime familiaris sit. Sed fortasse litteris agendum potius existimas quam nunciis. Hoc laudo;

EP. CCXLIV. (1) ed. *Corbie.*

laudo: nisi tamen laboriosior tibi futurus sit calamus, quam lingua. Soles enim amicis litteras tuas quaerentibus dicere, nihil magis laboriosum tibi videri, in tanto rerum agendarum numero, quam scribendis litteris operam dare. Verum fortasse, ut in te amando modum omnem excedo, ita (ut par esse videtur) amicitiae nostrae aliquanto plus dabis quam caeteris consueveris. Itaque litteras tuas, quibus mihi dulcius esse nihil potest: concede, ut intueri mihi liceat: & omnia quae istic aguntur, digna hominum auribus mihi significa.

CCXLVI. THEOGNETO.

In omnibus rebus quod *Luciano* praesto fuisti, quae abs te praestari potuere, est mihi admodum gratum. Dignus enim est, in quo maximum beneficium collocaveris. Porro cui magis gratuler, illi, quod beneficium acceperit, an tibi qui beneficium praestiteris, non video. Ille enim, ne veritati repugnem, maxima commoda tua opera est consecutus, tu vero in praestando beneficio nullo tempore interituram gloriam adeptus es. Quare, quum utrique gratulari possim, tibi maximas habeo gratias.

CCXLVII. LYNOCHO.

Vide quanti te faciam: quum enim (1) Bithyniae nomen mihi propter gravissimas iojurias inde acceptas molestissimum sit, tamen, quia ei praesides, jam Bithyniae & nomen, & moenia, & domus, & mores, & homines maxime diligo. Cujus rei testimonium perhibere poterit sermo, quem à me triduo compositum *Eutropius* ad te detulit. Tu vero in eo non verborum copiam, non gravitatem sententiarum, non inventionis acumen: sed meae sententiae mutationem considera atque mirare, quandoquidem inimicissimus in ea laudanda amicissimos quosque superavi. Neque praeter opinionem existimes scriptum à me aliquid esse. Si quis quaerat, quam conveniat, constantem hominem, quod prius vituperaverit, laudare? hoc ei responsum velim, posse idem diverso tempore vere tamen & laudari & vituperari. Damnavi Bithyniam quum in ea plurima digna reprehensione intueret: laudo nunc & dignam laude judico. Quemadmodum enim nubes, Phoebaeum lumen occultantes, tenebras mortalibus exhibent: quas Phoebi praesentia fugat; ita & Bithynia vitia omnia, quibus laborabat, in virtutes, te Praeside, commutavit. Gaude igitur tua ista singulari virtute, &, quum à me tantopere ameris, obsecro te, ut me vicissim ames. Fas enim est, (ut in veteri proverbio dicitur:) amantem redamari.

CCXLVIII. PHILIPPO (1).

Amici quidem fuit hnjusmodi audientem dolere, boni autem ad te cum musis scribere. Verum quum haec tibi renunciaret, aut nihil, ut noverat, dicere auderet: aut si hoc noo est, & te & me odio prosequitur. Itaque confinxit mei vituperandi, laedendique tui causa: atque potius hostilis ei voluntas fuit, quam amici opus. Quum etenim talem ad te epistolam dederit, & mihi adeo bonam, adeo pulchram, magnam curam utriusque suscipere videtur. Et res nostrae ita quidem se habuere: quae ante adventum nostrum florebant, defloruerunt. Invidia vero nulla consecuta est, neque enim stimuli pede percutiendi sunt, & valde hoc noverunt: Cyclops vero ille & ad scyllam usque ad fretum atque Siliciam (2). Gaude igitur, &, proverbio posthabito, mihi gratulare.

CCXLIX. ACACIO.

Quum multas & praeclaras orationes habueris in Phoenicia primum, hic deinde, nunc autem in praeclara Palaestina. (Quis enim eam non praeclaram dixerit, quae abs te claritatem adipiscitur?) Illis tamen non minorem aestimationem tibi contulere sermones ab *Eutropio* facti. Hi enim tui sunt, quoniam disseminasti, ut videantur non solum formâ affinitatem ostendere aut dicendi figuram. Hi etenim & robur & cursum quendam prae se ferunt: & hoc vestrum est. Quemadmodum vero bonus est orator: ita & vir bonus est. Quamobrem quum eum non fugeret cupere te, ut omnes honoribus prosequeretur, non aliter quam te ipsum, talem se mihi praebuit, qualem esse dicebat, tum nepotem, tum discipulum. Ea gratia virum in numerum veterum familiarium inscripsi, & multis veteribus praeposui, quod multi ei in me amando concedunt. Unde parva etiam mea (nam omnia mea parva arbitror) quis enim se ipsum ignoret? quum vir sapiens clamet: *oportet se ipsum cognoscere*: non solum, inquam, parva mea, sed horum minima amat. Et nihil est quod ego quidem non dixerim: ille autem non audiverit. Neque vero quicquam sine laude audivit. Hic igitur bonus & praeclarus & justus esse volens, me laesit. Accusationem vero hanc considera. Laesit me *Eutropius*, quum orationem, quam *Acacius* scripserat, & ad me humaniter mecum agens miserat, Principi prius, quam mihi, dederat. Et hujus causam in seniorem refert: etenim contra me hujusmodi statuit: tu vero ne credas: nam neque ego credo. Etenim, etsi valde gravis est, ego tamen atque tu primi sumus. Ille vero prorsus novit quae *Homerus* senioribus dederit, reipsâ vero respondeat. Et *Achillem* imitetur, solus existens, ut ille, qui sanare vulnus possit.

CCL. HEORTIO (1).

Superfluum mihi fortasse laborem assumo, quum patrem ad filii curam suscipiendam adhortor,

EP. CCXLVII. (1) ed. *ut*.

EP. CCXLVIII. (1) Exstat inter Graecas n. 1190. Quae hinc usque ad ep. 323. sequuntur epistolae, pessime in editione Cracoviensi sunt habitae. In iis emendandis operam non perdam, cum inter Graecas legantur. (2) lege *Siciliam*.

EP. CCL. (1) ed. *Tarthio*, male. Exstat inter Graecas n. 1191.

hortor, quem is negligere nesciat. Verum, quum lachrymantem *Themistium* viderim, malui illud videre, quam haec negligere. Dicit igitur asperum nibil, secundum quod quaedam ejus te cepisset oblivio. Ego vero si pauper esses, dignum putarem, ut ab amieis aliquid cumulans filio opem ferres: quoniam vero inter primos divitum numeraris, hortatur te ut ex his, quae possides, aliquid expendas, ut, quod non possidea, preciosissimum assequaris. Et forsasse fames juveni valde utilis non est. Verum non de ventre nunc sermo fit. Sed ne libri juveni desint, quibus absentibus, similis erit sagittandi artem conanti sine arcu discere.

CCLI. BACCHIO (1).

Utrumque mihi persuadeo, &, ut ad te scribam, &, quod nugas nostras magni facis. Tu ergo habere mihi gratiam dicis, quod haec accipis: ego vero non tibi magnam gratiam habeo, quod haec prae te feras. Fortuna vero mihi tantum bonum suppeditavit, amicitiam tuam: alterum vero non dedit, ut viverem cum decuit charo capite autem deum alterum mihi non invidere.

CCLII. EIDEM.

Tu rerum mearum dominus & tarde reddere & possidere si velis, mea potes. Qnod autem tibi praesenti dixi: credo arbitrari te meis rebus pulchritudinem quandam inesse, vereor tamen, ne hoc mihi deteriorem existimationem afferat. Nihil etenim falsum ego dixi,simiæ vero summo cum ingenio & consuetudine res suas faciunt: non itaque eas accusaveris.

CCLIII. SPECTATO (1).

Cur ea, quibus me oblecto, tibi non significemus? maxime laetor quum res tuas intueri videor, & unamquamque elamoribus plausuque prosequor. Nunc *Spectatus* noster non longe abest à principe, nunc proximus est, nunc apud eum viam, quae ducit ad Persen, narrat, quos fluvios trajecit, quam terram transivit, gentes, dicrum itinera, orationes, quas Legatus habuerat. Hic vero hilari vultu, & voluptatem prae se ferente, oratorem laudat, & quaerens, quo honore eum afficiat, majorem non reperit, quam ut eum rursum mittat. *Spectatus* autem difficile quidem, sed tamen, Sophistae cujusdam familiaris meminit, cui praeclara quidem pollicetur, facit autem parva. Satis illi esse putat, ridere & caput osculo prosequi. Et jam dissoluta est excusatio. Hujusmodi sunt, quibus abunde laetor: haec accusaris non doleo, quod piper, quod maxime sperabam, non accipio: tamen admodum rideo, discipulum videns te Charetis militis, quantum ad promissa. Caeterum equus ille, quo Basilianum donasti, me Sycophantam maxime ostendit: etenim ex illis est quibus Boreas progenitor fuit. Borea enim indiget, &, nisi ventus admodum spiret, instar lapidis manet. Credo autem, eum, de Xantho quae feruntur, facturum, & ex plagarum multitudine humanam vocem emissurum. Hujusmodi nobis equorum virtutem invenisti.

CCLIV. EIDEM (1).

Meministine eorum sermonum, quibus te hortabar, ut *Honorato* servares ea, quae decerent? quid autem secutum est eorum, quae promisisti, sermo tibi est: prompte annuisti nobis *Cyrrbini* sacrum caput revereri: nos autem non aspernari. Opus autem eorum, quae audivi, nullum intueor: & te duplicis criminis accuso. Alterius, si te oblitum esse dicis: alterius vero, si memor es, ea quae oblivioni non mandaras, negligis. Illud vero non amantis, hoc vero contumeliosi est. Caeterum etsi non antea fuisti, nunc tamen te nobis ostendas talem, qualis aliis esse consuevisti: quum forte digni simus, ut in aliorum numero nos colloces. Beneficii etenim memorem me videbis, si volenti accipere prompto animo beneficium praestes, etiamsi accipere recuses. Illa itaque fient, magna quidem, ut nobis videtur: licet tu parva existimes. Neque enim ignoras, dixisse te nobis, quod exigua renunciabamus laboremque non habentia. Cura, ne haec appellatio me contumelia afficiat. Ajunt enim, te omnes istuc undique convocasse, qui sederunt, ubi *Honoratus*: & palam est, quod non venienti poena aliqua statueretur. Verumtamen quicunque, obedire potens, sedet, despiciatur, poenamque det: nos vero, quos currere quidem decuit, sedere compellimur: morbi etenim magnitudinem non ignoras. Tamen quo juvenis colluctatus vix nunc quo in spem securitatis veni, victus ei medicorum lege etiam descripsissem. Haec discat *Bassus*: haec ostende: nec serva gradum ex necessitate absenti.

CCLV. EIDEM (1).

Hae epistola laudes contineri oportebat eorum, quibus *Honoratum* prosecutus fuisti. Verum ea quoque te hortatur, & hoc quidem dicens: illud vero timeri potest, ne, litteris acceptis, in pristina sententia permaneas. Dic, age, cur non efficias quae promisisti? utrum mentiri pulchrum putas? Verum non est tuum laudare mendacium. An tibi facultas minor est, quam ut quaesitum beneficium praestare possis? at sane risisti, quum nihil studii praetermitteret *Cyrrhinus*, & prae te ferre visus es, quod in hujusmodi vel dormiens gratificari possis. Quoniam igitur scimus, velle te accipienti grato animo praestare beneficium, & recusantem cogere, hoc negligere non amantium esse constat.

EP. CCLI. (1) ed. *Barchio*, male. Lege hanc ep. inter Graecas n. 1193.

EP. CCLIII. (1) Est inter Graecas n. 355.

EP. CCLIV. (1) Exstat inter Graecas n. 361.

EP. CCLV. (1) Vide inter Graecas ep. 368.

EP. CCLVI.

ſtat. Caeterum quoniam hoc de matre dicis & de nobis quoque dicere licebit. Verum o faciens quidem, quaecunque vis, & eorum reſponſionem meditans, quae ſponte ſuperas, non ignorans juvenis & morem & virtutem, & verecundiâ affectus propter *Cyrrbini* preces, quas vir jacens effudit, quem etiam occurrentem Deus veoeraretur. Putans praeterea me quoque quendam diſcipuli patrem & hoc velle tuam matrem & patruum noſtrum: his addere liceret civitatem univerſam. Quum haec conſideratione complectaris, noli conſiderare, quid nobis dicas: ſed quid nobis faciens gratificeris.

CCLVI. BASSO (1).

Ego filium tuum, quum praeſens eſſet, & amore & beneficentia ſum proſecutus: abſenti utrumque praeſto: nam eum amare non deſino. Videris autem mihi, quum in dicendo eum valere comperias, te mihi obnoxium eredere, à quo id acceperit. Idque teſtantur viciſſitudines abs te erga nos profectae & libero viro magnae: appello autem viciſſitudines litteras. Porro licitum eſt tibi ipſi, munus dare mihi; quo tibi ſit facilius nihil, mihi vero nihil majus. Non te fugit *Cyrrbiuum*, quem dicendi facultas in Sophiſtarum locavit ſede, à fortuna in Principum ordinem evectum eſſe. Illum dico *Fhilippo* aſſidentem, qui Pamphyliam liberavit, qui Cyprum gubernavit. Huic filius eſt *Honeratus*, quem ſi meum credideris, non errabis. Hic juvenis in tuorum numero inſcriptus eſt, nunc vero in noſtro modulatur, & futurus eſt in illo melior, quandoquidem & acutiſſimus eſt, & in dicendo promptus. Juventus autem parentes non terreat: abeſt quidem non ſolus.

CCLVII. LETOIO (1).

Moeror multis ex locis offertur, veteribus malis non ceſſantibus, aliis vero influentibus; ſolatium vero nullum. Quamobrem etſi hoſtis nos reliquit, tamen deſiſtere à lacrymis non poſſum. Quidam enim ex amiciſſimis morbis nos majoribus oppugnant, quam ut ars medicorum eis remedio eſſe poſſit, &, niſi aliqua deorum providentia adſit, rurſus nobis erunt funera atque luctus. Non ignoras autem haec, quibus afficimur, futura quoque nobis diuturna, quod, o Dii omnes! minime fiat.

CCLVIII. ANATOLIO (1).

Legi amicis longam illam epiſtolam: tibi enim tanta auctoritate jubenti non potui non morem gerere. Ea vero legenda riſum excitavi, quantum voluiſti: multum etenim optaveras. Sed quum perlegiſſem, ex auditoribus me quidam interrogavit: amicusne tibi an potius eſſem inimicus? Et quum ſubjungerem, amare me admodum praeclarum Anatolium. Scias igitur, inquit, facere te quae ſunt inimici, quum epiſtolam oſtendas quam occultam eſſe decuit, & nomen litteris impoſuit. Visne ſcire quid? verum hoc ego non dicam. Quod audiens indolui. Relinquentes itaque illam perſcrutemur cauſas. Sed tu ferre aequo animo debebis, ſi ſycophantam oſtendero: ſicuti ego feram, ſi malus videbor. Dixiſti, *Spectatum*, opibus ſuis magnum exiſtentem, orationibus meis parvum factum eſſe: quum tamen ipſe ſcriptis à me laudibus jactetur. Quod quum ita ſit, ſi ego prudenter feci: mendax es. Si vero nullam habens dicendi peritiam dicere auſus ſum; prorſus ego vanus exiſtimari debeo. Porro haec animo tuo proponas: quo pacto conſtare tibi videaris, quippe qui non ceſſas magna parva facere: nunc ſubjungis vehementia verborum parva extollere. Te admonitum reddo, ut barbarorum conſilio repugnes, tibi ipſi nun repugnes: ſed invidens his, quos nos ornaverimus. Recte facis. Magnum etenim quiddam eſt ad virtutis exercitationem aemulatio. Quod autem accuſas, quoſdam à me ſermonibus ornatos fuiſſe, ut eloquentiae laudem mihi compararem, diverſum eſt. Verum indignam rem facis, & quum mihi objicis multorum laudes, ego tibi omnium vituperationem objicio: ſed in utroque exuperantia eſt. Habet autem meum inſtitutum humanitatem quandam: quanquam nemo potius eſt, in quo laudando (ut in fabula eſt) alienas pennas cornici adjecero. Sed audi, qua lege in laudando utar. Si quis ſit pecunioſus, voluptatibus autem maxime indulgeat, illud quidem laudem aſſequitur: hoc ſilentio involvitur. Etenim ſi regionem laudare inſtituam, ita facio, ut Cytheram laudibus proſequi me oporteat. Cythera autem inſula Peloponeſo adjacet. In conficienda ergo oratione dicerem, eam inſulam fertilem eſſe, & multum vini producere, & bonos portus habere, & comatas ſylvas: tritici autem abundantem eſſe, non laudarem; mentirer enim. Neque vero, ſi quis Atticam laudat, haec eadem dicturus ſit. Nihil autem prohibet, à quibus laudare fas eſt. Admiror Achillem, quoniam Trojanos expugnavit. Palamedis autem ſapientiam admiror. Si quis, quoniam in utroque haec duo non ſunt, alterum putat vituperatione dignum, errat. Age vero, ſi tibi orationem facerem, quod precibus hoc mihi perſuaſiſſes, putasne componentem laudes, undique materiam comparare? Tu quidem fortaſſe putas: res autem ipſa aliter ſe habet. Laudarem ita diligentiam, vigilantiam, labores, rectam ſententiam, providentiam futuri, juſtum conſilium, mentis acumen, vim linguae, multaque alia; bonum autem & magnum minime dicerem: neque enim haec tibi ſunt. Quum autem de divitiis meminiſſem, dicerem te à furto plurimum abeſſe, precium te non habere virtutis, non aſſeverarem: habes enim Principis munera, & tempus principatus domos tibi civitates laedenti fecit, nemine accipiente tamen. Neque vero ignoras, ſatius fuiſſe à nullo accipere: quandoquidem longe ea, quam Princeps dat, exiſtimatio gloriae, quam paupertas affert, glorioſior eſt quam clarior. Sed & illud aſperum & minime manſuetum

EP. CCLVI. (1) Eſt inter epp. Graecas n. 369.

EP. CCLVII. (1) Exſtat inter Graecas n. 1120.

EP. CCLVIII. (1) Lege hanc inter Graecas n. 18.

tum in te notatur, malo afficere *Severum* quod dignitatem petit decens quidem Philosophiae operam impendere. Et si quis quum Philosophiam attigisset, appellatione Philosophiae caupo esset: juste odio haberetur. Si vero hoc se majus putet, queritur autem refugium aliquod: quomodo non philosophans peccat? Et tu quidem, si ita est, Principatui potius quam Philosophiae studens peccas. Quoniam vero vehementer visus es nos vituperare quod dignitatis meminerimus: scias te omnia ignorare. Sic autem habeto: mihi ex sermonibus comparatam existimationem satisfacere, quibus nunquam me ipsum vobis inferiorem existimavi, quorum claritas juramentum est assentatoribus. Victum autem ipsi iidem sermones suppeditant: & ex eis pauca quidem assequor, paucis indigens: Sed qui animus scribendi mihi fuit: admonet *Isocrates* ut amicos experiamur, quum nondum necessitas sit, ne calamitate affectus falli possit. Et oportere ait non indigentem petere. Hujusmodi feci ego, qui non indigens scripsi. Sed quid inde evenit? tu quidem non dedisti, ego vero risi, & nullo damno affectus deprehendi mores tuos. Caeterum in omnibus negligens es, in genus vero tuum tam promptus, quam qui maxime, & tuorum familiarium privatus nullus est. Deinde in aliis virtutem veneraris, &, si quis ejus expers imperet, magis exclamas. Genus autem tibi clarissimum adeo est, ut omnes familiares imperare doceat. Et abesse reprehensionem hac excusatione uteris, quum res amicorum negligis: & si quis illud accuset, hoc accusationem aufert. Videorne tibi sagittandi artem tenere? ac non solum scire pati, an potius, si me vulnerasti, vulneratus quoque es? si vero joco illa scripsisti: non haec serio nos scribimus. Justum vero est, si laetatus fuisti hac epistola, mittenti gratiam habere; si vero morsus fuisti, à mittente poenas accipere. Quiete enim vivere mihi solito modis omnibus *Januarius* infestus fuit, Vir omnibus ex causis urbi venerabilis, qui neminem laesit, nihilque non honestum fecit: custodire idoneus, quae sibi tradita fuere: gratiosus in eos, in quibus virtutis particulam intuetur, pauca loquens, in agendo habilis eorum, quae juste posset, plurimum contemneus majoribus conveniens, contentus praesentibus, bonitatem in re servans quae bona non sint. Unum timeo, ne hominem accuses, quoniam mihi omnia administravit.

CCLIX. EIDEM (1).

Quae audacia fuit non circa Istrum apud Scythas, neque in extremis Libyae, sed in Phoenicia, omnium mansuetissima regione, legibus existentibus, Principibus praesidentibus, vivente in armis Principe, ut violentia omnis absit. *Lucianus*, vir quidem parvi admodum status, pecunias à rusticis quibusdam exigens, perinde quasi Dionysius esset Siciliae Dominus, aut Gelon ille, magnis viribus praestans, Eustachii hujus, pauperis quidem, & cum paupere uxore viventis, nuptiis insidiatus est. Mulieris tamen temperantia eum consolata est, quam perdita patria (est autem Nidemus (2),) agat: mores autem mulieris ingenui erant. Caeterum is, *Helpidio* jubente, ivit, ducturus homines, ut rationem haberent. *Lucianus* autem mulierem conspicatus injustis oculis prope habitantem, comitari eam, & de amore meminisse non est ausus. Videbat enim se non persuasurum: filiam vero jussit versari cum muliere. Itaque inita est inter eas magna familiaritas: & persaepe hujus filia ad eam proficiscebatur, perspiciens, cujus causa haec agerentur: hoc enim à parente didicerat. Vocavit itaque hanc illa, nonnunquam dignum esse putans ut similia ab ea consequeretur: & quum ab opere destitisset, nihil mali suspicans hujus filiae morem gessit. Quum vero fores ingressa esset vel post retia, laudabilis ille eam in thalamo inclusit dicensque oportere fortunam venerari, si mulier, ex manibus suis victum quaeritans, cum eo consuetudinem habere possit, cui dandi sit facultas. Verum posteaquam jam modestia praeclare munitam reperit, neque promissis persuasit, neque minis terruit, manus violentiam intulit. Ea vero repulit, & mores majorem eam videri faciebant, quam natura pateretur. Ensem hic nudavit *Lucianus*. O Dii! illa vero hoc unum laudavit, si moreretur potius, quam turpe aliquid admitteret. Caeterum ubi is animadvertit, mortem quoque contemni, servos vocat & funes afferri jubet. Haec itaque vincta erat in lecto, & clamantis corpus contumelia affectum est. Sed quum hujusmodi egisset, quam laeserat, in puteum dejecit, ut in Leucris Lacones eas, quibus vim intulerant, dejecerunt. Scelestus quidem fuerat adulterio, sed quaerens, quod gesserat, occultum tenere, visus est leges vereri. Nunc autem timor nullus est ei, quod tu, quod *Helpidius*, quod omnes homines hujusmodi scelus intelligant. Emittit itaque mulierem, ridens: haec autem ad virum proficiscitur, è vestigio abiit, quidquid ei acciderit, dicens. Sed interfici eam oportuit: neque enim eam vivere pulchrum est, quae tantam acceperat injuriam. At is custodes adhibuit, qui observarent, ne se jugularet. Huc ergo veniens, quum intelligeret me Nicomediam, & existentem amasse, & jacentem lachrymis prosequi: tunc me & docturum & provocaturum per litteras *Modestum*, ut qui adulterium scripturus essem. Ego vero eum ad te mitto, arbitratus, magnum quidem esse laborem, parem vero sine laboribus diligentiam: verum, o modeste, & justissime, & qui mulierem domi habes ingenuosque domi filios nutris; ostende, esse, qui talia fieri prohibeat.

CCLX. MODESTO (1).

Audio timores istic esse maximos & potentes Persas factus esse, & esse in manibus transitum: tibi vero hoc majoris providentiae causa esto. Absit autem à providentia turbatio: in hoc enim providentia consistit, quemadmodum in perturbatione necesse est rationem coecam esse.

EP. CCLIX. (1) Vide inter Graecas ep. 551. (2) leg. *Nicomediensis*.

EP. CCLX. (1) Est inter Graecas ep. 47.

Bono vero animo esto. Primum quidem quod non primo huuc aditum tentavit, sed semper, ex quo tempore bellum gerit, & quum semper ei res male succedat, spem accusaverit. Deinde quod non multitudinem ubique victoria sequitur; sed plerumque magni exercitus à sola prudentia superantur. Nam si multitudo potcotior fuisset, hujus progenitor Graeciae imperaret. Nunc vero scias, quod etsi Graeciae subjugandae bellum paravit, tamen inde fugiens salutem optavit. Huic quoque milites consuleot, multo melius pugnare cum cervis esse. Etenim si Tigrim trajecerit, moenia quidem non viocet, regionem autem noo laedere, neque ex ea fructum capere aliquem poterit: igne enim consumpta est. Civitates autem, quae circa Euphratem sunt, capere quidem quaeret: sed voti compos esse non videbitur: munit etenim eas Principis fortuna. Haec ita sperare decet eventura. Negocia vero, quae *Hermogenis* litteris petuntur, non negligemus, sed nos potius mures vobis auxilio esse conamur, quam vos Leones oobis.

CCLXI. ANATOLIO (1).

Domno huic & pater bonus fnit & socer melior, uxorem enim duxit *Celsi* filiam, propter quem Italicae vocis expertes Syri non sunt. Verum ipse *Domnus* talis est, ut etiam nihil habens eorum, quae dixi, propter mores veneratione dignus esse debeat. Vivens enim in militia meliorem vitae existimationem sibi peperit temeritate peccare nesciens, injustum lucrum damnum existimans, beneficium prompte exhibens, accipere se putans quum dat, ridens potius quam tristitiam prae se ferens: sui accusandi causam nemini praebens, laudis autem multia immo quam plurimis. Quum igitur ministerium suum hic adimpleverit, legeque ei major militia debeatur, & ibi quam optima facere possit, in te uno spem fixit atque locavit. Duo enim haec à nobis decantantur, quae favere velis his, qui hinc proficiscuntur. Et quia par sit voluntati facultas: quae nunc audiens *Domnus* in rebus agendis alis ducit (2).

CCLXII. MODESTO (1).

Metuo me (2) Euripum existimes: ego enim hominem hunc neque accusare, neque non amare possem. Alterum ut negligens facio, alterum ut oepos, vel si potius velis, pater. Et pius quidem pater videns saltationem filii, ita enim dicit, bonum est. Quum enim non ignorem majorum nostrorum existimationem, quibus hic succedit, totis viribus familiae nostrae decus retinendum constitui: & in civitate quidem patrui filium illustrem fieri vellem. Nunc vero mihi facultas adest non exigua ejus demerendi. Tuum namque Principatum meam facultatem putans, non injuste fortasse facio. Par est autem te expectare occasiones admonitionesque, ut de eo bene merearis.

CCLXIII. ANDRONICO (1).

Hermias quae beneficia abs te accepit, non reticuit, verum etiam dixit. Et mihi quidem hoc honori fuit, optimae autem mulierum Bassianae laetitiae. Non igitur ab hac sententia desistas, sed insposterum promptiorem te illi exhibeas, & cursorum optimos imitare. Et in aliis ei praesto eris, quando abs te alia requisierit: quod quidem nunc accidit. Tyrius quidam *Heraclitus* circa nostra jam diu laborat: porro Tyrius hinc nullo detrimento afficitur: pecuniae etenim *Heraclito* non sunt: hunc jube in eo persistere, in quo nunc est aut plurimum damni fecerimus.

CCLXIV. ARISTAENETO (1).

Arbitratus velle te nihil rerum nostrarum ignorare, etsi nihil boni habeo, quod scribam, tamen quodcunque est, noo tacebo. Vulneravit me mors filii, cujus illi causa fuit quaedam apud nos pugna, ex illo autem vulnere multae fluxere lachrymae. His quippe honoribus eum prosequi licebat, tametsi eorum, quae praestare oculi poterant, in donorum partem acceperit: & nunc oculi nostri miseratione digni sont. Alius quidem meminisse restim paupertatis est, afferentis & alterius majoris procellae unde ea profecta esset. Mihi autem hujusmodi parva videntur, &, perditis pecuniis, non potest turbatio aliqua meotem opprimere. Sed accipe, quid mihi praecipue remedio fuerit. Novisti *Calliopium*, & illius tum mores tum sermones, quantaque eruditione sit. Is itaque lugens mecum agit. Abiit itaque & sepultus est filius, meus quoque existens semine quidem minime sed laboribus meis: eo vero mortuo concidit hic doctrina. Mihi vero hujusmodi luctus alius nequaquam mitior erat. Solatium vero (te enim hoc quoque discere oportet) à solo *Theophili* animo nobis, quibus plus temporis nobis impertit, quam caeteris omoibus. Novit autem hujusmodi medicamina, & ab ipso fluunt tum Philosophiae tum eloquentiae rivuli. In ipso enim utrumque. Magnus etenim est & in hoc & in illo, & propter nuptias se nobis obligatum existimat. Nos vero ei magis debemus hujusmodi suasu. Multi se ipsos curant, & libros potius quam aurum sequuntur. Is ad me proficiscitur quotidie, is cum animi mei molestia colluctatur, is mihi meotem servat gravibus affectam suspiriis, his mihi hanc opem affert, nunc persuadens mihi facere sermones, nuoc cogens, non sinens me linquere aciem, pro quibus eloquentium deorum benivolentiam habebit: tuam quoque habeat. Atqui jam diu hanc potius habet, & amans amatur: decet enim abs te aliquid adjici propter ea, quibus ab eo affectus sum. Quae à nobis proficiscuntur, sont & senectutis meae & cani capitis preces. Tibi vero

EP. CCLXI. (1) Vide inter Graecas ep. 366. (2) l. *dicet*.

EP. CCLXII. (1) *Euphemio* inscribitur inter Graecas ep. 533. (2) Ambros. *Ne me* rectius.

EP. CCLXIII. (1) ed. *Andro. Andronico* autem recte inscribitur in Graecis ep. 226.

EP. CCLXIV. (1) Vide Graecas n. 971.

EP. CCLXV.

vero fortuna, quod juste fit, plus aliquid dedit. Si igitur hic esses, mihi remedio esses, aliquid quotidie dicens. Nunc vero quum maxima te civitas possideat, me consulantem per epistolam lauda. Eum enim ad haec meliorem reddideris. Quod reliquum vero est, si eum laudaveris, vera dixeris, & justa feceris, homini respondens in tuis laudibus quam suavissime versanti.

CCLXV. TATIANO (1).

Habeo nuptiarum precium ipse, nuptiarum compositor, multo majus atque melius quam mihi debeatur. Pronubis quidem ibi & vestis datur & argentum & aurum, mihi litterae tuae. Etenim qui hoc habeat, omne aurum vilius putet. *Paeanius* non solum non id lucrum fecit, quod bonam puellam & ex familia uxorem duxit; verum etiam quia sententia tua judicatus est puella dignus: hoc etenim & honestiorem vitam omnino facit. Quippe quum *Lycurgus* atque *Socrates* Delphicis oraculis illustrati fuere, & hunc sententia tua illustrem reddit, qui quidem omnia perspicue conspicatur, quis bonus, quis non hujusmodi sit, aperte dijudicans, & quem adsciscere oporteat, & à quo abhorreat. Est autem neque his inferior nullus: neque illis felicior. In felicibus vero *Celsum* hunc pono, diu abs te bonum judicatum, &, qui opem nunc tuam assecutus est, quae eum quam celerrime reddat uxori.

CCLXVI. ALEXANDRO (1).

Fortasse nunc cum uxore atque familiaribus agros perambulas, & apud fontes prandes, supra quos pendent racemi: nostrique misereris, ut qui in magno tumultu milleque negociis versamur & voluptatis habemus nihil. Nobis tamen Alcinoi hortis aurea mala ferentibus, ad quos Herculem accessisse fama est. Canit enim aliquis in mundiciis diligentiam & laboris hic avidum. Alius autem etiam fluxam, alius meliorem esse mentem, quam ut ulla perturbatione commoveri possit. Allicis mansuetudine tua omnes tibi morem gerere. *Olympius* vero, colligens omnia, dicit ingenio tuo attributa esse, quae juste imperantem & esse & videri faciunt. Proinde hujusmodi in foro sermones invenies: parvos existimo thesauros quos homines assequuntur: parvum praeterea Midae aurum: parvum Cyri imperium. Quum enim vir amicus multa & gravia virtutis certamina mihi offert ad sublime felicitatis fastigium pervenisse mihi persuadeo, & patior, quae parentes pati solent: qui bonis filiorum existimationibus se ipsos deo aequales putant. Aequalis enim est nobis aetas & pueriles annos una transegimus. Nunquid ipse quoque in deliciis esse tibi videor, cum epularum copia offertur? Puto quidem hoc te credere. Sed si difficilis, *Andronicum* roga: hic autem utrumque testabitur, & quantum ipse laudes, & quantum nos laetati sumus.

CCLXVII. DEMETRIO (1).

Quae imperasti, laetum me reddidere, quod vero timuisti, ne impedimento esses, hoc ego laesus sum. Neque enim hoc esse visum est ejus, qui nosset, qualis ego erga tuam familiam sim. Caves ergo, ne me laederes: laesisti & antehac à me non accusatus: nunc excusatione uteris. Culpaque tibi accusatio sit: Ego te jubente aggredi paratus sum, etsi aqua circumfluat. Etenim si volare me volueris, pennas quidem non producam. Doleo tamen, quae jusseris, facere non posse, & praesens tempus incusabo, quoniam me non ostendit alterum Daedalum. Quod autem nunc tibi fieri oporteat, ipsius rei natura facillimum est: homo autem amicus est morae atque dilationis: verumtamen non est negligentia utendum.

CCLXVIII. ANDRONICO (1).

Si dicerem tibi quo esset genere Helaenius (2) obscura quibus moenibus, qualis ager, qualis erga te ipsum tibi ostenderem (3). Hunc enim non secus atque te novisti. Quapropter dic tu aliis de eo: eumque interroga de me atque Patruo. Abunde enim res meas novit atque illius felicitatem.

CCLXIX. HONORATO (1).

Ecce adest Principis Epistola, jubens, ne *Olympium* aliqua in re laedatis. Non tamen hoc fit, quod ipsum hoc facere non licet (2). Hoc quidem quaesivisti, ne quid foris injuste fieret. Verum amici hominis: nam & multi & potentes sunt, neminem sine litteris commendatitiis venire sinunt & me hoc non praeterire satius dixerunt & quales meae litterae futurum esse praesagivere mittique jusserunt, ut eis non potuerim non morem gerere. Verum si quid ex animi sententia nobis inde contingere potest, non ignoramus omnis rei auctorem, quodque in te situm est, ut habere hujusmodi quae volumus assequamur.

CCLXX. PRISCIANO (1).

Epistolam ferentis filius nostra praeceptione utitur, & est hic mihi tantae curae, quantae esse discipulus debet: ille autem quanta discipuli patrem deceat. Et huic quidem quos habeo sermones

EP. CCLXV. (1) Exstat inter Graecas ep. 441. ed. male: *Deciano*.

EP. CCLXVI. (1) Vide Graecas epp. n. 1126. & emenda inde hanc misere deturpatam.

EP. CCLXVII. (1) Vide Graecas ep. 109.

EP. CCLXVIII. (1) Est inter Graecas n. 467. (2) Ambros. *Heleloyus*: leg. *Letoius* (3) In his nihil sani. Vide Graec.

EP. CCLXIX. (1) Vide Graecas n. 268. unde haec emendanda. (2) Ambros. *facere nolis*.

EP. CCLXX. (1) Vide inter Graecas ep. 269. Exstat etiam supra lib. I. ep. 86. abi inscribitur *Clearcho*.

fermones impertio. Ille vero tuam humanitatem. Atqui eft etiam ei frater, quem nnndum vidi; fed tameo quia hujus frater eft, ei bene effe velim.

CCLXXI. MAXIMO (1).

Letoium Juvenem ex Armenia mater ducens mihi tradidit unicum fibi exiftentem. Hoc itaque laetatus fum, dicendi leges accipere idoneo. Eft enim accutus pullus. Matrem vero fum admiratus, partim quod ad alteras nuptias animum non deflexerit, quum unius duntaxat mater effet, partim, quod tantum iter confecerit putans melius omnia filio eventura, fi ipfa praefens Principatus negocia curaffet. Ut ergo is Graecis litteris proficiat, & de eo nobis curae fit: ejus domus faluti & mater & *Eufebius* virtute praeftans confulet; qui quum res Divinas euret, hujus quoque euram fufcepit, putans viro jufto convenire, ut Orphano opem ferat oeque finat ejus bona diripi. Bona ergo ei fententia eft, quam ad opus transferet, fi tuo favore uti potuerit, futurum autem ut poffit, non ignoro, quippe qui res noftras augeri cupias.

CCLXXII. BELAEO (1).

Cum *Orione* mihi neceffitudo interceffit, quum felix effet: nunc quum fortuna ei adverfa fit, permaneo in fenteotia. Vereor enim, ne proverbium fequi videar, fugiens adverfa fortuna laborantem amicum. Sed haec tertio clamoribus tecum ago: primo litteris, coram deinde: nunc vero ut prius. Etenim fi à nobis diftractus eft rerum divinarum opinione, fe ipfum laedit. Si vero deceptus eft à familiaribus, modo jufte oppugnatur. Sed fane dignum judica, vel eos, qui nunc eum nppugnant, eorum meminiffe, quibus humaniter ab eo affecti fuerunt & potius referre gratiam, quam fepelire hominem, de fe bene meritum, nondum vita functum. Tui affinitatem diu oppugnantes, quum res illius fcelerum praedam fecerint, ad extremum in enrpus impetum faciunt perinde quafi ea re Diis gratificantes, tametfi longe abfunt à vero eultu Deorum. Caeterum non eft admirandum, multos fioe ratione ferri, voluptatique potius indulgere, quàm bona agere. Te vero, à docentis fede ad decreta venientem, hujusmodi homines retinere decet, & aut perfuafione aut opere prohibere. Etenim fi facrorum pecunias *Orion* habet, retriboereque poteft, percutiatur, vulneretur. Marfyae fupplicium det, fi, pecuniae amore victus, non reddit, reddendi facultatem habens, omniaque fuftinet ut aurum poffideat: quum fi poftquam reddiderit, libertatem Hyri fciant: fi autem Hyrus eft, & efuriens perfaepe cubitum ivit, nefcio, quid lueri faciamus ex ejus fupplicio, ex quo ab adverfariis noftris laudem affequatur. Si vero mori prae timore ei contingat; confidera qunrfum res evadat. Et vide ne plures *Marcos* oftendas. *Marcus* ille pendens & flagris caefus, barbaque evulfa viriliter omnia fereos, honoribus nunc deis par eft. Et fi alicubi oppugnare videtur, & haec princeps videat, juvenis caufa dolet: virum autem nnn interficit, puta legem *Marci* falutem, & *Orionem* falvum reddens emit te non admirantem. Dicit enim, fe nnn rapuiffe, jaceat autem qui rapuit, porro quidem facias. Si omnia expenderit, aurumne te in ejus pelle inventurum fperas, ne per Jovem & fodalis & Judex & ne ftultum aliquid facias. Verum fi oportet ipfum luere poenas, fine ullo vulnere luftret mundum, nullam occafionem ad confequendam glnriam habens.

CCLXXIII. POLEMIO (1).

Ego qui tecum multum rifi, etenim hoc in ftudiis faciebamus, nunc in luctu fedeo: & npus mihi eft lachrymas emittere usque adeo ut ex aliis (2) alterum amififfe videar. Sed neque lingua neque mens officium fuum facit, neque in dicendo voluptatem aliquam affequor, quum tamen manus ociofa non fit. Et amici quidem ajunt non effe haec deteriora his, quae hane calamitatem praeceffere. Perfuadere autem mihi nnn poffum & haec mihi ab his fieri quos nulla re laeferim: & qui felices quum fint, me infelicem reddiderunt. Porro haec dicens oon de omnibus dico: oeque enim omnium eft hoc opus, fed paucorum quorundam, nefcio eujus caufa enntemnentium. Caeterum illi quidem etiam bene habeant: mihi autem neque fermo meus mederi poteft, neque onbilis *Prifcionis*, in quo multum roboris eft: fateri enim placet. Verum laudatores uterque habuit, tamen qui aegrotabat adhuc aegrntat. Ego autem non fecus *Prifcioni* me debere agnnfcn, atque fi me liberaffet, nam eum ex ejus laudibus, ftudio voluntateqoe erga me judico. Tibi quoque deben, quum propter alia multa, tum quia vulnus meum moerore dignum judicafti: & ex moerore ad lachrymas proficifci, propter quae utinam clementiore fortuna ntaris, neque confolationibus indigeas.

CCLXXIV. LEONTIO (1).

Vere genos tibi aoreum eft, qui aereos amicorum fermnnes in tuis litteris auro decoras, fimile quiddam faciens ei, quod aurifex apud Hnmerum circa bovem fecit. Non enim aurea illi cornua erant, fed aurn illita, Lac reis artificio anrea fpectantibus videbantur. Tu quoque aurum circnmfundis rebus noftris, quae ab auro plurimum abfunt. Veneri fimiles fermones faciens, quos ego Therfiti: & oegocium periculo plenum propter amicitiam fuftines, quemadmodum Thefeus. Non dubium vero eft,

EP. CCLXXI. (1) Vid. Graecas n. 288.

EP. CCLXXII. (1) Huic recte infcribitur inter Graecas n. 731. Ed. male *Belleo*; Ambrol. *Zelleo*. Verfio ipfa mifere adflicta eft.

EP. CCLXXIII. (1) Vide Graecas n. 959. (2) leg. *oculis*.

EP. CCLXXIV. (1) Habes hanc inter Graecas n. 102.

est, quin fallas credentes eis, quae mihi attribuis, cum res meas probe teneam. Quae vero videantur *Soloni* de falleotibus, non ignoras. Quod autem abs te assequor laudibus meis praeferendum censeo. Eteoim quanquam dulcius: illud tamen melius est. Aut igitur omnino desine majora dicere, aut, si amor cogit te veritatem superare, & non potes oon dicere, indulge voluptati tuae quum oobiscum loqneris, oos eoim oon falles: quando vero apud alios loqueris, serva modum; & ita gratificaberis tibi ipsi; & contra legem non feceris.

CCLXXV. D I A N I O (1).

Etiam antequam veniret, qui ferebat epistolam, huc delatus est tumor de honore, quem apud virum semper assequeris & honore & omoi laude dignum: verum ex ipso tabellario & hujusmodi & longe meliora his, quae aliunde accepta audire licuit. Adverti sane, mansuetis atque optimis viris, qualis ipse es, favere deos: & quum ad infimum statum devenire videantur, eos facile salvos reddere. Porro à Lesbio Citharaedo res tua oon admodum differt, qui in mare decidens suavius ferebatur his, quos vehebant navigia: & quum vicem tuam doleremus, invicemque lamentaremur. In quam procellam cecidisti terrae motum illum & quae ex terrae motu profecta sunt, deorum aliquis refugium dedit. Virum amicum, & in quo consilii magnitudo est, & facultas efficiendi, quae praeviderit. Te vero admoneo, ut praesentem fortunam retineas, Lembumque tuam illi Alexandri adjungas, quem jam intueri videor in majore magistratu & terris rursum constitutum. Puto vero. neque sane ex laboribus, quibus pro civitatum commodis afficitur, ad quietem traductum iri. Novit enim virum Prioceps, & eo uti oon desioet. Hunc igitur sequere, sociumque accipe: magis opus omni magistratu videatur, magis etiam ad magistratus ita accedes: facileque & bene illo laudante & te imitatorem suum constituente.

CCLXXVI. B E L A E O (1).

Vetus est mihi amicitia cum *Orione*, simul matris ob causam: simul quia bonus videtur, eos, qui potentia abutuntur, accusans potius, quam imitans. Accepi autem ex his qui Bostiam (2) incolunt, eum sacra insecutum non fuisse, multorumque calamitatibus succurrisse, seque in principatu humanissime gessisse. Hunc modo turbatum vidi atque moestum & lachrymas, priusquam loqueretur, effundentem: Ego vero vix effugi eorum manus, de quibus bene meritus sui, quum nulla in re, quum liceret, quempiam laeserim: paulumque absuit, quin dilaniarer. Et adjecit fratris fugam & universi generis errorem, & terram seminis impatientem, & laborem rapacem: quorum nihil novit velle principem. Verum, si quis sacras habet pecunias, ab eo, inquit, exigantur: si minus, non vituperetur, neque si mali aliquid fiat. Verum ut arbitror nihil habentes accusare, est ex regione ejicere. Caeterum ut eos, qui habuere, accusare liceret, potius fugientes vocarem, quam migrandi causam suppeditarem. Atque haud obscurum est, illos aliena appetere, quum simulant decori tueri per es (3). Priocipem vero booum, atque te, alios quidem praeconio adducere, alios vero admooere, ne scelerum praedam faciant, quos volunt. Sed reddaot, quae contra leges teoent, atque imposterum legibus utantur. Si haec optime illis promittas, hos autem reddere coges, & illis res ipsorum restitues, & hos meliores reddideris. Puelacho (4) enim discedente Orion proficiscitur: proficiscitur autem, quod disseminatum est. Cura igitur ut videamur infelicem amicum non neglexisse: tu vero amici precibus morem gessisse videaris.

CCLXXVII. D O M N O (1).

Ecce viris quoque persuasisti, ut, quae juvenum sunt, agant. *Aprincius* enim, familiaris meus, quum diu circa tribunal cursitaverit, disceodarum legum gratia proficiscitur, quandoquidem leges absens assequi posse videtur. Aliter enim hujusmodi negotiationem beoe ei eventuram oon arbitror. Habebit autem adversus curiosos rerum aestimatores *Socratem* socium, qui in senectute musicam didicit: Tu vero ne differas erudire juvenem, ut eo, quod abs te didicerit, diutius frui possit. Praeterea aliquid de mercede dicendum putaram: quod vir & justus & pauper est, nisi pro legibus hanc tibi legem jam pridem esse novissem.

CCLXXVIII. A N D R O N I C O (1).

Consilio tibi opus est contra patrui insidias: patruus & in epistolis appelletur, ut, quis ipse sit, quaeque ejus opera, pateat: tenere(2) tempus illius potentiae oportet, neque enim ea juste utitur, sed in te atque in me. Fugiendum itaque nobis est Romam, si vendendae(3) Romae tibi animus est. Si Graeciam praeoptas, in Graeciam fugiamus. Neque fugam tibi turpem ducas: dedecus enim in eum, qui timetur, refertur. Ego sane ejici patiar. Sed si tempus advenerit, pro utroque illum ulciscar: quo autem ultionis genere oon ignoras. Quanquam, si recte judicare velis, nunc etiam poenas luit: ut taceam odium, quo boni eum prosequuntur, in eis versatur, ut *Demosthenes* diceret, ut, quae aliquis in eum à diis precatus est, sponte faciat. Inimicus quidem est fratris filio & ejusdem praeceptori; amicus autem Pausaniae paediconi: & quum sapientia Alcibiadem

EP. CCLXXV. (1) Ed. *Dyalcio.* Ambros. *Diano.* *Dianio* inscribitur in Graecis n. 284.

EP. CCLXXVI. (1) Ed. *Beleto*, male. Vide inter Graecas ep. 673. (2) leg. *Bostrani* (3) leg. *Deos tueri per se.* (4) leg. *Eucladio.*

EP. CCLXXVII. (1) *Domno* ed. *Domnino* inscribitur in Graecis n. 1124.

EP. CCLXXVIII. (1) Vide epp. Graecas n. 420. (2) leg. *timere.* (3) leg. *videndae.*

EP. CCLXXIX

Alcibiadem ſuperet, operibus Siconem imitatur. Hunc vero eſſe rei ſedem Ariſtophanem quaere: quae autem decreveris ſcribe. Et ſi quid ſpei offeratur, nihil mali fore, mane: hoc etenim illo melius eſt.

CCLXXIX. URBANO (1).

Aenigma hominibus videtur, te nihil fugere rerum noſtrarum: litteras autem, adeo facilem rem, operibus non adjungere. Ego vero eis, quos fallere decet, me litteras quoque accipere dico. A quibus autem ſimulans deprehendere, dico oportere me ſcribere, te vero agere. Atqui nihil validum dicere videor. Hujusmodi autem jacturam modeſte non ferens ex quo *Clematium* proficiſci laetatus ſum. Epiſtolam vero accipere non potuerim. Neque vero facile dixerim, quam mihi moleſtum fuerit. Simul enim ac homo ille te conſpicatus eſt, hoc mihi ſe facturum dixit. Caeterum eſt mentitus. Porro ſi hoc oblivione praetermiſit, ſpes adeſt; Si vero nihil omittens: verum moleſti nihil dicam, *Letoius* ex eis eſt, qui hujusmodi de te ſentiunt. Etenim bene tibi eſſe cupit, & quicunque te laudat, huic eſt amicus: hic tibi: huic autem civitas quam nulla jactura affecit, ſed perſaepe propria ſubſtantia laetam reddidit. Quum igitur omnia nobiscum haec eſſe intelligas laetum remitte.

CCLXXX. JULIANO (1).

Niſi tu quoque videres, ex quo tempore & quam diu conciliata mihi *Macedonii* amicitia, auctaque fuerit: hoc primum te edocerem. Scire vero unde haec profecta ſit, non videbor admiratione dignus putans dicere ut per litteras favorem abs te implorem: quum pro amicis pericula non fugiam. Perſuaſit autem mihi beneficium petere, non quod facile omnia facias, ſed quia, quae petit, bona juſtaque ſunt. Te vero intelligit hujusmodi praeſtare beneficia: quandoquidem quicunque nihil ex his amicis exhibet, quae accuſatio attingere poſſit. A Jovis filia opem impetrat: & ea favente beneficia in Veſtibulis habet. Caeterum palam eſt omnibus te non convenientia potentibus gratificari. Conſidera autem ex his in quibus verſamur, ſi poteſt non eſſe miſer. Uxorem habet *Macedonius*, cui filius erat ex primo Viro, qui deceſſit: volumus itaque omni laudis ratione habita potius quam conſiderata lege huic haereditatem linquere. Tum ergo certamen fuerit perſuadere homini plus lucri eſſe in non accipiendis quam accipiendis hujusmodi. Facile autem ei perſuaſeris tum eloquentiae tuae viribus, tum principatus auctoritate. Audio vero ſenem gloria laetari & conſiderare, non quae poſſidebit, ſed quae audiet. Non ſis ergo negligens, ſed dato operam ut res humanius tractetur, quam leges jubeant. Neque putes, quomodo nobis reſpondeas, niſi hoc in animum inducas te mihi perſuaſurum, quod non poſſis voluntati meae morem gerere. Tibi hoc facienti nulla erit verecundia: quippe quum filio pecunias, parenti vero illius gloriam tua opera ſuppedites. Oratio etenim tua, cui audiendae omni nixu vacabit, eum detinebit.

CCLXXXI. TACIANO (1).

Laetare quod noſtris literis, velle reſcribere te oſtendis: tuarum ergo deſiderio litterarum ſcribere non deſino. Negociatio enim bona eſt, aurea pro aeneis accipere. Paulo ante oravi, ut ita ex humanitate gloriam aſſequaris: & ita ego te praeclare novi, ut eis meliora promiſerim: & nunc arbitror eorum, quae divinavi, factum aliquid eſſe. Praeſtantis autem ſtudii mei cauſa eſt, quod cupio *Alexandrum* hunc abs te cognoſci. Hoc vero eſt *Alexandro* hunc Magiſtratum melioris fortunae fieri. Quicunque enim ſub alis tuis fuere, his vita ſecundiore fortuna conceſſa eſt: Etenim in muſarum hortis enutritus eſt: & artem in tribunali prae ſe tulit. Et gravis quidem eſt inimicis, & utilis amicis: & acceptum beneficium extollere novit. Vigilantis conſilii eſt: & corpus ejus operibus ſufficit. Hunc unum peto ex tuis fieri & impetrare facultatem tui adeundi audiendique dulciſſima & utiliſſima illa, quae loqueris. Etenim ſi paulum aliud addatur hujusmodi honores aſſequi, ei qui amens non ſit, Craeſi talentis majus ſit.

CCLXXXII. SELEUCO (1).

Decuit, ut is, qui ad te ſcripſit de flagello & verberibus, verberum quoque ſubjeciſſet cauſam. Quod ſi factum eſſet, non adeo doleres. Magno enim dolore affici mihi videris, non quia vapulaverit filius tuus, ſed quum non multum peccaverit, non fuiſſe verberandus tibi videbatur. Verum accipe quid ego de his ſentiam. Si juvenum aliquis eorum, quae ne dicere quidem bonum eſt, aliquid admittit; ejicio, & non ſino multitudinem morbo infici. Verbere autem caſtigamus, qui eloquendi praecepta negligunt. Illorum ſane vulnera metuo atque ejicio: hos autem flagello expergefacio. Hoc uſi ſumus in filium tuum peccantem. Librum enim abjiciens, pedum celeritatem oſtendit & pennas in pedibus dedit, ut alterum linguae curſum curaret. Non ergo alteram poenam adjungas, furorem tuum, neque filium malum putes, fratrem aſpicientem, & tuorum amantem & qui fortaſſe eadem poterit.

CCLXXXIII. CLEMATIO (1).

Optimum eſt bona uxore frui, non eſt autem deterius

EP. CCLXXIX. (1) *Barbationi* inſcribitur in Graecis, inter quas extat n. 470.

EP. CCLXXX. (1) Inter Graecas n. 586.

EP. CCLXXXI. (1) Huic inſcribitur in Graecis n. 1041. Ed. *Patiano*. Ambroſ. *Datiano*.

EP. CCLXXXII. (1) *Acacio* rectius inſcribitur n. 1119.

EP. CCLXXXIII. (1) Vide inter Graecas ep. 328.

deterius habere formosam: hujus etenim sapientiores rationem habent, tuae vero mores ex te audiens laetatus sum. Formam autem videns: & parentibus ipsis & tibi sum gratulatus. Illis, quod talem produxerunt, tibi quod habeas talem: qualis in Delo olim, & similis aureae Veneri est: & omnia habet, quibus mulieres *Homerus* exornat. Memoria vero tenens, quod superiore anno dolebas, tibi deesse uxorem, ex his, ex quibus te tunc non laudavi, modo dignis laudibus efferre oon possum, adeo magnum optasti. Considera ergo, te cito patrem fore, ut, quia me honoribus prosecutus fuisti, quia mulierem ostenderim, possim tibi respondere, laboribus tuis, qui circa filios locantur. Socrus vero tantae venerationi tibi sit, quantae est mater: bonus enim est ei animus, teque filiom potius quam generum putat: & caeteris omissis itineris magnitudo, quod confecit, eam venerationе dignam reddit: & quod maximum est, Virum, se indigeotem, & domum relinqueos ad te filiam deducens venit, gaudens his, quibus afficeris, laudibus, & hujusmodi audire pluris faciens quam multa possidere.

CCLXXXIV. CELSO (1).

Nune te habere videor, quum audiverim te cito adveoturum: Principique gratulor tua ista celeritate, tibique pennas, quibus usus fuisti. Alterum enim in itineribus, alterum in promotionibus fuit. Putans vero te cum aliis visurum me, litteris honorare me prae caeteris voluisti. Et fortasse nihil vanum est: semper enim honoris aliquid abs te invenitur & te quidem virtus clarum reddit: tu me.

CCLXXXV. DACIANO (1).

Si me exclamare vis & chorum ducere, & facere sermones & amicos nostra causa non dolere, neque laetari inimicos & morbos meos sanari & progredi ut olim; serva mihi in erudiendis juvenibus *Eusebium* qui plerumque, me cum silentio sedente, fluens atque dicens discipulos nostros meliores remisit. Praeterea morbo oppressus non videbatur aegrotare praeceptore utentibus. Erat autem is Praeceptor. Quae vero jactura illis est propter senium eo praesente oon erat: omoia etenim juvenis seniorem allevant. Non ergo me hoc auxilio prives, vel ocio mutum me jacere sudies. Haec ego peto Thetim tunc imitatus, quae Jovi enarravit, quaecunque ei praestitisset. Tibi quidem à nobis nihil exhibitum est, neque magnum neque parvum. Tu vero omni tempore oobis in rebus omnibus multa contulisti: Qnumque antea de nobis persaepe bene meritus fueris, ounc quoque bene merearis, necesse.

CCLXXXVI. JULIANO (1).

Bonae à bono litterae sero proficiscuntur: fortunam vero, quam decidisse mihi dicis, propter quam non sunt amplius mihi ministri, vix intelligere potui quandoquidem Principis mortem mihi narras. Ego vero illum amabam, non minus quam matrem meam: magisque amabar omnibus, qui amari videntur. Non tamen eum adiens extuli, neque depressi quicquam ultra quam fas esset. Neque dici potest me ex opera regum drachma ditiorem evasisse: immo quae meorum progenitorum fuere vel alio cogente accepi. Nam quod *Aristophani* datum est exiguum, illud cujusdam sermonis opus fuit: noo preces meae. Tali ego privatus amico infelix videor, fateor id quidem. Verum assentatores non perdidi, quos ante non habui. Qui vero amici mihi fuerant, nunc etiam sunt, mores meos nunc dulcius commendantes: quandoquidem noo est eis oblata occasio; ut me convitiis insectarentur. Tu omnia & nunc scribens mihi gratificaris: & tunc me honorans visus es verum amicum hooorare, non assentiri fortunae.

CCLXXXVII. HYPATIO (1).

Non scribere venia dignum non est: oisi hoc fecisses, honeste veniam petiisses. Non enim ut taceas, circa eloquentiam laborasti, neque ego circa te; verum spes adipiscendae in dicendo facultatis persuasit, ut illa sustineremus. In aliis itaque tuo instituto utere: & quidem scribens, bonum te ipsum facis; & praeterea feceris meliorem; nisi hoc facere desistas. Visus etenim mihi es confirmare sermonem, quem mihi saepe retulisti: quod mihi es filius, nedum discipulus. *Soloni* sane audiens es, & patrem nutrias, quum discendi fioem feceris. Caeterum id quoque mihi largius curae apud vos non moraturus vel permansurus, verum affini aliquantulum gratificaturus, simul directurus, si quid ex rebus nostris principatu eguerit. Caeterum *Bachium* amicum putans, non male sentis. Veni itaque amici hujus gratia, atque alterius: neque enim *Diophanem* velim in amore esse te meliorem. Si enim patris maous effugiens ex Cilicia venit te quaerens: tu liber existens ex Berrhoia non moveberis?

CCLXXXVIII. ACACIO (1).

Tu quidem ut ad te scribam oras, ego vero epistolae loco te ipsum venire velim. Porro petenti mihi magna pro parvis mihi dare facillime potes. Neque admireris si senex seniorem amo: hujus autem pulchritudo augetur quando corpus defloruerit. Sane forma, quae tibi apprime molesta est, abiit: & racemi nunc vina sunt:

EP. CCLXXXIV. (1) *Firmino* inscribitur in Graecis n. 326.

EP. CCLXXXV. (1) Vid. inter Graecas ep. 827.

EP. CCLXXXVI. (1) *Damiani* inscribitur inter Graecas n. 1039.

EP. CCLXXXVII. (1) Legitur inter Graecas n. 137.

EP. CCLXXXVIII. (1) Vide epistolas Graecas n. 1133.

EP. CCLXXXIX.

funt: & Dionyfius ubi jus agrorum canit. Quemadmodum itaque vindemia respiravi: te idem facere decens est. Quid moraris? Legionemne exspectas? utrum nos? etiam si hoc opus est, facimus.

CCLXXXIX. FELICI (1).

Bales se injuria abs te affectum dicit: & jusjurandum addidit. Misertus ego & illius sum, qui injuriam acceperat, & tui, qui affeceras. Plato vero sensisset tua potius quam illius causa dolendum esse. Accusatione itaque hominem liberavimus. Verum in te situm est, ut imposterum ab eo lauderis.

CCXC. DACIANO (1).

Bonus existens orator *Theognetus* hic, quum multorum & vitam & fortunas servaverit, lege temporis tacere coactus calamitatem potat, non facere quae sua sunt. Confugit igitur ad prudentiam tuam putans abs te sibi bene consultum iri, si, quae tibi videantur, sequatur. Quod & facientes Principes scriptos laudarunt: quemadmodum Lapithae Nestoris consilia accipientes. Retulit autem mihi saepe *Theognetus* domum suam haud parva abs te accepisse beneficia: & nunc, si simile aliquid aut majus fuit, aut non minus quam pro illis debeo. Res autem meas tibi curae esse multis & veteribus & novis argumentis comprobare possem.

CCXCI. HYGIENO (1).

Non est inconveniens medicum de vigilia disputare, ostendentem, quid inde mali eveniat: & eam sistere laborantem. Non igitur ignores *Cleobulum* nostrum & vigilia graviter offendi: cujus causa non febris est, non capitis vertigo, non vulnera, metum habentia: sed mordet amicum senectus (2) ex lecto: & haec facit tam longe absens. Est autem vanus hic pulvis. Caeterum apud te vigiliae huic remedium est: nam nobilis *Themistii* opera severa (3) à mordendo arcere potest.

CCXCII. PRISCIANO (1).

Non fefellit *Priscianus* jusjurandum, sed cum litteris ad te proficiscitur, quod sese facturum juravit. Quum vero felicem nobis civitatem appelles, quam habitare veritus es, sponte jocaris. Nam si vere hujusmodi eam esse putes, quid causae est cur nolis, quum possis, hujusce felicitatis particeps fieri? Nostra vero pericula aut ignoras, aut sciens, adversis rebus beatos nos esse putas: amas amicorum pericula. Caeterum dum negocia tua dicens recte sentis: neque vero ego ipse ex illis sum, qui, dum negocia aliena arbitrantur, sua negligunt. Diligentiam vero nostram in his litteris videbis, quas, ut seni suffragemur, mittimus.

CCXCIII. ANDRONICO (1).

Non eram nescius *Palladium* abs te humanissime visum iri, etiam me nihil scribente. Leges enim, quibus imperes, & sermones, in quibus vivis, apud eum quaerens invenies. Verum haec apud alios est reperire: morum autem gratia & consuetudinis quaedam facilitas, quae omnes attrahit, quibuscum versatur, & facultas introducendae laetitiae, ubi non sit, & ejus, quae sit, confirmandae atque augendae reperiri in alio fortasse non posset. Prorsus vero non in multis. Propter haec quidem fugientem sequeris: nedum recusabis venientem. Quanquam vero non fuit litteris opus ad amicitiam conciliandam; tamen scriptis utere & utens virum laudabis. Fiamusque negocii participes, oe mihi debeas, quum eum laude prosequeris.

CCXCIV. GENESIO (1).

Quo fieri modo potuit ne suaviter juvenem (2) viderem, bonae matris filium, & ejus viri nepotem, qui & civitates salvas reddit, & nobis bene optat, & qui fugam bonam à vobis fecit, quam laudare solam necesse est. Nam quis non laudet eum, qui patriam, ut eloquentiam assequeretur, deseruit? & bonum, quo in patria fruebatur, quum fuga ipsa sermonum gratiam agere poterit. Porro quemadmodum prudentiam nostram laudas; quam huc veniens expertus es, ita mulieri suadeas, ne desse ei aliquid sinat. Non enim diem eum amaritudinem mihi dicere poterit, si, quantum in nobis fuerit, aliquid ei defuerit.

CCXCV. MARCELLINO (1).

Et tibi & Romae gratulor, quod Romae sis: habes enim, cui in ea nihil simile est. Illa vero civem progenitoribus suis, qui felices fuere, minime inferiorem. Magnum sane fuit, quod cum silentio in ea te continueris, sermonesque, qui ab illa dicerentur, acceperis. Multos autem Roma oratores nutrit, venalia sequentes. Nunc vero quoniam contigit audire istinc venientes, de te mihi semper refertur, quod alia feceris, alia facturus sis. Et historia multas in partes divisa videtur. Is, qui laudatur, partem alteram exigere; audio vero ipsam Romam labori tuo coronam

EP. CCLXXXIX. (1) *Eudaemoni* in Graecis n. 167.

EP. CCXC. (1) Memini, & hanc extare inter Graecas, sed alii cuidam inscriptam.

EP. CCXCI. (1) Legitur inter Graecas n. 67. quam vide. (2) leg. *Severus.* (3) leg. *Severum.*

EP. CCXCII. (1) Vide inter Graecas ep. 14.

EP. CCXCIII. (1) Legitur inter Graecas, sed alterius nomini inscriptas.

EP. CCXCIV. (1) Vide inter Graecas ep. 23. (2) Ed. *viverem.*

EP. CCXCV. (1) Habes hanc rectiorem inter Graecas n. 983.

EP. CCXCVI.

coronam imponere, decretumque tibi decernent quod aliqua tenueris, aliqua vero non attigeris quantum haec non solum historicum exornant: sed nos quoque ex quibus est historicus. Non ergo desinas hujusmodi componere: teque in dicendo exerce: neque desinas, quod in admiratione sis, verum ipse & clarior fias: & hoc nobis impertias. Hujusmodi enim civem quisquis laudat, illius civitatem laudat. Tu quidem in similibus es, quum nos miseri lugeamus, &, nisi Deorum aliquis opem ferat, fieri non potest, ut haec feram. Qui enim solus nobis erat non malus, bona ex matre atque etiam libera, diem obiit, moeroreque humatus est. Moeroris autem causa contumelia fuit. Porro qui hujus fuerint authores, ab aliis disce. Nos vero etiam, dum patimur, timemus: & adhuc fervente malo ex mediis tum libris tum laboribus *Calliopius* nobis ereptus est. Ut vulneri vulnus accessit: adolescentulorum res deteriores evenerunt & auditus lacerabat, qui res eorum sibi partirentur. Mihi vero qui prius & ipsa quae post ipsum mihi evenere & ululatus, & lachrymas, & lachrymarum causa sunt: quarum plurimae fluunt io ea, quae scribimus.

CCXCVI. ONESIPHORO (1).

Tum, quum de te verba faceremus, reddita est nobis epistola tua. Ea vero erant: quot annos natus ad judicia te contuleris: & quam potens in singulo judicio fueris, & quum non bene primo consuluisse videreris, relicto priore consilio, reversus prudens in aliis coosiliis bonusque visus fueris. Io hujusmodi de te sermonibus inciderunt tuae litterae, quibus lectis & tibi & principi magnopere multum laudis attributum fuit. Tibi, quod te ipsum admiratione dignum praebeas; illi, quod virtutem admiretur, cujus quotidie maxima experimenta prae te ferre mihi videris, unde & inimici molestia & familiares gaudio afficiuntur. Quae qua regione, quo auro meliora non sunt, gloriae cupido & vitam contemnenti? Tibi vero quum exigua pecunia sit, multae sunt tibi laudes, praecipue vero quum ab eo tibi fides habeatur, qui moribus principatum illustrat: quoniam eum dei meliorem fecerint: huc adducant. Dulce quidem est simulacra & imagines ejus intueri. Nihil adeo jucundum accidere potest, quam habere eum, qui vocem illam audire & pulchritudine animae prope frui. Corporis denique decorem intueri propter civitatis splendorem.

CCXCVII. SALUSTIO (1).

Audio rusticum puerum acceosam facem in quandam necessariam rem tulisse: ventumque ignem illum correptum in domum rustici & cujusdam ex tuis intulisse, ita, ut combureretur. Et hunc quidem domum reposcere, illum vero dare non posse. Caeterum si ventum in judicium vocare potes, accusa. Sin mious hoc fieri potest, nec quod adversante fortuna factum est, vitium appelles: neque poenas ab eo exigas, qui vicem ejus dolet, quod non fecit.

CCXCVIII. THEMISTIO (1).

Ex sermone bonus nobis visus est *Helpidius*: vivendi autem instituto longe melior. Erat enim ei sedes atque lacerna & reliqua omnia, in quibus nos etiam fuerimus. Eos vero qui in dicendo versantur intuentes simulacris imbecilliores existimant. Nam *Socratem* excipio, tu quidem potes: sed quae aliorum sunt, umbra. Haec itaque prospiciens eumque laboribus gaudere proverbium caoo: Plantas statim ostendere, cujusmodi fructus prolaturae sint. Plura scriberem, nisi compertum haberem, laudum amatorem, etiam quae verissima sunt, oon credere.

CCXCIX. POLYCHRONIO (1).

Accipe pro sola re epistolas duas, quarum altera te oro, altera te laudo. Indiget Santagacius (2): ego vero exigo: & haec tantisper, dum suadere tibi licuit, oravi: tu vero, ubi opus esset, operam mihi tuam promisisti. Re igitur promissa praestes: & fatigatas jube quiescere. Porro Jovem te magis imitari velim, quam careotem (3) militem.

CCC. PAPPO (1).

Unum petenti duo misisti: quid hoc est? à puerone deceptus credidisti nos duobus indigere? an monere salvum volens, ut plura dares, quam peterentur, duo pro uno misisti. Verum si te ille fefellit: conjectura est, eum esse bene dicendi cupidum. Si vero tua sponte auxisti: paterna fuit admonitio. Caeterum damnavi argentum quo extrema circumliveras: neque enim rebus ita ornatis in foro utuntur. Deornare autem dona abs te missa haud sane justum videbatur. Manent autem domi: nam quod mihi *Eusebium* commendas, ejusmodi est, ut eundem tibi commendem. Si vero hoc jus non fit, neque tibi illud fieri persuadeas.

CCCI. VERCIANO (1).

Haud grave mihi fuit viro, contra quem sententiam tulerim, dare ad te litteras: addatur etiam pro viro. Quanquam enim visus mihi fuerit peccasse, io eumque animadverterim: tamen

EP. CCXCVI. (1) Invenitur inter Graecas, sed alii cuidam inscripta.

EP. CCXCVII. (1) Vide inter Graecas ep. 961. *Hesychio* inscriptam.

EP. CCXCVIII. (1) Haec inter Graecas alteri inscribitur.

EP. CCXCIX. (1) Vide Graecas n. 612. Ed. male *Polycernio*. (2) leg. *Acacius*. (3) leg. *Chartam*.

EP. CCC. (1) Vid. inter Graecas ep. 308. (2) l. *falten*.

EP. CCCI. (1) Leg. *Urbano*, cui inscripta est in Graecis n. 54.

men dans epistolam ei, qui jus dicere debeat, judicem non laesit. Etenim si justa auxilia judex ipse, quum quis defendi quaerit, det: quid grave de rebus justis ab alio auditurus es? Noscitur etenim, etiamsi litteris non mandetur: eique profuerit, quod videatur amicum coluisse.

CCCII. MODESTO (1).

Mihi omnis labor pro te dulcis est. Quanquam vero parvus est labor, quem pro te subimus, tamen ex eo ipso fructum capio. Caeterum tu magnos pro magnis labores sustines, sursum atque deorsum discurrens, consiliis opem subjiciens, prohibens gravi procella terram submergi. Caeterum vides quemadmodum deteriora desint: proderunt vero quae sunt meliora. Et prope adest, ut luctatio coronam accipiat.

CCCIII. THEMISTIO (1).

Dianio & mater & patria est quam tenes. Non potuit igitur matri se vocanti non morem gerere: patria vero ei dulcis est, quia patria est. Horridum vero est ei, quod in paupertate ministrorum necessitates exspectat. Quum itaque & matri eum gratificari vellem, & eum non malum habere fas sit, visum est mihi, ut primum ad te proficisceretur. Inde Palladis opem accipiens omnia aggredietur: hujus enim deae praesidio vel stragem effugere possit. Operae precium non fuerit huic porrigere manum: primum quidem quod maximam abs te petentibus opem tulisti, qui nullo beneficio te demeriti essent: nihilque rogatu amplius fecissent. Demum quoniam meos familiares non potes dicere non esse tuos. Tertio quod si velis primo loco ponendus est: quoniam affinis *Aristaeneti* hic est. Unde fit, ut, quum ei gratificeris, quod me amas, ad hoc ipsum tua quoque erga eum benivolentia adducaris. Verum ut alia omittam, bene mereberis de viro, apud quem multos de te sermones inveneris, non in labris, sed in memoria & in animo sitos, aliosque per quos significasti, te factum esse oratorem. Hunc autem sermonem Clematius ad nos tulit, quasi nihil scriberes, nos autem scientes reperit, non minus, quam te. Dicerem vero, hunc ipsum esse mihi filium meorum multis ex causis. Caeterum vera & minime obscura *Themistio* loquar.

CCCIV. FLORENTIO (1).

Multa nobis negocia sunt, quae ne spiritum quidem resumere sinunt: foris juvenum est multitudo, intus scribendi labor, amicorum calamitates auxilio indigentium, & haec quidem conficiuntur: haec autem moventur. Haec autem multitudo persaepe cibum negligere me compellit. Pulchri tamen *Florentii* memoriam nihil unquam aut ejicit animo, aut dimittit. Verum apud nos haec potius floret & acquiescit, & dicere de te in parte est laus facile laudantium morum constantiam, ingenii acumen, veritatem coli, atque bonos, in quibus bonum est, esse hujusmodi cominus contendentes qui plura dicat. Et quod maximum est, major est nobis voluptas de te praeclarius aliquid dicere, quam illorum assequi laudes. Ita uterque alterum in hoc superare contendit. Quamquam vero dulcius fuerat futurum, te ipsum videre: secunda tamen navigatio haud parum nobis videtur, mittere, & vicissim accipere epistolam. Solus vero tu etiam non scribens me non afficis injuria, quippe quum non sit mutati animi signum. Verum etiam tacens amicus bono animo esse jubeat: propterea quod in eadem sententia manes.

CCCV. PARNASIO (1).

Habeo, quem quaerebam filium tuum, & ejusmodi quidem filium, promptum ad id capiendum, cujus causa venit. Simul ac Juvenem experiri volui, & naturae stimulum adjeci, facilem inveni ad sermonum vias capiundas. Atque ut ad *Aquilium* convertar: Vir ex Ancyra oriundus, qui functus est omni erga Patriam officio, qui filius, quem solus habet, hic adest. Porro homini huic dixi *Parnasium* esse boni oratoris Patrem: & quae de nobis memoraveras pieria illa discurreos & sermones, Aocyrae habitos, litteris nondum lectis filio narravi. Is vero, quae audiverat, scripta esse retulit: tanta mihi memoria eorum qui ex cratere biberant, praesertimque Gallorum, quibus aliquid semper à nobis plus datur. Itaque tuos ex domo in domum mittis: neque magis decet, me in res tuas adhortari, quam te me monere ut res tuas curem.

CCCVI. MAXIMO (1).

Hoc iter fratris gratia sese *Hyperechius* fecisse dixit. Caeterum propter te potius ea dixit, quae deprehensus est fecisse. Illius quippe ei exiguum quoddam studium fuit: verum circumivit, pullulantem famam extingueos, quam ego veram non credidi. Erant autem, qui deteriora imperare vellent: qui quidem & honorem nullum assequerentur, quom ab eis virtus abesset, & eos, quibus virtus honori esset, invidia prosequerentur. Respirant illi quidem atque recreantur, si re aliqua peccare videantur: cum quibus ego quidem pugnavi idoneo auxiliatore usus. Caeterum vicinum aliquem testem desideravi, qui me officio fungi validius comprobaret. Ex aliis nonnulli quidem silebant, & silentio ipso cum detractoribus sentire se ostendentes: alii vero se haec quidem audivisse dicebant, sed tamen veri esse

EP. CCCII. (1) Vide ep. Graecam 56.

EP. CCCIII. (1) Vide inter Graecas ep. 379.

EP. CCCIV. (1) Inter Graecas hanc habes n. 354.

EP. CCCV. (1) Vide inter Graecas n. 358.

EP. CCCVI. (1) Vide epist. 718. inter Graecas.

esse nescios. Alii autem inter se differentes erant. Verum bonus hic & tibi & mihi & veritati amicus armorum vice linguam pro te posuit, exclamans, mentiri, qui ea dicerent, credentes vero decipi. Et tantum certaminum constantia potuit, ut urbem fraude liberaverit. Et nunc neque senator contumelia affectus est, neque lucrum aliquod non imperavit: videturque generosus *Maximus* talis esse, qualis est. Ego proinde utrique gratulor ob laudes. Tu quidem in Principatu justus es: hic autem in his, quibus imperasse simul mihi visus es nihil in eo amando praetermisisse. Nunc vero qualis in te sit, non quaeram: ex his quae fecit continuo didici, quanta ei ad respondendum promptitudo futura sit, quae & me verum ostenderet, & illum tibi in amicitia redderet. Talibus ego amicis me oblecto.

CCCVII. STRATEGIO (1).

Neque doluimus, neque laetati unquam sumus. Primum quidem nobis accidit, quia uxor tua in aegritudinem incidit, quae laudatas virtute superat. Alterum vero quod à Medicis morbum amotum iri facile credimus. Noveris autem etiam absentibus medicis posse eam liberari, quum Dii tibi debeant propter Justitiam tuam, qua omni re uteris. Civitas ergo nunc choreas agit: cujus rei causam nuptiae afferunt: atque verum loquar, ad hoc commota est, quoniam metus abiit. Caeterum si, ut maxime optamus, cum matre filiolos duxeris, duplici nos voluptate affeceris.

CCCVIII. EIDEM (1).

Neque sum nescius, neque sperò his praesens potiore, & haec Epistolae loco coram dicerem. Sed, Optime, proverbium esse audio, quo fas esse dicitur, ad amicos procul existentes proficisci. Malum vero, quo meum corpus affligitur, mihi negocium exhibet, quo minus proverbium exequar. Una enim mihi salus est diu in loco degere: periculum vero in foro versari. Ex eo enim persaepe impetu quodam oppressus discedere compellor: quibus autem licet, cernis, ut ad te currant. Inter alios autem multos est ipse *Clematius*, cui omnia suisti atque fueris, qui tantus est apud me ut potens atque discens, quomodo res tuae sese habeant: beneque tibi esse cognoscens, se infelicem non putat. Quanquam procellas multas perpessus est: sed tua felicitas tuas calamitates leviores facit. Adeo omnibus unicum est refugium bono *Strategio* salvam atque integram esse domum.

CCCIX. ANDRONICO (1).

Non eram nescius fore, ut hi quidem aliquid amplius petere desinerent; tu vero meo habitu esses, qui tibi convenit & rerum ac victoria potitus alteram tibi adde: quin potius addidisti, cum videaris Arabiam communem tibi cum caeteris habitare: quod de te non diceretur nisi à pernicie civitates liberasses, quam fortuna mala intulit. Hoc ergo medicamen habe & laudes laboribus assequere: nec Ithaces fumo hunc terrae istius, in qua haec agis, minoris facias. Et ex his si laudes non optas, non recte facis. Si vero optes eas dormiens assequi, non recte opinaris. Verum, dices, multos ex hujusmodi servitute labores promittis: scio: verum dulce esse post haec narrare servitutem non ignoras certe. Hujusmodi voluptatem expertus es è Cappadocia rediens, quando nobis referebas qualis ipse erga illos fuisses: quales res eorum erga te fuissent. Persuadeo fore, ut his & tu narres: & nos meliora audiamus, si hunc principatum ad finem usque ex sententia gesseris.

CCCX. ARISTOPHANI CORINTHIO (1).

Non à lachrymis cessavi, & ipse in majorem luctum per epistolam me conjecisti; ita diligenter de bonis, quibus olim praediti fuimus, & de his, quae modo evenerunt, meministi. Si quis deorum nobis eum reddidisset, qui victoriis potiebatur: illum quidem magis laudant, qui ab eo laesi fuere, quam caeteri, & venia quidem eis danda est. Quippe qui malus esse cupit, hostem sibi arbitratur eum, qui prohibet malum esse. Sed etsi quis moleste amat neque ea uti possit, mortem oppetere gaudet: & ne malus esse cogatur. In hujusmodi igitur turba vitam ago & inimicam Deis, & illi, de quo recte existimas, eum in Deorum numero describens. Nam te ego hujusmodi sum opinatus simulque suspirio mecum reputans qualia speraverit; qualia autem evenerunt. Nam etsi cum aliis immortalibus ille degit, res tamen meae sunt deteriores. Ita enim mihi dicere liceat de meis rebus. Quid vero futurum fuerat, te quidem ex Medis, illo vero ex Phoenicibus redeunte.

CCCXI. SINGLICIO (1).

Zenobius & Praeceptor & omnia nobis fuit: huic affinis est *Boetus*: *Boeto* vero ejusdem nominis filius est, qui Praeceptorem nostrum uti filius amans eidem ut servus inservierat: Quisquis ergo vel minimum quiddam huic benigne praestiterit, mihi praestitum puto, & loco maximi beneficii duco. Porro juniorem Boetum, qui hic est, quibus possumus beneficiis, prosequimur. Seniorem vero apud vos existentem & propter filii bonitatem felicitate dignum tibi commendo. Quippe judiciorum diligentia nequaquam deterius est: quum inde possis amicos laetos reddere.

CCCXII.

EP. CCCVII. (1) Quaere hanc inter Graecas n. 1185.

EP. CCCVIII. (1) Habes & hanc inter Graecas, sed alii inscriptam, hic vero pessime habitam.

EP. CCCIX. (1) Exstat inter Graecas.

EP. CCCX. (1) Lege Graecas n. 1186.

EP. CCCXI. (1) *Parnasio* inscribitur in Graecis n. 1184.

EP. CCCXII.

CCCXII. ALEYMO (1).

Remittimus vobis *Dianium*, ex quo & nos gloriam consecuti sumus, quos est secutus, & vos Bithynii, ex quibus originem duxit. Neque vero ignores, quum hunc virum videris, fore, ut ipse illorum memineris, quibus neque ante neque post dulcius aliquid vidi. Quae nos hic gesserimus, ignorabis nihil: neque enim eis gerendis parum affuit: sed tot novit, quot par fuit in domo eadem habitantem nosse: adeo ut ne mater quidem ex rebus meis plura noverit quam iste. De orationibus audiens fortasse non dolebis. Corpus tamen minimam pacem assequitur, à multisque oppugnatur, saepeque ex votis illis excidere me existimavi: atque in id felicitatis ego deveni. Haec enim melioribus verbis dicere oportet: sane vero *Dianio*, libertatem petenti, praesto sis omni studio. Potes autem jure, quantum in rebus tuis, tantum in gente benefacere. Est autem ea tibi facultas, non quia multa possideas, sed quia, quum possis possidere multa, non vis.

CCCXIII. EIDEM (1).

Quomodo igitur liber existens libertatem appetit, tanta vero ei sunt, quanta humile nihil eum facere compellant. Si itaque severitatem hic assequetur, vos laudibus feremus: sin minus, quemadmodum nobis scribatis considerate.

CCCXIV. THEMISTIO (1).

Orationem tuam pro viro bono accepi: porro laudatum abs te bonum esse facile comprobabis. Quanquam vero extinctus est, veritas ipsa vivit potentior, quam multa ora mendacia. Accipiens autem lectionis socium *Celsum*, legi adhuc eo vivente, qui laudabatur in singulis exultans. Haec autem & me, & Celsum retinebant. In singulis autem multum animadvertens artificii, & novitatem inventionis, & currum jugerum, pulchritudine praestantem, & necessitates à quibus trahebantur, & laudum ingressus & verborum gratiam, paratus sui librum pro libro facere: tanta ibi continebantur. Procedente vero lectione & jam abeuntibus, nocte praecipue: neque enim summo animo oratio illa inferebat. Cumque vero vellem scriptionem attingere, sermo de vulgatione me in civitatem impulit & omnia disturbavit. Noveram autem unum duntaxat, hoc est lachrymari, quod & nunc me facientem invenies. *Clearchus* redarguit quidem; sed à lachrymis abducere non potuit. Neque enim ego & eos qui gaudent, possum à gaudio abducere. Non ergo te in admirationem meum silentium inducat: neque enim lugentium est vel dicere vel scribere. Caeterum an tempus salutem afferre possit, Deus novit. Tu, si orator huc venisses, tua ipsius sapientia imperare animo meo fortassis potuisses. Verum, ut arbitror, infelicem hominem effugisti: & de *Clearcho* ut de amante scribis: & in ejus legationis parte rem meam esse vis. Tu vero neque ut amans, neque ut amatus, unquam venisti: quanquam suasioni cedit senatus, quo usus multa agit: & factus est major. Caeterum, ut puto, negasti: oportuit enim id quoque molestiae mihi evenire.

CCCXV. ALEXANDRO (1).

Si Midas nunc esset, Phrygibus imperaret, & huic quidem Midae tantum auri esset quantum loquitur fabula: certe illum nequaquam electurus viderer potius, quam honores, quibus me prosecutus es. Quippe quum hi multi sint, & hoc vel majores vel plures, honorantique potius, quam ei, qui honore afficitur, voluptatem afferant. Porro novisti, prae pudore agere me gratias tibi noluisse, quum animadverterem, quantos abs te honores accepissem: tu tamen aspectu animi affectum considerans damnandum me duxisti.

CCCXVI. PALLADIO (1).

Praeclare abs te actum est, quod à *Pindaro* persuasus formosam faciem apposueris. Nam & quibus operibus finem attigeris vulgatum est. Considera igitur ut posteriora semper fuerunt meliora.

CCCXVII. ARISTAENETO (1).

Futurum aliquando fuit, ut regnandi labores degustares: ut qui omni opera imperium non fugeris. Et nunc quidem circa fores corona hominum, exercitus, & turba, & vigiliae, & curae sunt: abiitque multum illud ocium. Neque vero timeo, ne quum maximum aliquod primum attigeris, succumbas. Novit enim vel sine exhortatione ingenium tuum, quae recta sunt, facere. Itaque brevi fore confido, ut praesentibus in negociis admirandum te ostendas. Porro, quod me laetitia maxima afficit, teque afficere debet, hoc est: quicunque de hac re verba fieri audiverunt, laetantur. Eorum autem sese amantes tui dixerunt, reprehensus est nullus verbo & non re amans. Sed hoc pridem fuit dignus Aristaenetus, una omnium voce per hanc urbem incessit: & ipsum Principem omnes admirati sunt serius sapientiorem sibi conjungens perinde atque Regni favum. Quod si & mihi & ei currendi ad ea facultas fuisset (2).

CCCXVIII.

EP. CCCXII. (1) Leges *Alcimo*. Huic enim inscribitur in Graecis n. 378.

EP. CCCXIII. (1) Cohaerent haec recte in Graecis cum epistola superiore.

EP. CCCXIV. (1) Graecam habes n. 1061.

EP. CCCXV. (1) In Graecis n. 758. & longior multo & rectior exstat.

EP. CCCXVI. (1) Et haec inter Graecas n. 1066. prolixior legitur.

EP. CCCXVII. (1) Vide inter Graecas ep. 377. (2) Sequentia habes in Graecis.

EP. CCCXVIII.

CCCXVIII GEMELLO (1).

Domnus bonus longo tempore mihi amicus uxorem duxit concivem nobis, claro ex genere natam. Necesse vero est, ut uxoris nutricem à vobis deducat, rebus ita postulantibus. Videns igitur, quantus apud te essem, *Domnus*, me petente, gratiam non negares, ex manibus meis scriptas litteras in tuas afferri voluit: permisi neque neglexi. De tot enim quum possis & juste possis Beronicae domum tuam refugium esse & *Domno* claro atque bono propter epistolae voluptatem.

CCCXIX. NICOCLI (1).

Quae Princeps *Celso* imperaverit, ipse praeclare novit: hoc certe & mihi & omnibus innotescit, tuis auspiciis eum non parum lucri fecisse: quum & te viderit & sermones tuos audiverit: quos non ex libro nunc ostendis. Verum *Socratis* moribus ostendisti veram tuam ipsius Philosophiam, & flante & reflante fortuna: neque tunc ad turpe lucrum animum appulisti, hyemem virili animo ferens. Caeterum, quum te coepisse audiam erudiendis juvenibus vacare: & civitatem, & juvenes illos, & ipsorum parentes beatos duco. His enim omnia communia sunt ornamenta, quae discipulis tuis impertis: & qui ex fonte bibunt, sunt reliquis meliores. Porro mea erga te fides tam valida, solidaque est, ut, quum dissolvere nodum quispiam tentaverit, illum adamantinum invenerit. Quod si simile aliquid tibi accidit, dubium non est, quin infirma securis videatur.

CCCXX. HELPIDII SOCIIS (1).

Adeste socii: & multas hujusmodi admonitiones apud Poëtas invenite. Auditores praeterea qui vobis (ut par est) auscultent, & eorum sententias imbibant. Adeste & vos:, & alius alii manum porrigat. Considerate vero, quod laetari non possitis, nisi mutuis auxiliis utamini. Nauta autem, in calamitate positus, si nautas alios videt, auxilium petit, dicens, se è navigantibus esse. Illi vero & mare, & quae maris sunt, omnino pertractantes partim laeso opem ferunt, &, quod satis est, partim scelestum trucidant. Et agricolam similia in similibus facientem vidi, & calceolarios, & fabros. Milites vero Herculea manu ignem facilius detinere possunt, quam non succurrere suis, quod fieri arbitror quod eadem vivendi ratione utuntur. Atque quum vos in eloquentiae studio vivatis: vivit & *Acontius* & Vobis (2). Rursum in memoriam referas, hyeme vero orationes componas imitatione nostri. Aderit autem mulier in omnibus te adhortans, qua comite festivior reddetur oratio. Neque vero turpe tibi duxeris in conjugio cum Musis commune aliquid habere. Quod namque natura bonum est, fieri non potest, ut bonum minime sit. Et major quidem laus est sponte, si, quum lege non cogaris, id veneratione requiras, quod eis gaudio, inimicis vero timori sit. Ut enim his detrahere, ita prodesse illi potero. Neque vero te fugiat *Socratem* Dei testimonio sapientem etiam in senio à discendo non vacasse, quum semper discendi tempus esse duceret. Nihil difficultatis esse, praesente uxore libros habere propinquos. Dulcissimum vero hoc est, apud quam velis gloriam assequi, ea spectante praeclarum aliquid facere. Quod si Pater ad haec non monet, quod persuaderi te posse non putet, videare spe illius melior. Si vero monet, nisi morem geras te & illum afficere, dolore te affici necesse est. Hoc autem est ocium quaerentem in tristitia vivere. Caeterum, ô amicissime! considerans quantam voluptatem afferres & Parentibus & affinibus, & omnibus optimo Patruo, & bonae uxori, & mihi, qui omnia pro te elaboravi; nunc quidem te ipsum veteribus Commentariis imple, & relictis juxta torcularia rusticis ipse huc bona cum fortuna veni.

CCCXXI. EUMORPHIO (1).

Quam mihi promptitudinem in hostes promisisti, hanc pro viro mihi familiari praestes: quandoquidem cum victoria bellum finitimum. Par enim est, ut arbitror, homines existentes & irasci & reconciliari. *Alexander* autem hic legem non laudat: sed illam potius admonet, tantisper prorogandum esse bellum, dum vincendi facultas detur. Ego autem hoc non redarguo, facile enim, nescio quomodo, ad regulationem deducor: an recte faciam, ipse judicabis. Similem vero tibi *Alexandrum* virilitate & diu amicum, etsi aliter visum est, ostende, occasiones bonas illi praebens, quum facile possis: quum enim diu ex malis ditari potuerit, mores qui justi sunt, immutabiles permansere.

CCCXXII. JULIANO (1).

Quantis accusationibus iter (etenim grave fuerat) tantis me ipsum atque etiam pluribus sum prosecutus, è vestigio revertens, quum adhuc de eo inter nos confecissem, ut si liceret cum postridiano sole Divinum caput intueri possem. Neque enim civitas ipsa consolari me poterat male habens. Intelligo autem eam male habentem, non propter rerum venalium caritatem; verum quia improba & mala & ingrata fuit, & videretur ei, qui tale imperium, prudentiae vero plus habeat. Quousque *Alcimus* mihi affuit, habui, qui sermones nostros acciperet, in quibus & me ipsum accusabam, & honoris, quo me affeceras, memineram. Post vero ejus discessum *Domnus* mihi

EP. CCCXVIII. (1) Inspice Graecas ep. 1027.

EP. CCCXIX. (1) Consule epp. Graecas n. 1076. ubi huic inscribitur, cui in ed. *Celsus* substituitur male.

EP. CCCXX. (1) Lege Graecas n. 227. (2) Sequentia hue non pertinent, quemadmodum nec in Graecis exstant. Spectant vero ad epistolam, *Calycio* inscriptam, quae infra legitur n. 339.

EP. CCCXXI. (1) Vide Graecas epp. n. 1121.

EP. CCCXXII. (1) Vide Graecas n. 712.

mihi amici loco fuit: ad quem respiciens, quum in lecto jacerem, nunc, ajebam, Princeps me vocat, nunc ingressus sedebam: hoc enim mihi ipsum concedebas: nunc pro urbe concedebam: hoc enim decebat propter eos, qui Principem laeserant, adversus Principem dicere. Hic autem vincebat justa conquerens ac dicere potens. Ego autem contendens, neque odio habebar, neque ejiciebar. Hujusmodi me ipsum oblecto, & à Diis peto, primum ut ex hostibus victoriam consequaris: demum ut eum nobis hic declares quemadmodum prius facere consuevisti. Et est quiddam certum in votis meis, quod illi quidem audivere, tibi vero non dicam. Caeterum ne hoc quidem dicendum fuit: quod tibi non dicam. Facile enim tertium hoc excogitare possis. Quum ergo qui precatus de eo tolerare te velim: & vereor ne contrarium putes. Porro nunc trajice, & fluvio formidolosior incide in sagittarium: post haec autem consultabis de his, de quibus te consultasse dicis. Caeterum ut me lactum reddas, non privabis me his, quae absenti conveniunt. Ego enim ad te scribens primum litteras tuas voco ex media pugna, arbitratus haec esse ingenii tui: ut simul aciem instruas quempiam volueris, atque epistolam scribas. Ita ego à corpore offendor auditurus quae videre decebat. *Seleucus* autem beatus haec praeclare videbit: inclytam gloriam & uxoris bonae & amabilis filii sibi praeponens: quam tamen assequeretur, quia tanto principi ministrant.

CCCXXIII. SALUSTIO (1).

Una est omnium nostrorum apud omnes interrogatio, qui istinc proficiscuntur: quae sit tibi corporis valetudo? At hi, quae volumus, renunciant. In proximo est, ut corpus perbene valeat, quo quidem nuncio maxime laetor. Admiscetur autem huic moeroris non nihil, quandoquidem ajunt quietem te appetere. Id enim manifeste est civitates perdere, patreque privare, ad quem etiamsi prius re aliqua laesae fuere, tamen ita confugiebant, ut naves à procellis in portum. Illud vero consideres, quod è multis bonis, quae à mortuo allata illi fuere, maximum visum est Principatus tuus, quae admirari plurimum decet: à tua mansuetudine dirigi. Et nunc non parum decorum est Principi in eisdem sententiam tuam firmasse. Si itaque ille bene meritus est de nobis cum in aliis rebus, tum in his, tu vero labores fugis, quibus inest civitatum salus; vide, ne amicos omnes ad accusationem impellas. Fit autem amicus laesus alio detractore amarior. Ut igitur de te atque tuis constanter bene dicamus, praesta te ipsum nobis praesidem, & ex duobus remediis alterum tollas. Nostrum enim dolorem duo allevant: bonus princeps pro bono & nobis praesidens, ut pater. Serva igitur utrumque, cumque majore nobis alterum detur. Caeterum si in his decipitur, quae scripta sunt: damni attulere nihil. Si vero quae bona renunciata fuere, bona sunt, fortasse utilitatem attulere. Bonus autem *Diodotus* plura tibi significabit, quam litteris mandaverimus: plura enim quam scripserim.

Epistolarum Libanii, Graeci Declamatoris, finis.

Exhortatio Joannis Speiser, Forhemensis, ad adolescentulos, Doctum ut Libanium adeant.

Obvia centeno modulantur carmina motu,
Gressibus & tacitis pignora docta suis.
Nescit (2) iter refugo Germania valuere cauco:
Totaque foecundat pondere Pierico.
Olim sola fuit Latiali palma Camoenae:
Jam viget in nostra Musa levis Patria.
Jacobi madaero viri: infrenata juventas
Ipsa diu sacris Bellerophontis aquis.
Undique jam sacro Parnassi flumine scatet
Et Thamirae magno dulcisonante modo.
Aspice per superos prisci volumina vatis:
Quam pia, quam docta maxima dona ferant.
Plurima quamquo dedit gravis epistolia Marcus,
Crispus, Franciscus, quam veneranda Pius.
Crede mihi nostro vix est preciosius arte,
Pondere tam dulci cum brevitate modo.
Currite vos juvenes, doctum legitote Poetam:
Conveniunt sacris nomina vestra Deis.
Currite ne sterili sine semine dona Juventas
Transeat: aut rapiat funeris atra dies.

In his desinit editio *Cracoviensis*. Subjungam illis sequentes non editas, & ex codice *Ambrosiano* petitas.

CCCXXIV. MODESTO (1).

Maram humaniter vidisti; hoc primum abs te beneficium accepi. Nunc venit *Chromius*; si eum non affeceris poena, qua affici debet, hoc secundum beneficium. Da quoque tertium, quandoquidem tres sunt Deae. Quid igitur petimus? Hominem miseriis affectum ad opus transmitti, in quo erat, quod tanto viro convenit.

CCCXXV. CLEMATIO (1).

Quam optas, assequeris laudem plausumque & admirationem multorum, ex multis, quae gessisti, viderisque nonsolum viventes vincere, sed etiam eos, qui decesserunt, in admirationem inducis, & aliquis sane quum *Clematiam* nominaverit, haec statim subjunguntur: Divus princeps, paupertas, divitiarum contemptus, felices civitates, omnia denique tua. Adverte igitur, ne sponte jejunes, & plausus te famelicum reddat, & pater quidem factus, non habes, quod petentibus filiis praebeas, praeter bona verba. Neque vero id dico, ut malum te fieri cupiam, sed quum datum sit, ut ex Principatu vacuis manibus discesseris, animo ducas, quo pacto, principatu liberatus, domum cures.

CCCXXVI.

EP. CCCXXIII. (1) Graecam legis n. 1148. (2) f. Nescit.

EP. CCCXXIV. (1) Graece legis n. 248.

EP. CCCXXV. (1) Graecam habes n. 335.

EP. CCCXXVI.

CCCXXVI. ADAMANTINO (1).

Accepisse abs te literas videor, & non accipio. Quum injustum erga filium furorem inviseris, eaque laudes, quae hactenus damnasti, palam facis, te quam suavissime scripturum, si audeas. Verum, o bone! decet te, & audere, & scribere. Qui vero bonas ad te literas dederunt, illarum molestiarum auctores fuere, quanquam causas in id referunt, quod ab aliis ipsi decepti fuerunt. Etenim quum fraudis fontem non ignoremus, misereri, quam odisse, praestat. Tui vero filii ingenium respiciens, eumque laboribus gaudere, proverbium cano, dicens: *Plantas statim excudere, cujusmodi fructus prolaturae sint.* Plura scriberem, nisi compertum haberem, laudatum amatorem, etiam quae verissima sunt, non credere.

CCCXXVII. JULIANO (1).

Hui! hui! & amplitudinis & sermonum fortem rapiens, utrumque habes; Idem namque bonus es Princeps, vehemensque Sophista. Nam alio tempore vos quidem faciebatis, nos vero laudabamus: At nunc unius utrumque est. Quid enim de operibus tuis non tantum dicere possimus, quantum ipse de parva illa Epistola dixeris? Hinc conjectura colligo, quidnam facturus sis, quum Phoeniciam ceperis, quandoquidem domesticis judicia exerces, barbaros autem oppugnas. Tunc non erit tibi sublata facultas, faciendi sermones: quare & futurum metuo. Ceterum sive vincar, sive ipse victor evadam, utrumque tibi feliciter evenire cupio. Quando enim & vincens vincitur, necessario victoriae particeps fit etiam victus: Amicorum enim res communes sunt.

CCCXXVIII. ITALICIANO (1).

Novi, laetitiae tibi esse meas literas: Tu enim ille es, qui, ad me audiendum, evolasti, & qui rursus a sermonibus ad judicium volatu concesseris, festinans ad auditiones, & hujusmodi omnia faciens. Sum tamen certior factus, quod Epistolam non contemnes, cujus sermones veneraris. Hoc tibi retribuo, me sapientis *Olympii* judicio gloriari, qui te bonum esse existimat, qui ad aegrotantes proficiscitur, atque eis valetudinem restituit. Suscipit autem eos, qui ad se accedunt doctrinae gratia. Videbis autem, eum mira facientem in certaminibus, quae propter nos susceperit, quorum particeps futurus es, etiamsi te nullus excitet.

CCCXXIX. AMPELIONI (1).

Tiberio huic magna jactura est otium, auxilium autem majus, quod Cilicibus praees, qui potius multa facientes intueris, quam justum aliquid dicentes. Dignus vero est multis ex causis studio meo. Neque enim *Philagrium* non meminisse fas est, qui sororem hujus habet uxorem, & hic idem nostra praeceptione usus est. Et esset quidem Orator, si ab aliquo invitaretur, quanquam existimo, etiamsi non invitetur, eum fore Oratorem. Praeterea *Marcus* nepos meus, & hic, sorores habent uxores, Hesychii filias. Porro *Hesychii* filii duo sunt, *Eutropius* & *Celsus*, quos & maxime diligo, & maxime diligentes habeo. Considera igitur, quam sit mihi necesse, hujus curam suscipere. Tu vero, quod mihi respondeas, non habebis, quo minus more tuo utaris. Consuevisti enim nulla in re negligens esse. Ceterum ex his, quae abs te orabit, juvenem meliorem inveneris, ita nihil injustum, grave nihil refert.

CCCXXX. SELEUCO (1).

Quum fatearis, non scribendo me laesisse, te ipsum mei accusandi facultate prohibuisti, quippe ego inter ultores, non offensores numerari possum: si vero per leges ulciscor, licitum est. Silentio meo te ad scribendum incitare debui; & non scribenti scripsi. Ipse tuo voto potitus es, ego vero, quae optabam, his carui. Quum autem nunc mala non scripseris, meo silentio tuum dissolvi. Nam quod, te barbariorem factum, dicis, aperte jocaris, & *Minervam* dissimulas, quam adesse tibi mihi persuadeo. Quemadmodum igitur cicadas non ferrem, dicentes, se barbaras esse factas (cum eo ipso cicadae sint quod Musicam admirantur) ita neque *Seleucus* mihi persuadebit, dicens: deteriorem sibi esse vocem. Quippe quum, sive elabores, sive non, dicendo plurimum valeas. Puto vero, hoc esse naturae munus, ut semper & ornate quidem dicere possis; cui rei testimonio sunt ipsae literae, quas omni artificio scripsisti.

CCCXXXI. CLEARCHO (1).

Quum literis tecum agere instituissem, ut Faustino adesses, bono quidem, ceterum pauperi, haec ipsa, ad opem tuam impetrandam, sufficere putabam, & mores hominis & paupertatem. *Celsus* vero, me adiens, &, quidnam facturus essem, percunctatus, te quidem jamdiu coepisse ei favere, significavit, eorum autem, quae volebas, fecisse nihil. Porro ut aequo animo passurus fuerim haec alium dicere, quod videlicet voluntati facere satis non posset, *Clearchum* talia respondere non decet; grave etenim hoc esset, & consilii quaedam accusatio, nisi ei & nutus ipse sufficiat.

CCCXXXII.

EP. CCCXXVI. (1) Inter Graecas est n. 30.

EP. CCCXXVII. (1) Graeca est n. 1125.

EP. CCCXXVIII. (1) Inter Graecas n. 1189.

EP. CCCXXIX. (1) Inter Graecas n. 375.

EP. CCCXXX. (1) Vid. Graecas n. 414.

EP. CCCXXXI. (1) Vide ep. 14 inter Graecas.

EP. CCCXXXII.

CCCXXXII. ANDRONICO (1).

Quid egisti in eo peccans duntaxat, quod te duntaxat minime decet, tametsi etiam alia injuste fecisti. *Berinus* despectus est, contemptus est *Berinus*, mihi omnium, atque, ut videbatur, tibi quoque amicissimus. Omnia sane pro eo te facturum promisisti, & bono animo esse jussisti, persaepeque, implorante illo opem tuam, preces contumeliam appellabas, quippe quum diceres, in Phoenicia primum te beneficium collocare apud eum velle. Atqui erga alios bonus fuisti, & id quidem minime damno; decet enim potestate bonis in operibus abunde uti. Discipulo autem meo, qui & divitias multas, & justas, haberet, adesse noluisti: Ejusmodi autem illae sunt. Si autem velis eadem sententia divitiarum Dominae discurrit in similitudinem avis ex arbore in arborem. Porro, ut dicere non possim, *Andronicum* huic astuisse, ita hoc mihi dicere fas est, eum homini affuturum, neque enim hujus rei opportunitatem auferre tempus potest. Sed, modo velis, licitum tibi fuerit, de illo bene mereri, quanquam sero; satius autem puto, sero, quam nunquam praestare beneficium.

CCCXXXIII. ANATOLIO (1).

Vetus tibi mos est, Sophistis detrahere. Istud ipsum & Pythiam pati decuit, ne ab hoc novo instituto discederes. Tibi igitur & Sophistae & Pythia dicunt ne maledictis prosequi desinas, quae venerari fas est. Ego vero tibi felicitatem & scripsi & annunciavi, quippe quum abs te amari me credam, nihil supra vires abs te petens, sed qualia quotidie de dignis simul atque indignis disseminasti. Quum autem, pro ope ferenda, plenas joco literas ad me miseris, tempus adesse putavi, in quo neque ad gratiam neque aliter scribatur. Porro, quod morbum pepuleris, non minus te ipso laetatus sum. Mihi etenim etiam non scribenti laetari licitum fuit. Neque vero continuo putandum est, qui nihil scripserit, non potuisse laetari. Ut enim ex eis, qui scripserunt, inveniri forte aliquis potuit, qui minime laetaretur; Ita & silens aliquis laetari potuit Tu vero assentatore ne, an qui vere ob amicitiam laetaretur, egebas? Nam quod ignorare te dicis, quae mihi silentii causa fuerit, altera contumelia primam cumulas, quippe qui & tunc me negligentiae nomine suspectum habueris, & nunc, quae optime in me tenes, dissimules. Et rem sane fecisti, à tua facultate minime alienam. Vos enim secundiore fortuna utentes, neque eos, quos laeditis, laedere censetis, fas esse ducentes, ut, quos contumeliis prosequimini, vos passim adorent. Vides, quanto satius tibi futurum fuerit, non movere anagytum. Nunc autem quum silentium me solvere jusseris, in te solvisti, & actum novisti, non existens insanus, sed ne in Ulyssis quidem relictus dolis. Ceterum quod *Optato* aurum miseris, mille habiturus non laudo; Etenim si quae misisti, haud parum possunt, si plura accipias, plus ipse debere judicaris. Ceterum & hoc parum a nobis ducitur & impensa pro ratione incedit.

CCCXXXIV. ANDRONICO (1).

Jocari mihi per literas videris, aut rerum omnium esse nescius. Primum, si putas, patruum tuum aliquid pro te facturum, quod patrui sit. Deinde si nostra opera id futurum speras. Hic quippe molestiis meis mihi molestior fuit, & de me pró viribus male meretur. Potest autem multa, & divitiis affluit. Sed unde ipse tenes, moleste tulit, quod abs te, quae imperaveras, impetrare nequiverit. Ego vero ne hujus quidem rei gratia a tui amore destiti. Sed is, quia te odio non habebam, fas esse putavit, ut me odio prosequeretur. Quum ergo impetrare ab eo aliquid quaeris, pennas lupi quaeris: Quandoquidem *Themistius*, cui par nihil invenias, quo loquente, etiam Scythae mitescerent. Quid non dixit? quid non fecit? quam persuadendi rationem non est expertus? Ceterum indeficientem, malumque furorem puellae gratia in pectore hujus dei posuere. Mihi enim videtur ad filiolam considerationem applicare, & Tyniri opes parvas ducere, ut undique rapiat. Et quidem si petens non accipit, è vestigio hostis ejus fit, qui non dat. Neque solum mala ejus verba audit, sed etiam poenas dat. Aut igitur dans ea, quae petit, bellare dissolve, aut tua retinens bella patere.

CCCXXXV. RICHOMERI (1).

Consideratione complexus, quae mihi bona à Deis data sunt, hoc maximum invenio amicitiam tuam, & diem illum veneror, in quo id mihi contigit, quandoquidem primo aspectu atque congressu ea effecimus, quae vix fieri solent ab iis, qui multo tempore collocuti fuerint, & longam inter se consuetudinem habuerint. Verum, quia remanere mihi necesse fuit, tibi autem abire, cum lachrymis utrumque factum est. Porro de nobis exigua quaedam rumor ad te detulit, quod videlicet & dicimus & scribimus, & juvenum in medio sedemus, ex nobis aliquid aut persuasione aut vi addiscentium. Quae de te autem referuntur illustria, & bona & magna sunt, exercitus & proelia, & victoriae. Teque nec Tyrannum esse, neque servum, quum liberi bonis omnibus perfruantur, & Princeps ipse sis, & alia quidem sapientia, alia manibus gessisti egregie. Hujusmodi itaque sermones tibi partim contigere, partim contingunt, & partim contingent, & hoc est praemium recte viventibus, quemadmodum Agamemnonis sociis, quae operibus subdidit *Homerus*. Petimus autem a Deis, vos proficisci ad nos, & votum nostrum impleri, & Principis claritate laurum praeclariorem fieri.

CCCXXXVI.

EP. CCCXXXII. (1) Graec. n. 184.

EP. CCCXXXIII. (1) Vid. Graecas n. 78.

EP. CCCXXXIV. (1) Graeca exstat n. 429.

EP. CCCXXXV. (1) Vid. inter Graecas n. 891.

EP. CCCXXXVI.

CCCXXXVI. HYPERECHIO (1).

Neque laetitia neque dolor major unquam mihi fuit, quam ut nunc. Utrumque horum autem causas *Gaudatius* mihi dedit, bonus ille quidem, & inter narrandum eadem patiens, quae ego. Quibus ex rebus me in majorem sui benevolentiam commovit. Porro prima hujusmodi fuere, quod quum rediisses, è vestigio suspensam reddidisses urbem, juvenes pariter & seniores, tùm plebem, tum elegantiores linguae celeritate, teque & litem fugere, & contentionem, & superbiam, ut, qui est in proverbio, Artemon rediisse videatur: Aliis autem contra te facientibus, quae parentibus accepere. Tu patrem parvi quidem nominis habuisti, mater vero praeclarum filium peperisse dicitur. Haec atque hujusmodi audiens, non brevi mihi sermone renunciari, sed tam longo, quantus par esse videretur, cum gaudio illa mihi narranti. His enim, quae referebat, *Gaudatius* laetabatur. Nescio an minus ac si de filio narraret. Ego, inquam, eas gratias Deis debui, quas nulla ex re alia habuissem. Ceterum hic moerorem quendam vultû prae se ferens, me è vestigio perturbavit, & quid hoc, inquam, est? Quumque sileret, magis atque magis instabam. Hic autem ajebat: Piget me dicere. Demum coactus est, gravia illa atque horrida subjicere, & tua pericula, & paratos parentibus laqueos, in quibus me exanimatum videns, continuo remedium attulit, bono animo esse me jubens, quandoquidem timor omnis abesset, qui universae civitati fuerat. Veritus autem *Gaudatius* ne dicere videretur veris majora, oculos in quendam convertens, & Romanum compellans testem vocavit. Praesto hic fuit, seque dixit non posse consequi verbis, quae vidisset. Erat autem, ut ex verbis conjicere videbar, is mihi amicus. Quapropter praeclarus *Gaudatius* nihil, quod ad gloriam pertineret, praetermisit. Quaesivi, quot annos nata esset ejus filia; quumque id didicissem, admirari me dixi, si quis relinquens affinem, quem laude prosequitur, alterum quaerat. At hic omnium mihi amicissimus dolore affectus, nihil quidem dixit, tamen vultu ipso visus est sententiae nostrae non repugnare. Ita ego, quanquam a vobis absum, res vestras considero; retia vero extendens epulum vobis dare experior, quippe quum pater tuus in venatione vitam egerit.

CCCXXXVII. SOPATRO (1).

Olynthios multis Orationibus Demosthenes liberare non potuit. Laudatur tamen perinde, ac si liberasset, quandoquidem pro eorum salute multum elaboravit. Equidem in laudibus, quae ei a Sophistis attribuuntur, licitum Olynthum intueri: Hinc res tantae gestae simile quiddam habent, hominibus studium tuum, non finem, considerantibus, & quae volueris, non quae potueris. Quanquam haec mihi etiam posse videris, si erga *Eusebium* amici munere fungi volueris; hoc enim, si tibi in animum induxeris, omnia facies, quum praecipue injustum nihil ab eo petatur: suavisque sit & modestus, & qui disciplinis summam operam impendat: filiusque sit *Odenathi*, & ejus *Odenatis* nepos, cujus nomen Persarum corda subiit, ita ubique vincens, & civitates everteret; &, quicquid terrarum erat, & hostes non in manibus, sed in votis habere videretur, inde spem sibi salutis faciens. Ceterum & hic *Odenathus*, *Eusebii* pater, ex iis est, qui in illos exercitum duxere, quique eos aut everterunt, aut persecuti sunt. *Tu ta clare ita, ò amice*, persaepe in ipsa acie audivit a viro, quem *Homerus* ex ipso Jove natum, dixit. Neque enim tam magna agere possunt, nisi qui divinos parentes habuerint. Ut ergo Principi huic gratificeris, fer opem justis in rebus, solusque ipse ex omnibus, qui istic sunt. Haec, quae scripsimus, legas; Decet enim, ejusmodi me tibi scripsisse: Alios autem quae velim ignorare peropus est. Verendum etenim est, ne qui mihi semper gratificati fuere, animadvertentes quantopere cupiam, ut *Eusebius* laeto animo sit, ea faciant, ex quibus molestia afficiatur.

CCCXXXVIII. SCYLACIO (1).

Quem juvenem laudaveris accepi, quumque eum patri corpore similem intuerer, è vestigio laetatus sum: Dulce quidem hoc est non modo ipsis parentibus, sed videntibus omnibus, idque accidit non in hominibus solum, verum etiam in pullo equino, atque tauro, & in ceteris denique animantibus. Ceterum cum ejus experirer ingenium, visus mihi sane est in hoc patris plurimum accepisse. Ille quidem ingeniosus fuit, hic vero acutus, ad accipienda, quae dicuntur; quaeque a *Demosthene* scripta fuere, memoriae mandavit. Et haec quidem multa mihi videntur, patri vero exigua. Porro etsi bis totidem essent, pauca patri viderentur. Quandoquidem etiam si terra plurimum fructum attulerit, non plurimum agricolis videtur, & eam, quod plura non dederit, incusant. Ego itaque alterum laudo, & alterum non accuso, ideoque concedente & spirante fortunae aura, secundum puppim fore arbitror juvenem ad te profecturum nave sermonibus onusta. Bonus praeterea atque modestus, & propter sermones, & fortassis propter Praeceptorem fuerit, quem Philosophum appellans praeclare fecisti. Qui enim in Principatu ejusmodi, & in tanta potestate modum servat, arbitraturque officii sui esse, civitates felices reddere, & ense otioso laetatur, & urbes aedificiis pulchras efficit, &, qui Minister Musarum est, &, qui in judiciis neminem laetari patitur, qui alios injuria afficiat, quid aliud quam philosophari videtur? Porro qui videtur, cur non fas sit eum inde Philosophum appellari? hoc nimirum & à nobis ipsis vocatum est è vestigio ab ipsa inscriptione: Statim enim animi quaedam pulchritudo refulsit. Non est autem par, me ne an te hoc appellare, qui imperantem animo virtutem maxime novisti. Tibi itaque gratulor,

EP. CCCXXXVI. (1) Graeca exstat n. 225.

EP. CCCXXXVII. (1) Exstat inter Graecas.

EP. CCCXXXVIII. (1) Graecam habes n. 1048.

EP. CCCXXXIX.

gratulor, quod decentia decreveris, optimaeque, *Juliani* Familiae, ejusmodi decreto ornatae.

CCCXXXIX. CALYCIO (1).

Par fuit, ut abs te literae de nuptiis ad nos proficiscerentur, qui nuptialium coenarum expertes sumus, quae declararent, bene tibi esse, & nunc quidem sermonibus te unum vacare, dehinc nobiscum etiam paululum. Atque veritus es mei memoriam ex animo delevisse. Veritusque sum ne sermones quoque nobiscum oblitus fueris. Ceterum injustum hoc est, optime ex bonis juvenis; Considera enim, quis tibi pater? quis tibi socer fuerit? Nonne *Hierocles* quidem hic; ille autem *Acacius* fuerit, uterque praeclarus? Quid illos magnos effecit? corporisne vires? an pedum velocitas? an divitiarum copia? per Jovem minime: verum unum quiddam generosum atque insigne, quod possidere fuisset melius, quam auri tantum, quantum Midas habuisse fertur: dicendi enim viribus ad hoc pervenere, quod sunt. Quomodo igitur grave non est, Cimonem patris quidem operam in armis imitatum fuisse, te vero deteriorem videri in judiciis patre tuo, cui magnae erant dicendi vires, & gloriari praeterea, quod cum Rhetoris filia cohabites? quodque rhetorices prius habueris, abjicere, & non assumere quod abest (2). Porro te moneo, ut aestate, quae ex memoria abeunt, rursus in memoriam referas, hyeme vero Orationes componas imitatione nostri. Aderit autem mulier nominibus te adhortans, qua comite festivior reddetur Oratio. Neque vero turpe tibi duxeris, in Conjugio cum Musis commune aliquid habere: Quod namque natura bonum est, fieri non potest, ut bonum minime sit, & major quidem laus est, si, cum lege non cogaris, sponte id veneratione requiras, quod amicis gaudio, inimicis vero timori sit, ut enim his detrahere, ita prodesse illis poteris. Neque vero te fugiat, Socratem Dei testimonio sapientem, etiam in senio a discendo non vacasse, quum semper discendi tempus esse duceret. Nihil difficultatis esse praesente uxore libros habere propinquos; dulcissimum vero hoc est, apud quam velis gloriam assequi, ea spectante praeclarum aliquid facere. Quod si te pater ad haec non movet, qui persuadere te posse non putet, videare spe illius melior. Si vero movet, nisi morem geras, te & illum afficere dolore, te affici necesse est: Hoc autem est otium quaerentem in tristitia vivere. Ceterum, o amicissime, considerans, quantam voluptatem afferes & parentibus, & affinibus, & in omnibus optimo patruo, & bonae uxori, & mihi, qui omnia pro te elaboravi, nunc quidem te ipsum veteribus Commentariis imple, & relictis juxta torcularia rusticis, ipse huc bona cum fortuna veni.

CCCXL. DEMOCRITO.

Cupienti mihi, frater charissime, de te atque universa familia aliquid vel audire, vel legere, oblatae sunt à *Philodemo* literae tuae, quibus filium tibi genitum intellexi. Neque vero felicior mihi nuncius aliquis referri jucundior potuisset. Ut enim praeteream, quod humanum genus natali minimi cujusque die laetari solet, quia fieri aeternum videtur, vel certe diuturnum; natus mihi nepos est, quem & possum & volo, debere etenim me certissimum est, paterna benevolentia complecti. Ex te enim parente ortus est, qui semper non frater modo mihi fueris, verum alterum me vitae reddidisse videaris. Quid enim aut tu voluisti, aut ego optavi, quod uterque alteri non plus praestiterit, quam exequi videretur? Tibi proinde gratulor, quod optimae spei filium sustuleris ex mihi dulcissima uxore. Filio vero, si piae amicissimaeque preces exaudiri postulant, & Aristotelicum ingenium, & gravitatem Socraticam, & Nestoris annos, Luculli divitias, Syllae atque Caesaris felicitatem precor. Quod vero ad te pertinere censeo, diligentissimo studio & literis, & morum praestantia jam inde a primis unguiculis filium instituendum cures; quod si feceris, & tibi, & mihi, & universo generi magnum quoddam, ac prope divinum dedisse munus videbere.

CCCXLI. TIMOTHEO.

Movet me parentis tui singularis fraternaque amicitia, qua me jam inde a pueritia complexus est, ut tibi perinde atque filio, quae recta esse intueor, & ad bene beateque vivendum necessaria, ea per literas significem. Audio, te non sine dolore maximo, posthabito literarum studio, venationibus, conviviis, denique scortis vacare, id quod non paternum ingenium, sed naturae tuae facilitas persuasisse tibi videtur. Cum quibus enim versaris, virtutum non modo negligentes, sed inimici hostesque semper fuerunt: Inde factum est, ut consuetudo earum rerum studiosum te fecerit, quibus illi sese oblectare solent. Quamobrem existima, nisi velis & te, & paternam gloriam prorsus evertere, eorum consuetudinem non secus abs te esse vitandam, ac prudentes nautae scopulos effugere solent. Deinde melioris vitae ineundam esse rationem. Insanae etenim mentis est, literarum studia; quae opes, quae honores, quae nominis aeternitatem afferre videntur, odisse, & se his voluptatibus dedere, quae multa & opulentissima patrimonia evertere, & infamiam invehere quam maximam. Sed in hoc genere longior ad te veniret Epistola, nisi mihi persuaderem, te ipsa coepisse te jam hoc intueri. Vale igitur, & ut omnes amici tui valeant, ut praescripsi, vitae alterius iter ingredere.

CCCXLII. SYMMACHO.

Tantae mihi voluptatis est, literas ad te dare, ut etiam in nulla rerum scribendarum copia mille scribendi argumenta sese mihi offerant, & aliquando quidem amicos tibi commendo, aliquando abs te mihi commendatis, omnia offero, quae expeti a tui amicissimo possint, & interdum, ne sim temporis permissu longior, alias pro negotiorum exigentia nunquam per literas tecum

EP. CCCXXXIX. (1) Graeca est n. 382. (2) Sequentia rectius leguntur supra in ep. 320.

tecum agere desiero. Nunc vero, & si suavius consilium videtur, ut pro optatis beneficiis gratiam tibi referre constituam, quam obligationem magis magis accumulem, tamen te maxime oro, ut literas, his annexas, *Chrysippo Apollodoraeo* meo nomine reddas, desque operam, ut ille vicissim ad me scribat, quandoquidem ejus literis nihil jam exspectatius esse potest.

CCCXLIII. ABURCIO.

Is, a quo praesentem Epistolam accepturus es, nescio quam prudenter literas à me contra *Herculianum* poposcit, arbitratus, contra veterem amicum, de me bene meritum, nulli vitio obnoxium, omnis virtutis genere praeditum me posse minimum aliquid scribere ad te, praesertim qui, uti Calchas ille homericus, & praeterita, & praesentia, & futura, intueris. Tantum vero abest, ut ejus voluntati possim morem gerere, ut commendaturus eum tibi accuratissime sim. Scito ergo, hominem esse *Herculianum*, qui in sui benevolentiam facile omnes allicere posse videatur, oedum te, cui tam clara virtus obscura esse non possit, quique & hostes, in quibus insignis aliqua virtus eluceat, amas, & omni humanitate prosequeris. *Herculianum* proinde ut amicum tractabis; nuocium vero literarum, ut discat modestior esse, hostem ducito, sed ita, ut se tibi commendasse me existimet.

CCCXLIV. MAIO.

Jam inde ab initio, quum *Celsus* ad me venit, multaque de benevolentia erga me tua locutus est, non aliter te, quam Deum quendam, observare incepi, & cum multae mihi suaderent causae, ut, Palaestinam felicem esse, crederem, nulla tamen re magis id probari posse arbitrabar, quam quia praesentia tua illustraretur. Enimvero facile mihi persuaserim, Palaestinam adeo hominibus abundantem fuisse, soli fertilitate potius, quam ut quasi ex Delphico ore gravissima abs te vivendi consilia caperent. Quod si pro tua singulari humanitate nulli unquam defuisti, obsecro te, ut mihi in magna necessitate succurras. Quum enim proxime *Euplotium* crudelia fata nobis abstulerint, cum quo constanti benevolentia, suavissima consuetudine diutissime vixi, immensum animo cepi dolorem, cui nihil reliquum mederi posse perspicio, praeter literas tuas, quae mihi Pieridum manibus (ut solent) scriptae videbuntur.

CCCXLV. BITALIO.

Acerbissimus me dolor cepit, quod te, a nobis abeuntem, videre non potui: Quanquam enim non dabatur, posse te a sententia revocare, aut certe, ut animo vehementer iosidebat, te comitari, complexu tamen atque osculo profectionis hujus tuae leniissem molestiam, lachrymis colla irrigassem, quumque diu ex te exanimis pependissem, tamen animi dimidium quasi comitem & verissimi amici monumentum tibi dedissem. Verum quia mihi res aliter evenit, ita discrucior, ut vel in maximis voluptatibus laetari ipse non possim. Quum enim haec vis amicitiae esse dicatur, ut corpora quidem duo unus interdum regat animus, te, a nobis disjuncto, quid voluptatis, quid boni, quid denique vitae reliquum esse potuit? Meministi, unum certe nobis esse animum, & neutrum sine altero multorum annorum spatio vivere potuisse. Illud praeterea non ignoras, alterum, qui moribus, & studiorum similitudine mihi par sit, non posse facile reperiri. Et haec quidem ita se habent; ferendum est enim quoquo modo, quod emendari non potest. Obsecro te, ut, si corpora locorum intervallo disjunguntur, frequentibus literis colloquamur, &, quod praesentes non possumus, absentes faciamus; id enim unum leoire aliquantulum, vel certe minuere dolorem posse videtur.

CCCXLVI. CALLISTIONI.

Consulto ne fecisti, an perfidia tabellarii hoc contigit, ut, quam Epistolam ad me proxime scripsisti, a ceteris omnibus antea, quam a me, lecta fuerit? Ego certe, undecunque id evenerit, gaudeo mirifice, atque laetor, eam in multorum oculos incidisse, quum & tu ingentem eloquentiae laudem adeptus es, quum mira copia gravitateque praestaret; & ego felix existimatus sum, cui cum tanto viro scribendi certamen contigisset. Ut igitur & mihi, & tibi hujusmodi plausus frequenter contingat, ejusdem generis literas ad me frequentissime scribas.

CCCXLVII. DIANIO.

Capta de meo erga te animo conjectura, & minime ignarus, quanti semper te fecerim, proximis literis mecum egisti, ut, quam indignationem ex *Alexandri* perfidia conceperam, tui causa remitterem, &, quem diu justissimo odio prosecutus fueram, reconciliato animo amare nunc inciperem. Ego vero arbitratus, magnam me infamiam effugere non posse, si tibi vel in ista consulenti non morem geram, constitui, quanquam mille vulneribus meum nomen affecit, eum quidem amare, sed occulte. Neque id statim aegro animo feras. Non enim hoc facio, quia aliquae odii reliquiae animo inhaereant, quandoquidem etiam minimo verbo possis à me difficillimum quodque exigere & impetrare. Sed novi hominis ingenium, novi, quantum sibi arroget, siquidem me tam facile placatum cognoverit, non modestia hoc mea, noo tuo hortatu, sed metu factum & putabit, & passim dicet. Satius igitur visum est, occulte amare, quam in apertum & praesenti acrius odium malignitate hominis impelli. Hoc tibi certe praestabo, ut neque re, neque verbis hunc in posterum etiam in maxima opportunitate laedam, quod non mihi magnum, sed quamplurimis admirabile certe videbitur. Nullus enim est, qui illum noverit, qui controversiam nostram audiverit, ex quo sciretur, quî ego sum gravior ultro expectari non possit. Sed nimirum virtus tua illius malignitatem longe superat, potiorque apud me tua voluntas est, quam animi mei vetus justumque propositum.

CCCXLVIII. LEANDRO.

Etsi fortasse tibi persuasurus es diffidentia potius gravitatis constantiaeque tuae, quam aut compatienti & malorum perito animo, praesenti Epistola velle me maximis tuis doloribus calamitatibusque mederi; tamen, cum consuetudinis, quae in hujuscemodi casibus magis indies observatur, tum officiorum erga me tuorum, meaeque erga te benevolentiae memor, malui quovis reprehensionis genere abs te redargui, quam non satisfacere & animo & officio meo. Vides, ut res humanae fatis agitantor. Neque enim te praeterit, nonnullos ex ultima calamitatum faece ad opes maximas & amplissimos honores evectos fuisse, plerosque vero ex altissimo felicitatis genere ad extremam corruisse miseriam, quam tamen neque hi vellent, neque illi ejusmodi fortunae sortem sperarent. Violenta semper sunt, & quibus humanae vires repugnare non possint, fatorum imperia. Stulte ergo aut bonis laetamur, perinde atque industria quaesitis; aut adversitatibus angimur, quasi dolor errorem emendet, aut negligentiam nostrae imbecillitatis redarguat. Quod quum ita sit, te, mi *Leander*, per veterem atque sanctissimam nostram benevolentiam maxime oro, ut calamitates, quae, volentibus imperantibusque fatis, te hactenus invaserunt, constanti magnoque animo feras, non ignarus, neque immemor ejus sententiae, qua ab ignavissimo viro *Socratem*, laesum, usum fuisse legimus: *Non ego abs te vel minime laedi videor, quandoquidem fortuna orbis Regina, & te inconsideratum, & me tuae levitatis patientem esse voluit.* Tu quoque ad omnem fortunae eventum ita te para, ut tu illi imperare, non tibi illa videatur. Facile enim fortuna contemnit, qui illius saevitiam & varietatem aspernari potest.

CCCXLIX. EUSEBIO.

Themistius, cum quo & diu & familiarissime vixi, fretus ea benevolentia, quae nos jam inde a pueris dulci vinculo conjunxit, mecum plurima questus est abs te accepisse indigna amico *Libanii*, indigna innocente, indigna denique nomine tuo, quod quum pietatem prae se ferat, crudelitatem tibi nimis amicam esse ostendis. Ego vero, etsi mihi persuadeo, te esse ea gravitate, ut nihil leviter, nihil sine causa facias, tamen *demiror*, quod cum *Themistio* a consuetudine naturaque tua fueris tantopere digressus. Sed fuerit sane aliquid dignum reprehensione atque odio in *Themistio*; numquid, quum ad me cogitationem refers, ea in me intueris, quae possint & reprehensionem adimere & lenire odium? Quamobrem obsecro te, ut *Themistii* loco me suscipiens, & praeteritos errores, si qui sunt, mea causa remittas, & illi te imposterum mitiorem praebeas.

CCCL. ANDRONICO.

Qoum ita, eo jubente, qui mihi certissimum Numen est, in Boeotiam pervenissem, commotus celeberrima fama Parnassi montis, ubi esse Pieridum dulcis Chorus, & Bacchi, Apollinisque sanctissima Numina feruntur, cum turba eloquentissimorum juvenum, eo me contuli, ut difficile per Epistolam declarare posse videar, quo laetitiae voluptatisque genere illa me spectacula affecerint. Certe, si licet cum amico etiam levissima, & viro indigna tractare, eo voluptatis atque dulcis cujusdam furoris deduci visus sum, ut vel extremis labris unda degustata, quae ad montis radices dulcissima est, Poëtae spiritum hausisse viderer. Cur ergo miremur, quod *Homero* atque *Hesiodo* contigisse Poëtae commemorant. Si ego a me ipso decipior, arbitratus, esse me, quod esse nullo modo possum, haec tibi ideo scripta volui, quia Poëtarum figmenta contemnere consuevisti, & quasi aniles nugas ducere, ut intelligas, Phoebeam vim ejusmodi esse, ut etiam, quae fieri non posse videntur, non aliter quam vera canantur.

CCCLI. THEOGONIO.

Etsi admirationis & risus materiam haec tibi suppeditabit Epistola; ea etenim sum abs te petiturus, quae stultitiae suspicionem effugere nequaquam possunt. Et quia subitus Calistenis discessus Epistolae brevitatem imperat, cujusmodi sit, brevi sic habeto: Peto abs te, ne me ames, ne amari a me te putes, quanquam mutua beneficia & morum naturaeque similitudo nos non esse modo, sed & videri amicos impellit. Tamen operae pretium esse arbitror, ut uterque alium odisse velit; Nobis enim in consueta amicitia viventibus quotidie quam plurima occurrunt, quae nos etiam invitos a recto atque honesto digredi compellunt. Petit enim alius, ut te ad delinquentis & scelestissimi hominis defensionem adhorter; Alius autem indeficienti prece me obtundit, ut te ad oppugnationem innocentissimi atque sanctissimi hominis impellam. Nec mihi ulla defensionis ratio occurrere potest. Si enim, quod non liceaot a me efflagitari, forte respondeam, obruor clamoribus, licere ea familiariter ab amicissimis impetrare, nedum petere. Ceterum si diffidere me tibi asseram, quod te sapientissimum optimumque esse intelligens iojusta petere abs te non audeam, è vestigio manibus pedibusque nedum Oratione mihi reclamatur: Ejus generis benevolentia nos conjungi, ut vel patris, vel filii, vel parentis mortem audeoter impetrare abs te videar. Quamobrem eo miseriae deducor, ut & inconvenientia abs te petere nolim, & hominum importunitati resistere nullo modo possim. Quod igitur initio scripsi, te maxime oratum velim, ut, etiamsi voluntas naturaque repugnat, veterem nostram benevolentiam missam faciamus; vel si hoc grave tibl videtur, Calistratum, virum, in omni vitiorum genere insignem, atque omnis virtutis apertissimum hostem, ut quibusdam amicis morem gessisse videar, contra leges, contra consuetudines civitatis, contra justitiam tibi defendendum constituas.

CCCLII. ULYSSI.

Desine tandem mihi verba dare. Quotidie enim mihi pollicitus, te aliquando opera mea usurum, formidolosior quotidie fieri videris. Ex *Timocrate* enim, quem proxime hospitio excepi,

pi, quam parum de me tibi persuadeas, animadvertere visus sum, quippe qui in magna *Andronici* tui atque difficillima causa mea uti ope nolueris, potiusque aliorum beneficio tibi utendum proposueris, qui neque vellent, neque possent aeque atque ego optatis tuis morem gerere. Quid igitur in te accusem? an imprudentiam quam certissimam non videas? an timiditatem, quia prae timore a me nihil petas? an avaritiam, quod rebus tuis vel in maxima necessitate uti nolis? Certe quum omnia haec ad te pertineant, quod extremo loco positum est, imprimis te decere videtur. Si enim amicorum vetus proverbium omnia communia facit, quid meum esse, dicive potest, quod tute vendicare tibi non debeas? Sed praetermittamus ab hujusmodi lege cetera amicorum paria dissolvi, nos certe nec mors ipsa dissolvere poterit. Tantis enim & honoribus & commodis me semper prosecutus es, ut, si possim, nolim, si velim, non possim tibi negare aliquid, quod vires meas etiam superare videatur. Ergo aut muta sententiam, aut amicitiam nostram mendacem mihi persuadebo.

CCCLIII. NICENTIO.

Mihi jubes his literis, quas proxime ad me scripsisti, ut tui memor esse velim. Cur itidem non jubes, ut me ipsum memoria teneam? Quod si hoc superfluum ducis, & illud tibi profecto inane videri debet: Quum enim me oblivioni mandavero, tum demum tui obliviscar. Ita enim de me meritus es, ut in te meam ipsius animam posuerim, neque facere, neque aliquid cupere possim, quod tibi vel minime displiceat. Hanc igitur curam ex animo deleas, teque mihi esse carissimum ducas. Utque sententiae nostrae degustationem capere possis, opto, offerri tempus, in quo meam erga te beoevolentiam, liberalitatem, atque fidem experiri possis.

CCCLIV. POLYCHRONIO.

Theophrasti & eloquentiam teoes, & inopiam non ignoras, & quae benevolentia cum illo mihi iotercedat, optime intueris. Eum tibi vehementius commendarem, si tua pateretur humanitas, & summa in studiosissimos quosque, nedum in hunc, divina quadam eloquentia praeditum & charitas & pietas. Dabis ergo pro tua virtute operam, ut, quam in te spem *Theophrastus* posuit, interiisse non doleat. Quod si, ut facile spero, effeceris, & illum beatum reddideris, & immortalem tibi gloriam comparaveris, me vero eo beneficii genere tibi devinxeris, ut gratiam parem tuis meritis nullo temporis intervallo referri posse arbitrer.

CCCLV. MAIO.

Permoleste tuli tam longum a nobis discessum tuum, id quod inde innotuisse tibi potest, quod nullus hinc nuncius ad te profectus est, quin literis te ad reditum vehementissime hortatus fuerim. Hoc itidem ut repetam, ardentissimum tui desiderium facit. Quanto etenim diutius abes, tanto videndi tui majori desiderio corripior. Nec sane id injuria efficere videor. Solus enim es, cujus dulce caput vita quoque ipsa magis amo, nec sine te calamitates lenire, nec frui voluptatibus posse videor. Matura igitur, quantum potes, reditum, ut me ex hac molestia vindices.

CCCLVI. DEMETRIO.

Aesculapius tuus, qui disciplina atque fide meus jam fieri incepit, ita in eloquentia proficit, ut non ex te, mortali patre, sed ut poëticus ille Aesculapius ex Apolline natus videatur. Quare laetemur pariter necesse est: & tu, quod hujusmodi genueris filium, & ego, quod doctrinae meae talem sim consecuturus haeredem praeconemque. Maximum etenim Praeceptoris solatium est, quum uberrimos dulcissimosque fructus suo ex cultu colligere posse videtur. Ego vero, ut nudam veritatem eloquar, non minus tibi pro filii ingenio debere me fateor, quam tu meae praeceptioni debeas.

CCCLVII. SABINIO.

Ex Corintho Athenas, & inde Rhodum, audio, tibi esse in animo prn maximis necessariisque negotiis navigare. Doleo sane, quod non satis opportuno id tempore facis, quandoquidem Orion nautis inimicum sidus. & iratus Aeolus, furoreque Neptunus percitus, difficilem navigationem fore interminantur. Sed quum ita faciendum tibi constituisti, Deos atque Deas omnes supplex oro, ut nihil mali, quidquid autem animo insederit, continuo consequare. Ceterum maxima prudentia tibi utendum censeo, ut non nisi vocantibus ventis vela committas, sique fieri potest, navigationem in commodiora tempora differas, ut & tu securior sis, & tui omnes mecum amici tolerabilius tuam ferant absentiam.

CCCLVIII. CELSO (1).

Admirabile videri non debet, quod Athenas multi vehementissime & ament, & visere cupiant. Dulcissimum namque illud est natura solum, & iis, quibus vidisse contingit, & qui ex aliorum sermonibus loci amoenitatem didicisse videntur. Attica nimirum regio, Musarum parens censeri potest, & praeclara divinitateque plena ingenia aut profert, aut, aliunde perlata, facit, nec poëtica modo hic oratoriaque studia florent, sed etiam, quae sapientes mortales facit, Philosophia diligentissime ab optimis doctissimisque Doctoribus traditur. Tuum proinde consilium mirifice probo, quod nepotem, optimis disciplinis erudiendum, huc miseris, non quod, me duce, egregium aliquid consecuturus videatur, sed quia tanta in hanc urbem siderum felicitas influere videtur, ut nemo vel mediocri studio non possit non maxime proficere.

EP. CCCLVIII. (1) Consentit ex parte cum ep. 627. inter Graecas, Celso itidem inscripta.

CCCLIX. MODESTO.

Quocunque me converto, circumferuntur voces, quae *Parthenium*, mihi longo tempore familiarissimum, divinis laudibus efferunt: Quare, etsi ad commendationem amicorum facile commoveri soleo, tamen, ut hunc & copiosius, & vehementius, animosiusque commendem, aliorum de eo facit opinio. Hujus enim familiaritate atque amicitia deceptus videri possem, si a me uno laudatum hominem tibi tam accurate commendarem. Quum igitur *Parthenius* tua opera uti volet, non aliter abs te illum tractari velim, ac si esset res mea. Nam ut praeteream, quod communis est cum illo mihi patria, quodque in primis amicorum numerare illum soleo, ea est virtute praeditus, ut & veteres amicos retinere, & novos quotidie sibi efficere facillime possit. Quamobrem si huic affueris, & immortali me beneficio affeceris, & hominem, amicitia tua perdignum, in perpetuum tibi devinxeris.

CCCLX. MODESTO.

Quemadmodum, quum praeceptione mea utereris, literarumque studio diceres nihil videri posse tibi dulcius, ab re uxoria sum te dehortatus; Ita consilium tuum laudo atque probo, quod, eam eloquentiae doctrinam consecutus, quae in summis Oratoribus praeclara videri possit, ad uxorem animum adjunxeris, ut non modo fortunarum, sed & doctrinae certissimos post mortem haeredes habere possis. Addo, quod veteris proverbii memor uxorem in vicinia delegisti, cujus mores atque formam haud aliter tenes, ac si nata domi tuae educataque fuisset. Vive igitur cum uxore felix, & in summis etiam deliciis eum memoria repetas, qui olim te optima indole puerum paterna charitate instruxit.

CCCLXI. ARISTAENETO (1).

Arbitratus, velle te nihil rerum mearum ignorare, tametsi nihil boni habeo, quod ad te scribam, tamen, qualiacunque occurrunt, non est animus reticere. Crucior immatura filioli morte, & gemitus mihi pro cibo, lachrymae vero affluentes continue rorantes potionis loco mihi sunt, adeo, ut vel capitales inimici jam pietate atque miseratione prosequi me possint. Neque vero tantummodo, quia mortuus est, crucior, (mortalis etenim a me genitus morti obnoxius erat,) sed quia claudenda ab eo mea lumina fuerant, & vale ultimum conditis cineribus meis dicendum. Me miserum! consuevi ceteris, hujusmodi dolore affectis consulere, adesse, & mittendum moerorem argumentis colligere, nunc omnis me ratio destituit, solaque senectutis meae infelicitas animo succurrit, frustrati in doctrina filioli labores sese offerunt, & quicquid denique faucium pectus magis atque magis laedere potest, dolentissima consideratio pertractat. Poteram jam inde ab initio, quum filius in lucem productus est, futurae calamitatis conscius videri; *Theophilum* etenim appellari illum placuit, nunc vero quam fuerit Deis amicus, nimis manifesta conjectura intueor. Me etenim, patre miserrimo, in luctu tenebrisque destituto ad illos evolavit. Quum igitur nihil dolori meo mederi posse videatur, enitere tu, cujus linguam atque ingenium Pierides Parnassi liquoribus sparsisse creduntur; enitere, inquam, suavissimis literis tuis me a tanto moerore subducere. Quod si impetrari non poterit, mirifice tam gravi & Aetna graviori pondere levari videbor. Quod si singulari naturae tuae clementia aliis adesse consuevisti, me negligendum nequaquam putabis.

CCCLXII. THEMISTIO.

Leontius dicendi artem doceri a nobis cupit, in quam sententiam ideo venisse videtur, quia amari se a nobis credit, atque, ut verum loquar, & amatur, & juste quidem; bonus etenim est, & naturae atque moribus meis admodum similis. Quamobrem etsi parum ingenio valemus, fide tamen erga illum nostra maxime proficiet.

CCCLXIII. HEORTIO.

Redditae mihi sunt literae tuae, quas omni reliqua voluptate jucundiores accepi, easque, ut jussisti, & *Dicliano* & *Anatolio*, & reliquis denique amicis legendas praebui. Incredibile vero dictu est, quantopere nos omnes illae delectaverint. Ut enim omittam, quod humanitatem & singularem vereque divinam benevolentiam erga nos omnes tuam prae se ferunt, certe ea copia, ea suavitate, ea gravitate praestant, ut ornate scribendi legem dedisse videantur. Neque enim possum mihi in animum inducere, multo melius nudis praeceptionibus dicendi scribendique rationem comparari, quam legendis elegantissimorum hominum & epistolis & orationibus. Qui enim artium praecepta litteris commendant, ea tamen modo scribunt, quae in mentem veniunt, in epistolis autem, elaboratisque orationibus non ex antiquorum praeceptis, sed ex necessitate causae omnia collocantur, quae plurimum ad persuasionem pertinere posse videntur. Fuit ergo mihi atque omnibus, in quorum manus pervenit, epistola tua sanctissima quaedam lex, ornate scribendi, atque ut magis tibi debeamus, indies crebriores, anteacto tempore, ad nos literas mitte.

CCCLXIV. PHILETIO.

Expectanti mihi literas tuas, nuncius occurrit, qui abs te paulo ante profectum se dicebat. Continuo vero coepi hominem mille quaestionibus obtundere, quid agit, inquiens, *Philetius?* quae ei valetudo est? quomodo valent amici ejus omnes? quomodo eis successit causa quam difficillima, quam cum patruo habebant? quid spei de filii vita habebat, quem navigatio diuturna absentem reddit? alia item plurima subjiciens, quae scribi facile non possent. Ad haec ille unum tantummodo referebat: Bene, inquiens, res, ut spero, continget, idem

EP. CCCLXI. (1) Convenit ex parte cum ep. 971. inter Graecas.

EP. CCCLXVI.

idem sane dicturus, si quaesivissem, utilene esset fortunas amittere, lucem relinquere, discedere a vita? Quare sit, ut ego eum aut stultum ducam, aut mendacem. Ne igitur me diutius res ista ancipitem ambiguumque teneat, literas ad me dato. Quod enim ore nunciatur, varium esse plerumque solet, aut oblivione, aut negligentia, aut perfidia denique nunciantis. Quod autem scribitur, ab eo praesertim, cujus res geritur, illud certissimum teneri solet, nec immerito, quum mendax rumor censeri plerumque soleat, literarum monumenta fidem assequantur. Hoc si feceris, magna certe voluptate me affectum iri tibi persuadeas.

CCCLXV. ARISTAENETO.

Quod ex animi tui sententia judicatum fuerit, vehementissime gaudeo mihi, tibi vero gratulor: *Themistius* namque falsum justitiae nomen sibi vendicans, superandus a te fuit, qui & justissima facere, & ab aliis facta injuste odisse consuevisti. Neque vero fortunae debere te aliquid, propterea arbitror. Quod enim es consecutus meritis tuis, non fortunae felicitati me auctore quispiam adscripserit. Fruere igitur ista tua virtute, cujus adipiscendae labores gloria nominis tui longo intervallo superat.

CCCLXVI. POLLUCI.

Quicunque abs te in hanc Urbem proficiscuntur, idem semper a nobis audiunt, hoc autem hujusmodi est: Viderintne *Polucem*? quid agit *Pollux*? redditurí ne mihi sunt a *Polluce* litteras? alia item ejusmodi generis permulta. Hujus rei causa est & mea singularis erga te benevolentia, & tua in scribendo negligentia. Nam & ego cum te semper animo & cogitatione videam, quum de te percuncter, facere non possum (1), & tu, quum nihil scribas, non modo negligens, sed mortuus interdum mihi videris. Quamobrem si & molestia me liberare, & fungi officio constitus, mutato consilio, crebriores ad me litteras scribito.

CCCLXVII. ANTIPATRO.

Gaius, qui proxime ad nos profectus est, ita mihi commendatus erit, ut magis alius esse non possit. Trium enim patrum filius hic esse videtur: Ejus a quo genitus est, & tuus benevolentia & fide, & *Clearchi* disciplina, quorum apud me plus valet auctoritas, quam ceterorum, qui mihi sint amicitia conjuncti. Hic ex bonis progenitoribus natus, bonus quoque futurus videtur, & ex amicis ad me profectus, facere non potest, quin amicus quoque mihi sit. Ad eam igitur, quam ex *Clearcho* consecutus est eloquentiam; curabo mea industria aliquid accedere. Quum ergo literas ad me scripturus es, subeuntem animum tuum *Gaji* considerationem commendationemque praetereas. Commendatissimum enim tam accurate denuo commendare non amico, sed amico, fidentis hominis esse videtur.

CCCLXVIII. DATIANO.

Silentium tuum & tua permissione & spe mea longius accusaturus fueram, nisi succurrisset animo, eodem crimine me tibi suspectum videri. Ceterum in causis dicendis versatus ego invitus a scribendo vacavi. Tu vero, quantum ex proficiscentibus accepi, minime negotiosus, ne brevem quidem mihi legendam Epistolam tuo nomine reddi voluisti. Quamobrem, si non est consilii mei tuam istam incusare negligentiam, tamen per cineres patris oro, ut si, quod ad me scribas; reliquum nihil habes, hujus argumenti saltem scribatur Epistola, nolle te a me literarum aliquid dari.

CCCLXIX. MAXIMO.

Si tuae benevolentiae valde confidimus, neque imprudentes, neque creduli nimis videri debemus. Non ignoramus enim, nihil placere tibi posse, quod nobis utilissimum non sit, quia etsi *Genesii* nepotis causam, quam meam reputo, longa atque elaborata Epistola tibi non commendo, fides tamen tua, quid hac in re facturus sis, admonere te potest.

CCCLXX. MARCELLINO.

Quod Philalcum a me & non intentum dedecus & tria etiam vulnera accepisse vidisti non te absterreat, obsecro, aut gratitudinem mihi inimicam esse existimes. Illum etenim ideo, quibus potui malis, sum prosecutus, qui meritus de me pessime fuerat; tibi vero, ut qui semper mei studiosissimus fueris, usque ad extremum spiritum amicissimus profecto fuero. Quumque non nisi provocatus de malis male mereri soleam, bonis etiam sponte mea favere consuevi.

CCCLXXI. HYGIENO.

Non ignoro, Musarum deliciis nihil tibi videri jucundius, quumque sedens ad Parnassi radices, ardentem sitim dulci unda expleveris; ita dulces voces effundere, ut imitatus Orpheum & silvas trahere, & flumina sistere possis. Non tamen laudo civitatis tuae administrationem abs te, qui primus in ea sis, literarum studio posthaberi. Eloquentia etenim ea potissimum causa inventa videtur, ut publicae rei, quum res postulat, consulatur. Quare, ne hoc peculiare Deorum immortalium munus inutiliter tibi datum videatur, diligentiae tuae fructum patriae aliquantum largiaris.

CCCLXXII. PAPPO.

Quicunque isthinc ad me veniunt, queri te, nunciant, quod, quum ceteri, qui tibi sint familiares, humaniter scribant, tuis notis obsequantur, unus ego duriter nimis scribam, & opinioni semper tuae repugnem, quod, si audire te volumus, non modo levem benevolentiam; sed apertissimum odium praetendit. Sed, obsecro te, ut hanc ex animo sententiam deleas; Ut

EP. CCCLXVI. (1) f. deest, *quin scribam*.

Ut enim omittam, quod me ipsum odisse, quam te, facilius mihi multo sit, in hoc fidem meam imprimis tibi significasse videor, quod nihil ad gratiam ad te scripsisse unquam placuit. Vera namque amicitia exigere hoc videtur, ut amicorum non voluptatem, sed honorem atque honestatem semper diligenti vestigatione disquirant. Nam qui aucupandae gratiae duntaxat studio maxima simul & injusta dicenda amicis faciendaque consulunt, ii sane non amicitiae, sed assentationis officio uti mihi videntur. Uti igitur odio illi, ita amici etiam, dum pollutis amicorum mentibus contraria consulunt, benevolentia dignissimi sunt. Si quis enim in vasta solitudine usitatam rectamque viam amiserit, &', ope quaesita, alter in via, quae plana & facilis videatur, latrocinia fieri consuevisse; alius autem melius atque securius idem iter esse mentiatur, nunquid, recogita, & illum amabit, & hunc odio capitali prosequetur? Ita & tu, quum istae voluptates fallaces te destituerint, illecebras, & eos, qui tibi assenserunt, fallaces, & me verum censueris amicum. Plurisque facio, profuisse tibi, dum putor inimicus, quam mendaci amicitiae nomine nocuisse. Debeo enim tua commoda meis praeferre voluptatibus, si volo is esse, quem sanctum amicitiae nomen deceat.

CCCLXXIII. MODESTO.

Si nunc amicitiae nostrae fundamenta jacta forent duntaxat, facile tibi assentirer, magnum a me aliquid & diffidenter optandum & timide petendum esse: Verum post multa certissimaque benevolentiae erga te meae argumenta subtimide rogare a me aliquid, ineptum puto. Addo etiam, quod, qui animo diffidit, non satis etiam se in amicitia stabilem ostendere videtur, ut qui in alio formidat quod sibi inesse animadvertit. Admiror itaque, ac vehementissime doleo, quod *Andronicum* non modo literis tuis, verum etiam aliorum commendatione a me defendendum curasti. Tantum enim tibi tribuo, ut tua unius commendatio difficillima quaeque imperare facilius possit, quam plurimorum accuratissimae preces ad leve aliquid me hortari posse videantur. A me igitur defendetur *Andronicus*, non, quia multorum vota ad hoc me advocent, verum, ut voluntati tuae morem geram, pro quo etiam si dulcem animam effudero, minimum quiddam fecisse mihi videbor. Sed pro praestito *Andronico* suffragio id abs te vicissim peto, ut deinceps mecum audentius agas.

CCCLXXIV. URSO.

Quum mihi proxime in omni loco & tempore operam tuam obtulisses, arbitratus, te quod animo concepisses voce effari, *Dionysium*, cui me ipsum debere fateor, tibi unice commendavi, eique pollicitus sum de te multo majora, quam à me ipse requireret. Sed videtur timidum mihi ingenium fuisse. Nimirum, & ille, aliis Patronis comparatis, minus damni fecisset, & ego levitatis crimen effugissem. Rediens etenim nunquam vulgariorem commendationem se fuisse expertum, memoravit. Tu ergo deinceps aut promissa effice, aut minora promitte, ne studio comparandi amicos, inimicitiam tibi conses.

CCCLXXV. NICENTIO.

Salicianus (1) quum ab Athenis veniens, me offendisset, dicta ex consuetudine salute, te bene valere mihi significavit, quo nuncio nihil ad me aut gratius deferri, aut jucundius, aut expectantius potuisset. Fretus deinde de mea in te benevolentia, quam ex multis didicisse potest, mihi vehementer se ipsum commendavit. Ego vero, qui non ignorarem, eum & patri tuo, viro clarissimo, semper fuisse, & esse tibi amicissimum, ceteris rebus posthabitis, quoad licuit, causam ejus, licet difficillimam, diligenter tractavi. Haec autem non ideo ad te scribi censeas, ut referri gratiam postulem, sed ut frequenter ad me hujusmodi amicos tuos venire studeas. Quotiescunque enim de te aut tuis bene mereri possum, Deorum immortalium mensis accumbere videor.

CCCLXXVI. DEMETRIO.

Meminisse te, arbitror, quum puer olim eloquentiam a me disceres, te mihi perpetuam benevolentiam promisisse, quod non aliter atque filium & doctrina & moribus te praestantem reddere curasse videbar. Quare cujusvis alterius gratia nomini meo abs te detrahi moleste fero. Quum enim amicorum omnium, tum Praeceptoris perpetuo memores esse decet. Quod si in sententia permanendum duces, caveto, ne vituperati in vituperantem contumelia refundatur. Nam ut solus male de me dicas, non deerunt quam plurimi quorum alii mendacem, alii ingratum, alii maledicum, alii imprudentem, alii aliter te appellent.

CCCLXXVII. POLYCHRONIO.

An tibi uxor ducenda sit, per epistolam a me doceri postulas, & magno expetis desiderio, non de ventorum origine, aut denique de aliqua difficillima quaque materia quaestionem abs te propositam. Qua enim ex re multa & commoda & incommoda diversi mortalium sunt consecuti, eam laude an vituperatione dignam censeas, definire difficillimum est. Sed quia non in universum petis, utrum conducat uxorem ducere; sed an tibi uxor expediat: quandoquidem ita jubes, quid ego sentiam, continuo disces. Uxorum munus ea potissimum causa adinventum putatur, ut, si fieri possit, mortales immortales fiant, aut certe longioris aevi felicitate suam mortalitatem demulceant. Susceptos enim ex legitima uxore liberos, moriens pater ita relinquit haeredes, ut non patrimonium modo possideant, sed paternam virtutem prae se ferant. Hoc te facere nimirum convenit. nam si absque liberis diem tuum obieris, solus quum sis in Familia tua, non erit, qui Proavi *Themistii* eloquentiam, *Urciani*, clarissimi

EP. CCCLXXV. (1) Leg. *Italicianus*.

rissimi patris tui, sapientiam, denique integritatem tuam legitimus haeres imitetur. Neque vero illorum consilia audias, qui; ingressa domum uxore, te continuo fore servum mentiuntur. Id enim ut consulant, suadeant, atque orent, spes facit, ex tuis, te mortuo, aliquid diripiendi. Vulgatum enim *Pythagorae* proverbium est: *Plures soli diviti amicos esse, quam pauperibus multis.* Adsunt tibi multi, obsequuntur multi, adeunt te multi, non tui, sed rerum tuarum desiderio adducti. Quod si fortuna, quae semper incerta est, & rerum novitate gaudet, te ad inopiam demiserit, haud aliter abs te ficti illi desugient amici, quam spoliata frugibus arva famelicae aves destituunt. Uxor autem, quam ex vicinia deligi quam maxime honestam volo, & quae sit ex laudatissima matre nata, & felicitates tuas augebit, & calamitates studiosa levabit.

CCCLXXVIII. A R C H E L A O.

Athenas profectus, forte in *Clitarchi* domum diverti soleo, etenim cum homine illo semper Athenis fui. Post multos autem variis de rebus sermones, in filii tui commemorationem incidimus, quumque, ut amicitia nostra postulabat, diligentius de moribus, de doctrina ejus inquirerem, retulit *Clitarchus*. Qualis censeri debeat *Archelai* filius, nomine ipso intelligi potest. *Acacius* etenim dicitur quod in aleis esse non possit, in literis autem usque adeo proficit, ut Apolline patre, matre Calliope natus videatur: Haec ad te ideo scribo, quia quae audienti mihi jucunda fuerint, legenti tibi jucundissima erunt.

CCCLXXIX. S A L U S T I O.

Nescio, qua ex causa tuarum literarum lectione tam valde delecter. Proxime etenim in maximo moerore & luctu, quem *Juliani* Ptincipis interitus ingesserat, accepi literas tuas, quibus legendis ita recreatus sum, ut molestiae nihil sensisse viderer. Tractabas autem Epistola illa, quod lectu mihi jucundissimum fuit, me tibi charissimum esse. Quare te rogo, ut frequenter ad me scribas, & si per occupationes licet, longissimas etiam Epistolas.

CCCLXXX. A D A M A N T I N O.

Quicquid abs te petiturus sum pro tua & liberalitate & summa erga me benevolentia, ante petitionem impetrasse videor. Non admiraberis itaque, neque damnabis, si brevi vulgarique epistola, quae maxima sunt, a te efflagitabo. *Seleucus* vir optimus, & mihi veteri amicitia conjunctissimus, ad te venit, tua opera atque ope in difficili quodam negotio usurus. Quare si me amas, quo exploratius mihi nihil habeo, declara homini diligentia tua, quantum ei mea profuerit commendatio.

CCCLXXXI. D E M E T R I O.

Dicitur Ulysses ex longis & maris & terrae erroribus amplissima *Homero* praestitisse, adeo ut, si a mortuis redeat laudatissimus ille Ulysses, dicat Alexandri Macedoniae Regis opes atque delicias se minoris facere erroribus periculisque, quibus a Troja in patriam navigans affectus fuit. Inmortalem quippe & memoriam & laudem inde consecutus sibi videatur. Ita etiam tu, quod magna orbis parte pererrata, cum tanta rerum humanarum peritia, cum tanta civium omnium expectatione, cum celebritate nominis in patriam redieris, causam & maximi & longissimi gaudii habere te puta, quippe qui domi otio segnitieque animum, qui origine coelestis atque divinus est, torpere sinunt, non modo a ceteris ridentur, habenturque ludibrio, sed ipsi quoque nulla cum felicitate, nulla cum voluptate vitam traducunt; nec magis, quam forte pedem domo emiserint, de rerum humanarum varietate differere sciunt, quam qui occlusis oculis dormiunt. Quare & te cujus praesentia beatum me fecit, rediisse gaudeo, & tibi comparatis ex errore honoribus admodum gratulor.

CCCLXXXII. P H I L A G R I O.

Quo ex tempore, & quam constanter *Olympium*, virum clarissimum, amaverim, & a me saepe, & ab aliis multo audivisti frequentius. Quamobrem non admiraberis, si accuratissime eum tibi commendavero. Ad amicitiam etenim, quae mihi cum illo intercedit, etiam petitionis honestas adjungitur, ideo quod ejusmodi ignotis etiam tu sponte concedere consuevisti. *Olympio* igitur, causam istic acturo, difficillimam insidiis adversariorum, re autem justissimam, neque consilio neque ope deesse mea causa velis. Quod si feceris, tibi non minus debere & sentiam & profitebor, quam *Olympio*, cujus beneficio non modo honores amplissimos, sed & salutem sum consecutus.

CCCLXXXIII. S I L A N O.

Herculianum natura tibi, mihi fide & benevolentia, charissimum filium immatura morte praereptum fuisse & doles, & per epistolam mihi significas. Ego vero isto nuncio me gravi moerore affectum fuisse, non diffiteor. Humanitatis etenim est, adversis amicorum casibus commoveri: Simulac autem Herculiani egregiam divinamque virtutem, cum qua vitam omnem gessit, animo & consideratione complexus sum, abjeci penitus, quam molestiam ante conceperam. Neque enim interiisse mihi *Herculianus* videri poterat, cujus nomen non modo longe lateque diffusum esset, sed immortalitatis gratiam fuisset consecutum. Vivunt etenim etiam, abeunte a corpore spiritu, qui & viventes virtutem habuere amicam, & morientes eam laudem reliquerunt, quae voce omnium celebrata interire non possit. Quare & tu prudentia utens; quae familiaris tibi esse consuevit, gratulandum manibus filii potius ob relictam sui memoriam, quam morte, quae est omnibus aequa, dolendum censeas.

CCCLXXXIV. P Y L E M E N I.

Ex multis, qui te sunt familiarissime usi, maximo studio Astrologiae perdiscendæ & Athenis, & alibi te vacavisse, accepi, id quod in te mirifice laudare compellor. Quod etenim fecisti, multi, ut consequerentur, in Aegyptum, & in remotissimas orbis regiones non minimo cum incommodo sese receperunt. Equidem & illis & tibi

tibi honesta simul, simul vehemens causa fuisse videri potest. Nam coelorum atque siderum motus cognoscere, &, quod inde fit inferioribus eventurum, divinum esse facile contenderim. Abs te vero, qui hujusce rei scientissimus & sis, & dicaris, scire percupio, siderum ne motus atque natura mortales ad bonum malumve necessario compellant, an homines siderum inclinationi obstare possint. Id enim & cognitu pulcherrimum mihi erit, & dissolvi abs te facillime poterit.

CCCLXXXV. NICANDRO.

Non facile per epistolam ostendere posse videor, ex eloquentiae ne, an ex sapientiae studio, quam Philosophiam appellamus, plus laudis adeptus fueris. Utraque sine discrimine aliquo praestas, & in altera *Socratem* aequas, in altera autem *Demosthenei* minime cedis. Dicam tamen, quod sentio. Vidisse me multos unius Philosophiae studiosissimos, qui tibi invidere possint, alios item, qui quum in eloquentia vitam omnem posuerunt, si post te causam dicant insantissimi videantur. Tu vero arbitratus, neutrum sine altero perfectum esse posse, ita es eloquentiae studia complexus, ut Philosophiam nequaquam praetermiseris. Quare quae laus duobus, & quidem in diverso doctrinarum genere clarissimis viris deberetur, ea te unum dignum esse & sentio & judico.

CCCLXXXVI. THEODORO.

Petis a me, ut per Epistolam tibi significem, quid nomini meo detrahentibus responsum oporteat, quandoquidem quotiescunque de me homines male loquuntur, de te ipso male audire videris. Ego itaque, quod vicem meam doleas, tibi debeo plurimum: Amici tamen officio fungeris, & quod de me tibi promittere possis, justa mihi ratione praestas. Ceterum noli te pessimis maledicorum de me sermonibus affligere, id etenim ipse parvi facio. Nam ut in solatium doloris tui potius, quam in gloriam meam nonnulla de me commemorem, inviti etiam hostes mei, quum meum nomen obscurare se maxime credunt, maxime illustrant, quippe multis meum nomen innotescit inimicorum maledictis, quibus clam antea fuerat, qui (ut est natura mortalium semper ad malum facilis) quum auditos rumores avidiore studio dissipant, uberiorem vituperatione laudem passim audiunt, auditam credunt, creditam vulgant, & me quem antea ignorabant, non amare modo, sed & laudare incipiunt. Quare, quotiescunque male de me loquentem quempiam audiveris, nobis tacentibus, illos aliquando poenas daturos tantummodo dicas, & patientia tua, qui pro te illis respondeant, facillime invenies.

CCCLXXXVII. ANDRONICO.

Qnod a me scire desideras, ejusmodi est: Recte me cum meis omnibus valere & discipulorum turba circumseptum novos quotidie filios praeceptione mea gignere. Quicquid autem otii ab erudiendis juvenibus mihi reliquum est in rebus, a *Juliano* gestis, describendis totum consumitur, quae materia amplissima quum sit, multum diligentiae atque otii postulat. Sed inter tot tamque varias occupationes, quin ad te scribam, facere non possum, &, quia te alloqui literis percupio, quum intueri coramque affari te non possim, &, quia scriptam his manibus Epistolam legens, responsurus itidem sis. Tuis autem literis nihil possum jucundius expectatiusque legere. Quare si occupatissimus ad te scribo, tu in summo otio nequaquam me tuarum lectione prohibeas.

CCCLXXXVIII. POLYDORO.

Quotiescunque ad me scribis, quasi nullum reliquum scribendi argumentum animo tuo occurrat, me semper hortaris, ut, destituta solitudine, in urbem revertar, quandoquidem multi & boni & ingeninsissimi juvenes id a me fieri, & desiderant, & postulant. Ego vero, ad docendum natus, cupio studiosis omnibus, dum liceat per valetudinem, morem gerere. Atqui, peste jam civitatem omnem occupante, vitae, quam lucri, cupidior, in villam hanc secessi, ubi & valetudini recte consuluisse videor, & omni discipulorum turba levatus, literis atque studio perpetuo vacare possum. Quare absentiam meam tu cum ceteris omnibus tantisper aequo animo feras, dum immortalium Deorum singulari beneficio, omni pestis suspicione sublata tute in Urbe futurus videar.

CCCLXXXIX. AESCULAPIO.

Etsi *Nicander* passim summa cum gloria, alia re etiam occupatus, te filium genuisse divino ingenio & jam medicae artis principem quotidie dicitur; credere tamen nonnulli solent, non humano te, sed Apolline patre natum. Neque enim solo nomine Aesculapium illum Apollinis certissimum filium, sed etiam doctrina & experientia reddis: Imo quasi alter Prometheus igneum spiritum a sole furatus, exsanguibus persaepe corporibus infudisti. Quare me beatum, qui tua aetate natus sum! Tua etenim ope fietus etsi non patitur, ut immortalis fiam, infelix nostra mortalitas; longissimae tamen vitae, te fautore, spes mihi promittitur. Ut igitur in spe hujusmodi magis confirmer, & intrepidus ope tua uti interdum ausim, si magnos pretiososque thesauros neque offerre tibi, neque donare possum, patere, obsecro, verbis saltem meam erga te fidem ostendere, & Orationem, quam ad te eum praesenti epistola mitto, trade legendam plurimis, ut verum te Aesculapium esse intelligant.

CCCXC. CALLIMACHO.

Quum sis, & vulgo in omni vitiorum genere perditissimus habearis, mores tamen ipse meos culpans, non tam odio quam risu dignus videri debes. Neque enim sicarius minus convenienter de pietate atque misericordia dixerit, quam tu de continentia. Cavendum enim inprimis, ne eo morbi genere laboremus, quod in alio nota dignum ducimus. Quare desiste vel sero ab hac stultitia, & in posterum disce, vel sapientius loqui, vel latentem animi levitatem silentio tegere.

CCCXCI. SELEUCO.

Exploratissimum fuisse mihi pridem non ignoras, te ardenti literarum amore corripi, quippe cum

cum puer, posthabitis puerilium amorum illecebris, eloquentiae duntaxat omnem operam impenderes. Ceterum Athenas proxime navi delatus *Nestoris Mitylenaei* filium persaepe carmina decantantem audivi, quibus nimirum adeo sum delectatus, ut Pierias voces, quales in Parnasso audiri solent, audire viderer. Imo flagrantissimum me desiderium invasit, tecum per literas loquendi cohortandique tui ad diligentius in dies studium. Quanquam vero sponte ad hoc incitari videris, non tamen continuo amici pectoris consilium damnare debebis. Vis enim veteris & constantissimae nostrae consuetudinis pepulisse me valuit, ut vel minime necessaria non sine levitatis atque imprudentiae suspicione abs te contenderem. Ceterum quum inter amicos inconsiderate omnia effari liceat, quales nos esse utinam nullo unquam tempore negari possit, quae facere te noveram, quaequa nominis aeternitatem polliceri tibi videbantur, non possum ad ea te non adhortari. Quamobrem pro singulari tua prudentia dabis operam, ut literarum studia cum aetate simul augeantur, potiusque additum aliquid, quam diminutum, videatur.

CCCXCII. MUSONIO.

Quum animo complecterer, neque ingenio clarum, neque vita gravem te mihi adversarium & hostem contigisse, statueram non certe injuria, ut silentio pro literis uterer, animosos imitatus leones, qui etiam irati, in ignavum pecus difficile saeviunt. Verum quia undique mihi significatur, te vulgasse quosdam falsissimos ubique rumores, quibus & tu magnanimus praedicaris, quod me quotidie maledictis insectaris, & ego formidolosus videor, qui nihil, maxime etiam lacessitus, ad te scribam, mutato consilio, te literis conveniendum duxi, non, ut, impetrata venia, victas vinctasque manus tibi praebeam, neque ut vicissim tibi maledicam, cujus rei amplissimus offerri campus mihi posset: verum ut te a maledicendo deterream, admoneamque, & boni viri esse officium, maledicta execrari, & magnanimi velle manu non verbis agere, laudemque non in umbra, ante certamen, sibi vendicare, sed in palaestra adipiscendae victoriae studio nihil laboris, nihil formidare periculi. Quod si a maledicendo cessare nolueris, pro inani latratu acutissimos eosdemque mordacissimos dentes tibi reddam, neque longior multo quam esse debuit patientia mea metum tibi adimat. Sicuti enim quanto major graviorque navis fuerit, tanto tardius vehementiorique vento movetur, sed mota, parvas celeritate superat, ita & ego quanto ad ultionem tardius accedo, tanto me crudeliorem fore expectes.

CCCXCIII. CHROMATIO.

Mirantur plerique in tanta aetatis diversitate in studiorum disjunctissima similitudine tam suavem constantemque benevolentiam mihi tecum intercessisse. Ego vero eorum admirationem admirari satis non possum. Benevolentia namque, ut pleraque alia, ex vi siderum emanat. Quare fit, ut non modo in disjunctissimis nati regionibus invicem se ament, verum etiam post & longissima odia & mutua lethaliaque vulnera tandem in amicitiam redeant. Cur ego, si te amantem redamo, nulla unquam interposita controversia; si tibi amplissimum in meo pectore hospitium largior, qui omnium benevolentia dignus videris, cuiquam admirationis materiam suppedito? An ego te, quum minor natu sis, continuo amore meo indignum ducam? Desinant, si haec ratio efficax est, Praeceptores amare discipulos; non amplius pater filiorum, nec avus nepotum optatos quaerat amplexus. An studiorum dissimilitudo odium tui facere possit? Hoc certe si verum sit, omnis mortalium societas corruet. Neque jam constituendae urbes videbuntur, quum vario quisque studio victum quaeritet. Certe nec Medicus Jurisconsulti ope adversariorum fallaces in caussis gravissimis vitabit laqueos, nec caussidicus audebit ab odioso Medico morbi exigere remedium. Alii itidem omnes, qui studia sectantur diversa, si hoc ita se habet, mutuis vulneribus concident. Quae omnia falsissima & injustissima cum sint, stulte amicitiam nostram admirantur nonnulli, nosque etiam, cunctis admirantibus atque damnantibus, hanc animorum conjunctionem perpetuam efficere tentemus.

CCCXCIV. CLITOMACHO.

Quanto magis de te cogito, tanto confundi magis videor. Si enim referri a me tibi gratia posse videretur, in id unum studerem, ne viderer ingratus. Ceterum tanta beneficii erga me tui magnitudo est, ut nullo unquam tempore tibi facere satis possim. Me enim, morbo gravissimo laborantem, & impendente morte, mira diligentia, fide integra, incredibili celeritate, sanasti, quo factum est, ut non minus tibi quam parenti debere me agnoscam. A tanto enim periculo me paterna certe vis eripuisse videtur. Ceterum quum non liceat & voluntati & officio meo facultatis inopia morem gerere, pro tua ineffabili humanitate ab ipsa voluntate tibi factum satis arbitrabere. Ut enim *Plato* dicere solebat: *Amicorum non opes extenuandae sunt*, sed amanda accipiendaque voluntas.

CCCXCV. EUSEBIO.

Agis mihi quam maximas gratias, quod omnia eis a me offeruntur atque praestantur, qui tuis mihi literis commendantur. Ego vero quanquam minime diffiteor hoc esse benignae mentis, qualiacunque ab amico suscipiuntur officia, ea gratissima ducere, tamen quum perscrutatione prosequor, quanto & quantis beneficiorum generibus tibi me devinxeris, aegerrimo animo pro rebus minimis agi mihi gratias patior. Quippe, quum hoc facis, gravissimo obligationum cumulo me oneras opprimisque. Neque enim graviora ferre humeri possunt, qui levioribus franguntur. Quare quum satis me crucient tua praeterita officia, noli, obsecro, ista gratiarum actione meam accumulare molestiam.

CCCXCVI. ELEBICO.

Heu! heu! quid mihi animi, quid cordis, quid consilii esse potest, quum *Juliani*, invictissimi Principis, morbum mihi renunciaveris. O

fata improba, o crudeles Deos, cur mundi decus tam gravi morbo affecistis? Non vos acutissimum ejus ingenium, divina eloquendi facultas, ineffabilis justitia commovere debuit? Licuit olim Poëtis fingere, justitiam relictis terris ad superos evolasse. Cur nunc non liceat, tanta ante nostros oculos vestra crudelitate proposita, a coelo eandem profectam ac nusquam reparari. Cur cessas in lucem, Aesculapi, redire. Hic, hic unus Cerberum ipsum tricipitem lenire facile possit, & Charonti persuadere, ut trajicere Acherontis undas iterum liceat. Miserum me, quando me trahit dolor, quo impellor ad te scribens, vix mecum sum. Quare, ne quid ineptum subsequatur, finis jam erit epistolae. Tu tamen, ut tanti doloris nuncius extitisti, ita sis utinam! redditae sanitatis.

CCCXCVII. GERMITIO.

Quaecunque de me Aristonico dixisti, verissima profectò esse confiteor, quanquam aliorsum ea accipi ab audientibus contendisti, quam a me fieri soleat. Sim ego amicis benignus, liberalis, facilis; facile itidem & causis interdum levissimis irascar. Alterum quidem laudabile est, tolerabile alterum. Nam qui erga amicos difficiles tenacesque sunt, solent illi quidem omnibus odio esse, & multorum maledictis obnoxii fieri, quippe qui amicitiae leges corrumpunt, quibus amicorum omnia communia esse debere decernitur. Quod autem facile me iracundia vincit, ideo ferendus videor, quod nunquam ab re turbari soleo quodque natura me ad hoc impellere, non voluntas, non industria, non denique malignitas videtur. Id quod tu animadvertisse debes, quem non modò odi, sed & mori cupio, quandoquidem omnis flagitii domicilium es, ac pessime vivendi exemplum.

FINIS.

INDEX

INDEX I.

Initia fingularum epiftolarum Libanii exhibens cum eorum, ad quos fcriptae funt, nominibus. In his etiam funt initia epiftolarum S. *Bafilii* ad Libanium.

Δέχου

E.

Εψ

Z.

H.

Θ.

I.

Ἱλαρὸν

Ουχ

Τε-

INDEX II,

Illorum nomina exhibens, quibus *Libanii* epistolae inscriptae sunt, tum *Graecae* tum *Latinae*, quarum hae ex *Francisci Zambicarii* versione inde a p. 729. ad finem usque leguntur. Cumque Latinae illae in tres libros sint distinctae, notae numerorum *majores* I. II. III. libros, *minores* vero 1. 2. 3. epistolas indicant.

Chironeo.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

Ju-

Sabine

S.

T.

V.

X.

Z.

INDEX III.

LOCORUM SCRIPTURAE S.

IN NOTIS ILLUSTRATORUM.

INDEX IV.

VOCUM, PHRASIUM ET PROVERBIORUM.

A.

[illegible]

Θεῖ-

λόγ[illegible]

πάντα

[illegible]

INDEX V

INDEX V.

NOMINUM

PROPRIORUM ET RERUM.

A

An-

B.

Da-

E.

I.

L.

Tttt

Leon

Q.

R.

S.

Sa-

T.

Theo-

V.

X.

Z.

In his exstant varietates aliquot lectionum majoris momenti, ex apographo, quod *David Clericus*, Vir eruditissimus, in gratiam *Jacobi Gothofredi* ex *Codice Regio maximo* Parisiensi curate fecerat, de quo in praefatione plura scripsi. Inserui praeterea *Jacobi Philippi Dorvillii*, Professoris in Athenaeo Amstelodamensi celeberrimi, mihique amicissimi, Observationes eruditas, quas mecum liberaliter communicavit.

Ep. I. l. 8. [illegible]] Verte: *& Senatus curiafario.* Apud eum scilicet tantum valere debebat Clearchus, ut vel nutu, quicquid vellet, perficere posset.

Ep. V. l. 6. [illegible]] Apographum *Clerici* ex codice *Regio max. Paris.* [illegible].

Ep. VIII. l. 6. [illegible]] l. [illegible].

Ep. IX. l. 2. [illegible]] Apogr. *Clerici* [illegible].

Ep. XII. p. 4. l. 1. [illegible]] leg. [illegible].

Ep. XIV. l. 6. [illegible]] leg. [illegible] Ibid. p. 5. l. 1. [illegible]] l. [illegible].

Ep. XVIII. p. 6. l. 36. [illegible]] interpunge: [illegible]. Ibid. p. 7. l. 4. [illegible]] leg. [illegible]. l. 7. [illegible]] [illegible] apogr. *Clerici.* l. 29. [illegible]] [illegible] *idem.* l. 39. [illegible]] [illegible] *Medic.* A. apud Cl. *Dorvillium.* Ibid. in versione Latina l. 38. *ideo me vero*] leg. *videorne vero*

Ep. XIX. l. 2. [illegible]] Male (in *Ambrosiano*) [illegible]. Isocrates Panathenaic. p. 262. D. [illegible]. p. 273. D. [illegible]. Andocides [illegible] p. 11. Strabo lib. VI. p. 399. A. Aristophanes Ranis vs. 773. Ipse Libanius ep. DCLXXXIII. *Dorville*

Ep. XX. l. 9. [illegible]] leg. [illegible], *Ibid.* p. 9. l. 1. leg. [illegible]. l. 8. [illegible]] [illegible] apogr. *Clerici.* l. 11. [illegible], *idem.* l. 18. [illegible]] [illegible] *id.* l. 27. [illegible]] [illegible] *Medic.* A. quod fortius. *Dorville.* l. 33. [illegible]] [illegible] *Benzel.* A.

Ep. XXIV. l. 1. [illegible]] leg. [illegible]. Ibid. p. 11. l. 6. [illegible]] *Cleric.* addit. [illegible]. l. 21. in contextu scribendum [illegible], quod est in codice *Regio max. Paris.* quamvis mendose, ut nota subjecta docet. l. 25. [illegible]] [illegible] *Cleric.*

Ep. XXV. p. 12. l. 3. lege: [illegible].

Ep. XXVI. l. 3. l. [illegible]. *Clerici* apogr. habet [illegible]. male. In Notis, not. 1. *Morellus* IX. leg. *Morell.* I. i. e. lib. I.

Ep. XXXI. l. 2. [illegible]] [illegible] *Benzel.* A. In Notis l. 10. *Nicaeae*] leg. *Nicaeae.* l. 13. *vere expressas vid. apud Lamb.*] leg. *aere expressas vide apud Lambecium.* l. 15. *Polin*] l. *CPolin.* i. e. Constantinopolin.

Ep. XXXII. l. 14. [illegible]] [illegible]. *Clerici* apogr. [illegible], fortasse rectius.

Ep. XXXIII. [illegible]] *Benzel.* A. addit [illegible] l. 10. [illegible]] *Benzel.* A. [illegible]. Ibid. p. 16. l. 16. [illegible] κ. τ. λ.] *Cleric.* ita: [illegible]. Scribere nunc quidem malim: [illegible] hoc sensu: *qualis sis, quando cum iis versaris.*

Ep. XXXV. l. ult. [illegible] κ. τ. λ.] Superius dixit: [illegible], & [illegible] hic, qui calumniis, delationibus, litibus hos juvenes bonis exuere contendebant. Respicere videtur illud Homericum: [illegible]. *Dorville.*

Ep. XXXVI. l. 10. [illegible]] pro [illegible] lege [illegible].

Ep. XXXVIII. l. 2. [illegible]] l. [illegible]. Ibid. p. 19. l. 5. [illegible]] leg. [illegible].

Ep. XL. not. 3. *Tit.* II. 12.] leg. *Tit.* I. 12.

Ep. XLI. not. 3. *pelle*] l. *pelli.*

Ep. XLII. p. 21. l. 17. [illegible]] leg. [illegible]. Ibid. l. 14. [illegible]] [illegible] *Benzel.* A. l. 17. [illegible]] leg. [illegible]. l. 4. à f. [illegible]] *Cleric.* rectius [illegible].

Ep. XLIV. not. 3. Tom. 5. *leg.* T. 5. hac enim litera & nota numerica indicatur codex *Ambros.* Ibid. p. 23. l. 6. [illegible] l. [illegible]. l. 5. [illegible] dele τὸ [illegible].

Ep. XLVIII. p. 25. l. 13. [illegible]] *Medic.* [illegible], quod mavult *Dorvillius.* Ibid. l. 17. [illegible]] *Medic.* A. [illegible] monente eodem. Ibid. l. 26. [illegible] κ. τ. λ.] Fuerit igitur nomen quinque syllabarum, ejus naturae, qua trium syllabarum est *Malala.* Salvinus Syriacum nomen fuisse recte suspicabatur. *Dorville.*

Ep. L. versu penultimo [illegible]] [illegible] *Benzel.* A.

Ep. LI. l. 4. [illegible]] *Medic.* A [illegible], qui etiam mox pro [illegible] exhibet [illegible], quod forte verum. Vis praepositionis hic fere eadem, quae in [illegible], [illegible], [illegible]. *Dorville.*

Ep. LVI. l. 4. leg. [illegible], & mox l. 6. [illegible].

Ep. LVIII. l. 9. [illegible]] Pro [illegible] malim [illegible], quod *Clericus* habet.

Ep. LIX. l. 11. [illegible]] *Cleric.* [illegible], quod in notis alteri illi [illegible] praetuli. Ibid. p. 30. vers. ult. [illegible]] [illegible], *Benzel.* A. qui firmat codicem Mediceum in notis a me allatum.

Ep. LX. l. 12. [illegible]] [illegible] *Benzel.* A. firmans lectionem codicis Medicei, quam not. 8. amplexus sum.

Ep. LXI. l. 1. Ἀλλ' [illegible]] Ἀλλ' [illegible].

Ep. LXII. [illegible]] *Benzel.* A. inscribit [illegible].

Ep. LXIII. l. 7. [illegible]] leg. [illegible] *N.*

Ep. LXIV. l. 5. [illegible]] leg. [illegible]. Ibid. p. 34. l. 2. [illegible]] *Cleric.* [illegible], recte. l. 20. [illegible]] *Benzel.* A. [illegible].

Ep. LXV. l. 13. Τὰ μὲν] *Cleric.* Ἀλλὰ [illegible] recte. Idem mox l. 14. [illegible] pro [illegible], male.

Ep. LXVI. l. 2. [illegible]] [illegible] *Cleric.* recte.

Ep. LXVIII. l. 4. [illegible]] l. [illegible], & mox l. 9. [illegible]. Ibid. l. 11. [illegible]] *Cleric.* [illegible]. Ibid. l. 22. [illegible] κ. τ. λ.] leg. ex *Clerici* apographo: [illegible], κ. τ. λ. hoc sensu: *ubi vero aliquid expendendum est, omnium est postremus*, scilicet prae inopia.

Ep. LXIX. not. 2. pro *Vol.* I. leg. *Vol.* III.

Ep. LXXI. l. 3. [illegible]] leg. [illegible]. Ibid. l. 12. [illegible] κ. τ. λ.] [illegible] *Benzel.* A. Ibid. l. 15. [illegible] *Cleric.* [illegible] male.

Ep. LXXIII. l. 8. [illegible]] l. [illegible].

Ep. LXXV. l. 16. [illegible]] sic interpunge.

Ep. LXXVII. l. 3. sic distingue: [illegible].

Ep. LXXIX. l. 6. in versione pro *parva* malim *humilia, submissa.*

Ep. LXXXII. l. 4. [illegible]] *Cleric.* [illegible] male.

Ep. LXXXIII. l. 9. in versione scribe *Quamvis enim hunc* &c.

Ep. LXXXIV. l. 1. [illegible]] leg. [illegible]. Ibid. p. 45. l. 2. [illegible] κ. τ. λ.] Partim haec ex Poëta aliquo translata videntur. *Dorville.* Ibid. l. 7. [illegible]] *Cleric.* [illegible], rectius.

Ep. LXXXVI. in versione l. 10. *ovemque gregibus*] scribe: *tam ovium gregibus.*

Ep. LXXXVII. p. 47. l. 2. leg. [illegible], vel [illegible], utroque enim modo flectitur. l. 16. leg. [illegible] ex *Clerici* apographo.

Ep. XC. l. 4. lege: [illegible]. Ibid. l. 7. lege [illegible] pro [illegible]. conf. not. 8. Ibid. l. 12. leg. [illegible]. Ibid. l. 25. [illegible] ita *Cleric.* l. 26. [illegible] κ. τ. λ. *Cleric.* ita: [illegible]. l. 36. l. [illegible].

Ep. CXIX. l. 6. [illegible]] [illegible] *Cleric.*

Ep. CXXII. l. 2. [illegible]] leg. [illegible]. Ibid. l. 7. *Cleric.* ita: [illegible] rectius.

Ep. CXXXVIII. p. 71. l. 14. [illegible]] Haec verba fortasse referri possunt ad illud: [illegible]. *Dorville.*

Ep. CXXXIX. l. 9. [illegible]] *Reg. max.* & *Voss.* [illegible].

Ep. CXL. [illegible]] Fortasse rectius scribetur [illegible], cujus mentio est in epistola proxime superiore. Ibid. l. 9. [illegible]] *Cleric.* [illegible]. Ibid. p. 72. l. 4. leg. [illegible] l. 7. leg. [illegible] ex *Clerici* apographo.

Ep. CXLIII. Exstat haec inter XX. illas Libanii epistolas, quas *Car. Jesperus Benzelius*, Suecus, florentissimus juvenis, Londini Scanorum an. 1735. cum Latina versione & notis suis ex codd. MSS. edidit. Ibi vero inscribitur *Juliano.* Ibid. l. 3. [illegible] non habet *Benzel.* Ibid. p. 73. l. 4. [illegible]] [illegible] *Benzel.* l. 8. [illegible]] [illegible] *idem.* l. 12. [illegible]] Ultimus versiculus in metrum peccat. Posset legi:

[illegible] *Dorville.*

Benzelius ita in notis restituit.

[illegible]

Ceterum pro [illegible] in *Reg. max.* ut in aliis quibusdam, legitur [illegible] ex *Clerici* apographo, male.

Ep. CXLIV. l. 7. [illegible]] leg. [illegible].

Ep. CXLVIII. l. 9. [illegible]] leg. [illegible].

Ep. CXLIX. [illegible]] leg. [illegible].

Ep. CLIII. l. 2. [illegible]] leg. [illegible].

Ep. CLVII. l. 3. [illegible]] *Cleric.* [illegible] rectius.

Ep. CLX. l. 3. leg. [illegible]. Ibid. p. 79. l. 6. [illegible]. Excidit nota 6. in qua monueram in *Reg. max.* pro [illegible] legi [illegible]. Scribe itaque: [illegible]. Nota, quae hanc sequitur, est *tertia.*

Ep. CLXI. l. 5. [illegible]] Sic lege cum *Clerici* apographo.

Ep. CLXIII. p. 80. l. 25. [illegible]] *Cleric.* [illegible], rectius.

Ep. CLXIV. not. 1. ita lege: [illegible] *Voss.* ex emendatione vetere, olim [illegible].

Ep.

Ep. CLXVII. l. 1. l. [illegible]. l. 6. [illegible] exstat etiam ex *Reg. max.* in *Clerici* apographo.

Ep. CLXXIII. p. 83. l. 10. [illegible] deest apud *Cleric.* l. 12. [illegible]] leg. [illegible] l. 25. [illegible]] l. [illegible].

Ep. CLXXVIII. l. 4. [illegible]] *Cleric.* [illegible].

Ep. CLXXXIV. l. 7. [illegible]] *Cleric.* [illegible].

Ep. CLXXXV. l. 8. leg. [illegible].

Ep. CLXXXVIII. l. 5. [illegible] *Cler.* l. 7. [illegible]] *Cler.* in marg. l. 9. [illegible]] *Cleric.* addit [illegible].

Ep. CXCI. l. 1. [illegible]] leg. [illegible].

Ep. CXCII. l. ult. [illegible]] *Cleric.* addit [illegible] Ibid. p. 91. l. 2. [illegible]] omittit *Cleric.* l. 10. [illegible]] sic *Cleric.* & mox [illegible] pro [illegible], utrinque recte. l. 23. [illegible] omisit *idem.*

Ep. CXCIV. l. 6. [illegible]] l. [illegible].

Ep. CXCV. l. 6. [illegible]] *Cleric.* [illegible]. Ibid. not. 4. lege: *Var. Hist.* IV. 20. Ibid. p. 93. l. 3. [illegible] sic *Cleric.* l. 11. [illegible]] *Cleric.* [illegible] rectius. l. 16. [illegible] pro [illegible] *idem.* l. 19. leg. [illegible]

Ep. CXCVI. l. 11. [illegible]] *Cleric.* ex *Reg. max.* [illegible] male. Ibid. p. 94. l. 7. [illegible]] *Cleric.* recte.

Ep. CXCVII. Eam florentissimus *Carolus Jesperus Benzelius* inter XX. illas Libanii ex MSS. editas n. VII exhibet. l. 7. [illegible]] [illegible] non est apud *Benzel.* & *Clericum.* l. 8. [illegible]] [illegible] *Benz.* l. 10. [illegible]] [illegible] *Benz.* l. 17. [illegible]] [illegible] *Benz.* qui tamen recte in notis monet, legendum esse [illegible]. l. 14. [illegible]] *Benz.* l. 19. [illegible] κ. τ. λ. Sic *Benzel.* usque ad verba [illegible], eadem serie sine majore interpunctione. Atque id praestare series sermonis ostendit. Ibid. in not. l. 3. Nota 4. b. quae ex contextu excidit, pertinet ad vocem [illegible]. Ibid. l. 6. [illegible]] l. [illegible].

Ep. CXCIX. not. 4. *Luc.* II.] leg. *Luc.* X.

Ep. CCII. l. 1. [illegible]] leg. [illegible], vel [illegible].

Ep. CCIII. l. 4. [illegible]] In *Clerici* apogr. deest [illegible] male. l. 14. [illegible]] *Cler.* [illegible].

Ep. CCX. p. 100. l. 3. [illegible]] *Cler.* apogr. [illegible] *Voss.* habet [illegible].

Ep. CCXI. l. 12. [illegible]] l. [illegible], & mox [illegible].

Ep. CCXIV. p. 102. l. 6. [illegible]] *Cleric.* [illegible].

Ep. CCXV. l. 12. [illegible]] [illegible], & mox l. 17. [illegible]. In notis ad hanc epistolam numericae notae turbant, quod catus lector per se perspiciet.

Ep. CCXVII. l. 4. [illegible]] *Cleric.* [illegible].

Ep. CCXX. l. 21. [illegible]] *Cler.* [illegible], id quod in notis conjectura praeceperam.

